Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0001-0

13. 10

T. I. 30.

ad usum Josephi Francisci König ex Wange
1672.

5663.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Med.-Naturwiss. Abt. –
DÜSSELDORF
V 19

DV 23

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0002-5
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0003-1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0004-7

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0005-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0006-8
DFG

# ANTIDOTARIUM GENERALE ET SPECIALE:

*Ex*

*OPT. AUTHORUM*

*tàm veterum, quàm recentiorum*

*SCRIPTIS*

fideliter & methodicè

à

JOAN. JACOBO WECKERO

BASIL.

congeſtum & diſpoſitum:

*NUNC VERÒ SUPRA PRIORES editiones omnes multis novis & optimis FORMULIS, maximè verò EXTRACTIS auctum.*

Adjectis INDICIBUS locupletiſſimis.

Ex bibliotheca D: Brix de Welsberg archiat: Fürstenbergh:




BASILEÆ,
Typis JOAN. JACOBI GENATHI,
Sumptibus hæredum LUDOVICI KÖNIG.
Anno CIↃ IↃ C XLII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0008-9

# JOAN. JACOBI WECKERI
## BASILIENSIS
## IN
## *ANTIDOTARIUM GEMINUM ad Medicinæ Studioſos PRAEFATIO.*

ETSI multa ac varia Antidotaria (vulgò Diſpenſatoria dicta) ab antiquis ſimul & recẽtioribus Medicis in lucem emiſſa ſunt, rei medicæ Studioſe LECTOR; tamen, quod pace tantorum Virorum dictum velim, ordinis diverſitas in multis ſuſpecta, ejusdẽ interturbatio non paucos neglectæ methodi accuſare videtur: cùm Medicamenta nec promptè inveniri, nec commodè adminiſtrari poſſint. Inter Græcos primùm meritò locum obtinet Galenus, qui Medicamentorum hiſtoriam diverſis libris, pro occaſione temporis, hortatu amicorum complexus eſt. Undecim ſanè de ſimplicium Medicamentorum facultatibus: duos de Antidotis: ſeptem de compoſitione Medicamentorum per genera: de Theriaca ad Piſonem, unum: decem de compoſitione Medicamentorum ſecundùm locos edidit, non ea tantùm quæ ad Sanitatem pertinent, verùm etiam quæ ad Ornatum faciunt, comprehendens. Paulus Aegineta, quem Galeni ſimiam quidam appellare non verentur, in Medicamentorum tractatione vel nullum, vel ſaltèm alphabeticum ordinem obſervavit. Oribaſius ingenio diligentiaque magnus, non multam in diſpoſitione Medicamentorum curam impendit. Inter Arabes, inventione præſtantiſſimorum Medicaminum inſignes, tanquam Hybrida quidam Joan. Meſue, ut ex Græcis & Arabibus multa collegit Medicamenta, ita Galeni ordinem imitari voluit. Proinde quemadmodum Galenus de Medicamentorum tum generalium, tum cuiq; parti affectę familiarium compoſitione, peculiares commentationes, inſuper etiam de Antidotis ſcripſit: ita Meſues libro de Antidotis, Medicamenta generalia ſectionibus duodecim, veluti claſſibus comprehendit: ſubinde verò cuiq; ſingularium partiũ affectui propria Medicamẽta, libro, quẽ ob id vulgus Medicorũ de Appropriatis appellat, perſecutus eſt. Avicenna lib. 1. de Univerſalibus, lib. 2. de Singularibus medicinis, ordine alphabetico diſſeruit: Antidotariũ deniq; lib. 5. ſubjunxit. Serapio librum de Antidotis, & librum de Tem-

peramentis ſimplicium, congeſſit veriùs, quàm digeſſit. Nicolaus de Compoſitis medicamentis Antidotarium edidit eo ordine, quem multi inveſtigare, pauci invenire poſſint. Ex recentioribus quamplurimi in hoc ſtadium deſcendentes, uti ſtudium voluntatemque ſuam Reipub. comprobarunt, ita nunc particularia generalibus, nunc artificialia naturalibus, nunc ornantia curantibus commiſcentes à methodo exorbitâſſe videtur. Ergo cùm etiamnum in medio Antidotaria palma, ut ita loquar, propoſita eſſet, cum Medicis præſtantiſſimis, iisdemq; civibus & collegis meis, conſilio communicato, hoc geminum Antidotarium magno animo ſum aggreſſus, idq; divino auxilio ad finem perduxi. De cujus methodo ſi fortè quæras, reſpondeo, obſervâſſe me in tanta medicamentorum varietate, id quod in aliis artibus & ſcientiis omnibus ſapientiſſimi quiq; viderunt, & obſervarunt: nempe, omnem legitimam docendi rationem conſtare partim univerſalibus præceptis, partim exemplis particularibus. Itaq; hîc quoq; geminas oportere Operis noſtri partes cõſtituere. Unam univerſalem, quæ verſetur circa præcepta univerſalia. Primùm quidem de Medicamentorum communi materia, variis formis modisq;, quibus ex tali materia præparantur exhibenturq;, Aquæ, Syrupi, Julapia, Decocta, Infuſiones, Clyſteres, Gargariſmata, Errhina, Epithemata, Fomenta, Embrochæ, Inſeſſiones, Balnea, Olea, Species, Tragemata, Electuaria, Opiata, Cõſervæ, Condita, Eclegmata, Extracta, Linimẽta, Unguenta, Emplaſtra, Cataplaſmata, Cerata, Dropaces, Synapiſmi, Tabulæ, Trochiſci, Collyria, Apophlegmatiſmi, Glandes, Peſſi, Sacculi, & quæcunq; hujus generis ſunt aliæ medicamẽtorum formę. Secundò de Medicamentorũ qualitatibus primis, eorumq; quatuor ordinibus: pręterea de qualitatibus ſecundis, Emollientibus ſc. Indurantibus, Rarefacientibus, Attrahentibus, Repellentibus, Purgantibus, Adurentibus, & ejus generis reliquis omnibus. Quemadmodum etiã tertiò de variis officiis & actionibus, tàm Medico, quàm Pharmacopœo neceſſariis, Inſolatione medicamẽtorum ſcilicet, Extractione, Infuſione, Mollitione, Diſſolutione, Exſiccatione, Aſſatione, Uſtione, Coloratione, Aromatizatione, Conditura, Lotione, Expreſſione, Putrefactione, Diſtillatione, aliisq; omnis generis omnibus. Eam ipſam ergo Operis noſtri partem, quæ circa univerſalia præcepta hæc occupatur, GENERALE ANTIDOTARIUM nuncupavimus. Et ecõtrà partem alteram, quæ verſatur circa particulares omnis generis remediorũ formas, exemplaq; particularia, verbi gratiâ, Syruporũ, Electuariorũ, Unguentorum, & ſimiliũ, ANTIDOTARIUM SPECIALE appellavimus: quod à ſuperiori differt, ſicuti Praxis à Theoria: & proinde in hoc genere etiam ANTIDOTARIUM GENERALE Medicamentorum Theoriam, SPECIALE verò Praxin, ſive Hiſtoriam cõplectetur. Idem verò hoc poſterius Antidotarium etiam in tres libros, ſicuti prius,

partiti

partiti ſumus: quorum priores duo de medicamentis tum ſimplicibus, tum compoſitis, ſive artificialibus, ad ſanitatem conferentibus agunt: tertius verò parerga medica (ne quid huic tractationi videretur deeſſe) ad ornatum ſpectantia continet. Nam cùm & priſci, Archigenes, Aſclepiades, Crito, Cleopatra, Heras, Soranus, quod apud Galenum, libro de Compoſitione medicamentorum ſecundùm locos, videre licet, hac de materia ſcripſerint: Neotericorum quinetiam non pauci, Itali potiſſimùm & Galli, gentis ſuæ in ornandis corporibus morem ſecuti, Coſmetica tractaverint: nihil me ab officio Medici alienum, ſi illos certa methodo ſequerer, facturum putavi. In ſingularium medicamentorum enarratione cauſas, effectus & accidentia, quanta potuimus diligentia, examinavimus, & declaravimus ex præſtantiſſimis quibusq;, non ſolùm Græcis & Arabibus, verùm etiã Latinis, Italis, Gallis, Hiſpanis, & Germanis (quorum catalogum paulò pòſt ſubnectemus) optima quæq; & ſeligendo, & digerendo: quorum uſus & Medicis & Pharmacopœis maximus eſſe poſſit. Medicis quidem, ob remediorum copiam, methodicamque rationem, ut qui ſine labore ex hoc Opere, medicamenta ad quævis corporis mala, tanquam ex promptuario facilè invenire queant: Pharmacopœis verò, ad meliorem & diligentiorem præparationem, tractationemq;. Hæc ſunt, amice LECTOR, quæ tecum de noſtro hoc gemino Opere conferre volui. Quod ſi tuis uſibus ulla ratione inſerviet, ut mihi id gratiſſimum erit, ita operam deinceps dabo, ut ocii noſtri rationem in aliis Medicis operibus perficiendis Aſclepiadarum ampliſſimo ordini comprobem. Tu interea hisce fruere: & ſi noſtrum hunc laborem Reipublicæ utilem putas, generoſo Heroi LAZARO SUENDIO, Cæſareæ Majeſtatis Polemarcho, belli pacisq; artibus clariſſimo, gratias habe: cujus hortatu animus ſæpè, quantumvis languentibus corporis viribus, nobis ad hæc conficienda reſtitutus, vel ſaltèm excitatus fuit. Cujus itidem ſuaſu tantum nobis acceſſit audaciæ, ut invicto Cæſari vigilias hasce noſtras dedicaremus, eique uni præ cæteris ſtudia noſtra comprobare niteremur, cui placuiſſe non ultima, ſed ſolidiſſima laus eſt.

Vale, Colmariæ, Idib. Auguſt.
M. D. LXXIV.

## Ad Lectorem.

*Quid non prompta ſuo manus labore,*
*Vel virtute ſuâ domat voluntas?*
*Quid non ingenii vigore tandem*
*Mens, aut aſſiduo faceſſit uſu?*
*Si ſpectes animum (benigne Lector)*
*WECKERI pietas, amor, fidesq́;,*
*Ut curſus Medicæ juvetur artis,*
*Spectantur vario polita cultu.*
*Sin mens ipſa ſuum velit decorem,*
*Et quascunq; fovet referre dotes:*
*WECKERUM Medicos videbis inter*
*Effulgere graves & eruditos:*
*Doctas ingenio manus, & uſu,*
*Virtuti famulas, & obſequentes,*
*Si ſpectare libet: Reguntur arte*
*Et nullos fugiunt manus labores.*
*Cùm ſit mentis Honos: manusq́; merces,*
*Et virtutis amor: videntur eſſe*
*WECKERO ſtabili probata jure,*
*Laus, merces, & amor remuneranda.*

NIC. TAURELLUS, M. D.

AUTHO-

# AUTHORES, EX QUIBUS HOC OPUS CONCINnatum eſt.

*Actuarius.*
*Adamus Lonicerus.*
*Adolphus Occo.*
*Aëtius.*
*Aelianus.*
*Albertus Magnus.*
*Alchindus.*
*Alexander Benedictus.*
*Alexander Trallianus.*
*Alexius.*
*Aloiſius Bellicatto.*
*Amatus Luſitanus.*
*Altomarus.*
*Ambroſius Jung.*
*Amertꝰus de Aleſto.*
*Ammonius.*
*Andernacus.*
*Andreas à Glauuen.*
*Andreas à Lacuna.*
*Andromachus.*
*Angelus Bononienſis.*
*Angelus de Tarento.*
*Anshelmus de Janua.*
*Antaus.*
*Antonius Chalmeteus.*
*Antonius de Scarparia.*
*Antonius Muſa.*
*Aparitius de Zubia.*
*Apollo.*
*Apulejus.*
*Archelaus.*
*Archigenes.*
*Arnoldus de Villa nova.*
*Aſclepiades.*
*Avicenna.*
*Bartholomaus Maranta.*
*Baſſanus.*
*Benedictus Victorinus Faventinus.*
*Bernardini.*
*Bertapalia.*
*Bertholdus.*
*Bieſius.*
*Braſſavolus.*
*Bruſſonius.*
*Bardanus.*
*Carolus Cluſius.*
*Carpenſis.*
*Carpus.*
*Caſparus Bauhinus.*
*Chriſtophorus à Vega.*
*Cleopatra.*
*Conradus de Sindelfingen.*
*Conſtantinus.*
*Cordus.*
*Coſmus.*
*Creſcentius.*
*Crito.*
*Cronenburgius.*
*Damianus.*
*Damocrates.*
*Democritus.*
*Dioſcorides.*
*Dodonaus.*
*Dymus Florentinus.*
*Euonymus.*
*Fallopius.*
*Felix Platerus.*
*Fernelius.*
*Fiaſcus Ferrarienſis.*
*Fioravantus.*
*Florenzola.*
*Fœnon.*
*Fœſius.*
*Fontanus.*
*Franciſcus de Gozadinis.*
*Franciſcus Pedemontanus.*
*Fuchſius.*
*Fumanellus.*
*Gabriel.*
*Galenus.*
*Garcias ab Horto.*
*Geber.*
*Gentilis Fulginas.*
*Gereo.*
*Geſnerus.*
*Gibertus de Anglia.*
*Gordonius.*
*Guainerius.*
*Guido.*
*Halienus.*
*Heben Zezar.*
*Helideus.*
*Hera.*
*Hercules Saxonia.*
*Hermes.*
*Hieronymus Brunſuicenſis.*
*Hieronymus Fracaſtorius.*
*Hieronymus Herold.*
*Hieronymus Mercurialis.*
*Hieronymus Rubeus.*
*Hippocrates.*
*Hollerius.*
*Hugo Bauhinus.*
*Jacobus Beſſonus.*
*Jacobus Carpenſis.*
*Jacobus de Manliis.*
*Jacobus Theodorus.*

# AUTHORES.

Illuminare majus.
Joannes Agricola.
Joannes Baptiſta Porta.
Johannes Bauhinus.
Joannes Crato.
Joannes de Sancto Amando.
Joannes de Tenis.
Joannes de Vigo.
Joannes Heurnius.
Joannes Langius.
Joannes Mag.
Joannes Marinellus.
Joannes Moibanus.
Joannes Schenckius.
Joannes Stockſtal.
Joan. Jacobus Weckerus.
Joſephus Quercetanus.
Iſabella Corteſe.
Iſaac.
Julius Cæſar Scaliger.
Lanfrancus.
Lemnius.
Leonardus de Prædapalia.
Luminare majus.
Leonellus Faventinus.
Leo Suavius.
Lucas Ghinus.
Lumen Apothecariorum.
Manardus.
Magenbuch.
Marſilius Ficinus.
Martinus Rulandus.
Matthæus de Gradis.
Matthiolus Senenſis.
Mechingerus.
Medici Auguſtani.
Medici Baſilienſes.
Medici Bononienſes.
Medici Colonienſes.
Medici Ferrarienſes.
Medici Florentini.
Meſue.
Mizaldus.
Montagnana.
Montanus.
Muraltus.
Nerus.
Nicodemus.
Nicolaus Monardus.
Nicolaus Myrepſus.
Nicolaus Taurellus.
Nicolaus Florentinus.
Nicolaus Stocker.
Nicolaus de Graſſis.
Oribaſius.
Orpheus.
Paulus Aegineta.
Paracelſus.
Petrus Aponenſis.
Petrus Bayrus.
Petrus Bellonius.
Petrus de Bonanto.
Petrus Hiſpanus.
Phædron.
Philagrius.
Philippus Ulſtadius.
Philoſtratus.
Philoxenus.
Placotomus.
Platearius.
Plinius.
Priſcianus de Corduba.
Rabi Moſes.
Rhaſis.
Ranzovius.
Regina Maria, Caroli V. ſoror.
Rogerius.
Rondeletius.
Ruffus.
Saladinus.
Savonarola.
Scarpella.
Scribonius Largus.
Serapio.
Servitor.
Stockſtaldus.
Sylvius.
Tarentinus.
Thadæus Florentinus.
Theodorus Zuingerus.
Theophraſtus.
Theſaurus Aromatariorum.
Thomas Eraſtus.
Trincavellus.
Trotula.
Tryphon.
Varignana.
Wilhelmus Placentinus.
Ulricus ab Angelburg.
Xenocrates.
Zezar.

ANTI-

# ANTIDOTARII GENERALIS PRÆCIPUORUM CAPITUM DISPOSITIO.

- **Medicamentorum differentiæ in genere ſumuntur à**
  - Cauſis
    - Internis: *videlicet*
      - Materia, *(de qua in lib. 1.) quæ eſt vel*
        - Naturalis
          - Animata
            - Inſenſibilis: *ut*
              - Folia. *Cap. j. fol.* 1.
              - Flores. *Cap. ij.* 3.
              - Fructus. *Cap. iij.* 4.
              - Semina. *Cap. iv.* 6.
              - Radices. *Cap. v.* 8.
              - Ligna. *Cap. vj.* 8.
              - Cortices. *Cap. vij.* 9.
              - Succi. *Cap. iix.* 9.
              - Liquores. / Gummi. — *Cap. ix.* 10.
            - Senſibilis: *ut*
              - Animalia. / Animaliũ *partes.* — *Cap. x.* 10.
          - Inanimata
            - Mineralia. / Metalla. / Lapides. / Terræ. — *Cap. xj.* 12.
        - Artificialis
          - Fluida
            - Nõ *pinguis: ut*
              - Aquæ. *Cap. xij.* 13.
              - Syrupi. *Cap. xiij.* 13.
              - Decocta. *Cap. xiv.* 15.
              - Infuſa *Cap. xv.* 16.
              - Clyſteres. *Cap. xvj.* 17.
              - Gargariſmata. *C. xvij.* 18.
              - Caputpurgia. *C. xiix.* 19.
              - Epithemata. *Cap. xix.* 19.
              - Fomenta. *Cap. xx.* 20.
              - Embrochæ. *Cap. xxj.* 21.
              - Inſeſſus. *Cap. xxij.* 21.
              - Balneæ. *Cap. xxiij.* 22.
              - Lotiones. *Cap. xxiv.* 23.
            - Pinguis: *ut* OLEA. *Cap. xxv.* 24.
          - Non *fluida*
            - Diſſipata: *ut*
              - Pulveres. / Species. — *C. xxvj.* 26.
              - Tragemata. *C. xxvij.* 27.
            - Coacta. *Vide in ſeqq. ſign.* A.
      - Forma. *Vide in ſeqq. ſign.* B.
    - Externis. *Vide in ſeqq. ſign.* D.
  - Accidentibus. *Vide in ſeqq. ſign.* E.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0015-8
DFG

# Antidotarii Capitum

- A. Coacta
  - Humida
    - Actu: *ut*
      - Electuaria *Aromatica.Cap.xxiix.28.*
      - Electuaria *ſolutiva.Cap.xxix.28.*
      - Opiata.*Cap.xxx.*29.
      - Conſervæ.*Cap.xxxj.*30.
      - Condita.*Cap.xxxij.*30.
      - Eclegmata.*Cap.xxxiij.*31.
      - Extracta.*Cap.xxxiv.*32.
    - Potentiâ: *ut*
      - Linimenta.*Cap.xxxv.*33.
      - Unguenta.*Cap.xxxvj.*33.
      - Emplaſtra.*Cap.xxxvij.*34.
      - Cataplaſmata.*Cap.xxxiix.*35.
      - Cerata.*Cap.xxxix.*36.
      - Dropaces.*Cap.xl.*36.
      - Synapiſmi.*Cap.xlj.*37.
  - Sicca: *ut*
    - Tabulæ.*Cap.xlij.*38.
    - Trochiſci.*Cap.xliij.*40.
    - Pilulæ.*Cap.xliv.*41.
    - Collyria.*Cap.xlv.*42.
    - Apophlegmatiſmi.*Cap.xlvj.*43.
    - Naſalia.*Cap.xlvij.*43.
    - Confecta.*Cap.xliix.*44.
    - Glandes.*Cap.xlix.*45.
    - Sacculi.*Cap.l.*47.
    - Peſſi.*Cap.lj.*47.
    - Odoramenta.*Cap.lij.*48.
    - Suffimenta.*Cap.liij.*48.

---

- B. Forma: (*de qua lib.2.*) *quia vel*
  - Alterant
    - Communiter, *& vel qualitate*
      - Manifeſta.*Vide in ſeqq.ſig.* ⁂
      - Occulta.*Cap.xxxj.*85.
    - Propriè, *hoc eſt, pari alicui dicata.Sic alia*
      - Cephalica *Cap.xxxj.& xxxij & xxxiij.*85.87.88.
      - Pectoralia.*Cap.xxxiv.*92.
      - Cordialia.*Cap.xxxv.*93.
      - Stomachica.*Cap.xxxvj.*94.
      - Hepatica.*Cap.xxxvij.*95.
      - Splenitica.*Cap.xxxiix.*96.
      - Nephritica.*Cap.xxxix.*97.
      - Hyſterica.*Cap.xl.*98.
      - Arthritica *Cap.xlj.*102.
  - Purgant. *De-*
    - Medicamentis *purgantibus.Cap.xlij.*100.
    - Medicamentorum *purgantium electione.Cap.xliij.*102.
    - Purgationis *tempore.Cap.xliv.*103.
    - Purgantium *correctione.Cap.xlv.*104.
    - Purgandi *ratione.Cap.xlvj.*106.

⁂ Manifeſta

# Præcipuorum Diſpoſitio.

- **∴ Manifeſta**
  - Prima. *Sic vel*
    - Temperata: *Cap.ij.50.*
    - Intemperata
      - Calida *in gradu*
        - Primo. *Cap.iij.51.*
        - Secundo.
        - Tertio.
        - Quarto. } *Cap.iv.53.*
      - Frigida *in*
        - Primo.
        - Secundo.
        - Tertio.
        - Quarto. } *Cap.v.54.*
      - Humida *in*
        - Primo.
        - Secundo.
        - Tertio.
        - Quarto. } *Cap.vj.54.*
      - Sicca *in*
        - Primo.
        - Secundo.
        - Tertio.
        - Quarto. } *Cap.vij.55.*
  - Secunda: *quorum alia.*
    - Emollientia. *Cap.iix.56.*
    - Indurantia. *Cap.ix.58.*
    - Tendentia.
    - Laxantia. } *Cap.x.60.*
    - Rarefacientia.
    - Denſantia. } *Cap.xj.61.*
    - Aperientia. *Cap.xij.62.*
    - Attenuantia. *Cap.xiij.63.*
    - Attrahentia. *Cap.xiv.64.*
    - Diſcutientia. *Cap.xv.65.*
    - Repellentia. *Cap.xvj.66.*
    - Adurentia. *Cap.xvij.67.*
    - Extergentia. *Cap.xiix.68.*
    - Emplaſtica. *Cap.xix.69.*
  - Tertia: *quorum alia*
    - Pus *moventia.* Cap.xx.69.
    - Urinam *cientia.* Cap.xxj.71.
    - Menſes *moventia.* Cap.xxij.71.
    - Lac *generantia.*
    - Lac *minuentia.* } *Cap.xxiij.73.*
    - Semen *generantia.*
    - Semen *extinguentia.* } *Cap.xxiv.74.*
    - Dolorem *ſedantia.* Cap.xxv.76.
    - Carnem *generantia.* Cap.xxvj.77.
    - Glutinantia. *Cap.xxvij.78.*
    - Cicatricem *inducentia.* Cap.xxiix.79.
    - Venena *arcentia.* Cap.xxix.80.
    - Corpus *ornantia.* Cap.xxx.82.

**D.** Medicamentorum *differentiæ à cauſis externis ſumptæ: (de quib. lib.3.) nimirum*

- Efficiēte, *quæ eſt vel*
  - Agens
    - Primaria
      - Immediata. *De*
        - Deo.
        - Natura.
        - *Cap.j.107.*
      - Mediata. *De*
        - Medico. *Cap.ij.*110.
        - Magiſtratu. *Cap.iij.*111.
    - Secundaria
      - Mediata. *De*
        - Aſtantibus.
        - Ægrotis.
        - *Cap.iv.*112.
      - Immediata. *De* PHARMACOPœO. (*C.v.*112. *qui agit. Vide in ſeqq.ſig.*) ):(
  - Inſtrumentum *præparationi inſerviens, vel*
    - Subtiliori, *de quibus in diſtillandi generibus actum eſt.*
    - Craſſiori, *atque vel*
      - Materiæ
        - Minuendæ. *De*
          - Cultris.
          - Lima.
          - Malleis.
          - *Cap.xliix.*136.
          - Pilis.
          - Mortariis.
          - Piſtillis.
          - *Cap.xlix.*184.
        - Separandæ. *De*
          - Spathulis.
          - Cochlearibus.
          - *Cap.l.*184.
          - Cribris.
          - Colatoriis.
          - *Cap.lj.*185.
          - Ahenis.
          - Torcularibus.
          - Fornacibus.
          - *Cap.lij.*185.
          - Tabulis.
          - Menſis.
          - *Cap.liij.*186.
      - Formæ *effingendæ. De* FORMIS. *Cap.liv.*187.
- Fine: *& conferunt vel ad*
  - Neceſſitatem: *ut ſanitas vel*
    - Conſtans *conſervetur.*
    - Lapſa
      - Inſenſibiliter *præſervetur.*
      - Senſibiliter *reſtauretur curando.*
  - Ornatum: *ut* PULCRITUDO
    - Conſtans *conſervetur.*
    - Lapſa *reſtituatur.*
  - *Cap.lv.*187.

):( Pharma-

# Præcipuorum Dispositio.

):( Pharmacopœus *agit vel modo*

- Craſſo, *& vel circa*
  - Qualitatem *videlicet*
    - Calefaciendo. *De*
      - Calefactione. *Cap.vj.*115.
      - Inſolatione. *Cap.vij.*116.
    - Refrigerando. *De*
      - Refrigeratione. *Cap.iix.*116.
      - Extinctione. *Cap.ix.*116.
    - Humectando. *De*
      - Humectatione. *Cap.x.*117.
      - Nutritione. *Cap.xi.*118.
      - Infuſione. *Cap.xij.*119.
      - Mollitione. *Cap.xiij.*120.
      - Liquatione. *Cap.xiv.*120.
      - Diſſolutione. *Cap.xv.*121.
    - Siccando. *De*
      - Exiccatione. *Cap.xvj.*121.
      - Duratione. *Cap.xvij.*123.
      - Aſſatione. / Frixione. *Cap.xiix.*123.
      - Uſtione. *Cap.xix.*124.
  - Quātitatem *ſcilicet*
    - Augendo. *De*
      - Salitura. *Cap.xx.*129.
      - Coloratione. *Cap.xxi.*129.
      - Aromatizatione. *Cap.xxij.*130.
      - Conditura. *Cap.xxiij.*131.
      - Fartura. *Cap.xxiv.*132.
    - Minuendo. *De*
      - Sectione. / Fiſſione. / Fractione. / Limatura. / Raſione. *Cap.xxv.*132.
      - Tuſione. *Cap.xxvj.*133.
    - Separando. *De*
      - Purgatione. *Cap.xxvij.*134.
      - Pulſatione. *Cap.xxiix.*136.
      - Confricatione. *Cap.xxix.*136.
      - Lotione. *Cap.xxx.*137.
      - Expreſſione. *Cap.xxxj.*138.
      - Coctione. *Cap.xxxij.*138.
      - Putrefactione. *Cap.xxxiij.*140.
      - Cribratione. *Cap.xxxiv.*140.
      - Extractione. *Cap.xxxv.*142.
      - Deſpumatione. *Cap.xxxvj.*144.
      - Clarificatione. *Cap.xxxvij.*146.
      - Colatione. *Cap.xxxiix.*148.
- Subtili. *Vide in ſeqq. ſign.* C.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0019-4

**C.** Subtili: *ut* DESTILLATIONE, *quæ eſt humoris alicujus, à plāta animali, terreo, vi caloris extractio. Hujuſmodi autem calor fit vel ab*

- Igne, *agente vel*
  - Surſum, *& vel*
    - Mediatè, *re*
      - Humida,
        - Aquoſa. *De* DESTILLATIONE in BALNEO MARIÆ. *Cap.xxxix.*150.
        - Aërea. *De* DESTILLATIONE *in vapore aquæ calentis. Cap.xl.*155.
      - Sicca, —
        - Aërea. *De* BALNEO SICCO. *Cap.xlj.*159.
        - Terrea,
          - Cinere.
          - Arena.
          - Scoria *ferri.*
          - *De* DESTILLATIONE *in cineribus, arena, & ſcoria ferri. Cap.xlij.*163.
    - Immediatè,
      - Flamma *ignis.*
      - Carbonibus *accenſis.* —
      - *De* DESTILLATIONE *per ignem. Cap.xliij.*169.
  - Deorſum. *De* DESTILLATIONE per DESCENSUM.*Cap.xliiij.*175.
- Abſque *igne, & vel*
  - Sole. *De* DESTILLATIONE in SOLE. *Cap.xlv.*181.
  - Putredine. *De* DESTILLATIONE in FIMO.*Cap.xlvj.*181.

---

**E.** Accidentibus: *(de his lib.4.) videlicet*

- Qualitate —
  - Senſili
    - Viſibili. *De* COLORIBUS. *Cap.ij.*189.
    - Odoratili. *De* ODORIBUS.*Cap.iij.*191.
    - Guſtatili. *De* SAPORIBUS.*Cap.iiij.*171.
    - Tactili. *De*
      - Qualitatibus *tactilibus.*
      - Conſiſtentia. ———
      - *Cap.v.*176.
  - Non *ſenſili. De* FIGURA & FORMA.*Cap.vj.*179.
- Quantitate,
- Tempore,
- Ordine, —
  - *&c.Vide in ſeqq.ſign.* F.

# PRÆCIPUORUM DISPOSITIO.

- F.
  - Quantitate
    - Excedente. *De*
      - Ponderibus, *& menſuris. Cap. vij.* 180.
      - Valore, *ſeu taxatione. Cap. iix.* 182.
    - Deficiente. *De* SUCCEDANEIS, *ſive quid pro quo. Cap. ix.* 184.
  - Tempore
    - Collectionis. *De loco colligendi ſimplicia. Cap. x.* 188.
    - Repoſitionis
      - Univerſali. *De domo, ſeu ædificio, & officina Pharmacopæi. Cap. xj.* 190.
      - Particulari. *De*
        - Hypocauſto. *Cap. xij.* 191.
        - Pixidibus. / Arculis. / Vitris. / Saccis. / Ollis. / Urceis. — *Cap. xiij.* 191.
    - Collectionis. *De tempore colligendi ſimplicia. Cap. iiij.* 193.
    - Durationis. *De duratione Medicamentorum. Cap. xv.* 194.
  - Ordine. *De*
    - Collocatione *Medicamentorum in formulis, ſive receptis. Cap. xvj.* 195.
    - Collocatione *Medicamentorum in officinis. Cap. xvij.* 197.

*HIS itaque ordine poſitis, totum hoc generale Antidotarium in quatuor diſtribuemus Libros, in quorum primo Medicamentorum Materiam, tum quæ natura, tum quæ arte conſtat: in ſecundo Formam: in tertio Efficientem, & Finem: in quarto Accidentia tractabimus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0021-1

# ANTIDOTARII SPECIALIS PER JO. JACOBUM WECKERUM emendati & locupletati

## LIBER I.

### *De Igne, Sectio I.*

IGNIS in medicinæ uſum venit. Sumuntur enim medicamenta tum ab

- Igne *ipſo* vel
  - Cum *flamma depaſcente*
    - Ligna.
    - Sevum, Oleum, Butyrum.
  - *Sine flamma: ut ab ignitis*
    - Carbonibus.
    - Metallis.
    - Lapidibus.
- Recrementis *ipſius: ut à*
  - Fuligine.
  - Cinere.
  - Calce.

IGNIS eligendus eſt flammæ elevatæ, ex quercu, vel ilice, vel ſubere, vel fago, vel ſalice, vel ſarmentis vitium, non corruptis & putridis, nõ viridibus, & fumum faciẽtibus, nõ valloſis, ſed montanis & ſiccis factus. Talis namq; corpora ſana maximè tempore frigidiore conſervat, refrigerata calefacit; humectata ſiccat, denſata laxat, aſtricta & clauſa rarefacit & aperit, aëris malitiam corrigit, &c. *Hippocr. & Galenus.*

CANDELÆ & LUCERNÆ. In cubiculis ſanorum vel ægrorum tẽpore nocturno primũ locum habent candelæ, ex cera flava, recenti, munda, deinde ex ſevo taurino recenti, moderato calore liquato, & colato, ellychnioq; puro, albo & æquali, confectæ. Sic etiam lucernæ ex oleo communi ſeu olivarum recẽti, claro, mundo, & ellychnio bombacino, puro ac ſubtili, meliores habentur. Hujusmodi enim ad aërem tenebroſum illuminandum, vigilias producẽdas, cucurbitulasq; affigendas, &c. accommodatiores habentur. Quæ verò ex pinguedine ovina, vel porcina, rancida, antiqua, aduſta, impura, vel ex oleo nucum, vel veteri, rancido & immundo

A ſunt confectæ, prorſus ſunt vitandæ: quoniam odorem ſpirant gravem, vitalemq; ſpiritum corrumpunt, &c.

CARBONES IGNITI tum ad alimentorum, tum medicamẽtorum præparationẽ competunt. Eliguntur, qui ex quercu, vel ilice, vel fago ſunt confecti, non humidi, non ſemiuſti, & fumum vel ſtrepitum reddentes. Cæteri verò ex ſalice, picea, vel pino, inutiliores. *Galenus.*

B METALLA IGNITA meliora habentur primò ex auro, deinde ex argento, poſtremò ex ferro. Conducunt ad cauteria facienda, carnem putridam conſumendam, ſanguinem promanantem ſiſtendum. Ex lapidibus verò ignitis, præferuntur ſilicei. tales namq; ad ſudores eliciendos ſunt aptiores. *Galenus.*

FULIGO omnis exiccatoria eſt, ac proinde terreſtris eſt eſſentiæ, habens quasdam etiam ignis, qui materiam combuſſit, reliquias: ſed id puſillum eſt. Porrò tota ejus natura terrena eſt,
C tenuium partium. Sed quæ ſpeciatim in ea differentiæ ſunt, ex pro uſta materia eveniunt: ex acriore & calidiore, tali etiam proveniente fuligine: ex dulciore, ſimili quoque & hinc fuligine proveniente. *Galenus.*

A *Fuliginem Thuris* ſic facito. Forcipicula lucernis accenſas ſingulatim thuris glebas, in novam fictilem ollam concavam imponito: & æreo vaſe, in medio perforato, deterſa diligenter ſorde, obtegito: alteram admoveto, ex altera ejus parte, aut utraque, ſubjectis quaternûm digitorum altitudine lapillis, quò faciliùs perſpici queat, ſi urantur: & quà locus capax fuerit, glebulas alias ſupponito, & antequam prorſus prior gleba reſtinguatur, aliam imponito, donec ſufficientem fuliginem videaris coegiſſe. Continuò tamen B externæ æramenti partes ſpongia, aqua frigida madefacta, abſtergantur: ita enim tēperato æris fervore, fuligo omnis inhærebit, quæ alioqui per levitatem decidua thuris cineribus admiſcetur. Deraſa itaq; fuligine, cinis cremati thuris ſeorſum ſubtrahendus eſt. Idem opus quoad ſatisfactum tibi videbitur, obeundum. * Oculorum inflāmationes mitigat, fluxiones ſuſpēdit, ulcera purgat, cava explet, carcinomata ſiſtit. Simili C modo è myrrha, reſina, ſtyrace, reliquisq; lacrymis fuligo excipitur ad eadē conveniens. *Dioſc.*

*Fuligo* è liquida pice fit hoc modo. In lucerna nova, quæ ellychnium habeat, nonnihil picis incendito, lucernamque fictili vaſe in clibani ſpeciem conformato, ſuperiùs in anguſtum fornicato, inferiùs perforato, ut clibani eſſe ſolent, operito, & adoleri ſinito: conſumptoq; liquore novum infundito, quoad ſufficientem uſui fuliginem collegeris. * Vis ei aſtringens, acriſque. Uſui eſt ad pigmenta, quibus palpebras linunt, D & venuſtant, & ad circumlitiones. Item ubi glabris genis pilos reſtitui oportet, ad imbecilles lacrymoſosq; oculos: inſuper ad eorundem ulcera non inutilis eſt *Dioſcorides.*

*Fuligo pictoria*, qua pictores utuntur, ex vitrariis officinis colligi ſolet: ſiquidem ei palma tribuitur. * Vis ad aſtringendum & erodendum efficax: fracta, cum roſaceo cerato ad cicatricē perducit. *Dioſcorides.*

CINIS, combuſtorum lignorum reliquiæ ſic nuncupantur, cōpoſitæ ex contrariis tum qua- E litatibus, tum ſubſtantiis. Habet enim in ſe partim terrenum, partim velut fuliginoſum, quod Græcè dicitur αἰθαλῶδες, ſive λιγνυῶδες, ſive quomodocunq; quis appellare volet: atque hæ ſanè partes ſunt tenues, & quæ maceratis aqua cineribus, & percolatis, unà aſportātur atq; abeunt. Quod verò reliquum eſt, terrenum eſt, infirmū, & morſu carens, calida facultate in lixivium depoſita. Sed non omnis cinis eadem temperatura præditus eſt, ſed pro combuſtæ materiæ diverſitate variatur. *Galenus.*

SARMENTORUM CINIS urendi vim habet: cū axungia autē vel oleo illitus, fractis nervis, articulorum colliſionibus, & nervorum nodis prodeſt: cum nitro & aceto excreſcentias carnis in ſcroto reprimit. Serpentum canumq; morſibus illitus ex aceto medetur. Cruſtas obducentibus medicamentis admiſcetur. Fit ex eo lixivium contra præcipitationes & fungorū venena, cum aceto, ſale & melle. *Dioſcorides.*

CALX cineris quædā ſpecies eſt: fit hoc modo. Marinorum buccinorum teſtas igni condito, aut ferventi clibano nocte dimittito: poſtera die, ſi candidiſſimæ fuerint, extrahito: ſin aliter, iterum urito, uſque dum vehementer inalbuerint. Dein ubi in aquam frigidam demerſæ fuerint, in fictile novum conjicito, & exactè pannis operiens, noctem unam cōquieſcere ſinito: manè eam extrahens, ubi perfecto omni opere elaborata fuerit calx, recondito. Fit & è litoralibus calculis igne crematis, nec non è vili & fuſaneo marmore, & lapide calcario. Vis omni calci in commune ignea, mordens, adurens & cruſtas inducens: quibusdā aliis immiſta, ut adipi, oleo, concoquendi vim aſſumit, mollit, & diſſipat: ulcera ad cicatricem perducit. Efficacior exiſtimatur recens, nec aſperſa aquis. Porrò calx elota, medicamen eſt, citra morſum deſiccans, magisque, ſi bis térve lavetur. *Dioſc. & Galenus.*

### *Calx teſtarum ovorum, & limacum.*

TESTAE ovorum, aut limacum reverberentur igne acerrimo per triduum, donec redicantur in calcem candidiſſimam. Si dum calcinantur, aſpergantur aceto, calx levior reddetur, & ad vires ſuas exercendas aptior. *Quercetanus.*

## *De Aere, Sectio II.*

AER ad vitā tum conſervandam, tū morbos profligandos maxime eſt neceſſarius: tum

- Naturalis, *qui vel agit ſua*
  - Qualitate: *vel*
    - Prima. *Sic aliùs*
      - Temperatus: *ut* Orientalis. Occidentalis.
      - Intemperatus: *ut* Meridionalis. Septentrionalis, *&c.*
    - Secunda. *Sic aliùs*
      - Rarefacit: *ut Meridionalis.*
      - Condenſat: *ut Septentrionalis.*
  - Subſtantia: *ut*
    - Purus, *Clarus, Subtilis, &c.*
    - Impurus, *Craſſus, Nebuloſus, &c.*
- Artificialis. *Sic arte conficitur aër*
  - Frigidus.
  - Calidus, *tum ad*
    - Contemperandum.
    - Sudorem *eliciendum: ut Laconicum, &c.*

AER tum

AER tum corporum, tum ſpirituũ noſtrorum elementum eſt. Eligendus eſt purus, lucidus, non qui ſtagni, nec paludis halitu eſt perturbatus, nec ex profundo ſpecu peſtilentem auram ſpirat: nec qui ex cloacis, quæ magnam aliquam urbem aut numeroſum exercitum purgant, vitium contraxit: nec qui ex animalium, olerum, leguminumque putredine aut fimo coinquinatur: nec qui ob ſtagnum, vel flumen vicinum nebuloſus eſt: nec qui editis undiq; montibus in cavo loco clauſus nullum recipit perflatum: nec qui vicinus eſt aquis, in quibus linum & canabis macerantur: ſed qui purus omnino eſt, temperatis quidem hominibus, & temporibus temperatis, ab oriente, æſtate, & calidioribus temperaturis à ſeptentrione, vel occidẽte; hyeme verò & frigidioribus naturis à meridie vel oriente ſpirans. Quòd ſi aliquando ſua qualitate excedat, vel ſubſtãtia variet, ita ut nobis fuerit adverſus, frigidus quidem corrigendus eſt tum ignibus ex quercu vel ilice, tum aquis, vel decoctis rerum calidarum, vel ſuffumigiis, ex ladano, thure, ſandaracha, ſtyrace, gallia moſchata, &c. Calidus verò contemperandus, vel foliis ſalicis, vitium, quercus, floribus roſarum, violarum, nenupharis, per cubicula ſtratis: vel aqua roſarum, nenupharis, & aceto & ſantalis, vel aqua & aceto aſperſis. Quòd ſi corruptus vel putris fuerit aër, emendandus eſt tum ignibus majoribus ex quercu, vel lignis juniperi, vel roriſmarini, vel citri, citonii, vel myrrhę, &c. tum ſuffumigiis odoratis, ex citro, junipero, vel aceto roſaceo, vel caphura, &c. * Cæterùm frigidus aër, cujusmodi eſt ſeptentrionalis, conden-

A ſat, corroborat, indurat, concoctionem juvat, aërem peſtilentem ſanat. Calidus verò rarefacit, laxat, poros aperit, humores agitat, ſpiritus reſolvit, ſudorem provocat, concoctionem impedit, virtutem dejicit, febres ardentes gignit, &c. Humidus, ut meridionalis, humectat, ſenſus gravat, recidivationem facit, febres putridas & peſtiferas generat. Siccus cutim exiccat, &c. *Hippocr. Galenus & Avicenna.*

BALNEUM aëreum, quod Laconicum, &
B Calidarium vel Sudatorium vocatur, fit vel à vaporibus calidis & ſiccis ab igne accenſo ſublatis, (Barbaris ſtufa ſicca dictum) vel à vaporibus calidis & humidis, ab herbis in vaſe aliquo decoctis, aut aqua ſupra ignitos lapides reſperſa (ſtufa humida Barbaris appellatum.) * Sordes corporis abſtergit, materias per totum corpus tum calefacit, tum verò fundit: præterea quę inæqualia ſunt, æquat, & cutim laxat, & multa quæ detenta ſub hac fuerunt, cuat, ut vamerito ſanè
C exercitii interdũ neglecti vicem ſupplere queat. Valet pręterea contra humidos & frigidos morbos, tumores laxos, podagram frigidam, ſcabiem humidam, morbum Gallicum, craſſitiem & pinguedinem, hydropem, inflationem, calefacit, exiccat, extenuat, conſumit, ſenibus prodeſt, ſudorem evocat. At nocet Laconicum capiti, oculis, pulmoni & pectori, nervis, frigidis & ſiccis, calidis & ſiccis, gracilibus, conſumptis, jecori, vulneribus, & ulceribus, digeſtivæ fa-
D cultati: item ſitim auget, & ventrem conſtipat. *Fuchſius, & alii.*

## DE AQUA, *Sectio III.*

AB Aqua quoque medicamẽta ſumuntur, tum

- Superiore: *ut Aqua pluvia.*
- Inferiore
  - Non *medicata: ut*
    - Aqua *fontana.*
    - Aqua *putealis.*
    - Aqua *lacuſtris.*
    - Aqua *fluvialis, &c.*
  - Medicata, *ſive mineral. Balnearum differentia ſumuntur vel à*
    - Metallis, *quorum vires aſſumunt. Sic alia*
      - Salſæ, nitroſæ.
      - Aluminoſæ, ſulphureæ.
      - Bituminoſæ, ferreæ.
      - Aëreæ, cupreæ.
      - Aureæ.
      - Gypſeæ, *&c.*
    - Locis, *&c. Vide literam* A.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0025-3

A. Locis, *in quibus ſcaturiũt: utputa in*

- Germania:
  - Thermæ
    - Curienſes, Lotharingiæ, Badeniæ, Ferinæ.
    - Cellenſes, Acidæ, Au, Embs, Alſatiæ, Boëmiæ.
    - Wisbaden, Gaſtein, Abach, *&c.*
  - Balneæ
    - Wembdingenſes, Huberbadenſes, Sultzenſes.
    - Badenvvilenſes, Watvvilenſes, Villingenſes.
    - Brintzbachenſes, Glotterbad, Zuckenthalenſes, *&c.*
- Italia:
  - Balneum *Aponi.*
  - Balneum *Porretanum.*
  - Balneum *de Corſeno.*
  - Balneum *ſanctæ Mariæ.*
  - Balneum *de Aquis.*
  - Balneum *de Petriolo.*
  - Balneum *de Grota.*
  - Balneum *Urbis veteris.*
  - Balneum *montis alti.*
  - Balneum *Aquenſe.*
  - Balnea *Sicula.*
  - Balneum *de Aquario.*
  - Balneum *Carpenſe, &c.*

## EJUS ITAQUE CAPITA HÆC SUNT.

*De aqua potabili.*
*De balneo aquæ dulcis calido.*
*De balneo aquæ dulcis frigido.*
*De aquis mineralibus ſive thermis.*
*De balneis ſalſis.*
*De balneis nitroſis.*
*De balneis aluminoſis.*
*De balneis ſulphureis.*
*De balneis bituminoſis.*
*De balneis ferreis.*
*De balneis cupreis.*
*De balneis aureis.*
*De balneis gypſeis.*
*De balneis mixtis.*
*De balneis Curienſibus, ſive Piperinis.*
*De balneis Lotharingiis ſive Plumbariis.*
*De Badeniis Helvetiorum.*
*De Badeniis inferioribus in Marchionatu Badenſi.*
*De Badeniis Auſtriacis.*
*De balneis Ferinis in Ducatu Wirtenbergenſi.*
*De balneis Cellenſibus.*
*De balneis Geppingenſibus.*
*De balneis Avvenſibus.*
*De balneis Embſenſibus.*
*De balneis Gebersvilenſibus.*
*De balneis Carolinis, ſive Ellenbogenſibus.*
*De balneis Wisbadenſibus.*
*De balneis Caſteinenſibus.*
*De balneis Abudiacis.*
*De balneis Abechenſibus.*
*De balneis Wembdingenſibus.*
*De Hubbad, ſive Huberbad.*
*De balneis Sultzenſibus.*
*De Sultzbergenſibus.*
*De balneo Sultzbrun.*
*De balneis Badenvvilenſibus.*
*De balneis Wattenvvilenſibus.*
*De balneis Villingenſibus.*
*De balneis Brintzbachenſibus.*
*De balneis Kibbadenſibus.*
*De Glotterbad.*
*De balneo Zuckenthalenſi.*
*De balneo Vogtſpergenſi.*
*De balneo Sultzenſi.*
*De balneis Ægrinis.*
*De balneis Uberkingenſibus.*
*De balneis Nideravvenſibus.*
*De balneis Deynachenſibus.*
*De balneis Federinis.*
*De balneis Antigaſtrenſibus.*
*De balneis Birckenfeldenſibus.*
*De balneis Trevirenſibus.*
*De Niderborn & Oberborn.*
*De Conderthal.*
*De Baſſenheim.*
*De Keſſelbrun.*
*De Ponterborn.*
*De Hailbron.*
*De balneis Annabergenſibus.*
*De balneis Aquenſibus.*
*De Bellerthal.*
*De balneis Bertringenſibus.*
*De balneis Brigenſibus.*
*De Buretzheim.*
*De balneis Dalſingenſibus.*
*De Dunckelbrun.*
*De Ebenhauſen.*
*De balneis Etingenſibus.*
*De balneis nominatis Fliechen.*
*De Jungbrun.*
*De Keſvvaſſer.*
*De Kiſſingen.*
*De Kronenberg.*
*De Leonſtein.*
*De balneis Laubacenſibus.*
*De balneis Leucenſibus.*
*De balneis Leuningenſibus.*
*De balneis Loſſingenſibus.*

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0026-9
DFG

*De balneis Merteſdorff.*
*De balneis Montenbaur.*
*De Neubad.*
*De balneo Saurenthal.*
*De balneo Spiegelbergenſi.*
*De balneo Schuenningenſi.*
*De balneo Sylveſtri.*
*De balneis Teplicis.*
*De balneis Uberlingenſibus.*
*De balneo Villachenſi.*
*De balneo Waldsborn.*
*De balneo Weringenſi.*
*De balneo Wolckenſteinenſi.*
*De Zollerbad.*
*De balneis Patavinis.*
*De balneo Porretano.*
*De balneo Corſeno.*
*De ſancta Maria in bagno.*
*De balneis de Aquis.*
*De balneo Petriolo.*
*De thermis Grotinis.*
*De thermis apud Urbem veterem.*
*De balneis Peruſinis.*
*De balneis montis Catini.*
*De balneis Aquenſibus.*
*De balneis Siculis.*
*De balneis Aquariis.*
*De balneo Carpenſi.*

### *De Aqua potabili.*

AQUA optima eſt, quæ pura, limpida, omnis ſaporis expers, guſtu jucundo, clara, pellucida, tenuis, levisq; reperitur: nec nõ quæ igni admota citò calefit, remota verò ocyſſime frigeſcit, & in qua carnes & legumina celerrimè coquuntur: quæ deniq; æſtate frigida, hyeme verò tepida exiſtit, celeriterq; præcordia pertrãſit, & ſine ulla vẽtriculi moleſtia labitur, & ſecedit. Talis autem ea eſſe ſolet, cujus fons ad orientem Solẽ erumpit, curritq; ſuper lapides, aut arenã, aut puriſſimam terram. Omniũ tamẽ præſtantiſſima eſt pluvialis, eaq; præſertim, quæ in fine æſtatis, vel principio autumni, vel etiam media ęſtate pluit, ſilente cœlo. Huic fere illa reſpondet, quæ eodẽ tẽpore cum tonitruis deſcẽdit. At ea, quæ maxima aeris ac ventorum procella, terrifico tonitruum, fulgurũ, & grandinis impetu, ex velociter concitatis nubibus cœlo demittitur, in humanę vitę uſum admitti nõ debet. Porrò aqua ciſternarum non æque cõmendatur, tum quòd miſcella quædam ſit diverſarũ aquarum, quæ in diverſis anni temporibus inibi colliguntur ex pluvia, ex grandine, & nivibus hyemali tempore in tectis colliquatis: tum quòd aquæ omnes ſtationariæ, putrefactioni facilè ſint obnoxiæ. Putealis pręterea aqua tertium in bonitate locũ habet: gravis quidem eſt, ægreq; cõficitur, nec omnis putredinis expers: veruntamen tantò minùs fuerit damnãda, quantò frequentiùs hauritur, vel ſi e ſubterraneo fonte ſcaturiat. Sequuntur lacuſtres & paluſtres: quæ omnino ſunt improbãdę, niſi coctæ, vel igne fuerint deſtillatę. Fluviatilis deniq; probatur, in qua nulla animalia putrefacta, nulla excremẽta, nullæ urbium ſordes ineſſe ſentiuntur, &c. *Galenus.*

### *De balneo aquæ dulcis calido.*

BALNEUM calidum aquæ dulcis confert alopeciæ, appetitui canino, alvo obſtructæ, capitis dolori, calori externo, cholericis, & morbis calidis, colicę, phthiſi, pulmonis vitiis, pleuritidi, hecticis, hæmorrhoidibus obſtructis, laſſitudini membrorum, extenuatis, conſumptis, morbis ſiccis, ſpleniticis, melancholicis, ſiti, vigiliæ, ventris fluxui, ulceribus, tertianis, quartanis, fluxibus omnibus, menſibus obſtructis, mulieribus,
A infantibus, ſenibus, ſcabiei, pruritui, omnibus
cutis vitiis, nephriticis: emollit corpus, & membra: humores liquat, & evacuat: corpus & membra humectat: indurata reſolvit, impinguat: vocem clarificat: urinam movet: calorem nativũ & humorem auget: ſomnum conciliat: carnem & cutem reſtituit naturali temperamento: cibũ diſtribuit: mundificat, & abſtergit. Sed uſus ejus immoderatus cordi nocet, ſyncopen inducit, appetitum dejicit, nauſeam movet, juncturas
B laxat, & debilitat, calorem naturalem reſolvit:
corpus & membra laxat, humores movet, & ulceribus nocet, &c. *Galenus, & alii.*

### *De balneo aquæ dulcis frigido.*

BALNEUM aquæ dulcis frigidum valet contra morbos calidos & ſiccos, febres omnes ſiccas, convulſionem, ſpaſmum, ſanguinis profluvia quæcunque, cutis ſordes, menſtruorum fluxum nimium, & rubeum, & cholericum, articu-
C lorum dolores, & podagram. Prodeſt juvenibus,
& carnoſis: totum corpus refrigerat: cutem denſat: digeſtionem confortat: vires roborat. Sed frigidum balneum nocet maximè pueris, & creſcentibus, gracilibus, mulieribus, ſenibus, imbecillis, nervis & juncturis debilibus, pectori, cordi, ſtomacho frigido, & imbecillo, inteſtinis, renibus, matrici, hominibus frigidis & humidis, morbis omnibus frigidis & humidis, calori nativo, vulneribus & ulceribus, hecticæ: item op-
D pilat, & conſtipat. *Iidem.*

### *De aquis mineralibus ſive thermis.*

AQUÆ minerales ſeu THERMÆ, Balnea naturalia dicuntur, quæ per ſe aut ſponte, vel naturaliter ſcaturiunt: alioq; nomine, eò quòd illis inſit calefaciendi facultas, thermæ vocantur. Sunt autẽ quædã ſalſa, quædam nitroſa, quædam aluminoſa, quædã ſulphurea, nõnulla bituminoſa, aliqua ferrea, aliqua ærea, aliqua cuprea, aliqua aurea, quædam ex plurib. horum mixta, &c.

E
### *De balneis ſalſis.*

BALNEA ſalſa ad frigidas & humidas intemperies, & ad ejusdem generis morbos cõferunt. Proinde medentur hydropicis, frigidis nervorum doloribus, podagræ, reſolutioni, aſthmaticis: pectoris fluxiones cohibent: ventriculo frigido & humido conferunt, & tumoribus laxis,

pituitoſis, ſcabie infectis, capiti thoracique fluxionibus obnoxio, &c. [A] Valent præterea contra ſpaſmum & convulſionem, matricem frigidam & humidam, veſicam & nervos, renum ægritudines, teſticulorum inflationem, menſtrua alba, ſterilitatem, ulcera, tormina, flatus & dolores ventris, laxitatem membrorum, calculum, articulorum dolores, humorum putrefactionem, nervorum contritionem, caſum epilepſiam, aurium dolorem, vulvæ caſum, ſplenis duritiem, ſtomachi dolores frigidos, carnem ſuperfluam, [B] ſcabiem, impetiginem, &c. *Galenus, & alii.*

NITROSA balnea à ſalſis, facultatibus non differunt, niſi quòd in omnibus illis valentiores ſunt, non adeò tamen adſtringunt, ſed valenter abſtergunt, quare & ſcabioſos mundant, & aurium ulceribus medentur, incertosq; earum ſonos atque tumores diſcutiunt. Conferunt præterea capiti, thoraci, fluxibus, vētriculo pituitoſo ac humido, hydropi, tumoribus laxis, nervorum vitiis, defluxionibus ad pectus, prurittui, fur- [C] furibus, viſui, paralyſi, nervorum torſionibus, ſurditati, ventris doloribus, vermibus, carni excreſcenti, ulceribus, venenis. *Galenus & alii.*

*De balneis aluminoſis.*

ALUMINOSA balnea, ad ſanguinis rejectiones, ventriculum vomiturientem, hæmorrhoidas immodicè profluentes, mulieres, quæ inordinatè purgantur, & quæ frequenter abortiunt: ad eos deniq;, qui immodico ſudore reſolvun- [D] tur, & tibiarum varices proſunt. Exiccant valdè, calefaciunt, conſolidant, coagulant. Valent adverſus ructus, hydropem, tormina, ulcera maligna & putrida, articularem morbum, ſputū ſanguinis, ſudores ſuperfluos, dyſpepſiam, varices, ulcera veſicæ, tumores laxos: item valent contra fluxum ſanguinis, & aliarum ſuperfluitatum, viſus obſcuritatem, ſtomachica, teſticulorū dolorem, herpetem, eſthiomenū, apoſtema corroſi- [E] vum, ignis aduſtionem, carnem ſuperfluam, & omnes morbos frigidos & humidos. *Gal & alii.*

*De balneis ſulphureis.*

SULPHUREA balnea calefaciunt, nervos emolliunt, dolores mitigant, ſtomachum enervant & ſubvertunt, omnia cutis vitia exterunt: hydropicis, alphis, leucis, impetiginibus, ulceribus antiquis, articulorum defluxioni, lieni indurato, jecori, utero, reſolutionibus, coxendicibus [F] & ſcabiei ſubveniunt. Siccant præterea vehementer, & in quarto gradu, reſolvunt, aperiunt, attrahunt, conſumunt, attenuant. Proſunt ventriculo, nervis frigidis & humidis, ſcabiei, spleni, calculo, teneſmo, jecori, matrici, lumborum doloribus, morbis frigidis & humidis, reſolutis, paralyticis, contractis, tremulis, & nervorum doloribus, tumoribus articulorum, & eorum morbis aliis, epilepticis, lethargicis, ſurditati, & oblivioni, & coryzæ, apoplexiæ, tuſſi, pectoris ſaniei, aſthmati, ventoſitatibus, hydropi, icteritiæ, venenatis, &c. *Idem.*

*De balneis bituminoſis.*

BITUMINOSA balnea caput replent, ſenſuū inſtrumenta lędunt, enixè tamē calefaciunt, & prolixè molliunt, ſi quis diutiùs immoretur, præſertim uterum, veſicam & colum. præterea aqua intercute affectis peridonea ſunt. *Galenus.*

*De balneis ferreis.*

INFRIGIDANT, exiccant, ſtypticant. Proſunt calidis & humidis morbis, aſthmati, podagrę, & articulorum dolori, vētriculi debilitati & molitiei, auriū ſaniei, fluxui ſtomachico, hydropi, colicæ, fluxui menſiū, & urinæ, hæmorrhoidibus, ani egreſſioni, venenis, &c. *Fuchſius, & alii.*

*De balneis cupreis & æreis.*

BALNEA cuprea & ærea calefaciunt, ſiccāt, abſtergunt, reſolvunt, incidūt, ſtypticant, incarnant, mundificant, conſolidant, conſtringunt. Proinde articulorū doloribus, podagricis, aſthmaticis, nephriticis, ulceribusq; malignis, oculis, ori, tonſillis, & uvæ auxiliantur: conferunt morbis frigidis & humidis, laxitati, & rupturæ membrorum, cōtuſis membris, vulneribus malè curatis, cutis malis, carbunculo, carni excreſcenti, viſui, carni ſuperfluæ in naribus, vel ano, hydropi, alvo conſtipatæ, &c. *Fuchſius, & alii.*

*De balneis aureis.*

BALNEA aurea calefaciūt, & ſiccant. Proinde doloribus colicis, volvulo, fiſtulis, podagræ ac malignis ulceribus ſuccurrunt. Proſunt item ventriculo frigido, calculo, rupturis, oculorū vitiis, ſcabiei & lepræ, cutis malis, cordi, ejusq; tremori, & affectibus, oris fœtori, &c. *Fuchſ. & alii.*

*De balneis gypſeis.*

BALNEÆ gypſeæ infrigidant, exiccant, cōglutinãt, oppilãt. Proſũt fluxui ſanguinis e naribus, ophthalmię, menſtruorū fluxui, & aliis omnibus fluxionibus, calidis & humidis morbis, &c.

*De balneis mixtis.*

BALNEA quæ ex mixtis qualitatibus cōſtant, pro cujusq; vincentis qualitatis ratione agunt. Proinde ex jam commemoratis facillime omnium Germaniæ noſtræ thermarū facultates dijudicare licebit, modo mixturā ac conſtitutionē illarum perſpectā habeamus. Quare ne quid hac in parte deſiderari poſſit, breviter earundē, potiſſimùm earū, quæ cęteris antecellere videntur, mixturæ & vires exponendæ ſunt. *Fuchſius.*

*De thermis Germaniæ, & primò de balneis Curienſibus, ſive Piperinis.*

In CURIENSI diœceſi thermæ ſitæ ſunt, quæ Germanis Pfeffersbad dicūtur, hoc eſt, piperina balnea. Cōſtant mixtura auri, ſulphuris, ferri, æris, & nitri. Harum aqua nō cōtinuò manat, ſed tertio die Maji erumpit, decimo verò quarto Septembris iterum ſeſe ſubducit.* Mirificè doloribus capitis confert, memoriam roborat, viſum auditumq; acuit: cerebri obſtructiones ac nervorum aufert, articulorum doloribus, ulceribus, fracturisq; oſſium ſuccurrit. Valent præterea ad articu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0028-0

articulorum reſolutionem, tremorem artuum, A manuum, pedumque, laſſitudinem membrorũ, phthiſim, febres inveteratas, apoplexiam, paralyſim, reſolutiones linguæ, ac oris, ſpaſmum, podagram, lateis dolores, cordis palpitationem, ictus, percuſſiones, ophthalmiam, ſurditatẽ, maniam, veternũ, chiragrã, artuum dolores, membra fracta, luxata, contracta, convulſa, & ſugillata, ulcera maligna, & malè curata, ſcabiem impetiginem, elephantiaſim, lepram recentem, vulnera male curata, calculos renum & veſicæ, B uteri affectus varios, & inveteratos, renum vitia diuturna, veſicæ mala vetera, cancrum, fiſtulam, anthracem, ficos, ſcirrhos, luxationes vertebrarũ, mammillarum ulcera, epilepſiam, menſium intemperiem, cõſumptos à morbo, obſtructiones cerebri, jecoris, lienis, & nervorum, icteritiam, quartanam, hydropẽ, &c. *Fuchſius, & alii.*

### *De balneis Lotharingiis, ſive Plumbariis.*

In Lotharingiæ montanis balnea ſunt, quæ Plumbers/ quaſi plumbea, ob nimirum copioſam plumbi mixturam, vocantur. Conſtãt ex plumbi, ſulphuris, & aluminis mixtione.* Auxiliantur malignis & curatu difficilib. ulceribus, cancro, phagedænis, fiſtulis, elephantiæ recens cœptæ, & omnibus cutis vitiis. Valent præterea contra capitis fluxiones, ſcabiem, pruritum, impetiginem, intertriginem, vulnera malè curata, membra rupta, contuſa, & reſoluta, torporem D membrorum, artuum dolores laſſitudinẽ membrorum, imbecillitatem, panaritium, fluxiones partium corporis, paralyſim, contuſionem, inflammationes, uteri affectus frigidos, humidos, ſtrangulatum, renum morbos, veſicæ ægritudines, fluxiones, febres inveteratas, & recẽtes, mẽſes albos, ſterilitatẽ, hæmorrhoidas obſtructas, & humidos morbos omnes. *Fuchſius, & alii.*

### *De Badeniis Helvetiorum.*

Haud procul à Badeniis Helvetiorum E ſalubres thermę habentur, quarũ mixtura cõſtat ex copioſo ſulphure, & exiguo alumine. * Proſunt ad frigidas ac humidas capitis & cerebri paſſiones, lethargũ ſcilicet, amiſſam memoriã, & ſimiles. Calefaciunt & exiccant ventriculum, ejusq; concoctionem juvãt, jecoris & lienis obſtructiones tollunt. Detentos menſes evocant, & ſterilitatem auferũt. Mulieribus præterea magis quàm viris cõferunt: item pectoris anguſtiis proſunt, aſthmati, dyſuriæ, ſtomachi affectibus F phlegmaticis, inteſtinorum obſtructionibus, colicæ paſſioni, catarrhis frigidis, coryzæ, rheumati, defluxionibus ex capite, ſenſibus roborandis & curandis omnibus, viſui, vertigini, oculorum ſuffuſioni, & fluxioni, auditui, & odoratui, concoctioni malæ, cibi faſtidio, renum vitiis, calculo, defluxionibus hæmorrhoidum immodicis, nervorum, muſculorum, tendinum, & ligamentorum affectibus, viſcerum obſtructionibus, ſuffocationi matricis, & præcipitationi, ac emotæ è loco ſuo, doloribus matricis in gravidis, mulie- A rum omnibus morbis, dolori articulorum, chiragræ, podagræ, iſchiadicis, membris infrigidatis, contractis, dolentibus, ſcabiei, pruritui, impetigini. Nocent contrà calidis & ſiccis temperamentis, & morbis. *Fuchſius, & alii.*

### *De Badeniis in Marchionatu Badenſi.*

In inferiori Badenia, ubi Marchio Badenſis reſidet, ſunt balnea miræ efficaciæ, quorũ mixtura ex ſulphure, ſale & alumine exiſtit. * Conferunt difficilè ſpirantibus, & aſthmaticis, B doloris. articulorũ, & podagræ, à frigidis humoribus ortis, hydropicis, uteri morbis frigidis, albis potiſſimum menſibus: conceptionẽ promovent, ſterilitatemq; removent: & in ſumma, uteri malis frigidis & humidis, præ cæteris balneis mirificè cõveniunt: ulceribus & cutis vitiis medentur. Proſunt præterea cõtra deſtillationes & defluxiones à capite ad pectus, fluxiones auriũ, & oculorum, tinnitum aurium, hydropem, matricis frigidos affectus, vulnera, mammillarum ulcera, podagram, chiragram, iſchiada, tremorẽ membrorũ, torpida membra, ſpaſmũ, articulorũ dolores, nervorum rigores, humiditates, ſtupores & tremores, vẽtriculi frigidam & humidam intemperiẽ, jecoris & lienis infirmitates frigidas, abortum, uteri & anni procidentiã, inteſtinorũ dolores, crurum inflationes, ſcabiem, impetiginem, cutis vitia, pruritum, ſquamas, excoriationem, morbum Gallicum, cachexiam, renũ dolores, urinæ difficultatem, colicam, catar- D rhum, omnes frigidos ac humidos morbos hepatis, lienis, & ventriculi: proſunt item omnibus hominibus frigidis & humidis. *Iidem.*

### *De Badeniis Auſtriacis.*

In Baden oppido Auſtriæ ſcaturiunt aquæ calidæ multùm ſulphuratæ, parum nitroſæ, ac aluminoſæ, Antegaſtæ nominatæ. Valent autẽ ad frigidos, humidos, & pituitoſos morbos, thoracis phlegma, jecoris ſcirrhũ, ſtomachi, inteſti- E norũ & matricis mala, colicam, lumbricos, hydropem, menſes retentos, menſes albos, capitis dolorem, veternum, memoriam amiſſam, vertiginem, reſolutionem nervorum, aurium flatus, & ſonitum, ſurditatem, podagram frigidam, articulorum imbecillitatem, cancrũ, eryſipelas, ulcera maligna, & ſerpẽtia, & erodentia, ani rimas, & ulcera, ruptis & contuſis membris. *Rulandus.*

### *De balneis Ferinis in Ducatu Wirtenbergenſi.*

In Ducatu Wirtenbergenſi haud F procul à Chalb oppidulo, ſunt thermæ, quę à Martiana ſylva Wildbad/ hoc eſt, ferinæ nominãtur: ex eadem qua priores mixtura cõſtant. Sunt tamen qui cupri & nitri mixtionem accedere putent. * Vivè capitis paſſionib. frigidis, paralyſi, cõvulſioni, ſtupori, & ſimilibus auxiliãtur, inſtrumenta ſenſuum roborant, tinnitũ aurium, jecoris & lienis obſtructiones tollent, hydropicis & ictero laborantibus, renum & veſicæ calculis, ventriculoq; ſuccurrunt, appetentiam excitant, & ferè

omnia, quæ Marchionis thermæ, poſſunt. Viris tamen magis, quàm mulieribus competũt. Sunt præterea ſalubres fluxionib. & humiditati capitis, oblivioni, pectoris anguſtiæ, aſthmati, ſputo ſanguinis, empyemati, oculorũ lippitudini: proſunt calculis mirificè tam renum, quàm veſicæ, obſtructionib. jecoris & lienis, hemicraniæ, contractis, tremulis, ventriculi ardoribus, & flatibus, ventriculo & inteſtinis craſſis & pituitoſis humoribus repletis, laſſitudini, faſtidio cibi, urinæ retentioni, ſtranguriæ, colicæ, podagræ, ſcabiei, ulceribus doloroſis, cutis vitiis, & externis corporis vitiis omnibus. *Fuchſius, & alii.*

### *De balneis Cellenſibus.*

Haud procul à Martiana ſylva CELLENSES ſunt thermæ, quarũ mixtura ex modico ſulphure, alumine & cupro conſtat. * Succurrunt diuturnis febribus ex pituitoſis ſimul & bilioſis humoribus ortis, ulceribus diuturnis & malignis, articulorũ doloribus, appetẽtię caninæ: ac pręcęteris thermis conveniunt calidis & ſiccis temperamentis. Valent contra calculos, dyſenteriam, fluxusq; alios ventris, maraſmum, pectoris anguſtiam, pleuritidem, peripneumoniam, tuſſim ſiccam, & aſperam, urinæ ardores, defluxiones, bilem utranque, maniam, melãcholiam, icterũ, quartanam, hydropem, vomitum, ventriculi intemperiem frigidam & humidam, ejusq; humores, mordicantes uteri & renum inflammationes, arthritin, narium ſanguinis fluxum, menſes immoderatos, obſtructiones jecoris & lienis, cholerica mala, vulnera incurabilia, laſſitudinem, & cutis vitia. *Iidem.*

### *De balneis Geppingenſibus.*

IN WIRTENBERGENSI Ducatu ad Geppingam oppidum thermæ ſunt, quæ Germanicè Saurbrunn / hoc eſt, acidus fons appellantur. Ex acidis, quibus exigua ſulphuris acceſſit portio, harum mixtura conſtat.* Proſunt partibus corporis luxatis, ideoq; ventriculũ ac jecur potiſſimùm corroborant. Hydropicis & regio morbo correptis, humoribus putrefactis, volvuloq; opitulantur. Lumbricos quoq; ſi bibantur, enecant. Proſunt præterea contra omnes obſtructiones renum, & veſicæ, putrefactiones, inflammationi hepatis, ſplenis ardores, teſtium inflammationes & tumores, febres tertianas, iliacam, fluxus ventris, menſtruorũ fluxum ſuperfluum, colicam bilioſam, inappetentiam, lumbricos, ulcera, ſcabiẽ, pruritum, ſpirandi difficultatem, pectoris compreſſionem, ſitim, ſanguinis fluxum ex naribus, aliisq; locis, ventriculi imbecillitatẽ, omnes morbos cholericos, omnes morbos tam internos quàm externos, ortos ex putrefactione: ſemen augent, & Venerem ſtimulant. *Fuchſius, & alii.*

### *De balneis AVVenſibus.*

THERMÆ, quę in AU ſunt, prope Rotẽburgum ad Nicerum ſitum, ſimilem cum modò dictis mixturam obtinẽt: copioſiore tamẽ ſulphuris portione conſtant, ideoque minus prioribus acidæ: quo etiã nomine calidiores exiſtunt, ma-

A joriq; exiccandi eorum, quæ in partium cavitatibus deliteſcũt, facultate præditæ. Proinde proſunt tremulis, convulſis, cõtractis, podagræ, chiragræ, iſchiadi, omnibus obſtructionibus jecoris & lienis, hepaticis, ſpleniticis, ictericis, febribus cholericis, putrefactionibus, omnibus morbis ex putredine ortis, hydropicis, ructui, inappetentiæ, vomitui, ventriculo vitioſo, catarrhis, nephriticis, veſicæ malis, apoſtemati matricis, ejusq; tumori, dolori, & aliis vitiis. Conferunt

B quoque matrici aſcendenti, vel deſcendenti, obſtructæ, refrigeratæ, ſterilitati, nervis induratis, refrigeratis, colicæ, iliacæ, lumbricis, torminibus, ulceribus, tumoribus pituitoſis, ſcabiei, prurítui, & cutis vitiis aliis, omnibus deniq; morbis phlegmaticis. *Fuchſius, & alii.*

### *De balneis Emſenſibus.*

IN FINIBUS lacus Podmici, quem Cõſtantienſem vocant, thermæ habentur, EMBS dictę,

C aluminis & nitri mixturã participantes. * Conferunt doloribus capitis, nervorum reſolutionibus à coli doloribus factis, & ulceribus malignis. Valent præterea contra hepatis & renum, vẽtriculiq; fervorem, nervorũ, & articulorum dolorem, & duritiem, menſes inordinatos, ſterilitatẽ, abortũ, ſcabiem, & cutis vitia. Porrò non procul à Lanſtein oppido ultra Rhenũ profluunt aquæ calidæ, Ems appellitæ: conſtant autem ex ſulphure, alumine, chalcantho, & nitro: quæ faciũt

D contra ſenſuum defectus, aſthma, humores craſſos, pituitoſos ac tenaces, ſpirandi difficultatem, colicam, ani rhagadias, rimàsve: valent præterea contra rimas pudendi muliebris, ventriculi flatus, & fluxiones, reſoluta mẽbra, renum lapides, matricis mala frigida, ſterilitatem, ulcera vetuſta. Proſunt quoque abſceſſibus frigidis, podagræ, arthriticis, fluxui ventris, impotentiæ naturali, infixis corpori, ſcabiei, pulmonis vitiis, nervorum contractioni, & cutis vitiis, &c. *Iidem.*

### *De balneis Geberſvilenſibus.*

E IN ALSATIA prope Geberſweiler thermæ ſunt, quæ ex mixtura aluminis, nitri & ferri conſtant. * Opitulantur lienoſis, quartana laborantibus, ulceribus ſordidis, & omnibus vitiis cutis. Sanant præterea melancholiam, vigilias, ventriculi imbecillitatem, menſes albos, capitis mala, lepram recentem, morphæam, verrucas, herpetem, tuſſim antiquam, impetiginem, ſerpiginẽ, puſtulas parvas, nodos, cancrum, & ſcabiem.

F *Fuchſius, & alii.*

### *De balneis Carolinis, ſive Ellenbogenſibus.*

Apud ELLENBOGIUM in Bohemia oppidum thermæ, ſulphuris & aluminis mixturam obtinent. Curant glandulas, ſtrumas, genuum tumores, paronychias, coxarum dolores, unguium ſciſſuras, paralytica & contracta mẽbra, capitis dolorem frigidum & humidum, lethargum, carum, memoriæ corruptionem, dolorem ſpinæ, vertiginem, renum & veſicæ calculos, ſtuporem,

porem, morbum arthriticum. Proſunt quoque A catarrhis, ſpaſmo, epilepſiæ, apoplexiæ, ventriculo frigido, obſtructionibus pulmonis, jecoris, & lienis. Sanant nephriticos, renum veſicæq; exulcerationes, colicam, vermes, morbos pituitoſos: maciem inducunt: apoſtemata, œdemata, & ſcirrhos curant. Valent præterea contra panaritium, menſes albos, matricis affectus frigidos, ſterilitatem, tumores crurum: ſanāt ulcera magna, putrida atque erodentia, lepram, impetiginem, ſcabiem, puſtulas, alphos, & cutis ſordes. B *Fuchſius, & alii.*

### *De balneis Wisbadenſibus.*

WISBADENSES thermæ ex ſulphure, alumine & exiguo nitro conſtant. *Fuchſius.* * A' Moguntia ultra Rhenū unum miliare diſtant Wisbadenſes thermæ, calidæ: quæ conſtant ſulphure, alumine, & pauco nitro. Proinde optimè valent cōtra refrigerata & debilitata membra, nervorum rigores, ſcabiem omnem, cutis vitia, C impetiginem, ſerpiginem, vitiliginem, maculas cutis, exulcerationem. Curant aſthmata, ſpirādi difficultatem, ambuſtionem, hydropem, urinæ retentionem, dolores articulorum frigidos & humidos, paralyſin, contractionem, lepram incipientem, contractionem rugarum: ſenſus acuunt, corruptam rationem perſanant. Proſunt pręterea tuſſi, phthiſi, ſingultui, bulimo, podagrę & chiragræ: lapidem renum & veſicę expellunt, matricis frigidos morbos tollunt. Valent deniq; D adverſus menſium fluorem, defluxiones capitis, & omnes frigidos & humidos morbos. *Rulādus.*

### *De balneis Caſteinenſibus.*

IN BAJOARIA ſunt thermę, quas Gaſtein nominant, quibus vehemens adſtrictoria facultas ineſt, ideoq; omnia corporis excrementa diſſipant & abſumunt, imprægnādi facultatem pariunt, & ne abortiant gravidæ, prohibent. *Fuchſius.* In Diœceſi Saltzburgica Bavariæ ſunt thermæ calidæ, quas Gaſtein, ſive Caſtein nomināt: E inficiuntur calce pyritum, antimonii, ſale, nitro, auro, item argento, acære. Valent autem cōtra vertiginem, carum, lethargum, coma, obſcuritatem viſus, alopeciam, ſplenis duritiem, ictericiam & flatus. Sanant uterum vitioſum, ſterilitatem, ozœnam narium, menſes retentos, nimiū fluentes, & albos. Proſunt colicis, imbecillis à morbo, podagricis, paralyticis, calculoſis & leproſis. Curant præterea ſpermatis defectum, & F impotētiam, mammillarum duritiem ac tumorem, alphos, papulas, cutis vitia, ulcera putrida & erodentia, abortum, fluxiones, omnesque morbos humidos. *Idem.*

### *De balneis Abudiacis.*

THERMÆ ſunt etiam apud Abudiacum Bajoariæ caſtellum ſupra Reginoburgum, quæ ſulphuris, aluminis & nitri mixturam obtinent. Odore ova frixa referunt. * Facultates earundem, ut reliquarum, ex iis quæ dicta ſunt, abundè conſtant. *Fuchſius.*

### *De balneis Abechenſibus.*

APUD ABECH in Bavaria prope Ratisbonam ſunt thermæ calidæ, imbutæ ſulphure, alumine ac nitro: quarum uſus eſt * valere contra calculū veſicæ ac renū, catarrhum, melancholiā, cordis tremorē, ſyncopen, cardiacā paſſionem, hydropem. Curāt quoq; ulcera, fiſtulas, ſcorbutum, omnis generis ſcabiem, oculorum lippitudinem, gingivarum putredinem, dentium dolores, uteri vitia, tumores & ſcirrhos. Proſunt præterea ſchiadicis, podagricis, apoplecticis, paralyticis, ſanguini concreto, vomitui, morbo Gallico. Secundas & fœtum mortuum expellunt: ſurditatem, contractionem membrorū, & auriū ventoſitatem curant: valent deniq; adverſus venena, frigoreq; affecta membra. *Rulandus.*

### *De balneis Wembdingenſibus.*

HAUD procul à Wembdinga Bavariæ oppido in pratis aqua ſcaturit, ſulphure, alumine & nitro conſtans: * probatis ad renū & veſicæ calculos viribus, cujus rei hoc exemplum eſt notabile. Quidam enim ubi à lithotomo male tractatus fuiſſet, his uſus balneis veſicæ calculos emiſit quadraginta: mulieribus menſes movet: tumores & hydropicorū aquas abſumit: inveteratis ulceribus aliisque cutis vitiis competit hujus balnei uſus: podagrā & iſchiadem curat, paralyticos item & convulſos: aurium tinnitus tollit: ſtomachum imbecillum roborat: ad morbum Gallicum valet, gibboſq; depellendos iisq; conducit optimè, qui urinam continere nequeunt, cujusmodi eſt ſtillicidium urinæ, & diabetes. Valet quoq; contra catarrhum, tumores, fiſtulas, arthritidem, lepram incipientem, ſcabiem omnem, ſurditatē, morbum Gallicum, bubones, clavos, abſceſſus: flatus diſſipant: vomitiones compeſcunt: valent pręterea contra fluorem alvi, dyſenteriam, lienteriam, diarrhœam, hæmorrhoidum dolores, ſanguinem concretum, & omnia cutis vitia. *Fuchſius, & alii.*

### *De balneo Hubbad.*

BALNEÆ (quas *Huberbad* nominant) ſeſquimiliare diſtantes à thermis Badænicis, ſulphur produnt cum cupro, & pauco alumine: ſunt qui exiſtiment quidpiam ſalis admixtum eſſe. * Aqua hæc pota viſcerum obſtructiones expedit: renum & veſicæ calculos conterit: menſes ſiſtit. Easdem vires præſtat ipſius balnei uſus, & maximè deſtillationibus ex capite convenit, ſcabiei, cæterisq; cutis vitiis, ac & difficultati ſpirandi. Salutares præterea ſunt febribus inveteratis, aſthmati, ſpirandi difficultati, urinæ difficultati, convulſis, reſolutis, colicis. Sanant quoq; menſes albos, gonorrhœam, hæmorrhoidas immodicas, ſerpiginem, vitiliginem, impetiginem, acrochordones, nervos humidos, pruritum. *Fuchſius, & alii.*

### *De balneis Sultzbergenſibus.*

SULTZBERGENSE balneum cupri, ſulphuris, & ſalis petræ mixturam prodit: aqua hæc



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0031-6

quodammodo tepida eſt & potui grata. *Membris reſolutis vires reſtituit: podagram, colicosque dolores curat: iis tamen hujus balnei uſus eſt infenſiſſimus, qui Veneri nihilominus indulgent. Porrò ſanat hoc balneum matricis vitia phlegmatica, ſterilitatē tam in mulieribus, quàm in viris, tumores pituitoſos, hydropes, ventriculi vitia, anorexiam, inappetentiam, tormina, calculum renum, nervorum imbecillitatem, ſcabiem, pruritum, & alia cutis mala. *Idem.*

*De balneo Sultzbrun.*

EST acidula quoq; in ditione Trevirēſi prope oppidum Meyen, quæ nominatur Sultzbrun: & conſtat ſale, alumine atq; chalcantho. Utilis autem eſt cerebro, capitis defluxionibus, ventriculo imbecillo, ventri indurato, difficultati ſpirandi, calculoſis, mēſibus albis, fœcunditati mulierum, podagræ, nervorum duritiei, ſcabiei, & cutis vitiis. *Rulandus.*

*De balneis Badenvilenſibus.*

BADENVILENSE balneum, quod intra Friburgum & Baſileam ſitum eſt, multum ſulphuris, ſalis autem petræ & aluminis modicum obtinet: in ſcaturigine quodammodo tepet, ſed calor hic aliarum aquarū influxu deperditur.* Potu viſcerum tollit obſtructiones, longasq; pellit febres, menſtrua movet, aſthmaticis competit, & imbecillis ex frigore ventriculis: ejus lotio cōtuſis & luxatis medetur, ſcabiem, pſoram, aliasq; cutis maculas emendat: ulcera maligna & phagedænas curat. Doloribus præterea ventriculi, jecoris, lienis, inteſtinorum & uteri confert, tumoribusq; eorum: item cachexiæ, lentigini, vitiligini, articulorum imbecillitati, & doloribus proſunt: curāt deniq; podagram, inteſtina refrigerata, nervorum frigida & humida vitia, & calculum, &c. *Fuchſius, & alii.*

*De balneis Wattenvilenſibus.*

WATTENVILENSES balneę in Alſatia ſuperiori, ſulphuris & ſalis petræ naturam obtinent: * quo fit, ut aſthmaticis conducant & iis qui frigidiore ſunt ventriculo: nervos humidiores confirmant, renibus etiam arenoſis medentur. Sanant præterea aſthma, dyſpnœam, anorexiam, laſſitudinem membrorum, calculum renum, tumores, ulcera, ſcabiem, pruritū, cutis vitia, morbos phlegmaticos, & humidos. *Iidem.*

*De balneis Willingenſibus.*

WILLINGENSES ad Herciniam ſylvam ſitę (quod Novum balneum appellatur) ſulphur & alumen ſuis produnt viribus: * ſiquidem & defluxiones exiccant, ſtomachumq; & imbecilla membra corroborant.

*De balneis Brintzbachenſibus.*

BRINTZBACHENSES cupro conſtant & ferro: * hinc earum aqua ſi bibatur, febres abſumit quartanas, & lienis obſtructiones liberat. Externa lotio viſum acuit, calculo renum utilis, ulcera maculasq; terget, leprasq; incipientes. Sanat præterea quartanam, abſceſſus vete-

A res, pruritum, ſcabiem, & impetiginem.

*De balneis Kibbadenſibus.*

BALNEUM (quod Kibbad nominatur) unum diſtans à Friburgo miliare, ſuas à cupro & pauco ſulphure vires habet: * oculis eſt accommodatiſſimum, calculos renum expellit, & malignas curat ſcabies, pruritumq; compeſcit. Sanat præterea aſthma, raucedinem, vocis nocumenta, thoracis frigidos affectus, hydropem, ulcera maligna, tumores, œdemata, fiſtulas, gāgrænas, B puſtulas, cancrum, ſtupores, convulſiones, vētriculum imbecillem, articulorum morbos, mollificationem nervorum & membrorum, omnes deniq; affectus frigidos & humidos.

*De balneo Glotterbad.*

Quod verò Glotterbad dicitur, intra Friburgum & Waldtkirchen ſitum, ſua ſcaturigine cuprum profert cū pauco ſulphure: * ictericis utiliſſimum eſt, lienis etiam obſtructiones expedit, C frigido & humido ventriculo & bulimiæ conducit, ut & febribus diuturnis. Curat præterea oculorum caliginem, oris, glandularum & uvæ vitia, narium & ſedis excreſcentias, ulcera ſordida, jecinoroſos, & ſcabiem.

*De balneo Zuckenthalenſi.*

BALNEUM Zuckenthaler dictum, non procul à Friburgo & Waldtkirchen diſtans, ſulphur in ſe continet, alumen, ſal & halinitrum: * quo fit, ut hydropicis, aſthmaticis, utero refrigerato D & albis menſtruorū profluviis conducat: competit etiam ſcabioſis & laſſitudini. Confert præterea convulſionibus, ſtupori, oculorum caligini, aurium tinnitui, congelationi, ſubeth, mollificationi nervorum, paralyſi, oſcitationi, ructui, ſcrophulis, pruritui, puſtulis, polypo, acrochordonibus, maculis, tumoribus flatuoſis, difficultati ſpirandi, omnibus morbis frigidis & humidis, ulceribus malignis & ſerpentibus, omnibus denique cutis vitiis.

E *De balneo Vogtſpergenſi.*

VOGTSPERGENSE, proximum oppido quod Burcken dicitur, in Alſatia ſitum, copioſum prodit halinitrum, aluminis parum & ſulphuris: * ad ſcabiem, pruritum & laſſitudinem valet: aqua pota viſcerum tollit obſtructiones, icterum curat, & febribus adeò conducit, ut qui hac in cibis & potu aſſiduè utuntur, à febribus immunes exiſtant.

F *De balneo Sultzenſi.*

SULTZENSE balneum, à Friburgo miliaria duo diſtans prope oppidum Sultzberg dictū, ſale conſtat & bitumine: * tumefactis conducit genitalibus, uteroq; & nervis imbecillis, & quibus à colica vires dejectæ ſunt. Hoc habet incommodi: nam ſi caput hac aqua madefiat, nimia humiditate intumeſcit.

SULTZENSE à pago Sultz dictū, à Moltzhemio medium diſtans miliare, vires Huberenſium balnearum æmulatur.

De Faſ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0032-2 DFG

### *De Fontibus acidis, & primò de balneis Aegrinis.*

Acidi fontes hi ſunt in Germania notiſſimi: in ſylva Bohemica in urbe Ægera fons eſt qui Acidulus nominatur, & in vicinia plures quos Feroces appellant: mixtũ in his eſt cuprũ & ferrum chalcantho. * Pota horũ aqua, viſcerũ calorem, febresq; fugat, internasq; tollit obſtructiones, & quicquid in corpore pravum delitescit, evocat: ventriculũ roborat, dejectamq; reſtituit appetẽdi facultatem, mulierum menſtrua ſiſtit, aliasq; præter naturam factas hęmorrhagias: lotio ſcabiem, maculas & alia cutis vitia emendat:

### *De balneis Uberkingenſibus.*

Uberkingense balneum in Ulmenſium ditione prope oppidũ Geyſtingen in vico Uberkingen reſpondet viribus Geppingenſi balneo.

### *De balneis Nideravenſibus.*

Nideravensis fons prope Rotenburgum civitatẽ ad Neccarum ſitam ferrũ ſua ſcaturigine prodit ſulphurq; copioſius quàm Geppingẽſis, quibus etiam chalcanthum eſt admixtum: gratus eſt hujus aquę potus, quòd clara ſit & translucens. Haud procul ab hoc alii duo fontes ſcaturiũt prioribus efficaciores, ad inhærentes internis viſceribus humores evocandos.

### *De balneis Deynachenſibus.*

Deynachensis in Hercinia ſylva paſſus mille diſtans ab oppido Kalb/ob aciditatem potui acceptus eſt, ſuas à ferro, cupro, & chalcantho vires ſortitur: * ad viſcerum obſtructiones expediendas utilis, ſitim ſedandam febresq; & ikterum, ſtomachumq; roborandum: externa lotio externos cutis affectus emendat: ibidem alius quoq; paulò altior conſpicitur earundem virium.

### *De balneis Federinis.*

In Rhætia fons eſt acidus quem Federis nominant, alumen continens & cuprũ cum pauco ſulphure: vinum acidulum claro colore & ſapore imitatur: * ventriculi concoctionem juvat, & ſanguinis ſputo conducit, diuturnas febres, podagram & nimios mulierum fluxus curat, calidis & bilioſis affectibus utilis exiſtens. Spuma quam hujus aquæ decoctio producit exiccata, & ulceribus aut abſceſſibus inſperſa, plurimum conducit.

### *De balneis Antigaſtrenſibus.*

Ad Herciniæ ſylvæ introitum prope oppidũ Oppenacum dictum, fons exilit acidus, alumen producens, ſulphur & chalcanthi parum, qui Antigaſtrenſis dicitur. * Caput, renes aliaque viſcera expurgat: ventriculum non tamen ex quavis cauſa imbecillum roborat, ſed ſi ſit pravis refertus humoribus. Ad cutis vitia plurimum quoque valet, ruptaque & contuſa membra.

### *De balneis Birckenfeldenſibus.*

In Palatinatu fontes duo ſunt, quos Hundsruck nominant: ex ferro, cupro & chalcantho prodeunt: alter à planitie Byrckenfeld dictus mille paſſus diſtat in ſylva Eberswald. Alter prope Leuningã haud procul ab urbe Sommern major eſt, & acidior. * calidiori ventriculo, & hepati competens, lienis obſtructioni, & artuum doloribus. Ad cutis vitia plurimum valeret, ſi modò medicis notior exiſteret.

### *De balneis Trevirenſibus.*

Apud Trevirenses tres ſunt aciduli fontes: unus prope monaſteriũ S. Matthiæ. Terram luteam (Germanis Bergzell dicitur) & ferrum præterfluit. Oppletum pravis humoribus ventriculum expurgat, & roborat, & appetentiã excitat: lotio externos diſcutit tumores, & alia curat cutis vitia. Alter prope pagum eſt quem Lonquich nominant, chalcanthum & ferrum prodens. Hic priore purior eſt & clarior. Tertius hiſce ſimilis in Mettersdorff eſt.

### *De balneo Niderborn, & Oberborn.*

Ad Moseram fluvium duo fontes aciduli iiſdem penè viribus ex ferro, cupro & pauco chalcantho erumpunt, quorum unus Oberborn/ alter verò Underborn aut Judenborn vocatur. * Viſcerum juvant concoctionẽ, & cibi faſtidia diſcutiunt, obſtructum lienẽ & renes expediunt, & calculos expellunt. Ad alios etiam cutis affectus valent. Salutares præterea ſunt capitis defluxionibus, membris paralyticis, convulſis, aut ruptis, nervis induratis, dolentibus, oculorum caligini, excreſcentiis carnoſis, carni ſuperfluæ, ſanguinis fluxionibus quibuscunq;: ſudores immodicos compeſcunt: ſterilitatem amovent: item tumoribus omnibus, pruritui, ſcabiei, impetigini, vitiligini, lichenibus, ulceribus, & externis vitiis aliis conferunt.

### *De Conderthal.*

In Valle quam Conderthal vocant prope oppidum Memmingen/fons ſcaterit alumen referens, halinitrum, & ſulphur, cum pauco chalcantho.* Pituita ventriculum potu purgat, eundemq; roborat: lotione verò nervos ex pituita induratos emollit, & depaſcentia curat ulcera.

### *De Baſſenheim.*

Fons Bassenheimer dictus, haud procul ab arce nobilis Antonii Waldbott alumen præterlabitur, halinitrum & ſulphur. * Potu viſcoſos ventriculi humores exterget, & viſcerũ tollit obſtructiones, lienis & uteri tumores diſcutit, ſcabiem & lepram lotione curat.

### *De Keſſelbrun.*

Prope pagum Mendich dictum, fons eximius inſtar ferventis in aheno aquæ (unde nomen Keſſelbron obtinuit) ex ferro, chalcantho & cupro ebullit. * Calorem & ſitim ſapore gratiſſimo compeſcit, & ventriculum roborat, hepar concalefactum refrigerat, lienis & renum obſtructiones ſolvit, bilem purgat: hinc febres diuturnas excutit: nephriticis conducit & ner-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0033-8 DFG

vos articulosq; lotione roborat, ſcabiem & alia cutis vitia emendat.

### *De Ponterborn.*

FONS PONTERBORN paſſus ab Andernacho mille diſtat. Mixtum habet ferro chalcanthum & alumen. * Senibus & membris laſſitudine oppreſſis eſt cõmodiſſimus: iis item, quos & calor & ſitis infeſtat. Hepatis, lienis & renum obſtructiones liberat, bilioſos educit humores, febresq; domat contumaces: ventriculum imbecillum terget ac roborat, hydropem curat, & lubricos cõfirmat uteros: externis quoq; competit affectibus.

### *De Hailbron.*

HAUD procul ab hoc alius exilit Rhenum verſus, qui à ſuis (quas obtinet eximias ad reſtituendam ægris ſanitatẽ) viribus HAILBRUN dicitur. Multum ſalis obtinet, (unde non abſq; cauſa veteribus Halbrun, quaſi ſalis fons dictus fuit) at ſulphuris, & ferri modicũ. Id huic eſt peculiare, quòd nihil impuri, velut pulveres aliasq; ſordes tolerat, ſed ebullitione ſubitò eructat. * Hepatis, lienis, & renum obſtructiones aperit, febres tertianas, & quartanas curat, urinas movet, ſanguinem expurgat, hydropicorum aquas ducit, & uterum pituita refertum exterget. Viribus etiã pollet ad externos tumores, ad iſchiadem, podagram, alios q; cutis affectus.

### *De balneo Abr.*

PROPE Arwat & Bonnig oppida ſunt acidę ex ferro & ſulphure compoſitæ. Proſunt ventriculo, spleni, arthriticis, paralyticis, colicæ, & iliacæ affectioni. *Rulandus.*

### *De balneis Annabergenſibus.*

EFFERTUR fons ab Annæbergo juxta Viſam pagum in Miſnia apud Hermunduros ſubtepidus ex terra aluminoſa, cui vena cuprea pyritem gignens jungitur. Proſunt hujus aquæ catarrho, rheumati, cephalalgiæ, capitis gravitati, lethargo, epilepſiæ, paralyſi, ſpaſmo, ſtupori, oculorum ſuffuſionibus, ophthalmiæ, aurium tinnitui, aſthmati, dyſpnœæ, ſputo ſanguinis, tuſſi, phthiſi, mammis laxis, vomitionibus, nauſeæ, colicæ, fluxionibus alvi, ictero, hydropi, ſpleniticis, nephriticis, ſtranguriæ, renum & veſicæ ulceribus, ſanguinis mictui, uteri morbis frigidis & humidis, menſibus inordinatè fluentibus, & albis, abortientibus, uteri procidentiæ, hæmorrhoidibus immodicis, teſtium tumoribus, ſeminis profluvio & articulornm doloribus. Conferunt præterea arthriticis, chiragræ, podagricis, iſchiadicis, ſcabioſis & ambuſtis. Valent quoque adverſus artuum tremores, nervorum rigores, & reſolutiones, tumores pituitoſos, ſudore reſolutos, varices tibiarum, ſtrumas, febres phlegmaticas & diuturnas, ulcera, exanthemata, elephantiaſin, pruritum, impetiginem, vitiliginem, abſceſſus, contuſiones, perniones, & alia cutis vitia. Porrò noxiæ ſunt calidis & ſiccis, ſanguineis, cholericis, & melancholicis, ac harum complexionum morbis. *Rulandus.*

### *De balneis Aquenſibus.*

JUXTA Aquisgranum civitatem Belgiæ emanant Aquæ calidæ, ſulphure, ſale, ac alumine infectæ: quæ proſunt vertigini, apoplexiæ, epilepſiæ, paralyſi, arthritidi, chiragræ, podagræ, iſchiadi, melancholiæ, obſtructionibus, & inflammationibus hepatis, lienis, renum, & pulmonum, matrici frigidæ, morbis frigidis & humidis; præterea calculum veſicæ ac renum curant, nec non ſcorbutum, oris vitia, hydropem, tumores artuum, menſtrua alba: ſuppreſſa evocant. Valent adverſus virgam exulceratam, ſmariſcas, intertrigines, morbum Gallicum, morſum ſerpentum: conceptionem adjuvant: conferunt nervorum malis, ſpaſmo, & convulſioni, membris ruptis, contuſis, torpidis, diſtortis, & reſolutis, ſcabiei denique, & omnibus vitiis cutis. *Idem.*

### *De balneo Bellerthal.*

ACIDULA eſt in valle Bellerthal / ex ferro, chalcantho, & ſulphure pauco profluens. Uſus ejus eſt ad jecoris morbos, renum affectus, ſtomachi imbecillitatem, articulorum mala, hydropem, colicam, ſcabiem, & cutis vitia. *Idem.*

### *De balneis Bertringenſibus.*

NON longè ab oppido Trevirenſi Wittlich / ſcatent aquæ Bertringenſes tepidæ, alumine, ferro, ac modico ſulphure imbutæ. Utuntur autem iis contra flatus, articulorum dolores, veſicam exulceratam, dolores colicos, urinæ incontinentiam, menſes immoderatos, dolores dorſi, renes refrigeratos, ſtomachi & lienis imbecillitatem, febres chronicas, tympanitem incipiẽtem, ſcabiem, ulcera incurabilia, pruritum, impetiginem, & alia cutis vitia. *Idem.*

### *De balneis Brigenſibus.*

AQUÆ calidæ Valeſiorum, ſulphure multo, & alumine pauco effluũt ad Brixantam urbem. Uſus harum eſt adverſus ſpaſmum, capitis tremorem, & deſtillationes, vertiginẽ, aurium tinnitum, thoracis vitia humida, pulmonis mala humida, reſolutionem, uteri humiditates, renum arenas, & pituitoſa vitia, hydropem, ſterilitatem à frigiditate, lepram, ſcabiem, ulcera, rupta, & contuſa. Porrò noxium eſt hoc balneum cholericis: item affectis morbo Gallico. *Idem.*

### *De balneo Buretzheim.*

JUXTA *Buretzheim* caſtellũ acida eſt, ſulphuris & nitri particeps. Sanat nervos induratos, articulorũ tumores, ſcabiem, & cutis mala. *Idem.*

### *De balneis Dalſingenſibus.*

PROPE Ulmam civitatem fons ſcaturit, quem appellãt *Dalſingerbad*, & *Gſundbrun:* conſtat ipſius mixtura ex ſulphure atque alumine. Proinde valet cõtra omnes morbos phlegmaticos, aſthma, capitis humiditates & deſtillationes, catarrhos, ventriculi intemperiẽ frigidã & humidam, capitis mala omnia frigida & humida:

curat

curat lethargum, apoplexiam, paralyſim, vertiginem, ſtuporem, nervos debiles, jecoris lienisq; obſtructiones, colicam, iliacam: varia vitia matricis, menſes retentos, ſterilitatem mulierum, podagram, arthritidem, pruritum, ſcabiem, & omnia cutis vitia. Calculos in renibus & veſica frangit, expellitq;: oculorum lippitudinem ſanat: valet contra aurium fluxum, & tinnitum: contra tumores, hydropem, ſciaticam, tremorem membrorum, jecoris, ſplenis, matricis, aliorumq; viſcerum frigiditatem: cachexiam tollit, ſtranguriam & urinæ ſtillicidium perſanat: memoriæ debili confert: nec non viſui, & auditui: appetitum excitat, omnia vitia mulierum, & chiragram perſanat. *Idem.*

### *De balneo Dunckelbrun.*

JUXTA Brubach/oppidum ad Rhenum, acida eſt, quę vocatur Dunckelbrun/imbuta ferro, chalcantho, & nitro. Prodeſt calori ſtomachi, jecoris, & renum: confert & ulceribus, nec non ſcabiei, & cutis vitiis. *Idem.*

### *De balneo Ebenhauſen.*

FONS acidus Ebenhauſanus prope Geppingam oppidum ſcaturiens, qualitate & viribus æquiparatur acidulæ Geppingenſi. *Idem.*

### *De balneis Etingenſibus.*

NON longè ab urbe Baſilea circa Etigium pagum profiliunt aquæ, infectæ multo ære, & pauxillo bitumine. Succurrunt autem capitis tineis, alopeciæ, hecticis, ictericis, ventriculo imbecilli & præhumido, cachexiæ, ulceribus putridis, carbunculo, anthraci, convulſionibus, membris rigidis, nervorum mollitiei, ſcabiei, & cutis vitiis.

### *De balneis Fliechen.*

CIRCITER mille paſſus à Baſilea civitate ſunt balneæ: quæ proſunt contra humores ſuperfluos, cõtractionem membrorum, uteri mala frigida, vomicas, ulcera putrida, nervorum imbecillitatem, ſcabiem, & alia cutis vitia.

### *De balneo Jungbrun.*

PROPE Rotwell oppidũ balneum Jungbrun nominatum à multis commendatur, adverſus omnia vitia matricis, conſumptos ex morbo reficit enim: ulcera ſanat: curat morbos capitis, pruritum, ſcabiem, & omnia vitia cutis.

### *De balneo Kerlich.*

ACIDA in Kerlich vico, ex alumine & ferro profluit. Utilis eſt ventriculo, membris nutritoriis, ſanguinis fluxui ſiſtendo, lieni extenuando, ſcabiei, & aliis cutis malis.

### *De balneo Keſvvaſſer.*

PROPE oppidum Ebingen exiſtit balneum, quod incolæ nominant Keſwaſſer: imbuitur ſale nitro, ſulphure, & pauco ære. Utile eſt capitis defluxionibus, catarrhis, oculorum lippitudini, ophthalmiæ, aurium humiditati, auditui debili, artuum dolori, articulari morbo, podagræ, chiragræ, nephriticis, calculo renum & veſicæ: obſtructiones jecoris, lienis tollit, ictero ſuccurrit:

A ventriculi vitio opẽ fert: confert appetitui proſtrato, ulceribus, ſcabiei, pruritui, fluxionibus omnibus, & morbis phlegmaticis, ſed viris potiùs quàm mulieribus.

### *De balneo Kiſsingen.*

ACIDA juxta Kiſſingen erumpit, infecta ſale multo, alumine ac chalcantho. Confert cerebro, capitis defluxionibus, vẽtriculo imbecillo, cõſtipationi vẽtris, difficultati ſpirandi, calculoſis: mẽſtruis albis, fœcũditati mulierũ, podagræ, nervis
B induratis, ſcabiei, & aliis cutis vitiis. *Rulandus.*

### *De balneo Kronenberg.*

JUXTA Kronenberg oppidum eſt fons acidus, ferro, nitro, & ochra imbutus. Valet contra obſtructiones viſcerum, calculos renum & veſicæ, cibi faſtidium, ſcabiem, & cutis vitia. *Idem.*

### *De balneo Leonſtein.*

IN Comitatu Leonſtein aquę frigidę profluũt ex alumine, ſulphure, ac ære. Uſus earum eſt ad-
C verſus febres antiquas, obſtructiones viſcerum, ſudorem ſuperfluum, icterum, menſes albos rubrosq; inordinatos, cholericos morbos, hydropem, abortum, calculũ, cachexiam, artuũ dolores, vomitiones, ſputum cruentũ, ulcera, laſſitudinem, impetiginem, vitiliginem, pruritum, ſcabiem, & alia cutis vitia. *Idem.*

### *De balneis Laubacenſibus.*

AD ſpatium duorum miliarium ab Ulma civitate prope Urſpring cœnobium ſitum eſt hoc
D balneum ſulphuratũ, ac nitroſum. Confert omni temperamento, omni ætati, omnibus vulneribus, & compunctionibus malè curatis: auxiliatur oſſium fracturis, capitis dolori, memoriæ imbecilli, viſus obſcuritati, omnibus defluxionibus, obſtructionibus cerebri, atque nervorum: confert apoplexiæ, paralyſi, veterno, ſtupori, laſſitudini, auditui imbecillo, ſpaſmo, articulorum dolori, pruritui, ſcabiei, omnibus cutis vitiis, ulceribus, tumoribus, omnibus morbis matricis, &
E mulierum, mẽſibus albis, menſibus retentis, ſterilitati, aliisque malis corporis, quæ ſanant Cellenſes, & Piperinæ aquæ. *Idem.*

### *De balneo Leuck.*

AD oppidum Valleſiorũ nomine Leuck aquæ calidæ extant copioſo ære, & modico ſulphure. Valent adverſus convulſiones, ſpaſmum, pulmonis vitia, oculorũ lachrymas & obſcuritatẽ, imbecillitatẽ ſtomachi ex intemperie frigida &
F humida. Cõferunt dyſpepſiæ, cibi faſtidio, jecoris & lienis obſtructionibus, vitiis oris, glãdularum & uvæ: ſterilitatem removent: contra abortum, vulnera incurabilia, catarrhos, & faucium mala valent: proſunt & frigidis humidisq; morbis: nec non membris fractis, convulſis & ruptis, calculo renum, & veſicæ, hydropi: matricis intemperiem frigidam humidamq; curant: item alvi duritiem, ulcera maligna, vel malè curata ad ſanitatem ducunt: contra narium defluxiones, nervorum ægritudines, colicam, renum dolores mirifice auxiliantur: laſſitudinem membrorum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0035-9
DFG

tollunt, ſcabiem, & alia corporis externa egre- A
gie perſanant. *Idem.*

### *De balneis Leuningenſibus.*

Juxta Leuningen ad oppidum Simmeren
in ditione Hundsruck/ fons acidus inficitur ferro,
ære, atq; chalcantho. Prodeſt ventriculi ac je-
coris inflammationi, obſtructioni ſplenis, reni-
bus calculoſis, ſcabiei, & cutis vitiis. *Idem.*

### *De balneis Loſſingenſibus.*

Aquæ frigidæ, ſale, nitro, ac alumine con- B
ſtant in Loſſingen oppido Fürſtenbergenſi: quæ
valent contra menſes albos, matricis ſtrangula-
tiones, alvi conſtipationes, ſterilitatem, ſangui-
nis fluxũ, defluxiones, capitis morbos frigidos:
viſus obſcuritatem & aurium tinnitum tollunt:
flatus internos diſcutiunt, humores corporis ſu-
perfluos conſumunt, pectoris anguſtiam & pul-
monis ægritudines phlegmaticas perſanãt: pro-
ſunt quoque ſplenis inflationi, infirmo ſtoma-
cho, febribus antiquis, laſſitudinibus, dolori ſpi- C
næ, ſcabiei, & cutis corporis externis vitiis.

### *De balneo Lonquich.*

Prope Treviros acidi fontes ſunt, unus in
Lonquich/ alter in Mertesdorff vicis. Uſus horum
eſt contra ventriculum humidum, faſtidium ci-
bi, tumores, ſcabiem, & cutis vitia.

### *De balneis Mertesdorff.*

Acidus in Mertesdorff virtute æquipara-
tur ſuperiori acidulæ Lonquichicæ. *Idem.*

### *De balneis Montebaur.*

In ditione Trevirenſi nõ longè à Montebaur
oppido acidula emanat ferrata, ſulphurata, & a-
luminata: quæ confert ventriculo, jecori, lieni
& inteſtinis: febribus, ulceribus, torminibus,
ſcabiei, & reliquis cutis vitiis auxiliatur. *Idem.*

### *De balneo Neubad.*

Ad oppidum Villingen in Hercinia ſylva
balneæ ſunt frigidæ, ſulphure & alumine imbu-
tæ: quæ proſunt laſſitudini membrorum, ner- E
vis humidis, rigidis, & diſtentis, jecinoroſis, ſple-
niticis, ventriculo imbecilli, ſpaſmo, fluxionibus,
articulis imbecillis, morbis humidis, & cutis vi-
tiis. *Idem.*

### *De balneo Saurenthal.*

Circa oppidum Bacharach acidula erum-
pit in valle, à cujus nomine vocatur Saurenthal:
ferri, aluminis, ac nitri particeps. Utilis eſt ven-
triculo, jecori, lieni, articulis, tumoribus laxis,
ſcabiei, & cutis vitiis. *Idem.* F

### *De balneo Spiegelbergenſi.*

In Comitatu Spiegelberg/ non longè ab Ha-
mel/ acida exiſtit, ochra infecta: quæ efficax eſt
contra chiragram, podagram, tumores, œdema-
ta, tophos articulorum, reſolutionem membro-
rum, torporem, & ulcera cava: ſiſtit fluxiones:
excreſcentias carnis cohibet: viſum acuit: curat
lepram, impetiginem, ſcabiem, morbum Galli-
cum, vulnera: prodeſt dæmoniacis, ictericis, ſur-
dis, & mutis. *Idem.*

### *De balneo Svvenningenſi.*

Mille paſſus ab oppido Villingen in vico
Wirtenbergico, nomine Swenningen/ frequen-
tatur balneum, particeps ſulphuris atq; alumi-
nis: quod ſanat membra contracta, convulſa ex
colica, calculum renum, laſſitudinem, ventricu-
li mala, tumores, uteri affectus, pruritum, ſca-
biem, & alia vitia cutis. *Idem.*

### *De balneo Sylveſtri.*

Balneæ ſylveſtres, vulgo Wildbad/ in Du-
catu Wirtenbergenſi non longè à Pfortzheim
oppido effluunt calidæ, infectæ ſulphure, ſale, &
alumine: vel, ut aliis placet, ære, & nitro, de qui-
bus vide ſuprà in balneis Ferinis.

### *De balneis Teplicis.*

Manant hæ thermæ in Teplitz Bohemię
prope Graupum, & inficiuntur ſulphure, nitro,
bitumine, alumine, ſaxoq; calcario: quæ ſanant
vertiginem, dolorem capitis, ſtuporem, tremo-
rem, contractionẽ, nervorũ contuſionem, para-
lyſim, articulorũ morbos, tumores artuũ, ſtran-
guriã: vermes necant: mẽſtrua provocant: albos
ſiſtunt: curant matricẽ humidam, coxarum af-
fectus, tumores inguinũ, bubones, gonorrhœã,
vulnera, ulcera ſerpentia, atq; erodentia, hepatis
intemperiem, ſcabiem, lentiginem, vitiliginem,
impetiginẽm, maculas, & alia vitia cutis. *Idem.*

### *De balneis Uberlingenſibus.*

Fons frigidus, plumbo, ære, ac ſulphure erũ-
D pit juxta Uberlingam civitatem: qui confert ne-
phriticis, veſicæ ac renum calculis, fluxionibus,
phlegmoni, hydropi incipienti, ardori urinæ, &
ambuſtis: appetitum excitat, concoctionem ju-
vat: prodeſt lepræ incipienti, ventriculo malo,
membris imbecillis, impetigini, alphis, ſcabiei, &
aliis cutis vitiis. *Idem.*

### *De balneo Villacenſi.*

Manant hæ aquæ in Norico prope Vil-
lachum, participes gypſi, plumbi & ſulphuris:
quæ ſanant icterum, ventriculum vitioſum, &
inteſtinorum mala: obſtructiones viſcerum re-
ſerant: curant vigilias, ſcorbutum, puſtulas, gut-
tam roſaceam, verrucas, rimas, ulcera omnia,
ſcabiem, & cutis vitia alia, &c. *Idem.*

### *De balneo Waldsborn.*

Sylveſtris fons, vulgò Waldsborn/ erũ-
pit juxta ſylvã Bitſcherwald in Comitatu Bitſch/
& imbuitur bitumine. Utilis eſt capitis fluxioni-
bus, catarrhis, auriũ dolori frigido, capillorũ de-
fluvio, epilepſię, raucedini & gravedini: dentium
dolorẽ tollit: oculorũ albuginẽ, & hypochyſin
curat: prodeſt tuſſi recẽti, & veteri, dyſpnœę, vẽ-
triculi dolori, & frigidis malis: flatus inteſtino-
rum diſſipat: curat tormina, & inteſtinorum ex-
ulcerationes, ventris frigidam intemperiem, ob-
ſtructiones viſcerum, indurata membra, ulce-
ra maligna, vulnera difficilia: prodeſt calculo-
ſis, tumidis veſicæ inflationibus, matricis ſuffo-
cationi, & præcipitationi, & flatibus: item men-
ſibus retẽtis, podagræ, chiragræ, iſchiadi, articu-

lorum dolori, lumbricis, vulneribus, lepræ, morſui ſerpentũ, frigidis morbis, & doloribus, licheni, pruritui, ſcabiei, & aliis cutis vitiis. *Idem.*

### *De balneo Weringenſi.*

BALNEÆ Weringenſes tribus ab Auguſta Vindelicorum miliaribus ſitæ ſunt, in loco plano, ſpatioſo, amœno, campeſtri, & paluſtri, juxta collem, quem accolæ appellant Leute/ indeq; balneæ Leutebad/ ab aliis Weringerbad/ à pagi vicini nomine nomen accepêre. Sunt ſulphuratæ, bituminoſæ, & ſalſæ aquæ. Valent contra appetitus amiſſionem plurimùm, articulorum immobilitatem, & dolores, apoplexiam, paralyſin. Siquidem pituitam è capite, pectore, ventriculo & inteſtinis evacuant: ſanant relaxationem, ſtomachi dolores, inflationes, & cruditates, oculorum lachrymas, ventris paſſiones, inteſtinorum lubricitatem, matricis mala, & dolores, hepatis intemperiem calidam, dolores renum, dyſuriam, ſtranguriam, menſes retentos, ſterilitatem, colicam, hydropem, jecoris & ſplenis frigiditatem: fluores ſiſtunt: ficum, ſynanchen, & uvæ paſſiones curant: proſunt chiragræ, podagræ, iſchiadi, apoſtematis laxis, & tumidis, umbilico eminenti, calculo, aſthmati, canino appetitui, teneſmo, ſcrophulis, ulceribus, furfuribus, & ſquamis capitis. Valent præterea adverſus aurium dolores, tumores ani, ulcera purulenta, inflammata & indurata, ſcabiem, oris torturam, fœtorem axillarũ, vermes, partus difficultatem, ſecundinæ retentionem, pleuritidem, & morbos omnes frigidos atque humidos. *Idem.*

### *De balneo Wolckenſteinenſi.*

AQUÆ iſtæ prope Wolckenſtein in Miſnia apud Hermunduros tepidæ ſcaturiunt, imbutęq; ſunt permulto alumine, pauxillo pyrite atq; bitumine: quæ conferunt furfuribus capitis, lendibus, pediculis, catarrhis, oculorum lachrymis, & pterygiis, aurium fluxionibus & doloribus: tonſillas ſuppuratas, & oris ulcera curant: proſunt & columellæ laxatæ & pendenti, gingivis carne ſuperflua repletis, præhumidis, tumidis & inflatis: adverſus dentium dolores, morphæam, lentiginem, anheloſos, ſanguinis ſputum, dyſpepſiam, & anorexiam auxiliantur: vomitiones compeſcunt: ſanant ventriculum refrigeratum, hepatis & lienis obſtructiones, & inflammationes, hydropem, diarrhœam, & colicam pituitoſam. Conferunt præterea nephriticis, calculoſis, veſicæ ulceribus, apoſtematibus, & ſciſſuris uteri, ſterilitati, menſtruis albis, vel immodicis, vel inordinatis: hæmorrhoides ſuperfluas ſiſtunt: alarum, & inguinum ſudores & fœtores tollunt, ſudores immodicos prohibẽt: medentur unguiũ ſcabriciei, coli exulcerationibus, doloribus teſticulorum, ambuſtis, pedum tumoribus, pernionibus, ſtrumis, varicibus, & ſurarum tumoribus: auxiliantur podagræ, arthritidi, coxarum doloribus, nervorum reſolutionibus, nervis frigidis, cõtractis, tremulis, pruritui, ſcabiei, impetigini, A ſerpigini, & aliis cutis vitiis. Valent præterea adverſus humores, & dolores, in muſculis retentos, tumores phlegmaticos, præduros, & flatulentos: adverſus ulcera rebellia, maligna, putrida, depaſcentia, & phagedænica: duritiem ſanãt: pus reſolvunt: excreſcentias carnis tollunt: cicatricem vulneribus inducunt, &c. *Idem.*

### *De balneo Zollersbad.*

PROPE oppidum Brotirch ad Rhenum ſcaturiunt aquæ ſulphuratæ: quæ ſanant ventriculũ B imbecillam, vomitum, anorexiam, tumores, ulcera, frigidos & humidos morbos, ſcabiem, pruritum & alia cutis vitia. *Idem.*

### *De Thermis Italiæ, ac primùm de balneis Patavinis.*

IN COMITATU Patavino ſeptem habentur thermæ, quarum præcipuũ ac famoſius eſt balneum Ebani, à Padua quinq; miliaribus diſtans in confinibus ruris, Ebanum dicti, quod ex ſul-C phuris, aluminis, nitri, ſalis & calcis mixtura conſtat. * Unde capitis dolori antiquo confert, pectori humido auxilium præſtat: tinnitui & ſibilationi antiquis medetur: ventriculum humidũ, hydropem, articulorum dolores, podagram, & ulcera corroſiva curat. *Savonarola.*

### *De balneo Porretano.*

IN COMITATU Bononiẽſi thermę habentur (*della Porretta* dicto) quadraginta miliaribus D à Bononia diſtantes, quæ ex alumine, pauco ſulphure, ſale & nitro conſtant. * Omnẽ cerebri debilitatem removent: oculorũ ęgritudinibus ſubveniunt: auditum reparant: paralyſi linguæ opitulantur: aſthmaticis conferũt: menſtrua provocant: ſplenis & hepatis obſtructiones tollunt: hydropem curant: calculos & arenulas ex renibus pellunt: imprægnationi conferunt: matricis humiditatẽ reſolvunt: paſſionibus nervorũ, doloribus juncturarum, podagræ, ſcabiei anti-E quæ, tertianæ, & quartanæ conferunt. *Idem.*

### *De balneo Corſeno.*

IN COMITATU Lucano tria reperiũtur balnea, quorum primum ac præcipuum balneũ de Corſeno nominatur, à civitate XVI. miliaribus diſtans. Conſtat ex ſulphure, alumine, & nitro. * Quare calefacit & exiccat: calorem reſolvit: capitis frigidis & humidis ægritudinibus opitulatur: aſthmaticis & juncturarum doloribus cõfert: ſterilitati ſuccurrit: ulcera curatu difficilia F curat atq; exiccat. *Savonarola.*

### *De Sancta Maria in Bagno.*

IN ROMANDIOLA Caſtrum eſt, (Sancta Maria in Bagno nuncupatũ) apud quod tria ſunt balnea, quorum mixtura ex ſulphure, alumine, ferro ac ære participat. * Hæc catarrho humido, ſibilo, tinnitui, paralyſi, epilepſiæ, matricis humiditatibus, juncturarum doloribus, ſcabioſis, leproſis, & ulceroſis conferunt. *Idem.*

### *De balneis de Aquis.*

IN PISARUM Comitatu quinq; habentur

Universitäts- und Landesbibliothek Düſſeldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0037-0

balneæ, quarum pręcipuæ ſunt balneę de Aquis, à civitate ſedecim miliaribus diſtantes, quarum minera ferrea & aluminoſa exiſtit. * Omnem membrorum nutritivorum dyſcraſiam calidam tollunt, hydropicis & ictericis conferunt: renes mundificant: matricis humiditates compeſcũt: hepaticis & ſtomachicis auxiliantur. *Idem.*

### *De balneo Petriolo.*

In Ducatu Senẽſi plura habentur balnea, quorum famoſius balneum de Petriolo nominatur, à civitate quindecim miliaribus diſtans: cujus minera eſt ſulphurea multum, & alumine participat. * Valde calefacit, reſolvit, & exiccat: confert paralyſi, ſpaſmo, tremori, epilepticis, capitis dolori ex frigido: ſtomachum laxat: calido hepati nocet: ſplenem durum mollificat: inteſtinorum ventoſitates diſſolvit: vulvæ duritiei medetur: ſcabioſis, ulceribus, podagræ, & ſciæ opitulatur. *Idem.*

### *De thermis Grotinis.*

In Comitatu Viterbii complures reperiuntur thermę, quarum primum locum habere videntur Thermæ de Grota dictæ, miliare unũ à civitate diſtantes, quę ex ferro & ære conſtãt. * Membra relaxata, digeſtivam, cerebrum & viſum corroborant: appetitum provocant: ſpleniticis, hepaticis, nephriticis, podagricis & matrici conferunt. *Idem.*

### *De thermis apud Urbem veterem.*

Apud Urbem veterem novem habẽtur balnea, omnia à prædominio aluminoſa ferro participantia. * Unde matricis & juncturarum paſſionibus frigidis & humidis conferunt: paralyticis, ſpaſmo, hydropi, ſodæ, podagræ, catarrho, ulceribus ſordidis, nervis contractis auxiliantur: appetitum excitant: ſtomacho, hepati, & ſpleni ſuccurrunt. *Savonarola.*

### *De balneis Peruſinis.*

Ad civitatem Peruſii balneum habetur, Mõtis alti nuncupatum, cujus minera ſulphure non A multo, & aſphalto participat: * ægritudinibus frigidis & humidis confert. *Idem.*

### *De balneis montis Catini.*

Apud Caſtrũ montis Catini tria habentur balnea ſalſa, quorum unum antiquiſſimum, circa cujus circumferentiam naſcitur tamariſcus in magna quantitate. * Doloribus juncturarum, & dorſi, podagræ, & ſciæ confert. Alterum in duo diviſum eſt balnea: in altero viri, in altero mulieres lavantur. * Podagrę, iſchiæ, & ſcabiei auxi- B liatur. Tertium balneum novum, per communitatem Florentiæ ordinatum. * Renum obſtructiones aperit, lapides frangit: ſolvit ventrem, & vomitum provocat, bibita aqua. *Idem.*

### *De balneis Aquenſibus.*

In civitate Aquenſi ſunt balnea duo ſuper plateam, quæ conſtant ſulphure, alumine, & nitro. * Paſſionibus juncturarum, articulorum doloribus, capitis & ſtomachi paſſionibus confe- C runt. *Idem.*

### *De balneis Siculis.*

In inſula Siciliæ, quæ pluribus gloriatur balneis diverſis in locis ſituatis à prædominio maximè ſulphurea. * Paralyſi, ſpaſmo, tremori, podagræ, ſciæ, ulceribus, epilepſiæ conferunt: ventoſitates inteſtinorum diſſolvunt. *Idem.*

### *De balneis Aquariis.*

Apud Aquarium terra eſt à Regio Longobardo 25. miliaribus diſtans, balneum de Aqua- D rio nuncupatum, alumine participat. Viribus ſimile eſt balneo *della Porretta.* Idem.

### *De balneo Carpenſi.*

Apud caſtrum Brandulæ 34. miliaribus balneum Carpenſe habetur, quod conſtat exiguo ſulphure, alumine & pauco ſale. * Catarrhum ſiſtit, capitis humiditates exiccat, oculorum humiditates tollit, lachrymas eorũ compeſcit: ſtomacho humido, debilitati renum, renum & veſicæ ulceribus auxiliatur: menſtrua alba tollit & corrigit: podagræ à cauſa frigida confert. *Idem.*

## De Terris, Sectio IV.

Terra non minùs ac prædicta elementa in uſum medicinæ venit. Siquidem alia

- Venena *arcet*: *ut*
  - Terra *Armenia.*
  - Terra *Lemnia.*
- Aſtringit: *ut*
  - Terra *Ochra.*
  - Rubrica *Sinopica.*
  - Rubrica *fabrilis.*
  - Terra *omnis.*
  - Terra *Erethria.*
  - Terra *Samia.*
  - Terra *Chia.*
  - Terra *Selinuſia, &c.*
- Diſcutit: *ut*
  - Terra *Cimolia.*
  - Terra *ampelitis.*
  - Teſtæ *fornacea, &c.*
- Abſtergit: *ut Terra Melia, &c.*

TErra ſeu Bolus Armenia, Galeni
tempore in gravi illa peſtilẽtia primũ in lu-
cẽ venire cœpit colore pallido, hodie duorũ
eſt generũ: alterũ orientale, alterũ noſtras, quod
multis locis naſcitur, ubi ſunt ferrifodinæ: utra-
que rubricæ ſpecies eſt. Exiſtimant nõnulli bo-
lum orientalem ex Armenia advehi, eſſeq; illam
ipſam, quam Galenus colore pallido, Arabes lu-
teo, croco ſimilem deſcribunt. Cæterùm cùm il-
la ſit rubra, nõ abs re dubitatur, an ſit bolus Ar-
menia. Alii putant veram eſſe terrã Lemniam,
quæ olim capræ imagine ſignabatur: aut eam
potius, quæ Galeno rubrica Lemnia vocatur, à
terra Lemnia differens. Nam rubrica manus in-
ficit, terra verò minime. Utut ſit, exiſtimamus
alteram alterius loco uſurpari poſſe. Noſtrate u-
ti poſſumus in medicamentis foris applicandis:
imò & intùs, ſi ritè præparetur, hoc modo: Ab-
luatur vulgaris noſter bolus aceto acerrimo, ut
quàm puriſſimus ab arenoſa commiſtione red-
datur, & iterum paratus exiccetur. Deinde quod
ſiccatũ eſt, ponderetur, tantundemq; ponderis
aceti capiatur cum quinta ejusdem põderis par-
te olei: atque ita in maſſam ſubigatur totus bo-
lus. qui ita paratus, in fictili Sigburgico repo-
natur, quoad ſubfoſsũ in vino vel terra aſſerve-
tur per aliquot menſes pro fermentatione: imò
quò diutiùs ita fermentatur, eò melior redde-
tur. * Hujus boli ita parati uſus non incongruus
erit tempore peſtilentiæ, quam miſericorditer
avertat Deus. *Medici Colonienſes.*

### *Boli Armeniæ præparatio.*

Bolus Armenia in pulverem tenuiſſimum
redacta, diſſolvatur in phlegmate acido alumi-
nis: tum ſeparetur phlegma per balneum: & a-
liud ſuperinfundatur. Id ter facito. Tum bolus
in oleum perpingue convertitur: quod igne
lentiſſimo exiccetur, & in pulverem reducatur,
ad cohibendum ſanguinem undecunq; fluen-
tem aptiſſimum. *Quercetanus.*

Sigillum Lemnium, ſive Terra Si-
gillata officinarum, terra Lemnia Dioſco-
ridis & Galeni eſſe debebat. Hodie duo terrarũ
genera Conſtantinopoli adferuntur: una rube-
ſcens, in placentulas exiguas formata, characte-
ribus Turcicis ſignata: altera ex cinericio co-
lore candicans, majoribus formata placentulis,
characteribus item ſignata Turcicis. Magno in
precio ſunt apud Turcas, maximeq; commen-
dantur adverſus venena: neque facilè earum
copia haberi poteſt. Quæ Conſtantinopolim
adferuntur, non è Lemno, ſed aliis ex locis,
multoque longiùs diſſitis advehuntur. Itaque
arbitrandum non eſt, ullam ex jam dictis ter-
ram Lemniam eſſe. Rufa quibusdam è Lemno
advehi, veraq; terra Lemnia eſſe creditur. Ple-
rique bolum Armeniam Orientalem, veram eſ-
ſe terram Lemniam crediderunt. Sed nihil cer-
ti ſtatuere poſſumus: magis tamen illi quadrare
videatur terræ Lemniæ notæ, quàm duabus

A prædictis. Reperta eſt etiam in Melita terræ
quoddam genus candidum leve, quod à cir-
cumforaneis impoſtoribus venditur, adverſus
venena efficax. Itaque terræ Lemniæ loco com-
mode aut bolus Armenia ex Oriente petita, aut
prædictarum aliqua ſumi poteſt, tametſi Tur-
cicæ adverſus viperæ morſus non admodum
efficaces ſint, multoque minus, quæ ex Melita
adfertur. Verùm ſi bolus Armenia adverſus vi-
peræ morſus eam haberet vim, quam terræ Le-
B mniæ tribuunt, terra Lemnia legitima ſine con-
troverſia eſſet, aut ſaltem illi ſecurè ſubſtitui
poſſet, & facile eſſet experimentum, quemad-
modum de Turcicis terris in canibus à vipera
demorſis periculum fecimus. nam quibus al-
bum cum vino datum eſt, hi liberati ſunt: qui-
bus verò terræ ſuprà recitatæ, hi mortui ſunt,
aut magna cum difficultate liberati. Terræ ſi-
gillatæ officinarum, cùm ne una quidem nota
Lemniæ quadret, nullus uſus eſſe poteſt, niſi in
C iis duntaxat medicamentis, quæ foris adhiben-
tur: hæ enim nihil præter manifeſtarum quali-
tatum operationem deſiderant *Medici Florenti-
ni & Colonienſes.*

*Lemnia* terra, quam alii perperàm Rubricam
Lemniam vocant, ut docet Galenus 1. de Anti-
dot. cap. 14. (nam Rubrica Lemnia alia res eſt
in Lemno proveniẽs, ad alios uſus idonea quàm
eſt ſigillum Lemnium:) putatur communiter
eſſe ea, quæ in officinis vocatur Bolus Armenus
D orientalis: quod nomen illi à mercatoribus Ve-
netis impoſitum fuit, itemque ab iſtis, qui Ve-
netias eam apportant: tametſi verus Bolus Ar-
menus Orientalis alia res ſit. hæcque opinio ap-
probata fuit ab omnibus ſimpliciũ peritis: cum
certum ſit, eam non ex Armenia, ſed ex Inſula
Lemno afferri, de eodem planè loco, quem Ga-
lenus lib. 9. de ſimplicibus Medicam. deſcribit.
Quodq; verus Bolus Armenus eſſe nequeat, co-
lor etiam in cauſa eſt, qui nimis ruber eſt, cùm
E Bolus ſit colore pallido: & elapſi ſunt octo an-
ni, quòd quidam Græcus ſatis magnam copiam
attulerit Neapolim, unde longo tempore offi-
cinas ſuas pharmacopei inſtruxerunt. Quanquã
ſuſpicio quædam acceſſerit, de impoſtura ejuſ-
dem medici Materatenſis, qui multas ciſtas Ma-
terato ex regno Neapolitano Venetias advexit,
& aſſeverans eſſe verum Bolum allatum ex Ar-
menia, multis mercatoribus eum vendidit, qui
poſtea in idem regnum rurſum attulerunt: utq;
F omnia veritati magis eſſent conſentanea, opera
cujusdam Græci ad eam rem adhibita curavit
illum diſtrahi. Cùm nihil aliud revera eſſet quã
Bolus, qui reperitur prope Materatã: & iſte loc⁹
poſtea mandato regio fuit occluſus. Quæ ſuſpi-
cio eò magis cõfirmatur, quòd Bolus ille à Græ-
co divenditus, alteri, qui hodie Materatæ effodi-
tur, ita planè aſſimiletur, ut etiam exercitatiſſi-
mi in hac parte inter utramq; nullam differen-
tiam reperire queant. Sed relicto Bolo Armeno
vero, loquentes de vulgari altero dicto Oriẽta-
li, conſtat eum ferè ab omnibus non ſolùm ac-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0039-5

cipi pro ſuccedaneo Terræ Lemniæ, ſed etiam pro ipſa vera Terra Lemnia. Quanquam multi viri præſtantes in arte Medica aſſerãt, hunc vulgarem Bolum eſſe Rubricam, & nõ terram Lemniam: idq; ſe ſcire ajunt ab omnibus fide dignis, qui ipſum locũ conſpexerint, & qui ſciunt quoq;, in quo loco ipſa terra Lemnia colligatur, quæ olim nullo alio quàm ſacerdote tractabatur, & qui inſuper norunt, ubi Rubrica effodiatur, quam dicunt eſſe illum rubrum Bolum Armenum, quem Orientalem vocamus. Quòd ſi illis fides non adhibeatur, addunt aliud argumentum, quòd ſcilicet nemo auſus fuerit affirmare, experientia comprobatum eſſe hunc Bolum, dictum Orientalem, ſanare eos, qui à ſerpentibus ſunt demorſi. Nec ſatis eſt dicere, ex Lemno Inſula afferri, nam in ipſa tres differentiæ terrarum reperiebantur: prima erat præſtantiſſima, contra omnia venena remediũ certum: altera Rubrica, quam uſurpabant fabri, & perhibent iſti eſſe Armenum Bolum Orientalẽ, de quo loquimur. Tertia eſt, qua utebantur ad pannos lavandos, quia abſtergendi vim habebat. Ex his poſtremæ duæ in Medicamẽtis nullum uſum habebant, ideoq; concludunt, Bolum vulgarem Orientalem non ſolùm nõ eſſe Terram Lemniam, ſed ipſius loco quoque non eſſe accipiendum. At cùm in hoc Bolo deprehendatur nonnullus odor & ſapor aromaticus, multi, imò major pars doctorum, non ita facilè iſtorũ ſententiæ aſſentiri voluerunt, ſed potiùs exiſtimarunt, ejus uſum eſſe in Medicina idoneum, & quòd revera ſit terra Lemnia. Quod tamen nemo, niſi qui propriis oculis locum (viderit, certò affirmare poteſt. Sed & nos cum majore parte doctorum hominum ponamus hunc loco Terræ Lemniç. Non tamen ſilentio prætereundum eſt, quòd aliqui impoſtores, quò eum vendibiliorem reddant, imbuant prius inſtar paſtæ cum aqua aromatica, quæ in ea quantitate additur, quò fraus facilè occultetur, cum non ſit veriſimile, tantum odorem & facultatem per ſe eſſe in iſta terra: quæ interdum ex Cinnamomo quoque illi conciliatur: quemadmodum vidi Romæ ante biennium, tale fruſtum miſſum à Cardinale Granuellano ad Caſtilioneum Cardinalem, propter adverſam ejus valetudinem, qui tamen paulò pòſt obiit: cui itaque hic Bolus ſuſpectus eſſet, tutiùs ſubſtituere poſſet Terram iſtam albam, quæ ex Malta affertur, quoniam ſæpiſſimè nõ ſolùm à Circulatoribus, ſed etiam Medicis experientia probatum eſt, eam mirificè contra venena ſerpentum & aliorum animalium valere: cum propter eandem cauſam Terra Lemnia quoque aſſumatur. Nec forſitan errabit, qui ejus loco verum Bolum Armenum acciperet, modò de legitimo eum haberi poſſe certi eſſemus: nam ſicuti ad peſtis malignã vim prodeſt, ſic etiã nõ abs re dici poſſet, contra maligna alia venena quoq; omnia utilẽ eſſe. Cujus tamẽ rei cùm nondum experientiam habemus certam, ſecurius erit interea accipere Melitenſem terram: in qua opinione, quoad vixit, præceptor meus piæ memoriæ Lucas Ghinus fuit.

De Sigillo ſive terra Sigillata vulgari non dicã plura, cùm jam omnibus manifeſta ſit fraus, quæ cum illa committitur, atq; unusquisq; jam ſciat, nullo modo eam eſſe uſurpandam. Neque etiam poſſum probare uſum Boli Materatenſis: nam tametſi propter ſuas qualitates manifeſtas procul dubio utilis ſit, nimirũ in conſtringendo corpus, & in omnibus illis affectibus, in quibus opus eſt exiccatione, aut facultate emplaſtica & aſtringente, non tamen certi ſumus, quòd in malignis morbis ſit efficax: cũ hæc virtus ab ipſo Climate proficiſcatur: nec poſſit ſuperficialis ſimilitudo in Materatenſi Bolo polliceri, propter occultas & interiores proprietates.

Ochram leviſſimam, & omnino luteam eligere oportet, ſaturatam, nõ lapidoſam, friabilem, natione Atticã. Uritur hæc, & lavatur cadmiæ modo. * Vis ejus, adſtringere, erodere, collectiones & tubercula diſſipare. Excreſcentia in carne reprimit, cava cum cerato explet, & articulorum tophos comminuit. *Dioſcorides.*

Rubrica Sinopis maxime probatur gravis, denſa, ad jecinoris imaginem vergens, calculorum expers, concolor, cùm diluitur, impendiò fuſilis. Effoditur in Cappadocia, ſpeluncis quibusdam, expurgataq; defertur in Sinopem urbem, in qua venditur: unde cognomentum accepit. * Vim habet exiccatoriam, quaſi inducendo obſtruentem, & adſtrictoriam, quapropter vulnerariis emplaſtris, & paſtillis exiccantibus, & adſtrictoriis commiſceri ſolet. Alvum ſiſtit, in ovo ſumta, aut clyſtere infuſa. Datur jecinoris vitio laborantibus. *Dioſcorides.*

Rubrica fabrilis ad omnia Sinopide inferior eſt. Optima Ægyptia & Carthaginenſis, lapidum expers, friabilis. Gignitur etiam in Iberia, quæ ad Occidentem ſpectat, ochra exuſta, & degenerante in rubricam. *Dioſcorides.*

Omnis terra ad medendi uſum recepta, ſummam & primam vim habet refrigerandi, meatusque obducendi, occludendique: ſed ſpecie diſtat, cùm aliis adjunctis quibusdam ad alia ſit utilis. *Dioſcorides.*

Eretriades duæ ſunt: una vehementer alba eſt, altera cineritia. Optima habetur ad cinereum colorem vergens, perquàm mollis: quæ ſi per æramenta tractim ducatur, lineam violaceam refert. Lavatur ut ceruſſa, aut in hunc modum. Teritur ſeorſum, & cum aqua, ubi peſſum ierit, humor leviter excolatur: ſiccata ſolibus, iterum teritur interdiu, adjecta aqua, ut veſpere conſidat: antelucanis colo excernitur, & demũ in ſole trita, ſi fieri poteſt, digeritur in paſtillos. Quòd ſi toſta deſideretur, paſtilli magnitudine ciceris in fictile perforatũ cõjiciuntur, oreq; vaſis diligenter obturato, ſupra carbones candentes continenter follib. perflantur: ubi verò cinis in favillas ſe convertit, aut æreum colorem contraxit, exempti recõduntur.* Vim habet aſtringentem, & refrigeratoriã, leviter mollientẽ: ca-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0040-6

A va explet, & ſanguinolenta conglutinat. *Dioſcorides.*

Samia præfertur candida, levis, tangenti linguæ glutinis modo adhæreſcens, mollis, ſuccoſa, friabilis: cujusmodi eſt, quam aliqui collyrion vocant. Duæ enim ſpecies ejus: unam antè diximus: altera Aſter appellatur, cruſtacea, & cotis modo prædenſa. Uritur ac lavatur ut Eretria, vimque conſimilem habet. * Sanguinis rejectiones ſiſtit: fœminis fluxione vulvæ laborantibus, cum flore ſylveſtris punicæ datur. B Teſtium & mammarum inflammationes, illita ex roſaceo & aqua, refrigerat: ſudores arcet: contra ſerpentum morſus, & venena, pota ex aqua auxiliatur. Quòd ſi non ſit in promptu, ejus loco ſubſtituatur lapis hæmatites. *Dioſcorides.*

Chia eligi debet candida, vergens ad cinerem, Samiæ ſimilis. Eſt autem cruſtoſa, albaque, ſed fictitiis formis differens. * Vis eadem quæ & Samiæ: extendit faciem, & erugat, atque C ſplendidam reddit: colorem in facie, & corpore toto commendat, in balneo pro nitro deterget. *Dioſcorides.*

Eadem præſtat Selínusia: maximè laudatur, quę vehementer reſplendet, candida, friabilis, & humore dilui celerrima. *Dioſcorides.*

Cimoliæ duo genera, candida, & ad purpureum inclinans. Optima exiſtimatur, quæ innatam habet pinguedinem, tactuque frigida ſentitur. * Utraque aceto diluta, parotidas D & alia tubercula diſcutit. Ambuſta igne, ſi ſtatim cimolia oblinantur, puſtulas non ſentiunt: teſtium duritias, & totius corporis collectiones cohibet: igni ſacro imponitur. In ſumma, utraque multum in medicina commendatur, ſi incorruptæ originis, nec ſpuria aſſumatur. *Dioſcorides.*

Quæ Pnigitis dicitur, colore ferè Eretrię ſimilis eſt, grandioribus tantùm glebis: manum ſi quis admoveat, refrigerabit: tactu linguæ uſque adeò glutinoſa, ut penſilis hæreat. Cui effectus idem qui cimoliæ, paulo tamen infirmior. Hanc aliqui pro eretriade vendunt. *Dioſcorides.*

Melia colore cineream eritream imitatur, aſpera tactu: ea digitis friata, deraſi pumicis modo crepitat. * Vim habet aluminoſam, ſed remiſſiuſculam, id quod guſtu deprehenditur: modicè linguam ſiccat: purum corpus reddit, & colorem commendat: pilos extenuat: vitiligines & lepras abſtergit. Pictoribus uſum præbet, ut colores diutius perennent. Emplaſtris viridibus, quæ chloræ dicuntur, efficaciter inſeritur. Et omni Melia terra, & omni alia in univerſum, eligi debet recens, mollis, non lapidoſa, friabilis, quæ cùm humorem attigerit, facilè reſolvatur. *Dioſcorides.*

Ex Ampelitide terra, quæ pharmacitis nomine in Seleucia Syriæ naſcitur, laudatur imprimis nigra, piceæ longos carbones referens, modicè alluoſa, æquabili ſplendore, quæ detrita, accepto oleo, ſtatim eliqueſcit. Vitioſa cenſetur candida, & cinerea, quæ in liquorem non reſolvitur. * Vim diſſipandi & refrigerandi habet. ad calliblephara additur, tingendis capillis idonea. Uſus ejus ad illinendas vites, ſub germinationis tempus, utpote cùm innaſcentes vermiculos enecet. *Dioſcorides.*

Fornaceæ teſtæ vehementer toſtę, cruſtas ulceribus obducunt: quare prurigio, & papularum eruptionibus medentur. Podagricis proſunt: ſtrumas diſcutiunt, cerato exceptæ. *Dioſcorides.*

Fornacum terra, quæ retorrida fulveſcit, ejusdem cum teſta effectus. *Dioſcorides.*

## De Metallis, *Sectio V.*

- Metallorum alia alterant
  - Cōſervādo: & vel qualitate
    - Manifeſta
      - Prima. *Sic alia*
        - Temperata: *ut* Aurum.
        - Intemperata
          - Calida *& ſicca in gradu*
            - Secundo: *ut*
              - Ferrum.
              - Crocus *Martis.*
              - Cinnabaris, &c.
            - Tertio: *ut*
              - Flos *æris.*
              - Aes *uſtum.*
              - Squama *æris.*
              - Aerugo *raſilis.*
              - Aerugo *ſcolecia.*
              - Diphryges.
              - Alumen. Sal.
              - Nitrum. Sulphur.
              - Chalcitis. &c.
            - Quarto: *ut*
              - Chalcanthum.
              - Auripigmentum.
              - Sandaracha.
              - Chryſocolla.
              - Miſy. Sory.
              - Melanteria.
          - Frigida: *in*
            - Primo: *ut* Stimmi.
            - Secundo: *ut*
              - Argenti *ſcobs.*
              - Spuma *argenti.*
              - Argentū *vivum.*
              - Plumbum.
              - Plumbago.
              - Plumbum *uſtum.*
              - Plumbum *elotum.*
              - Plumbi *ſcobs.*
              - Ceruſſa.
      - Secūda. *Sic alia*
        - Aſtringūt: *ut*
          - Cadmia, Thutia.
          - Pompholyx.
          - Spodium.
          - Antiſpodium.
          - Alumen, Ærugo.
          - Chalcanthum.
          - Cinnabaris, &c.
        - Glutinant *& cicatricem* inducunt: *ut*
          - Plumbum *elotum.*
          - Gypſum, Alumen.
          - Cadmia, Aes *uſtum.*
          - Stimmi, &c.
    - Occulta: *ut* Alumen, &c.
  - Corrumpendo: *ut venena*
    - Argentum *vivum.*
    - Argenti *ſpuma.*
    - Auripigmentum.
    - Ceruſſa.
    - Calx.
    - Gypſum.
    - Sandaracha.

*De metallis*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0042-8

### *De metallis temperatis.*

AURUM (Ital. & Hiſp. *Oro*. Gall. *Or*. Ger. Gold.) omniū metallorum præſtantiſſimum eſt, ductile, colore lucido, illiq; perſimile, quo cuncta à Sole illuſtrantur. Inſuper propria quadam attractrice vi pollet, qua reſpicientium animos allicit, & diſponit, ut ab ipſis illicò deſideretur. Unde quidam exiſtimarunt, auro proprias quàmplurimas ineſſe dotes. In Italia propriæ ſinceri auri fodinæ (quod ſciam) nullibi extant. Atqui in Germania, Pannonia ac Tranſylvania ex pluribus in locis habentur. Auri venam iis omnibus locis crediderim gigni, ubi cœlum id cauſæ elementaris influat, ac diſponat. Hujus vena variis lapidibus impacta viſitur in aſperrimorum montium viſceribus. Verùm ea omnium præſtantiſſima auri vena cenſetur, cui cæruleus lapis fuerit admixtus. tantò enim melior hæc, quantò ponderoſior, & colore vigentior: adeò ut illa cæteras præcellat, quæ pluribus auri guttis ſcintillet, vel in qua plures auri lineæ intercurſantes conſpiciantur. Eſt etiā auri ferax diverſorum fluminum arena. Siquidē procul dubio cōſtat in Hiſpania Tagū, in Thracia Ebrū, in India Gangen & Pactolum, in Pannonia Iſtrum, in Germania Rhenum, in Italia Padum & Ticinum, aureas ducere arenas, à quibus arte quadam aurum omnium probatiſſimū elicitur. Veruntamen non omnibus eorum litoribus aureæ eædem ſunt arenæ. * Aurum in omnibus ſuis partibus æquale eſt, cor & vitalē facultatem mirum in modum corroborat: inſeritur medicamentis, quæ atrabiliariis competunt morbis. Adhæc ubi actuali cauterio ſit opus, ignitum aurum cæteris præſtat metallis, quòd ulcus inde exortum citiùs conſaneſcat. In ore contentum, anhelitus graveolentiam tollit. Auri ſcobs porphyrite lapide lævigata, in ea medicamenta additur, quæ ad alopecias & lichenas parantur, tam intùs in corpus ſumptum, quàm extrà medicamentis exceptum. Hæc item eodem modo diutiùs lævigata, adeò ut tactum ferè effugiat, oculis immittitur ad roborandā eorum aciem. Bibitur autē & ad cordis affectus, & animi mœrores. Cardiacæ, melancholię, cordis palpitationi, morbo attonito, comitiali, elephantiaco medetur: adhæc ſpiritus animales, vitaleſq; recreat. Utendi ratio eſt, cùm vel candens juſculis, aliiſve ſuccis, vel deſtillatis intingitur, vel in pulverem redigitur, vel in oleum convertitur. Si liquidum eſt, duæ, tres, aut plures guttæ ex vino malvatico aſſumuntur: ſi pulverem ejus exhibere voles, ſcrupuli dimidium ſatisfaciet: humoris candente auro imbuti cyathus. Eligitur puriſſimum quodq; ſive ex aſperrimorū montium viſceribus, ſive ex fluminum arenis colligatur. *Avicenna, Matthiolus, Andernacus.*

### *De metallis calefacientibus & ſiccantibus in gradu ſecundo.*

FERRUM (Ital. *Ferro*. Gall. *Fer*. Hiſp. *Hirro*. Germ. Eiſen.) extenuat, ſiccat, reſolvit: ſcobs

A ipſius candens vino & aqua extincta, ſtomachi imbecillitati, cœliacis, dyſentericis, lienisq; abſceſſui auxiliatur: profluvio urinæ, menſtruorumq;, & ſputo ſanguinis, aqua cui ferrum candens intingitur, potu conducit. Squama ferri ex ferro decidens dum aqua extinguitur, ad ejus indurationem, aliámve ob cauſam in fabrorum officinis reperitur. De croco Martis vide ſuo loco. *Andernacus.*

B CINNABARIS (German. Cinnober.) vera (quæ res mineralis erat) hodie ignoratur. Cinnabaris verò neotericorum factitia, eſt quiddam ex ſulphure vivo & argento vivo ſimul uſtis, proinde nulla ratione ſubſtitui debet pro cinnabari Græcorum, quæ vires habebat eaſdem cum hæmatite lapide, & tam rara erat, etiam ætate Dioſcoridis, ut verſicoloribus pectorum lineis vix ſatisfaceret: unde eam incognitam eſſe fateri cogimur. *Medici Colonienſes.*

### C *De metallis calefacientibus & ſiccantibus in gradu tertio.*

FLOS æris grana quædam ſunt minutiſſima panici effigie, rubentia æris modo, quæ exiliunt ac erumpunt, quando æs per cola funditur, & aqua pura & frigidiſſima affunditur. Facilè reperiri poteſt in ærariis officinis. Optimus eſt friabilis, in attritu fulveſcens, milii effigie & numero brevis, ponderoſus, modicè ſplendens atque D conſtringens, qui delimatā æris ſcobem nō recipit, qua ſæpe adulteratur. Sed id facilè deprehenditur, cùm dentium illiſu dilatantur ramēta. Fit autem, cùm æs fornacibus fuſum, in receptacula delabitur, per cola fiſtularum ad ea pertinentium, tum huic negotio addicti miniſtri, ſordes expurgantes, aquam clariſſimā infundunt, refrigerandi propoſito: itaq; repentino concretu, ac addenſatione, velut expuitur, & erumpit antè dictus flos. * Adſtringit, & excreſcētia coër- E cet: offuſam oculis caliginem emendat, ſed magnopere mordet. Quaternûm obolorū pondere datus craſſum humorem extrahit. carnoſa narium, & ſedis vitia abſumit: eruptiones papularum cum vino cohibet. Candidus contrà diuturnas aurium gravitates tritus, in eas per fiſtulam flatu impellitur: uvam, tonſillaſq; reprimit farina ejus cum melle admota. *Dioſcorides.*

ÆS uſtum probatur rubrum, & quod contritu colore cinnabarim imitetur: nigrum verò F plus quàm deceat, exuſtum eſt. Fit autem à clavis ſolutarum navium, fictili crudo compoſitis: ſubſperſo ſulphure cum ſale pari, omnibus viciſſim inſperſis, fictile, circumlito figulari creta ſpiramento, fornacibus inditur, donec figlinum percoquatur. Quidam pro ſulphure & ſale alumen inſpergunt. Alii ſine ſulphure ac ſale, fictili multos dies urunt. Alii ſulphure ſolo utuntur, fuliginem tamē excutiūt. Alii oblitos ſciſſili alumine clavos cum ſulphure & aceto, fictili crudo cremant. Alii in ænea olla aceto reſperſos urunt, ac iterum & tertiò idem efficiunt, poſtea recōdunt. Principem locum tenet, in Memphi-

te combuſtum: proximum, in Cypro. *Aſtringit, exiccat, reprimit, extenuat, attrahit: ulcera purgat, & ad cicatricem perducit: vitia oculorũ emendat, excreſcentias in carne conſumit, nomas cohibet: vomitus ciet cum hydromelite potum, aut cum melle delinctum, illitúmve. Lavatur ut Cadmia, mutata quater die aqua, donec nulla prorſus ſordes emergat. *Dioſcorides.*

Squama æris excuſſa ex Cypriis officinarũ clavis, craſſa quidem ipſa præſtantior, quæ helitis, id eſt, clavatis nominatur. Sed ex vili promiſcuoq; ære, aut cãdido, vitioſa intelligitur: quam, utpote tenuem & invalidam, damnamus maximè, approbantes craſſam, rufam, præſertim ſi aceti reſperſu æruginem contrahat. *Vim habet adſtrictoriam, extenuantem, reprimentẽ & erodentem: nomas coërcet. ulcera ad cicatricẽ perducit, pota ex aqua mulſa, aquam trahit. Aliqui farina ſubactum dant in catapotio. Additur ad oculorum medicamenta: genarum namq; ſcabritiẽ abſumit, & fluxiones exiccat. *Dioſcorides.*

Aerugo (Ger. Spongrün) raſa fit iis modis. In cadum aut aliud conſimile vas, acetum quàm acerrimum infunditur: ſuperponitur inde inverſum æneum vas, pręſertim cõcameratum: ſin minùs, planum: ſitq; obſtructum, nullumq́; habeat ſpiramẽtum: exempto, quo doliolum obturaveris, operculo, decimam poſt diem inſidens ærugo deraditur. Aut æris lamina in cadis ſuper acetum ita ſuſpenditur, ne ipſum attingat, & totidem poſt dies raditur. Aut maſſula ęris, aut lamina una pluresve vinaceis non recentibus, ſed jam aceſcentibus conduntur, & ſimili modo verſantur. Quin etiam ex delimata æris ſcobe æruginẽ facere licet: nec non e laminis, quibus bracteæ auri concluſæ malleo ducuntur, ſi quis eas aceto reſpergat, & ter aut quater verſet, donec æruginem contrahant. Tradunt æruginem in Cypriis metallis gigni, lapidibus quibusdã nonnihil æris habentibus, quibus ærugo effloreſcit: adduntq; per Caniculæ æſtus è quadam ſpecu manare: ſed illam paucam, & optimã eſſe, hanc ſpeluncis effluentẽ, copioſam quidem & boni coloris, ſed vitioſam, quòd lapides multos collegerit. Pluribus autẽ modis adulterant: aliqui pumice admiſto, alii marmore, alii atramento ſutorio. Sed deprehendemus pumicem, aut marmor, dum pollice ſiniſtrę manus madefacto æruginis portiunculam altero atterimus: ſiquidem eam diffundi conſtat: marmoris autẽ, pumicisq; partes coëunt nõ diſſipatæ, demumq; tractatione crebra & humoris complexu dealbeſcunt, quin & dentium appreſſu: ſiquidem ſincera cedit, lævis, & ſine aſperitate. Atramentum verò ſutorium igne coarguitur: namq; ſi fictile, aut lamina adulterata ærugine illinatur, & ferventi cinere, aut carbonibus incaleſcat, alterutrum mutabitur, rubeſcetq; id, quod atramentum ſutorium acceperit: quòd id uſtum ſuapte natura talem ſortitur colorem. *Dioſcorides.*

Æruginis, quam vocant ſcoleciam, duo ſunt genera: quædã foſſilis eſt, altera factitia ad A hunc modum. In mortario Cyprii æris dimidiã heminam aceti albi acrisq; piſtillo cupreo conterito, donec ſtrigmenti craſſitudinem imitetur: deinde aluminis rotundi drachmam unam cum ſalis foſſilii translucentis, aut marini quàm albiſſimi, ſolidiq;, aut certè cum nitri pari põdere teritur in Sole æſtuoſiſſimis diebus, ſub ſidus caniculæ, donec colorem ęruginis contrahat, & concretu ſtrigmentoſum fiat: ubi autẽ ſe in vermiculorũ Rhodiacis ſimilium ſpeciẽ coëgerit, B recondito. Efficax, & valde boni coloris redditur, ſi duas partes veteris, cũ una aceti adjeceris, & alia, quę dicta ſunt, peregeris. Sunt qui æruginem raſilem, quæ in apparatu non reſpondit, gummi miſto digerant in formas, & ita vendant. quod genus, ut vitioſum, improbatur. Fit & quędã ęrugo ab aurificibus, mortario & piſtillo Cyprii æris, cũ urina pueri impubis, qua aurũ ferruminant. Antedicta ęruginum genera uſto ęri omninò reſpondẽt, ſed magis effectu valẽt. Sciendũ, C foſſilem ſcoleciam præſtãtiſſimam eſſe: deraſam ſequi: poſtremo loco factitiã. mordaciſſima tamen eſt hæc & magis aſtringens. Aurificum autẽ ærugo raſæ reſpondet. *Æruginès omnes aſtringunt, extenuant, excalfaciunt, oculorũ cicatrices emendant, lachrymas cient, nomas ſiſtunt, vulnera ab inflammatione tuentur. Ulcera ex oleo ceraq; ad cicatricem perducunt: callos, & ſordida ulcera purgant, cum melle coctę: callum fiſtularum erodunt cum ammoniaco, col-D lyrii modo in eas adactæ. ad gingivarum autem excreſcẽtias, & extuberationem utiles. Magnopere extenuant genarum craſſitiem, cum melle illitæ: verùm poſt illitionẽ ſpongia ex aqua calida locus fovendus eſt. reſina terebinthina exceptæ, cum ære & nitro lepras abigunt. Uritur ærugo, quamcunq; velis, minutiſſimè fracta, cõminutaque, in fictili patina, flagrantibus prunis ſuperpoſita: verſaturque, donec mutet, & colorem cinereum concipiat: poſtea refrigerata re-E ponitur ad uſum. Sunt qui cruda olla eam urant, uti dictum eſt: ſed nõ prorſus eundem colorem cremata reddit. *Dioſcorides.* Porrò æruginem, quòd colore ſit viridi, officinæ ac medici in Italia æs viride nuncupant, & vulgari ſermone *Verde rame.* Verùm quamvis officinæ eo in univerſum abundant, ſinceri tamen parum oſtendunt. Scolecia ærugine, ac foſſitia deſtituimur: quòd altera (quod ſciam) hoc tempore non paretur, altera verò ab ærariis fodinis, ubi fortaſſe pluri-F ma reperitur, à foſſoribus non deferatur. Proinde cùm harum copia non ſit, eâ tantùm utimur, quæ ære in acetariis cadis demiſſo, aut vinaceis jam aceſcentibus obruto, cõficitur. Hallucinantur, qui credunt, æruginem & æris florẽ, unam & eandem rem eſſe. *Matthiolus.*

Diphryges, quaſi bis toſtũ, eſt perfecti ęris veluti fęx ſubſidẽs, & cohęrẽs imę fornacũ parti: ablato ære poſt aquæ frigidæ effuſionem viſitur. acre eſt, ut æs uſtũ. præfertur quod ſaporẽ æris & æruginis habet, aſtringens & vehementer ſiccãs linguã, quod exuſta ochra ſibi nõ vendicat, quæ

tamen

tamē diphrygis vice venditur: adulteratur enim ochra uſta, quæ uti diphryges rubeſcit. Eſt etiam aliud genus factitium, quod ex pyrite eroſo lapide fit, multos dies, ut calx, cremato, donec rubeſcat, ut rubrica: deinde ſublatum reponitur. Fiebat etiam è luti cujusdam Cyprii genere, hodie inuſitatum: priora verò duo genera facilè reperiri poſſunt. * Vis ejus, aſtringere, purgare, extergere, ſiccare, excreſcentia conſumere, ulcera ſerpentia, & quæ cacoethe vocant, ad cicatricem perducere. Suppurationes, terebinthina aut cerato exceptum, diſcutit. quod ſi ad manus non ſit, ejus loco marchaſita uſtus, aut æs uſtum ſubſtitui poterit. *Dioſcorides.*

Alumen, Ital. *Alume.* Gall. *Alun.* Hiſpan. *Alumbre.* Germ. Alaun dicitur: hujus apud veteres tria fuerunt genera, liquidum, rotundum, ſciſſile: quo duntaxat utimur ſub nomine vulgari aluminis plumæ. Cæterùm quotieſcunq; in medicamenti alicujus compoſitione alumen ſimpliciter reperitur, ſciſſile intelligendum eſt, veluti omnium efficaciſſimum. Optimum eſt candidiſſimum, valdè aſtringens, gravi odore, nō lapidoſum, nō compactum, ſed plerumq; in capillamenta quædam caneſcentia dehiſcens. Ex Ægypto adfertur. Adulteratur lapide Amiantho, ſed guſtu dignoſcitur, quòd non aſtringat. Præter jam recitata aluminum genera, factitia tria reperiuntur: nempe alumen fæcum, quod fit ex vini fæcibus Sole ſiccatis, donec albeſcant, deinde uſtis. Alumen catinum, quod fit è cineribus herbæ kali, ſeu Sodæ vulgaris. Alumen ſcariolæ: idque fit è lapide ſpeculari, quem vulgò Speculum aſini vocant. E factitiis etiam ſunt alumen Rocæ, & Zuccarinum: illud ex lapide candido, interdum ſubrubro ſæpius præparato: hoc verò ex alumine rocæ, zaccharo, & ovi albumine paratur. Aluminis liquidi & rotundi loco ſatis commode uſurpare poſſumus alumen rocæ. Alumen craſſarum partium eſt.* Vim habet excalfaciendi, aſtringendi & expurgandi. Ulcera putrida emendat, humida exiccat: carnem ſuperexcreſcentem coercet: pruritum tollit, & ſcabiem ſanat, &c. *Galenus, Dioſcorides, & Florentini Medici.*

Sal, Ger. Saltz. Gall. *Du Sel.* Ital. *Sale.* Hiſp. *Sal*, nativus eſt & factitius. Nativus vel in terra, vel ad mare ex aqua marina, vel in lacubus, vel in fluminibus, aut in fontibus. Nativi quamvis variæ ſint differentiæ, diverſisq; locis reperiantur, in uſum tamen medicum tres recepti ſunt: videlicet ſal Ammoniacus, vulgò Armeniacus dictus, ſal gemmæ, & ſal Indus. Ex his verò ſalem gemmæ duntaxat habemus, candidum, tranſlucentem cryſtalli modo, eſtq; ſal foſſilis. Sal Armeniacus hodie dictus, non eſt nativus, ſed factitius. Ex eorum genere, qui ſponte in aquis generantur, multæ ſunt differentiæ. Qui in mari naſcitur, & in ſcopulis reperitur, ex ſpuma maris conflatus, ſpuma ſalis appellatur. Quin in Judææ lacu gignitur, in quo & aſphaltus naſcitur, Sodomeus vocatur, ab Arabibus ſal naphthicus, amarus eſt. Hoc caremus, quemadmodū & reliquis nativis in lacubus aut fluminibus repertis. Facticiorum varia ſunt genera, ſecundum materiā, ex qua fiunt, differentia. Nam alia ex aquis ſalſis generantur, veluti marinus & qui ex fontibus fiunt, ut ſal communis: alii ex cineribus (de quibus ſuo loco) aliâve materia, quemadmodū ſal Alkali, qui fit ex herba kali: & vulgaris Armeniacus, qui in Alexandria fit in balneis. Cæterùm hodiè pro efficaciſſimo in medicina ſale gēmæ utimur, qui foſſilis eſt, ut diximus, & in Germania, aliisq; locis eruitur. Præfertur deinde marinus, omniū infirmiſſimus eſt vulgaris. Saccharū candi tametſi Avicenna interdum ſalē indū appellet, inter ſales tamen referendus non videtur. Is præterea, quem Dioſcorides ſalis florē, aut rectiùs maris florē nominat, ſali multùm diſſimilis eſt: nihil enim aliud eſt quàm pinguedo quædā crocei coloris mari, Nilo, & aliis lacubus innatās: eo tamē hodie etiā caremus. Qui ꝓpriè flos ſalis dicitur, in ſalis fodinis reperitur, & in ipſis etiā ſaliguis, velut pollen quidā craſſiorem ſalē ambiēs: tenuiorū multò eſt partiū quàm ſal, colore candidiſſimo, interdū cinereo, qui inferior eſt.* Porrò ſal omnis digerit, aſtringit, calefacit, ſiccat, abſtergit, reſolvit, & quicquid humidum eſt, conſumit, diſſipat: miſcetur medicamentis purgantibus & aliis, quæ intrinſecus adhibētur: nec nō glandib. & clyſteribus. *Medici Florentini.*

Nitrum, Germ. Salpeter. Gall. *Nitre.* Ital. *Nitro.* Hiſp. *Salitre* nominatur: hujus apud veteres multæ erant differentiæ: nativum, factitium, & aphronitrū, quod veluti nitri flos erat. Hodie unicum habemus nitri genus, nempe boracem non excoctam, quæ quibusdam nitrum foſſile eſt: eoque nitri loco uti poſſumus. Sal nitri, tametſi proxime ad nitri naturam accedat, nullus tamen ejus in medicina uſus eſſe poteſt, præſertim in his, quæ intrò aſſumuntur. *Medici Colonienſes.*

Sulphur, Germ. Schwebel. Gall. *Soulfre.* Ital. *Solfo.* Hiſp. *Piedra cufre* vocatur: hujus duo ſunt genera: vivum, quod ſponte & per ſe naſcitur: & ignem expertum, quod arte in fornacibus fit. Optimū exiſtimatur vivum, quod apyron vocant, nitedulæ modo ſplendidum, perlucēs, minime lapidoſum. Probatur in genere ſulphuris ignem experti, quod viret, ac præpingue ſpectatur. Plurimum in Melo & Lipara gignitur. Supradictum ſulphur calefacit, diſcutit, & celeriter concoquit. * Prodeſt tuſſibus, ſuſpirioſis, purulenta extuſſientibus, in ovo ſumptum, aut ſuffitum: præterea partus uſti nidore extrahit. Lepras, lichenas, ſcabros ungues, cum reſina terebinthina mixtum, aufert: cum aceto autem illitum, ad lepras efficax eſt: vitiligines tollit. Scorpionis ictibus addita reſina medetur: cum aceto verò, draconis marini, ſcorpionisq; plagas ſanat. Pruritus toto corpore erumpentes, cum nitro deterſum ſedat: regium morbum emendat, inſperſum fronti cochlearis menſura, aut in ſorbili ovo ſumptū. Facit ad gravedinem



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0045-5

& deſtillationes, ſudores quoq; conſperſum inhibet: podagricis cum aqua & nitro illitum, cõducit: gravitatem auditus, ſuffiti nidore raptim per fiſtulam hauſto, ſanat. Lethargicos ſuffitu excitat: erumpentem undecunq; ſanguinem ſiſtit. Contuſis auribus, cum vino & melle illitum, medetur. Chymici oleum ſeu balſamum ex eo adeò efficax conficiunt, ut neque vivum corpus, neq; mortuum ad putredinem tranſire ſinat: ſed adeò integrũ tueatur, ut neq; ulla cœleſtis impreſſio, vel ab elemẽtis profecta corruptio, vel ab ipſo jam ortu inducta obeſſe ei poſſit. de quo vide ſuo loco. *Dioſcorides, Andernacus.*

Chalcitis, metallica res eſt, in venis ærariis nata, mediç inter Miſy & Sory facultatis, mediiq; ſitus. Præfertur ſimilis æri, friabilis, nec lapidoſa, nec inveterata, intercurſantibus oblongis venis ſplendentibusque, cujusmodi eſt, quæ in Tuſcia Italiæ parte invenitur. In Germania etiam Chalcitidis genus reperitur, lapidoſum, ponderoſum, rubrum cum ſcintillis aureis. Præfertur Italica, potiſſimùm ad Theriacæ cõpoſitionem: ad reliquorum verò medicamentorum compoſitionẽ Germanica uti poſſumus. * Cæterùm Chalcitidi abſterſoria vis ineſt, excalefaciens, & cruſtas ulceribus obducens: purgat, quæ oculis & eorundem angulis hærent. In genere leviter erodentium eſt, &c. *Dioſcorides, & Medici Florentini.*

*Chalcitis* rarò Neapoli reperitur, quanquam Puteolis quoque reperiatur, ſed in pauca quantitate. Quòd ſi quis Chalcanthum admodum vetuſtum nactus fuerit, is in eo inveniet efflореſcens Miſy, & Chalcitidem, quæ Chalcitis cognoſcitur, quòd colorem habeat æris, eumq; lucidum. Suntq; penes me multa fruſta Chalcanthi, quæ jam quaſi univerſa mutata ſunt in chalcitin, itemq; alia in Miſy, de qua mutatione Galenus in multis locis diſſerit. Hæc Chalcitis tametſi in ſe contineat adhuc reliquias aliquot Chalcanthi nondũ omninò transmutati, nihilominus accipi poteſt illa tota pars, quæ jam mutata eſt, relicta ea quæ in medio integra remanſit. Prætereà Venetiis de nativa Chalcitide, & non transmutata haberi poterit ab iis, qui amicitiam contrahunt cum peritis hujus rei hominibus, qui illam à diverſis locis ad ipſorum uſum ſolent curare afferri.

## *De metallis calidis & ſiccis in gradu quarto.*

Vitriolum, Germ. Vitriol. Ital. *Victriolo.* Gall. *Victriol.* Hiſp. *Copparoſa.* Græcis Chalcanthum, Latinis Atramentum ſutorium appellatur, duplex eſt: factitium & nativum. Nativum in terræ venis aut ſaxorum commiſſuris cõcretum reperitur: aut dum ex iis guttatim diſtillat, partim ex iis ſtiriarum inſtar dependet, partim in canalium fundum decidit. Hodie aliud item genus in terræ ſuperficie concretum reperitur, quod vulgò Copparoſa vocatur. Factitium etiã duplex eſt. Unum, quod in Cypro peculiariter fiebat ex aqua quadam manante ex ſoryos, chalcitidis, & miſyos fodinis, atque in piſcinas quadratas effuſa, ibi ſpontè concreſcebat. Alterum fit decocta aqua, in qua maduerit terra quædã atramentoſa: ut hodie moris eſt in multis locis. Nativum factitio præſtantius eſt: ideo in eorum numerum Copparoſa Cypria referri poteſt, cùm ſit aliorum penuria. E factitii generibus, Cyprium excellebat: cùm verò deſit, vitriolum Romanũ, aut Siculum uſurpari poteſt, veluti præſtantiſſimum inter factitiorum genera. * Inſigniter calefacit, maximeque aſtringit: ideò totius carnis naturam ſiccat, & in ſe contrahit. *Medici Florentini.*

Auripigmentum, Ger. Operment/Arſenick. Gall. *Orpin, Arſenic.* Ital. *Oprimento.* Hiſp. *Oropimente* dicitur, aurum colore imitatur. Ejus apud Dioſcoridem duo genera. Unum è multis ſquamis, ut altera alteri impoſita videatur, conſtat: id ſi purum fuerit, nec ulli materiæ permixtum, optimum exiſtimatur. Alterum colore ſandarachæ, hoc eſt, rubrum, glandis effigie. Deligendum ergo aureo colore micans, è tenuibus ſquamis compactum, quod facilè finditur, & lapillis aut terræ permiſtum non eſt. Ex auripigmento nativo fit artificiale, Arſenicum videlicet & Reagal vulgò vocatum. * Vim habet adſtrictoriam & erodentem. Cruſtas cum vehementi uredine, & violento morſu excitat: reprimit quæ excreſcunt, & capillos evellit. De oleo, quod ex eo conficitur, vide infrà ſuo loco. *Medici Florentini.*

Sandaracha, Germ. Bergrot dicitur, lapis eſt in metallicis venis, plerunq; cũ auripigmento naſcens, rufa eſt, cinnabaris colore, nõnihil ad luteum vergens, quæ cùm uritur, fumũ exhalat pallidum, ſulphurisq; virus redolet, tametſi non conſumatur. Facilè hodie legitima haberi poteſt: factitia tamen etiam fieri poteſt, ſi auripigmentum coquatur, donec cinnabaris colorem contrahat, poteſtque veræ ſandarachæ loco ſubſtitui. Sed animadvertendum eſt Sandarachæ vocabulo apud Arabes vernicem intelligi, quæ nihil aliud eſt, quàm gummi juniperi, non autem prædictum lapidem. Itaque curam adhibeant Medici, ne altera alterius loco indifferenter utantur. * Vis eadem & uſtio, quæ auripigmento. Explet alopecias, reſina excepta, & ſcabros ungues cum pice eximit. Contra phthiriaſin ex oleo efficax eſt: tubercula cum adipe diſcutit. Prodeſt ad narium, orisq; ulcera, & cæteras papularum eruptiones cum roſaceo: item condylomata. Datur ex mulſo, purulenta extuſſientibus, ſuffitur quoque cum reſina, adverſus veterem tuſſim, rapto per fiſtulam nidore: vocem expedit cum melle delincta: ſuſpirioſis cum reſina in catapotio optimè datur. *Dioſcorides & Florentini.*

Chrysocolla ſive borax nativum, genus nitri foſſilis eſt, ab Armenia, & Macedonia, & Cypro translatum, in aurariis, argentariis & ærariis fodinis repertum: præſtantiſſimũ eſt Armenium,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0046-0 DFG

menium,ærarium praſſini coloris: ſaporis nitro- A
ſi cum æquali amaritudine , & ſubſtantia dura.
Iisdem in locis reperitur,arenæ per ſe ſimile,aut
materiæ metallicæ permiſtum , ſed quod abra-
ſum arenæ ſimilitudinem gerit. Hujus uſus eſt in
medicamentis & aurifabrorũ officinis,quemad-
modũ apud veteres Chryſocollę. Factitia Chry-
ſocolla,Ger. Burns.Gall. *Colle à or, ſouldure d' or, borax.* Ital. *Borras.* Hiſp. *Borrax à atincar* dicitur,
ex pueri urina in æreo mortario trita piſtillo æ- B
reo fiebat. Hæc Medicis in uſu fuit. Sunt etiam-
num aliæ factitiæ,quæ pictoribus tãtùm ſerviũt.
* Vis Chryſocollæ ad purgandas cicatrices : ex-
creſcentem carnẽ coërcet, aſtringit, purgat,ex-
calfacit, & modicè corpus mordendo exeſt. In-
ter medicamenta intelligitur , quæ vomitiones
concitant,& necem inferre poſſunt. *Dioſcor.*

Misy aſſumendum natione Cyprium,auro
ſimile, durum , quod friando auri colorem imi-
tatur, & ſtellæ modo ſplendet. * Vim habet &
uſtionem cum chalcitide eandem , præterquàm C
quòd pſoricum ex eo non conficitur , exceſſus,
defectusque ratione tantùm differens. Ægy-
ptium autem cæteris præſtat , utpote quod effi-
cacius habeatur , ſed ad ocularia medicamenta
multò ſupradicto inferius. Quod ſi deficiat,ejus
loco ſumi poterit vitriolum vetuſtum , uſtum.
*Dioſcorides.*

Sori exiſtimarunt aliqui melanteriam eſſe,
aberrantes: ſiquidem ſui generis eſt ſory, ei non
abſimile. Verùm ſorei virus ineſt grave, & nau- D
ſeam movens. Invenitur etiam in Ægypto , &
aliis quibusdam regionibus , ut in Libya, Hiſpa-
nia, & Cypro. Præfertur Ægyptium, quodque
frianti nigrius apparet , in multa foramina dehi-
ſcens, ſuppingue , inſuper aſtringens , & olfactu
devorationeque magnum virus olens,ita ut ſto-
machus in vomitiones effundatur. Quod autem
friatum ſcintillas miſyos modo non emittit , &
alterius generis eſſe,& invalidum cẽſendum eſt.
* Vim & uſtionem ſupradictis ſimilem habet. E
Dolori dentium cavernis inditum medetur,eoſ-
que labantes firmat: iſchiadicis ex vino infuſum
auxiliatur : illitum cum aqua,varos extinguit.
Medicamẽtis admiſcetur,quæ capillos denigrãt.
Hæc autem ferè omnia , & alia , quæ uſtionem
experta non ſunt , peruſtis validiora eſſe exiſti-
mantur: pręter ſalem, & vini fæcem,nitrum,cal-
cem , & conſimilia , quæ cruda,remiſſiora ſunt:
combuſta enim viribus efficaciora redduntur.
*Dioſcorides.* F

Melanteria geminę eſt originis: quędã
in faucibus cuniculorum , quibus æs eruitur , ſa-
lis modo concreſcit. Alia verò in ſumma facie
ſupradictorum locorum coit , quæ terrena eſt.
Quinetiam invenitur in Cilicia, & aliis quibus-
dam regionibus, foſſilis quædam. Præſtat, quæ
ſulphuris colorem trahit,lævis, pura , æquabilis,
& quæ contactu aquę confeſtim nigreſcit. * Vim
cauſticã eam obtinet,quam & miſy. Si deficiat,
ejus loco accipiatur vitriolum,aut copparoſa di-
cta. *Dioſcorides.*

## *De metallis frigidis in primo.*

Stimmi, vel Stibium, vulgò Antimo-
nium, Germ. Spieſglaſ. Gall. *Antimoine.* Ital.
*Antimonio.* Hiſp. *El alchol* dicitur, optimũ,quod
ſplendidiſſimum eſt, modoq; nitedularum emi-
cat, confractu cruſtoſum, nihil terræ aut ſordidi
habẽs,friabile. * Vis ejus,aſtringere,meatus ob-
ſtruere,refrigerare,excreſcẽtia in carne cohibe-
re, ulcera ad cicatricem perducere , ſordes & ul-
cera oculorum expurgare : ſiſtit & ſanguinem è
cerebri membrana profluentem. & ut in univer-
ſum dicatur, vis uſto plumbo ſimilis eſt, &c. Ex
ſtibio paratur oleum, & vitrum,medicamentum
purgatorium,de quibus ſuo loco. *Dioſcorides.*

## *De metallis frigidis in ſecundo.*

Argenti ſcobs ſeu ramentũ , quod Lima-
tura vocatur,aut ſcoria,aut helcyſma,aut encau-
ma,molybdenæ vim habet. *Confert humori-
bus viſcoſis, ſcabiei,pruritui, ulceribus, tremori
cordis, & oris fœtori. De liquore,qui ex argento
chymicè conficitur,vide infrà ſuo loco. *Dioſcori-
des, Andernacus.*

Spuma argẽti,vulgò Lithargyrium,
Ger. Glet/Silberſchaum dicitur,lapis eſt è plum-
bo factus : plumbum enim dum ſecũda fornace
excoquitur , aut ſolum , aut metallo aliquo per-
miſtum,partim in lithargyron, partim in plum-
baginem vertitur. Duo ſunt ejus genera: unum
colore aureo,alterum argenteo : quo fit, ut illud
lithargyros auri, hoc lithargyros argenti nomi-
netur. Inde verò hæc differentia nata eſt , quòd
alterum altero majorẽ vim ignis paſſum ſit. Li-
thargyrium auri præfertur : hodie notiſſimum.
* Vis aſtringere,mollire,cava explere, excreſcẽ-
tia in carne reprimere,ad cicatricem ducere,re-
frigerare, & occludere, &c. *Medici Florentini.*

Argentum vivum,Ger. Queckſilber. Gall.
*Vif argent.* Ital. *Argento vivo.* Hiſp. *Azogue*, du-
plex eſt,nativum & factitium. Fit ex minio,quod
abuſivè Cinnabaris dicitur,patinis fictilibus im-
poſita ferrea concha cinnabarim continente , &
calice cooperta argilla ſuperlita,carbonibus ſuc-
cendunt. Siquidem deterſa fuligo,qua calici in-
ſidet,refrigerata in argentum vivum coit. Quin-
etiam invenitur in argentifodinarum tectis ſtil-
latim concretum. Alii per ſe in metallis inveniri
tradunt. Servatur in vitreis , aut plumbeis , aut
ſtanneis,aut argenteis vaſis: ſiquidem aliam ma-
teriam omnem exedit , & defluere facit. * Po-
tum vim pernicialem habet : ſuo enim pondere
interna exeſt. Remedio eſt lac multum ſubinde
potum & vomitionibus rejectum , aut vinum
cum abſinthio,aut apii decoctum,aut ſemẽ hor-
mini , aut origanum , aut hyſſopum cum vino.
Auri limata ſcobs, id eſt,ramẽtum quàm tenuiſ-
ſimum epotum mirabili eſt auxilio. Cæterùm
ex argento vivo conficitur Mercurius ſublima-
tus & præcipitatus,& oleum,de quibus ſuo loco.
*Dioſcorides.*

Plumbum,Ger. Bley. Gall. *Plomb.* Ital. *Piom-
bo.* Hiſp. *Plombo* nominatur,humida conſtat na-

cura,frigore cōgelatum:item aërea & terreſtri, A ſed pauca fit ex illo pila, ſeu mortarium, & piſtillum,ad uſum medicum. Quicunq; enim humor in eo aliquandiu reſidet, multo evadet frigidior, quàm antea fuerit. Ideo oleum omphaceum,aut roſaceum,aut melinum,aut myrtinū, ſi illi infundatur, remedium optimum adverſus inflammationes, & ulcera contumacia, tum aliarum partium, tum naturalium, ſeu teſticulorum,cancroſque,& articulorum fluxiones præparatur. Quòd ſi refrigerans aliquis ſuccus, ut B ſempervivi,cotyledonis, intybi,lactucæ, chondrillæ,pſyllii,omphacii, portulacæ, mortario ejusmodi imponatur,ſubigaturq; in Sole, aut æ-re,aliâsve calefacto, præſtantiſſimum efficitur medicamētum ad fervorem & calidas fluxiones reſtinguendas. Quinetiam plumbum in laminas deducitur, quæ lumbis admotæ, genituræ fluorem per inſomnia prohibent, inſigniter refrigerantes. Bractea quoque tenuis ex eo facta ganglium diſſipat,propiùs ei alligata. Ex eo fit C oleum, de quo ſuo loco. *Andernacus.*

Plumbago, quæ Græcis Molybdæna, Germ. Bleyertz vocatur, optima eſt flava,argenteæ ſpumæ æmula, modice ſplendens: cùm teritur rufa, cocta cum oleo jecinoris colorē trahit. Vitioſa eſt,quæ aërem, aut colorē plumbeū refert. Gignitur ex auro & argento. Eſt enim quædam foſſilis, ad Sebaſtiam & Corcyrum inventa. Quo in genere probatur,quæ lapidoſa nō fit,aut recrementoſa,ſed nitens,& flava. * Vim D habet ſpumæ argenti,aut recremēto plumbi ſimilem. Uritur,lavaturq; eodem modo. Miſcetur convenientiſſimè medicamentis, quæ liparas vocant, atque emplaſtris minimè mordentibus. Carnem recreat, & ulcera ad cicatricem perducit: glutinantibus tamē medicamentis aut abſtergentibus non convenit. Si deficiat,lithargyros ejus loco ſumi poteſt. *Dioſcorides.*

Lotura plumbi ſic fit. In mortariū plumbeum aquam injiciens, piſtillo plumbeo terito, E donec nigreſcat aqua, & limi modo craſſeſcat, aut lutulenta reddatur: linteo deinde colato, aquam ſuperinfundens, quò faciliùs quicquid eſt reſolutum,incerni poſſit. hoc iterum facito, uſq; dum ſatis tibi habuiſſe videatur. Ubi conſederit priore aqua effuſa,novam adjiciens ut cadmiam lavato, donec nulla extet nigritia: poſtea in paſtillos cogens repomto. Quidam ſcobem mundi plumbi lima quæſitam, mortario piſtilloque lapideis terunt, aut manibus cum aqua paulatim F adjecta fricant,donec nigreſcat: mox ubi id peſſum ierit,effuſa aqua,colligunt in paſtillos. nam tritum vehementer, ceruſſæ ſimile redditur. Alii elimatæ ſcobi modicam plumbaginem adjiciunt,affirmantes ita elotum plumbum præſtantius eſſe. * Poteſt refrigerare, adſtringere,inducere,mollire,cava explere,ſiſtere oculorum fluxiones,& ulcerum excreſcētia. Sanguinem ſupprimit: prodeſt contra ſedis ulcera,condylomata & hæmorrhoidas,ex roſaceo: item ad ea,quæ ægrè cicatricem ducunt:& in totum ſpodii effectus præbet,niſi quòd non obducit cruſtas. Sincerum plumbum affrictu marini ſcorpionis, draconiſq; plagis auxiliatur. *Dioſcorides.*

Uritur plumbum ſic. Super quàm tenuiſſimas plumbi laminas, fictili novo inditas, ſulphur inſpergito: additiſq; aliis rurſus laminis, interjecto ſemper ſulphure, uſque dum vas expleveris, ſuccendito. flagrante autem plumbo, ferrea rude verſato,donec perfectè redigatur in cinerē,nihilq; è plumbo non uſtum hæſerit. tum demum obſtructis narib. eximito: alioquin halitus plumbi noxius ſentitur. Aut elimatā plumbi ſcobem in olla ſulphure urito. Alii laminas in fictili crudo,ut dictum eſt, imponūt fornaci, aut foco, & circumlinentes operculum, dato exili ſpiramento, urunt. Alii pro ſulphure ceruſſam, aut hordeum inſpergunt. Alii integras laminas imponentes, acri igne utuntur,& rudicula ferrea continue movent, dum in cinerem ſolvantur. Sed difficilis hujusmodi uſtio,& ſi vehementiùs uratur, contrahit ſpumæ argenti colorem. Magis tamen nobis placet prima urendi ratio. Plumbum uſtum lavatur ut cadmia,& reconditur. * Eoſdem effectus habet,quos plumbum elotum,ſed multò acriores. *Dioſcorides.*

Recrementum plumbi, quod ſcoriam vocant,optimum eſt,denſum,fractu contumax, ceruſſam planè repræſentans,nihil plumboſi habens, quod ad luteum colorem accedit,& vitri ſplendorem imitatur. * Eadem quæ plumbum exuſtum poteſt,ſed magis adſtringit. Lavatur in mortario infuſa aqua, & refuſa ſumma aquæ parte,quæ luteum colorem duxit: idque ſæpiùs, dum recrementum abſumatur. Dein ubi conſederit craſſamentum, aqua effuſa,digeritur in paſtillos. *Dioſcorides.*

Cerussa (Ger. Bleyweiß. Belg. *Loot wervse.* Gall. *De la Ceruſſe.* Ital. *Biacca.* Hiſp. *El alvayalde.* appellatur) fit hoc modo. Infuſo in urceum oris lati,aut fictile labellum, quàm acerrimo aceto, laminam plumbeam ſupra fictilis ſpiraculum, ſubjecta prius arundinea tegete, firmato: ſuperjectiſque velaminibus, ne halitum expiret acetum, ubi reſoluta fuerit, defluenſq; deciderit, humorem purum ad ſumma delatū colato, craſſamentumq; transfundito, debet quoque ſiccari in Sole, mox truſatili mola teri, aut aliâs tritum cribrari. poſtea quod ſupereſt duri, in tenues partes redigendū, cribrandumq; viciſſim eadem tertiò,quartoque facienda. Melior,quæ primò cribrata eſt,& medicamentis oculorū aſſumenda. Secundum locum tenet ſequens, & reliquæ ſuo ordine. Nec deſunt qui ligneas rudes in medio vaſe appendant: & deraſo ceu ſitu impoſito, ita ut acetum non contingat, inditoq; operculo circumlinentes dimittunt. Poſt dies decem laxato obturamento viſunt: cumq; reſoluta materia fuerit, reliqua, ut ſuprà diximus, exequuntur. Si autem quis in paſtillos velit digerere, aceto acri ſubacta, dividitur in paſtillos,qui in Sole ſiccantur. Æſtate tamen ſupradictum opus obeundum eſt: ita enim candida atque efficax

redditus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0048-2 DFG

redditur. Quinetiam hyeme paratur, urceis ſupra furnos, balnea aut fornaces impoſitis: aſcendens enim calor idem, quod Sol, præſtat. Laudatiſſima fieri putant Rhodi, & Corinthi, aut Lacedęmone: proximam Puteolis. Torretur hoc modo. Flagrantibus igni carbonibus, fictili novo, maximè Attico, tritam ceruſſam imponito, & aſſiduè verſato: cumq; cinereum colorem traxit, eximens refrigerato, & utitor. Eſt & aliud urendi genus. Trita patinis novis ſupra prunas imponitur, & ferulacea rude movetur, donec colore ſimilis ſandarachæ fiat, exactaque ad uſus miniſtratur. Quæ verò ita parata eſt, Saudyx à quibusdam dicitur. Lavatur Ceruſſa cadmię modo. * Ceruſſa frigida eſt & ſicca ſecundo ordine: occludit, emollit, explet, extenuat: inſuper excreſcentia leniter reprimit, & ad cicatricem perducit. Miſcetur ceratis & emplaſtris, quæ liparæ vocantur, paſtilliſq;. Eſt autem lethalis ejus potus. *Dioſcorides.*

### *De metallis aſtringentibus.*

CADMIA fornicaria melior eſt botrytis, itē racemoſa, in ſummo fornacis ærariæ affixa, denſa, modicè gravis, in levitatem magis inclinans, colore ſpodii, & quæ fracta cinerulenta & æruginoſa eſt. Cadmia lapis, calaminaris vulgò dicitur, cujus pulvere æs rubrum pallore tingunt, & augent etiam hodie fabri ærarii. Is alieno ſapore mādenti eſt, & in farinam tritus, aceto ſubactus, in Sole ſiccatus coit in lapidē, in igne manet, & fuliginem edit luteam vel æream: quæ lapidi cuidam in lapidum fodinis invento, à nonnullis malè pro Cadmia ſuppoſito conveniunt. Reperitur itaque aliud Cadmiæ genus, lapidis ſimilitudine in ærariis fodinis, teſte Gal. tametſi Dioſcorides neget: imò hodiè adhuc reperitur, hisque uſui eſt, qui auri chalcum conficiunt. *Medici Colonienſes.*

POMPHOLYX vera Arabum Thutia eſt. fit è tenuiſſima favilla, quę in altum evolat, & tecto fornaciq; adhærens: principio cùm fit, aquarum bullis ſimile prodit, quæ per pluvias inter Veris initia erumpunt: colore albo, quæ in tenuiſſimum pollinēq; ſimilem pulverem diſſolvuntur: ſimiles habent facultates, ſed pompholyx eſt tenuiorum partium. Pompholyga pharmacopolæ Nihil album, Germani Weiß nicht appellant. Probatur, quæ Norinbergæ conficitur. Hodie itaque cognitum, & facile ex ærariis officinis haberi poſſet: ſed his ſubſtitui poſſunt Dioſcoridis antiſpodia, aut officinarum thutia. * Vim habet adſtringendi, refrigerandi, explendi, purgandi, obſtruendi, & aliquantum exiccandi. Inter medicamenta numeratur, quæ leniter cruſtas obducunt. *Medici Colonienſes.*

SPODIUM in æris fornacibus invenitur, ubi & pompholyx, quæ Arabum Thutia eſt: (nam officinarum thutia, veterum Cadmia eſt, ut mox dicetur:) fiunt ex favillis è metallo, dum coquitur, emicantibus, & ſpecie differunt. nā ſpodium fit è partibus craſſioribus, & ærarium in officinarum pavimentis reperitur. Ideo multum terrę colligit, & ſpurcitia reficitur. Hoc hodie in pharmacopoliis Nihili griſeum, & à Germanis Graw nicht appellatur. Spodium Avicennæ fit ex arundinis radicibus, ejusque uſus eſt in ab Avicenna preſcriptis medicamentis: nam antiſpodii genus eſt. Illud verò, quod ex boum, ſimiliumque animalium cruribus confectum officinæ uſurpant, præſtat rejicere, ejuſque loco aut Avicennæ, aut Dioſcoridis aliquo antiſpodii genere uti, in his preſertim, quę intrò ſumenda ſunt, medicamentis: in his verò, quæ foris adhibentur, aut vero ſpodio, aut pompholyge, aut thutia officinarum præparata. *Medici Colonienſes.*

THUTIA, officinarum veterum cadmia eſt, fornicaria ſcilicet. Gignitur in fornacibus ærariis, fuligine flatu egeſta, veluti ſpodium & pompholyx, quæ vera eſt Arabum thutia. *Medici Colonienſes.*

GYPSUM (Ger. Gypß. Belg. *Leem mortel.* Ital. *Geſſo.* Gall. *Du plaſtre.* Hiſpan. *Yeſſo* nominatur, è quodā candido lapide fit, in laminas facile ſciſſili, qui tamen non longa ignium vi torretur, & excoquitur. Fit etiam gypſum è ſpeculari lapide, qui Græcis *σεληνίτης* dicitur. Item ex alio quodā lapide nivei candoris, è quo in Hetruria torno patinæ & alia vaſorum genera conficiuntur. Hūc Alabaſtrum appellant, ſed perperam. Gypſum & ipſum ad communem omnium terrenorum, lapidoſorumq; corporum facultatem, qua deſiccare dicta ſunt. inſuper hoc adjunctum habet, quod eſt facultatis emplaſticæ. * Habet vim adſtringendi, obſtruendi: ſanguinis eruptiones, ſudoresque cohibet: ſed potum, ſtrangulationis modo jugulat. *Galen. Dioſcor. Matthiolus.*

### *De metallis venenoſis.*

ARGENTUM VIVUM potum, ſtomacho, vētri, & intetaneis gravitatem cum magnis torminibus adfert, & nonnunquā pondere ſuo inteſtina vulnerat: urinamq; ſupprimit: corpus intumet, plumbeamq; deformitatem concipit. Lac copioſè potum auxiliari cōſtat: ſed poſtea evomunt, qui hauſerunt. *Dioſcorides.*

ARGENTI SPUMA pota eadem quæ argētum vivum infert. Quibus ſubvenit ſecundùm vomitionem, potum ſylveſtris hormini ſemen, myrrhæ drachmæ octo, abſinthium, hyſſopum, apii ſemen, aut piper, aut liguſtri flos ex vino: aridum palumbis fimum, cum nardo & vino. *Dioſcorides.*

AURIPIGMENTUM, CALX, & SANDARACHA pota, alvum & inteſtina cū vehementi eroſione excruciant. Præbenda cuncta quæ ſuo admiſtu illorum acrimoniam hebetant ac ſolvunt, & facilem lubricamq; alvum reddunt, cujusmodi ibiſci & malvæ ſuccus eſt. Dandum decoctum ſeminis lini, vel ſemen tragi herbæ vel oryzę, lacq; cum aqua mulſa copioſum, jura pinguia & boni ſucci. *Dioſcorides.*

CERUSSA ſuo colore proditur: ſumpta enim, mox palatum, gingivæ, lingua & commiſ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0049-0

A ſuræ dentium, candore quodam inficiuntur: ſingultus, tuſſim ac linguæ ariditatem excitat: iis extrema frigeſcunt, mens labat, membra torpeſcunt. Quibus dare convenit aquam mulſam, aut ficuum aut malvæ decoctũ, aut lac calidum, aut ſeſamam ex vino tritam, vel lixivium ex ſarmentis factum, amaracinum oleum, aut irinum, perſicorum oſſa cum hordei decocto: columbina ova cum thure, aut hordei decocto, aut prunis: aut gummi, quod ulmus ploravit: aut hu-
B morem, quem ulmea folia reddiderunt, cum aqua tepida: ſed tum quoque novant. Convenit etiam thapſiæ ſuccus, aut ſcammoniæ, cum aqua mulſa potus.

Lapideſcens Gypſum ſtrangulationem creat. Quare eadem proferenda ſunt, quæ manſis fungis, auxilia: & adhæc malvæ decoctũ, quod etiam olei vicem penſat: utpote cùm pingue ſit, emovendo lubricas vias & faciles reddit, deradique corpora non ſinit. quod ubi duratur in lapidem, gypſum efficit. Quinetiam prodeſt oleum ex aqua mulſa, aut ficorum decocto & lixivia è ficulneo cinere, aut ſarmentis facta, cum vino copioſiore pota: & origanum, aut thymum cum lixivio, aut aceto, aut paſſo: hique decocto malvæ proluendi. *Dioſcorides.*

### *De metallis alterantibus qualitate occulta.*

Alumine ligna & tabulata ignita illita non ardeſcunt, ut nec poſtes, fores aut lacunaria ære viridi imbuta, modò cruſta durior iis obducatur, & alumen plumbiq; albi cineres pigmentis copioſè miſceantur. *Mizaldus.*

## *De Lapidibus, Sectio VI.*

- Lapides
  - Precioſi, *alterántes qualitate*
    - Manifeſta
      - Prima. *Sic frigidi in*
        - Primo
          - Hiacynthus.
          - Sapphyrus.
          - Smaragdus.
        - Secundo
          - Rubinus.
          - Carbunculus.
          - Granatus.
          - Sardonius, *&c.*
        - Quarto: Adamas.
      - Secunda. *Sic amuleti*
        - Bezoarticus.
        - Hiacynthus.
        - Sapphyrus.
        - Smaragdus.
        - Carbunculus.
        - Granatus.
        - Sardonius.
        - Amethyſtus. *&c.*
    - Occulta: *ut*
      - Lapis *Bezoarticus.*
      - Topaſius.
      - Colubrinus.
      - Bufonius.
      - Smaragdus.
      - Alectorius.
      - Chalcedonius.
      - Amethyſtus.
      - Sapphyrus.
      - Jaſpis.
      - Lapis *Nephriticus.*
      - Lapis *Tiburonum, &c.*
  - Minus *precioſi, &c. Vide literam* A.

- A Minus precioſi,
  - Alterantes *qualitate*
    - Manifeſta
      - Prima. *Sic*
        - Calidi
          - Hæmatites, Pyrites.
          - Lapis *Aſius.*
          - Thyites, Smyris.
          - Schiſtus, *&c.*
        - Frigidi
          - Cryſtallus.
          - Lapis *Phrygius.*
          - Lapis *Samius, &c.*
        - Sicci, Arena, *&c.*
      - Secunda. *Sic*
        - Aſtringentes
          - Lapis *Aſius,*
          - Naxeus, Geodes.
          - Pumex, *&c.*
        - Emollientes
          - Alabaſtrites.
          - Gagates.
          - Lapis *Thracius, &c.*
        - Obſtupefacientes
          - Memphites.
          - Jaſpis.
          - Ophites.
        - Abſtergentes, Arabicus.
        - Glutinantes
          - Galactites.
          - Melites.
        - Cicatricem *inducentes,* Morochtus.
        - Calculum *comminuentes*
          - Lapis *lyncii.*
          - Judaicus.
          - Lapis *ſpongiæ.*
        - Fœtum *retinentes*
          - Ætites.
          - Jaſpis.
        - Menſes *cientes,* Oſtracites.
        - Amuleti
          - Selenites,
          - Lapis *Amianthus,*
          - Myexis.
    - Occulta: *ut*
      - Lapis *ſpongites.*
      - Chelidonius, Magnes.
      - Lapis *piſcium.*
      - Limacum *lapilli.*
      - Lapis *vulturis.*
      - Merlucius.
      - Lyncurius, Corallus.
      - Gagates, Ætites.
      - Lapis *cancrorum.*
      - Succinum.
      - Cryſtallus, *&c.*
  - Purgantes
    - Humores *craſſos : ut* Magnes.
    - Melancholiam : *ut*
      - Armenus.
      - Cyaneus, *ſeu* Lapis Lazuli.

### *De lapidibus precioſis, frigidis in gradu primo.*

HYACINTHORUM duæ ſunt ſpecies: rubra, quæ nobilior eſt: & carbunculo ſimilis, quæ ab igne illicò mutatur: vixque qui lentem magnitudine excedat, invenitur. Sed gemmarii ſæpe Granatum Æthiopicum pro eo oſtẽdunt. Naſcuntur verò ex quibusdam Luſitaniæ locis, ut in Belas non procul Olyſipone & multis Hiſpaniæ locis. Pro conſtanti creditur, hominem tutum reddere à fulminibus, peſteque: & ſi peſte quis laboret, nitorem amittere, coloremque dilutiorem ac languidiorem induere. * Cor etiam confirmat ebibitus & geſtatus: ſomnum conciliat, & honores auget, tum divitias atq; prudentiam: quæ omnia etiam facit, qui colorem habet florum garyophylli Turcici, id eſt, luteum, quaſi lutei ovi, ſed ſplendidum & perſpicuum. Venuſtus eſt, ac non facile vitiatur: eſt enim corneolo aliquantulum durior, non eſt tamen adeò efficax, ut ille. *Cardanus.*

SAPPHYRUS (Germ. Sapphyr. Ital. *Zaffiro.* Gall. *Sapphyr.* Hiſp. *El Zafir piedra precioſa.* Arab. *Nilan.*) gemmarum omnium pulcherrima eſt, cœci colorem refert miro ſplendore, & perſpicuitate ſumma: non tamen margaritas, carbunculos, adamantes, neq; ſmaragdos precio vincit. omnium duriſſima præter adamantem. Ejus duo ſunt genera. Unum enim obſcurius eſt, alterũ verò ſplendens, quod genus vulgo Sapphyrum aqueum vocant. Vilior hic eſt, & interdum coloris cujusdam admixtione Adamantem ita æmulatur, ut nonnullos plerumque fefellerit. Invenitur utrumq; genus in Calecut, Cananor, & variis regni Biſnagua locis. Præſtantiores ex Zeilan adferuntur: omnium verò laudatiſſimi ex Pegu. Omnibus in morbis cutis geſtando utilis eſt, ut ego expertus ſum: anthraces enim naſci vetat peſtifero tẽpore, & ſcabiem ſemper minuit, caſtum & pudicum etiam ob id reddit, & ſudores eadem ratione comprimit. Et ex ſecundis quaſi viribus corpus confirmat, & colorem bonum facit, terrores vanos tollit: atræ bili adverſatur, cohibet, & juxtà etiam pellit. Mores in melius mutat, tãquam ex tertiis viribus: unde pios facit, & trãquillos oculos, ſi tangat ſæpiùs, à variolis præſervat: & anthraces eodem modo impoſitus mitigat & ſedat. * Creditur necromantiæ auxiliari: ſed priùs conſtituere oportet, quomodo ſit, an naturalis ſcilicet, idque difficile videtur: nam animã ab errore liberat. hæc autem conſtat violata mentis & ſenſuum acie vel à divino numine: non par autem eſt, lapidi tantum tribuere. Malim tamẽ in dubiis experimẽto cedere. Ob duritiẽ qui acerbus eſt, ſi per tres horas in auro excoquatur, in ſpeciem trãſit adamantis, candidiſſimusq; evadit, ac ſplendidus. Unde patet exhalatione terrea tingi. antea enim non adeò perſpicuus eſt: propterea etiam tincturam recipit nigrã, cùm reliquæ omnes gemmæ, quæ adamantem referunt, tincturam non tangant, ne obſcurẽtur, ſed ſolùm ab ea circumdentur. Cæterum Sapphyrus percuſſis à ſcorpione, potu prodeſſe exiſtimatur. Contra inteſtinas exulcerationes bibitur. Excreſcentia in oculis, uvasque & puſtulas inhibet, & ruptas membranas cogit. Additur hoc tempore in medicamenta ad cor facientia, & in antidota, quæ adverſus venena & peſtiferos effectus parãtur. *Cardanus, Dioſcorides, Galenus, & Garcias.*

SMARAGDUS (Ger. Ein Smaragd. Ital. *Smeraldo.* Gall. *Eſmeraude.* Hiſp. *Eſmeralda.* Perſis & Indis. *Pachee.* Arabibus verò *Zamarut.*) gemmarum omnium precioſiſſima, & fermè tenerrima. ejusque locus natalis vix agnoſcitur, nullis remanentibus fragmentis, ſed propter raritatem, etiã ea auferentibus negotiatoribus. Vulgare autem eſt in Balagate & Biſnager, ut fictitias Smaragdos ex vitrearum lagenarum craſſioribus fragmentis conflent. Sed & Smaragdi, quæ ex Peru novi orbis provincia advehuntur, adulterationis ſuſpicione non carẽt. Verùm Scythicos præferri omnibus creditum eſt, inde Britannicos: tum alii ſubſequuntur primi generis. Secundi autem ſunt ex Peru, duriores, alacriores, ſed non adeò preſſi coloris, atq; herbacei, ſed ſolùm virides, ideoq; magis perſpicui. Tertium genus vile & abjectum, occidentalis etiam Indiæ, primis durius: ſed vix perſpicui, & hebetes, luce propria gaudent: ideo noctu pulchriores. An omnibus ſimiles vires, & an ſmaragdorum è genere ſint, ſatis mihi dubium eſt. Praſſium aliquando habui ſmaragdo proximiorem, ſmaragdis Peru & S. Marthæ. Qui ex Peru ſunt, vix unus eſt ſine macula aut vitio. Plerique etiam dilutum nimis habent colorem: alii paululum nigricant, quod omnem decorem aufert. Nullæ gemmæ tutiùs feruntur ſmaragdo, ſapphyro & hyacintho. Sed ſmaragdus faciliſſimè frangitur, cùm tamen precium ſit ingens. Quoniam verò nulla gemma colorem aliquem ſuſcipit in regreſſu, ut in fructibus, & aliis vilioribus rebus accidit, neceſſe eſt ut frigida ſit, & exuſtionis omnis expers: ideoq; venerem cohibet. Ferunt etiam in virginũ defloratione egregias ſmaragdos frangi. Hæ ſunt, quæ puræ ſunt, & preſſi coloris herbacei, cum tanto fulgore, ut aërem ipſum circumſtantem, ac proximas res colore inficiant. quod experimentum licet evidens rarum ſit, frequens tamen eſt ſub obſcurè, propter coloris ipſius robur innatum. * Porrò ſmaragdus comitiales & vertigines ſanat, & memoriam confirmat. Sedat affectus animi, & ad divinandum utilis eſt, ſub lingua contenta. Viſui perquàm utilis, & cordis affectibus, facundiam & amorem erga ſtudia adauget. Elephanticis utilis geſtatus: ſed magis ebibitus. & omnibus venenis adverſatur: tum etiam dyſentericis plurimùm prodeſt. Inanes terrores diſcutit, quos Dæmonum vocat vulgus illuſiones. bonos mores ob id præſtat: nam improbitas nil aliud eſt, quàm inſcitia, atque ſtultitia, itaque. Auget opes deferentis. *Cardanus, Albertus Magnus, Garcias.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0052-3 DFG

### *De lapidibus precioſis, ſeu gemmis frigidis in gradu ſecundo.*

Rubinus ſeu Carbunculus (Germ.
Ein Rubin. Ital. *un Rubino, carbunculo.* Gal. *Eſcar
boucle.* Hiſpan. *el Carnoncelpiedra.* Græce ἄνθραξ)
gemma eſt, quæ ignibus diu reſiſtit: cujus tres
ſunt ſpecies propriæ, omiſſo Granato, Balaſio-
que tanquam ſui generis. Gemma eſt rubri co-
loris, ac micantis, ut ignis: violaceus color in eo
etiamſi gratiam addat, vitium tamen eſt, & pre-
cium minuit. Ejus tria ſunt genera: Orientalis,
rubith ſeu rubin, id eſt, ſpinella (ut dicũt,) & Ger-
manicus, durus, ſed nigricans, ideo parvi admo-
dum precii, etſi gemma vera ſit, ſed neque ad la-
titudinem piſi perveniunt hi unquam. cùm ve-
rò tenues ſint, Gemmarii etiam tenuiores red-
dunt, ut meliùs lumen excipiant, nec obfuſcen-
tur adeò. Spinella clarior eſt, & jucundior aſpe-
ctu, ſed tenera: precium ob id vilius, durities ta-
men in eis diverſa eſt. tenerrimæ quædam enim C
ſunt, aliæ prope duritiem veri carbunculi, quæ
paulò inferior eſt ſapphyri duritie. Omnis au-
tem gemma durior teneriorem ſecat, adeò ut e-
tiam cryſtallus durior vitrum ſecet, ſi præacutus
ſit. Adulterantur carbunculi ſandaracha, id eſt,
auripigmento rubro excocto, atq; ita venenum
datur pro alexipharmaco. Dignoſcuntur adulte-
rini, interpoſito colore: ut ſi albus carbunculus
interpoſito minio aut cynnabari, cryſtallo ſup-
ponatur ex angulis: quoniam colorem recipere
non poſſunt transverſe inſpiciendo. Orientalis
carbunculi præterea duæ ſunt ſpecies. nam qui
ardẽs omnino eſt, ut ſuperfuſa noctu aqua ſplen-
deat ut ignis, propriè carbunculus dici meretur,
Græceque Pyropus. alii autem inſtar fœminæ
ſunt. * Vires carbunculi ſunt, libidines coërce-
re, peſtilentię reſiſtere: idq; maximè epoti: inco-
lume corpus ſervare, malas auferre cogitationes:
nam hæc omnia hoc ipſo conſtant, quòd vita-
lem ſpiritum confirmet. Ex ſecundis viribus eſt, E
ut promptum & alacrem faciat hominem, atq;
ideò bene fortunatum. *Cardanus.*

Granatus, Ger. Ein Granat. Ital. *Granato,*
dictus eſt, quod fulgeat, ſimilisq; ſit grano mali
punici. *Duæ ſpecies mihi notæ:* Hiſpanus & O-
*rientalis.* Hiſpanus dilutioris eſt coloris: attamẽ
ſi magnus ſit & egregius, flammam coruſcan-
tem æmulatur. Sine dubio collo ſuſpenſus, & e-
bibitus, etiam triſtitiæ multum reſiſtit, ſi quid
aliud. Sed ſomnum valde minuit, ut nil ſit ex F
quaque parte beatum. Eſt enim terreæ, igneæq;
ſubſtantiæ. * Cor confirmat, & tantundem ce-
rebro nocet. Facit hominem iracundum, & ſan-
guinem exagitat. Quæ verò in Æthiopia inve-
nitur, Sorianamq; vocant Gemmarii, longè pul-
chrior eſt: quoniam denſiorem habet ſubſtan-
tiam, ad hyacinthique colorem accedit, adeò ut
ab illa vix diſtinguatur. verùm non coruſcat ut
prima, ideo neq; ad iram, neq; ad vigilias ita ho-
minem pronum efficit, ut prima ſpecies. Sed nec
exhilarare tantum poteſt. Exiſtimãt Occidenta-

A les ignib. diu reſiſtere, nec deturbari. *Cardanus.*
Sarda nomen cum ſardonyche communi-
cavit. Ipſa gemma vulgaris, & primùm Sardibus
reperta. Sed laudatiſſima circa Babyloniã, cùm
lapidicinæ quædam aperirentur, hærens in ſaxi
corde. Hocq; modo metallum apud Perſas de-
feciſſe traditur. Sed inveniuntur compluribus
aliis locis, ſicut in Ephyra & Aſſo. In India trium
generum, rubrum, & quod demium vocãt à pin-
guedine: tertium, quod argenteis bracteis ſubli-
B nitur. Indicæ perlucent, craſſiores ſunt Arabicę.
Inveniuntur & circa Leucada Epiri, & circa Æ-
gyptum, quæ bractea aurea ſublinuntur. Et in
his autem mares excitatiùs fulgẽt. Fœminę pin-
guiores ſunt, & craſſiùs nitẽt. Nec fuit alia gem-
ma apud antiquos uſu frequentior. * Geſtata a-
nimum exhilarat, ſomnia mala prohibet, inge-
nium acuit, ſanguinem & bilem compeſcit. Un-
de ex his fit, ut victores reddat in litibus, & divi-
tias augeat. *Plin. Cardanus.*

### *De gemmis frigidis in quarto.*

Adamas, Germ. Adamant. Ital. & Hiſp. *Dia-
mante.* Gall. *Diamant.* Arab. *Almatz.* Ab indige-
nis, ubi naſcitur, *Iras:* in Malayo, ubi etiam inve-
nitur, *Itam.* Cæterum tribus aut quatuor locis
inveniũtur Adamãtes, videlicet in Biſnager pro-
vincia, duabus vel tribus rupibus. Magnum quę-
ſtum adferunt hæ fodinæ illius provinciæ Regi,
magnaque ſunt ejus jura. Nam quemadmodum
D in Hiſpaniis Rex in Thynnorum captura ſua
habet jura, ita ut ſi unicus Thynnus capiatur,
Regi cedat oportet. Sic in his fodinis magni ſunt
Regis reditus. Nam quotquot Adamantes inve-
niuntur, duas drachmas excedẽtes, Regi cedunt.
prꝫterea diligentiſſime obſervãtur operæ. Quo-
niam ſi quis unicum Adamantem ſuſtuliſſe de-
prędendatur, illico ipſe cum omnibus facultati-
bus Regis fiſco addicitur. Alia eſt rupes in De-
can, non procul ab ditione Imadixa, quem nos
Madre Maluco nuncupamus. Alia quædam ru-
pes eſt in dominio cujusdam Reguli indigenæ,
in qua præſtantiſſimi Adamantes inveniuntur,
ſed minores. Iſti à vulgo de Rupe veteri cogno-
men ſortiuntur: & vænum exportantur in urbẽ
quandam regionis Decan, Lipor nuncupatam,
ubi celebris eſt mercatus. Iſtic emtos Guzaratẽ-
ſes huc nobis adferunt emendos. Sed etiam in
Biſnager deferunt, magnitudine precii eos invi-
tante. Nam magno apud eos habentur in precio
Adamantes de Rupe veteri cognominati, præ-
ſertim quos natura ipſa elaboravit. Naiſes ab
incolis appellantur. Nam quemadmodum, in-
quiunt, virgo præferenda eſt jã corruptæ mulie-
ri, ſic etiã Adamas à natura elaboratus preferen-
dus eſt ei, quem hominum induſtria expolivit.
Contrà ſentientibus Luſitanis, qui induſtria ho-
minum expolitos longè pluris æſtimare ſolent.
Alia eſt rupes ad fretum Taniam in Malacæ tra-
ctu, quæ etiam de Rupe veteri cognominatos
profert. Exigui quidem ſunt, ſed laudati: unum
tamen habent vitium, quòd ponderoſi ſint, quo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0053-9 DFG

nomine gratiores ſunt venditoribus, quàm emtoribus. Refert Plinius, & in Arabia naſci. Verùm id nec videre, nec audire mihi licuit: quemadmodũ nec in Cypro, nec in Macedonia. Scribit Franciſcus de Tamara, in Peru Adamantes reperiri. Sed huic authori exiguam fidem adhibeo. Non deſunt, qui in Hiſpaniis inveniri putent, quorum opinioni ſubſcribere non poſſum: quoniam nullis probatæ auctoritatis ſcriptorib. fulciatur. Inveniuntur hic avellanæ nucleo interdum majores. Accepi à viro fide digno, qui affirmaret, ſe Adamantem vidiſſe in Biſnager magnitudine exigui ovi gallinacei. Sed miraculi inſtar id mihi videtur, hujusmodi gemmas, quæ altiſſime in terræ viſceribus, multisq; annis perfici debebant, in ſummo ferè ſolo generari, & duorum aut trium annorũ ſpacio perfici. Nam ſi in ipſa fodina hoc anno ad cubiti altitudinem fodias, Adamantes reperies. Poſt biennium rurſus illic excavato, ibidem invenies Adamantes. Sed certum eſt grandes non niſi ſub infima rupe naſci. Eſt verò Adamantis nitor vivax, candidus, nitidiſſimus & perſpicuus, maximã etiam habet duritiem & luminis copiã. Unde efficaciſſimus eſt, quacunque virtute præditus ſit. Confricatus paleas trahit, valenterq; pro magnitudine coercet nocturnos timores: quare neceſſe eſt, ut melancholiam & atram bilem ſiſtat, animamque cõfirmet. Eſt ex eo vitioſus ruber, & rarus: citrei verò coloris frequens ac durus, qui animum nõ adeò reddit purum. Veriſimile autem ex hoc agere, mutando vitalem ſpiritum. nam terrores in corde fiunt: indicio eſt cordis palpitatio in timore. Frangitur malleis etiã parvis faciliter, ſed nõ tingitur niſi ſua ſcobe, qua etiã expoliri ſolet. Ejus autem fragmenta ob duritiem gemmas omnes incidunt. unde qui gemmas cælant, illis utuntur, poſtquam ære ac ſmiride craſſiore Minerva figuram effinxerint. * Infelicem creditur efficere geſtantem. Sic enim ad animum ſe habet, ut Sol ad oculum: ille enim potiùs obfuſcat, quàm illuſtrat viſum. Facit etiam intrepidum. At nihil eſt, quod nos magis ſecuros reddat prudentia & timore, ideo timidis melior. Sed neque his convenit, cùm ea parte, qua non oportet, quandoq; audaces faciat, qua opus eſt, timorem non adimat. hoc enim diſcrimen eſt affectuum naturalium & ex philoſophia acquiſitorum, & vi externa: veluti lapidum geſtatione. Ignibus per aliquot dies reſiſtit. *Cardanus & Garcias.*

### *De gemmis amuletis.*

AMETHYSTUS (Ger. ein Amethyſt.) ejusdẽ ferè mollicie eſt cum cryſtallo, ſimulque ſæpe unà invenitur: albusque à cryſtallo vix diſcerni poteſt. colore violæ purpureæ, viſuique gratus. Indicus præfertur.* Efficit ſedatum, vigilantem. Ebrietatem reprimere, alligatum ſuper umbilicum, teſtantur: ad pugnas quoq; & venationes utilem eſſe. acuit ingenium, & ſomnum minuit: vapores enim à capite arcet. lotio ejus fœcũdos efficit: & venenis reſiſtere creditur. *Cardanus.*

### *De lapidibus precioſis alterantibus qualitate occulta.*

TRADUNT ſeduli rerum naturaliũ indagatores, coacervari vermes in involucris inteſtinorũ cervi, & ſerpentium eſu necari, quos ſpiritu narium ex cavernis elicit. Ne verò illorum virus ei obſit, ad fontes aquarum properat, in quibus dum ad labra uſq; mergitur, ex oculis lentæ ſtillant lachrymæ, quæ viſcedine ſua in majoribus canthis ad nucis juglandis magnitudinem concreſcunt, & quodam modo lapideſcunt. Ubi verò ſeſe veneno exoneratum ſentit, aqua egreſſus, attritu oculorum ad arbores, tophum illum, viſus obſtaculum (lapidem, ſi placet, appella) excutit: quem efficaciſſimum eſſe adverſus venena, teſtes ſunt magnæ authoritatis & antiquitatis Medici quamplurimi. Talem gloriantur ſe vidiſſe Julius Scaliger, & Amatus Luſitanus: traduntq; peſte correptis efficaciter dari cum vini momẽto. Nam tantus illius vi & præſidio cietur ſudor, ut pene totũ corpus eliquari credas: quo uno peſtilens virus foràs truditur. Lapidem hunc Arabes BEZOARTICUM vocant. *Mizaldus.*

A' lapide BEZAR nomen invenerunt medicamenta venenis reſiſtentia, quæ per excellẽtiam Bezardica dicuntur. Eſt enim hic lapis eximiæ adverſus venena facultatis: naſciturq; hoc modo. Eſt in Coraſone, & Perſia hirci quoddam genus, quod Pazam lingua Perſica vocant, rufi aut alterius coloris, (ego rufum, & prægrandem Goæ vidi) mediocri altitudine, in cujus vẽtriculo fit hic lapis Bezar, circum tenuiſſimam quandam paleam ſemper augeſcens, & veluti multis è tunicis contextus: columellæ, aut glandis plerunque, interdum alia & alia forma, lævis magna ex parte, colore veluti ex viridi nigricante. Inveniuntur exigui, & magni. Magni, qui rariores ſunt, ab earum regionum illuſtribus viris expetuntur. Quò enim majores ſunt, eò valentioris eſſe facultatis ſibi perſuadent. Memini unum habuiſſe, qui ferè quinq; drachmas penderet. Is in Luſitaniã delatus, vix ſexaginta quatuor Luſitanicis aureis vænit, cùm tamen aliquanto pluris hic emtus fuiſſet. Hunc verò lapidem ea ratione generari, quam modò retulimus, cum his oculis obſervavi, (lapidem enim contritum hujusmodi tenuem paleam in meditullio continere inveni,) tum à viris fide dignis accepi, omnes in Perſia natos ſimili modo circum paleolam efformatos inveniri. Cęterùm non ſolùm generatur hic lapis in Perſia, ſed etiam nonnullis Malacæ locis, & in inſula, quæ à Vaccis nomen ſumpſit, haud procul à promontorio Comorim. Nã cùm in exercitus annonã mactarẽtur iſtic multi pręgrandes hirci, in eorum ventriculis magna ex parte hi lapides reperti ſunt. Hinc factum eſt, ut quotquot ab eo tempore in hanc inſulam appellunt, hircos obtruncent, lapidesq; ex iis tollant. Verùm nulli Perſicis bonitate comparari poſſunt. Dextri autem adeò ſunt Mauritani, ut facilè, qua in regione nati ſint ſinguli lapides,

diſcer-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0054-4

diſcernere & dijudicare poſſint. Ut verò adulterinos à legitimis dignoſcant, manibus comprimunt, deinde ſpiritũ inflant. Nam ſi aër aliquis permeat, adulterini indicium eſt. Vocatur autẽ hic lapis Pazar, à Pazan, id eſt, hirco, cùm Arabibus, tum Perſis & Coraſone incolis: nos corrupto nomine Bezar, atque Indi magis corruptè Bazar appellant, quaſi dicas lapidem forenſem. Nam Bazar eorum lingua forum ſonat. Utuntur eo Indi, nos ſequuti, adverſus deleteriæ facultatis medicamenta. Ormutz verò & Coraſone incolæ non modò adverſus virulentorum animalium morſus utuntur, ſed etiam adverſus omnes melãcholicos morbos. Opulentiores bis ſe purgant ſingulis annis, Martio videlicet & Septembri. A' purgatione, quinq; ſubſequentibus diebus cõtinuis hauriunt in ſingulas doſes, decem hujus lapidis grana, macerata in ſtillatitio roſarum liquore. Hoc remedio inventam & membrorum robur ſibi conſervari dicunt. Solent interdum nonnulli ad triginta uſque grana ſumere, nimis ſanè magna quantitate. Nam tametſi nullas noxias facultates in ſe cõtineat hic lapis, tutior tamen eſt ejus exigua quantitas. Atque etiã parva quantitate exhibere ſolent in Ormutz: nec ſine periculo liberalius ſumi dicunt. Eo utor in inveteratis morbis melancholicis, veluti in mala ſcabie, lepra, pruriginibus, impetiginibusque. Hac etiã ratione quartanis convenire poſſe arbitror. Viros ſanè planè deploratos, atque à Medicis derelictos, hujus lapidis uſu priſtinæ ſanitati reſtitutos fuiſſe intelligo. Porrò pulvis ejus vulneri impoſitus, à mortiferis animalibus ictos liberat. Iisdem viribus pollet, apertis carbunculis in Peſte impoſitus: etenim venenum exugit. Tabellæ ex eo & aqua roſacea parantur ad omne genus veneni. *Garzias in Horto.*

TOPASIUS, (Ger. ein Topaſ. Ital. *Topazzio.* Gall. *Topaſſe.* Hiſp. *Topazio.*) gẽma eſt viridis coloris, qui cote medica attritus ſuccũ reddit ad oculorum morbos apprimè utilẽ, ſi eo illinantur. Ille idem hydropi adverſatur, ac tabeſcentibus medetur. Expertum eſt noſtro tempore, verum Topaſium in aquam ferventem demiſſum, illius æſtum & fervorem adeò conſopiviſſe, ut ſtatim injecta manu hinc abſtrahi potuerit abſque ulla læſione. *Epiphanius & Albertus.*

COLUBER fluviatilis funiculo à cauda preligatus, & ſuſpenſus, ſubjecto vaſe aqua pleno, in quo dehiſcat, aliquot pòſt horis, vel diebus, ore lapidem (Ger. Schlangenſtein vocatum) eructat, qui exceptus vaſe, quod ſubjacet, totam aquam ebibit. Alligatur lapis hic hydropicorum ventri, atque in totum exhauſta aqua liberat. *Holler.*

BUFONIUS lapis, (Ger. Krottenſtein. Gallis verò *Crapaudine* dictus) ſuo contactu & blando attritu inflationes à venenatis beſtiis illatas diſcutit, ac virus omne elicit. Unde ſi ſorex, aranea, veſpæ, ſcarabei, glires, aut animal aliud venenatum parti alicui damnum intulerit, admoto lapide eo dolor miteſcit, ac tumor omnis ſubſidit. *Lemnius.*

SMARAGDUS collo adalligatus epilepſiam impedit: & quandoq; penitus curat. Hinc fit, ut nobiles collo natorum ſuorum hunc lapidem libenter appendãt, ne epilepſia tententur. Idem caſtum hominem reddit. *Ariſtot. & Albert.*

ALECTORIUS, (Ger. Kappaunenſtein) lapis magnitudine fabæ repertus in ventriculo decrepiti galli, fertur reddere geſtantem gratioſum, cõſtantem & audacem: nec non ad Veneris tractanda ſacra ad unguem factum. Idem ſub lingua detentus, ſitim ſedat, ut multis experimentis compertum eſt. Idem robur virile in geniali thoro adauget, fortitudinemq;, & in rebus aggrediendis confidentiam adfert. Viris præterea favorem conciliat, & geſtantes gratioſos reddit apud mulieres. *Lemnius & Albertus.*

CHALCEDONIUS collo appenſus, valere traditur contra illuſiones & phantaſmata ex melancholia oborta. *Albertus.*

AMETHYSTUS contra ebrietatem valet, & Chelonites in corpore teſtudinis inventus, ad divinationem, ſi ſub lingua geſtetur, præſertim creſcente Luna: nam alio tempore inefficax cenſetur. *Albertus.*

SAPPHYRUS verus aqua frigida intinctus, & oculo circumductus, ſordes ex illo ſecũ excludit. Adhæc anthraces fugat, & loco dimovet. Falſumq; eſt omninò, quod expulſo & extincto uno anthrace, unà etiam virtutem omnem cum colore perdat Sapphyrus. Nam vidi unum (inquit Albertus) qui quatuor annorum interjecto ſpacio, duos anthraces expulerat. *Albertus.*

JASPIS (Gall. Hiſpan. & Ital. *Jaſpe*) ſanguinis fluorem cohibet: ajunt etiam partum juvare, ac geſtantem caſtum reddere, & cor exhilarare. Porrò invenitur Jaſpidis genus viride, ex quo vaſa Murrhina conflantur (Porcellanas vocant) adeò virentia, ut ex Smaragdo conflata videãtur. Ex ejus forte genere erit id, quod Genuæ oſtenditur, quodque ex Smaragdo eſſe contendunt, rariùs id videndum proponentes, quò majorem auctoritatem lapidi concilient. Hujusmodi vas Murrhinum aliquando mihi propoſitũ fuit venale ducentis Pardaons ſive aureis Hiſpanicis: cujus, ſi ex Smaragdo conflatum fuiſſet, milleſimam partem ex precio vix nanciſci potuiſſem. *Garcias ab Horto & Albertus.*

Lapis NEPHRITICUS, in Nephritide maximè laudatus, ex nova Hiſpania defertur. *Praſſio* ſimilis eſt, qui ad viridem colorẽ lacteo permixtum tendit, præfertur viridior. Eum geſtant variis formis effigiatum, ut antiquitùs ſolebant Indi, alios piſcium forma, alios avium capitibus, alios pſittaci roſtris ſimiles, nonnullos rotundos ſphærularum modo, atque omnes perforatos, quoniam Indi eos appenſos geſtare ſolebant adverſus Nephritidis aut ſtomachi dolores, in quibus morbis valdè cõmendatur. Sed ejus præcipua laus eſt ad Nephriticos dolores, & ad calculum expellendum, & arenulas. Nobilis mihi notus unũ habet, cui nullum aliũ comparandum vidi: nam cum brachio geſtans tanta



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0055-0 DFG

arenularum quantitate liberatur, ut, metuens
ne ei noceat tanta ejectio, interdum eum depo-
nat, nullumq; amplius calculum ejicit. Sed cùm
dolor ejus premit, denuò eum geſtat, & ſtatim
levatur, aut minuitur dolor, multarum arenula-
rum, atq; etiam calculorum expulſione. Ita etiã
occulta facultate præditus eſt, ut ab ejusmodi
dolore præſervet geſtatus, renum calorem mi-
tigando. Duciſſa Bejar ter brevi temporis inter-
vallo Nephriticis doloribus afflicta, armillam
ex eo lapide ſibi confecit, quam perpetuò ge-
ſtat: ex eo tempore (quod decennium ſuperat)
eo dolore nunquam vexata eſt. Alii multi ſen-
ſerunt idem levamen, eamq; ob cauſam magno
in precio ſunt hujusmodi lapides, nec, ut initio,
tam facile adquiri poſſunt, quòd ſoli earum pro-
vinciarum reguli & domini eos poſſideant: nec
immeritò, cum tam admirandæ ſint illorum fa-
cultates. *Nicolaus Monardus.*

Lapis Tiburonum. In mari Indico fer-
reis hamis capiuntur piſces Tiburones dicti, ma-
ximi, validiſſimi, pugnaciſſimi, & truci aſpectu,
qui cum lupis marinis aſſiduè præliantur. In eo-
rum capite terni aut quaterni lapides, interdum
plures inveniuntur, valde albi, magni, ponde-
roſiq; (ut interdum libras duas pendant) & qui
facile abradi poſſunt. Hujus lapidis pulvis uti-
liſſimus fertur nephriticis, & adverſus urinæ dif-
ficultates, & renum, veſicæq; calculos, ut in In-
dis, Hiſpanisq; experientia comprobavit. eum
guſtatum, inſipido eſſe guſtu deprehendi: facul-
tates nondum expertus ſum. *Idem.*

## *De lapidibus minùs precioſis: ac primò de calidis.*

Lapis Caymanum. Ex nomine Dei, Car-
thagine, aliisque continentis oris, lapides inter-
dum adferuntur calculis fluviatilibus ſimiles,
qui in ventriculis prægrandium Lacertorum
(Caymanes appellant) inveniuntur: ferociſſimi
ſunt, ingenti ore, ut integrum hominem deglu-
tire poſſint, multiplici dentiũ ordine, adeò ma-
gni, ut triginta duorum pedum longitudine in-
veniantur. Vivunt ii magna ex parte in flumi-
num ripis, nonnunquam in mari, ad fluviorum
oſtia: pariunt ova in terra, & ſuos catulos iſthic
excludunt, teſtudinum more: capiuntur hamis
ferreis. Quia eorum cutis prædura, omnes ictus,
etiam minorum tormentorum æneorum, re-
ſpuit. Hos lapides colligunt Indi, & Hiſpani, at-
que adeò ſibi ſervant, ad quartanam tollendam
utile remedium. Siquidem bini ex eis, tempori-
bus utrinque alligati, in quartanarum paroxy-
ſmo, illas tollere, aut earum calorem manifeſtò
infringere traduntur. Bis eum lapidem tempo-
ribus cujusdam puellæ, quæ quartana labora-
bat, exhibui, & certè febris calorem nonnihil
remiſiſſe animadverti: an verò febrem omninò
tollat, ignoro. *Nicol. Monardus.*

Lapis Sanguinalis ex nova Hiſpania de-
latus, lapidis genus eſt, varii coloris, ſed obſcu-
rioris, maculis ſeu punctis diſtinctus ſanguineis.

A Ex his lapidibus Indi quasdam cordium formas,
magnas, & parvas conficiunt. Valet ad fluxum
ſanguinis narium, menſium, hæmorrhoidum,
vulnerum, ac oris. Lapidem aqua frigida intin-
ctum æger dextra comprimit, & ſubinde id fa-
cit. Sic eo Indi & noſtri utuntur. Perſuaſum ha-
bent Indi, imò firmiſſimè credunt, ſi hoc lapide
pars ſanguine manans contingatur, ſanguinem
ſiſti. idq; verum eſſe experientia probatum eſt.
Utilis etiam eſt ſuſpenſus, aut alligatus eidem
B parti, unde ſanguis effluit, modo carnem con-
tingat. Vidimus nonnullos hemorrhoidum flu-
xu afflictos, remedium ſenſiſſe, annulos ex hoc
lapide confectos in digito continuè geſtando:
nec non & menſtruum fluxum ſiſti. *Idem.*

Hæmatites, Ger. ein Blutſtein/ optimus
habetur friabilis, ſaturato colore, niger, durus,
& ſuapte natura æquatus, nulla ſorde admiſta,
nulloq; zonarum diſcurſu. Vim habet aſtringẽ-
tem, & excalfactoriam aliquantum, extenuan-
C temq; Oculorum cicatrices, & ſcabritiem cum
melle purgat: cum lacte autem muliebri, lippi-
tudini fractis, & oculis cruore ſuffuſis cõvenit.
Bibitur contra difficultatem urinæ, & fluxiones
mulierum, in vino: & ab iis, qui ſanguinem reje-
cerunt, cum ſucco punici mali. Uritur ut Phry-
gius, ſine vino duntaxat. Modus uſtionis eſt, ut
modicè levis fiat, & bullis quibusdam intume-
ſcat. Sunt, qui eum ſic adulterinum faciant. Den-
ſam rotundamq; Schiſti lapidis glebam, quales
D ſunt, quæ radices ejus appellantur, in fictilem
urceum, qui cinerem ferventem contineat, ob-
ruunt: ubi paululũ dimiſerint, eximunt: attrituq;
in cote probant, ſi hæmatitæ colorem duxit. ſi
ita ſit, reponunt: ſin minus, iterùm in cinere cõ-
dunt, & ſubinde conſpiciunt, & periculum fa-
ciunt. nam ſi diutiùs in eo cinere relinquatur,
colorem mutat, moxque diffunditur. Vitiatus
deprehenditur, primum lineis, quas pectinum
modo per longitudinem diviſas habet: hæma-
E tites verò eas habet, ut ſors tulit: tum colore,
quem hic floridum reddit, hæmatites verò pro-
fundiorem, & cinnabari ſimilem. Invenitur e-
tiam in Sinopica rubrica: itemq; in magnete la-
pide permultùm combuſto, hæmatites fit. qui
verò per ſe naſcitur, in Aegypto inter metalla
provenit. *Dioſcorides.*

Pyrites lapidis genus eſt, à quo æs confla-
tur. Eligi debet æris ſimilitudine, facilè ſcintil-
las edens. Uritur ſic. Melle irrigatus, molli pruna
F continuè flatur follibus, donec rufeſcat. Alii in
multos carbones igni candentes lapidem copio-
ſo melle perfuſum dejiciunt, & ubi ad fulvũ co-
lorẽ vergere cœperit, extrahunt, efflatoq; cine-
re, rurſus madefactum cremant, donec æquabi-
liter allicatus, friabilis reddatur: ſiquidẽ ſæpè
facies ſumma ſolùm uritur. ita crematus, ſicca-
tusq; reconditur. Si eloto opus ſit, lavari debet
ut Cadmia * Tam crudi, quàm uſti vis eſt excal-
facere, abſtergere, offuſam oculis caliginem ex-
purgare, duritias concoquere, & concoctas diſ-
cutere. Reſina exceptus excreſcentia in carne
cohibet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0056-6
DFG

cohibet, ſed calorem quendam & adſtrictionem parit. Ita uſtum, nonnulli Diphyges appellant. *Dioſcorides.*

Lapis Asius probatur, qui pumicis colore, fungoſus, levis & friabilis ſit, venasque in profundo luteas habeat. Ejus flos eſt ſalſugo ſummo lapide inſidens, tenui compage, colore cùm albo, tum puñici ſimili, ad luteum vergente. Linguæ autem admotus, eam leniter mordet. * Vim habet uterq; adſtrictoriam, & modicè erodentem, admiſtus liquidæ pici, aut terebinthinæ, tubercula diſcutit. Longè validior flos exiſtimatur. De cætero ſiccatus flos vetera ulcera, & cicatrici repugnantia ſanat, excreſcentia cohibet. tetra ulcera & fungis ſimilia, cum melle expurgat: ulcerum cava explet, & expurgat cum melle: depaſcentiaq; cum cerato ſiſtit. Fit cataplaſma ex eo podagris, miſto fabæ lomento: & lienoſis ex aceto, & viva calce. Prodeſt flos ex melle phthiſicis linctu. Fiunt ex hoc lapide ſolia, in quæ podagrici pedes mittentes juvantur. ſiunt etiam pulveres carnem exedentes. corporaq; carne onuſta, craſſaq; extenuat in balneo, pro nitro illiti. ſi lavare hos quispiam velit, cadmiæ modo lavabis. *Dioſcorides.*

Lapis Thyites in Aethiopia gignitur, ſubviridi colore jaſpidem imitatus: cùm diluitur tamen, lacteum ſuccum reddit. * Vehementer mordet: tenebras, quæ pupillis obverſantur, expurgat. *Dioſcorides.*

Smyris (Ger. Smergel) lapis eſt, quo gemmas annularii ſcalptores extergunt. is in Samia terra invenitur. * Ad erodendum & urendum utilis: gingivis, quas humor vexat, prodeſt: dentifricio commendatur. *Si deficiat*, ejus loco ſubſtitui poteſt pumex. *Dioſcorides.*

Lapis Schistos, hoc eſt, ſciſſilis, in Iberia Hiſpaniæ gignitur. Laudatiſſimus eſt, qui croci colorem æmulatur, eſtq; friabilis, & ſuapte natura benè ſciſſilis. concretione verò & mutuo linearum, quas pectinum modo habet, diſcurſu, Ammoniaco ſali ſimilis videtur. * Vim exhibet hæmatitæ, ſed ad omnia inferiorem. quin & cava replet muliebri lacte perfuſus. ad procidentia, rupta, item genarum craſſitiem, & uvas oculorum, magnopere efficax eſt. Si deficiat, pro eo ſumi poteſt lapis hæmatites. *Dioſcorides.*

## *De lapidibus frigidis.*

Crystallus (German. Cryſtal. Ital. *Cryſtallo.* Gall. & Hiſp. *Cryſtal*) gignitur ex humore omniũ puriſſimo, in terræ viſceribus condito: unde etiã beryllus, adamas, & alii id genus lapides proveniunt. nec non in marmorũ, aliorumq; lapidum & metallorum fodinis Germaniæ, Scythiæ, Cypri, Hiſpaniæ, ſæpè in agris, ubi coloni aratro ipſius glebas effodiunt. * Idem facit quod ferè gypſum aſtringendo: eoq; in pulverem tenuiſſimum tritum, ex vino auſtero dyſentericis opitulatur: nec non alba uteri profluvia compeſcit, lac nutricibus auget. quin etiam cauterium ex pila cryſtalli fieri ſolet: quo delicati

A homines, qui ferrum candẽs reformidant, utuntur. Notandum eſt, ex eodem cryſtallo oleum arte chymica præſtantiſſimum fieri, (ut ſuo loco dicetur) quod drachmæ ſemiſſis, vel integræ ad calculũ ex aqua cardui benedicti datur: nec non ad lac muliebre augendum ex lacte amygdalarum. quamvis idem etiam crudus, in tenuiſſimum pulverem redactus, eodem pondere, ex eademq; aqua utiliter exhiberi poſſit. *Matthiolus & Andernacus.*

B Phrygius lapis, quo infectores in Phrygia utuntur, à quo nomen accepit, naſcitur in Cappadocia. Optimus habetur pallidus, modicè gravis, non ſolida corporis compage, intercedentibus albis ſegmentis, ut in Cadmia. Uritur autẽ vino optimo perfuſus, vivisq; carbonibus obrutus: perflatur aſſiduè follibus, donec mutato colore rufeſcat: rurſus extractus eodem vino reſtinguitur. Hoc iterũ & trinis vicibus faciendum: attendendum tamẽ, ne minutim confrin-

C gatur, & in fuliginem evaneſcat. * Vis crudo uſtoq; adſtrictoria, expurgans: ulceribus cruſtas quadantenus inducit: ambuſtis cum cerato medetur. Lavatur ut Cadmia. Si non ſit ad manus, ejus loco Marchaſita ſumi poteſt. *Dioſcorides.*

Samius lapis in Samia terra invenitur, quo aurifices utuntur poliendo auro, ut reſplendeat. Probatur candore & duritia. * Vis ei adſtrictoria, & refrigerans. Prodeſt ſtomachicis potus, ſenſus hebetat: verùm ad fluxiones oculorum,

D & ulcera, cum lacte efficax eſt. Partus, ut tradunt, adligatus accelerat, & conceptus fœminarum cuſtodit. *Dioſcorides.*

Arena (Ger. Sand. Ital. *Sabbione.* Gall. *Sable, arene, ſablon.* Hiſpan. *Arena*) e litoribus Sole fervefacta, hydropicorum tumores exugit, ſi capite tenus in ea obruantur. Torreri ſolet ad aridos fotus, pro milio, aut ſale. *Dioſcorides.*

Oculus Catti laudatiſſimus in Zeilan invenitur. Nonnulli etiam ex Pegu advehuntur.

E quos eò deferri rumor eſt ex regione Bramaa. Multò majoris eſt apud Indos precii, quàm in Luſitania. Memini enim quendam eò miſiſſe, qui hic ſexcentis Luſitanicis aureis æſtimabatur. Sed cùm in Luſitania duntaxat nonaginta aureos æſtimarent, huc relatus, & quo nunc dixi precio venditus eſt. Perſuadent ſibi Indi, ejus qui hanc gemmam poſſidet, facultates nõ poſſe imminui, ſed ſemper incrementum facere, & augeri. Ego verò quod expertus ſum referam: Li-

F neus pannus ita compreſſus, ut ipſius gemmæ meditullium ſive oculum tangat, nullo igne uri poſſe. *Garcias ab Horto.*

## *De lapidibus aſtringentibus.*

E'Cotenaxia, quod ex acuendo ferro deteritur, illitum, alopecias ad pilum reducit: virginum mammas cohibet, nec increſcere patitur. Potum ex aceto, lienem abſumit, & comitialibus prodeſt. *Dioſcorides.*

Geodes lapis naſcitur in Miſnia & Saxonia (ſecundùm Agricolam) * Aſtringit, ſiccat,

caligines oculorum diſcutit. Illitus autem ex aqua teſtium mammarumq; inflammationes ſedat. *Dioſcorides.*

P U M E X (Germ. Bymoſtein. Ital. *Pomice.* Gall. *Piere poncio.* Hiſp: *La piedra eſponia* dicitur) probatur, qui levis, fiſtuloſus, ſectilis, & non calculoſus eſt, quique teri facilè poteſt, & candidus eſt. Uritur hoc modo: Cape ejus quantum velis, flagrantiſſimis carbonibus obrue. ubi igni candens ſit redditus, extrahe, vino odorato reſtingue, iterumque incenſum extingue: tertia verò uſtione peracta, ſine, ut per ſe refrigeretur, & ad uſum repone. * Vis ejus, aſtringere, gingivas abſtergere, purgat cum calfactione, quæ pupillis caliginem offundunt: explet ulcera & ad cicatricem perducit: excreſcentia cohibet. Fit ex farina ejus dentifricium. Corpori cruſtam obducit: avellendis capillis aptus. Theophraſtus author eſt, ſi quis in bulliens vini dolium pumicem conjecerit, fervorem ſtatim ſedari. *Dioſcorides.*

*De lapidibus emollientibus.*

A L A B A S T R I T E S vocatus onyx, notiſſimus lapis eſt iis, qui Romana inviſerunt ędificia. Hallucinantur tamen, qui credunt, lapidem illū Alabaſtritem eſſe, è quo hac tempeſtate torno varia finguntur vaſa, quibusdam ſubnigricantibus venis diſcurrentibus, pellucido lævore, materie verò adeò imbecilli, ut parum colliſa facilè frangantur. Quandoquidem lapis hic Alabaſtritæ ſpecies nō eſt, ſed potiùs gypſi materia. Alabaſtrites enim, quem antiqui ad vaſa unguentaria cavabant, quò diutiùs unguenta à rancore vindicarēt, naſcitur (ut Plinius inquit) circa Thebas Ægyptias, & Damaſcum Syriæ. Hic cæteris candidior. Probatiſſimus verò in Carmania, mox in India, jampridem & in Syria, Aſiaq;. Viliſſimus autem, & ſine ullo nitore, in Cappadocia. Probantur quàm maximè mellei coloris in vertice maculoſi. * Crematus reſina aut pice exceptus, duritias diſcutit: ſtomachi dolores cerato levat: gingivas comprimit. *Matthiolus, Dioſcorides.*

G A G A T E S (Ger. Schwartzer Agſtein. Gall. *Agatho.* Hiſp. *Elazavate.*) probatur, qui celeriter accēditur, & odorē bituminis reddit. niger plerunque eſt, ſqualidus, cruſtoſus, & valdè levis. * Vis ei molliendi & diſcutiendi. deprehendit ſonticum morbum ſuffitus: recreatque vulvæ ſtrangulationes: fugat ſerpentes nidore. Podagricis medicaminibus & acopis additur. Naſcitur in Lycia. Inveniturque propè oſtia fluminis in mare exeuntis. flumen autem Gagas nominatur. *Dioſcorides.*

T H R A C I U S in Scythia naſcitur, in fluvio, qui Pontus vocatur. * Eadem ei vis, quæ Gagathæ. traditur aqua accendi, oleo reſtingui: quod etiam in bitumine accidit. *Dioſcorides.*

*De lapidibus obſtupefacientibus.*

Lapis M E M P H I T E S in Ægypto ad urbem A Memphim invenitur, calculorum magnitudine, pinguis, verſicolorque. * Ajunt, hunc tritum, & illitum locis, quæ urenda aut ſecanda ſunt, ſine periculo ſenſum eis adimere. *Dioſcorides.*

J A S P I D U M genera longè plura recenſentur, quàm quæ à Dioſcoride deſcribūtur. Quandoquidem quædam viſitur cæruleo copioſo, aut glauco pingui ſimilis, id eſt, viridis, lacte ſuffuſa. Alia purpurea: qualis naſcitur in Phrygia. Alia roſea, & quaſi floribus tincta: qualis in Ida B monte profundiſſimis ſpecubus foditur. Alia ex purpura cærulea: qualis invenitur in Cappadocia. Alia ex rubro nigra. Alia jecoris imitatur colorem: quæ ſi ſaturatiore colore reperiatur, lineis ejusdem coloris diluti & nigri cingi ſolet. Quædam nivem imitata rutilis punctis reſpergitur. Quædam onyche pungitur, aut ex altera parte jaſpis eſt, ex altera onyx, proinde Jaſponyx vocata. Alia, cujus altera parte ſit purpurea, altera viridis, nec utrinq; pellucens, ſed qua parte vireſcit. In ſumma, varia eſt jaſpidum natura.
C * Suſpenſas ad plura valere ajunt: nempe ad omnem ſanguinis fluorem, ad porrigendum cōceptum, & partum juvandum, veneremq; inhibendam, & febrem, & hydropem fugandam. Nec deſunt ſuperſtitioſi, qui dicant, jaſpidas homines reddere gratos, potentes, ac tutos, ſi quibusdam magicis verbis admurmurentur, priusquàm ſuſpendantur. *Matthiolus.*

O P H I T E S lapis alius eſt gravis & niger: alius cinerei coloris: alius punctis variatus: alius li- D neas candidas habet. omnes allegati contra ſerpentum morſus, & capitis dolores proſunt. qui verò candidas habet lineas, * privatim lethargo, & capitis doloribus auxiliari perhibetur. *Dioſcor.*

*De lapidibus abſtergentibus.*

A R A B I C U S lapis maculoſo ebori ſimilis eſt. * Is tritus illitus hæmorrhoidas exiccat. Ejus cinis dentifricio optimus. *Dioſcorides.*

E *De lapidibus glutinantibus.*

G A L A C T I T E S dicitur, quòd lacteum ſuccū ex ſe mittat: cinerei tamen coloris eſt, ac guſtu dulcis. * Ad oculorū fluxiones & ulcera utiliter illinitur. is in aqua tritus pyxide plumbea recōditur, ob vim glutinoſam, quæ in eo eſt. *Dioſcor.*

M E L I T E S eſt in omnibus Galactitæ ſimilis. hoc tantùm differt, quòd dulciſſimum ſuccum emittit. * Facit ad eadē, ad quæ Galactites. *Dioſc.*

F

*De lapidibus cicatricem inducentibus.*

M O R O C H T U S, quem aliqui Galaxiam, aut Leucographida vocant, in Ægypto naſcitur. hoc lapide, quoniā mollis eſt, & facilè diluitur, linteorum artifices ad candorem linteis indendum utuntur. * Spiracula corporis obſtruere videtur: conveniens iis, qui ſanguinem expuunt, cœliacis & veſicæ doloribus, cum aqua potus. Idem fluxionibus vulvæ, & impoſitus velleri. Mollibus oculorū collyriis miſcetur: explet enim cava atq; delachrymationes ſiſtit. idem cerato exceptus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0058-7 DFG

ceptus, ulcera, quę fiunt in terrenis partibus corporis, ad cicatricem perducit. *Dioſcorides.*

### *De lapidibus calculum comminuentibus.*

Lapis LYNCIS ex genere ſuccini eſt, quòd ſuæ proprietate naturæ pennas ad ſe trahat, quemadmodũ & cætera ſuccini genera paleas, feſtucas, ac leviſſima quæq; alliciunt. Quantum verò à legitimo lyncurio vulgaris ille lapillus differat, qui officinis lapis lyncis appellatur, & cujus eſt uſus apud ſeplaſiarios & medicos, qui ſimplicium medicamentorum ſcientiam negligunt, ii dijudicent, qui ſimplicium hiſtorias & facultates optimè norunt. *Matthiolus.*

JUDAICUS lapis in Judæa exoritur, glandis effigie, candidus, forma quàm elegantiſſima, lineis inter ſe æqualibus, veluti torno factis, diſtinguitur. is ſolutus nullam qualitatem guſtu affert. * Poteſt ciceris magnitudine tritus ad cotem, ut collyrium, cum calidæ aquæ cyathis tribus, potu difficultati urinæ auxiliari, & calculos comminuere. *Dioſcorides.*

LAPIDES in ſpongiis reperti, omnibus notiſſimi ſunt: quòd rariſſimæ ſint ſpongiæ, quæ his lapidibus vacent. * Cum vino poti, lapides qui in veſica ſunt, rumpunt. *Dioſcorides.*

### *De lapidibus fœtum retinentibus.*

AETITES (Ger. Ein Adlerſtein.) lapis eſt veluti prægnans, cùm quatitur, alio in utero ſonante. Hujus genera ſunt quatuor. In Aphrica naſcens puſillus & mollis intra ſe, ac velut in alvo habens argillam ſuavem, candidam: friabilis, quem fœminei ſexus putant. Mas, qui in Arabia naſcitur, durus, gallæ ſimilis, aut ſubrutilus, in alvo habens durum lapidem. Tertius in Cypro invenitur, colore illis in Aphrica naſcentibus ſimilis, amplior tamen atq; dilatatus. cæteris enim gibboſa facies. Habet in alvo arenam jucundam & lapillos: ipſe tamen mollis, ut etiam digitis frietur. Quarti generis Taphiuſius appellatur, naſcens juxta Leucadem in Taphiuſa: qui locus ex dextera navigantibus ex hac ad Leucadem. Invenitur in fluminibus candidus & rotundus. Huic eſt in alvo lapis, qui vocatur callimus, nec quicquam tenerius. Præfertur Aphricus, & qui è nido aquilæ decerpitur. Peſſimi rotundi, in fluminibus alveis inventi. * Gravidis continet partus, cùm lubricæ ſint vulvæ, & parum tenaces. ſiniſtro brachio adalligatur: ſed parturientibus è brachio amoveatur, & fœminibus alligetur, ut ſine doloribus pariant. Furem deprehendit, ſi quis in pane conditum offerat: fur enim manſum devorare non poterit. Quin etiam concoctus furem coarguit: quippe decocta cum eo devorare non poterit. Tritus & cerato exceptus, cyprino, aut glaucino, aut alio excalfaciente, comitiales magnificè juvat. *Plinius & Dioſcorides.*

### *De lapidibus menſes cientibus.*

OSTRACITES teſtæ ſimilitudinem habet, cruſtoſus, & in laminas fiſſilis, quo mulieres ad detrahendos pilos pro pumice utuntur. * Menſes drachmæ pondere potus ex vino ciet. Si quatuor diebus à purgatione bibatur, ſilici pondere, fœminis præſtat ne concipiant. Cum melle autem impoſitus, mammarum inflammationes lenit, & nomas cohibet. *Dioſcorides.*

### *De lapidibus amuletis.*

SELENITES lapis, quem aliqui aphroſelenon appellarunt, quoniam noctu invenitur lunæ imaginem reddere: quę cum ea quidem augetur, & decreſcit: naſcitur in Arabia, candidus, translucens, levis. * Hujus ramenta comitialibus in potu dari jubent. Eo ceu geſtamine ad amuleta mulieres utuntur. Arbores adalligato eodem frugiferæ redduntur. *Dioſcorides.*

AMIANTHUS in Cypro naſcitur: alumini ſciſſili æqualis: ex quo, utpote flexili, & telas faciunt: conjectus autem in ignem ardet, ſed minimè crematus, exit ſplendidior. * Hic veneficiis reſiſtit omnibus, privatim magorum. *Dioſcorides & Plinius.*

MYEXIS lapis eſt, qui in capite bufonis invenitur, magnitudinis miræ. eſt enim (ut Braſavolus author eſt) craniũ illius animalis. Color eſt ferrugineus, in viridi nitet tamen. Pars exterior plana: eſt enim ipſum os. interior autem verè lapis eſt, ſeu potiùs lapidea terra, quaſi concreta diu. Rotundus eſt plerunque, & magnitudine latitudinis fabæ. Ego autem habeo longiorem faba multò & craſſiorẽ: nec ſcio quomodo cranio bufonis convenire poſſit, propter formam, cùm tamen ſit genuinus. * Vires ejus expertæ ſunt, quòd geſtatus, tollit renum dolores, etiam antiquos, & lapidis prohibet generationẽ. Sed lotio illius etiam plurimum confert, & præſenti eſt auxilio. Ventriculi etiam affectibus & febribus eadem cõfert: ſed, ut exiſtimo, nõ omnibus. Venenatis etiam ictibus, ſed non magnum affert auxilium. *Cardanus.*

### *De lapidibus minus precioſis, alterantibus qualitate occulta.*

Lapis SPONGITES in vino albo, vel ſucco raphani ſolutus, & potus, lapidẽ in veſica frangit. *Mizaldus.*

PENTARBEN lapidem ad ſe aurum allicere, ut Magnes ferrum, memoriæ proditum eſt à Philoſtrato ac Tzeze.

DISSECTIS ante plenilunium pullis hirundinum ex prima fœtura, duo lapilli reperiuntur in illorum ventriculis, quorum unus concolor, alter verò diſcolor habetur. Hi priusquàm terram attigerint, ſi in buculę aut cervi aluta includantur, & brachio vel collo aptentur, comitiales ſanabunt, nedũ juvabunt. Ex relatione cujusdam Itali, qui ſe id expertum fuiſſe mihi aſſerebat. Cæterùm Chelidonius lapis duplex in hi-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0059-6

rundine reperitur, rufus nimirum & niger. Prior lineo panno, aut vitulino corio exceptus, & ſub axilla geſtatus, antiquos morbos, unà cum epilepſia perfectè ſanat, idque præſtantius efficit, ſi in pollinem tritus bibatur. Poſterior valet adverſus febres. *Albertus.*

MAGNETIS pulvis triobolari põdere epotus ex ſucco fœniculi, hydropicis aquas detrahit. Et magnes ipſe capiti admotus dolores omnesq; ejus querelas obliterat. Quod ex veterũ commentariis ſe tranſtuliſſe ſcribit *Hollerius.*

OMNIA genera lapidum, qui in capitibus piſcium reperiuntur, trita, & cum vino exhibita, colicum dolorem compeſcunt, & calculum, qui in renibus defixus jacet, atterunt & cõminuunt. *Galenus & Avicenna.*

LAPILLI ex capite limacum, & grandiorũ cochlearũ eruti, ſtrangurioſis urinam moliuntur, illius meatus lubricando, ſi comminuti ex vino exhibeantur. Auxiliantur etiam parturientibus, laxando & dilatando mulieribus locos. *Mizaldus.*

LAPIS ex capite vulturis repertus ad quoscunque noxios caſus utilis eſt. Et qui in nido upupę invenitur, ſecretorum proditor eſſe fertur, pectori dormientis ſuperpoſitus. *Albertus.*

LAPIS exemtus è capite piſcium, qui aſelli, ſeu ὀνίσκοι vocantur, nobis verò merlucii, febrem tollit adalligatus. *Plinius.*

Lapis LYNCURII in carbones ignitos projectus, illos extinguit: tantum abeſt, ut ab illis inſumatur. Nec id ſolùm habet rari miraculi: ſed ſi quis hanc gemmam panniculo obvolutam in eosdem carbones detruſerit, nõ tantùm *illa*, ſed panniculus quoque illæſus conſervatur. Prodeſt etiam mulieribus in enixu. *Epiphanius.*

CUM primùm infantes ex utero prodeunt, priusquàm aliquid guſtent, corallii ſcrupulum dimidium diligenter tritum cum lacte nutricis hauſerint, nunquam epilepſiam incurrent. *Arnoldus.*

GAGATES hydropicis confert, fluidos dentes firmat, & ſuffitu per inferna à mulieribus exceptus, vel etiam impoſitus, menſtrua provocat. *Albertus.*

AETITES lapis verus, in aquilarum nido repertus, ſi fœmori parturientium admoveatur, interna parte non procul à pube, expetitum facilemq; partum illis procurabit, nulla propemodum enitendi difficultate. Quod ſe expertum fuiſſe in quadam heroina tradit Lemnius. Idem collo ſi appendatur, aut pectori, vel brachio alligetur ea parte, qua à corde verſùs digitum annularem arteria decurrit, fœminis lubricum uterum habentibus vim concipiendi adfert. Et ſi geſtationis tempore iis partibus incumbat, fœtum fulcit, ut nulla ſit illius excutiendi trepidatio. *Lemnius.*

LAPILLUS in capite cancrorum reperitur figura planus, qui acerrimo aceto immiſſus, motum manifeſtum habere deprehenditur. * Hujus pulvere audio multos fœliciter uti ad conterendos renum calculos. *Mizaldus.*

GAGATIS lapidis pulviſculus ſi in tenuiſſimum pollinem redactus, jejunæ mulieri ex vino albo exhibeatur, ſtatim manifeſtabit, ſi ſit incorrupta, vel puerperio, aut aliter maculata. Nã ſi illicò lotium ei promoverit, corruptæ virginitatis indicium erit: ſin minùs, contrarium pollicebitur. Idem etiam præſtabit ſuccinum album, ſeu ambra, quo dictum eſt modo parata, & exhibita. Cæterum globuli è ſuccino, ad oculorum defluxiones miro ſucceſſu auxiliantur, annexi occipitio. Iidem etiam collo geſtati prępediunt, ne deſtillationes in guttur ferantur. *Bapt. Porta & Matthiolus.*

CRYSTALLINUS lapis in tenuiſſimum pollinem deductus, & ex juſculo quopiam, aut vino, mulieri lactanti exhibitus, illius ubera lacte plurimo fœcundat. *Mizaldus.*

## *De lapidibus purgantibus.*

MAGNES (Germ. Ein Magnet. Ital. *Calamita piedra*) optimus eſt, qui ferrum facilè trahit, colore ad cæruleum vergente, denſus, & non admodum gravis. * Vim habet craſſos humores educendi, ſi cum aqua mulſa, pondere trium obolorum detur. Sunt qui magnetem crematum pro hæmatite vendant. *Dioſcorides.*

Lapis ARMENIUS, Italis *Verdazuro*, quaſi viride cæruleum dicas: Arabibus *Hager armini*. Interrogati tamen Armeni, an apud eos naſceretur hic lapis, affirmare non potuerunt. Sed Turci & Perſæ medici dixerunt, exigua quidẽ quantitate apud ſe vidiſſe, verùm ignorare, num ex Armenia adferretur, nec ne. Ajunt multos inveniri in Ultabado urbe celebri regni Balaguate. Hic lapis tametſi ex Armenia non advehatur, multi tamen exiſtimant, eo qui ex Germania adfertur, uti nos poſſe, eo delecto, qui eſt lævis, colore cæruleo, perquàm æquabilis, & friabilis. Sed cùm nec ejus ſit magna copia, ejus loco lapidem Lazuli uſurpabimus. * Melancholiam purgat innoxiè & validè: ſed tamen vomitum excitat. cujus cauſa plerunque eſt pulvis admiſtus, ideò ſæpè aqua pura lavari debet. Pondus ejus eſt ſextula, hoc eſt, ſcrupuli quatuor, aut pauló plus minúsve, pro ſumentis viribus. *Florentini, Dioſcorides, Cardanus, & Garcias ab Horto.*

Lapis LAZULI, quem Græci *Cyaneum*, Itali *Azuro oltramarino*, hoc eſt, cæruleum tranſmarinum appellant, lapis eſt cærulei coloris, qui in ærariis, argentariis, & aurariis venis reperitur. Optimus eſt, qui in aurariis oritur, ſaturi coloris, maculas quasdam aureas ſtellarum modo radiantes habens, qualis is eſſe ſolet, è quo fit color ille cæruleus. Hujus uſus eſſe debet, magna cura adhibita, ne factitii pro eo ſumantur: hos enim pictoribus relinquere debemus, nativoq; uti, poſtquam benè lotus erit. Lavatur ut Cadmia: uritur ut Chalcitis. * Vim habet reprimentem, & modicè erodentem, cruſtas gignit & exulcerat. Purgat melancholiam egregiè, ſed magis turbat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0060-7
DFG

turbat Armenio lapide. Doſis eſt, ut lapidis Armenii. Geſtatus confert viſui communi ratione, & ſimiliter exhilarat hominem. Peculiariter autem, præcipuè ſtellatus, efficit hominē comem, benè fortunatum & divitem. *Florentini, Dioſcorides & Cardanus.* Invenitur in Balaguate lapidis quoddam genus, quod Alaqueca, Arabes Quequi vocant, cujus libra minutis fragmentis expoliti, regali Caſtellano emi poteſt, tanta eſt vilitas. Hujus tamen virtus reliquarum facultates exuperat. Quippe qui ſanguinem undequaque fluentem illicò ſiſtat. *Garcias ab Horto.*

## *De Marinis, Sectio VII.*

- Marina agunt vel qualitate
  - Manifeſta:
    - Prima. Sic
      - Calida
        - Alcyonium,
        - Flos *ſalis*,
        - Sperma *ceti*,
        - Ambra *odorata*,
        - Unguis *odoratus, ſeu Blata Byzantia.*
      - Frigida
        - Corallium,
        - Margaritæ, *ſeu uniones.*
    - Secunda. *Sic*
      - Aſtringunt, — Succinum, *ſeu Ambra citrina.*
      - Emolliunt
        - Bitumen, Aſphaltum,
        - Naphtha,
        - Piſſaſphaltum, *&c.*
      - Abſtergūt
        - Teſta
          - Purpurarum,
          - Buccinarum,
          - Cyonia, Mitulorum,
          - Tellinarum,
          - Chamarum,
          - Cochlearum *marinarum,*
          - Cancrorum, *&c.*
        - Os *ſepiæ, &c.*
  - Occulta: *ut*
    - Uniones,
    - Bitumen.

### *De marinis calidis.*

ALCYONII, quod vulgò SPUMA MARIS dicitur, quinq; ſunt genera. Unum ſpiſſum, acerbi ſaporis, ſpongiæ facie, tetri odoris, ponderoſum, & piſcem olens, quod plurimū in litoribus invenitur. Alterum pinnulę oculorum aut ſpongiæ ſimile, fiſtuloſum & leve, odorem algæ referens. Tertium vermiculi forma, & colore magis purpureum, quod Mileſium quidam vocant. Quartum ſuccidis velleribus non diſſimile multis inanitatibus hians, leve. Quintum figura fungi, ſine odore, aſperum, parte interna quodammodo pumicoſum, foris læve, acre: quod plurimum in Propontide juxta inſulam Besbicon appellatam gignitur: patrio nomine achnen vocant. * Alcyonia omnia detergunt, ac digerunt qualitatē habentia acrem, & calidam facultatem. Duo priora in fœminarum ſmegmata aſſumuntur, contra lentigines, lichenas, lepras, vitiligines, nigritias, & maculas in facie, reliquoq; corpore. Tertium iis, qui difficili urina vexantur, aut arenulas in veſica colligunt, idoneum eſt: item renibus affectis, aquæ

B inter cutem, lieni. Uſtum autem, & ex vino illitum, alopecias replet. Poſtremum dealbandis dentibus aptum eſt in alia ſmegmata, pſilothraq́ue aſſumitur, cum ſale miſtum. Si quiſquam alcyonium cremare velit, cum ſale in crudum fictile mittat, & oblinens vaſis ſpiraculum luto, ita fornaci mandet, & cùm figlinum percoctum fuerit, extrahens ad uſus recondat. Lavatur ut Cadmia. *Dioſcorides & Galenus.*

FLOS SALIS, aut rectiùs maris flos, quem
C Dioſcorides ἁλὸς ἄνθος nominat, ſali multum diſſimilis eſt. nihil enim aliud eſt, quàm pinguedo quædam crocei coloris, mari, Nilo & aliis lacubus innatans. quem Valerius Cordus ſperma ceti vocatum eſſe non modò contendit, ſed etiam demonſtrat. Cæterùm flos ſalis fucatus rubrica, aut ſcrupuloſus, improbatur. Præterea ſincerus nō niſi oleo reſolvitur: adulteratus nōnulla ex parte, etiā aqua diluente factitium colorem. * Ad ulcera, quæ cacoethe vocantur, &
D phagedænas, genitalium nomas & purulentas aures, efficax eſt: oculorū hebetudines, cicatrices, albuginesq; tollit. Emplaſtris, unguentisque coloris cauſa, ut roſaceo miſcetur. Sudorem cit-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0061-3

alvum turbat, in vino aut aqua ſumptus: ſtomachum malé habet. Additur acopis & ſmegmatis, quæ albandi capilli gratia componuntur. Et in univerſum acris eſt, & ferventis naturæ, ut ſal. Porrò qui propriè flos ſalis dicitur, in ſalis fodinis reperitur, & in ipſis etiam ſalignis. *Medici Colonienſes & Dioſcorides.*

Ambra & Ambarum Latinis, Ambar Arabibus dicitur: quo nomine omnibus, quas ſciam nationibus notũ eſt, aut variato duntaxat paululũ vocabulo. Varia autẽ circa hujus generationem Scriptorum eſt opinio. Siquidem alii ſperma Balęnæ eſſe aſſerunt: alii beluæ cujusdã marinæ excrementum, aut maris ſpumam: (quę ſanè opiniones ratione carẽt, quòd nullũ Ambarum inveniatur, ubi frequẽtiſſimę ſunt Balęnæ, & ubi fluctuum reciprocatione ſpuma plurima excitatur:) alii bituminis modo ex maris alveo emanare: quæ opinio melior, & veritati magis conſona pleriſq; viſa eſt. Avicenna lib. 2. cap. 63. & Serapio lib. Simplic. cap. 196. ſcriptum reliquerunt, fungorũ in rupib. & arboribus more Ambarum in mari generari, & tempeſtatibus unà cum ſaxis interdum in littus ejici: quæ ſententia veriſimilior eſt reliquis ab Avicenna productis. Nam multùm ſtantibus Euris, magna ejus copia Sofalam, & in inſulas Comaro Deingoxa, Moſambicam, totumq; eum tractũ ejicitur, è Maldivis inſulis, quæ ad Orientem ſpectant. Flantibus verò Favoniis, copioſè invenitur in inſulis, quæ vulgò de Maldiva nuncupantur, corrupto vocabulo, cùm de Naledive dicendum ſit: etenim Nale lingua Malabarica ſignificat quatuor, & Diva, inſulam: Nalediva igitur pronunciandum erat, quaſi dicas: Quatuor inſulas, ſimili planè ratione, qua Angediva vocamus eas inſulas, quæ à Goa Orientalis Indiæ emporio, 12. leucis diſtant, quòd quinque ſint numero conterminæ. Ange enim eorum lingua quinque eſt. Sed hæc præter inſtitutum: non potui tamen horum non meminiſſe, cùm in Maldiva mentionem incidiſſem. Scribunt, iiſdem locis ſuprà citatis, Ambarum devorari à piſce quodam Azel nuncupato, ſed qui eo devorato ſtatim extinguatur. Hunc deinde undis fluctuantem regionis illius incolæ uncis in ſiccum trahunt, eoque exenterato Ambarum colligunt: verùm omne improbari, præter id quod ſpinæ adhæſerit. id enim pro temporis diuturnitate purum & legitimum eſſe. Sed hæc eorum opinio erronea mihi videtur. Nam veluti certum eſt, animalia quærere alimentum naturæ ſuæ conveniens, & minimè noxium, (niſi fortè cibis innoxiis admiſto decipiantur, quemadmodum mures fallere ſolemus:) ſic etiam haudquaquam veriſimile videtur, hunc piſcem Ambarũ venari, ſi eo devorato ſit periturus. Imò cùm Ambarum ſit ex eorum numero, quæ maximè cordis vires reficiũt, dixerim hunc piſcem præſentaneum eſſe venenum, quandoquidem tam eximio medicamento devorato perit. Scribit Averrhois 5. collig. cap. 56. Caphuræ genus inveniri natum in maris al-

A veo, quod deinde aquis ſupernatet: laudatiſſimum verò id cenſeri, quod Arabibus Aſcap dicitur. Quàm verò ejus opinio à veritate ſit aliena, & tanto viro inſigniq; Philoſopho indigna, clarius eſt, quàm ut multis demonſtrari debeat: primùm, quòd Caphuram in mari naſci dicat: deinde, quòd eandem, quæ frigida eſt & ſicca tertio gradu, Ambari genus faciat; quod calidũ & ſiccum conſtituit ſecũdo ordine. Subjiciemus verò nonnulla vocabula, quæ apud Serapionem

B & Avicennam occurrũt. Magnam ejus copiam ex regione Zing Serapio lib. Simpl. cap. 196. adferri aſſerit. Hæc eſt Sofala. Nã Zingue aut Zangue Perſis & Arabibus idem ſignificat, quod niger Latinis: & quoniam totus ille maritimus Aethiopiæ tractus à nigris incolitur, Serapio eum Zingue vocat. Sic Avicenna lib. 2. cap. 63. epitheton illi addit Almendeli, quaſi de Melinda: item Salachiticum, à Zeilan fortè laudatiſſima totius Orientis inſula, quam falsò urbem eſſe Lacuna

C comment. in Dioſcor. lib. 1. cap. 20. exiſtimavit, cùm ſit inſula multis urbibus exculta. Hæc ſunt quæ ab Arabibus traduntur: nullus autem Græcorum, pręter Aëtium hujus meminit. Cęterum hæc mea eſt opinio: Veluti pro regionũ natura terra interdum rubra eſt, ut bolus Armenus, interdum cãdida, ut creta: nonnunquã nigricans: ſic veriſimile eſt, aut inſulas, aut terras ſimilis cũ Ambaro formæ inveniri, quòd terra ſit aut fungoſa, aut alterius generis. Quod verũ eſſe teſta-

D tur magna ejus, quæ reperitur, quantitas. Siquidem inventa ſunt interdum fragmenta humanę magnitudinis, interdum nonaginta palmorum longitudinis, duodeviginti verò latitudinis. Affirmarũt nonnulli, ſe inſulã ex puro Ambaro vidiſſe, quàm cùm poſtea requirerent, nuſquam cõparuerit. Anno M. D. LV. circa promontoriũ Comorim, quod è regione inſularum de Maldiva eſt, fragmentum trium ferè millium pondo repertum eſt: ſed cùm is, qui invenerat, picem,

E aut bituminis genus eſſe exiſtimaret, vili admodũ vendidit. Maximum verò quod unquam viderim fragmentum, xv. libras pendebat. Sed qui in Aethiopiam commercii cauſa navigant, multò majora fragmenta ſe vidiſſe affirmant: totus enim ille Aethiopiæ tractus à Sofala ad Brava uſque, Ambaro abundat. Invenitur etiam interdum, ſed raró, in Timor, & in Braſil. Et anno M. D. XXX. inventum eſſe audio fragmentum in Setubal Luſitaniæ portu. Refertum verò eſt ple-

F runq; avium roſtris, quas in eo nidulari credibile eſt: interdum conchyliis teſtisq; oſtreorum permixtum invenitur, quæ cõtactu Ambaro adhærent. Porrò optimum Ambarum cenſetur, quod à ſordib. maximè repurgatum eſt, quodq; plurimum ad candorem accedit, videlicet quod cinerei ſit coloris, aut quod ex venis nunc cinereis, nunc candicantibus conſtet, leve, quodque acu perfoſſum, multũ oleacei liquoris reſudet. Nigrum improbatur, præterea candidiſſimum, teſte Serapione, quod gypſo adulteratum eſſe exiſtimo. Eſt etiam factitium ex moſcho, zibetto, li-

to, ligno aloës, ſtyrace & ladano: odor autem rerum, ex quibus fit, & color, qui plerunque niger eſt, illum prodit: præterea aquæ impoſitum citiùs molleſcit, quàm nativum. Magna veró in æſtimatione eſt apud opulẽtiores Indos. eo enim cibis permixto frequenter utuntur medicamenti loco. Ejus autem precium intenditur pro fragmentorum magnitudine; quanto enim majus eſt fragmẽtum, tantó ejus intenſius eſt precium, non ſecus, atq; in gemmis. Sed nuſquam majori in precio eſt, quàm in Chinarum regione. Cùm enim à noſtris Luſitanis ejus exigua copia eó delata eſſet, ejus precium fuit mille quingẽti aurei in ſingula Cate, quod apud eos ponderis genus eſt pendens viginti uncias. Hujus lucri cupiditate deinde alii mercatores allecti, tãtam Ambari detulerunt eó copiam, ut nunc multó viliotis ęſtimetur. Porró de Ambra Nicolaus Monardis ſic ſcriptum reliquit: Nunc mittit nobis Florida novis Orbis provincia Ambar, quod vocant Griſeum, idque in littus ejectum invenitur à Canaveral ad promontorium uſq; D. Helenæ. Varia eſt circa ejus originem opinio, ſed veriſſimũ eſt, Bituminis genus eſſe ex fontibus in alto mari manans, quod aëri expoſitum illicó denſatur, ut ſoleat pleraque, quæ ſub marinis aquis tenella & mollia ſunt, at aqua exemta durantur, ut Corallium, Succinum. Solus Simeon Sethi & Aëtius inter Græcos ejus meminerunt, è quibus prior, Bituminis modo e fontibus ſuis manare aſſerit, peſſimumque id eſſe, quod à piſcibus devoretur. Inde convellitur eorum opinio, qui Balęnarũ ſperma eſſe aſſerunt, ex eo decepti, quód interdum in Balęnarum ventriculis inveniatur, quæ illud aquis innatans nonnunquam devorant, alimentum eſſe exiſtimantes. Verum eſt, meo tempore Balęnam circa Canarias captam, in qua inventæ ſunt plus quàm quatuor Ambari libræ: poſtea tamen infinitas Balęnas cum ſuis catulis interfecerunt, ſed nihil Ambari in eis inventum eſt. Non deſunt, qui Ambar ex fructu quodam ad maris littus naſcente fieri dicant, qui Aprili & Majo menſibus matureſcit & odoratus eſt, quem decidentem vorant Balęnæ, quaſi fructus in alimentum cedens, aliud quàm ſanguinem & carnem generare poſſit. Optimi delectus eſt, ut nonnihil ad rubedinem tendat, album, non æquè bonum, nigrum deterrimum. * Excalefacit, reſolvit, roborat, quocunque tandem morbo applicetur: nam calidi eſt temperamenti, & ſicci, cum pinguedine quadã, quæ illi facultatem emolliendi tribuit. Variæ ſunt Ambari facultates: nam cum oleo florum mali Arantii in calente mortario permixtũ, & unguenti modo capiti illitum, illius dolorem levat, cerebrum roborat, & nervos, & frigidos qui infarcti ſunt humores reſolvit: ad eadem efficax, emplaſtri modo cum Alypta muſcata aſſiduè geſtatum. Ejus ſolius, aut cum moſcho & ligno aloës permixtæ olfactu, cerebrum roboratur, memoria augetur, ſpiritus vigor, & cordis vires reficiuntur: ideoque in peſtis contagiis ejus odor

A apprimè utilis eſt, nec minùs his, qui frigidis defluxionibus vexantur, convenit, ſi capitis tegmina, atq; etiã cubiculum, ubi dormiunt, per hyemem eo ſuffiantur. Maximè prodeſt ſenibus, quód illorum ſpiritus vegetet, cor & cerebrum roboret, & craſſos lentosq; humores extenuet, ſive cibis indatur, ſive veſtes ſuffiantur, ſive cerebro cordisq; regioni applicetur, ſive vino, quo ſibi faciem & manus abluunt, permiſceatur. Scobi magnetis, galbanoque miſcetur,
B & emplaſtri modo mulierum umbilico impoſitum, uterum ſuo loco retinet, & reliquos ejus morbos profligat: ejus autem aſſiduus odoratus prodeſt uteri procidentiis: ſuffocationibus veró in Liquidambar diſſolutum, & xylo exceptum, uterique ori inditum. Sterilitati à frigidis humoribus ortæ, hac compoſitione mederi ſoleo: quæ recipit Ambari partes duas, raſuræ eboris tenuiſſimè tritæ unam, pulveris ligni aloës partem dimidiam, cum algaliæ momento fiunt
C catapotia, quorum tria pendentia drachmam unam ſingulis triduis dabuntur, & emplaſtrum umbilico, peſſum uteri collo imponetur, purgatis tamen priùs ut decet. Ex eo, alypta muſcata, & ſtyrace fit emplaſtrum ſcuti forma, quod ſtomacho appoſitum, cum doloribus liberat, & excalefacit. Ex eadem maſſa factæ pilulæ, & manè ſumptæ, flatus diſcutiunt, cõcoctionem juvant, & appetentiam excitant; idem præſtat ex vino odorifero manè ſumpta hæc maſſa. Quinetiam
D epilepticis fumus illius, naribus exceptus, convenit: ſiquidem eos excitat, & ſi aſſiduè id odorentur, non tam facilè, neque tam vehementer eo morbo corripiuntur. In ſumma, Ambarum excalefacit & ſiccat cerebrum, & cor olfactum roborat. Senibus & natura frigidis opem mirificè præſtat. Quare iiſdem potiùs quàm juvenibus, chirothecę Ambra imbutæ cõcedi deberẽt: vino infuſa temulentos efficit. *Garcias in Horto, Nicol. Monardis, Medici Florentini & Matthiolus.*
E Blatta Byzantia à Mauritanis, Unguis odoratus à Græcis dictus, conchylii tegumentum eſt, odore caſtoreum referente, ad ſuffitas idoneũ. Ipſa enim teſta mox liquatur igni, bituminis modo, quód etiam improbè ipſa olet. Quidam albicantem odoratam magis commendant.* Iidem ſuffitu excitant fœminas vulvæ ſtrangulatu oppreſſas, comitialesque: poti ventrem molliunt. Crematum conchylium eadem efficit, quæ purpura, & buccinum. *Medici*
F *Colonienſes & Dioſcorides.*

## *De marinis frigidis.*

Corallum (Ger. Coral. Ital. *Corallo.* Gall. *du Coral.* Hiſp. *el Coral.*) ſaxeus frutex eſt, in mari natus, triplici cõſtat differentia: alba, rubra & nigra. prima eſt precioſior: altera uſitatior: ultima rarior, quæ vocatur Græcè ἀντιπαθής. * Omne coralli genus refrigerat, ſiccatq;, & aſtringit: menſtrua nimis profluẽtia cohibet potũ: ſic dyſenterias juvat: nec non ſeminis profluvium in viris: albũ uteri fluorem in mulieribus repri-

mit: ſanguinem rejicientibus medetur: contra A
faſcinationes & venerea in collo & brachiis ge-
ſtatur. quinetiam comitialibus rectè alligatur.
Cinis ipſius oculorum medicamentis miſcetur:
ulcera carne explet: & cicatrices extenuat. Oleū
coralliorū chymico more (de quo ſuo loco) pa-
ratum rubicundiſſimum, ſcrupuli inſtar ex vino
generoſo potum, ſummū eſt medicinę artis my-
ſterium, ad omnes partium, tum interiores, tum
exteriores affectus evellendos: comitialem ſanè
quinque ſeptimanarum ſpacio, tum in pueris, B
tum in juvenibus propellit: ſimiliter omnes al-
vi uteriq; fluores, & ſanguinis, quacunque parte
manantes ſiſtit. *Dioſcorides & Andernacus.*

Margaritæ prægrandes Uniones La-
tinis dicuntur: minores Latinis margaritæ ſim-
pliciter: Ger. Perlin. Ital. *Perle.* Arabibus & Per-
ſis, *Lulu:* Indis *Moti:* in Malavar *Muti:* Luſita-
nis *Aliofar*, quod Arabicè ſonat de Lulfar, id eſt,
portus in mari Perſico, ubi laudatiſſimæ gene-
rantur. Nam tametſi Barem, Catifa, Camaran, C
aliiq; hujus maris portus eas laudatas mittant:
quia tamen noſtris notior fuit initio hic portus,
ab eo nomē Margaritæ indiderunt, lingua Ara-
bica Aliofar. Hinc etiā fit, ut illæ Orientales ap-
pellentur. Quoniam hic ſinus Perſicus Orienta-
lis ſit, ſi cum noſtra Europa conferatur. Generā-
tur etiam Margaritæ à promōtorio Comorim,
ad inſulam uſque Zeilan, (quæ cāptura & piſca-
tio Regis Luſitaniæ eſt) ſed minutiores maxima
ex parte, nec cum ſuperioribus cōferendæ, (quæ D
magnæ ſunt, & omni dote abſolutiſſimę) ideóq;
etiam viliori emuntur. Generantur & in inſula
Burneo, quæ tametſi ſint grandes, formæ ta-
men elegantia à ſuperioribus vincuntur. Sic &
nonnullas Chinarum regio mittit, ſed viles. Cer-
tum eſt etiā in novo Orbe inveniri, verùm nul-
la ratione cum Orientalibus ſunt conferendæ.
Nam aut obſcuræ ſunt, & nubili coloris, aut nul-
lo orbe lævoreque commendantur. Origo atq;
genitura eſt è conchis, haud multum ab oſtrea- E
rum conchis diſſimilibus. Conchæ autem, quæ
ſuperiori maris parte natant, grandiores Marga-
ritas generant: quæ verò in alto mari degūt, mi-
nutiores proferunt. Hæ conchæ aëri expoſitæ
ſiccantur, & ſeſe pandunt, in quarum carne in-
veniuntur Margaritæ nunc multæ, nunc paucæ,
pro concharum magnitudine. Inveniuntur & in
noſtratibus conchyliis oſtreisve, ſed minùs no-
biles. Omnium autem præſtantiſſimæ ad gene-
randas Margaritas cenſentur eæ conchæ leves F
& candidæ, quas ejus regionis incolæ Cheripo
appellant, ex quibus cochlearia poculaq; con-
ficiuntur. Verùm Cheripo non id eſt conchyliū,
quod vulgò Matrem perlarum vocamus. Nam
id Chanquo incolę vocāt, ex quo videlicet men-
ſæ, ciſtulæ, ſphærulę precariæ fabricantur, quod
licet parte externa rubrum ſit, & impolitū, in-
terna tamen læviſſimum eſt, & aſpectu pulcher-
rimum. Devehitur id cōchylium Bengala mer-
cimonii gratia, ubi expolitur, & poculi vices ſup-
plet: maxima tamen ex parte cōficiuntur ex eo

A armillæ, & alia opera. Fuit enim olim iſtic con-
ſuetudo, ut nullæ nobiliores virgines corrumpi
poſſent, niſi hujus generis armillis brachia exor-
nata haberēt. Nunc verò deſiit iſta conſuetudo:
eamq; ob cauſam viliori emuntur hæc conchy-
lia. Habent mercatores hujus regionis cuprea
quædam inſtrumenta multis foraminibus per-
tuſa, quibus precia Margaritis imponere ſolent.
Nam quæ per inſtrumētum minoribus forami-
nibus pertuſum tranſeunt Margaritę, unius ſunt
B precii, venduntur q; per drachmas. Quæ per in-
ſtrumentum majora paulum foramina habens,
majoris ſunt precii, & ita deinceps pro forami-
num, quibus inſtrumenta prædita ſunt, quibusq;
Margaritæ tranſmittuntur, magnitudine precia
intendentes. At quæ adeo ſunt minutæ, ut per-
forari non poſſint, (arte enim perforantur, non
natura, ut fabulantur quidam) cedunt officinis,
qua de cauſa in Europam exportātur. Harū un-
cia duobus fortè aſſibus Gallicis vænit. Maximę,
C quæ ad promontorium Comorim generantur
Margaritæ, pendebant centum frumenti grana.
Talium precium mille quingentorū aureorū in
ſingulas eſſe ſolet. Multò majores ego vidi, quas
in inſula Burneo captas afferebant: ſed non e-
rant ejus elegantiæ, cujus ſuperiores. Vidi aliam
hic captam, quæ centum ſexaginta grana tritici
penderet. Senectute pōdus earum minui & co-
loris elegantia immutari creditur. Diu autem o-
ryza leviter confracta, & ſale verſatas, priſtinum
D vigorem & fulgorem recuperare expertus ſum.
Certum eſt, margaritas poſt plenilunium captas
cum tempore minui, & decreſcere. Quæ verò
ante pleniluniū capiuntur, huic vitio nequaquā
ſunt obnoxiæ. Cæterum raró in Medicum uſum
venit Margarita apud Indos. Mauritani verò fre-
quenter, noſtro more, Margaritas cordialibus
medicamentis injiciunt. Porrò Margaritæ, ſive
uniones ſint cādidi, corpulēti, orbiculares, pon-
deroſi, integri, nō perforati, quia dum ferri acie
E perforantur, ære inficiuntur, viresq; earum im-
mutantur. * Ad cordis affectus præcipuam o-
pem ferunt. Quinetiam collyriis admixti ocu-
lorū nubeculas detergunt, & aquam eò defluen-
tem abſumunt. In antidota, vel pulveres corro-
borantes recipiuntur. Oleum ex iis paratum (de
quo ſuo loco) ad nervorum reſolutionem, con-
vulſionem, marcorem ſenilem & phrenitidem
cōducit, ſi grana ſena ex humore aliquo ſuman-
tur. Corpus ſanum conſervat: læſum priſtinæ ſa-
F nitati reſtituit: lac muliebre emendat, augetq;,
&c. *Andernacus & Matthiolus.*

### *De marinis aſtringentibus.*

Ambra Citrina (Lat. *Succinum.* Græc.
ἤλεκτρον. Germ. Augſtein. & Arab. *Carabe* dicta)
ex quorundā ſentētia naſcitur è liquido bitumi-
ne, quod è litoribus defluens in mare, cōcreſcit
eo quo videmus modo. Reperitur in Germaniæ
maritimis procellis in litus provoluta. Ejus ſunt
aliquot genera: fulva, quæ pellucida eſt, candi-
da, & ſimilibus aliis coloribus prædita. Candi-

da re-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0064-0
DFG

da verò, quòd levior ſit & odoratior, optima
cenſetur. Probatur ea, quæ attritu calefacta il-
licò paleas, aliasque res minutas ad ſe trahit, &
quæ accenſa bituminis odorem reddit. *Exic-
cat leviter calefaciendo: ideò etiam ad humi-
dos capitis morbos valet. Fumus ejus comitia-
les reſtituit: tuſſi immoderatæ, & capitis deflu-
xionibus medetur: dentium dolores mitigat:
menſes provocat: uteri ſtrangulatum ſingulari-
ter compeſcit: gravidis geſtationem leviorem
reddit. In pulverem redactum ex vino propina-
tur, ad album uteri fluorem, naturaliaque cor-
roboranda: ſanguinem rejicientibus, & tabidis
convenit: profluvio ſeminis ex ovo molli, vel
ſucco portulacæ, quotidie drachmæ inſtar aſ-
ſumtum ſuccurrit: inteſtinorum difficultati &
ſanguinis ex naribus fluori ſubvenit: parturiẽti-
bus drachmæ ſemiſſis pondere ex vino albo po-
tui datur: ad fœtum maturandum, partumque
accelerandum utile: quod ſæpe experientia di-
dicimus. ad urinæ difficultatem, ſimili ponde-
re, ex aqua ſaxifragiæ bibitur. Quidam nuper ea
cum ſemine paliuri ex vino epota urinam quin-
decim diebus retẽtam excrevit. Articulari mor-
bo conducit, ſi ejus drachma ſemiſſis ex ligni
Indici decocto, unciis duabus exhibeatur. O-
leum, quod inde (de quo ſuo loco) per chymiam
ſingulari induſtria paratur, incidit, extenuat, a-
perit, & diſcutit: unde ex vino malvatico, vel
alio liquore exhibitum, calculos urinamq; edu-
cit. In ſtrangulatu uteri efficaciſſimum eſt, ſi na-
tura illa, & os ejus ipſo inungantur. *Medici Floren-
tini & Andernacus.*

### *De marinis emollientibus.*

Bitumen (Græc. ἄσφαλτος. Germ. Bech.
Gall. *Terre limoneuſe.* Ital. *Bitume.* Hiſp. *El betun*
dictũ) eſt veluti terræ adeps, qui facillimè ignem
concipit. Duûm eſt generum. Quod liquidũ eſt,
ut oleum, vulgò petroleum vocatur, omnibus
notum. Aliud denſum picis modo, quod ante-
quam concreſcat, liquidum aquis ſupernatare
ſolet. Hujus generis eſt, quod in Judæa naſcens
peculiariter aſphaltos dicitur. videtur autem id
eſſe, quod vulgò ſic hodie vocatur. *Ejus verò*
probatio eſt, ut purpuræ modo ſplendeat, ſitque
ponderoſum, & validũ odorem vibret. Nigrum
autem & ſordidum, vitioſum eſt. Adulteratur
pice, quod color niger indicat, & picis odor.
*Bitumen omne diſcutit, glutinat, emollit, ab
inflammatione tuetur, vulvarum procidentias
ſtrangulationesque olfactu, ſuffitu, impoſitu
emendat, &c. *Dioſcorides & Florentini.*

*Bitumen* Judaicum aliis omnibus præfertur:
colligiturq; in mari mortuo: quod Galeni tem-
pore adulterari non poterat, ſicuti in libro de
Antidotis ſcribit: forſitan quia in tanta copia af-
ferebatur, & propter ſplendorem ipſius ita erat
notum, ut quicquid illi commiſtum fuiſſet, fa-
cilè illius vividum, quamvis nigrum, colorem
immutare potuiſſet: ideoque cùm Dioſcorides
quod pice ſolebat adulterari, dicat, hos duos au-
A ctores manifeſtè inter ſe diſcrepare videbitur,
niſi eo pacto, quo diximus, eos intellexerimus.
Imò relicto Galeno, hac in parte potiùs Dioſco-
ridi erit adhærendum, cùm videamus noſtro
quoque tempore ita adulterari, ut admodum
parum boni & legitimi advehatur: ideoque ex
eo patet, quòd non colore illo ſplendido inſtar
purpuræ, ſicuti vult Dioſcorides, ſed potiùs ni-
mium nigro, & quaſi emortuo præditum ſit. A-
nimadvertendum autem eſt, quando Dioſcori-
B des iſtud laudat, quod ſplendet inſtar purpuræ,
non accipiendum eſſe quaſi Bitumen eſſet pur-
pureum: ſed quòd tantùm habeat illam viva-
citatem coloris: & quòd ita ſplendeat quemad-
modum purpura. Nam purpureum propriè ſi-
gnificat illam gratiam & vivacitatem, quæ in u-
noquoque colore, qui gratus eſt oculis, & de-
lectat viſum, ineſſe poteſt, & vulgò nunc Chre-
meſinus color vocatur. Quæ vox nõ uni tan-
tùm colori deſtinata eſt, ſed multis, & fortaſſe
C omnibus. Habemus etiam nos Chremeſinum
rubrum purpureum, quod Pavonazzo vulgò
vocant, & incarnatum: & nõ diu eſt, quòd Chre-
meſinum etiam albo & viridi colori ſit attribu-
tum, tam in pannis quàm ſerico ipſo: & ſi modũ
reperirent, etiam aliis coloribus poterit adjungi
hoc vocabulum, ut dicatur luteum Chremeſi-
num, nigrum Chremeſinum Et ſic poſſumus di-
cere Purpureum rubrum, purpureum ruſſum, ſi-
ve (ut vulgò vocant) incarnatum, purpureum
D phœnicium, & purpureum nigrum, nimirum ſi
iſtis coloribus concilietur ille ſplendor gratus
oculis: quem hac voce exprimere voluerunt.
Unde Horatius Cygnos vocat purpureos. nam
præter iſtam albedinem, accedit iſta ſplendoris
venuſtas, qua ſimul oculos & animam oble-
ctant, & ab aliis nix purpurea vocatur. & Vergi-
lius dicit crines purpureos: item Cicero in ſuis
Academicis quæſtionibus ait, Mare eſſe cæru-
leum: ſed quando aqua remis agitetur, fieri pur-
E puream: cujus rei in promptu ratio eſt: quia a-
qua commota ex illa parte luminis aliquid, quo
antea carebat, recipit: & ita illuminata hoc no-
men ſortitur. Non tamen eſt negandum, utplu-
rimum hoc nomen purpuræ attribui rubro &
pavonaceo, ut Itali loquuntur, quia hi duo colo-
res tam arte quàm natura expreſſi obtinent illã
gratiam. Hocq; nonnihil à propoſito diverten-
tes pluribus exponere volui, ne dubius lector
remaneret, quomodo Bitumen vocaretur pur-
F pureum, & fortaſſe conjiceret eſſe violaceum,
aut rubrum, ideoque pice nigra adulterari non
poſſe. Redeuntes itaq; ad Bitumen, videmus cõ-
muniter non reperiri laudabile, qui tamen dili-
gens fuerit, Venetiis, quod Dioſcoridis deſcri-
ptioni planè conveniat, comparare poterit.

Quod Babylone natum Naphtha voca-
tur, bituminis candidi aut etiam nigri colatura
eſt. Vis ei ignium rapax. Hujus loco, quia ad nos
nõ adfertur, noſtro petroleo uti poſſumus: quẽ-
admodum etiam aſphalti loco, ſi dubium eſſet,
an aſphaltus ſit bitumen Judaicum. Si quis au-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0065-6
DFG

rem aſphalti modo denſare valet, vaſe æneo aut A
ferreo illud coquet, & quia facilè flammam cõ-
cipit, flamma panno lineo madente in vas, ubi
percoquitur, demiſſo extinguetur. Hac ratione
concretum petroleum pro naphtha & aſphalto
uſurpari poteſt. * Extenuat, penetrat, ſiccat, di
gerit, omnemq; materiam frigidã ex quavis cor-
poris parte abſumit: morbum comitialẽ, mem-
brorum reſolutionem, cõvulſionem, nervorum
articulorumq; dolores mitigat: lienis, renũ, ve-
ſicæ, uteriq; frigidiores affectus ſanat. *Medici* B
*Florentini, Dioſcorides, & Andernacus.*

Pissasphaltus in Appollonia Epirota-
rũ naſcitur: appellatur autẽ ſic, quód miſtã bitu-
mini picem redoleat: & Mumia Arabũ eſſe cre-
ditur: tametſi mumiam etiã appellẽt confectio-
nem quandam, qua cadavera condiuntur. Fa-
ctitia etiam eſt piſſaſphaltos, admixta pice bitu-
mini.* Secundo ordine tum ſiccat, tum excalfa-
cit: capitis dolores frigiditate obortos abſq; hu-
morum præſentia mulcet. Medetur hemicraniç, C
paralyſi, oris diſtractionibus, comitialibus, ver-
tiginoſisq;, ſi ex amaraci aqua naribus immitta-
tur. Leucoji oleo, ſive hyoſcyamo gravi ponde-
re ſubacta, ad aurium dolores frigidos utiliter in
earum concavitatem infunditur. Prodeſt qua-
tuor granorum pondere ex thymbræ decocto
reſoluta, gulę cruciatibus. Epota ex zizipharum,
hordei, & mixtorum decocto tribus diebus con-
tinuis, tuſſientibus opem non modicam præſtat.
Granorum item quatuor pondere ſumpta ex a- D
quamenthæ, cordis affectus removet: cum de-
cocto verò cumini, ammi & cari, tum ventricu-
li, tum inteſtinorum flatus diſcutit. Bibitur uti-
liter ab alto devolutis ex ſiliquæ Ægyptiæ me-
dulla, additis Lemnia ſphragide, & rubiæ radi-
ce. Hauſta trium vel quatuor granorum ponde-
re ſingultum inhibet: ſi tamen ex cumini & a-
pii decocto aſſumatur. Errhinis impoſita, addi-
tis moſcho, caſtoreo, caphura, & oleo balanino,
narib. cõmodè inditur ad diuturnos capitis do- E
lores, præſertimq; cùm adhibitis aliis contumax
morbus nõ ſolvitur. Gargarizatur cum oxyme-
lite adverſus anginam: & ad lienis affectus ex
cari decocto utiliter bibitur: & contra lethalia
venena ex decocto tribuli marini, & fœtidi la-
ſerpitii gummi juvamento non modico ſumi-
tur. item ex mero contra ſcorpionum ictus bi-
bitur, ictisque locis cum recenti bubulo butyro
utiliſſimè imponitur. Aſtringit mumia illita ex-
terna ſanguinis profluvia, pota verò interna: F
proinde perutilis ad cruentas excreationes. Ex
caprillo lacte pota, opitulatur exulceratæ veſicę,
internis penis deſquamationibus, & urinam æ-
grè continentibus. Non deſunt, qui credant, hu-
manorum cadaverum oſſa in pulverem redacta
& in potu exhibita, variis corporis languoribus
prodeſſe, oſſium unicuiq; membro tribuentes.
Si deficiat, ejus loco Aſphaltum officinarum,
aut picem cum bitumine mixtam ſumemus.
*Medici Florentini, Dioſcorides, Mat-*
*thiolus, & Arabes.*

## *De marinis abſtergentibus.*

Purpurae (Ger. Meerſchnecken. Ital. *Porpore.*
Gall. *Pourpre.* Hiſpan. *Le conche de carmeſie color.*)
ſunt piſces marini, ejus ſanè generis, quæ teſta
integuntur. Hæ illum magni precii liquorẽ reti-
nent, purpureũ propriè dictum, tingendis regũ
veſtibus expetitum. Hunc in mediis faucibus ge-
rũt, candida quadam vena concluſum, colore ni-
gricantis roſæ pellucidum. Vivas capere conten-
B dunt, quia cũ vita ſua ſuccũ illum evomunt. La-
tent circa canis ortũ tricenis diebus. Cõgregan-
tur verno tẽpore, mutuoq; attritu lentorẽ cujuſ-
dã ceræ ſalivant. Lingua purpurę digitali lõgitu-
dine, qua paſcitur perforando reliqua cõchylia:
tanta duritia aculeo eſt. Capiuntur autẽ purpurę
parvulis rariſq; textu veluti naſſis, in alto jactis.
ineſt iis eſca, cluſiles mordaceſq; conchæ, qua-
les mitulos videmus. has ſemineces, ſed redditas
mari avido hiatu reviviſcentes, appetunt purpu-
C ræ porrectiſq; linguis infeſtãt. At illę aculeo ex-
timulatæ claudunt ſeſe, comprimuntq; mordẽ-
tia: ita pendentes aviditate ſua purpuræ tollun-
tur. Aqua dulci necantur, & ſic ubi flumini im-
mergũtur: alioqui captæ dieb. quinquagenis vi-
vũt ſaliva ſua. Anno magnitudinem implent, ce-
lerrimeq; creſcunt, quemadmodum conchylia
omnia. * Purpura uſta exiccat, dentes abſtergit,
excreſcẽtias in carne cohibet, ulcera purgat, &
ad cicatricẽ perducit. *Dioſc. Plin. & Matthiolus.*
D Buccinum in purpurarum genere eſt, ad
ſimilitudinẽ ejus buccini, quo ſonus editur: un-
de & cauſa nomini, ex rotunditate oris in mar-
gine inciſa. Sed major eſt purpura, cuniculatim
procurrẽte roſtro, & cuniculi latere introrſus tu-
bulato, qua proferatur lingua. Cui circum orbes
aculeati, qui buccino non inſunt, ſed utriſq; or-
bes totidem, quot habent annos. Buccinum non
niſi petris adhæret, circaq; ſcopulos legitur. Ea-
dem præſtant concremata buccina, ſed vehemẽ-
E tius urunt. Si quis ſalis plena fictili crudo adurat,
dentifricio conveniũt: ambuſtis utiliter illinun-
tur, quibus ſolvi medicamentum non oportet:
nam poſteaquam vulnus cicatricem duxerit, i-
pſum in teſtæ modum induratum ſpõte ſua de-
cidet. Fit etiam calx e buccinis. Buccinorum car-
nes ori gratæ ſunt, & ſtomacho utiles, ſed alvum
non molliunt. *Dioſcorides, & Matthiolus.*

Cionia vocãtur purpurarũ buccinorumq;
mediæ partes, circa quas teſtę volumen clavicu-
F latim intorquetur. Cremata ſimili modo, ma-
jorem purpuris buccinisque facultatem urendi
conſequuntur: quoniam apprimendi naturam
obtinent. *Dioſcorides.*

Quales Mituli ſint in Italia, qui hac noſtra
tempeſtate explicaverit, hactenus inveni nemi-
nem, præter unum Maſſarium Venetum, qui eos
mitulos putat, quos Adriatici accolæ vulgò ap-
pellant Muſcioli, quaſi muſculos dixerint. Cujus
opinio nobis maximè probatur: quippe quód
& forma, & nomine conchylia ita vocata legiti-
mos referant mitulos. Sunt enim tellinis pauló
majores

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0066-1
DFG

majores:teſta exteriùs lineis quibusdam ſcabra, A
intùs veró pellucida, & tota pondere levis. Cæ-
terùm Mituli in Ponto laudatiſſimi. * Cremati
eundem buccinis effectum præbent. privatim
plumbi more eloti, oculorum medicamentis
cum melle utiles habentur: palpebrarum craſſi-
tudines abſumunt:albugines purgant,& cætera,
quæ oculis caliginem offundunt.Carnes eorum
ad canis morſus utiliter imponuntur. *Dioſcorides, & Matthiolus.*

Tellinæ in Italia,præſertim Romæ,no- B
tiſſimæ ſunt, ubi plurimæ venales circumferun-
tur, quòd edendo ſint, & ori admodum gratæ,ſi
tamen ab arena optimè repurgentur. * Recen-
tes Tellinæ alvo utiles, ſed maxime jus eorum.
Salitæ uruntur,tritæq; in cinerem,& cum cedria
inſtillatæ,avulſos palpebrarum pilos renaſci non
patiuntur. *Dioſcorides. & Matthiolus.*

Chamæ prçter cçteras conchas id ſibi pe-
culiare aſcivêre, quòd plerunq; in litore hian-
tes inveniuntur. Idcirco eas rectè chamas dici C
poſſe putaverim, quæ in marinis oris, panden-
tes ſeſe,lævi teſta contectæ reperiuntur. Harum
quàm plurimæ in Adriatici litore ſunt. * Cha-
marum, aliarumque conchularum in exigua a-
qua decoctarum jus, alvum ciet. id cum vino aſ-
ſumitur. *Iidem.*

Cochleæ marinæ in Italia mediterraneis
perquàm raró in cibis veniunt: quanquam iis,
qui maris litora inhabitant, frequentiori ſint u-
ſui. * Stomacho caro idonea, & facilè alvo ex- D
cernitur.Crematæ omnium teſtæ excalefacien-
di & urendi naturam ſortiuntur:purgant lepras,
vitiligines,dentesq;: emendant oculorum cica-
trices, & vitia cutis in facie, albugines, ac viſus
hebetudines,ſi cũ carne ſuauſtæ, tritçq; ex mel-
le illinantur. Crudæ cum tegumentis impoſitç,
aquæ inter cutem tumores exugunt:ſed non an-
tè ſolvantur,quàm omnis hauriatur humor. Po-
dagricas inflammationes leniunt:impactos cor-
pori aculeos illitæ evocant: menſes tritæ & ad-
motç ciunt.Carnes earum cum thure & myrrha
illitæ, cùm vulnera alia, tum maximè quç nervi
acceperunt,conglutinant:tritæ in aceto,ſangui-
nem naribus erumpentem infrænant. Vivç cor-
pus,& præſertim Aphricanæ, cum aceto devo-
ratum ſtomachi dolores mitigat.trita cum teſta,
vino & myrrha, ſi exiguum inde bibatur, coli,
veſicæq; cruciatus ſanat. Terreſtris pilos incom-
modos replicat, ſi quis abraſo acu, lentore ejus,
pilum attingat. *Dioſcorides, & Matthiolus.*

Cancrorum exuſtorum cinis, qui duo
cochlearia expleat,abjecto dimidio radicis gen-
tianç modo,triduo potus cum vino,magnopere
prodeſt canis rabioſi morſibus: rimas pedum
ſedisque, perniunculos, carcinomata, cum de-
cocto melle lenit. Triti crudi,potiq; ex aſinino
lacte,auxiliantur contra ſerpentium phalangio-
rumq; morſus, atq; ſcorpionum ictus. Decocti
autem, & cum jure eſitati, iis proſunt, qui tabe
conficiuntur,aut leporem marinum hauſerunt,
Necant ſcorpiones triti,& cum ocymo admoti.
Poſſunt eadẽ marini: verùm ineſficaciùs omnia
præſtant. *Dioſcorides.*

Eſt Sepiis in dorſo os candidum,ſuperiori
parte durum ac lçve:inferiori autẽ fungoſa qua-
dam medulla repletum, quæ & leviter aſpera,&
ligni modo frequentibus venis diſtincta viſitur.
* Expetuntur Sepiæ oſſa aurifabris: facilè enim
in partem illam fungoſam annulorum cætera-
rumq; rerum formas imprimas, quæ metallis i-
gne colliquatis expleri ſolent. *Matthiolus.*

### *De marinis qualitate occulta alterantibus.*

Unionum pulvis contra cardiacum affe-
ctum valde pollet,modò veri & Orientales fue-
rint uniones. *Mizaldus.*

Bituminis ſuffitu,experimẽto certiſſimo
compertum eſt,ſive crudum ſit, ſive uratur,mu-
lieres utero ſtrãgulatas extemplò revocari.Quá-
obrem nonnulli fœminarum collo,quæ ei mor-
bo ſunt obnoxiæ, lana exceptum appen-
dunt,ut cerebro olfactu paro-
xyſmum arceat.
*Idem.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0067-7

## *De Animatis sine sensu à Terrestribus, hoc eſt, ex plantis & arboribus ſumptis: & primò de Foliis: Sectio IIX.*

**Folia** ſint latiores & tenuiores plantarum partes: eaq; aut

- Alterant *qualitate vel*
  - Manifeſta: *vel*
    - Conſervando: *& vel qualitate*
      - Prima: *& vel ſecundum*
        - Quantitatem
          - Temperata
            - Adianthum,
            - Aſparagus,
            - Attractylis, *&c.*
          - Intemperata
            - Calida in *gradu*
              - Primo —
                - Abſynthium,
                - Althæa,
                - Borrago,
                - Bugloſſum,
                - Beta, Braſſica,
                - Chamomilla,
                - Caſſutha,
                - Eupatorium,
                - Melilotus,
                - Malabathrum, Linaria,
                - Spica *nardi*,
                - Scolopendrium,
                - Symphytum,
                - Tuſſilago.
              - Secundo
                - Anethum,
                - Angelica,
                - Apium,
                - Artemiſia,
                - Betonica,
                - Chamæpitys,
                - Hypericum,
                - Hedera,
                - Lupulus,
                - Meliſſa,
                - Marrubium,
                - Myrrhis,
                - Ocymum,
                - Pimpinella,
                - Peucedanum,
                - Roſmarinus,
                - Salvia, Scabioſa,
                - Scordium, Stœchas,
                - Parthenium.
              - Tertio, Quarto, *&c. vide literam* A.
            - Frigida, *&c. vide literam* B.
        - Locum, *&c. vide literam* D.
      - Secunda, *&c. vide literam* F.
    - Corrumpendo, *&c. vide literam* I.
  - Occulta, *&c. vide literam* K.
- Purgant, *&c. vide literam* D.

- A.
  - Tertio
    - Abrotanum,
    - Anethum *aridum*,
    - Aſarum,
    - Agnus *caſtus*, Arum,
    - Amomum,
    - Ammi, Baccharis,
    - Dictamnum,
    - Cariophyllata.
    - Chamædrys, Carthamus,
    - Centaurium, Chelidonium,
    - Calamintha, Conyza,
    - Fœniculum, Juniperus,
    - Helenium, Hyſſopum,
    - Laurus, Majorana,
    - Mentha, Menthaſtrum,
    - Nigella, Oenanthe,
    - Origanum, Periclymenum,
    - Petroſelinum, Ptarmica,
    - Pulegium, Ruta,
    - Sabina, Serpillum,
    - Siſymbrium, Thymus,
    - Trifolium, Verbenaca,
    - Urtica.
  - Quarto
    - Allium, Lepidium,
    - Naſturtium,
    - Porrum,
    - Struthium,
    - Thapſia.

---

- B.
  - Frigida *in gradu*
    - Primo: *ut*
      - Atriplex,
      - Fumaria,
      - Lapathum,
      - Malva,
      - Myrtus,
      - Parietaria, *&c.*
    - Secundo
      - Blitum,
      - Chondrilla,
      - Lactuca,
      - Intybum, *ſeu* Endivia,
      - Cichorea,
      - Hyacinthus,
      - Oxalis, *ſeu* Acetoſa,
      - Plantago,
      - Polygonum,
      - Pſyllium,
      - Rhus *obſoniorum*,
      - Solanum, *&c.*
    - Tertio
      - Portulaca,
      - Mandragora,
      - Sempervivum,
      - Hyoſcyamus, *&c.*
    - Quarto
      - Cicuta,
      - Papaver.
  - Humida
  - Sicca
    - (Humida, Sicca:) *Vide in ſeqq. ſignum* C.

- C. FOLIA
  - Humida, *in*
    - Primo
      - Bugloſſum,
      - Intybum, Malva,
      - Helxine, *&c.*
    - Secundo
      - Atriplex,
      - Lactuca,
      - Blitum,
      - Portulaca,
      - Viola,
      - Nenupharis, *&c.*
  - Sicca, *in*
    - Primo
      - Beta, Braſſica,
      - Chamomilla,
      - Fœniculum,
      - Hyacinthus,
      - Malabatrum,
      - Myrtus,
      - Verbaſcum, *&c.*
    - Secundo
      - Artemiſia,
      - Anethum *viride*,
      - Braſſica *marina*,
      - Burſa *paſtoris*,
      - Caſſutha,
      - Equiſetum,
      - Gingidium,
      - Intybum,
      - Plantago,
      - Mentha,
      - Mentaſtrum,
      - Spica *nardi*,
      - Roſmarinus,
      - Verbenaca,
      - Virga *paſtoris*,
    - Tertio
      - Abrotanum *uſtum*,
      - Anethum *uſtum*,
      - Apium,
      - Aſarum,
      - Ammi,
      - Abſinthium,
      - Calamintha,
      - Chamædrys, Filix,
      - Hyſſopum,
      - Majorana,
      - Marrubium,
      - Millefolium,
      - Origanum,
      - Peucedanum,
      - Petroſelinum,
      - Pentaphyllum,
      - Polium,
      - Ptarmica, Rhu *obſoniorum*,
      - Ruta,
      - Sabina,
      - Salix,
      - Siſymbrium,
      - Trifolium.
    - Quarto
      - Allium, Naſturtium,
      - Ruta *ſylveſtris*,
      - Sinapi, *&c.*

D. Secundùm *locum*

- Calefaciunt
  - Caput
    - Betonica, Chamomilla,
    - Calamintha, Fœniculum,
    - Folium, Folia *lauri*,
    - Majorana, Melilotum,
    - Pulegium, Pæonia,
    - Ruta, Satureja, Salvia,
    - Serpyllum,
    - *Siler montanum*, *&c.*
    - Stœchas, *&c.*
  - Pectus
    - Betonica,
    - Capillus *Veneris*,
    - Hyſſopus, Meliſſa,
    - Praſſium,
    - Serpentaria,
    - Urtica,
    - Scabioſa, *&c.*
  - Cor
    - Borrago, Bugloſſa,
    - Meliſſa,
    - Folia *citri*, Enula,
    - Ocymum,
    - Roſmarinus, *&c.*
  - Stomachum
    - Abſinthium, Fœniculum,
    - Mentha, Serpyllum,
    - Salvia, *&c.*
  - Hepar
    - Abſinthium, Aſarum,
    - Eupatorium,
    - Fœniculum,
    - Fumus *terræ*,
    - Hyſſopus, Spica,
    - Origanum.
  - Splenem
    - Abſinthium, *Aſarum*,
    - Calamintha,
    - Cuſcuta, Thymus,
    - Eupatorium,
    - Naſturtium,
    - Scolopendria,
    - Epithymum, *&c.*
  - Renes *& veſicam*
    - Eruca, Parietaria,
    - Pentaphyllum,
    - Saxifragia,
    - Spica *nardi*,
    - Urtica, *&c.*
  - Matricem
    - Artemiſia, Calamintha,
    - Pulegium, Ruta,
    - Sabina, *&c.*
  - Juncturas
    - Coſtus, Eupatorium,
    - Chamomilla, Hypericum,
    - Melilotum,
    - Naſturtium,
    - Roſmarinus,
    - Ruta, Salvia,
    - Stœchas, *&c.*
- Frigefaciunt, *&c. Vide literam* E.

- E. Frigefaciunt
  - Caput
    - Fumus *terra*,
    - Folia *ſalicis*,
    - Juſquiamus,
    - Lactuca,
    - Lupulus,
    - Nenuphar, *&c.*
  - Pectus
    - Mora *Celſi*,
    - Papaver, *&c.*
  - Cor
    - Acetoſa,
    - Nenuphar,
    - Borrago, *&c.*
  - Stomachum
    - Myrtus,
    - Portulaca,
    - Prunella,
    - Solatrum,
    - Sempervivum, *&c.*
  - Hepar
    - Cichorium,
    - Endivia,
    - Lactuca,
    - Portulaca,
    - Solatrum,
    - Nenuphar,
    - Lupulus,
    - Fumus *terra*, *&c.*
  - Splenem
    - Lactuca,
    - Endivia,
    - Cichorium, *&c.*
  - Renes *& veſicam*
    - Endivia,
    - Lactuca,
    - Portulaca,
    - Plantago,
    - Nenuphar,
    - Sempervivum, *&c.*
  - Matricem
    - Endivia,
    - Lactuca,
    - Nenuphar,
    - Portulaca,
    - Sempervivum, *&c.*
  - Juncturas
    - Endivia,
    - Lactuca,
    - Hyoſcyamus,
    - Pſyllium,
    - Sempervivum,
    - Solatrum,
    - Myrtus,
    - Gramen,
    - Folia *ſalicis*,
    - Folia *vitis*, *&c.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0072-4
DFG

F. Secunda

- Aſtringunt: *ut*
  - Abſinthium, Amomum,
  - Agnus, Burſa *paſtoralis*,
  - Braſſica *cocta*,
  - Cypreſſus, Equiſetum,
  - Ebulus, Hypociſtis,
  - Hedera, Helxine,
  - Hieracium, Intybum,
  - Lauri *folia*,
  - Lyſimachium, Melilotum,
  - Myrtus, Mentha,
  - Oxalis, Polygonum,
  - Pentaphyllum, Pſillium,
  - Plantago, Portulaca,
  - Folia *quercus*,
  - Ruta, Rhu *obſon.*
  - Sempervivum, Salix,
  - Verbaſcum, Vitex, Vitis,
  - Aſperula *odorata*, &c.
- Aperiunt: *ut*
  - Allium,
  - Cepa,
  - Cyclaminus,
  - Dulcamara &c.
- Emolliunt: *ut*
  - Atriplex,
  - Althæa,
  - Cupreſſus,
  - Laurus,
  - Malva,
  - Pſillium, &c.
- Indurant: *ut*
  - Portulaca,
  - Lenticula *paluſtris*,
  - Sempervivum,
  - Solanum, &c.
- Extenuant: *ut*
  - Artemiſia,
  - Chamæmelum,
  - Hyſſopus,
  - Juniperus,
  - Pulegium,
  - Stœchas, &c.
- Diſcutiunt: *ut*
  - Abrotanum, *Althæa*,
  - Anethum, *Adianthum*,
  - Atriplex, Braſſica,
  - Chamæmelum,
  - Lilii *folia*,
  - Malva, Mentha,
  - Melilotum, Origanum,
  - Ruta, Stœchas,
  - Sampſuchum, &c.
- Extrahunt: *ut*
  - Anagallis,
  - Ariſtolochia,
  - Cyclaminus,
  - Dictamnus,
  - Porrum,
  - Thapſia, &c.
- Suppurant, &c. *Vide literam* G.

G.
Folia *alterantia qualitate ſecunda, aut*

- Suppurant: *ut*
  - Amomum,
  - Althæa,
  - Smyrnium, *&c.*
- Abſtergunt: *ut*
  - Anagallis,
  - Abrotanum,
  - Aſparagus,
  - Aſplenos,
  - Atriplex,
  - Abſinthium,
  - Beta,
  - Chamæpitys,
  - Caſſutha,
  - Lichen,
  - Marrubium,
  - Parietaria,
  - Salicis *folia, &c.*
- Glutinant, & *cicatricem ducunt: ut*
  - Althæa,
  - Anagallis,
  - Centaurium,
  - Chamæpitys,
  - Chamædrys,
  - Equiſetum,
  - Eupatorium,
  - Ebulus,
  - Fragaria,
  - Iſatis,
  - Myrthus,
  - Plantago,
  - Quinquefolium,
  - Symphytum *majus,*
  - Sanicula,
  - Tormentilla,
  - Verbenaca,
  - Herniaria,
  - Nicotiana, *&c.*
- Flatus *diſcutiunt: ut*
  - Abſinthium,
  - Allium,
  - Anethum,
  - Apium,
  - Chamæmelum,
  - Epithymum,
  - Fœniculum,
  - Juniperus,
  - Majorana,
  - Origanum,
  - Petroſelinum,
  - Ruta,
  - Squinanthum,
  - Spica *nardi,*
  - Smyrnium,
  - Seſeli, *&c.*
- Semen *generant: ut*
  - Horminum,
  - Eruca, *&c.*
- Menſes *movent, &c. Vide literam* H.

H. Menſes

- H.
  - Menſes *movent*: ut
    - Aſarum, Abrotanum,
    - Allium, Adianthum,
    - Amomum, Abſinthium,
    - Arthemiſia, Aliſma,
    - Ammi, Braſſica *ſativa*,
    - Betonica, Centaurium,
    - Chamæmelum,
    - Calamintha,
    - Chamædrys, Caſſutha,
    - Cyclaminus, Dictamnus,
    - Daucus, Gingidium,
    - Fœniculum, Hypericum,
    - Heliochryſos, Lapathum,
    - Majorana, Marrubium,
    - Meliſſa, Naſturtium,
    - Origanum, Ocymum,
    - Pulegium, Polium,
    - Petroſelinum, Oreoſelinum,
    - Raphanus, Ruta,
    - Roſmarinus, Smyrnium,
    - Salvia, Sabina,
    - Seſeli, Serpyllum,
    - Scordium, Thymus,
    - Trifolium, Vitex,
    - Urtica, &c.
  - Menſes *ſiſtunt*: ut
    - Burſa *paſtoris*, Fragaria,
    - Hyoſcyamus, *Limonium*,
    - Lyſimachia, Myrtus,
    - Nymphæa, Plantago,
    - Rubus, *Sempervivum*,
    - Symphytum,
    - Solanum, &c.
  - Venenis *reſiſtunt*: ut
    - Abrotanum, Abſinthium,
    - Allium, Adianthum,
    - Apium, Braſſica, Betonica,
    - Carduus *benedictus*,
    - Chamædrys, Cyclaminus,
    - Calamintha, Eupatorium,
    - Eryſimum, Fœniculum,
    - Juniperus, Lybiſticum,
    - Carlina, Marrubium,
    - Origanum, Pulegium, Polium,
    - Ruta, *Scordium*, &c.
  - Strumas *diſcutiunt*: ut
    - Adianthum, Aparine,
    - Althæa, Lupinum,
    - Lapathum, Meliſſa,
    - Galiopſis, Naſturtium,
    - Pentaphyllum, Scordium, &c.
  - Dolorem *mitigant*: ut
    - Anethum, Abſinthium,
    - Aſclepias, Atriplex,
    - Chamæmelum, Calamintha,
    - Centaurium *majus*,
    - Chamæpitys, Hyoſcyamus,
    - Lybiſticum, Lupulus,
    - Peucedanum, Petroſelinum,
    - Roſmarinus, Ruta,
    - Siſymbrium, Serpyllum,
    - Sampſuchus, &c.

I. Corrumpendo: *ſunt venena: ut*
- Aconitum, Cicuta,
- Dorycnium,
- Hyoſcyamus,
- Papaver *corniculatum*;
- Pharicum,
- Sardonia,
- Taxus, Thapſia,
- Toxicum.

---

K. Occulta: *ut*
- Perſonaria,
- Braſſica, Hedera,
- Hyoſcyamus,
- Ebulus,
- Trifolium, Aconitum,
- Pentaphyllum, *&c.*

---

L. Purgant
- Bilem
  - Flavam: *ut*
    - Abſinthium, Centaurium,
    - Lupus *ſalictarius*,
    - Mercurialis, Malva,
    - Perſici *folia*, *&c.*
  - Atram: *ut*
    - Sena, Fumaria,
    - Cuſcuta,
    - Epithymum.
- Pituitam: *ut*
  - Gratiola,
  - Peplion,
  - Daphnoides, *&c.*
- Aquam, *ſeu humores ſeroſos: ut*
  - Cyclaminus,
  - Ebulus,
  - Sambucus,
  - Chamælæa,
  - Eſula,
  - Tithymali *omnes*,
  - Pithyuſa, *&c.*

*De foliis*

### *De foliis temperatis.*

ADIANTHI duo ſunt genera, candidius & nigrum. Candidum (officinæ Capillũ Veneris, Germ. Frawen oder Venus haar, Hiſpan. *Cantrillo de pozo* appellant) puſilla gerit folia, ſimilia Coriandri, in ſummo inciſuris diviſa: cauliculi, quibus exoriuntur, nigro colore nitent, prætenues, palmum alti: radice ſupervacua: neque caulem, neque fructum, neq; florem profert. Nigrum (officinis Polytrichon & Trichomanes dictum) filici ſimile, ſed exilius: foliis lenticulæ, tenuibus, in ordinem utrinque digeſtis, adverſis in ſe, in ramulis tenuibus acerbis, fuſco colore ſplendentibus. Ambo umbroſis & paluſtribus, circa parietũ aſpergines, & fontium ſpecus enaſcuntur. Colligitur menſe Septembri. Conſervatur vix per annum. * Alvum ſubducit, bilem & pituitam dejicit, craſſaq; excrementa, quæ diu interioribus inhæſerunt. Pectus & pulmonem detergit, ſanguinẽ clarificat, bonum facit habitum, animam dilatat, & jecur & ventriculum purgat, præſertim ſi obſtructione laborent, tametſi ad eorum infarctus potentius ſit ejus dilutum ex apii, aut endiviæ aqua paratum, aut ex cicerum nigrorum jure, aut caprino ſero. Sed ſi addatur ſaccharum, lateris inflammationes ſanat, & urinam trahit. Ejus præterea decoctum frequentius potum calculos frangit, & fœminas à partu purgat. Hos autem effectus præbet calida tantùm facultate, quæ illi ineſt. At aſtringẽte vi, qua etiamnum pollet, defluxiones inhibet: fluentem ſanguinem ſiſtit, ventriculum roborat, & capillorum defluvium uſque adeò emendat, ut nõ modò eos cohibeat, ſed & renaſci faciat, præſertim emplaſtri modo impoſitũ, myrthino oleo, ladano, & auſtero vino additis. Idem præſtat & combuſti cinis: quinetiam ejus ex vino decoctum furfures reiteratis lotionibus depellit. Ejus cinis hæc omnia poteſt, & ægilopas curat. Ipſius diluti libra epota commodiſſimè alvus ſubducitur. *Dioſcor. Meſues, Saladinus, & Matthiolus.*

ASPARAGI (Ger. Spargen. Gall. *des Aſperges* dicunt) genera duo ſunt, ſativus & *ſylveſtris*. Sylveſtris Corruda dicitur: vulgaris eſt notitiæ. Sativus multis ramis fruticat, foliis fœniculi, longis, numeroſis: radice rotunda, grandi, ſpongiam habente: in hortis ſeruntur, & plantantur, inque nonnullis locis lapidoſis ſponte proveniunt. Colliguntur menſe Aprili. Non ſervantur diu, ſed virides tantùm in uſum veniunt. *Abſtergunt, jecur infarctu liberant, & maximè radices: dentium dolores ſanant. Stomacho utiles ſunt, urinam cient, & parum præbent alimenti: oculis claritatem adferunt: pectoris & ſpinæ doloribus proſunt. Venerem ſtimulant, & ventrem leniter molliunt: urinam fœtidam trahunt: regium morbum ſanant. *Dioſcorides, Galen. & Plinius.*

ATTRACTYLIS (Ger. Wilder feldſaffran.) ſpina eſt cnico ſimilis, folia multa longiora ferens in ſummis virgis, magna parte nuda, aſpe- A raque, qua fœminæ pro fuſis utuntur. capitula in cacumine ſpinis horrent: flos luteus, quibuſdam in locis purpureus invenitur: radix tenuis, ſupervacua. * Coma, ſemen, & folia cum pipere & vino teruntur utiliſſime contra ſcorpionum ictus. Percuſſos tradunt, quandiu ea teneatur herba, nullum experiri dolorem, ipſumq; depoſita ſtatim recrudeſcere. *Dioſcorides.*

### B *De foliis ſeu herbis calidis in gradu primo.*

ABSINTHII genera tria ſunt: vulgare, marinum, & ſantonicum. Vulgare ab aliquibus bathypicron (Germ. Wermuth: aut Gall. *Aloine*. Ital. *Aſſentio*. Hiſp. *Eucenſios* vocatur) herba vulgò cognita. Marinum, quod aliqui Seriphiũ vocant, copioſiſſimũ in Tauro monte juxta Cappadociam gignitur. Herba eſt tenuis, abrotani parvi ſimilitudine, referta minutulis ſeminibus, ſubamara, ſtomacho inimica. graviter olet, & C cum quadã calfactione adſtringit. Santonicum, quo Gallia alpibus finitima ſcatet, abſinthio vulgari non diſſimile: verùm ſubamarum eſt, non adeò ſeminis fœcundum. Eligitur vulgare, & potiſſimùm Ponticum & Romanum. Colligitur in Vere, vel principio æſtatis, & autumno, ante Solis ortum. Conſervatur autem per annum. Doſis ejus decocti aut infuſi potio eſt ab ℥ v. uſque ad viij. & pulveris ejus à ʒ ij. uſque ad ʒ iij. * Abſinthiũ calefacit & adſtringit. Bilem expurgat, quæ D & ſtomacho, & ventri inhæſit: urinam cit, & crapulam præſumptum arcet. ad inflationes ventris & ſtomachi dolores prodeſt: faſtidia diſcutit, arquatos ſanat, & febres diuturnas: menſes cit potum, &c. *Dioſcor. Meſue, & Saladinus.*

ALTHÆA, quam alii Ibiſcum, alii Biſmalvam, German. Eibiſch kraut. Gall. *Guimauve*. Itali verò *Malvaviſco* vocant, in ſylveſtrium malvarum genere eſt, cui folia ut cyclamino rotunda, lanugine caneſcunt: flore roſaceo: bicubitali E caule: radice lenta, intus alba. Althæa appellatur, quòd inter primas ſit utilis, & pluribus polleat remediis. Colligitur cùm floret, locis humentibus pinguibuſque. Conſervatur autem per annum. * Decocta in vino aut aqua mulſa, & per ſe cùm imponitur tuſa, efficax eſt contra vulnera: item ad ſtrumas, parotidas, abſceſſus, mammarum inflammationes, fracta, ſedis inflationes, nervorum rigores: ſiquidem diſcutit, & excoquit, rumpit, & ad cicatricem perducit. F Cocta (ut dictum eſt) adjecto ſuillo adipe, aut anſerino, terebinthinâve, ut malagmatis lentor fiat, facit ad vulvæ inflammationes, præcluſioneſq; in peſſis ſubdita. Decoctũ eodẽ fungitur munere: onera vulvæ, reliquiaſq; à partu extrahit. Decoctæ radicis ſuccus ex vino potus ſuccurrit urinæ difficultati, calculoſorum cruditatibus, dyſentericis, iſchiadicis, tremulis, ruptis: dentium mulcet dolorem, cum aceto decocta, colluto inde ore. Viride ſemen ſiccumque tritum, vitiligines in Sole cum aceto perunctas emendat. Eodem cum oleo & aceto peruncti, à

venenatis non feriuntur. Valet contra dyſente-
riam, & ſanguinis rejectiones, alviq; profluviũ.
In poſca aut vino decoctum bibitur, contra om-
nes veſparum, apum, ſimiliumq; aculeatos ictus.
Folia cum olei momento morſibus, & igni am-
buſtis illinuntur. Conſtat, aquam trita radice ad-
dita ſub divo addenſari. In ſumma, facultatem
habet digerendi, laxandi, phlegmone levandi,
mitigandi, concoquendi difficilia coctu tuber-
cula. *Dioſcorides & Galenus.*

Borrago officinarum, quaſi Corago, Bu-
gloſſum verum ſativum eſt: (Germ. Borretſch.
Gall. *Bourraches.* Ital. *Borrana.* Hiſp. *Borraia* di-
citur.) Verbaſco ſimilis, folium in terra ſparſum,
nigrius, aſperum, bubulas imitans linguas. Na-
ſcitur in campeſtribus & ſabuloſis locis. Julio
menſe colligitur. Herba non conſervatur.* Hu-
midæ calidæq; temperiei eſt. Itaq; vinis injecta,
lætitiæ ac hilaritatis cauſa eſſe creditum eſt. Sed
& iis, quæ ob faucium aſperitatem tuſſiunt, co-
ctum in melicrato convenit. Ajunt, eam quæ
tres thyrſos emittit, cum ſemine & radice tritã,
potamque, contra tertianos horrores prodeſſe:
quæ quatuor, ad quartanos: ea in vino decoqui-
tur. Herbam abſceſſibus utilem eſſe volunt: cor
confortat: ſanguinem bonum generat, &c. *Dio-
ſcorides, & Galenus.*

Buglossum Vulgare (Germ. Ochſen-
zung. Gall. *Bugloſo.*) folia habet longa, echio ſi-
milia, non uſque adeò lata, ut bubulas referant
linguas, minusq; humi depreſſa, quę potiùs è to-
to fermè ceſpite ſurſum aſpiciunt, nec aliqua ex
parte verbaſcũ, aut ſymphytũ alterũ repræſen-
tant. Naſcitur iisdem in locis, quibus Borrago,
eodemq; colligitur tempore, &c. *Matthiolus.*

Beta (Germ. Mangolt. Gall. *Iotte, bette.*
Hiſp. *Aſelgas.*) duorum generum eſt, candida &
nigra: ubique in hortis naſcitur frequentiſſima.
In Germania tamen habetur & ruſa, non modò
foliis, ſed etiam radice, quæ illi raporum oblon-
gorum magnitudine extuberat: colore adeò ru-
feſcente, ut ejus ſuccus vivum ſanguinem refe-
rat. Julio menſe & Auguſto fert tum flores, tum
ſemina. Colligitur recens. Non conſervatur.
* Nigra coquitur cum lenticula, ut ventrẽ ſiſtat:
quod magis radice ejus præſtatur. Candida al-
vo utilis eſt. Utraq; tamen propter nitroſum hu-
morem, quem habet in ſe, noxii ſucci eſt. Unde
ſuccus earum, cum melle naribus inditus caput
purgat, aurium doloribus auxiliatur. Decoctum
radicis & foliorum, furfures, lendesque deter-
get: perniones fotu mitigat. Crudis foliis vitili-
gines nitro antea perfrictas, alopeciarum inani-
tates ſcalpello prius exaſperatas, atq; depaſcen-
tia ulcera illini prodeſt. Eruptionibus papula-
rum, igni ſacro, ambuſtisque cocta medetur.
*Dioſcorides, & Matthiolus.*

Brassica (Germ. Köl. Gall. *Choux.* Ital.
*Cavoli.* Hiſp. *Verca.*) ſativa & ſylveſtris eſt. Sativa
in multiplici recenſetur genere. Eſt enim criſpa
& capitata, &c. ubiq; in hortis naſcitur. Non cõ-
ſervatur.* Alvo idonea eſt, ſi modò leniter fer-

A vefacta edatur, nam percocta alvũ ſiſtit, ſed mul-
tò magis bis cocta, aut quæ in lixivio coquitur:
ſtomachũ autem malè habet. acrior eſt æſtiva.
In Ægypto propter amaritudinem non eſtur.
Cæcutientibus & tremulis eſſe prodeſt. Sum-
mo cibo ſumpta, crapulam diſcutit, & vini no-
xam reſtinguit. Melior ſtomacho cyma, ſed
acrior, & ad ciendum urinam validior: ea condi-
ta, ſtomacho inimica eſt: alvum cõturbat. Cru-
dus ſuccus cum nitro & iri devoratus, alvum e-
B mollit: cum vino quoq; epotus, viperarum mor-
ſibus auxiliatur. cum fœnigræci farina, poda-
gris, & articulorum vitiis illinitur: prodeſt &
ſordidis ulceribus, & vetuſtis illitus: caput pur-
gat, narib. infuſus: menſes extrahit cum loliacea
farina inditus. Folia per ſeſe illita, aut cum po-
lenta trita, conferunt inflammationibus, tumo-
ribusq;: epinyctidas, ignem ſacrum, leprasq; ſa-
nant: carbunculos ex ſale rumpunt: fluentes ca-
pilles retinent. Cocta addito melle adverſus de-
C paſcentia ulcera, gangrænasq; valent. Lieno-
ſisque ex aceto cruda proſunt. Manſa devorato
ſucco, retuſam vocem inſtaurant. Decoctũ ejus
potu, alvum & menſes ciet. Flos poſt conceptio-
nem in peſſo ſubditus partum abortu vitiat. Se-
men ejus, præſertim quæ in Ægypto naſcitur,
potum tineas repellit. In antidota theriaca ad-
ditur. Faciei cutem, lentiginesq; expurgat. Vi-
rentes cauliculi cum radice cremati & adipe
porci vetuſto excepti, diuturnos laterum dolo-
D res mitigant. Sylveſtris verò braſſica, maritimis
præruptisq; locis, magna ex parte gignitur: ſati-
væ ſimilis, ſed candidior, hirſutiorque, amara.
Cujus cyma in lixivio cocta, ori non inſuavis.
Folia illitu vulnera conglutinant, & inflamma-
tiones, tumoresque diſcutiunt. *Dioſcorides.*

Chamæmelon, & Anthemis dicitur.
(Ger. Camillen. Hiſp. *Macanilla yerua conoſcida.*)
Ejus genera tria ſunt, tantum flore diſtantia: ra-
mi dodrantales, fruticoſi, alis multis concavi: te-
E nuibus foliolis, parvis, numeroſis: rotundis ca-
pitulis: floribus in medio aureis, forinſecus or-
biculato ambitu cãdidis, melinis, aut purpureis,
magnitudine foliorum rutæ. Naſcitur in aſpe-
ris, & juxta ſemitas. Colligitur Vere. Cõſervatur
per annum.* Vim habent radices, flores, & her-
ba, excalfaciendi, extenuandique, potu & inſeſ-
ſione: pellunt menſtrua, partus, urinam, calcu-
losque: adverſus inflationes & ilei tormenta bi-
buntur: bilem ſuffuſam expurgant: jecinorũ vi-
F tia ſanant. Decocto earum veſicæ foventur. Ex
omnibus his generibus ad calculos efficaciſſi-
ma eſt, quæ florem purpureum habet, cujus am-
plitudo majuſcula eſt. Hanc propriè heranthe-
mon vocant. Ea cui leucanthemo nomen eſt, itẽ
quæ chryſanthemon dicitur, vehementiùs urinã
ciunt. Ægilopiis illitæ medentur, cõmanducatæ
ulcerum eruptiones in ore ſanant. Nonnulli in
clyſteribus ex oleo utuntur, teruntq; in farinã,
ad abigendos febrium circuitus. Flores & folia
recondi debent, & privatim cuſa, in paſtillos di-
geri: radix quoq; ſiccari, dumque ingruit neceſ-
ſitas,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0078-8

ſitas, binæ partes herbæ dari, modò floris aut radicis pars una, modò contrà floris partes duæ, & herbæ una, permutatim duplicato pondere, alternis diebus. bibere autem oportet in vino mulſo diluto. *Dioſcorides.*

CUSCUTA, Græcis & recentioribus Caſſutha, Germ. Flachsſeiden/Filtzkraut/ Gall. *Goute de lin, ou agoure de lin* dicta, planta eſt capillaris, ſine foliis, reliquas plantas involvens & enecans. Florens edit albos quàm plurimos, à quibus ſemen tenue prodit. Cirri ruſeſcunt, vitiũ capreolis craſſitudine & facie pares. Nota eſt. Deligenda eſt, quæ in geniſta reperitur. Colligitur menſe Junio, Julio, & Auguſto. Conſervatur per annum, & ultrà. * Excalfacit ordine primo, ſiccatq; ſecundo. Abſtergit, & quadam cum adſtrictione roborat. Jecoris obſtructiones aperit: infarcti lienis vitia expedit: venas pituitoſis atq; bilioſis exonerat humoribus: urinã pellit. & regio morbo ſubvenit. Puerorum febribus auxiliatur: ſed diuturno uſu ventriculum gravat: quę tamẽ noxa tollitur, ſi aniſi momentum adjiciatur. Bilem dejicit, præſertim abſinthio admiſta. In quem uſum decoquitur, bibiturq; ejus decocti ſelibra, cum ſacchari ſeſquuncia. *Matthiolus.*

EUPATORIUM Grecorũ, vulgaris agrimonia eſt. Ger. Odermenig. Gall. *De lampatoire ou agremoine.* Eupatorium Avicennæ id eſſe creditur, quod vulgò Eupatorium appellant, foliis canabis ſylveſtris, & ſecundùm aquas creſcit: vulgò nota eſt. Eupatorium Meſuæ herba eſt amara, quibusdam camphorata, *aliis* herba giulia dicta: quæ Dioſcoridis ageratũ putatur. Cum itaque omnes hæ plantæ eupatorium appellentur, animadvertendum eſt, ne indifferẽter altera pro altera uſurpetur: ſed in Grecis compoſitionibus, agrimoniæ uſus eſt: in Avicennæis, Avicennæ: in Meſueis, Meſuæ eupatorium uſurpãdum eſt: ſinguli enim ſuo Eupatorio peculiares ac diverſas facultates tribuunt. Cæterùm eupatorium Dioſcoridis enaſcitur in uliginoſis locis, & in ſcrobium marginibus: Avicennæ verò & Meſuæ in campeſtribus. Colliguntur in fine Veris, vel principio æſtatis. Conſervãtur verò per annum, tam herba, quàm ſuccus. Decoctionis potio eſt ab ℥ iiij. uſq; ad ℥ vj. & pulveris ejus à ʒ ij. uſque ad ʒ iij. Et loco ejus ponitur in defectu ipſius abſinthii & aſari ana medium ponderis ipſius. * Calidum eſt in primo, ſiccum in ſecundo, eſt partium tenuium, incidendi extergendiq; facultatem obtinet. quocirca obſtructiones jecoris expurgat, hepar roborat. *Medici Florentini, Galenus, & Saladinus.*

MELILOTUS *ſive Sertula Campana*, Gulden klee Germanis, *oder unſer Frawen ſchüchlein.* Gall. *du Melilot*) flore eſt luteo, colore vicino croco, odorato. Laudatiſſima foliis conſtat minutiſſimis, pinguiſſimisq;: ſemen in ſiliquis teretibus profert rarum, rotundum, ſinapi minus, colore luteo. Ex his manifeſtum eſt, eam, quæ hodie in uſu eſt, non eſſe veram melilotum. non enim eſt odorata: niſi ex ejus genere ſit, quæ in Cãpania

A naſcitur, odore infirmo, ut ait Dioſcorides. *Diligentia* itaq; adhibenda eſt, ut vera habeatur. Hãc nonnulli trifolium illud eſſe arbitrantur, quod locis montoſis, ſterili ſolo, ad meridiẽ ſpectante naſcitur, foliis ciceri ſimilibus, minoribus, maculis quibusdam ſtellarum modo diſtinctis: flore luteo fulveſcente: ſemen exili ſiliqua, in cuſpidem deſinente flavum continetur. Tota planta graviſſimo eſt odore, theriacæ proximo, quam Hetruriæ incolæ herba bachia appellant, quòd

B ea infantium vermes enecant. Colligitur menſe Aprili. Conſervatur per annum. * Miſtæ eſt facultatis: habet enim quiddam aſtringens, ſed & digerit & concoquit: copioſior enim in eo eſt ſubſtantia calida, quàm frigida. Inflammationem omnem emollit, præſertim quæ in oculis, vulva, ſede, aut teſtibus erumpat, ſi ex paſſo cocta illinatur: interdum autem addito ovi luteo aſſato, aut fœnigræci farina, lini ſemine, aut polline, aut capitulis papaveris intybóve. Recentes melice-

C ridas per ſe cum aqua & ulcera manantia in capite illita cum creta Chia, vino, aut galla ſanat: ſtomachi dolores, & cruda, & cocta cum aliquo ex antè dictis levat: doloribus aurium mitigandis cruda ex paſſo inſtillatur: in aceto, aut roſaceo madefacta, capitis dolorem lenit. *Galenus, Dioſcor. & Medici Florentini.*

MALABATHRUM arbitrantur aliqui eſſe Indici nardi folium, falſi quadã odoris cognatione: permulta enim nardum olent, quemadmo-

D dum phu, aſarum, iris. *Secus* autem res ſe habet: namq; Malabathrũ folium ſui generis eſt, quod Indicæ gignunt paludes, lentis paluſtris modo innatans aquis, ſine radice. Id collectum ſtatim lino tranſuitur, & ſiccatum reconditur. Tradunt, ſiccatis æſtivo fervore aquis, humum aridis fruticibus uri: quod ubi non evenerit, ne amplius quidem renaſci. Laudatur recens, ex candido nigricans, integrũ, nec fragile, odore caput feriẽs, quod diu inſuavi odore permaneat, & nardũ ſa-

E pore imitetur, nullo ſalis guſtu. Infirmum verò, & minutim contuſum, præſertim ſi carioſum virus olet, vitioſum eſt. * Eaſdem cum nardo ſortitur vires: ſed efficacius omnia preſtat. Urinã vehementiùs ciet, ac ſtomacho magis prodeſt malabathri vis. Lippitudinibus, inflammationibusq; tritum, & in vino fervefactum commodè illinitur. Subditũ linguæ, oris halitum & ſuavitatem commendat. Veſtium quoq; odorem interpoſitum ſervat, & ab eroſione tuetur. *Dioſcor.*

F An *Folium & Malabathrum* ſit una atq; eadẽ res, pluribus poſſet diſputari. Nam ſi deſcriptionem Dioſcoridis inſpiciamus, nullam eſſe differentiam inter hæc duo apparet. Ait enim, Malabathrum eſſe frondem quandam, quæ innatans aquæ in paludibus Indiæ ſine radice, quẽadmodum Lens paluſtris vivat. Unde cùm tota planta nihil aliud ſit, quàm frõdes, videtur potuiſſe abſoluté appellari foliũ, & hac ratione Medici nũc hoc, nunc illud nomen uſurparunt: idq; eò magis, quòd neq; Dioſcorides, neq; Galenus peculiarem de Folio mẽtionem fecerint: quod patet

ex deſcriptione Theriacæ: nam in ea, quam ex-
ponit Galen.in 17.cap.lib.1.de Antidot.verſibus
hexametris, accipitur Folium, in aliis nonnullis
folia Malabathri, & in ea quæ ſecundùm Andro-
machi junioris ſententiam deſcribitur, abſolutè
Malabathrum nominatur. At cùm in Dioſcor.
lib.2. cap. de viperis reperiam, ad conciliandum
odorem viperis adjici aliquid Folii vel Malaba-
thri, dubiũ me reddidit an ſint res diverſæ: cùm
præſertim Gal.lib.7. & 8.de ſimpl.Medicamen-
tis, in duobus locis vocet Folia Malabathri. Sæ-
piùs quoq; videmus in compoſitis Medicamen-
tis veterum, aſſumi frondes Malabathri. Unde
ſatis certum eſſe videtur, alias etiam partes præ-
ter frondes habere, quemadmodũ patet ex mul-
tis compoſitionibus Theriacę, & peculiariter ex
illa, quæ eſt Andromachi ſenioris, item Damo-
cratis, & Aëtii, in quarum unaquaq; accipiuntur
frondes Malabathri. Sed hic nõ eſt locus ut hanc
dubitationem ſolvamus. nam quicquid ſit, hac
ratione nec Folium, neq; Malabathrum inveſti-
gabimus: quoniã nec unum, nec plura ſimplicia
afferuntur ad nos, quæ indicare nobis verũ Fo-
lium aut Malabathrũ poſſent. Ac tametſi video
eſſe quoſdam excellẽtiſſimos viros noſtro tem-
pore, in ea opinione, quòd iſtæ frondes, quæ af-
ferũtur inſtar plantaginis, ſed cum tribus ſolum-
modò nervis, ſapore & odore aromatico, ſint
veræ Malabathri frondes, adducti nõ levibus ra-
tionibus, quæ cõfirmantur autoritate iſtius Gar-
ziæ, qui nuper librũ de Aromatibus Indiæ com-
poſuit, qui & ipſe hoc aſſeverat, & ſeipſum vidiſ-
ſe, recentes ipſius plantas dicit: nihilominus ego
huic opinioni aſſentiri nequeo, nã guſtus neceſ-
ſe eſt ut ſit verus hujus rei judex. Cumq; Dioſc.
velit, Malabathrum eſſe odore & ſapore ſimili
Nardi Spicæ, & Galen.quoq; dicat ſimilimã fa-
cultatem cũ Nardo habere, 7. & 8. lib. de ſimplic.
Medicamentis, imò tanta ſit ejus cum Nardo ſi-
militudo, ut nonnulli (ſicuti Dioſc.vult) hanc ſo-
lam ob cauſam exiſtimaverint hæc folia eſſe ex
planta Nardi Indici. Sed ſi verũ fateri volumus,
cùm non reperiãtur in hiſce Foliis trinerviis, ut
ita dicã, quæ vulgò ſub nomine Folii Indici cir-
cumferũtur, neq; ſapor, nec odor Nardi, non vi-
deo quo pacto mihi perſuadere poſſint, has frõ-
des eſſe veri Malabathri dicendas. Quod verò
Garzias ſuã interponat fidem, volo quidẽ ipſius
cauſa hoc non negare, ſed tamen hac ratione, ut
de mea ſententia nõ recedam. Nam cùm depin-
gat ille frondes Caſſiæ eadem forma prorſus, cũ
illis Malabathri frondibus, dicam propterea eas
quæ huc afferuntur eſſe Caſſiæ, quod confirmat
ſapor illarũ, planè ſimilis ſaporis Cinamomi vul-
garis, quemadmodũ anteà in Cinamomi expo-
ſitione indicavimus, & quòd frõdes Malabathri,
quæ debent ſaporem & odorẽ Nardi referre, re-
maneant adhuc in finib. natalis ſoli, & commu-
niter ad nos non afferantur. Garziã verò, qui eas
in Hiſpania vel Italia vidẽs, poſtea in India fron-
des Malabathri quoq; cõſpexerit, deceptum iſta
ſimilitudine, exiſtimaſſe eas, quæ in *Italiam* ap-

A portantur, provenire ex iſta planta. De qua ta-
men re cogitabo diligentiùs, ſi librũ ipſum Gar-
ziæ, quem nondum videre licuit, nactus fuero.
Ferdinandus Imperatus mihi mõſtravit duo ge-
nera iſtarum frondium, quæ vulgò Folium Indi-
cum nominãtur: quorum unum, ut diximus, ſa-
porem habebat Cinamomi vulgaris: alterum di-
verſum planè ab illo priore, quanquã & ipſum
aromaticũ: formam autem habebant ſimilimã.
Nec tamẽ dici poteſt, alterum genus eſſe Mala-
B bathrum, cùm ſapor Nardi non adſit, quare pu-
to potiùs eſſe ſpeciem Cinamomi minùs boni.
Cùm itaq; careamus & Folio & Malabathro, (ſi
fortè ſint res diverſæ) neceſſe eſt nos ad ſucce-
daneũ confugere: & ponentes modò eſſe res di-
verſas, cum Galeno dicamus, rectè illius loco ac-
cipi Nardum ob maximam ſimilitudinẽ, quam
habent in ſapore, odore, & facultatibus cæteris,
ex quibus omnes neceſſarię conditiones in ſub-
ſtituendis Medic. hauriuntur. Liber de ſucceda-
C neis Galeno adſcriptus rectè putat pro Malaba-
thro Nardũ accipi: quanquã poſtea quędã omit-
tit. Nam cùm dicat Dioſcor. Malabathrum qui-
dem habere facultatem Nardi, attamen eſſe in
omnibus validius, ac inprimis ad ventriculũ ro-
borandum, & provocandũ urinam, (quod pro-
cul dubio ex ipſius caliditate majore oritur) ideo
melius ſuccedaneum, quàm Nardũ Celticã ha-
bere non poterimus: cùm idem Dioſc. illi attri-
buat in corroborando ventriculo, & provocãda
D urina eaſdem vires, & Gal. quoq; aſſerat eſſe nõ-
nihil calidiorẽ. Unde colligi poteſt, Celticã eſſe
calidam & ſiccam in 2. gradu, in quo etiam Ma-
labathrum ab Avicen. collocatur. Præterea cò
rectiùs in Trochiſcis Hedychroi Nardus Celti-
ca uſurpatur, quia ſi Indica acciperetur, bis in
hac compoſitione illa quoq; poneretur. At in
Theriaca, quoniã Malabathrũ quoq; reperitur,
accipi poſſet Nardus, addendo tamen aliquid
põderis, ut exæquetur quod in Malabathro ma-
E gis eſt efficax: & hoc eſſet fortaſſe tertia inſuper
ejus pars. Et quanquam hic Nardus rurſum aſſu-
matur, neceſſe eſt tamẽ nos facere ut poſſumus:
nam aliud nihil rectè ſubſtitui poteſt, niſi Nar-
dus mõtana fortaſſe inveniretur, quæ loco Cel-
ticæ, cùm ſit ejuſdem facultatis ſecundũ Dioſc.
accipi poſſet: quæ ſi eſſet nonnihil debilior, (ut
ait Gal.) nihilominus addi poſſet dupla, tertia,
aut quarta inſuper ejus pars, ut par eſſet eorum
vis, ſicuti fieri ſolet in Caſſia, loco Cinamomi.
F Nec impedit nos, quòd frondes unius, alterius
verò radices ſint, nam utrunque poteſt teri, & de
Celtica quoq; in uſu ſunt cauliculi (ut Dioſc. ſcri-
bit) unà cum foliis ejuſdem naturæ. Fieri etiam
poteſt, ut pro Malabathro ſubſtituatur eadem
ratione Phu: nam ita refert Nardum, ut nõnulli
propterea Nardum ſylveſtrem vocaverint, cali-
dumq; & ſiccum ſit in ſecundo gradu, quemad-
modum & Malabathrum, ſicuti nos manifeſtis
argumentis declaravimus in noſtris comment.
in Dioſcor. ad quas remittimus Lectores. Unum
hoc addamus, Gal. 8. de ſimplic. Medic. voluiſſe
faculta-

facultates Phu colligi de iis, quæ dicta eſſent de Nardo Indica, ſimili planè facultate prędita, nec in alio differente, niſi quòd Phu ſit validius. Unde colligitur, Phu & Nardum Celticã eſſe ejusdem gradus, & ſimilis naturæ, & pariter pro Malabathro poſſe accipi. *S*uperioribus annis Veneti & Bononienſes loco Malabathri acceperunt Macim, illud reticulum quod involvit nucem Muſcatam: quæ tamen ſubſtitutio non ita videtur eſſe approbanda, quia multùm hæc inter ſeſe differunt. Malabathrum enim multas habet partes terreſtres, quæ ſi leviter coquantur, omnem odorem amittunt: Macis verò eſt oleaginoſum & pingue, & bulliendo parum vel nihil de illo abſumitur. unde videtur, quòd in ſubſtitutione plane non ſint ejusdem generis. Omitto aliorum opinionem, qui affirmant, Macim eſſe calidum & ſiccum in tertio ordine, idq; ex ſua acrimonia conjiciunt: quare uno gradu ſuperabit Malabathrum: cùm inſuper Macis habeat neſcio quid Nardini, id eſt, ſaporem & odorem jucundum, commiſtum cum aliqua tamen ingrata qualitate, ut in Phu & Nardo Celtica, Indica, & Montana quoq; deprehenditur: unde proxime ad Malabathri naturam accedunt. Ideo illos quoq; non probamus, qui pro Malabathro ſubſtituunt Caſiam Græcorum, quam tamen ipſam non ita facilè rejiceremus, ſi aliter facere non poſſemus.

Osyris, quòd foliis & caule lini faciem repræſentat, officinis Linaria, Germ. Flachskraut/Harnkraut appellatur, frutex eſt niger, ramulos ferens tenues, lentos, fractuq; contumaces: & in his folia quaterna, quina, ſenáve, ceu lini, nigra in initio dein colore mutato rubeſcentia. Hujus flores numeroſi à medio uſq; ad ſummum viſuntur, ſylveſtris cumini ſecundi generis modo: verùm in hoc purpurei ſunt, in illa ſubluteí. Paſſim in campeſtribus provenit. Floret ęſtate tota, & autumno. * Decoctum ejus potum, juvat arquatos. *Dioſcor. & Matthiolus.*

Nardum officinæ Nardis Spicam appellant ejus genera duo: unũ Indicum, alterũ Syriacum vocatur: nõ quòd in Syria proveniat, ſed quòd montis, in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. Nota eſt. Eligitur Syriaca dicta: cujus hę ſunt notæ, ut ſit brevi ſpica, largam gerens comam, colore flava, odorata, aliquantulũ redolens cyperum, amaro ſapore, linguam ſiccante, quæ diu in ſua odoris gratia permaneat. Adulteratur ſtibio cum aqua aut palmeo vino ponderis causâ inſpirato. Sed ex præcedentibus notis dignoſcitur. Madefacta etiam vendi ſolet: quod vitium ex eo deprehenditur, quòd candida ſit ſpica, ſqualida, nulloque pulvere obſita. * Excalefacit exceſſu primo, & deſiccat ſecundo jam completo. Compoſita eſt ex aſtringente ſufficienter ſubſtantia, & acri calida non multa, & quadam leviter amara. * Urinam movet, alvum potu ſiſtit: vulvæ profluvia, ſaniemq; appoſita ſupprimit. Nauſeæ ex aqua frigida auxiliatur, & ſtomachi roſionibus, infla-

A tioni, jecinori, regio morbo, renum vitiis. Aquæ autem incocta fotu ad inſeſſum, vulvæ inflammationibus medetur: ad glabras oculorum genas valet: ſiquidem eas ad denſiorem pilum reducit. perfuſis humore corporibus inſpergitur. Miſcetur antidotis, & in fictili novo non picato ad ocularia medicamenta reconditur, trita in farinam, aut cum vino in paſtillos coacta. Cæterùm longè ab omni Nardo diſtat noſtra Nardus vulgaris, (Spica nardi vocata) cujus etiã generis

B ea eſt planta, quam aliqui vulgò appellant Lavanda, alii verò Lavendula: adeò ut hæc fœmina, illa verò mas in eo genere à quàmplurimis vocitentur. Mas folio conſtat latiore, longiore, craſſiore, robuſtiore, albidioreq; quàm fœmina. Sed utraq; planta fruticoſa, & roſmarini modo innumeris referta eſt foliis: e quorum medio juncei exeunt cauliculi, quadranguli, tenues, dodrantalem longitudinem excedentes: in quorum cacumine flores exeunt ſpicati, colore pur-

C pureo, quamvis in fœmina dilutiores, patentioresq;, odore fragrantes, verum uſq; adeò acuto, ut nares feriat. Colliguntur ambo menſe Majo, vel Junio. Conſervantur verò per annum. * Excalefaciunt & exiccant ordine ſecundo completo, vel tertio inchoante, viribus à nardis omnibus non longè recedentibus. Conferunt omnibus cerebri ægritudinibus à frigido provenientibus: convulſis, reſolutisq; auxiliantur: ventriculũ roborant, & jecur ab infarctu liberant. quin

D & obſtructos lienes juvant: uterum calefaciunt, & menſes, & ſecundas educunt. Fit è florib. ſtillatitiũ oleum vitreis organis, quod proprie unguentarii vocant Oleum Spicæ, odoris adeò acerrimi, ut cætera odoramenta ſuperet. *Dioſcor. Galenus, & Matthiolus.*

*Nardus* Indica, tam per ſe quàm ſuccedanei loco in Theriacã accipitur, quare opus eſt conſideratione hac in parte diligenti, & videndum an Spica Nardi, quæ in officinis habetur, ſit vera

E nec ne: quæ tametſi radix ſit, propter ſimilitudinem tamen vocatur Spica, ſecundùm Gal. lib. 1. de Antidotis: obſervandum quoq;, ne coctione de ſua integritate aliquid deceſſerit, & adulterata ad nos afferatur. Nam olim unguentarii quoque per decoctionem id, quod optimũ erat, extrahebant, reliquum verò rurſum planè expers ſaporis & odoris vendebant, idq; noſtro tempore facilè etiam poſſet cõtingere. Quapropter tutius erit de eo accipere, ubi adhuc aliquid terræ

F odoratæ adhæret: nam tametſi ad illud coctum quoq; aliquid item terræ addi queat, ea tamen omni odore deſtituta eſt. Dubitari etiam poteſt, an Nardus una eademq; res ſit cum Spica, quia à Galeno 9. lib. de compoſitione Medic. ſecundùm loca, cap. 4. ubi tractat de medicamentis colicis Andromachi, in unam eandemq; compoſitionem accipitur Nardus & Spica, tanquam res diverſæ. Et in principio 8. libri de compoſitione Medic. ſecundùm loca, Unguentum Spicatum & Nardinum, tanquam inter ſe diverſa ponuntur. Sed propter unum vel alterum hunc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0081-4

locum, ab eo; quod tamen multorum aliorum autoritate receptum eſt, recedere nõ debemus. quanquam non improbandum ſit, talibus quæſtionibus excitari ingenia, & offerri occaſionem cogitandi de multis utilibus rebus accuratiùs.

*Nardus* Celtica jam advehitur ad nos, quanquam à multis nondum cognoſcatur. Obſervandum autem eſt, tantùm radices & ſtipites accipiendas abjectis frondibus tãquam inutilibus, ut Dioſc. docet. Præſtantius quoq; eſt magis recens, odoratum, multis radicibus cohærens, fractu cõtumax, & plenum. Quod ut diutius aſſervari poſſit, Dioſc. tempore ita præparabatur. Radices & caules contundebantur & cum vino in paſtam redigebantur, unde Trochiſci facti in fictili recenti bene cooperto ſervabantur. Hoc tamen non ſolum hodie non obſervatur, ſed etiã frondes & radices, quæ magna ex parte ſunt fragiles & flaccidæ, unà accipiuntur. Et credibile eſt ideò in paſtillos fuiſſe redactum, ut vires ipſius, quæ alioqui facile & celeriter exhalabant, diutius integræ ſervarentur, ideoq; vinum addebãt. At ſi recentes radices haberi poſſent, illæq; ſtatim uſurparentur, non opus eſſet priùs Trochiſcos formari. His itaq; de cauſis magna diligentia, quam hucuſque non puto eſſe adhibitam, in hac planta colligenda opus eſſe videtur.

S c o l o p e n d r i u m verum, Aſplenum, Ceterach & Hermionitis vocatur: Ger. Miltzkraut. Hiſp. *Doradilla*: vulgaris verò Phyllitis & lingua cervina eſt. Eligitur verum & legitimum, quod foliis eſt multis, ſcolopendræ animali ſimilibus, ab radice una prodeuntibus. Naſcitur in parietibus, ſaxisq; ſiliceis & opacis: nec caulem, nec florem, nec ſemen habet. Folia polypodii modo dividuntur, ſubtus flaveſcentia hirſutaque, ſupernè viridia. Colligitur menſe Septembri. Conſervatur per annum. * Vim hanc habent folia, in aceto fervefacta, ut per dies quadraginta pota lienẽ abſumant: quibus etiam contritis lienem ex vino illini oportet. Stranguriæ & regio morbo prodeſt, ſingultum ſedat, calculos in veſica comminuit. Conceptum adimere creditur per ſeſe, aut cum muli liene appenſa. Tradunt noctu, ſilente Luna, hujus rei gratia effodiendam. *Dioſcor.*

S y m p h y t i duo ſunt genera: primum petræum, alterum conſolida major. Ger. Wolwurtz. Gall. *de la Conſyre* nuncupatur. Petręum naſcitur in petris, ramis tenuibus, parvis, origano ſimilibus: capitulis & foliis thymi: lignoſum totum, odoratum, guſtu dulce, ſalivam ciẽs: longa radice, ſubrufa, digitali craſſitudine. * Decoctum in aqua mulſa & potũ, pulmonis vitia purgat: ſanguinem rejicientibus, & renũ malis ex aqua datur: ad dyſenteriam, rubraq; fœminarum profluvia in vino decoctum: ad convulſa verò & rupta, ex aceto mulſo bibitur. Quin & commanducatum ſitim ſedat, faucibus aſperis ſubvenit, vulnera recentia, enteroceleſq; conglutinat & illitu cohibet. Carnes autem cum ſymphyto decoctæ coaleſcunt. Alterum, quod Conſolida major vocatur, caulem emittit bicubitalem, aut majorem, craſſum, levem, anguloſum, ut ſonchi, inanem: circa quem brevi intervacante ſpacio, folia exeunt anguſta, bugloſſo proxima, oblonga, hirſuta: caule ſecundùm angulos quoſdam ſtriato: foliis tenuibus, ex alarum ſinu prodeuntibus: in quibus flores lutei, & circa caulem velut verbaſci ſemina emicant. Tam caulis, quàm folia aſpera lanugine horrent, tactuque pruritum concitant. Radices demittuntur foris nigræ, intus candidæ, viſcoſæ, quarum eſt uſus. Tritæ & potæ cruentis excreationibus, ruptisq; proficiunt: recentia vulnera illitæ conglutinant. carnes quoq; ſi concoquantur, cogunt additæ. Inflammationibus, præſertim ſedis, cum ſenecionis foliis, utiliter illinuntur. Colliguntur ambo menſe Auguſto & Septembri. Conſervantur per annum. *Dioſcor.*

T u s s i l a g o Hetruſcis, vulgò dicitur Farfara, & Farfarella, Ger. Hufflattich. Gal. *Pas d'aſne.* Hiſpan. *Unna de aſno, farfaro.* Ei folia ſunt majuſcula, quàm hederę, ſex aut ſeptem à radice, ſubalbida à terra, ſupernè virentia, in plures angulos exeuntia. Caulis palmum altus, flos luteus, Vere prodit, quo unà cum caule confeſtim exuitur: inde nonnulli his vacare exiſtimarunt. Radix tenuis eſt, & ſupervacua. Naſcitur in amœnis & riguis. * Folia ex melle trita igni ſacro, & omnibus inflammationibus illitu medentur. Arida ſuffitu, ita ut fumus per infundibulum hianti ore rapiatur, hos ſanant, qui ſicca tuſſi atque orthopnœa infeſtantur: pectoris vomicas rumpunt. Eundem effectum præbet ſuffita radix. decocta in hydromelite, & pota, emortuos partus ejicit. *Dioſcorides.*

## *De foliis ſeu herbis calidis in ſecundo.*

A n e t h u m (German. Dillkraut. Gall. *Anet.* Hiſp. *Aneldo.* Ital. *Anetho.*) hortis omnibus frequentiſſimum, omni ex parte fœniculum æmulatur, excepto guſtu. * Calidum eſt in ſecundo, & ſiccum in primo. Digerit, dolorem ſedat, ſomnum conciliat, & crudos & incoctos humores concoquit. Aridi anethi, comæ, ſeminiſq; decoctum, potu lac evocat: inflationes & tormina ſedat: alvum vomitioneſque ſiſtit: urinas ciet: ſingultus lenit: oculorum aciem hebetat, genituram reſtinguit, aſſiduè potum. Decoctum ejus fœminis vulvæ malo opportunis, ad deſeſſiones utile. Condilomata illitus ſeminis cremati cinis tollit. Colligitur menſe Majo. Conſervatur verò per annum. *Galen. & Dioſcor.*

A n g e l i c a (Ger. Angelick. Gall. *Angelic.*) cubitalem excedit altitudinem, caule geniculato, inani, multis alarum cavis referto: folia profert oblõga, per ambitum ſerrata, in nigrum vireſcentia: flores albos, in umbellam cohęrentes: è quibus ſemen prodit tenue, lentium modo cõpreſſum. Radix ei ſubeſt craſſa raphani modo, quæ in plures divaricatur ramos, guſtu acris, & ſuaviter odorata. * Excalefacit, pariterque deſiccat ordine ſecundo completo, aut tertio incipiente. Proinde aperit, attenuat, & diſcutit. Venenis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0082-0 DFG

nenis mirificè adverſatur: quare peſtilentiam arcet hauſta, aut frequenter commanſa. Ipſa per ſe ſumpta, pituitoſos lentosque humores digerit. Idem præſtat & radicis decoctum, quod etiam celeriùs ex frigore tuſſientibus auxiliatur: expectorat enim efficaciter craſſam lentamq; pituitam. Sanantur eodem ex aqua aut vino interna viſcerum ulcera, cõcretusq; ſanguis diſſolvitur, & roboratur ventriculus. Radix in pulverem trita animi deliquiis, & cæteris cordis affectibus opem unicè præſtat. Valet ad rabioſorum & venenoſorum morſus, exteriùs cum ruta impoſita, & intrò in corpus aſſumpta. Hinc fit, ut recẽtiores quidam magna opinione hanc ſuis inſerant antidotis. *Matthiolus.*

Apium vulgare à Dioſcoride Eleoſelinum dicitur, Germ. Eppich. Gall. *Perſil.* Ital. *Petroſemolo.* Hiſp. *Perexil* petroſelino grandius. In humidis naſcitur locis. Menſe Junio & Julio tum flores, tum ſemina profert. * Calidum eſt in ſecundo. Urinas & menſes ciet. Flatus quoque diſcutit, & magis ſemen, quàm herba ipſa. *Galenus & Dioſcorides.*

Artemisia (Ger. Beifuß/Bucken, Gall. *Armoiſe.* Hiſp. *Artemiſa.*) magna ex parte in maritimis, item in locis incultis aſperisq; naſcitur, abſinthii modo fruticoſa, majoribus & pinguioribus foliis, ramisque. Hujus quidem genera duo: unum lætius, habitiusque, foliis, virgisq; latioribus: alterum tenuius, flore parvo, tenui, candido, graveolente. Æſtate floret. Sunt, qui in mediterraneis unicaulis nomine appellent tenuem herbulam, ſimplici caule & minuto, floribus ſcatente tenuibus, flavo colore. hæc jucundiorem, quàm præcedens efflat odorẽ. Colliguntur ambo cœlo ſereno, in meridie, vel ante, menſe Junii. Conſervantur per annum in ſaccis lineis. * Utraq; excalefacit, extenuat, fervefactæ convenienter in muliebres deſeſſus adjiciuntur, ad detrahendos menſes, partus, ſecundasque: item ad præcluſiones vulvæ & ejusdem inflammationes: calculos comminuunt, remoratam urinam cient, menſes pellunt pube illitæ. Succus vulvæ inditus ex myrrha, eadem quæ inſeſſio trahit. Coma tribus drachmis eorundem educendorũ gratia bibitur. *Dioſcor.*

Cestron Pſychotrophon (Ger. Betonien, Gall. *Betoine, ou Vetoine*) vocitatur, quoniam frigidis locis inveniatur: Latini Betonicam appellant. Herba eſt caulem ferens tenuem cubiti altitudine, aut majorem, quadratum: folia quercus, mollia, lõga, in ambitu diviſa, odorata, prope radicem majora: in ſummis caulibus ſemen veluti ſaturejæ, ſpicatum eſt. Decerpta hujus folia ſiccantur plurimos ad uſus. Radicibus nititur, ut veratri, tenuibus, quæ ex hydromelite in potu pituitoſam vomitionem evocant. Folia dari debent ruptis, convulſis, mulieribus vulvæ malo opportunis, & ad laxandos uteri ſtrangulatus, denarii pondere cum hydromelite: tres in vini ſextario drachmæ cõtra ſerpentum morſus ebibuntur. Herba magna utilitate illatis à ſerpente

**A** vulneribus illinitur. adverſus etiã venena drachma ex vino pota convenit: præſumpta ea, ſi venenum hauriatur, nihil nocebit. Urinam ciet, alvũ ſubducit. Medetur comitialibus & inſanis, pota ex aqua: & jecinoris lienisq; vitiis drachmæ pondere in aceto mulſo. concoctionem adjuvat, ſi quis cum fabæ magnitudine ſecundum cœnam cũ melle cocto devoraverit: modo conſimili acida ructantibus propinatur. ſtomachicis eam manducare, & ſuccum devorare proderit, ſi
**B** poſtea dilutum vinum ſorbeatur. Datur ſanguinem excreantibus, tribus obolis cum diluti vini cyatho: iſchiadicis, renum & veſicæ doloribus, ex aqua: aquæ inter cutẽ binis drachmis ex hydromelite, ſi febricitant: ſin aliter, ex mulſo. regio morbo laborantes recreat: menſes pellit, drachmæ pondere cum vino pota. alvum purgant drachmę quatuor potę in hydromelitis decem cyathis. facit cum melle ad tabem, & purulentam excreationẽ. Pariendi celeritatẽ affert,
**C** uteriq; cruciatus à frigiditate cõceptos mulcet, ſi ex aqua calida, aut mulſo duarum drachmarũ pondere propinetur. Naſcitur in pratis & mõtibus mundis, & opacis, circa frutices. Colligitur menſe Junii. ſiccatur in umbra. Conſervatur per annum. *Dioſcorides.*

Ajuga (quam Græci Chamæpityn, vulgus herbariorum Ivam Arthriticam, Ger. Feldcypreſſen. Hiſp. *Pinillo.* Ital. *Iva* appellãt) herba in terra repẽs, ſubcurva: foliis ſempervivi
**D** minoris multò tenuioribus, hirſutis & pinguioribus, circum ramos frequentibus, odore pinus: flore tenui, luteo, vel candido: radicibus cichorii. *Expurgat, abſtergitq; viſcera plus quàm calefacit. Folia ſeptem diebus in vino pota regio morbo medentur: & quadraginta diebus ex hydromelite iſchiadicos ſanant. Dantur peculiariter urinæ difficultatibus, jecinoris & renum vitiis: torminoſis proſunt. Ea apud Heracleã Ponticam, perinde atque antidoto, contra aconitum
**E** utuntur, bibentes decoctum. Ad antedicta illinitur, cum polenta jure decocti ſubacta. Trita in farinam, & cum fico in pilulis ſumpta, alvum emollit: excepta melle cum ęris ſquama & reſina dejicit. appoſita ex melle, vulvæ vitia extrahit: mammarum duritias diſcutit: vulnera glutinat: ulcera quæ ſerpunt, cum melle illita, cohibet. Alterum eſt genus ajugæ cubitalibus ramis, in anchoræ ſpeciem incurvatis, prætenuibus: coma ſupradictæ, flore candido, ſemine nigro. hæc
**F** etiam pinũ redolet. Tertia mas nominatur, parvula foliis exilibus, albis, ſcabris, caule aſpero, candido: luteis floſculis, ſemine juxta alas. reſipit & hæc pinum. Hæ duæ vim ſuperioris obtinent, ſed non uſque adeò efficacem. Colliguntur omnia tria genera menſe Junii. Conſervanturq; per annum. *Dioſcorides.*

*Chamæpitys* vulgò Iva notiſs. eſt: nec ſollicitè ex Creta eſt quærenda. Nam Galenus quoque affirmat, eam quę prope Romam creſcat, Creticã eſſe odoratiorem, & Theriacam pro Cæſare paraturi eam accipiebant: neque dubium eſt in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0083-5 DFG

aliis apud nos locis æquè præſtantem atq; Romanam reperiri poſſe: modò non ſit de crebris & continuis pluviis nimis madefacta. Neq. diu eſt quòd ego in Apulia eandem perfectiſſimi odoris & ſaporis collegerim: unde ejus maxima copia haberi poteſt. In uſu eſt planta univerſa, quando floruerit, abjectis radicibus & ſtipitibus durioribus.

Hypericum (Germ. Sant Johañs kraut. Gall. *Mille pertuis.*) alii androſæmon, alii corion, alii chamæpityn appellant, quoniam ſemẽ odore reſinam imitatur: ſurculaceo frutice, dodrantali, rubeſcente: folio rutæ, flore luteo leucojo ſimili, qui digitis attritus ſanguineum ſuccum remittit, qua ex cauſa androſæmon cognominatur: ſubhirſuta ſiliqua, & in rotundo oblonga, hordei magnitudine: ſemine intus nigro reſinoſi odoris.* Urinam cit, menſtrua pellit appoſitum: tertianis, quartanisq; cum vino potum liberat. Semen quadraginta diebus hauſtũ, iſchiadicis medetur. Folia cum ſemine illita, ambuſta ſanant. Naſcitur in locis cultis & aſperis. Colligitur menſe Junii: conſervatur autem per annum. *Dioſcorides.*

*De Hyperico*, quod vulgò vocant Perforatam, ſecundum Galeni ſentẽtiam cap.15.lib.1.de Antidot. accipiẽdum eſt ſemen unà cum virgultis, foliis & floribus. quod idem dicit 8.de ſimplicibus Medicamentis. Hæc herba ab omnibus cognoſcitur, & paſſim obvia eſt, & electio tantum conſiſtit in ætate, de qua diximus antea.

Hedera (Germ. Ephew. Gall. *Liarre.* Hiſp. *Yerda.*) differentias multas in ſpecie ſortitur, ſummas autem genere tres. Nam quædã candida eſt, altera nigra, tertia helix. Candida fructũ fert candidũ, nigra nigrũ, aut croci æmulũ, quam vulgus Dionyſiam vocat. Helix fructum non gignit, ſed tenues habet viticulas, & folia parva, anguloſa, & rubra. Nigra hedera in Italia, Germania, Belgio, Gallia, circa parietes, & arbores frequens eſt. Cãdida in Græcia reperitur. Minor paſſim in ſylvis & opacis locis gignitur. Hãc ſerpentibus gratiſſimã, & ſub hac hybernis menſibus eos latitare Matthiolus ſcribit. Flores hedera ſub Autumnum producit: baccæ poſt hyemis ſolſtitium perficiũtur.* Hedera omnis acris eſt, & aſtringens: nervos tentat. Flos trium digitorum carptu, facit ad dyſentericos, in vino bis die potus: ambuſtis cũ cerato tritus illinitur. Recentia folia ex aceto cocta, aut cruda cum pane detrita, lienes ſanant. Foliorum & corymborum ſuccus, cum irino unguento, melle aut nitro narib. infunditur: & contra veteres capitis dolores, caput eo cũ aceto & roſaceo perfundi utile eſt: purulentis auribus, aut dolentibus, cũ oleo medetur. Nigræ hederę ſuccus, aut epoti corymbi, corpus infirmant, mentemque turbant largiùs ſumti. Acini quinq; triti, calfactiq; in punici mali cortice cum roſaceo, ſi inſtillentur à contraria aure, dolorem dentium mitigant. Denigrant capillum illiti corymbi. Folia in vino decocta illinuntur omnium ulcerũ generi, etiamſi cacoëthe ſint: vitia cutis in facie, & ambuſta ſanant, ut antea diximus, decocta. Movent menſes triti, & ſubditi corymbi: iidem poti, poſt purgationes fœminarũ, drachmæ pondere, concipiendi ſpem adimunt. Pediculus foliorum melle irrigatus, ac vulvæ inditus, menſtrua & partus extrahit. Inſtillatus ſuccus putrida tædia narium, graveolentiamq; emendat, & ſanitati reſtituit. Lachryma hederæ pſilothrum eſt: illitu pediculos enecat. Succus radicum in aceto potus, contra phalangia prodeſt. *Dioſcorides.*

Lupulus ſeu lupus ſalictarius (Ger. Hopffen. Gall. *du Haublon.*) caulibus aculeatis, longiſſimisque, in vepribus & ſalictis reptat, foliis vitis albæ, hiſpidis & nigrioribus, flore cinereo ac multis exilib. folliculis ſquamatim compactili: caulis ejus ſpinis hæret, cacuminibus rani & corrudæ modo in torulos turbinatis. Flores habet foliaceos, candicãtes, qui ferè alliũ, vinumq; ſuboleant. Herba, pręſertim germen ejus æqualis temperamenti eſt, ad frigiditatem declinantis: flos verò calidus in ſecundo, &c. * Educit bilem flavam, & mundificat ſanguinem ab ea, & clarificat ipſum, & ſedat ipſius inflammationẽ, & affert ei juvamentum magnum infuſio ejus in aqua caſei. Et ſyrupus ejus removet icteritiã: confert febribus bilioſis & ſanguineis. Doſis infuſionis in ſero lactis eſt circiter ℔ j. Naſcitur inter vepres circa agrorũ margines. Flores Auguſto ac Septembri colliguntur, & ad cerviſiæ uſum reponuntur. Herba verò Martio & Aprili colligitur. *Meſue.*

Melissophyllon, Latinis Apiaſtrum & Citrago, Hetruſcis Cedronella & Meliſſa dicitur, vulgaris eſt notitiæ. Cauliculi & folia ballotæ ſimilia ſunt, ſed majora, tenuioraq;, nec ita hirſuta: citreum malum olent.* Folia cum vino pota, aut illita, proſunt contra ictus phalangiorum, ſcorpionumq;: item adverſus canis morſum. Decocto eorundem gratia foveri prodeſt: deſeſſionibus fœminarũ ad ciendos menſes cõvenit: dentes eodem in dolore colluũtur, dyſentericis infunditur. Fungorum ſtrangulationibus folia, addito nitro, potu auxiliantur: torminibus, & orthopnoicis delinctu. Illitu cum ſale ſtrumas diſcutiunt, ulcera purgant: articularios dolores illitu ſedant. Cæterùm meliſſophylli proprium eſt, animum hilarem reddere, humenti ac frigido ventriculo auxiliari, concoctionem adjuvare, cerebri obſtructiones reſerare, deficientem animum revocare, cordis imbecillitatẽ roborare, eamq; præſertim, qua ſomnus frequẽtiùs nocte intercipi ſolet: quin & ejus pulſum reprimere, animi ſolicitudines fugare, ac ſolicitas imaginationes tollere, quæ tum ab atra bile, tum ab exuſta pituita gignuntur. Excalefacit ſiccatque ordine ſecũndo. Cor exhilarat, vitales facultates roborat, odoris fragrantia, ſaporis auſteritate, partiumq; tenuitate. Colligitur menſe Aprili, vel Majo, vel Junio. Siccatur primò in Sole, deinde in umbra. Conſervatur per annum. *Dioſcorides, Avicenna & Serapio.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0084-1 DFG

Marrubium ſeu Praſſium (Ger. Andorn.) frutex eſt radice ramoſus, candicans, ſubhirſutus, quadrangularibus ramis: folium pollicem æquat, ſubrotundum, hiſpidum, rugoſum, guſtu amaro: ſemen in caulibus, & ex intervallis, flores verticillato ambitu, aſperi. * Hujus folia ſicca cum ſemine decocta in aqua, aut viridiũ ſuccus datur cum melle ſuſpirioſis, tuſſientibus, & ad tabitudinem redactis. Craſſam è pectore pituitam cum ſicca iri ejicit. Mulieribus à partu nõ purgatis datur, ut menſtrua & ſecundas extrahat. item in difficili partu, & his qui venena hauſerunt, aut à ſerpentibus demorſi ſunt. Veſicam, renesq; lædit. Folia cum melle illinuntur ſordidis ulceribus purgandis: pterygia nomasq; ſiſtunt, laterum dolores mitigant. Succus foliis cõtuſis expreſſus, & Sole coctus, ad eadem pollet: cum vino & melle illitus oculorum claritatem adjuvat: naribus regium morbum expurgat. aurium doloribus convenienter inſtillatur per ſe, aut cum roſaceo. Naſcitur prope ędificia, ruinas, & rudera. Colligitur menſe Junii. Servatur per annum. *Dioſcor.*

*Marrubium* apud Andromachum viride accipitur, quod ob quam cauſam factũ fuerit, equidem nõ habeo dicere, cum Galenus non meminerit viridis, & Dioſcorides velit eas frondes eſſe ſiccas accipiendas unà cum ſemine, aut ſuccum è viridi collectum. Fortaſſis exiſtimandum eſt, Andromachũ viridis nomine recens, id eſt, non obſoletum, ſed ſtatim exiccatũ voluiſſe intelligere: quanquam hoc non adeò multum referat. Damocrates accipit verticillos, in quibus ſemen continetur. Sed ego quaſi ſecundũ regulam univerſalem acciperem de omnibus plantis fruticoſis totam herbam, quando ſemine eſt referta, abjectis radicibus, & magis lignoſis partibus, & cum ſemẽ protulerit, forſitan frondes paucæ aderunt, ſed majore ex parte tantùm vertillici in circuitu caulis, ideoq; Damocrates voluit, illos tantum ſumendos eſſe, exiſtimans caulem utpote lignoſum eſſe nullius uſus, quanquam ideò frondes non improbet.

Myrrhis (Ger. Wilder Korbel.) ſimillima eſt cicutę, caule, foliisq;: radix ei oblonga, mollis, rotunda, odorata, cibo non inſuavis. Naſcitur paſſim in hortis, & pratis nonnullis. Majo menſe hujus flores candicant. * Quæ pota in vino Phalangiorum morſibus auxiliatur: cit menſtrua, & partus ſecundos, purgatq; à puerperio fœminas: ſubvenit & phthiſicis cocta in ſorbitione. Ajunt quoq;, eandem bis die terve potam ex vino, in peſtilentia ſalutarem eſſe, & ne morbi contagia ſentiantur, obſtare. *Dioſcorides.*

Ocymum (Ger. Baſilienkraut. Gall. *Baſilio.* Ital. *Baſilico.* Hiſp. *Albahacha.*) vulgò cognitum. * Id copioſiore cibo oculorum aciem hebetat, alvum mollit, ſpiritum movet, urinam pellit, lac evocat: ægrè tamen conficitur. Illitum cum polline polentæ, aceto & roſaceo, pulmonũ inflammationibus auxilio eſt. Draconis marini, & ſcorpionis ictibus per ſe prodeſt: & cum vino Chio,

A oculorum doloribus. Succus viſus caliginẽ abſtergit: deſtillationes exiccat. Semen potum convenit atram bilem gignentibus, difficili urinæ, inflatisq; naribus hauſtum, ſubinde movet ſternutamenta. quod idem herba efficit. Sed oculos premi neceſſum eſt, cum ſternutamẽtum urget. Sunt, qui in cibis abdicandum cenſeant: quandoquidem manducatum, & in Sole poſitũ vermiculos creat. Aphri autem adjiciunt, ſi feriantur à ſcorpione, qui ocymum ederint, nullo conB flictari dolore. *Dioſcorides.*

Pimpinellae (Ger. Bibinellen. Gall. *Pimpinelle* appellant) duo habentur genera. Major radice nititur longa: foliis circumquaque ſolo procumbentibus, diſſectis, per ambitumq; ſerratis: caule quadrangulari: floribus in umbellam cohærentibus, tenuibus, albicantibusq;. Minor caule exit rubenti: foliis minoribus, minus diſſectis, minutiusq; ſerratis. Utraque tamen hircum redolet. Opacis locis minus, in pratis autẽ majus C affatim citra cultum erumpit. Æſtate in autumnum usq; floret. Radix, in qua virtus tota cõſiſtit, excalefacit, ſiccatq; ordine ſecundo completo, aut ſanè tertio incipiente. * Præſtat hæc ad renum & veſicę morbos, quorũ calculus eſt cauſa. Ob id enim renes à calculis expedit, & urinam remoratam pellit. Prodeſt expreſſus è radicibus ſuccus ex vino hauſtus, deleteriis medicamẽtis, & venenoſorum animaliũ morſibus. Qua ratione non deſunt, qui ad peſtilentiam, radicẽ hanc D miris laudibus efferãt. Eſt & alia Pimpinella, quæ ab Italis *Solbaſſella* nominatur, nullis nõ cognita, utpote quę acetariis frequentiſſime inſeratur. Verum hæc ab antedictis logẽ diſtat viribus, etſi foliorum facie ſatis inter ſe conveniant. Siquidem ultima hæc guſtata non leviter adſtringens percipitur, & lentoris copiam præbet. Unde facilè conjicitur, eam eſſe adſtrictoriæ facultatis. Hinc itaq; fit, ut muliebre profluvium efficaciſſimè ſiſtat: dyſenteriam, & cæteros alvi fluxus E cohibeat: quin & bilioſas vomitiones reprimat. Herba ipſa vulnera & ulcera ſanat: miſceturque unguentis, quæ tum ad capitis vulnera, tum ad carcinomata parantur. contagioſis, peſtilentibusq; febribus maximè commendatur. Sunt, qui eam Elatinen eſſe putant. *Matthiolus.*

Peucedanum (Ger. Haarſtrang/oder Schwefelwurtz/oder Sawfenchel. Gall. *Peucedane.*) caulẽ emittit tenuem, gracilentum, fœniculo ſimilem: comam habet ſtatim ab terra copioſam, ſpiſſamF que: flore luteo radice nigra, craſſa, gravi odore, ſuccoſa. Tenera radix cultello conciditur, profluensq; è plaga ſuccus umbrę mandatur: in Sole ſiquidẽ confeſtim evaneſcit. Colligitur capite priùs & naribus roſaceo perfuſis, ne capitis dolor premat, & vertigo ſentiatur. Aſſatione radix inutilis fit. Tam lac, quàm ſuccus radice & caulibus extrahi ſolet, ſicuti è mandragora: verùm inefficacior ſucco lachryma habetur, & velocius expirat. Interdum etiam concreta invenitur lachryma, thuris ſimilitudine, caulibus radicibusque adhærens. Præfertur ſuccus è Sardinia, &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0085-7 DFG

Samothrace colore rufo, odore gravi, fervens guſtu.* Ex oleo & roſaceo illitum Peucedanum prodeſt lethargicis, phreniticis, vertiginoſis, comitialibus & longis capitis doloribus, reſolutis, iſchiadicis, convulſis: omnibus in univerſum vitiis nervorum, ex oleo & aceto illitum, prodeſt. Ejus olfactu reſpirant vulvæ ſtrangulatus, & veternoſi revocantur. Incenſum ſerpentes abigit. Aurium doloribus convenienter ex roſaceo inſtillatur: cavernis dentium inditum, mitigat dolorem, contra tuſſim efficaciſſime ex ovo aſſumitur: ſuſpiriis, torminibus, & inflationibus ſubvenit. Ventrem leniter emollit, lienem abſumit, difficiles partus mirè adjuvat. Facit ad veſicæ cruciatus, & renum diſtentiones potum: vulvam aperit. Radix ad eadem utilis eſt, ſed inefficacior: ejus decoctum bibitur. Farina ejus ſordida ulcera purgat, & vetera cicatrice obducit: ſquamas oſſium extrahit. In cerata & calefaciẽtia malagmata additur. Radix eligi debet recens, quæ cariem non ſenſerit, firma, odoris plena. Succus ad potiones amaris amygdalis, aut ruta, aut pane calido, aut anetho reſolvitur. Gignitur in montibus opacis. Colligitur menſe Septembri. *Dioſcorides.*

ROSMARINUM (Ger. Roſmarin. Gall. *Roſmarin.* Hiſp. *Romero mata.* Ital. *Roſmarino.*) quo coronarii utuntur, ramos mittit tenues, & circa eos folia minuta, dẽſa, longa, exilia, ſubter incana, ſupernè virentia, graviter odorata. *Excalfactoria vi præditũ eſt. Regium morbũ ſanat, ſi decoctum in aqua ante exercitationes bibatur: & ubi laborans exercitationi ſe crediderit, in balnea deſcendat, & merum potet. Acopis, gleucinoq; unguento admiſceri ſolet. Flores fert bis in anno, Vere ſcilicet & autumno. Colligitur à mẽſe Majo uſq; in autumnum. Conſervatur per annum. *Dioſcorides.*

SALVIA, ſive eleliſphacõ (Ger. Salbey. Gall. *Saulge.*) frutex eſt ramoſus, longus, virgas habẽs quadrangulas, & canas: folia mala cotonei effigie, ſed longiora, aſperiora, craſſiora, & quę ſenſim attritarum quaſi veſtium ſcabritiem referãt, hirſuta, ſubalbida, perquàm jucundo odore, ſed gravi: ſemen ſummis in caulib⁹ ſylveſtri hormino ſimile gerit. *Menſes cit & urinas decoctum foliorum, ramorumq; potũ, & partus extrahit, & paſtinacæ marinæ ictibus auxiliatur. Capillos denigrat, vulnerum ſanguinem cohibet, tetra ulcera purgat. Teſtium pruritus ſedãt rami foliaq;, ſi eorum decocto cum vino foveantur. Naſcitur in locis aſperis, incultis montibus, & ubique in hortis. Colligitur menſe Junii & Julii, cùm profert flores. Conſervatur per annum. *Dioſcor.*

SCABIOSA conſtat foliis laciniatis, ſubhirſutis: caulibus tenuibus, cubitali altitudine, atq; etiam majore: in quorum cacumine flores emicant in cæruleo albicãtes. * Pollet adverſus ſcabiem decoctum potatum. Prodeſt omnibus pectoris vitiis & reſpirationi inſervientibus organis: ſiquidem eorum inflammationes purulentas disjicit, & omnia pectoris excremẽta expur- A gat. Anthracibus, ſive carbunculis peſtiferis utiliter illinitur: adeò ut illita hos lethales abſceſſus trium horarum ſpacio prorſus abolere exiſtimetur. Naſcitur in campeſtribus & pratis. Colligitur mẽſe Junii. Servatur per annum. *Matthiolus.*

SCORDIUM (Ger. Lachenknoblauch/Waſſerbathenig. Gall. *Scordeon.* Ital. & Hiſp. *Scordio.*) planta chamædry ſimilis, hodie cognita. Hujus in medicina uſus eſſe debet, non allii ſylveſtris.* Herba vim excalfactoriam habet: urinam cit. Cocta B recens, aridáve cum vino, adverſus venenatos ſerpentum morſus bibitur: ad ſtomachi quoq; roſiones, dyſenteriam, & urinę difficultatem, binis drachmis cum hydromelite: craſſamẽ purulentum pectore expellit. Facit aridę farina ad veterem tuſſim, rupta, convulſa, ſi cum naſturtio, melle, & reſina miſceatur in eclegmate. Inflammata modicè præcordia, cerato excepta, recreat cum aceto acri, aut aqua, podagris convenienter illinitur: menſes impoſita movet, vulnera cõ- C glutinat, vetera ulcera purgat, & ex melle ad cicatricem perducit. Siccas excreſcentias in carne cohibet. Succus ad eadem vitia bibitur. Inter prima efficax Ponticum natione, Creticumq;. Naſcitur in montibus & paluſtribus. Conſervatur per annum. *Dioſcor.*

*Scordium* ſi ex Creta & Ponto haberi poſſet, eſſet valde bonum, attamen in aliis regionibus quoq; illo non multò deterius creſcit, modò eligatur id, quod in montibus, nõ paluſtribus locis D provenit, & in regionibus ſiccioribus, quemadmodum eſt Apulia. Colligatur autẽ, quando floribus eſt refertum, & jam incipit ſemen producere, eſtq; univerſa planta in uſu præter radices, & lignoſam partem quandam illis proximam: & quò magis allium redolet, eò melius eſt.

STŒCHAS (Ger. Stechaskraut. Gall. *Stechas.* Ital. *Stecha.* Hiſp. *Cantueſſo.*) juxta Galliam in inſulis ejusdem nominis è regione Maſſiliæ, gignitur & in Arabia. Herba tenuibus ſurculis, coma E thymi, lõgiore folio, ſubamara guſtu, & aliquantum acris. * Cujus decoctum, hyſſopi modo, ad pectoris vitia efficax eſt. Antidotis utiliter miſcetur. Viſcera omnia, & univerſum animantis habitum extenuat, confirmat, & ab obſtructionib. & infarctu liberat. Decoctionis ejus potio eſt ab ℥ v. uſq; ad ℥ vij. & pulveris ejus à ʒ iij. uſq; ad v. Præfertur Arabica. Conſervatur per annum, vel annos duos. *Dioſcor. & Meſue.*

*Stœchas* præferebatur aliis, quæ proveniebat F in inſulis Stœchadibus dictis Galliæ, unde etiam nomen accepit: ſimiliter & Cretica commendabatur, quanquam hanc magis quàm illam Gal. 1. de Antid. lib. probaverit. Nunc præſtantiſſima habetur Arabica, unde etiam conſueverunt Medici noſtro tempore in ſuis compoſitionib. eam vocare ſemper Stœchadem Arabicam. Quare ſi hæc ex Arabia recẽs, odorata, ſubamareſcens & acris quoad guſtũ haberi poterit, potiùs hanc, quàm aliam, uſurpare debemus. At ſi ejusmodi ad manus non ſit, ſaltem aliam paribus conditionibus accipiamus. Utimur antẽ ſpicis ipſius,

quando

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0086-2

quãdo inter flores & ſemina matureſcũt: itemq;
frondib. & ramuſculis tenuiorib. quemadmodum fieri ſolet in aliis omnib. fruticoſis plantis.
Eſt autem ubiq; cognita & paſſim reperitur.

Parthenium (*Krottendil.* Ital. *Bruſaculo.* Hiſp. *Magaza.*) folio eſt coriandri, amaro ſapore, odore gravi: floribus per ambitum albis, intùs melinis. Hetruſci matricariam vocant. Siccatum cum aceto mulſo, aut ſale potum, non ſecus atq; epithymum, & bilem, & pituitã detrahit: ſuſpirioſis prodeſt, & melancholicis. Herba ſine flore à calculoſis & anhelatoribus magna utilitate bibitur. Valet decoctum ad inſidendum in duritia vulvarum, & inflammationibus. Illinitur ſacro igni, & collectionib. cum flore. Nec deſunt, qui velint marem Parthenium appellare Athanaſiam, quam & Tanacetum vocant ſeplaſiarii. * Utuntur tanaceto recentiores ad ventriculi & alvi flatus diſcutiendos, item ad lumbricos ex ventre pellendos. Utuntur & ad frangendos renum calculos, & ad ciendam urinam. Sed id viris magis, quàm mulieribus commendant: contrà verò Matricariam dictam fœminis tantùm exhibẽdam præcipiunt. Naſcuntur ambo in omnibus ferè hortis: neq; modò in iis ſata, ſed in aliis quoq; locis ſponte proveniunt. Colliguntur Junio. Conſervantur per annum. *Dioſc.*

## *De herbis ſeu foliis calidis in gradu tertio.*

Abrotanum (Ger. *Stabwurtz.* Ital. *Abrotano.* Gall. *Aurons ou garderobbe.* Hiſp. *Abrotono, hierua lombriguerra*) duorum eſt generum. Fœmina quadam arboris ſpecie fruticans, candicat, circum ramulos foliis, ſeriphi modo, minutim inciſis: floribus referta eſt, comantibus in ſummo, fulgore auri, corymbis, quod per æſtatem prodit, ſuaviter olet, cum gravitate quadam, & amaro guſtu. Alterũ mas vocatus, ſarmentoſum gracilibus ramulis, ut abſinthium. * Utriuſque ſemen crudum tritum, & fervefactum ex aqua, in potu auxiliatur orthopnoicis, convulſis, ruptis coxendicibus, urinæ anguſtiis, menſib. ſuppreſſis, aut remorantibus. In vino potum exitialium venenorum antidotum eſt: horroribus ex oleo illinitur. Serpentes & ſubſtratu, & nidore fugat: cõtra ictus eorum cum vino potum prodeſt, privatim efficax contra ſcorpionum & phalangiorum venena. Oculorum inflammationibus cõmodè illinitur cum cotoneo cocto, aut pane, tritũ cum farina hordeacea, decoctũq; tubercula diſcutit. Irini cõpoſitionib. admiſcetur. Naſcũtur ambo in hortis & campeſtribus. Colliguntur Junio. Conſervantur per annum. *Dioſc.*

Asarum, quod & ipſum aliqui ſylveſtre nardum (Germ. *Haſelwurtz.* Gal. *Cabaret*) appellant, hederæ foliis, minorib. multò rotundioribusq;: floribus cytino hyoſcyami ſimilibus, purpureis, inter folia proximè radicem emicantibus, odoratis: in quib. ſemen acinoſum. Cauliculos habet anguloſos, aſperos & molles: radices numeroſas, geniculatas, tenues, obliquas, gramini non diſſimiles, longè tamẽ graciliores, odoratas, ex-

A calfacientes, & quæ linguã vehementer mordẽt.
* Excalfactoriam vim habet: urinam cit: hydropicis, & vetuſto coxendicum dolori prodeſt. Radices ſenis drachmis ex aqua mulſa potæ, mẽſes trahũt, & veratri albi modo purgant. In unguẽta additur. Umbroſis montib. provenit, ſed plurimũ in Ponto, Phrygia, Illyrico, & Italiæ Juſtinienſi agro. Perpetuò viret herba, nova tamen unà cũ floſculis folia Vere promit. Cõſervatur p annũ. Doſis ejus infuſionis eſt ab aur. ij. uſq; ad
B aur. iiij. & pulveris ejus à ℥ j. uſq; ad aur. ij. *Dioſc. & Meſue.* Aſarum notũ eſt: de quo radices ſolũ accipiantur, abjectis frondibus: quod multi cùm non obſervẽt, plurimùm errant: nam Gal. quoq; vult frondes eſſe nullius momẽti. Sint autẽ radices firmæ, odoratæ, acutiſſimæ quo ad guſtum, & non obſoletæ: reperiuntur autẽ quovis loco.

Vitex, ſive ſalix Amerina, quã vulgus Herbariorum Agnum caſtum appellat, frutex eſt in arborem aſſurgens: ramos gerit longos, fractu
C pervicaces: folia olivæ, ſed molliora. Duo genera ejus: una harum album florem mittit cũ purpureo: altera tantùm purpureũ, & ſemen, ut piper. * Excalfactorias vires habet, & aſtrictorias. Semen ejus potum, venenatis ictibus, aquæ quæ cutem ſubiit, lienoſiſque auxiliatur: lac evocat: menſes ciet, drachmæ pondere in vino potum: genituram exolvit: caput tentat & ſoporem affert. Decoctum herbæ & ſeminis in deſeſſione, mulieribus vulvæ malo opportunis opitulatur:
D item inflammationibus. Purgationes movet ſemen cum pulegio potũ, etiam ſuffitu, vel appoſitu: capitis dolorem diſſolvit illitum: inſtillatur cum aceto & oleo capiti in lethargo, & phrenitide. Folia ſuffitu aut ſubſtratu fugant venenata: illita quoq; ſerpentiũ morſibus auxiliantur: teſtium duritias, cum butyro & foliis vitiũ emolliunt. Rimas ſedis ſemen cum aqua illitũ mitigat: & cum foliis medetur luxatis, vulneribuſq;. Virgã qui manu teneat, dum iter facit, negatur
E intertriginem ſentire. Agnum quaſi dicas caſtũ, vocant Græci; quoniam matronæ in Theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes foliis hujus cubitus ſibi ſternunt. &lygon, quaſi vimen, propter invictam ferè ramorum flexilitatem. Naſcitur in fluminum ripis, aſperiſq; locis, ac torrentium alveis *Dioſcorides.*

Arum (Ger. *Pfaffenbint.* Gall. *Vit de Prebſtre*) apud Syros lupha vocitatum, folia emittit dracũculi, ſed longiora, & paucioribus diſtincta ma-
F culis: caulem ſubpurpureum, dodrantalem, piſtilli ſpecie, à quo croceũ ſemen exit: radice dracunculi alba, quæ decocta eſtur, utpote cùm minùs acris ſit. Folia ad eſum condiuntur, & arida per ſe, decocta manduntur. Arum terrena eſſentia conſtat, ſed calida: * *proinde extergendi* vim poſſidet, verùm nõ valentem, ſicut dracontiũ. Radices ejus maximè ſunt utiles: ſiquidem comeſæ craſſitiem humorum mediocriter incidunt, adeò ut & excreationibus ex pectore idoneæ ſint: ſed magis tamen aptum eſt dracontiũ. Naſcitur in campeſtribus, in vineis, in ſcrobium

marginibus, & paſſim in ſemitis prope ſepes. Conſervatur per annum, præſertim radix. *Dioſc.*

AMOMUM exiguè fruticat, ex ligno ſe cõvolvens in racemi modum, flore, ceu cãdidæ violæ, parvo: foliis bryoniæ ſimilib. Laudatur quã maximè Armeniacum, colore & aurũ vergens, ligno ſubrufo, abũde odorato. Medium, quoniam in campeſtrib. & aquoſis enaſcitur, infirmius eſſe conſtat: eſt autem magnũ, ſubviride, tactu tenerum, frutice venoſo, odore origani. Ponticũ verò ſubrufum, parvũ, fragile, racemoſum, fructu turgens, & odore nares feriẽs. Deligito recens, candidum, vel ſubrubrũ, quod nec aſtrictum cohæreat, nec convolvatur, ſed ſolutum diffundatur: ſemine plenũ, uvis ſimile, grave, valdè odoratũ, modò cariem non contraxerit: acre, guſtu mordens, ſimplici colore non evariante.* Vim habet calfaciendi, adſtringendi, exiccandi. Somnũ allicit: & illitũ fronti, doloris ſenſum aufert: inflammationes & melicerides concoquit, diſcutitque: juvat quos ſcorpius percuſſit, ex ozymo illitũ: & podagricis confert: inflammationes oculorũ, viſcerumq; lenit ex uva paſſa: ad vulvarum vitia in peſſis, aut inſeſſionib. utile eſt. Decoctũ jecinori, renibus, podagræ, potu convenit. Antidotis immiſcetur, & precioſiſſimis unguẽtis. Adulteratur Amomum herba ſimili, quæ Amomis vocatur, ſed ſine odore, ſine fructu. Naſcitur in Armenia, flore origani. Quare in hujusmodi rerum probationib. fragmenta fugienda ſunt: eligenda autẽ, quæ ab una radice ſuos integros ſurculos emittunt. Planta hæc apud nos incognita eſt. Quare ſuccedaneũ erit aſarum, aut calamus aromaticus officinarum. *Dioſc.* Amomi planta eſt ignora, cujus loco collocabimus Acorum. nam Gal. 6. lib. ſimplicium Medic. hęc ſimilis eſſe facultatis ſcribit: niſi quòd Acorus ſit illo ſiccior, hoc verò magis concoquat: quanquã in exigua differentia hæc præſtent: cumq; nullum aliud magis cõveniat, cogimur interea hoc uſurpare. At quid ſit Acorus, nõ parum inter ſe diſſentiunt periti ſimplicium: ego tamen exiſtimo eſſe eam radicem, quã Seplaſiarii vocant Galangam majorem, quia acuta eſt quoad guſtũ, & nonnihil amara, & alias quoq; notas habet, quas illi Dioſc. attribuit. Alii putant eſſe Calamum aromaticum vulgarẽ: ſed anteà unà cum illis concluſimus, pro calamo odorato, hũc calamum vulgarem eſſe accipiendũ, qui etſi non eſſet ille antiquorum Calamus, gradibus tamen & viribus ſatis ſimilis: quare hac in parte illis conſentire non poſſum: nam cũ Acorum ſit calidum & ſiccũ in 3. gradu, Calamus verò nõ ultra ſecundũ, neceſſe eſt fateri, aut ſubſtitutionem non eſſe probã, aut Acorum non eſſe iſtum calamum. At hoc quia unà cũ ipſis pro vera ſubſtitutione, idq; veris rationibus probaverimus, relinquitur Calamum vulgarem non eſſe Acorum. Quare ſubſtituamus pro Acoro Galãgam majorem. Etſi forſitan aliquis diceret, hanc eſſe radicẽ, Amomum fructũ, in hoc quoq; jungi poterimus autoritate Galeni. Sed & nos dicemus, fructus quoq; habere in ſe aliquid duri & terreſtris pariter atq; illa radix habet: quanquã ego in ea ſum opinione, quòd lignum Amomi, quando nondũ fructus aut racemi ſeſe explicuerint, ſit uſurpandũ, quod ex Dioſc. colligitur, & rationes expoſui in 3. lib. Methodi noſtrę de ſimplicibus, quas tamen nõ abs re erit hîc repetere. Prima itaq; eſt, quòd Dioſc. ſcribit, adulterari amomum cum ſimili quadam herba, quæ nullum habeat fructũ: jam ſi fructus in uſu fuiſſet, quare cũ ejusmodi planta ſine fructu falſificari potuiſſet: unde colligi poteſt, lignum & ſtipitem fuiſſe in uſu. Deinde nõ vult accipi fragmẽta, ſed ſurculos integros & vegetos, quod de fructib. intelligi nequit. Præterea eligitur odoratius & quod non ſit carioſum. Caries verò magis propria eſt lignis quàm fructibus. Erãt autẽ uvę quoq; Amomi in uſu, ſicuti ex multis locis Galeni apparet. Et Damocrates in ſua Theriaca Amomi racemos accepit. Sed Andromachus Amomum racemoſum, non racemos, quia inter ſe differunt, habet. Nam intelligi poteſt de ſurculis, qui in notam bonitatis haberent ſemen, vel uvas appenſas: quare in Græco legitur βοτρυώδης: & Latino racemiferi: quanquam propriè magis racemoſi dicatur. Quod ſi ita eſt, ſimilitudo ſubſtantię magis inter ea confirmabitur, cùm & Galanga major, & ſurculi de Amomo ſint lignoſæ naturæ.

AMMI (Germ. Amey) hodie à nonnullis oſtẽditur foliis fœniculo tenuioribus, caule gracili, umbella, in qua candidi flores & ſemẽ minutiſſimũ, cumino ſimilis, nõ per omnia reſpondẽs veterũ deſcriptioni. Pleriq; exiſtimãt ſemen quoddã ex Hiſpaniis ſub amomi nomine allatum, verũ eſſe Ammi, aut ſaltẽ ejus loco uſurpari poſſe. Hujus ſuccedaneũ eſt aniſum, cuminũ. *Florẽtini.*

*Ammi* paucis cognitum eſt: nec diu eſt quòd Venetiis primùm ceptum eſt afferri. Antea propter ſimilitudinem ſaporis cum Origano aliud minutiſſimum ſemẽ accipiebatur odoratum & acre, cujus magna copia undique in Apulia creſcit, eſtq; ea planta, quam doctiſſimus Andreas Matthiolus in ſuis primis libris depinxit, quanquam ipſemet nõ habeat pro vero Ammi: quemadmodum etiam non eſt. Sed legitimum admodùm ſimile eſt ſemini Saxifragæ Hircinæ dictæ, & cimino quoque, quanquam ſatis ſit minus. Odoratum eſt, & ſapore tam proximè ad Origanum accedit, ut vix ab eo diſcerni poſſit. Hocq; ad Theriacam, non aliud accipiendum eſt.

BACCHARIS herba fruticoſa, quæ in coronas additur, cujus folia aſpera ſunt media violæ & verbaſci magnitudine: caulis anguloſus, cubiti altitudinem petens, aliquantulum aſper, non ſine appendicibus adnatis, flore purpureo, ſubalbicante, odorato: radicibus veratro nigro ſimilibus, quibus odor ineſt cinamomo proximus. Aſperum ſqualidumq; ſolum amat. * Radix in aqua decocta, ruptis, vulſis, ex alto præcipitatis, ſpirandi difficultati ſalutaris: item diuturnæ tuſſi, & urinæ difficili: menſes pellit: contra ſerpentium morſus utiliſſimè datur in vino. Recens radix appoſita partum extrahit. Puerperis ejus

decoctum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0088-4

decoctum in deſeſſionib. prodeſt. In diapaſma- A
ta utiliter inſeritur jucundi odoris gratia. Folia,
utpote quæ aſtringant, capitis doloribus illitu
proſunt: oculorum inflammationibus, mammis
tumentib. à partu, ægilopiis incipientibus, igni-
busq; ſacris auxiliantur. Odor ſomnum gignit.
*Dioſcorides.*

DICTAMNUM, herba eſt in ſola Creta na-
ſcens, pulegio ſimilis, ſed majoribus foliis, cana
lanugine pubeſcentibus. Florem nullum aut ſe-
men profert, inquit Dioſcorides. Theophraſtus B
verò cæterique auctores & caulem illi tribuunt,
& florem, & ſemen, ut manifeſtè videre licet in
dictamno, quod hodie ex Creta adfertur: cui
quidem conveniunt reliquæ Dioſcor. notæ, ſed
florem & ſemen profert. Alia eſt planta, dicta-
mnum albū vulgò vocata, aliàs fraxinella, planè
à dictamno Cretenſi diverſa: quæ quamvis val-
dè efficax ſit, dictamno Cretenſi ſubſtitui tamen
non poteſt: hoc enim veteres intelligunt, cùm
abſolutè dictamnum ſcribunt. * Cæterum di- C
ctamnum legitimū præſtat omnia, quæ ſativum
pulegium, ſed efficaciùs multò: nam nō potum
modò, ſed appoſitum quoque, aut ſuffitum, de-
functos partus ejicit. Produ͂t in Creta capras ſa-
gittis percuſſas, hujus herbæ paſtu eas excutere.
Purgandi vim habet ſuccus illitus, aut cum po-
lenta tritus. Herba impactos pedibus, reliquòve
corpori aculeos, illitu refigit. Ad lienis dolorem
efficax habetur: ſiquidem ipſum imminuit. Me-
tunt æſtate & autumno. Radix ejus guſtu calfa- D
cit: partus accelerat. Succus cum vino potus,
contra ſerpentium morſus præſidio eſt. Tanta
herbæ facultas eſt, ut olfacta abigat beſtias, quæ
venenato ictu ſæviant, appenſaq; contactu exa-
nimet. Vulneribus ferro illatis, & venenatis mor-
ſibus infuſus ſuccus præſentaneo eſt remedio, ſi
etiam ab inſtillatione ſtatim in potu aſſumatur.
Hujus ſuccedaneum pulegium eſt. *Dioſcorides,*
*& Medici Florentini.*

*Dictamnum* ex Creta ante paucos annos ce- E
ptum eſt copioſe cum omnibus illis notis, quas
Dioſcorides illi attribuit, apportari: detecto er-
rore iſto Pharmacopœorum, qui ejus loco ſu-
mebant Dictamnum album vulgò dictum, quo
utimur intra corpus ad vermes necandos. Affe-
runtur autem ex vera planta tam frondes quàm
folia. Nec nos moveat quòd Dioſcorides ſcribat
Dictamnū nec florem neque ſemen producere:
quia locus ille mendoſus eſt, ut nos probavimus
2. lib. noſtræ M. hodi cap. 16. & cum Theophra- F
ſto diximus legendum eſſe, Dictamnum quoad
flores, & ſemina in Medicina nō uſurpari. Quod
nos admonet, de hac planta eſſe ſumendas fron-
des: & ſic Pharmacopœi facere ſolent.

CARYOPHYLLATA (Germ. Benedictenn
wurtz. Gall. *L'herbe benoiſte.*) planta eſt nō vulga-
ris, gignitur in montibus, & in viis juxta ſepta.
Radix tenuis, nigra, & caryophylli ſpirans odo-
rem. * Ea recentiores utuntur pota ad thoracis
interna vulnera. Quin & ejus ſuccum admixta
ærugine cuniculoſis contumacibusq; ulceribus
utiliter injiciunt. Eadem olfactu ſpiritus recreat,
& frigidum roborat cerebrū. Epota prodeſt cœ-
liacis, dyſentericis, fœminarum profluviis, &
cruenta expuentibus. Tam intus ſumpta, quàm
foris illita enterocelis auxilio eſt. Temperamē-
tum ejus excalfaciens & exiccans, ut manifeſto
ſunt indicio ejus radices: quippe quæ guſtu o-
doratæ aſtringentesq; deprehendantur. Quibus
qualitatibus non modò attenuare, diſcutere, &
aſtringere valent, ſed etiam roborare. Colligitur
menſe Martii & Auguſti. Conſervatur per an-
num. *Matthiolus.*

CHAMAEDRYS Græcis, aliis Chamædrops,
Latinis *Triſſago,* Germ. Batthengel/ Bergſ m tu
nt/ dicitur. Sunt, qui eam teucrion appellavêre,
propter eam, quam cum teucrio ſervat ſimilitu-
dinem. Frutex eſt dodrantalis, folia habens exi-
gua, amara, effigie & diviſura quercus: flore par-
vo, penè purpureo. * Recens in aqua decocta,
potu tuſſibus, indurato lieni, urinæ difficultati,
incipientibus hydropicis auxiliatur: cit menſes,
partus extrahit: lienem ex aceto pota conſumit:
adverſus ſerpentium venena ex vino, potu, illi-
tuq; efficaciſſima. Trita digeritur in paſtillos, ad
ſupradicta. Purgat vetera ulcera, cum melle: cum
oleo illita, caliginem oculorum diſcutit. Natura
ejus eſt calefacere. Naſcitur in petroſis & aſperis.
Colligitur menſe Junii, ſemine prægnans. Con-
ſervatur per annum. *Dioſcorides.*

*Chamædrys* ubiq; nota eſt, & reperitur iiſdem
locis, in quibus diximus Chamæpytin proveni-
re, quæ præſtantior eſt, magisq; odorata, & me-
lioris ſaporis quàm Cretica: quare illam quoq;
nobis in noſtris regionibus naſcentem tanquam
bonam comparabimus. In uſu eſt integra herba
poſteaquam flores emiſerit, & ſemen affuerit,
excepta radice, & cauliculis durioribus. Naſcitur
quoq; in monte Gargano prope Neapolin, lau-
dabilis & præſtās. Nec nos impedire debet, quòd
dicit Andromachus, accipiendum eſſe ſemen
Chamędryos: nam ita more poëtico locutus eſt:
intelligit enim Chamædryn ſemine plenam, eo
modo quo antea diximus. Quod Galen. expli-
cando Andromachi deſcriptionem confirmat.

CNICUS, officinis CARTHAMUM (Ger.
Wildes ſaffron. Gal. *Saffran ſauuage.* Ital. *Zaffara-*
*no, Saracineſco, & Zaffarano ſylvatico.* Hiſp. *Ala-*
*zor, & ſemente de papagaios*) vocatur, foliis cōſtat
oblōgis, per ambitū diviſis, aſperis, ſpinoſis: caule
ſeſquipedali: capitulo magnitudine grandis oli-
væ: flore croci: ſemine candido, alioqui ruſo, lō-
go, anguloſo. Hujus flore in obſoniis utuntur.
* Seminis tuſi & expreſſi ſuccus, cum aqua mul-
ſa, vel jure gallinacei, alvum purgat: ſed ſtoma-
cho adverſatur. Seminis ſuccus lac cogit, & ma-
gis ipſum reſolvendæ alvi facultate donat. Seri-
tur nōnullis Italiæ, Gallię, & in hortis & in agris.
Flores Julio & Auguſto, ſemen interea perfici-
tur, & eodem quo ſeritur anno, exinde inareſcit.
Doſis ejus eſt à ℥iij. uſq; ad aur. v. & floris ejus
à ʒ j. uſq; ad aur. ij. Conſervatur autem, & ma-
ximè ſemen, annis tribus. *Dioſcor. & Saladinus.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0089-3
DFG

Centaurium Maius, folia juglandis habet, oblõga, viridi braſſicarum colore, in ambitu ſerrata, caulem ceu rumicis, binûm aut ternûm cubitorũ, multis ab radice adnatis, in quibus capita ceu papaveris in rotunditate oblonga, flos ex cæruleo candicans, cyanio flori perquàm ſimilis, verùm major: ſemen in floribus compactum, quale in floribus in pappos evaneſcentib. eſſe ſolet: radix craſſa, gravis, ſeſquicubitum longa, rubeſcens, ſucco prægnans rubeſcente, & cum adſtrictione quadam & dulcedine acri. Hujus radix ſub rhapontici nomine officinis notiſſima eſt.* Radix (quæ in uſu eſt) cõvenit ruptis, convulſis, pleuriticis, ſpirandi difficultati, veteri tuſſi: ſanguinẽ expuẽtibus; drachmis duab. trita datur, ſi febris ſit, in aqua: cæteris in vino: item ad tormina, & vulvæ dolores. Ramenta ejus in collyrii formam vulvæ ſubdita, menſes atq; partus extrahunt. Succus eadem præſtat. Vulnerib. prodeſt: nam recens tuſa, aut arida antè madefacta, ea glutinat & conjungit. Carnes coaleſcunt, ſi tuſa ſimul decoquatur. In Lycia ſuccũ exprimunt, quo pro lycio utuntur. Amat ſolum pingue, & apricum, ac ſylvas & colles. Copioſiſſimum, inquit Dioſcorides, in Lycia, Peloponneſo, Arcadia, Helide, Meſſenia, pluribusq; circa Pholoen, Lyciam ac Smyrnam locis. Reperitur & in Apuliæ Gargano, nec non in Baldo agri Veronenſis monte: ſed quod in Baldo monte, ut Matthiolus ſcribit, Apulo cedit. Simplicis folii centaurium majus Hiſpania mittit, atque hinc advectæ Antuerpiam radices, terræque commiſſæ ſubinde in hortis revireſcunt. Aeſtate hujusmodi Centauria florent, radices autem Autumno legi expedit. Conſervatur per annum. *Dioſcorides, & Dodonæus.*

Centaurium Minus (Germ. Tauſend-guldenkraut. Gall. *Centaure, ou Fiel de terre.* Ital. *Bion del la.* Hiſp. *Hiel de terra*) origano aut hyperico ſimile, caule anguloſo palmũ excedẽte: flore lychnidis, è puniceo in purpurã vergente: foliis rutæ, prælongis & parvis: fructu tritico ſimili: radice puſilla, lævi, & ſupervacua, quæ guſtanti amaritudinẽ adfert. Amat loca herboſa, aratro non proſciſſa, aliquantulum, ſed tamen non omnino rigua. Eſt non modò in Italiæ provinciis, verùm & in Germania, ac Belgio abundè frequens, Julio & Auguſto unà cum florib. ac ſiliquis legitur. Conſervatur autẽ per annũ. *Herba recens tuſa ſuo illitu vulnera conglutinat: vetera ulcera purgat, & cicatrice obducit. Bilẽ craſſosq; humores per alvũ exigit, ſi decocta devoretur. Jus decocti iſchiadicis convenientiſſimè infunditur: trahit enim ſanguinem, & dolorem levat. Succus oculorum medicamentis perquàm utilis: ſiquidem cum melle caliginem oculorum expurgat. in vellere appoſitus, menſes & partus extrahit: epotus peculiariter nervorum vitiis ſuccurrit. Doſis eſt à tertia parte drachmæ unius uſque ad ℥ ß. Et in decoctionibus à drachma uſque ad ℥iiij. *Dioſcorides, & Dodonæus.*

*Centaurium minus* herba eſt notiſſima, & accipiuntur, ut Galenus tradit, flores, frondes, & cymæ caulium ſimul, idque ſtatim quando florere cœpit. Radix eſt nullius uſus. Notandum tamen, quòd in freto Neapolitano quædam alia herba naſcatur, quæ ita penitus Centaurium minus refert, ut qui non diligenter diſtinguat, facilè decipiatur, imò multi Pharmacopęi loco Centaurii uſurpant. Differunt tamen in eo, quòd in vero ſit caulis quadrangularis, in altero rotundus, & ſicuti verum eſt amariſſimum, atq; eam ob cauſam Fel terræ vocatur, ita in altero nihil planè apparet amaritudinis.

Chelidonium Maius, (Germ. Schellkraut/oder groß Schwalbenkraut. Gal. *Chelidoine.* Hiſp. *Chelidueña.*) caule eſt gracili, cubitali, aut altiore, agnatis folioſis: foliis ranunculi, mollioribus tamen, & colore cæſiis: flore violæ albę ſecundum ſingula folia prodeunte. In eo ſuccus croci, mordax, acris, & aliquãtulum ſubamarus, graviter olens. Radix ſupernè ſingularis, infernè in multa crocea capillamenta fibratur. Siliqua ceu corniculati papaveris, tenuis in metæ figuram longa: in qua ſemen papavere majus recluditur. Naſcitur prope ſepes, in ſcrobium ripis, ſecus vias, inter rudera, & in ędificiorum ruinis ſeu parietinis. Colligitur in principio æſtatis. Conſervatur autem per annum.* Succus in æreo vaſe, cum melle, prunis decoctus, oculis claritatem adfert. Foliis, caule, radice, ſuccus exprimitur ineunte æſtate, & ſiccatus in umbra digeritur in paſtillos. Radix cum aniſo & vino albo pota, medetur regio morbo, & ulceribus quæ ſerpũt: impoſita cum vino, aut manducata, dẽtium dolorem ſedat. Hoc nomẽ videtur ſibi vendicaſſe, quòd adventu hirundinum exoriatur: & diſceſſu emarceſcat. Sunt, qui narrant, hirundines matres excæcatis pullis, admota herba, viſum reſtituere. *Dioſcorides.*

Calaminthae tres ſunt ſpecies: una montibus familiaris. (Ger. Katzenmüntz. Gall. *Calament, ou Poliot ſauvage, ou Herbe à Chat* vocitatum) folia ocymi habens, incana, ſurculos & caules anguloſos, purpureum florem. Altera pulegio ſimilis eſt, ſed major: (Germ. Wilden Poley.) quam ſylveſtre pulegium ideo appellarunt, quòd odore ipſum æmuletur: neperam Latini vocant. Tertia (Germ. Bertmüntz.) mentaſtro cognata eſt, foliis oblongioribus, caule & ramis majoribus, quàm ſuperiora, ſed viribus inefficacior. Omnium folia guſtu impensè ferventia, & acria, radix ſupervacua. Ex calaminthæ generibus frequentior eſt uſus, quæ Latinis Nepeta vocatur. Naſcitur in campeſtrib. aſperis, & aquoſis. Colligitur menſe Junii & Julii. Conſervatur per annũ. * Potu aut illitu demorſis à ſerpente opitulatur: Decoctum potu, menſes & urinas expellit: ruptis, convulſis, orthopnœæ, torminibus, choleris, horroribusq; auxiliatur: regium morbum expurgat. Præſumta in vino venenis reſiſtit. tineas, cæteraque interraneorum animalia cum ſale & melle pota, enecat: nec ſecus cocta, crudáve ſi teratur. Elephanticos eſitata adjuvat,

ſi poſtea

ſi poſtea ſerum lactis ebibatur. Folia detrita ſi in vellere ſubjiciantur, menſes extrahunt, & partus enecant: accenſa, aut ſubſtrata, ſerpentes fugãt: nigris cicatricibus candorẽ reddunt in vino cocta & illita: ſugillata tollunt. Calamintha iſchiadicis imponitur, ut ex alto humores evocet, ſummam cutem exurens. Vermes necat ſuccus auribus inſtillatus. *Dioſcorides.*

*Calamenthum* tametſi tres ſpecies habeat, nihilominùs indifferenter quæcunque ex illis in promptu ſit, uſurpari poterit: ac propterea Dioſcor. confuse facultates omniũ trium exponit, ſicuti Galenus quoq; facit: unde contigit, quòd Andromachus ſenior aſſumit Calamenthum, & junior retinens Latinam denominationem vocat Nepetam: nam nulla eſt inter hæc differentia: & quia paſſim Nepeta ſeſe offert, accipi debet collecta in locis ſiccis, & ſuo tempore, nimirum quando floret, & ſemen incipit producere. In uſu eſt planta univerſa, excepta radice & lignoſo ſtipite, quæ abjiciuntur.

Conyzæ tria genera ſunt: major, minor, & media. Major vulgò pulicaria dicitur, frutice altior, & foliis latioribus, quàm minor, gravi odore. Minor odore præſtantior eſt. Utriusque folia olivæ ſimilia, hirſuta, pinguia. in majore caulis binûm cubitorũ altitudine attollitur: in minore pedem æquat. flos fragilis, lutei coloris, qui in pappum abit. radices ſupervacuæ. Naſcuntur paſſim. Media conyza, caule craſſiore ac molliore; foliis mediæ inter majorẽ & minorẽ amplitudinis: minimè pinguis, multò tamen gravioris odoris, & jucundioris, ſed inefficacior. provenit locis humentibus. Priora duo genera eliguntur. * Suffitu, ſubſtratuq; frutex totus ſerpentes fugat, culices abigit, & pulices necat. Folia cõvenienter illinuntur ſerpentium plagis, & tuberculis ac vulneribus. Flores & folia cum vino ad menſes, partusq; ejiciendos bibuntur: itẽ contra urinæ ſtillicidia, arquatum morbum, & tormina: comitiales pota ex aceto adjuvant. Decoctum in deſeſſionibus medetur vulvæ malis. Impoſitus ſuccus abortum facit. Herba ex oleo efficaciter horroribus oblinitur. Capitis dolores tenuis illita ſanat. *Dioſcorides.*

Foeniculum (Germ. Fenchel. Ital. *Finochio.* Gall. *Fenouill.* Hiſp. *Hinoia.*) omnibus notum eſt. Naſcitur partim in hortis. Colligitur caule turgeſcente. Floreſcit menſe *Junii & Julii* Seritur Februario menſe, locis apricis & modicè ſaxoſis. *Si herba edatur, aut ſemen cum priſana bibatur, mammas lacte replet. Comæ decoctum in renum doloribus ſubditum proficit, quippe quòd urinam excitet. Contra ſerpentium ictus in vino convenienter bibitur: menſes ciet: in febribus nauſeam, & ſtomachi fervorem ex aqua frigida potum ſedat. Contritæ radices, & cum melle illitæ, morſibus canum medentur Succus caule & foliis exprimitur, & in Sole ſiccatus, in medicamenta adjicitur, quæ ad excitandã oculorum aciem commodè temperantur. Extrahitur ſuccus ad eadem valens, etiam ſemine viri-
A di, ramuliſq; & radicibus prima germinatione inciſis. In Iberia, quæ ad Occidentẽ ſpectat, ſuccum reddit gummi ſimilem. Caulem medium, dum herba floret, ruſtici demetunt, ignique admovent, quò faciliùs vi caloris exudans, gummi remittat: quod efficacius ſucco eſt ad medicamenta oculorum. *Dioſcorides.*

*Fœniculi* quaſi omnes partus in uſum aſſumuntur, attamen ſemen ſiccum & recens magis eſt efficax & uſitatius: de quo etiam ad Theria-
B cam accipiatur. Hoc intellexit Galen. lib. 7 de ſimplicib. Medic. ubi conſtituit calidum in tertio gradu. Nam ſemen ejus aliis omnibus partibus eſt acrius. Ac tametſi Andromachus ſenior in hac compoſitione id non explicet, junior tamen & Damocrates, & Aëtius in ſuis Theriacis hoc manifeſtè dicunt. Debet autem ſemen eſſe benè maturum, non furfuroſum, granorum æqualium, odoratorum & in guſtu acrium. Obſervandum quoq; ne accipiamus eam ſpeciem,
C quæ ſaporem miſtum habet cum aniſo: unde dicitur Fœniculo-aniſum: ſed alterum, quod & ipſum ſeminatur, & vulgò vocant Fœniculum amarum: quo etiã utimur in multis condimẽtis.

Juniperi (Ger. Wechholder/Krammetbeer. Gal. *du Geneure* Ital. *Ginepro.* Hiſp. *El enepro.*) genera duo: altera major, altera minor. utraq; acris eſt. Naſcitur in montibus, *locis maritimis* & incultis. Colligitur, & maximè fructus in autumno. * Excalfacit & urinam movet: accenſa ſer-
D pentes fugat. Baccarum nonnullæ nucis juglandis magnitudine nonnunquam grandeſcere, aliæ nucem Ponticam æquare inveniuntur, rotundæ, odoratæ, in mandendo dulces, ſubamaræ, quæ arceuthides etiam, id eſt, baccę juniperi, nominantur. Modicè calfaciunt & aſtringunt, ſtomacho utiles: contra pectoris vitia, tuſſim, inflationes, tormina, & ſerpentium ictus efficaciſſimè bibuntur: uriuã cient, unde ruptis, convulſis, & vulvæ ſtrangulatui ſubveniunt. Folia
E acrimoniã habent: ideo tam ipſa, quàm eorum ſuccum ex vino contra viperarum morſus illini aut bibi prodeſt. Corticis cinis cum aqua illitus, lepras eximit. *Dioſcorides.*

Helenium (Germ. Alantwurtz. Gal. *Enula campana, aulnee.* Ital. *Lelle, enola* Hiſ. *Raiz de ella*) folia habet verbaſci anguſtioris foliis aſperiora, oblonga: caulem quibusdã in locis nõ emittit: radicem ſubalbidam, interdum ſubrufam, odoratam, ſubacrem, vegetam, magnam: ex qua
F agnatæ propagines liliorum, aut ari modo feruntur. Montanis, umbroſis, & ſiccis locis provenit. Foditur æſtate radix, particulatimq; diſſecta ſiccatur. * Potum radicis decoctum menſes & urinas ciet. Ipſaque in eclegmate ex melle prodeſt tuſſi, orthopnϾ, ruptis, convulſis, inflationibus, & ſerpentium morſibus. In ſumma, excalfaciens eſt. Folia ejus ex vino cocta utiliter iſchiadicis illinuntur. Helenii radix & ſtomacho utilis eſt in paſſo condita: ſiquidem ſalgamarii paululũ ſiccatã eam, mox decoctam, & frigida aqua madefactam, in ſapã conjiciunt, & ad uſus recondunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0091-4
DFG

Trita, potaq́; ad cruentas execrationes efficax A
eſt. Alterũ Helenii genus in Ægypto gigni Cra-
tevas tradit. Herba eſt cubitalib. ramulis, ſerpyl-
li modo per humum repentibus: foliis lenticulę
circa ramos, ſed longiorib. crebrisq;, radice pal-
lida, digiti minoris craſſitudine, per ima tenui,
ſuperne craſſiore, cortice nigro. Naſcitur in ma-
ritimis, collibusque. Radix una in vino epota,
contra ſerpentium ictus auxiliatur. *Dioſcorides.*

HYSSOPUM (Germ. Jſpen/ oder Jſop. Gal.
*de l' Hyſope.* Ital. *Hyſopo.* Hiſp. *Hyſſopo.*) Grecorum B
herba eſt, foliis & florib. origano ſimilibus, ho-
die incognitum. Hyſſopum Meſue domeſticũ,
eſt hyſſopũ vulgare, quod in hortis colitur. Syl-
veſtre naſcitur in montibus, thymumq; vulgare
eſt. Utrũq; thymbrę ſpecies eſt, & hyſſopo ſub-
ſtitui poteſt, præſertim ſylveſtre, thymum dictũ.
Colligitur menſe Junii. Cõſervatur per annum.
* Vim habet extenuandi & calfaciendi. Deco-
ctum cũ ficis, aqua, melle & ruta, potumq́; peri-
pneumonicis, diuturnæ tuſſi, ſuſpirioſis, deſtilla- C
tionibus, & orthopnoicis auxiliatur: tineas ene-
cat. Idem facit, ſi cum melle delingatur, craſſum
humorem per alvum extrahit, decoctũ ex aceto
mulſo epotum. Ad ſubducendam alvum cũ fi-
cis viridib. detritis manditur: vehemẽtiusq; ad-
dita iri, cardamomo, aut irione, dejicit: colorem
in corpore fovet. Lieni & aquæ inter cutẽ, cum
fico nitroq;, inflammationibus quod ex vino il-
linitur: cum fervente aqua impoſitum, ſugillata
diſcutit, cum decocto ficorum optimè anginis D
gargarizatur. Decoctum cum aceto dentium
dolorem in collutione ſedat: inflationes auri-
cularum vaporis ſuffitu diſcutit. *Doſis ejus de-*
coctionis eſt à ℥ v. uſque ad ℥ x. & pulveris ejus
à ʒ ij. uſq; ad ℥ ß. *Dioſcorides, & Saladinus.*

LAURUS (Germ. Lorbeerbaum Gall. *Laurier.*
Ital. *Lauro alloro.* Hiſpan. *Laurel arbol.*) quædam
tenui folio conſtat, altera latiore.* Utraq; excal-
factoriam naturam habet, & emollientem. Un-
de decoctum earum in muliebres inſeſſus ad- E
ditum, vulvæ & veſicæ vitiis convenit. Virentia
folia ſenſim ſubſtringunt: illita quoq; ac trita,
veſparũ apumq; ictibus opitulantur: eadẽ cum
polenta & pane illita inflammationem omnem
mitigant: ſed pota ſtomachum effundũt, & vo-
mitiones movent. Lauri baccæ magis quàm fo-
lia calfaciunt. Ergo in eclegmate tritæ cũ melle
& paſſo, proſunt tabi, orthopnϾæ, & omnibus
thoracis rheumatiſmis: cõtra ſcorpionum ictus
ex vino bibuntur: vitiligines emaculant. Succus F
baccarum utiliſſimè aurium dolori & gravitati
inſtillatur cum vino vetere, & roſaceo. In medi-
camenta autem adjiciuntur, quæ nervorum laſ-
ſitudines reficiunt, acopa vocant: & ad unguen-
ta, quæ calfaciunt & diſcutiunt. Cortex radicis
calculos rumpit, partus necat, hepaticis prodeſt,
tribus obolis in vino odorato potus. *Dioſcor.*

MAIORANA, Amaracus, Sampſuchus,
(Ger. Majoran vel Meyran. Gall. *Mariolaine, ou*
*Marone.*) herba eſt ramoſa, per terrã repens: fo-
liis ejus calaminthæ, quę tenui folio conſtat, hir-
ſutis & rotundis, ſuaviſſimũ odorem ſpirat: ideo
coronis inſeritur. Naſcitur paſſim in hortis. Col-
ligitur menſe Aprilis & Maji. Conſervatur autẽ
per annum. * Vis ejus excalfaciens. Succus de-
cocti potus, convenit incipientibus hydropicis,
& iis quos urinæ difficultas, aut tormina excru-
ciant. Illita ex melle arida folia, ſugillata tollunt:
menſes ſubdita in peſſo trahunt: contra ſcorpio-
nis ictum ex aceto & ſale illinuntur: laxatis, tu-
moribusq; cerato excepta imponuntur: adver-
ſus oculorum inflammationes, cum polline po-
lentæ, illini prodeſt. Acopis, malagmatisque ca-
lefaciendi gratia commiſcetur. *Dioſcorides.*

*Amaracus*, & Majorana vulgaris, una herba
eſt: cujus pariter cymæ cum floribus & ſemini-
bus ſiccatis ad umbram ſumuntur, vocatur ad-
huc paſſim vulgò, *ſanſico*, quia Latinè ſampſu-
chum dicitur.

MARUM, ſpecies eſt Majoranæ iſtius, quam
vulgò Gentilem vocamus: alii Perſam genti-
lem. Neapoli in fictilib. ante feneſtras culta re-
peritur: cujus cymæ ſumuntur, quando plenæ
ſunt ſeminibus, cum nonnullis etiam adhuc flo-
ribus, & in umbra per aliquot dies ſiccantur.

MENTHA (Germ. Müntz/ Krauſeiſenmüntz.
Gall. *de la Menthe.* Hiſp. *La yerua buena.*) cogni-
ta herba eſt. Naſcitur paſſim in hortis. Colligi-
tur menſe Aprilis vel Maji. Siccatur in umbra.
Conſervatur per annum. * Calfaciendi, adſtrin-
gendi, atq; exiccandi vim habet. Siſtit ſanguinẽ,
poto ex aceto ſucco: tineas in vẽtre teretes ene-
cat: Venerem ſtimulat. Singultus, vomitiones
cholerasq; ſedant terni ramuli cum acidi grana-
ti ſucco poti. Suppurationes diſcutit, ſi cum po-
lenta illinatur. Impoſita fronti capitis dolores
mulcet: mammas, ſi tendãtur, aut lacte turgeãt,
compeſcit: cum ſale canum morſibus illinitur:
aurium doloribus cum aqua mulſa ſubvenit: vul-
væ ante coitum admota cõceptioni reſiſtit: lin-
guæ ſcabritiem confricta lævigat. Lac coire,
denſariq; in caſeum non patitur, ſi folia potioni-
bus lactis immergantur. In ſumma ſtomacho
utilis eſt, & in condimentis peculiarem gratiam
habet. Sylveſtris mentha (Latini menthaſtrum
vocant) hirſutiore eſt folio, & proſus majore,
quàm ſiſymbrii graviori odore. quare minus ad
ſanorum uſus expetitur. *Dioſcorides.*

NIGELLA, Gith, Melanthium, (German.
Schwartz Coriander. Gall. *Peyurette.*) exilib. ſur-
culis fruticat, ſæpe binos dodrãtes excedẽs foliis,
ut ſenecionis minutis, ſed multò tenuiorib⁹: ca-
pitulo in cacumine tenui, parvo, ceu papaveris,
oblongo, intercurſantib. intùs membranis: qui-
bus ſemen includitur nigrum, acre, odoratum,
quod panibus inſpergitur. Naſcitur in hortis &
viridariis. Colligitur menſe Julii.* Capitis dolo-
ribus illitũ fronti ſubvenit. diſcutit recẽtes ocu-
lorum ſuffuſiones, tritũ ex irino, & infuſum na-
ribus, tollit lepras, lentigines, duritiei, tumores-
que vetuſtos, cum aceto illitũ: circumſcarifica-
tos clavos excutit, cum vetere urina impoſitum.
dentium doloribus, cum aceto & teda decoctũ
& collu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0092-9

& collutum prodeſt. Teretes ventris tineas ex- A
pellit, peruncto ex aqua umbilico. Deſtillatione
laborantes adjuvat, tritum in linteo, & olfactũ.
Urinam & menſtrua ciet, multis diebus ſumptũ,
& lac extrahit: difficultatem ſpirandi cum vino
potum, levat: phalangiorum morſibus ex aqua,
drachmę pondere hauſtum, auxiliatur. Incenſo
ſerpentes fugantur. Tradunt largiùs epotum
enecare. *Dioſcorides.*

Oenanthe (vulgò Rot Steinbrech.) folia
habet paſtinacæ: florem candidum: caulem B
craſſum, palmi altitudine: ſemen atriplicis: radi-
cem magnam, in multa rotunda capitula extu-
berantem. Naſcitur in petris. Junio menſe flo-
ret. * Hujus ſemen, caulis, & folia cum mulſo vi-
no pota, ſecundas ejiciunt. Radix e vino urinæ
ſtillicidio convenit. *Dioſcorides.*

Origanum (Germ. Wolgemut / Doſten.
Ital. *Origano.* Gall. *Mariolaine d' Angleterre.* Hiſp.
*Oregano*) trium eſt generum: heracleoticũ, oni-
tis, & ſylveſtre. Heracleoticũ foliũ habet hyſſo- C
po non diſſimile: umbellam autem non in rotæ
ſpeciem orbiculatam, ſed veluti multifidã: ſemi-
ne in ſummis virgis haudquaquam denſo. Onitis
candidiore eſt folio, & hyſſopo ſimilior. Semen
veluti cõjunctos corymbos habet. Sylveſtre ve-
rò origanũ aliqui Panaces Heraclion, alii cuni-
lam vocant: foliis eſt origani: ramulis tenuibus
dodrantẽ altis, in quib. umbellæ anethi inſunt,
flores candidi: radix tenuis, ſupervacua. Horum
poſtremum in maritimis naſcitur: reliqua duo D
cognita quidẽ ſunt, ſed rara. Tragoriganum eſt
incognitum. Quod hodie in uſu eſt, ad nullum
origani genus referri poteſt: primum, quòd in
maritimis nõ naſcatur, ubi duntaxat cætera cre-
ſcunt origana: deinde, quòd guſtatum linguam
non vellicat, ut reliqua origana. Adulterinũ igi-
tur erit origanũ, quia reliquis notis ita cum ori-
gano convenit, ut guſtu ſolo ferè diſtingui poſ-
ſit. Danda eſt opera, ut legitimum habeatur, atq;
hoc rejiciendũ. Verùm hodie ex Creta copiosè E
Venetias adfertur. * Cæterùm origanum excal-
facit: unde decoctum cum vino potum demor-
ſis à ſerpente convenit. qui autem cicutam, aut
meconiũ hauſerũt, iis ex paſſo: ſi verò gypſum
aut ephemeron, ex aceto mulſo propinatur. ru-
ptis, convulſis, hydropicis cum fico eſui datur.
Aridum acetabuli menſura potum in aqua mul-
ſa, atros humores per alvũ extrahit: menſes ciet,
& tuſſi cum melle linctum medetur. Ad prurigi-
nem, pſoras, regiumq; morbum decocti jus in F
balneis prodeſt. Succus virentis, tonſillas, uvam,
& oris ulcera ſanat, & per nares ex oleo irino in-
fuſum trahit. *Dioſcorides, & Medici Florentini.*

Periclymeni ſeu Caprifolii duo ſunt
genera: unum Germanicum, alterum Italicũ di-
cere licebit. Uterq; frutex amplexicaulis, vicinis
adminiculis circumligatur. Germanicũ longis,
tenuibus, ſed tamen lignoſis, & in ramulos par-
titis ſurſum repit cauliculis, circa quæ ex inter-
vallis folia bina ex adverſo poſita, oblõga, mol-
lia, dilutè virentia, inferiore tamen parte magis
incaneſcẽtia, flores in ſummis ramulis complu-
res pariter emicãt, oblongi, candidi, ſuaveolen-
tes, interius cavi, una parte prominentiores, ſta-
minib. aliquot è medio exeuntibus. fructus aci-
nis ſimilis in exiguarum uvarum modum com-
pactus: per maturitatem rubet, in qua ſemẽ du-
riuſculum. radix lignoſa non abſq; adnatis. Ita-
licum lignoſis quoq;, & in longitudinem prore-
pentib. cauliculis, priori omninò ſimile eſt: con-
veniunt etiam folia, niſi quòd ex adverſo poſita
ſubinde uniantur, & circa ramulorum pręſertim
faſtigia ita coaleſcãt, ut acetabulorum profun-
diorum ſpeciem exhibeant, è quib. floſculi ena-
ſcuntur ſimiles ſuperioris, breviores tamen, ac
paulò minores: baccæ ſequuntur ſimiles, & ru-
bentes, ſed tamen dilutiùs. Naſcitur in ſylvis, &
in ſenticetis fruticib. novelliſq; arbuſtis, ita ſæ-
penumerò tenaciter, & arctè ſe obvinciẽs, ut ſui
veſtigia ipſis impreſſa relinquat. Vere folia ex-
eunt, uti aliis lignoſis. Flores quandoq; Aprili,
crebriùs Majo ac Junio conſpiciuntur fructus:
ſub Autumni tempus maturi. Græci Periclyme-
non, Latini Volucrũ majus: Scribonius Largus
Sylvæ matrem appellat: officinæ Caprifolium,
Matriſylvam, plerìq; Lilium inter ſpinas: Ital.
*Vincibosco.* Ger. Geißblat/Speckgilgen/Waldgil-
gen. Gall. *Cheurefeuille.* Hiſp. *Matreſelua.* Mat-
thæus Sylvaticus Pandectarum author, Caprifo-
liũ, & Sylvarũ matrẽ cap. cxxxvij. rectè quidem
Periclymenon, ſed perperàm Lycium, & Pyxa-
cantham interpretatur: Periclymenõ cũ Pyxa-
cantha ineptè confundens. pejùs verò etiã facit
Caprifolio vires Pyxacanthæ aſcribẽs. Sed cap.
dxxxj. Matriſylvam Periclymenon & Caprifoliũ
rectè aſſerit, ac legitimas ei ex Dioſcoride vires
refert. Præbuiſſe hic graviſſimi erroris Pharma-
copœis occaſionem videtur, qui ſucco foliorũ,
& fructuũ Periclymeni denſato, pro Lycio, ma-
ximo cum periculo utuntur. Natus hinc & alius
error, quòd videlicet foliorum Periclymeni de-
coctum, vel ex his, aut etiam ex florib. ſtillatitius
liquor, oris fauciumq; inflammationibus inci-
pientibus, veluti aſtringentia ac refrigerantia
prodeſſe temerè exiſtimẽtur. Periclymeni enim
haudquaquam frigida, aut aſtringens, ſed calida
& attenuans eſt facultas. Ut enim Galen. ſcribit,
Periclymeni cùm fructus, tum folia adeò vehe-
menter incidentis pariter & excalfaciẽtis facul-
tatis ſunt, ut ſi pluſculum bibantur, urinam ſan-
guinolentam efficiant: principiò tamẽ urinam
duntaxat moventia. Dioſcorides ait: Hujus ſe-
men poſtquam ematuruit collectum, ac in um-
bra ſiccatum, drachmæ pondo quadraginta die-
bus datum, lienem abſumit: laſſitudinem diſcu-
tit: orthopnœæ, & ſingultui prodeſt. urinam cit
à ſexto die cruentam. Idem & partus accelerat.
Eandem vim & folia habent, quæ triginta dieb.
pota ſterilitatem efficere narrantur. Eadem cum
oleo illita periodicarum ſive intermittentium
febrium horrores abigunt. *Dodon.*

Petroselinum hortis omnibus frequẽ-
tiſſimum eſt: * urinam cit & menſtrua: contra

ſtomachi & coli inflatinnes, & tormina prodeſt. Laterum, renum & veſicæ doloribus, in potu ſubvenit. Admiſcetur antidotis urinam cientib. *Dioſcorides.*

*Petroſelinum* commendabatur allatũ ex Macedonia, quod à nativo loco vocabatur Eſtreaticum, & ſub hac appellatione ad omnia loca deferebatur: quanquam ex Epiro, in quo copioſiſſime creſcit, in Macedoniã apportaretur, & inde tanquã Macedonicum & Eſtreaticum omnibus diſtribueretur: nam cùm exiguus locus eſſet in Macedonia, ubi colebatur, non potuit ſufficere omnibus aliis regionib. Etſi autẽ vero Eſtreatico careamus, nihilò tamẽ deteriorem fore Theriacam exiſtimabimus, ſi alio uſi fuerimus: nam, ut Galenus cap. 14. lib. 1. de Antidotis tradit, quanquam ad venena, & ſerpentum morſus Eſtreaticum ſit efficacius, alterum tamen ad alios morbos nõ minùs eſt utile, ad ventriculi debilitatem, hydropem, tormina ventris, colicos dolores & ſimiles alios, quos ſecundariò quoq; Theriaca promittit curare. Cùm inſuper Eſtreaticum tam amarum & acre ſit, ut etiam alia omnia ſimplicia medicamenta Theriacæ ſuperet, atq; eam ob rem compoſitionem reddat nimis amaram, & guſtui ingratã: potiſſimùm ſi ſemen ejus (quod quidem in uſu eſt) recens, & non ſiccum imponatur: nam tametſi frondes & radices eandem habeant facultatem, ſunt tamen nimis debiles. At quidnam verum ſit Petroſelinum, hucuſque apud peritos ſimplicium fuit incertum. Veruntamen ante paucos annos in multis hortis colere cœperunt quandam plantam, quæ multorum judicio verum Petroſelinũ repræſentat, & Neapoli copioſè floret in horto, quem excoluit multis & variis ſimplicibus refertum in monaſterio S. Severini Vincentius Lucẽſis, & in fictilib. quoque Ferdinando Imperatori provenit, ſeminaq; acceperat à Marco Emario pharmacopœo Veneto: reperitur nunc etiã Patavii, Veronæ, Romæ, Venetiis & in aliis locis. Et certe ſi conſideremus diligenter omnes ejus partes, nihil dubitationis nobis relinquitur, niſi quòd ſemen ejus non adeò ſit acre atq; amarũ, quemadmodum Dioſcorides vult, & Galenus quoque in commemorato loco ſcribit eſſe amariſſimum & acerrimum: quod etſi ipſe de Eſtreatico dixit, tamen & alia quoque, quanquam non tam validè, acria & amara eſſe debent. Cumq; hoc ſemen (quod jam pro vero habetur) ideò fortaſſe minùs acris ſaporis ſit, quòd alia culturæ ratio adhibita fuerit, nõ audeo tamen me opponere ſententiæ tot doctorum virorum, atq; ideò unà cum illis ſuadeo pharmacopœis, ut intereà ad Theriacam accipiant. Non prætermittam etiam in medium afferre quandam meam opinionem, quam ante multos annos de Petroſelino concepi: nam non exiſtimavi eos errare, qui pro Petroſelino vulgarem acciperent ſaxifragã, habentem omnes eas notas, quas Dioſcorides & Galenus Petroſelino attribuunt. Nã folia ſunt Petroſelino ſimilia & naſcitur in petris, unde & nomen obtinuit: ſemen quoque convenit cum ſemine Ammi veri, atq; inſuper eſt amariſſimũ, acre & odoratum. Quanquam omnes plantas, quas ego viderim montanis locis allatas Neapolim, deprehenderim in hiſce duobus ſaporibus fuiſſe validiores, quo ad radices, quã ſemina: tametſi in Macedonia contrarium accidãt, cujus rei cauſa eſt, quòd ibi nunquam planè perfectum ejus ſemen viderim, ſed utplurimũ carioſum. Unde ejus imperfectio apparet, & fortaſsè in noſtris regionibus ad ſummam perfectionem perveniri nequit, ideoq; cùm ſemen hoc tam efficax non reperitur, ejus loco collocari poterũt illius radices, quæ ſecundùm Galenum ejuſdem ſunt facultatis: quamvis ſemen ipſum ſi haberi poſſet, propter rationẽ in regulis ſubſtitutionis enumeratis eſſet melius. Accedit præter haſce notas & hoc, quòd hodie ſaxifraga in dolorib. colicis exhibetur, itemq; ad provocandã urinã, & calculum frangendum, admodum feliciter, quemadmodum olim Petroſelinum præbebatur. Quòd ſi aliquis exquiſitiùs hæc diſcutere & non pro vero Petroſelino accipere vellet, ſaltem pro illo ſubſtituere poſſet, quoniam ex ſapore conjicitur in 3. gradu eſſe calidũ & ſiccum. Unde quoq; in aliam deveni conjecturam, ſaxifragam nimirum eã, quam vulgò propter odorem Hircinam vocamus, eſſe Dioſcoridis Oreoſelinum: ſemper enim provenit in montibus & ipſa quoq; inter ſaxa: in quibus ait Dioſcorides hoc creſcere: quare nõnulli ſtatuerunt eſſe Petroſelinum, quod tamen Dioſc. reprehendit. Hæc ſaxifraga ſemẽ profert ita ſimile Ammi ſemini, ut vix inter ſe diſcernanur, & niſi loco boni odoris Hircum oleret, poſſet hoc Petroſelinum, & illud Oreoſelinũ appellari. Quòd ſi hoc regioni in qua naſcitur imputaretur, (quod tamen ego non affirmavero) hæc opinio eò meliùs conſiſtet, quamvis magis ad alteram inclinem. Hæc Saxifraga hircina folia habet Apii, acris eſt & amara, & mirabilis in frangendo calculo & provocanda urina, quemadmodum multorũ recentium experientia id teſtatur. Nonnulla collegia celebrium civitatum pro Petroſelino ſubſtituerunt Petroſelinũ vulgare, quemadmodum aliquando Bononiæ factũ eſt, & ni fallor collegiũ Patavinum ejuſdem fuit opinionis. Sed hic modus ſubſtituendi videtur in diſputationem cadere. Nam ſicuti Serapio ſentit ex ſententia Aſclepiadum, & Apium calidum & ſiccũ eſt in ſecundo gradu, & Petroſelinum Galeni in tertio. At non convenit ſubſtituere medicamenta, quæ in primis qualitatibus non ſint ejuſdem gradus.

P T A R M I C A exiguus frutex eſt, ſurculos habens parvos, multos & rotundos, abrotano nõ diſſimiles: & circa eos folia oleæ, longa, multa & in cacumine capitulum, uti anthemidis, parvum, rotundum: * quod ſuo acri odore ſternutamentum excitat: unde nomen accepit. Naſcitur in montibus & petroſis Folia cum floribus illita ſugillationes rapiunt. Flores ſternutamenta efficaciſſimè movent. *Dioſcorides.*

PULEGIUM (Germ. Polev. Gall. *Du Pouliot.* Hiſpan. *Poleo.* Ital. *Pulegio.*) herba eſt vulgaris notitiæ. Naſcitur in locis cultis & aquoſis. Colligitur menſe Junii, Julii & Auguſti, dum floret. Siccatur in umbra. Conſervatur per annum. * Extenuat, calfacit, decoquit: potum menſtrua, ſecundas ac partus ejicit. Pulmonis vitia ex melle & aloë potum extrahit, & convulſis auxiliatur. nauſeas, ſtomachique eroſiones ex poſca permulcet, atram bilem per alvum exigit. Bibitur in vino utiliſſimè contra ſerpentium morſus: defectos animo recreat, cum aceto naribus objectum: gingivas arefacti cinere corroborat. Illitum cum polenta inflammationes omnes ſedat, podagris per ſe ſubvenit, impoſitum uſquedum rubeſcat locus: cum cerato varos extinguit: lienoſis cum ſale utiliter illinitur. Decoctum ejus ablutas prurigines mitigat: converſas vulvas corrigit: contra inflationes, duritiasque vulvæ in deſeſſiones convenienter adjicitur. *Dioſcorides.*

RUTA (Germ. Rauten. Gall *De la Rue.*) tam ſativa, quàm ſylveſtris, vulgaris eſt notitiæ. Naſcitur paſſim in hortis. Amat ſolum ſiccum & apricum. Floret æſtate. Colligitur autumno. Siccatur in umbra, & conſervatur per annum. * Utraque urit, calfacit, exulcerat, urinam ciet, menſtrua pellit, alvum ſiſtit potu, cibóve. Lethalium medicamentorum antidotum eſt, ſi ſemen ex vino acetabuli menſura ebibatur. Folia per ſe præſumpta, aut cum nucibus *juglandibus*, aridisque ficis, ineffi aces venenorum vires reddunt: contra ſerpentes *ſimili modo* ſumere convenit. Genituram cibo, potúve extinguit: cum anetho ſicco decocta, tormina ſedat. Facit ad pectoris laterumque dolores, difficultatem ſpirandi, tuſſes, pulmonis inflammationem, coxendicum articulorumq; cruciatus, & horrores febrium circuitu repetentes, pota, ut antè dictum eſt. Item ad inflationes coli, vulvæ, rectique inteſtini cum oleo decocta & infuſa. Fœminas vulvæ ſtrangulatu liberat, ſi à genitali ſedetenus cum melle ſubjiciatur. Fervefacta ex oleo, & pota, ventris tineas excutit: articulariis doloribus ex melle, aquæ inter cutem cum ficis illinitur: eisdem in potu auxiliatur, decocta in vino ad dimidias partes, & oblita. Cruda conditaque cibo, viſus aciem excitat: dolores oculorum illita cum polenta lenit: doloribus capitis cum roſaceo & aceto illita auxiliatur: profluentem naribus ſanguinem ſiſtit trita, & indita. Teſtium inflammationibus cum laureis foliis impoſita, & eruptionibus papularum cum myrto & cerato prodeſt. cum pipere autem, vino & nitro affricta albæ vitiligini medetur: cū eisdem illita formicationes tollit, & verrucas, quæ thymi florem repræſentant. Contra impetigines cum alumine & melle utiliſſimè imponitur. Succus in mali punici calyce calfactus, aurium dolori efficaciter infunditur. Idem oculis, qui hebetudinem ſenſére, cum fœniculi ſucco ac melle inunctus, opitulatur. Ignem ſacrum, ulcera quæ ſerpunt,

A aut in capite manant, cum aceto roſaceo, & ceruſſa illitus perſanat, manſa alliorum, ceparumque acrimoniam domat. Sylveſtris ſi copioſius eſtur, interficit. Dum florem promit, & ad muttas colligitur, cutem inflat & rubore quodam inficit, cum pruritu ac vehementi inflammatione. oportet itaque eam unctis antea manibus & facie colligere. Tradunt ſuccum gallinaceis pullis inſperſum, feles arcere. Adjiciunt eam, quæ in Macedonia circa Haliacmon amnem prodeat, B comedentes interimere. Montoſus autem is locus, viperis ſcatet. Semen ejus potum contra inteſtina vitia efficax eſt. In antidota commodè additur. Contra incontinentiam urinæ toſtum ſemen ſeptenis diebus potui datur. Radix hujus montanum moly vocatur. Sylveſtris ruta ſativæ ſimilis eſt. Prodeſt comitialibus, & coxendicum doloribus: mēſtrua movet, partus enecat. Acrior eſt viribus, quàm hortenſis, & validior. Sylveſtris, utpotè noxia, cibis abdicatur. *Dioſcorides.*

C SABINA (Germ. Sevenbaum. Gall. *Savinter.* Ital. *Sauina.* Hiſp. *Sabina yerua.*) duorum generum eſt. Una foliis cupreſſo ſimilis, ſpinis horridior, graviter olens, acris, & fervens. arbor eſt coactæ brevitatis, quæ ſeſe magis in latitudinem fundit. hujus foliis nonnulli pro ſuffitu utuntur. Altera tamarici folio ſimilis eſt. Naſcitur paſſim in hortis. Colligitur autumno: conſervatur autem per annum. * Utriusque folia nomas ſiſtunt. collectiones illitu mitigant: quin & cum D melle illita nigritias, ſordesq; repurgant, & carbunculos rumpunt: cum vino pota ſanguinem per urinam eliciunt: partus appoſita extrahunt, & ſuffitu idem præſtant. Unguentis calfacientibus immiſcentur, & privatim gleucino. *Dioſcorides.*

SERPILLUM (Germ. Quendel. Gall. *Du Sarpolet.*) duorum generū eſt. Hortenſe odore ſampſuchum imitatur, atque in coronas addi ſolet. cui à ſerpendo nomen inditum eſt: quoniam ſi E qua ejus particula terram attingat, inibi radices demittit. Folia & ramulos origani habet, ſed candidiores, in maceriis multò proceriùs aſſurgit. Naſcitur paſſim in hortis, locis apricis. Colligitur menſe Junii & Julii. Siccatur in umbra, & cōſervatur per annum. Sylveſtre, Zygis appellatū, non ſerpit, ſed in altitudinem increſcit, ramulos edens tenues, ſurculos, foliis refertos longioribus, quàm rutæ, & durioribus, anguſtis. Flores jucundè olent, guſtanti acres. Radicis nullus u- F ſus. Naſcitur in petris, tota æſtate floret: ſativo efficacius, atq; magis excalfaciens. & ad medendi uſum aptius. * Menſes trahit, & urinam potu ciet: torminib. ruptis, vulſis, & jecinoris inflammationibus auxiliatur: & adverſus ſerpentes potu, illitúve prodeſt. Capitis dolores mulcet coctum, adjecto roſaceo, & madefactum in aceto: maximè verò phreneticis & lethargicis convenit. Cruentos vomitus ſedat ſuccus, drachmis quatuor ex aceto potus. *Dioſcor.*

SISYMBRIUM (alii ſerpyllum ſylveſtre vocant) German. Wilder Quendel. Gall. *Creſſon.* Ital.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0095-7 DFG

*Balſamita*, menthæ hortenſis ſimilitudine, odo-
ratius, latiore folio. Inſeritur coronis. Naſcitur
in ſolo inculto. Colligitur menſe Junii vel Julii.
Conſervatur per annum. * Calfaciendi vim ha-
bet contra ſtillicidia urinæ, calculosque, ſemen
ex vino bibitur: tormina & ſingultus ſedat. Fo-
lia in capitis dolore, fronti, aut temporibus illi-
nuntur: item contra veſparum, apumque ictus.
Vomitiones potu cohibet. Alterum ſiſymbrii
genus, aliqui cardaminam, alii Sion appellant.
Ea herba aquis gaudet, & eisdem in locis, qui-
bus Sion provenit: quæ ideò nonnullis Carda-
mina nominatur, quod guſtu cardamum, id eſt,
naſturtium, repræſentet. Folia primùm rotun-
da prodeunt, adulta erucæ modo ſinduntur. Id
excalfacit, urinas movet, crudum eſtur. Purgat
lentigines, cutisq; vitia in facie, noctibus impo-
ſitum, matutinisq; detractum. *Dioſcorides.*

THYMUM (Germ. Thym & Römiſcher Quen-
del. Gall. *du Thin, ou Thim.* Ital. *Thimo.* Hiſp. *To-
mille yer ua.*) ab omnibus cognoſcitur, ſurculo-
ſus frutex exilibus foliis, multis & anguſtis cir-
cumdatus: capitulis in cacumine flore purpura-
ſcente refertis. Gracili ſolo & petroſo provenit.
Colligitur menſe Junii. Conſervatur per annũ.
* Vim habet hanc, ut cum ſale & aceto potum,
pituitam per alvum detrahat. Decocti jus pro-
deſt orthopnoicis & anhelatoribus: tineas ven-
tris exigit: menſes, partus, & ſecundas pellit: uri-
nas ciet. Cum melle in eclegmate faciles facit
excreationes: recentes tumores diſcutit, cum
aceto illitum: concretum ſanguinem diſſolvit,
verrucas thymi colorem reddentes penſilesque
tollit. Iſchiadicis cum vino, & polenta impoſi-
tum ſubvenit: hebetibus oculis in cibo prodeſt.
Perquàm utile pro condimento, duntaxat ad
uſus eorum qui rectè valent. *Dioſcorides.*

TRIFOLIUM, (quod Germ. Klee. Ital. *Tri-
foglio.* Gall. *Treffl.* Hiſpan. *Trebol.*) Græci Oxy-
triphyllon, aut Alphation appellant, quòd bitu-
men redoleat, multas habet virgas tenues, cubi-
tum aut ampliùs longas: folia magna, acumina-
ta, terna ſingulis germinationibus exeũtia, qui-
bus recenter enatis rutæ odor ineſt: ubi autem
adoleverunt, bitumen olent: florem edit purpu-
reum, ſemen latum, hirſutum, ex altera extremi-
tate exortum corniculi modo: radix longa, te-
nuis, dura. Copioſe naſcitur circa Elbam & Pe-
tram ſanctam Hetruriæ. Hujus uſus eſſe debet,
non trifolii pratenſis, quod à vero trifolio maxi-
mè differt à Græcis deſcripto. * Semen & folia
in aqua pota pleuriticis, urinæ difficultati, comi-
tialibus & iis qui aquæ inter cutem principia
ſentiũt, fœminis quoque vulvæ vitiis opportunis
auxiliantur: menſes ciunt, ternæ drachmæ è ſe-
mine dari debent, è foliis verò quaternæ. Con-
tra ſerpentium ictus trita folia, & ex aceto mul-
ſo pota, præſidio ſunt. Tradunt aliqui, totius
fruticis, radicis, foliorumq; decoctum fotũ do-
lores eorum finire, quos ſerpentes percuſſerint.
qua autem aqua ſanatus quis fuerit, ſi ea quis-
piam alius foveatur, qui ulcus habuerit, perinde

A afficitur, ut à ſerpente demorſus. Quidam terna
folia aut ſemina, in tertianis, cum vino potui de-
dére: & in quartanis quartana, ut quæ febrium
circuitus diſcuterent. Radix antidotis inſeritur.
*Dioſcor. & Medici Florentini.*

VERBENACA (Germ. Eiſenkraut. Gall. *Ver-
vaine.* Ital. *Herbena.* Hiſp. *La grama yerua.*) Græ-
cis Periſtereon, dodrantis altitudine, & interdũ
ampliùs adoleſcit. Folia è caule prodeunt inci-
ſa, & ſubalbida ea ſingulari ramo, radiceque ſo-
B la, conſtare ſæpiùs invenitur. Naſcitur in aquo-
ſis. * Folia cum ſuilla adipe recenti, aut roſaceo
impoſita, vulvarum dolores finire putantur: i-
gnem ſacrum illita ex aceto reprimunt: putrida
ulcera cohibent: vulnera glutinant, veteraq; ex
melle ad cicatricem perducunt. *Dioſcorides.*

URTICA (Germ. Neſſel. Gall. *Ortie.* Ital. *Or-
tica.* Hiſp. *Hortiga.*) adeò vulgaris eſt notitiæ, ut
non modò interdiu, ſed etiam noctu in tenebris
ſolo tactu ab omnibus facillimè cognoſcatur.
C Ejus genera duo. Altera ſylveſtrior, aſperior: la-
tioribus, nigrioribusq; foliis: ſemine lini, ſed mi-
nore. Altera non æque aſpera, minuto ſemine.
Paſſim in dumetis ac ſepibus gignuntur. Semen
meſſibus colligi oportet. * Folia utriusque illi-
ta, canis morſibus, addito ſale, medentur: gan-
grænas, carcinomata, ſordida ulcera, & quæ ca-
coëthe vocantur, item luxata, panos, tubercula,
parotidas, ſuppurationesq; ſanant: lienoſis cũ ce-
rato imponuntur: faciunt ad profluvia narium
D cum ſucco trita, & naribus indita: menſes ciunt.
eadem detrita cum myrrha & impoſita, proci-
dentes vulvas recentia contactu reſilire cogunt.
Semẽ potum ex paſſo Venerem ſtimulat, & vul-
væ ora patefacit: cũ melle delinctũ orthopnœæ,
lateris & pulmonum inflammationibus prodeſt:
thoracem expurgat, erodẽtibus medicamentis
admiſcetur. Cocta cum conchis folia alvum e-
molliunt, urinas movent, inflationes diſcutiunt:
decocta cum ptiſana vitia pectoris extrahunt:
E mulierum menſes evocant, cum myrrhæ mo-
dico pota. Inflammatione turgentem uvam
gargarizatus ſuccus reprimit. *Dioſcorides.*

*De foliis calidis in quarto.*

ALLIUM quoddam ſativum atq; hortenſe
habetur. (Ger. Knoblauch. Gall. *Ail ou Aux.* Ital.
*Aglio.* Hiſpan. *Aio.*) quod in Ægypto, ſingulari
ut porrum capite conſtat, dulce, in purpureum
vergens, parvum: reliqua verò magna & candi-
F da, & pluribus coagmentantur nucleis, quos a-
glithas, id eſt, ſpiras, Græci nominant. Aliud
eſt ſylveſtre, quod ophioſcorodon, id eſt, angui-
num, vocant. Germ. Wilder knoblauch. * Vis allii
acris eſt, excalfacit, mordet, excernit, alvum tur-
bat, inflationes facit, ſtomachum exiccat. ſitim
gignit, flatum permovet, ſummam corporis cu-
tem exulcerat, aciem oculorum eſu hebetat.
Eosdem effectus præbet anguinum, quod & e-
laphoſcorodon dicitur: latas ventris tineas in ci-
bo ſumptum abigit, urinas detrahit, contra vipe-
rarum ictus, & privatim hæmorrhoi prodeſt, ita

ut non

ut non aliud magis, ſi cum vino jugiter aſſumatur, aut tritum in eodem ebibatur: contra rabioſorum morſus, & illitu, & cibo valet. Magnæ & allio utilitates contra aquarum mutationes: vocem clarificat: veterem tuſſim crudum coctúmve lenit: potum autem cum origani decocto pediculos & lendes enecat: cremati cinis illitus ſugillationibus cum melle & alopeciis cum nardino unguine medetur: eruptiones papularum cum oleo & ſale ſanat: vitiligines, lichenas, lentigines, ulcera capitis manantia, lepras, & furfures, cum melle eximit: cum thure & teda decoctum, dẽtium dolorem levat, ſi in ore contineatur: contra venenatos muris aranei morſus, cum ficulneis frondibus, & cumino illinitur. Fervefactæ comæ jus, fœminarum deſeſſionibus additum, menſes & ſecundos partus extrahit. Allium ejusdem gratia ſuffitur. Factum ex eo, & nigra oliva intritum, quod myttoton vocant, eſu cit urinam, ora venarum patefacit, hydropicis utile. *Dioſcorides.*

Lepidium (Germ. Pfefferkraut/Bauchkraut/Wilder kreß. Gall. *Paſſeraige ſauvage.*) vulgò notum eſt, muria cum lacte ſervatur. * Vis foliorum acris & exulcerans, quapropter iſchiadicis trita, præſentiſſimum eſt auxilium, ſi cum helenii radice, quarta parte horæ illinatur: lienoſis ſimili modo prodeſt: lepras eximit. Radix appenſa collo, dolore dentium liberare exiſtimatur. Naſcitur paſſim in hortis. Verno tempore apparet. *Dioſcorides.*

Nasturtium Sativum (Ger. Garten kreß. Gall. *Chreſſon alenoys, ou naſitort.* Ital. *Agreto.* Hiſpan. *Naſturcio, maſtuca.*) hortis familiaris, & frequens herba eſt, tenuis: foliis parvis, laciniatis: caule tenui, ſeſquipedali: flore albo: ſemine in rubeum nigricante, folliculis rotundis ac preſſis contento, thlaſpi modo. Floret æſtate, Junio potiſſimùm menſe. Sequenti tempore ſemine prægnans eſt. * Omnium ſemen eſt acre: excalfacit, ſtomacho adverſatur, alvum turbat, tineas excutit, lienem imminuit, partus exanimat, menſes cit, Venerem ſtimulat, ſinapis & erucæ ſimile intelligitur: lepras & impetigines abſtergit. Illitum cum melle lienem extenuat, favos expurgat: pulmonum vitia extrahit, ſorbitionibus incoctum: ſerpentum venenis potum reſiſtit, atque eas ſuffitu fugat: capillorum defluvia cohibet: carbunculos ad ſuppurationem perducit, & rumpit: coxendicibus cum polenta commode ex aceto illinitur: tumores, collectionesque diſcutit: emittit furunculos illitum cum muria. Herbæ ad omnia idem effectus, licet minor. *Dioſcorides.*

Porrum capitatum (German. Lauch. Gall. *Poureau.* Ital. *Porro.* Hiſpan. *Puerro.*) inflationem parit, noxium ſuccum creat, tumultuoſum ſomnium parit, urinam ciet, alvo accommodatur, extenuat, oculorum aciem hebetat, menſes pellit: ſed lædit exulceratam veſicam, reneſq;. cum ptiſana verò coctum, eſu pectoris vitia extrahit. Coma ejus in aqua maris, & aceto cocta, in deA ſeſſionibus ad præcluſiones vulvæ, & duritias utilis habetur. Porrum bis aqua mutata coctum, tum frigida maceratum, dulceſcit, & multò minùs inflat. Semen acrius eſt, & quandam aſtrictoriam vim habet, quare ſuccus cum aceto, addito thure, aut manna, ſanguinis profluvia ſiſtit, maximè ſi naribus erumpat. Venerem ſtimulat: contra omnia thoracis vitia, tabemq; pro delinctu efficax eſt: arteriam eſu purgat: ſed ſi aſſiduè eſtur, viſus obſcuritatem inducit: ſtomacho B adverſatur. Succus ex melle potus, aut illitus, contra beſtiarum morſus auxilio eſt. Ipſum quoque cum aceto aut thuris polline, lacte, aut roſaceo, utiliter aurium doloribus & ſonitui inſtillatur. Varos tollunt folia illita cum rhoe, qua ad obſonia utuntur: epinyctidi medentur: cruſtas ex ſale illita rumpunt. Veteres ſanguinis rejectiones cohibent, ſeminis drachmæ binæ, cum æquali baccarum myrthi pondere potæ. Læto ſolo gaudet, odit rigua *Dioſcorides.*

C Struthium (Ger. Seyffenkraut. Gall. *L'herbe à foulon.* Ital. *Herba da tintori.* Hiſp. *Yerna ſabonera.*) Latinis radicula ſeu lanaria herba, vulgò nota: qua purgãdis lanis utuntur, qui eas eluunt. * Hujus radix eſt acris, urinam ciet: prodeſt tuſſi, jecinoroſis, orthopnœæ ex melle ſumpta, cochlearis menſura, alvum ſolvit. Eadem cũ panace & capparis radice, calculos frangit, & cum urina exturbat: duritiem lienis abſumit: menſes impoſita trahit: partus efficaciter enecat. Cum D polenta autem & aceto illita, lepras tollit: tubercula diſcutit, cum farina hordeacea & vino decocta. Miſcetur & malagmatis, & ocularibus collyriis, claritatis cauſa. Sternutamenta movet: per os purgat, trita cum melle, & naribus infuſa. Naſcitur in ſaxoſis & aſperis locis. Nunc in hortis quibusdam plantatur. Floret æſtate, Junio maximè menſe. *Dioſcorides.*

Thapsia nomen ideò accepit, quòd in Thapſo ejusdem nominis inſula primum inE venta ſit. Tota verò natura ferulæ ſimilis eſt: graciliore caule, foliis fœniculi: umbella anethi in cacumine, à ſingulis ſurculis erumpente: flore luteo: ſemen quale ferulæ, latiuſculum, ſed aliquantò minus: radix foris nigra, intùs candida, longa, acris, craſſiore libro veſtita. * Tam cortex radicis, quàm ſuccus purgandi vim habent, & lacteus ſuccus in aqua mulſa potus: nam utrinque bilem extrahunt. Radicis modus, quaterni oboli, cum tribus ſemiſsis anethi drachmis: ſucci terF ni oboli: lactis obolus unus: quod eo ampliùs aſſumitur, periculoſum eſt. Hujusmodi purgatio convenit ſuſpirioſis, & diuturnis laterum doloribus, rejectionibusque: datur in cibis, aut obſonio, quibus difficile ſit vomere. Tam radix, quàm ſuccus omnium maximè, quæ pares cum eis vires adepta ſunt, vim habent extractoriam ex alto, ubi ex imo aliquid evocandum eſt, aut meatuum laxitas aliò transferenda eſt: unde ſuccus illitione, aut radix recens affrictu alopecias explent. Radix, ſuccusq; cũ æquis ceræ, thuriſq; portionibus, ſugillata, livoreſq; tollunt: ſed

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0097-8
DFG

non plus binis horis dimittantur. locus deinde aqua maris calida foveatur. Vitia cutis in facie emendat, cum melle illitus ſuccus lepras tollit: tubercula diſcutit, perunctus cum ſulphure. In diuturnis pulmonum, laterum, pedum, articulorumque valetudinibus utiliter illinitur. Valet ad integendam colis glandem iis, qui natura, non circumciſione curti ſunt: tumorem enim excitat, qui pinguium fotu emollitus, præputii jacturam reſarcit. *Dioſcorides.*

### *De foliis frigidis in primo.*

Atriplex (Germ. Milten. Gall. *Des Arroches, ou des bonnes Dames.* Ital. *Arnola trapeſe, treppeſe.* Hiſpan. *Los Armuelles yerva.*) cognitum olus eſt. Duo ejus genera, ſylveſtre & ſativum. Sativum paſſim in hortis gignitur. Floret menſe Junio & Julio. Coctum eſtur, ut olus: * alvum mollit. Panos diſcutit, ſive crudum, ſive coctum illinatur. Semen cum aqua mulſa potum, regium morbum ſanat. *Dioſcor.*

Fumus Terrae, ſeu Fumaria (Ger. Erdrauch/Daubenkropff. Gall. *Fumeterre, ou pied de Geline.*) fruticoſa herbula eſt, præterea coriandro ſimilis: foliis candidioribus, undique numeroſis, ciceracei coloris: flore purpureo. Naſcitur paſſim in hortis & campeſtribus. Colligitur in Vere & Autumno. Conſervatur per annum. * Hujus ſuccus acris eſt: claritatem facit oculis, delacrymationemque, unde nomen traxit. Illitus cum gummi evulſas palpebras renaſci prohibet. Commanducata herba, bilioſam trahit urinam. *Dioſcorides.*

Ex generibus rumicis Oxylapathum vocant, Germ. Grindwurtz/Streiffwurtz/Mengelwurtz/Wildampffer. Gall. *De la Parelle, ou de la Patience.* quod in acutum tendit, duo habens extrema, in paluſtribus naſcens. Alius eſt ſativus, illi diſſimilis. Tertium genus ſylveſtre, parvũ, plantagini proximum, humile & molle, Germ. Guter Heinrich. Quartum eſt, quod alii oxalida: alii anaxyrida, aut lapathon vocant. Germ. Saurampffer. Folia ejus ſylveſtri ac exiguo rumici ſimilia: caule non magno: ſemine ſubacuto, rubente, acri, in caule, & agnatis appendicibus emicante. * Omnium decocto olere alvus emollitur. Crudi illitu, meliceridee, roſaceo aut croco adjecto, diſcutiuntur. Sylveſtris & oxylapathi, & ejus quam oxalida nominant, ſemen ex aqua aut vino utiliter bibitur contra dyſenterias, & cœliacorum affectus, ſtomachi faſtidia, ſcorpionum ictus. Quod ſi quis in potu præſumat, nihil moleſti ex ictu patietur. Radices ex aceto coctæ, aut illitæ crudæ, lepras, impetigines, & ſcabroſos ungues perſanant: ſed antea locus aceto & nitro in Sole perfricandus eſt. Pruritus corporis, decoctũ earum ſedat, ſi foveatur, aut in ſoliis balnearum confricetur. Coctæ in vino, & inſtillatæ, aurium dentiumque dolorem mulcent: ſtrumas parotidasq; diſcutiunt: lienem cum aceto extenuant. Aliqui amoliendis ſtrumis radicum geſtamine utuntur, eas collo appendentes. Tritæ, & admotæ fœminarum profluvia ſiſtunt: cum vino autem potæ, regio morbo medentur, calculos veſicæ comminuunt, menſes cient, ſcorpionũ ictibus auxiliantur. Hippolapathon olus eſt magnum, in paludibus naſcens. Eaſdem habet vires, quas ſupradicta rumicis genera. *Dioſcor.*

Malva (Germ. Pappeln. Gall. *Maulue.* Ital. *Herba malua.* Hiſpan. *La malua.*) vulgaris notitiæ eſt; ejus genera duo, ſylveſtris & ſativa. Sativa naſcitur paſſim in hortis. Sylveſtris autem locis incultis, pinguibus potiſſimum & humidis. Colligitur Vere & Autumno. Conſervatur per annum. Malva ſativa eſui longè aptior eſt ſylveſtri. * Stomacho adverſatur: alvum juvat, ſed multò magis caules: interaneis, & veſicæ utilis. Cruda folia cum ſalis exiguo manducata, ægilopas ex melle ſanant: verùm cùm cicatricem trahere cœperint, ea demum citra ſalem utendum eſt. Contra aculeatos apum veſparumque ictus, illita efficax eſt: eadem cruda, cum oleo trita peruncti non feriuntur: ulcera manantia in capite, furfureſque cum urina ſanat. Sacris ignibus, & ambuſtis decocta folia, tritaque utiliſſimè ex oleo imponuntur. Ejus decoctum vulvas inſeſſione mollit: prodeſt eroſionibus veſicæ, & inteſtinorum, vulvæ, ſedisq;, clyſtere infuſum. Jus decoctę cum radice ſua, contra omnia venena auxiliatur, ſi continuò à bibentib. revomatur. Contra phalangiorum morſus remedio eſt: lac evocat. Semen in vino potum, addito loti ſylveſtris ſemine, veſicæ cruciatus lenit. *Dioſcor.*

Myrtus (German. Myrtenbaum. Gall. *Vn arbre appellé Meurte.* Ital. *Myrto.* Hiſpanice *Arraihan moriſco que ſe labra.*) arbor frequens in Italia naſcitur. Cujus duo genera: ſativum, quod in candidum & nigrum dividitur: & ſylveſtre, quo univerſa fere Tyrrheni litora vireſcunt ac redolent. Sativæ in arbores facilè adoleſcunt, ramis flexilibus ac lentis; rubro cortice: foliis longiuſculis, perpetuóque virentibus, punicæ æmulis: quanquam in nigris nigriora, in candidis candidiora ſpectantur. Flores omnibus inſident candidi, odorati: ideoque aqua ex iis confecta odoris ſuavitate unguentariis plurimùm expetitur. Sativarum utrunque genus baccas fert oblongas, agreſtes oleas quadantenus referentes, multò ſanè ſylveſtribus majores. Inter ſylveſtres alba quoq; & nigra reperitur, quemadmodum, & inter urbanas. Myrti montes non amant, quin & frigidos odêre tractus: tamen cùm in mediterraneis, nempe in hortis, viridariis, vinetis & campis maximè proveniunt, tum in maritimis præcipuè, atq; amœnis ſtagnorum & lacuum ripis à natura nullo ſtudio editæ, mirificè proficiunt, vitamque lætam agunt. Myrtus ſativa nigra utilior eſt Medicinæ, quàm candida, & in hoc genere multò magis montana: ſemen tamen imbecillius parit. * Vis & myrti, & ſeminis, aſtringit. Semen viride aut aridum in cibo datur ſanguinem excreantibus, & veſicæ eroſionibus. Succus virentibus baccis expreſſus, eoſdem effectus exhibet: ſtomacho utilis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0098-4
DFG

utilis,urinam cit,prodeſt contra phalangii mor- A
ſum, & ſcorpionis ictus, in mero. Seminis de-
coctum capillum tingit. Jus decocti in vino ul-
cera in extremis membris nata ſanat: oculorum
inflammationes illitum cum polline polentæ
lenit: contra ægilopas illinitur: crapulam arcet
præſumptum vinum, quod fervefacto aliquan-
tùm ejus ſemine exprimatur:aliàs enim acorem
contraheret. Præſtat idem ſeminis effectus: uti-
le procidentiæ vulvarum in deſeſſionibus, ſedis
vitiis,& fœminis fluxione vulvæ laborantibus: B
purgat furfures, ulcera capitis manantia, atque
eruptiones papularum: fluentes capillos conti-
net. Additur quoque in medicamenta, quas li-
paras vocant, uti oleum, quod ex foliis ejus fa-
ctum eſt. Decoctum foliorum ad deſeſſiones
balnearum convenit, & contra laxatos artus, &
malè ſolideſcentes: eo fracta ferruminationi re-
pugnantia utiliſſimè foventur: vitiliginē emen-
dat, purulentis auribus infunditur, & capillos
denigrat. Succus eorum eadem efficit. Trita fo- C
lia, & ex aqua illita humidis ulceribus, & parti-
bus omnibus fluxione laborantibus, cœliacisq;
proſunt: & admiſto omphacino oleo, aut exi-
guo roſaceo cum vino, ad ulcera ſerpentia, i-
gnem ſacrum, teſtium inflammationes, epiny-
ctidas, & condylomata. Arentium foliorum fa-
rina utiliter inſpergitur paronychiis,pterygiis,&
contra alarum,feminumq; perfuſiones: cardia-
corum ſudores cohibet. Folia cruda, ſeu crema-
ta cum cerato, ambuſtis,paronychiis,pterygiisq; D
medentur. Exprimitur foliis ſuccus,adfuſo ve-
tere vino, aut aqua cœleſti, cujus recentis uſus
eſt: nam exiccatus planè cariem ſentit, & vires
amittit. Myrtidanum dicitur,adnatum inæqua-
bile,verrucoſum, intumeſcensque,& concolor:
quod perinde quaſi manus,myrti caudicem am-
plectitur, coactumq; in paſtillos ſiccatur in um-
bra: multò efficacius & folio, & ſemine,cerato,
peſſis, inſeſſionibus, cataplaſmatis admiſtum,
ubi adſtringendum aliquid eſt. *Dioſcorides & E
Matthiolus.*

Parietaria (Germ. Tag und nacht/ Sant
Peters kraut oder Glaßkraut. Gall. *Paritaire.* Ital.
*Parietaria.* Hiſpan. *Albaracha de rio, ò yerva de
vidrio.* Græcis *Helxine* dicitur) naſcitur in pa-
rietinis,ſepibus & maceriis. Julio menſe floret.
Folia ei mercurialis inſunt,hirſuta:cauliculi ſub-
rubentes, & circa eos veluti ſemina aſpera,ad-
hærentia veſtibus. * Folia refrigerandi, ſpiſſan-
dique naturam habent: qua ex cauſa ſanant illi- F
tu ſacros ignes, aduſta condylomata, panos in-
cipientes, tumores, inflammationesque. Suc-
cus ejus cum ceruſſa ignibus ſacris, & ulceribus
quæ ſerpunt,commodè illinitur: imponiturque
podagris: cum hircino adipe, aut cerato cypri-
no: veterem tuſſim emendat,inſtar cyathi hau-
ſtus,tonſillis inflammationem ſentientibus uti-
liter & gargarizatur, & oblinitur: aurium
dolorem cum roſaceo inſtillatus
levat. *Dioſcorides.*

*De foliis frigidis in ſecundo.*

Blitum (Germ. Moter. Gall. *De la Blete.* Ital.
*Liedoni, Blito.* Hiſpan. *Beedos.*) duorum eſt gene-
rum,rubrum & album. Utrumq; notum,in hor-
tis & campis naſcens. Floret æſtate,& autumno,
ſemineq; prægnans eſt. Rubro caulis & folia a-
deò rubeſcũt, ut coccineo colore infecta videã-
tur,etſi tẽporis tractu tandẽ purpureſcant. Folia
amaranthum referunt,ſicut etiam caulis. Quin
B & radix ſanguineo ſucco madet. Album prove-
nit iisdem foliis, latioribus tamen,& colore ſub-
albidis. Flores & ſemen racematim cohærentes,
tenuibus inſident ramuſculis, ex alarum cavis
prodeuntibus panicularum effigie, ſylveſtris
panici modo. * Olus eſt eſculentum, humidæ
frigidæque temperaturæ, in ſecundo maximè
exceſſu. *Matthiolus.*

Chondrilla, ſylveſtris cichorii ſpecies
nimirum eſt: gracilioribus tamen foliis,caule,
C floribus,ac ſemine. Naſcitur in locis cultis,ſcro-
bium aggeribus, & ſecus vias. In hujus ramulis,
gummi maſticis ſimillimum,magnitudine fabæ
inveniri ſolet: * quod cum myrrha tritum, &
linteo appoſitum inſtar olivę,fœminarum men-
ſes trahit. Tuſa cum radicibus herba, adjecto
melle dividitur in paſtillos: qui nitro admiſti vi-
tiligines emaculant. Gummi inordinatos pilos
replicat. Quod item tenera radix efficit,ſi intin-
cta ſucco acus pilis admoveatur: contra viperas
D in vino pota proficit. Succus decoctæ, in vino,
aut per ſe potus,alvũ ſiſtit. Aliud habetur chon-
drillæ genus,folium ferens oblongum, circum-
roſum,humi ſparſum: caulem ſucco madentem
lacteo: radice tenui,rotunda,lævi,vegeta,flave-
ſcente, ſuccoſa: cujus & caulis, & folia,conco-
quendi vim habent. Succus incommodos palpe-
brarum pilos reflectit. *Dioſcor. & Matthiolus.*

Lactuca ſativa (Germ. Lattich. Gall. *Lai-
ctue.* Ital. *Lattuca.* Hiſp. *Lechuga.*) omnium her-
E barum vulgò notiſſima eſt: * cui natura refrige-
ratrix ineſt, ſtomacho grata: ſomnum conciliat,
alvum emollit,lac evocat: verùm decocta ma-
gis alit. Stomachicis illotas eſſe prodeſt. Epo-
tum ſemen, aſſiduas libidinum imaginationes
in ſummo compeſcit,& Veneri refragatur. Ipſæ
verò frequentiores in cibo, claritati oculorum
officiunt: inflammationibus, & ignibus ſacris
opitulantur. Muria condiuntur. Cùm in caulem
exierunt,vim quandam nanciſcuntur ſucco, aut
F lacti ſylveſtris lactucæ ſimilẽ. Sylveſtris lactuca
ſativæ ſimilis eſt: ſed longior caulis,& candidio-
ra folia,graciliora, & aſperiora. Naſcitur in cam-
peſtribus. Amaro guſtu eſt & viribus aliquan-
tum papaveri ſimilis: unde lacteum ejus ſuccum
aliqui meconio permiſcuerunt. Aquam per al-
vum elicit, potus in aceto mulſo ſuccus ad duos
obolos,argema,caliginemque repurgat: contra
aduſtiones efficaciter illinitur,cum lacte mulie-
rum. In ſumma, ſomnum allicit, doloris levamẽ-
tum præſtat, menſes trahit: contra ſcorpionum
& phalangiorum ictus bibitur. Semen non ali-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0099-2 DFG

ter quàm ſativæ, libidinũ imaginationes in ſomno amolitur, ac Venerem arcet. Succus ad eadẽ valet, ſed viribus infirmior. Reponitur in fictili novo lac ejus, antea ut in aliis liquaminibus moris eſt, inſolatum. Florent lactucæ Julio menſe, atq; ſubinde ſemen proferunt. *Dioſcorides.*

INTYBUS duũm generum eſt: ſylveſtris, & hortenſis. Sylveſtris quidem (Germ. Wegwarten dicta) duplex: altera picris, quæ & Cichorium vocatur: altera ſativa latioribus foliis conſtat, ſtomacho quàm hortenſis utilior. Hortenſis verò (quæ Germanis Endivien dicitur) duplex genus: una folio latiore prodit, lactucarum ſimillima: altera anguſtiore eſt folio, & guſtu amara. Utraq; colligitur mẽſe Junio & Julio, quo tempore maximè floret. Conſervatur autem per annum.* Refrigerat & aſtringit, ſtomacho utiliſſima: alvum ſiſtit cocta, ſi cum aceto adſumatur. Sylveſtres ſtomacho meliores: quandoquidem æſtuantem ipſum, & quem imbecillitas vexet, cibo leniunt. Cardiacis per ſe, aut cum polenta, utiliter illinuntur: podagris, & oculorũ inflammationibus auxilio ſunt. Herba cum radice illita, percuſſis à ſcorpione ſubvenit: igni ſacro cum polenta medetur. Succus cum ceruſſa, & aceto, valet ad illitus eorum, quæ refrigerationem deſiderant. *Dioſcorides.*

HYACINTHUS (Ger. Blaw Mertzen blümlin. Gall. *Une Iacinthe, ou Vaciet.* Ital. *Cipola canina.* Hiſpan. *Los Majos flores.*) folia habet bulbi: dodrantalem caulem, levem, minimo digito tenuiorem, herbacei coloris: comam procumbentem, florum purpureorum plenam, incurvam: radicem quoq; bulbaceam. Naſcitur in univerſum in campeſtribus inter ſegetes, & in ſylvis provenit. Floret cum violis circa finem Martii, & Aprilis initium. * Radix (ut creditur) pueris cum vino albo illita, pubertatem coërcet, & non patitur erumpere: ſiſtit alvum pota, & urinam impellit: phalangiorum morſibus auxiliatur. Semen aſtringentius eſt, theriacis expetitum: regium morbum emendat, cum vino potum. *Dioſcorides.*

OXALIS, ſeu ACETOSA (Ger. Saurampffer. Gal. *Oſeille, Surelle.* Ital. *Acetoſa.* Hiſp. *Azederilla, Romaza.*) duorum eſt generũ: majus nimirum, & minus. Illi folia ſunt hortenſi ſimilia: huic verò ſagittarum figura, mollia, lævia, quibusdam veluti capillamentis ſubrubentibus inſperſa, ſuccoſa, foliisq; majori acidiora. Semen utrique idem, præterquam quòd majori majus, minori verò minus. Naſcitur in hortis & pratis. Æſtate antequam prata demetantur, omnium copia haberi poteſt. *Matthiolus & alii.*

PLANTAGO, Germ. Wägrich. Gal. *Plantain.* Ital. *Plantagine.* Hiſpan. verò dicitur *la Ilanten.* Duo ejus genera. Minor, Germ. Spitzer wägrich/ folia habet anguſtiora, minora, molliora, læviora & tenuiora: cauliculo anguloſo, in terram inclinato: floribus pallidis: ſemine ſummis caulibus emicante. Altera major, German. Breiter wägrich/ latior, virentiorque, latis conſtans

A foliis, oleracei generis: cujus caulis cubiti altitudinem petit, anguloſus, ſubruber, à medio ad verticem tenui ſemine circumdatus: radicibus nititur teneris, hirſutis, candidis, digitum craſſitudine æquantibus. Naſcitur in lacunoſis, ſepibus, & locis humidis. Utraq; autem circa ſepes, aggeres, prata, & lacunoſa loca. Herba & flores in æſtatis initio, Majo & Junio menſibus, ſemen verò Auguſto carpitur menſe. Multò utilior magna eſt. * Vim habent folia exiccatoriam, conſtringẽtem. B quare omnibus malignis ulceribus, & fluxioni opportunis, atq; elephanticis, ſordidisque illita proſunt: profluvia ſanguinis ulcera quæ ſerpunt, epinyctides, carbunculos nomasq; cohibent: vetera ulcera, & inæqualia, cicatrice obducunt: chironia ſanant, ſinus conglutinant: morſibus canis, ambuſtis igni, inflammationibus, panis, parotidibus, ſtrumis, ægilopiis, illita cum ſale proſunt. Coctum cum aceto & ſale olus dyſentericis, cœliacisq; ſumtum ſubvenit. C Datur & in locum betæ cum lenticula coctum & ad aquam intercutem, cui leucophlegmatiæ nomen eſt: datur & herba decocta poſt aridas epulas, ſic ut media antecedat. comitialibus, & ſuſpirioſis data proficit. Foliorum ſuccus, colluta ſubinde oris ulcera purgat: cum cimolia, aut ceruſa igni ſacro medetur: fiſtulis infuſus prodeſt: lippitudinibus & aurium doloribus idem ſuccus inſtillatur. additur quoq; in oculorum collyria: gingivis cruore ſuffuſis, & ſanguinis rejectioni- D bus potu confert: clyſtere dyſentericis infunditur: contra tabem datur in potu: adverſus ſtrangulationes vulvæ, in vellere ſubjicitur, etiamſi vulva fluxione laboret. Semen ex vino potum alvi fluxiones, & ſanguinis excreationes ſiſtit. Decocta radix, & mãducatu, & collutione, dentium dolores ſedat: eadem cum foliis, ulceribus renum, & veſicæ in paſſo datur. Ferunt tres radices, cum tribus vini cyathis, & pari aquæ modo, tertianis auxiliari: & quatuor, quartanis. E Sunt qui radicis geſtamine, diſcutiendis ſtrumis utantur. *Dioſcorides.*

POLYGONUM (Germ. Wegtritt/ Weggraß. Gall. *L'herbe ſaint Innocent.* Ital. *Corrigiola, Centinodia.* Hiſp. *Cicur unsandos, Correola.*) mas, ramos habet teneros, & exiles, copioſos, geniculis cinctos, qui per terram, ut gramen repunt: folia rutæ, ſed molliora, longioraq;: ſemine ſub omnibus foliis turgeſcente, unde marem appellari volunt: flos ei candidus aut puniceus. Naſcitur F in campis, ædificiorũ areis, & viis publicis. * Vis epoti ſucci eſt, ſpiſſare, ac refrigerare: prodeſt cruentæ excreationi, choleræ, alvi fluxionibus, & urinæ ſtillicidio: nam urinam apertè ciet. cum vino potus, contra ſerpentium morſus auxiliatur; datur in febribus per horam ante invaſiones: fœminarum profluvia impoſita ſiſtit. Idem ſuccus aurium doloribus iisdemque purulentis inſtillatur. Facit eximiè ad genitalium ulcera, cum vino, adjecto melle decoctus. Stomachi fervori, ſanguinis rejectionibus, ulceribus quæ ſerpunt, ignibus ſacris, collectionibus, tumori-

bus, &

bus, & recentibus vulneribus folia illinuntur. A
Sanguinaria fœmina fruticat uno caule, arundi-
ni teneræ ſimili, denſis geniculis, & in ſe tuba-
rum modo farctis: articulos in orbem cingunt
apices, foliolis ſimiles: radicis nullus uſus. Na-
ſcitur in riguis. Huic quoque ſpiſſandi, refrige-
randique natura ad eadem valens, ſed ineffica-
cior. *Dioſcorides.*

PSYLLION (Germ. Pſyllenkraut. Gall. *Her-
be à Puces* nominatur) foliis eſt coronopo non
diſſimilibus, hirſutis, longioribus: ſarmentoſa, B
fœni modo in totum herbulæ, ramis dodranta-
libus: coma à medio caule exoritur, duobus tri-
búsve convolutis in cacumine capitulis: in his
ſemine duro, nigro, pulicum ſimili, unde & no-
men, in arvis & incultis naſcitur. Nuſquam ta-
men, quod ſciam, in Germania, niſi ſatum pro-
venit. Flores tota ferè æſtate ex capitulis ejus,
quæ ſpicæ formam obtinent, erumpẽtes depen-
dent. Semen verò Autumno profert. * Vis ei ad
refrigerandum, inſpiſſandum, & molliendũ cõ- C
veniens: articulorum morbis, parotidibus, tu-
berculis, tumoribus, luxatis illitum auxiliatur:
imponitur in dolore capitis, cum roſaceo, aqua,
aut aceto: enterocelis infantium, & prominen-
ti umbilico, illitum ex aceto medetur. Teritur
acetabuli menſura, & in aquæ ſextario made-
factum, ubi convenit aqua, illinitur: ſiquidem
vehementer refrigerat, & in ferventem aquam
dejectum calorem reprimit. Contra ignes ſa-
cros efficax eſt. Fama eſt, ſi virens domum im- D
portetur, non ſinere in ea pulices gigni. Cum a-
dipe tuſum ſordida ulcera, & quæ cacoëthe vo-
cantur, expurgat. Succus vermiculoſis auribus,
aut fluxione laborantibus, ex melle prodeſt.
*Dioſcorides.*

RHUS, quæ obſoniis aſpergitur, ab aliquibus
Erythrovà, Gallis *Viurna* appellata, ſemen eſt co-
riarii fruticis, ſic vocati, quoniam coriorum in-
fectores eo utuntur ad inſpiſſandas pelles. Arbu-
ſcula eſt in petris naſcens binûm ferè cubitorum E
altitudine: foliis oblongis, ſubrubẽtibus, in am-
bitu ſerratis, ilicis modo: acino uvarum graci-
lium, denſo, magnitudine terebinthi quadante-
nus lato: cujus corticoſa tunica perquàm utilis
eſt. Naſcitur in Syria, Ægypto, & Italia. * Folia
vim habent aſtringendi, & acaciæ effectus præ-
bent. Decoctum capillos denigrat: dyſentericis
infunditur, & in potus eorum, inſeſſusq; adjici-
tur: inſtillatur auribus purulentis, gangrænas &
pterygia cohibent folia ex aceto aut melle illita. F
Liquamentum fit ex aridis foliis, ad craſſitudi-
nem mellis in aqua decoctis, ad eadem, ut ly-
cium, conveniens. Semen eoſdem effectus ex-
hibet: cœliacorum, dyſentericorumque obſo-
niis inſpergitur: fracta, deſquamata, lividaque
illitum ex aqua, ab inflammatione vindicat: lin-
guæ aſperitates cum melle abſtergit: cãdida fœ-
minarum profluvia ſiſtit: hæmorrhoidas ſanat,
cum querno carbone intrito admotum. Aqua,
in qua ſemen maduit, decocta cogitur, coitque
efficacior quodammodo ipſo ſemine. Gummi
deterit quod dentium cavis imprimitur ad dolo-
res finiendos. *Dioſcorides.*

SOLANUM quatuor generum eſt: hortenſe,
halicacabum, ſomniferum, & furioſum. Horten-
ſe ſolanum (Germ. Nachtſchatt. Hiſp. Gall. & Ital.
*Morella*, officinis *Solatrum*) frutex eſt cibis ido-
neus, exilis, puſillus, multis concavus alis: folio
nigro, majore quàm ocymi, & latiore: fructu ro-
tundo, viridi, qui poſt maturitatem nigricat, aut
fulveſcit, herba innocentis guſtus. Naſcitur in
hortis, ſecus vias, agrorum margines, ſepimen-
ta, veteres parietes, ruinas: & in aſperis locis.
Æſtate, & in multum quandoq; Autumnum flo-
ret: & tunc quidem fructus maturi. * Natura ei
refrigerandi: quare folia ulceribus quæ ſerpunt,
& ignibus ſacris, convenienter cum polline po-
lentæ illinuntur, ægilopia, capitisq; dolores, tri-
ta & impoſita per ſe ſanant: æſtuanti ſtomacho
auxiliantur: parotidas cũ ſale detrita illitu diſcu-
tiunt. Valet ſuccus ejus adverſus ignem ſacrum,
atq; ulcera quæ ſerpunt, cum ceruſſa, roſaceo, &
argẽti ſpuma: ad ægilopas cum pane: infantium
adustioni, quam ſyriaſin vocant, cũ roſaceo per-
fuſus proficit: in collyriis, aquæ vel ovi vicem
exhibet, contra acutas fluxiones illitus: aurium
dolori inſtillatus prodeſt, menſiũ abundantiam
ſiſtit in vellere ſubditus. Succus fulvo gallinarum
cortalium fimo ſubactus, & linteo appoſitus æ-
gilopiis præſentaneo eſt remedio. Solanum ha-
licacabon, aut phyſalida, id eſt, veſicaria, Germ.
Schlutten/Judenkirſen. Gal. *Alquequenges, Bague-
naudes.* Hiſp. *A carreador de ſueño, Bexiga de Per-
ro*, foliis antedicto ſimilibus, verùm latioribus:
cujus caules poſteaquam adoleverunt, prona
terram ſpectant: folliculis orbiculatis, veſiculis
ſimilibus, in quibus ſemen continet fulvum, ro-
tundum, læve acinorum uvæ figura: quo coro-
narii utuntur, corollis intexentes. Naſcitur in pa-
rietinis, locis umbroſis, aliquantulum humenti-
bus, quandoq; circa agrorum margines. * Vim
uſumq; hortenſis ſolani habet: verùm cibis ne-
quaquam expetitur. Regium morbum purgat,
ſemine poto, & urinam pellit. Ex utraque herba
ſuccus extrahitur: qui ſiccatus in umbra recon-
ditur, ad eadem valens. Solanum ſomniferum,
aliqui etiam Halicacabon, & Apollinarem mi-
norem, & Ulticanam herbam, & Obſaginem vo-
cant: fruticat multis ramis, denſis, cellicoſis, fra-
ctu contumacibus, pinguium foliorũ, cotoneæ-
que mali ſimilium plenis: flore grandi, rubro:
fructu in folliculis crocato: radice grandi, ſub-
rubro cortice veſtita. Naſcitur in ſaxis, non pro-
cul à mari. Radicis cortex in vino drachmæ pon-
dere potus, ſomnificam vim habet, opio mitio-
rem. Semen vehementer urinam cit. Corymbi
duodecim hydropicis dantur: ſi quid numero
adjiciatur, alienationem mentis faciunt. Reme-
dio eſt aqua copioſa mulſa, potui data. Succus
paſtillis inſeritur, & medicamentis, quæ doloris
levamentum præbent. Decoctus in vino, ſi in ore
contineatur, dentium doloribus auxiliatur. Ra-
dicis ſuccus, cum melle illitus, oculorum hebe-

tudines tollit. Solanum furioſum aliqui Perſion, alii Thryon, alii Dorycnion, nonnulli Solanum manicum appellavêre. Huic folium erucæ ſimile, majus aliquantò, ſatis acantho, quem pæderota vocant, accedens: caules à radice proceros emittit decem aut duodecim, ulnæ altitudine adoleſcentes: caput in cacumine olivæ figura, ſed ut platani pilulæ hirſutius, verùm majus latiusque: florem nigrum, poſtquam eo exuitur, racemus exit rotundus, niger, denis aut duodenis acinis conſtans, ſimilibus hederæ corymbis, ut uvæ mollibus: radice firmatur candida, craſſa, cava, cubitali gignitur in montibus, vento perflatis, & plataneatis. Radix drachmę unius pondere pota ex vino, facit ſpecies vanas, imaginesque non injucundas obverſari: ſed duplicatus hic modus, ad tres uſque dies mentis alienationem affert: quadruplicatus interimit. Remedio eſt aqua mulſa copioſius pota, & vomitione rejecta. Duo poſteriora genera apud nos non reperiuntur. Eſt & aliud genus Solani, recentioribus Lethale Solanum vocatum, cui caules ſurgunt bicubitales, aut altiores rotundi, mediocris craſſitudinis, ramoſi, e ſubrubro colore nigricantes, quos conveſtiunt oblonga, lata, mollia, & nonnihil lanuginoſa folia, majora lattioraque, quàm Solani. flores oblongi, cavi, è foliorum alis, obſcuriore purpura nigricant. bacca acino uvæ ſimillima, ſuccedit ſingulis unica, ſplendide nigricans, magnitudine fere mediocris cerasi, exiguo ſemine gravida, radix longa, magna, inalbicans, diuturna ac vivax, in propagines plures diſtribuitur. Circa ſylvas juxta parietes, ſepimentaq; agrorum, aliisq; perinde parum cultis ac deſertis reperitur locis: umbroſa amat. Auguſto arrident maturæ baccæ: flores & antè & eodem reperiuntur tempore. German. Dollwurtz/Dollkraut/Schlaffbeer. Ital. *Bella donna* appellatur. Sunt qui putent Fabam inverſam dici. Ad Mandragoram Theophraſti (qui differt à Dioſcoridis Mandragora) plurimùm accedit, ſi non ipſiſſimus eſt. Theophraſtus hunc caulem habere ait, & fructum ferre nigrum, acino, uvæ ſimilem & ſucco vinoſum. Reſpondent quoque facultates. Nam Solanum iſtud ſomniferum eſt, mentem conturbat, inſaniam facit, ſi pauciores baccę ſumantur: plures verò etiam interficiunt, citam feſtinamq; mortem inferentes. *Dioſcorides, & Dodonæus.*

### *De foliis frigidis in tertio.*

PORTULACA (German. Burtzelkraut. Gall. *Du Pourpier, ou de la Pourcelaine.* Ital. *Porcelana.* Hiſpan. *Serdolaga.*) omnibus vulgariſſima eſt. Duo ejus habentur genera: unum ſativum, cui folia inſunt latiora, & caulis craſſior, in altum ſe attollens: alterum verò ſylveſtre, humi repens, minoribus, tenuioribus, ac crebrioribus foliis. Provenit in hortorum areolis, vineis, & aliis cultis locis, hortenſis. Sylveſtris in petroſis, & incultis etiam naſcitur. Junio & Julio potiſſimùm menſibus carpenda folia & flores: ſemen verò

A ſequentibus. * Harum vis aſtringit. Capitis doloribus, inflammationibus oculorum, cæterisq; cum polenta imponitur: ardoribus ſtomachi, ſacro igni, veſicæ doloribus auxilio eſt: commanducata dentium ſtupores ſedat: ſtomachi & inteſtinorum æſtuationem, fluxionesque mulcet: renes & veſicam adjuvat, etiamſi eroſionem ſentiant: Veneris impetus exolvit. Succus epotus ſimili effectu prodeſt, in febribus valens. Contra teretes ventris tineas, cruentam excreationem, dyſenteriam, hæmorrhoidas, & profluvia ſanguinis, percocta efficax eſt: item contra ſepis morſus. Ocularibus medicamentis utiliſſime commiſcetur: interraneis fluxione laborantibus, atque vulvarum eroſionibus infunditur: contra dolores, quos æſtus excitavit, caput ex roſaceo & oleo fovetur: eruptiones papularum in capite, cum vino emendat: vulneribus, quæ ad ſyderationem ſpectant, ex polenta illinitur. *Dioſcorides, & Matthiolus.*

C MANDRAGORAM aliqui antimelum, alii circæam vocant, quoniam videatur radix ad amatoria conducere. Latinis Terræ malum, Terreſtris malus, Canina malus: Germanis Alraun appellatur. Duo ejus genera: niger, quæ fœmina exiſtimatur, Thridacias appellatus, anguſtioribus foliis, ac minoribus quàm lactucæ, viroſis ac graveolẽtibus, in terra ſparſis: mala gerit ſorbis ſimilia, pallida, odorata, in quibus ſemen veluti pyrorum: radicibus inhæret bene magnis, binis, ternisve, inter ſe convolutis, nigris foris, intus albis, craſſo cortice veſtitis: caulem non fert. Alter candidus, qui mas dicitur, nonnullis Morion vocitatur, hujus folia magna, alba, lata, lævia, ut betæ: mala quàm alterius duplo majora, colore in crocum inclinante, jucunde cum gravitate quadam olentia, quorum pomorum cibo aliquantum opiliones ſoporantur: radix alterius ſimilis, major & candidior, orbata & hæc caule. Naſcitur in calidis regionibus, in ſylveſtribus, montoſis, veluti in Gargano Apuliæ monte. At in Germaniis ſatus tantummodo reperitur, & fœmina quidem perquàm rariſſimè. Succus fit è cortice recentis radicis tuſo, & prælis ſubjecto: qui inſolatus, ubi concrevit, fictili reconditur. Malis quoque ſuccus depromitur, ſed aliquanto ignavior. Delibratur radix, & trajectus lino cortex, ad uſum ſuſpenditur. * Aliqui radices in vino ad tertias coquunt, & defæcatum jus ſervant, cyathoque uno utuntur in pervigiliis, & doloribus, & ante ſectiones, uſtionesque, ne ſentiantur. Succus duobus obolis ex mulſo potus, ut veratrum, per vomitiones bilem atram, pituitamque extrahit: verùm potu largiore vita adimitur. Medicamentis ocularibus, & his quæ dolores finiunt, peſſis quoque emollientibus, admiſcetur: ſemioboli pondere inditus, per ſe menſes & partus expellit, ſubditus ſedi pro balano ſomnificus eſt. Radix ebur emollire fertur, quæ ſenis horis cum eo decocta ſit: & ad accipiendam quam effingere optaveris formam, ipſum facilè præſtat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0102-1

Folia recentia convenienter oculorum inflam- A
mationibus & collectionibus, quas ulcera cita-
runt, cum polenta illinuntur: duritias omnes,
ſuppurationes, ſtrumas & tubercula diſcutiunt:
ſtigmata ſine exulceratione delent, ſi quinis,ſe-
nisve diebus ſenſim perfricentur. Folia ſervan-
tur in muriis,eosdem ad uſus. Trita radix igni-
bus ſacris ex aceto, & ſerpentiũ ictibus ex mel-
le, aut oleo medetur: ſtrumas atque tubercula
cum aqua diſſipat: articulorum cruciatus, cum
polenta ſedat. Fit citra coctionem vinum è cor- B
tice radicis ad hunc modum. Ternæ minæ in vi-
ni dulcis metretam conjiciuntur. Dantur ex eo
terni cyathi,iis qui ſecari aut amburi debent, ut
ante dictũ eſt: ſiquidem nullo tunc afficiuntur
dolore, ſed veterno quodam preſſi torpeſcunt.
Mala ſoporem afferunt olfactu,& etiam ſi man-
dantur: item expreſſus ex eis ſuccus. nimio ta-
men odore percuſſi obmuteſcunt. Semen ma-
lorum potum vulvas purgat: appoſitumq; cum
ſulphure ignem non experto, rubra fœminarũ C
profluvia ſiſtit. Scarificata, punctisque multifa-
riam aperta radice, rumpens lacryma, cavo vaſe
recipitur. Liquamentũ autem ſucco lacteo præ-
ſtantius eſt. ſed non ubique, ut experientia do-
cet, radices lacteum ſuccũ delacrymant. Aliam
tradunt eſſe mandragoram, nomine Morion,in
opacis juxta ſpecus enatũ: foliis albæ mandra-
goræ minoribus, albis, dotrantalibus, radicem
ambientibus: quæ mollis eſt & candida, paulò
major palmo, pollicemque craſſitudine æquat. D
Tradunt eam in pane, offa,obſonióve drachmę
pondere devoratam, uſum rationis intercipere:
obdormiſcit enim homo, eo ferè quo comede-
rit habitu, ſenſus impos, ternis quaternisve, ex
quo data eſt horis. Hac Medici utuntur, cũ ſcin-
dendi,urendive neceſſitas adeſt. Antidotum eſ-
ſe volunt radicem, cum manico ſolano potam.
*Dioſcorides.*

SEMPERVIVUM, ſeu SEDUM (Germ.
Hauſwurtz.Gall.*Iaubarbe*.Ital.*Semperuiua*. Hiſp. E
*Yerua pontera* dicitur) trium eſt generũ: majus,
minus,& andrachnis. Magnum ideò nominatur,
quoniam perpetuò folia vireant: cujus caules
cubiti altitudinem implent,interdum excedunt,
pingues,craſſitudine pollicari, virentes,characię
tithymali modo infecti: folia pinguia, carnoſa,
longitudine pollicari, in cacumine linguæ ſimi-
lia,alia in terram convexa, alia in capite ſtantia
invicem, ita ut ambitu effigiem imitentur ocu-
li. Naſcitur in montibus, & teſtaceis: ſupra do- F
micilia etiam ſeritur. * Ejus vis refrigerare & a-
ſtringere. Medentur igni ſacro,nomis,ulceribus
quæ ſerpunt,oculorum inflammationibus, am-
buſtis igni, podagris per ſe, & cum polenta illita
folia. Succus capiti in doloribus, cum polenta,
aut roſaceo perfunditur: datur in potu contra
phalangiorum ictus, dyſenteriam, alvique pro-
fluvia: teretes tineas potus in vino excutit: ſub-
ditus in vellere, mulierum abundantiam ſiſtit.
Succus oculorum lippitudinibus, ſanguinis vi-
tio conceptis inungitur. Sempervivum parvum

A in petris, parietinis, & maceriis,nec non ſcrobi-
bus opacis naſcitur, caulib. ab una radice mul-
tis,tenuibus, crebrò foliatis: exilib.foliis,rotun-
dis, pinguibus, mucronatis: caule à medio emi-
cante, palmum alto, umbellam herbidosq; flo-
res,& tenues gerente. Folia eisdem cum priore
viribus prædita ſunt. Florent majus & minus
Majo & Junio menſibus. Tertium videtur ſem-
pervivi genus, quã aliqui andrachnem agriam,
aut telephium vocaverunt. Romani illecebram,
B puſillis craſſioribusq; foliis, hirſutis, portulacæ
proximis. Floribus in Majo tantùm ornatur lu-
teis. Naſcitur in ſaxis, ſepulchris umbroſis, op-
pidorumq; foſſis. Vis ei excalfactoria,acris, ex-
ulcerans: illita cum axungia ſtrumas diſcutit.
*Dioſcorides.*

HYOSCYAMUS, *Juſquiamus*,herba *Apolli-
naris*, ſeu *Altercum* (Ger.*Bilſenkraut*. Gall.*Hane-
bane*.Ital.*Hyoſquiamo*.Hiſp.*Velenno, Meimendro.*)
frutex eſt caules emittens craſſos, folia lata,ob-
C longa, diviſa, nigra,hirſuta: flores è latere cau-
lis ordine prodeunt, tanquam punicorum cyti-
ni, ſcutulis ſepti ſeminum plenis, ut papaveris.
Tres ejus differentiæ. Una ſemine nigro, flori-
bus penè purpureis, ſmilacis foliis, cytinis præ-
duris & ſpinoſis. *Secus vias ubique ferè gigni-
tur in ſabuloſis, & locis haud incultis.* Alterius
ſemen ſubflavũ, ut irionis: flores lutei, folia &
ſiliquæ ſimpliciores. In hortis aliquando inve-
nitur. ambo inſaniã gignunt,& ſoporem: ideo-
D que in communi uſu damnantur. Tertium ge-
nus,ut quod mitiſſimum eſſet, Medici recepére,
pingue, lanuginoſum, molle, candidi floris ſe-
minisque, in maritimis ruderibusque naſcens.
cujus occaſio ſi non adſit, rufum uſurpari o-
portet. niger ut deterrimus, improbatur. Re-
centi ſemine, caulibus, foliisque tuſis ſuccus in
Sole exprimitur, & exiccato humore, uſus ad
annũ uſq; prorogatur: nam facilè corruptionẽ
ſentit. Extrahitur etiam ex ſicco ſemine ſepara-
E tim in aqua calida tuſo & expreſſo. Liquamen-
tum autem ſucco lacteo præſtantius eſt, & ma-
gis dolores ſinit. Contuſa herba recens, addita
trimeſtri farina, digeritur in paſtillos, & recon-
ditur. Liquamentum primum, & quod à ſicco
ſemine exemptũ eſt, collyriis, quæ doloris ſen-
ſum auferunt, cõmodiſſimè inſeri ſolẽt. * Con-
tra acutas, calidasq; fluxiones, dolores aurium
atque vulvæ mala proſunt: cum farina autem,
aut polenta, oculorum, pedum, cæterarumque
F partium inflammationes placãt. Semen eadem
præbet tuſſi, deſtillationibus, oculorum fluxio-
ni, & doloribus efficax: contra menſium abun-
dantiam & erumpentem aliunde ſanguinem,
oboli pondere cum papaveris ſemine, & aqua
muiſa bibitur: podagris ſubvenit: teſtibus infla-
tis, mammisque tumentibus à partu, tritum ex
vino illinitur. Aliis quoque cataplaſmatis, quæ
doloris levamentum præſtant, admiſceri ſolet.
Folia omnibus medicamentis dolorem ſedan-
tibus,per ſeſe, & ex polenta utiliſſimè imponũ-
tur, recẽtia ad mitigandos omne genus dolores



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0103-6

oblinuntur: cum vino terna quaternáve pota ſanant algidas febres, quas epialas vocant. Cocta olerum modo folia, ſi acetabuli menſura manduntur, mediocrem inſaniam gignunt. Idem efficere tradunt, ſi colo ulcus ſentiente infundantur. Radice in aceto decocta, dentes in dolore colluuntur. Colligitur menſe Maji vel Junii. Conſervatur per annum. *Dioſcorides.*

### *De foliis frigidis in quarto.*

CICUTA (Germ. Schirling/Wutzeling. Gall. *Cigue.* Hiſp. *Ceguta canaheia*) vulgaris notitię eſt planta: caulem edit geniculatum, ut fœniculi, grandem: folia ferulæ anguſtiora, gravi odoratu: rami mox umbellę in ſummo prodeunt: flores quoq; albicantes, & ſemen aniſo candidius: radice nõ alta, concava. Naſcitur plerunq; prope urbium & oppidorum mœnia, locis umbroſis & pinguibus. Cum floribus Julio, ſemine prægnantem Auguſto, ac ſeriùs videre eſt. *Cicutæ lethale venenum ineſt, ſuaque vi refrigeratoria necat. Remedio eſt vini meraculi potus. Succus exprimitur contuſis cacuminibus, priusquàm ſemina & comę ſiceſcãt: qui Sole denſatur in paſtillos. Multus ad medendi rationem uſus eſt aridi: commodè miſcetur collyriis, quæ levandi doloris gratia temperantur: ignes ſacros & ulcera quæ ſerpunt, illitu reſtinguit. Herba cum coma trita, & teſtib. circumlita, libidinum imaginationes in ſomno compeſcit, ſed genitale reſolvit: lac puerperarum mammis appoſita extinguit: in virginitate mammas coërcet, & increſcere non patitur. pueris præſtat, ut eorum teſticuli cibum nõ ſentientes intabeſcãt. Efficaciſſima vis Creticæ, Megarenſi, mox Atticæ, & in Chio & Cilicia naſcenti. *Dioſcor.*

PAPAVER, Germ. dicitur Magſaamen. Gall. *Du pauot.* Ital. *Papauero.* Hiſp. *La dormidera.* Hujus apud Dioſcoridem ſex ſunt genera. Primum ſylveſtre, rhœas dictum, omnibus notum. Alterũ candidum, capitib. oblongis, candidis, ſemine albo: hoc etiam notum. Tertium & quartum nigrum, e quibus colligitur opium: ſemine nigro: utrunq; à Dioſcoride papaver ſylveſtre etiã dicitur: & illud notum. Quintum papaver corniculatum: ſic dictũ, quòd caput non proferat, ſed ſiliquam oblongam & rotundam in corniculi modum, florem luteum, vulgò notum. Sextum papaver ſpumeum vocatur: hoc incognitũ eſt. Quoties papaveris ſimpliciter & ſine adjectione mentio fit, ſemper domeſticũ, hoc eſt, album intelligendum eſt. Naſcitur ſylveſtre in campeſtribus. Colligitur menſe Maji. Reliqua genera in viridariis & campeſtrib. gignuntur. *Omniũ (excepto corniculato & ſpumeo) in commune natura refrigeratrix. Quare ſi capita ipſa & folia decoquantur in aqua, ſomnum fotu conciliabunt. Bibitur decoctum contra vigilias. Calyces cum polenta triti, & cataplaſmatis admiſti, ignibus ſacris & inflammationibus proſunt. Tunduntur quoq; virides, & digeruntur in paſtillos, qui ſiccati ad uſum reconduntur. Capita quoque per ſe in aqua coquuntur ad dimidias, iterumque adjecto melle, dum humor coëat in eclegmatis lentorem. Id medicamentum in tuſſi, arteriæ fluxionibus, & cœliacorum affectu, doloris levamentum præbet, efficacius tamen redditur, addito hypociſtidis ſucco & acacia. Papaveris nigri ſemen tritum cum vino bibitur, contra citam alvum, & fœminarum profluvia in pervigiliis fronti, temporibusq; illinitur ex aqua. *Dioſcorides, & Medici Florentini.*

### *De foliis humidis in primo.*

HUMIDA in primo ſunt, Bugloſſum, Intybũ, Malva, Helxine, &c. de quibus ſuprà quære.

### *De foliis humidis in ſecundo.*

VIOLA purpurea (Ger. Mertzen violen. Gall. *Violette de Mars.* Ital. *Viola.* Hiſp. *Violeta.*) folium habet hedera minus, tenuius, ac nigrius, nec multò diſſimile: cauliculus à radice medius prodit, in quo floſculus ſuaviſſimè olens, purpureus. Opacis & aſperis naſcitur locis. Colligitur menſe Martio & Aprili. *Refrigerandi naturã habet. Folia per ſe, & ex polenta illinuntur aptiſſimè ſtomacho æſtuanti, & oculorum inflammationibus, ſediq; procidenti. *Dioſcorides.*

NYMPHAEA ſeplaſiariis Mauritano nomine Nenuphar, Germ. Seeblumen/ Waſſermahen. Gall. *Blanc d'eau, ou Iaulne d'eau* appellatur. Ejus genera duo. Primum foliis fabæ Aegyptiæ minoribus & longioribus, aliis in ſumma aqua, aliis demerſis, pluribus ex radice eadem prodeuntibus: flore lilio ſimili, albo, & in medio crocos habente, cum defloruerit, ut rotundum malum, aut papaveris caput, extuberans nigro ſemine, denſo & lato, lenti guſtus. Caulis eſt levis, niger, minimè craſſus, Aegyptiæ fabæ cognatus: radix nigra, ſcabra, clavæ ſimilis, quæ autũno ſecatur. * Sicca cũ vino pota cœliacis dyſentericisq; auxiliatur, & lienẽ abſumit. Radix ſtomachi ac veſicæ dolorib. illinitur: vitiligines ex aqua emendat: impoſita cum pice, alopeciis medetur, eadem cõtra Veneris inſomnia bibitur: ſiquidem ea prorſus adimit. pota aſſiduè aliquot diebus, genitale infirmat. Idem ſemẽ potum efficit. Alterum genus nymphææ, cujus flos blephara dicitur, foliis antè dictæ: radice alba, ſcabra: flore luteo, nitente, roſæ ſimili. Hujus ſemen & radix contra fœminarum profluvia efficaciter ex vino nigro bibuntur. Naſcitur utrunq; genus in paludibus, lacubus & aquis ſtagnantibus. Flores in fine Maji, & Junio menſe colliguntur. Radices autem in autumno effodiuntur. *Dioſcorides.*

SUNT & HUMIDA in ſecundo, Atriplex, Blitum, Lactuca, Portulaca, &c. de quibus omnibus vide ſuprà.

### *De foliis ſiccis in primo.*

VERBASCUM, ſeu Tapſum barbatum (Ger. Wulkraut/ Kertzenkraut. Gall. *Bouillon blanc, ou bouillon noir.* Ital. *Taſſo barbaſſo.* Hiſ. *Verbaſco, ò gordobolo*) differẽtias ſummas habet duas: hoc nigrũ, illud album: in quo mas & fœmina intelligitur.

Fœminæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0104-2
DFG

Fœminæ igitur folia ſunt braſſicæ, piloſiora multò & latiora, candida: caulis albus, cubitalis, aut amplior, ſubhirſutus: flores albi, aut ex luteo palleſcentes: ſemen nigrũ: radix longa, guſtu acerba, craſſitudine digiti. Naſcitur in campeſtribus. Verbaſcum qui mas appellatur, oblongius, albis foliis, & anguſtioribus, tenuiori caule. Sed nigrum prorſus albo ſimile eſſet, niſi nigriore latioreq; conſtaret folio. Sylveſtre folia refert ſalviæ: altas virgas & lignoſas, & circa eas ramulos, quales marrubium: flores luteos, auri æmulos. Sunt & Phlomides duæ, hirſutæ, rotundis foliis, humiles. Tertia lichnitis appellatur, ab aliis autem thryallis, foliis ternis aut quaternis, vel paulò pluribus, hirſutis, craſſis, pinguibusque: apta ad lucernarum lumina. * Radix priorum duarum aſtringit: quare quòd magnitudine ludiorum talum æquet, in alvi profluvio convenienter ex vino datur. Decoctum ruptis, convulſis, fractis, antiquæ tuſſi auxiliatur; dentium dolorem collutione mitigat. Verbaſcum, cui flos aureus, capillos tingit, & quocunq; abjiciatur, blattas in ſe contrahit. Cocta in aqua folia, adverſus tumores & oculorum inflammationes illinuntur: ſyderatis ulceribus ex vino & melle, cum aceto autem vulneribus medentur: contra ſcorpionum ictus ſunt auxilio. Sylveſtris folia ambuſtis igni ſunt cataplaſmata. Ajunt in foliis ejus, quam fœminam dicimus, aridos ficus omninò non putreſcere. *Dioſcorides.*

SICCA in gradu primo etiam ſunt, Beta, Braſſica, Chamomilla, Fœniculum, Hyacinthus, Malabathrum, Myrtus, &c. de quibus omnibus vide ſuprà.

### *De foliis ſiccis in ſecundo.*

MARINA braſſica, officinis Soldanella, Belg. Zeewind/ id eſt, convolvulus marinus vocatur, ſpargit per terrã graciles viticulos, ſubrubẽtes cauliculos, circa quos in longioribus pediculis folia hederacea lævia, ſplendentia, ſed lata & ſubrotunda. Flores calathi formã ſimiliter referunt, diluto purpureo colore ſubrubent, ſemẽ in rotundis folliculis nigricat. radix oblõga, tenuis. Saporem herba amarum ac ſubſalſum à natali contrahit ſolo. Naſcitur enim in maritimis. Reperitur verò non modò in Italia, aut *Gallia*, verùm & in Zelandiæ inſulis, Flandriæ, ac Hollandiæ littoribus. *Aeſtivis* menſibus floret. Calida autẽ & ſicca temperie eſt, & tertio quidem exceſſu, uti amara ſalſilaginem cum acredine quadam referens, guſtabilis ejus qualitas oſtendit. * Alvũ purgat: cruda & aquoſa detrahit: hydropicis cenſetur utilis: adverſatur tamen ventriculo: torſiones & moleſtias adfert: plus ſubinde incommodi, quàm auxilii confert. Teſtatur hęc quoq; Dioſcorides: Tota, inquit, herba ſtomacho incommoda eſt, acris, alvum maximè ſolvit cocta in ciboq; ſumpta. Coquunt cum ea quidam, ad obtundendam acrimoniam, pingues carnes. Conſervatur per annum. *Dioſcorides.*

BURSA PASTORIS (Ger. Teſchelkraut & Hirtenſeckel vocant) planta omnibus vulgò notiſſima eſt. Naſcitur prope vias, & in parietinis. Junio & Julio menſibus legitur. * Ex refrigerãtium, exiccantium & aſtringentium genere eſt. Quapropter prodeſt attrita, & emplaſtri more impoſita, inflammationibus & ſacris ignibus. Decoquitur fluviali aqua cum plantagine & Armenio luto. bibiturque ejus decoctum ad inteſtinorum difficultatẽ, & ad cruentas excreationes. Herbæ ſuccus recentia vulnera glutinat, & auribus purulentis infuſus medetur. Siſtit menſium abundantiam, ſi ejus & perſicariæ decocto inſideant mulieres. Eſturque ad idem, & contra denique omnes ſanguinis fluxiones efficax eſt, tenui pulticula circumlita, & in oleo frixa. Additur in emplaſtris, quæ ad capitis ulcera componuntur, & in unguentis compluribus. *Matthiolus.*

EQUISETUM, officinis cauda equina, Ger. Schaffthew. Gal. *Queue de cheual.* Ital. *Coda di cauallo, aſprella.* Hiſp. *Cola de mula, rabo de mula* nominatur: in riguis & ſcrobibus naſcitur. cauliculi prodeunt inanes, geniculati, in ſe farcti, rubeſcentes, leniter ſcabri: & juncea circa eos folia, crebra, exilia. In ſublime attollitur, vicinos arborum caudices ſcandens, obvolutumq; dependet, comis multis, nigris, ut equorum caudæ: radix lignoſa, dura. * Vis herbæ, ſpiſſare: quare ſanguinem naribus erumpentem ſuccus ipſe ſiſtit: prodeſt dyſentericis in vino potus: urinam cit. Sanguinolenta vulnera glutinãtur, tritis foliis & illitis. Radix cum ſua herba tuſſim, orthopnœam, ruptaque adjuvat. Foliis in aqua potis, diſſectiones veſicæ & inteſtinorum, enterocelæque in unum coaleſcere cogiq; feruntur. Alterum equiſetũ caulis eſt rectus, cubito major, inanis: comis per intervalla brevioribus, candidioribus, & mollioribus. Id cum aceto tritum, vulneribus remedio eſt, eademque fungitur facultate. Utrunque æſtate ſuis in locis copioſè provenit. *Dioſcorides.*

GINGIDIUM (Ger. Kerbelkraut. Gall. *Ducer fueil.*) in Syria & Cilicia plurimùm naſcitur. Apud nos hodie paſſim in hortis colitur. Herbula eſt ſylveſtri paſtinacæ ſimilis, tenuior & amarior: radice parva, candicante, ſubamara. Majo menſe floret, & ſubinde ſemen profert. * Olus hoc crudum, coctum conditúmve eſtur, magna ſtomachi utilitate. urinam cit. Decoctum ex vino potum, veſicæ prodeſt. *Dioſcorides.*

VIRGA PASTORALIS, ſeu Dipſacus, (Ger. Kartendiſtel/ Weberkarten. Gall *Chardon à carder, Verge à Berger, ou Chardon à Foulon* nominatur) aculeatarum generis eſt. Caulẽ habet album, ſpinis horridum: foliis lactucæ, ſpinoſis binis, genicula ſingula cõplectentibus, prælongis, ceu quaſdã bullas intus & extrà aculeatas in dorſi medio habentibus, concavo alarum ſinu, in quo imber aut ros aſſervetur: unde dipſaci, quaſi ſitientis, nomẽ traxit. In cacumine caulis, ſingula ſurculis capitula inſunt, oblonga, echinata ſpinis: quę areſacta, candida ſpectantur,

diſſectaq́; medullatenus, vermiculos oſtendunt. A
* Sanat rimas ſedis, fiſtulaſq́; ſi tuſa & decocta in
vino radix, uſque dum ſit craſſitudo ceræ, im-
mittatur. Medicamentum ærea pyxide recon-
dendũ. Ajunt formicationibus, verrucisq́; pen-
ſilibus remedio eſſe. Vermiculi capitulorum in
folliculo alligati collo, aut brachio appenſi, pro-
duntur quartanis febrib. remedio eſſe. Dipſaci
ſpinæ radix ſecundo ordine exiccatoria eſt, ha-
betque nonnihil abſterſorium. Naſcitur in cam-
peſtribus, in agrorum & ſcrobium aggeribus, B
in viis juxta ſepes. Colligitur tempore autumni.
*Dioſcorides, & Galenus.*

Siccant quoque in ſecundo, Arthemiſia,
Anethum viride, Caſſutha, Intybum. Plantago,
Mentha, Menthaſtrum, Spica nardi, Verbena-
ca, &c. de quibus vide ſuprà.

### *De foliis ſiccis in tertio.*

Filix (Germ. Farnkraut/ Waldfarn. Gall.
*Feuchiere*. Ital. *Filice, felce*. Hiſp. *Helecho* dicitur) C
mas, foliis ſine caule, ſine fructu, ſine flore, ex
uno pediculo cubitali longitudine exeuntibus,
multifidis, & laterib. pinnatis, ſubgravi odore:
radice per ſumma ceſpitum, nigra, oblonga, fili-
ces multas fundente, ſubaſtringẽte guſtu. * Ra-
dix latas tineas excutit, ſumpta drachmis qua-
tuor ex aqua mulſa: meliùs, ſi cùm ſcammoniæ
aut veratri nigri totidem obolis detur: ſed qui
ſumunt, allia prægustare debẽt, laborãtes lienis
incremẽto recreat. Radix & potu, & illitu cum D
axungia vulneribus ſagitta harundinea factis, eſt
auxilio. cujus rei probatio talis fertur. Peribit fi-
lix, quam per ambitum ſata copioſior harundo
coronet: & contrà evaneſcens abibit harundo,
quam obſepiens multa filix in orbem cinxerit.
Filix fœmina foliis eſt filicis, ſurculoſis, altiori-
busq́; & quæ non ſingulari, ut illa, pediculo ful-
ciantur: radicib. longis, pluribus, obliquis, quæ
ex nigro in luteum flaveſcunt: aliquę etiamnum
rubræ inveniuntur. Pellunt lata interaneorum E
animalia, cum melle, eclegmate ſumpto: potæ
cum vino drachmis tribus teretes tineas ejiciũt.
Datæ fœminis ſterilitatem faciunt: & prægnã-
tibus abortum, ſi ſupergrediantur. Farina humi-
dis ulceribus & cicatrici repugnantibus inſper-
gitur: jumentorum cervicibus medetur. Folia
recentia in oleribus cocta manduntur, ut ven-
trem emolliant. Naſcuntur ubique, ſed maximè
frigido ſolo, ut in montibus, ſylvis & ſaxoſis.
Effodi debent radices Vergiliis occidentibus, F
hoc eſt. Autumno. Siccari autem eas Sole opor-
tet. Conſervantur per annum. *Dioſcorides.*

Millefolium, Stratiotes, Myriophyl-
lon, Ger. Garben/ Schaffgarben/ Schaffripp/ Tau-
ſentblat/ Gall. *Mille fueille, ou Cumin, ou Aneth
ſauuage* nominatur: caulis eſt tener, ſingularis,
unica nixus radice: plurimus foliis, lævibus, fœ-
niculo ſimilibus, unde nomen accepit. Caulis
flaveſcit, varius, ac veluti ex induſtria delineatus.
* Vulnera recentia ab inflammatione vindicat,
ſi vel viride, vel ſiccum ex aceto oblinatur: præ-

A cipitatis in potu cum aqua & ſale datur. Naſci-
tur in paluſtribus & agris aſperis. Per integram
floret æſtatem, quo tempore etiam colligitur.
Conſervatur autem per annum. *Dioſcorides.*

Quinquefolium, Græcis Pentaphyl-
lon, Ger. Fünfffingerkraut. Gall. *Quinte fueille* vo-
catur: ramulos fert feſtucarum ſimilitudine, te-
nues, dodrantales, in quibus ſemen: folia men-
thæ, quina ſingulis pediculis, rarò plura, in am-
bitu ſerrata: florem ex candido palleſcentem,
B auri æmulum. Subrubram habet radicem, ob-
longam, veratro nigro craſſiorem. Plurimis pol-
let remediis. * Jus radicis decoctæ ad tertias, ſi
in ore contineatur, dentium dolores ſedat: pu-
trida oris ulcera, collutione ſiſtit: arteriæ ſcabri-
tias, gargarizatu lævigat: contra alvi profluvia
& dyſenterias auxiliatur: item articulorum, co-
xendicumq́; cruciatibus potum. Cocta in ace-
to, & illita, ſerpentia ulcera cohibet: ſtrumas, tu-
mores, duritias, abſceſſus & collectiones diſcu-
C tit: ignes ſacros, reduvias, condylomata, pſo-
raſque ſanat. Teneræ radicis ſuccus, contra je-
cinoris, pulmonumque vitia prodeſt: item ad-
verſum venena. Cum hydromelite autem, vel
diluto vino, & piperis exiguo, bibuntur folia cõ-
tra febrium circuitus: in quartana quidem, qua-
ternûm ramulorum folia: in tertiana verò, ter-
nûm: in quotidiana, unius. Ea quoque folia tri-
cenis pota diebus, comitialibus proſunt. Folio-
rum ſuccus tribus cyathis aliquot diebus po-
D tus, celerrimè regio morbo medetur. Illita cum
melle & ſale, tam vulneribus, quàm fiſtulis re-
medio ſunt: enterocelicis auxilium præſtant.
Quinquefolium ſanguinis profluvia & potu, &
illitu ſiſtit. Ad expiationes, caſtimonias, & incã-
tamenta inciditur. Naſcitur in riguis & aquariis
ductibus. Floret Majo & Julio menſibus potiſſi-
mum, quo tempore etiam carpitur. Conſerva-
tur autem per annum. *Dioſcorides.*

*Quinquefolium* vulgaris eſt notitiæ: neq; frau-
E dem admittit: niſi quod fortaſſe aliquis peculia-
riter Tormentillam uſurpare pro eo velit, exi-
ſtimans verum eſſe quinquefolium: cùm du-
bium non ſit, uſitatum illud eſſe legitimum. Eli-
gitur collectum in montibus aut collibus, & in
uſu eſt radix ejus in umbra ſiccata, quanquam
& folia quoque utilia ſint.

Polii duo genera. Montanũ, cui theutrio
nomen eſt, & cujus eſt uſus, tenuis frutex eſt, cã-
didus, dodrantalis, ſemine refertus: capitulo in
F cacumine quandam corymborum ſpeciem præ
ſe ferente, parvo, cano hominis capillo ſimili,
graviter olente, non ſine quadam ſuavitate. Al-
terum fruticoſius, non uſque adeò valens odo-
re, & viribus infirmius. * Potum fervefacti jus
auxiliatur ſerpentium ictibus, hydropicis, mor-
bo regio: & lienoſis ex aceto: ſtomachum ma-
lè habet: caput doloribus afficit: alvum & men-
ſes ciet: ſubſtratum ſuffitúmve ſerpentes abigit:
illitum vulnera conglutinat. Amarũ eſt guſtan-
tibus, & modicè acre. Itaque viſcera omnia ob-
ſtructione liberat, urinamque ciet. utrunque

polii

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0106-3
DFG

polii genus, in pluribus Italiæ locis provenit. A Colligitur menſe Junio. Conſervatur autem per annum. *Dioſcorides & Galenus.*

*Polium* montanum quoque ab omnibus cognoſcitur: in uſu ſunt cymæ cũ frondibus, quando ſeminibus refertę ſunt unà cum floribus cõmiſtis. Neque adulterari poteſt: de montibus tamen ſiccis & petroſis, & regione pariter ſicca & calida eſt colligẽdum. Amaro & acri ſapore, & odore valido debet eſſe præditum.

TRIFOLIUM, quod Græci oxitriphyllon, B aut aſphaltion appellant, quòd bitumen redoleat, Germanis Siebengezeit/ wolriechender klee/ multas habet virgas tenues, cubitũ aut ampliùs longas: folia magna, acuminata, terna ſingulis germinationibus exeuntia, quibus recenter enatis rutæ odor ineſt: ubi autem adoleverunt, bitumen olent: florem edit purpureum, ſemen latum, hirſutum, ex altera extremitate exertum corniculi modo: radix longa, tenuis, dura. Copioſè naſcitur circa Elbam & Petram ſanctam C Hetruriæ. Uſus ejus eſſe debet, non trifolii pratenſis, quod à vero trifolio maximè differt, à Græcis deſcripto. * Semen & folia in aqua pota pleuriticis, urinæ difficultati, comitialibus, & iis qui aquæ inter cutem principia ſentiunt, fœminis quoq; vulvæ vitiis opportunis auxiliantur: menſes ciunt: ternæ drachmæ è ſemine dari debent, è foliis verò quaternæ. Contra ſerpentium ictus trita folia, & ex aceto mulſa pota, præſidio ſunt. Tradunt aliqui, totius fruticis, ra- D dicis, foliorumque decoctum fotu dolores eorum finire, quos ſerpentes percuſſerint. qua autem aqua ſanatus quis fuerit, ſi ea quiſpiam alius foveatur, qui ulcus habuerit, perinde afficitur ut à ſerpente demorſus. Quidam terna folia aut ſemina, in tertianis, cum vino potui dedêre: & in quartanis quaterna, ut quæ febrium circuitus diſcuterent. Radix antidotis inſeritur. *Dioſcorides & Medici Florentini.*

SICCANT quoq; ordine tertio, Abrotanum E uſtum, Anethum uſtum, Apium, Aſarũ, Ammi, Abſinthium, Calamintha, Chamædrys, Hyſſopum, Juniperus, Majorana, Marrubium, Origanum, Peucedanũ, Petroſelinum, Ptarmica, Rhus obſoniorum, Ruta, Sabina, Salix, Syſimbrium, &c. de quibus omnibus vide ſuprà.

## *De foliis ſiccis in quarto.*

VOCANT etiamnum SYLVESTREM RUTAM, quod in Cappadocia & Galatia Aſiæ finitima Moly dicitur. Frutex eſt, qui ab una radice F multos emittit cauliculos: foliis multò quàm alterius rutæ longioribus, teneribusque, odore gravi: flore candido: capitulis in cacumine paulò majoribus, quàm ſativę rutæ, quæ tribus maximè partibus conſtant: in quibus trianguium ſemen ſubrufum, guſtu amarum recluditur, cujus eſt uſus. Semen autumno matureſcit. *quod cum melle, vino, croco & fœniculi ſucco, ac gallinaceo felle, teritur contra retuſam oculorum aciem. Sunt, qui eam harmalam vocant, Syri beſahan: qui Cappadociam incolunt, moly, quoniam quandam cũ moly ſervet ſimilitudinem: radice nigra, flore candido. In collibus & læto ſolo provenit. *Dioſcorides.*

SICCANT quoque in quarto, Allium, Naſturtium, Sinapi, &c.

## *De foliis aſtringentibus.*

CUPRESSUS, Ger. Cypreß. Gall. *Cypres.* Ital. *Cipreſſo.* Hiſpan. *Elcypres* dicitur. Hujus genera duo: mas ſcilicet & fœmina: hæc meta in faſtigium convoluta; ille verò ramos in latus ſpargens. Harum patria, ac proprium natale ſolum Creta inſula eſt. In Idæis etiam montibus, qui ad Troadem ſpectãt, cupreſſus numeroſa ſponte proſilit: alibi non niſi tempore, & perquàm diligenti cultura proveniens, & cultorem magnopere faſtidiens. Mira eſt cupreſſi fœcunditas: etenim trifera eſt. Colliguntur ejus coni menſibus Januario, Majo & Septembri. Semen iis innaſcitur, granis adeò puſillis ac minimis, ut atomis comparari poſſit. Tradiderunt veteres, cupreſſum Diti ſacram: & ideò funebri ſigno ejus ramos ante domos ponere ſolebant, ubi aliquis defunctus jacéret. * Cupreſſus refrigerat & aſtringit. Cujus folia ex paſſo, & exiguo myrrhæ pota, veſicæ rheumatiſmis, & urinæ difficultati auxiliantur. Pilulę autem ex vino tuſæ in dyſenteria, alvi fluxione, tuſſi & orthopnœa, aut ſi rejiciatur ſanguis, convenientiſſime bibuntur. Earum decoctum eoſdem præbet effectus: tuſæ cũ fico duritias emolliunt, nariumq; polypo medentur: in aceto coctæ & cum lupinis detritæ ſcabros ungues ejiciunt: hernias inteſtinorum prolapſu erumpentes illitu reprimunt. Folia eadem præſtant. Pilulæ cum arboris coma ſuffitæ, culices abigere exiſtimantur. Folia trita & impoſita, vulnera conglutinãt, ſanguinem ſupprimunt: trita ex aceto capillum tingunt: illinuntur per ſe, aut cum polenta ignibus ſacris, ulceribus quæ ſerpunt, carbunculis & oculorum inflammationibus admota, cũ cerato ſtomachum corroborant. *Dioſcorides & Matthiolus.*

EBULUS (German. Attich. Gall. *Hyebles.* Ital. *Ebulo.* Hiſp. *Tezgayerua nota*) longe humilius eſt ſambuco, magisque herbaceo generi aſſignandũ: caule quadrangulo geniculato: foliis amygdalæ, ex intervallo longioribus, geniculatim expanſis pinnatisq;, graveolentibus, in ambitu ſerratis: muſcario ſambuci, flore & acino ejuſdem: radice nititur longa, craſſitudine digitali. *Vis & uſus exiccans, alvo detrahens aquam, ſtomacho inutilis. Folia olerum more coquuntur, ad pituitam bilemq; detrahendam. Caules teneri in patinis cocti, eadem efficiunt. Radix in vino decocta, & in cibis data, hydropicos adjuvat: prodeſt viperarum morſibus, eodem pota modo. vulvas emollit inſidentium decocto: patefacit eorũ ſpiracula, & vitia corrigit. Acini in vino poti eodem funguntur munere: denigrant capillos illiti. Folia, ſi prætenera ac mollia ex polẽta illinantur, inflammationẽ mitigant: am-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0107-9

buſtis, & canum morſibus illitu proſunt: ulcera quæ dehiſcunt in fiſtulam, agglutinant. iis qui podagra tentantur, cum ſevo taurino aut hircino proſunt illita folia. Naſcitur in opacis, aſperis & campeſtribus. Colligitur menſe Junio & Julio, in Auguſto verò baccas ſuas profert. Conſervatur per annum. *Dioſcorides.*

Cisthus, quē aliqui citharon, aut ciſſaron, Ital. verò *Ciſto.* Gall. *Ciſte.* Hiſp. *Gergacos* vocant, ramoſus frutex eſt, ſed improcerus, folioſus: rotūdis foliis, acerbis, hirſutis. flos maſculo ut malo punicæ fœminæ albet. Naſcitur in ſaxoſis, aſperis, & præſertim in monte Apennino Hetruriæ. Conſervatur per annum. *Vis aſtringens: unde flores in vino auſtero bis in die poti, proſunt dyſentericis, & nomas per ſe illiti cohibent: vetuſtati ulcerum, & igni ambuſtis cū cerato medentur. Hypociſthis, rhobethron, aut Cytinus à nonnullis cognominata, juxta ciſthi radices naſcitur, floris punici ſimilitudine. Quædam rufa, altera herbacea, tertia candida, Præfertur ſubrufa. Liquatur acaciæ modo. Aliqui tamen exiccant, fractamque macerant, & incoquunt, reliquaq; ut in lycio proſequuntur. Animadvertendum eſt, ne hypociſthidis loco colligatur planta aliquantulum ei ſimilis, quæ vulgò cauda leonis vocatur: eſt enim orobanche Dioſcoridis. Vires acaciæ habet, verùm aliquantulum magis ſiccat, & aſtringit. *Prodeſt dyſentericis, cœliacis, ſanguinem excreantibus, fœminarum profluvio, & pota, & indita. *Dioſcorides.*

Hieracium (Germ. Habichkraut. Gall. *Cichorees iaulne.*) magnum caulem emittit, aſperū, ſubrubrum, ſpinoſum, cavum: folia ex intervallis rariuſculè diviſa, ſimilia ſoncho per ambitū, luteos flores, in oblongis capitulis. *Vim refrigerandi habet, & modicè ſubſtringendi: unde illitum, ſtomacho æſtuanti, inflammationibusque prodeſt. Succus eroſionem ſtomachi ſorbitione mitigat. Herba cum radice illita, vibratis à ſcorpione ictibus auxiliatur. Hieracium parvum folia ex intervallis habet, diviſa in ambitu: cauliculos teneros, virentes: in quibus lutei flores, orbem circinantes, emicant. Vim ſuam ad eadem, ad quæ ſuperior, impendit. Utrunque ubique naſcitur. Floret Julio & Auguſto menſibus. *Dioſcorides.*

Lysimachia, quam aliqui Lytron appellant, caules emittit cubitales, altioréſve, fruticoſos, tenues: prodeuntibus geniculatim foliis tenuibus, ſalicis figura, guſtu aſtringentibus, flore rufo, aut aureo. Gignitur in aquoſis & paluſtribus. *Foliorum ſuccus adſtringente ſua vi, ſanguinis rejectionem ſupprimit: dyſentericis potui datur, aut infunditur: menſium abundantiam ſiſtit, in peſſo ſanguinis profluvio ſubvenit, ſi nares ea herba obturentur: vulnerum cruorem cohibet. Acerrimum nidorem ſuffita reddit: qua de cauſa ſerpentes fugat, & muſcas interficit. *Dioſcorides.*

Quercus, Germ. Eychbaum. Gall. *Cheſne.* Ital. *Quercia, Rouere.* Hiſp. *Enzina arbol* dicitur: A omnis adſtrictoriam vim habet, præſertim liber qui cortici & ligno intercedit: quinetiam tunica putamini glandis ſubjecta. Decoctū ex iis datur dyſentericis, cœliacis, ſanguinem excreantibus. Trita in peſſo fœminis, fluxione vulvæ laborantibus ſubjicitur. Glandes eoſdem effectus exhibent: urinam ciunt: capitis dolorem, & flatus in cibum ſumptæ pariunt: reſiſtunt eſitatę venenatorum ictibus. Decoctū earum, & cortices cum lacte vaccino potum, prodeſt contra toxica. In- B tritæ crudæ inflammationes illitu leniūt: ad duritias, quas cacoëthe vocant, & malefica ulcera cum ſalſa axungia conveniunt. Iligneæ glandes viribus quernas antecellunt. Fagus & Ilex quercus generi aſſignātur, & cōſimile munus obeūt. Ilgneæ radicis cortex cū aqua coctus, dū mollitus intabeſcat, & tota nocte illitus, denigrat capillos, priùs cimolia terra purgatos. Folia omniū tuſa & trita tumorib. proſunt, & imbecillas membrorum partes corroborant. *Dioſcorides.*

C Asperula Odorata, quibuſdā Cordialis & Stellaria: Germ. Hertzfreud/Waldmeiſter/Leberkraut/ i. e. Jecoraria ſive Hepatica dicitur. Rubiæ & Aparinæ hæc ſimilis eſt, ſed humilior ac odoratior. cauliculi ejus breves, & pede vix altiores, folia è ſingulis geniculis ſena ſeptenave ſtellatim radiata, aliquantulum ſcabra, ſed non perinde tamen, ut Aparines, flores albidi, ſemen parvum, rotundum. radix tenuis, ſerpens, & ſtirpem ipſam facile multiplicans. Tota her- D ba gratum ſuavemq; expirat odorem, præſertim in atriis cœnaculisq; pedibus attrita. Apud Germanos in ſylvis, locis opacis, pingui ſolo gignitur. Apud Belgas hortenſis. Junio ac ſeriùs floret. *Facultatem Gallio aliquatenus ſimilem habet, ſed tamen imbecillior. Fertur in vinum conjecta hilaritatem efficere, cordi ac jecori prodeſſe. *Dodonæus.*

Adstringunt quoq; Abſinthiū, Amomum, Agnus caſtus, Burſa paſtoris, Braſſica co- E cta, Equiſetum, Hedera, Helxine, Intybū, *Lauri* folia, Melilotū, Myrthus, Mentha, Oxalis, Polygonum, Pentaphyllum, Pſylliū, Plantago, Portulaca, Ruta, Rhus obſoniorum, Sempervivum, *Salix,* Verbaſcū, Vitex, Vitis, &c. de quibus ſingulis vide in ſuperioribus, ſuis locis.

### *De foliis aperientibus.*

Cyclaminus, vulgò panis porcinus dicitur. Ital. *Pan porcino.* Hiſpan. nōnullis *Mazam de* F *porco.* Ger. Schweinbrot/Erdapffel. Belg. Verckens-brot/Suegbenbrot. Gal. *Pain de pourceau.* folia habet hederæ, purpurea, varia, in quibus ſuprà infráque albicant maculæ: caule nudo quaternos digitos æquant: floribus in eo purpureis, roſarum effigie: radice nigra, & aliquantùm lata, ut rapum videri poſſit. * Quæ cum hydromelite pota, pituitam, aquamque detrahit: menſes potu, appoſitu ve ciet. Tradunt, ſi prægnans radicem transgrediatur, abortū fieri. Partum appenſa accelerat: contra venena, præſertim leporis marini ex vino bibitur: illita contra ſerpentum

ictus

ſictus remedio eſt: immiſta vino, inebriat: regiũ A
morbum diſcutit, tribus drachmis pota, cum
paſſo aut diluto mulſo. Sed oportet eum qui ebi-
bit, multis veſtibus contectum loco calido, & à
perfrictionibus tuto, recumbere, quò faciliùs
exudet: ejecti autem ſudores fellei colore inve-
niuntur. Succus ejus ad purgandum caput, nari-
bus infunditur: ad dejicienda quoque alvi ex-
crementa, in vellere ſedi ſubjicitur: illito umbi-
lico, & imo ventre coxarum tenus, alvum emol-
lit, & abortum facit: ſuffuſionibus, & retuſæ o- B
culorum aciei, oblitus cum melle ſuccus pro-
deſt. medicamentis abortum inferẽtibus admi-
ſcetur. Succus cum aceto illitus, procidũam ſe-
dem reſtituit. Exprimitur tuſa radice ſuccus, &
ad mellis craſſitudinem decoquitur. Radix cu-
tem purgat, eruptiones papularũ reprimit: vul-
neribus ex aceto per ſe, aut cum melle medetur,
lienem abſumit: vitia cutis in facie, & alopecias
emendat. Ejus decocto luxata, podagras & ca-
pitis ulcuſcula, pernionesq; fovere congruum C
eſt, ipſaque in oleo vetere fervefacta, illito oleo
ulcera ad cicatricem perducit. Cavata radix oleo
expletur, & cinere ferventi imponitur, adjecto
interdum Tyrrhenicæ ceræ momento, ut ſtrig-
menti craſſitudinem unguẽtum cõtrahat, cum-
primis utile pernionibus. Radix, ſcyllæ modo,
conciſa reponitur. Narrant ad amatoria aſſumi
cõtuſam, & in paſtillos diviſam. Naſcitur paſſim
in ſylvis & umbroſis. Colligitur menſe Octo-
bris. Conſervatur per annum. *Dioſcorides.* D

DULCAMARA vitis modo lignoſa promit
ſarmẽta, & ab iis ramulos cõplures, quibus ſcan-
dendo vicinis ſepib. fruticibusq; innititur. cor-
tex novellorum ramulorum viret, ſed vetuſtio-
rum ipſorumq; caudicũ aſperior cineritio ſub-
candicat colore, extrinſecùs quidem: nam inte-
riùs pulchrè etiam viret. lignum fragile, medul-
lam fungoſam habet. foliis veſtitur oblongis, læ-
vibus, mucronatis, ſmilaceis minoribus, circa
pediculum appẽdices utrinq; parvas ferentibus. E
Floſculi in muſcariis exiguis, haud magni, ex
quinq. foliolis anguſtis, colore quandoq; albidi,
Geſnero teſte: in Belgio utplurimum in cæru-
leo purpurei, in quorum medio luteus promi-
net apex: baccæ oblõgioris formæ, molles, len-
ti, & ingrati guſtus, eleganti coralii colore ru-
bent: radix modica multis fibris committitur.
Aquoſa & rigua amat, circa ſcrobes & foſſas fre-
quenter reperitur. Folia Vere erumpunt: flores
Julio exeunt: Auguſto baccæ ſive acini maturi. F
Poſterior ætas Amaram dulcem, Amaro-dulcem
& Dulcamaram, & Græci γλυκύπικρον, ἢ γλυκυ-
πικρίδα nominãt, Germ. Je lenger je lieber/ Hynd-
traut. Belgæ *Alfrance.* Sunt, qui Vitem ſylveſtrẽ
Dioſcoridis eſſe exiſtiment: alii Solani ſpeciem
faciunt, Solanum lignoſum, aut fruticoſum co-
gnominantes. Sed vitem quidem ſylveſtrem
ſuo loco oſtendimus eſſe Tamum: Solano autẽ
ſimile nihil habet. Falluntur idcircò maximè,
qui Solanum rubrum, aut Solanum fruticoſum
appellant: ac ejus baccis loco acinorum Solani
unguentorum nonnullorum refrigerantium
compoſitionibus admiſcent. Eſt enim fructus
hujus nequaquã frigidus ut Solanũ, ſed calidus,
ut mox dicetur. Plus ſimilitudinis cũ Cyclami-
no altera habet. folium reſpondet, caules licet
non manifeſtè articulati, non tamen abſque ge-
niculorum ſpecie, in flore alicubi candido, &
fructu acinaceo corymborum hederæ modo
depẽdente nihil deſideratur, neque in ipſis ſimi-
liter radicibus verè ἐγχύμοις. Nam præter quòd
tenues, nullam quoque utilitatem conferunt.
Deſcribitur Cyclaminus altera à Dioſcoride, his
verbis: Folia habet hederæ ſimilia, ſed minora:
caules craſſos, γονατώδεις, id eſt, geniculatos, vi-
cinis ſe arborib. ἑλικηδὸν, id eſt, modo capreo-
lorum vitis, circumligantes: flores candidi, odo-
rati: fructus ut acini uvæ ſimilis hederæ, mollis,
ſapore leviter acris & viſcoſus: radix inutilis.
Dicitur autem Cyclaminus altera, Dioſcoride
teſte, κισσόφυλλον & κισσάνθεμον. convenit utraque
appellatio Dulcamaræ. nam foliis, floribus &
fructibus hederam æmulatur.* Cæterùm facul-
tate, & foliis & fructu calida ſiccans, abſtergẽs,
& digerens eſt. Fertur foliorum decoctum jeci-
noris fellisque obſtructiones reſerare, & adver-
ſus regium morbum utiliter bibi. Ruptis verò, &
ex alto præcipitatis, aut cæſis etiam, ſuccus utilis
habetur. Creditur ſiquidem concretum alicubi
in viſceribus ſanguinem diſſolvere & partium
læſarum ſanitatẽ procurare. Hieronymus Tra-
gus è ligno minutim conciſo vini decoctum cõ-
ficere docet, quod ictericos & per urinam, & per
inferiorem ventrem clementer purgare refert.
Haud diſſimiles iſtis Dioſcorides quoq; Cycla-
mino alteri facultates adſcribit. Fructus, inquit,
drachmæ unius pondere potus, cum vini albi
cyathis duobus, ad dies quadraginta, ſplenem
liquat, ita ut per urinam & alvum abſumatur.
Bibitur ad orthopnœam: reliquias à partu pur-
gat. *Dodonæus.*

APERIUNT quoque Cepa & Allium, &c.
de quibus vide ſuprà.

### *De foliis emollientibus.*

EMOLLIUNT Atriplex, Althæa, Cupreſſus,
Laurum, Malva, Pſyllium, &c. de quibus vide
ſuprà.

### *De foliis indurantibus.*

LENS paluſtris (Ger. Waſſerlinſen.) inveni-
tur in aqua nõ fluente, muſcus lenticulæ ſimilis,
refrigeratoriæ naturæ. *Propter quod conve-
nienter collectionibus, igni ſacro, & podagris
illinitur per ſe, & cum polenta: glutinat & pro-
cidentia puerorum interanea. *Dioſcorides.*

INDURANT quoq; Portulaca, Pſylliũ, Sem-
pervivum, Solanum, &c. de quibus vide ſuprà.

### *De foliis extenuantibus.*

EXTENUANT Arthemiſia, Chamomilla,
Hyſſopum, Juniperus, Pulegium, Stœchas, &c.
de quibus vide ſuprà.

*De foliis diſcutientibus.*

DISCUTIUNT Abrotanum, Althæa, Anethum, Adianthum, Atriplex, Braſſica, Chamomilla, Lilii folia, Malva, Mentha, Melilotum, Origanum, Ruta, Stœchas, Sampſuchum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De foliis extrahentibus.*

ANAGALLIS, officinis Morſus gallinæ, Ger. Gauchheil. Gall. *Mauron.* Ital. *Anagallo.* Hiſp. *Murages* dicitur. Ejus duo ſunt genera, quę tantum flore diſtant. nam quæ cæruleo flore eſt, fœmina dicitur: mas, quæ phœniceo. Frutices ſunt parvi in terra jacentes: foliis in quadrangulo caule puſillis, ſubrotundis, ad helxinæ folia accedentibus: ſemine rotũdo, herba vulgatiſſima, ita ut pedib. in arvis vineisq; ubiq; calcetur: in uliginoſis tamen lętior. Per æſtatẽ utriusq; proventus maximus eſt, potiſſimum autem menſe Auguſto. Florent autem à Majo menſe uſq; in Autumnum. * Utraq; vim habet mitigandi, inflammationem arcet, adactos corpori aculeos extrahit, nomas cohibet. Succus earum gargarizatus, capitis pituitam purgat: & naribus infuſus, dolorem dentium lenit, ſi in adverſam narem injiciatur: argema cũ melle Attico emẽdat: retuſæ oculorũ aciei auxiliatur: contra viperarum morſus, jecinoris, & renum vitia, ſi ex vino bibatur, prodeſt. Tradunt eam, quæ cæruleum edit florem, prociduam ſedem reprimere: quæ verò phœniceum, illitu evocare. *Dioſcorides.*

EXTRAHUNT quoque Ariſtolochia, Dictamnus, Porrum, Thapſia, Cyclaminus, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

*De foliis ſuppurantibus.*

SMYRNIUM caulem habet apii, & ſtolones multos: folia latiora, ſuppinguia, ad terram infracta, robuſta, odore medicato, cum quadam acrimonia jucũda, colore in luteũ langueſcente: capitib. caulium orbiculatis, ut anethi: ſemine braſſicæ, rotundo, nigro, acri myrrhæ ſapore, ita ut alterum alterius loco cedat. * Radix quoque odorata, guſtu acri, fauces mordet, ſuccoſa, mollis. Cortex ejus foris niger, intùs viridis, aut ſubalbidus. Naſcitur in ſaxoſis & collibus, atq; ſqualidis, & limitib. terrenis, & hortis. Colligitur menſe Junio, vel Julio. Conſervatur per annum. Vis radicis, herbæ & ſeminis, excalfacere. Foliis muria maceratis ad obſonia utuntur: alvum ſiſtunt. Radicem contra ſerpentium ictus bibere convenit: tuſſes & orthopnœas mitigat: urinæ difficultati medetur. Illita recentes tumores, collectiones, duritiasq; diſcutit: vulnera ad cicatricem perducit, partus abortu vitiat, ſi fervefacta ſubjiciatur: tumores ſuppurat. Semen lienis, renum & veſicæ vitiis prodeſt: menſes & ſecundas pellit. commodè datur iſchiadicis in vino: inflationes ſtomachi lenit: ſudores ciet, & ructus. Peculiariter datur hydropicis in potu, & contra febrium circuitus. *Dioſcorides.*

SUPPURANT quoque Althæa, Amomum, &c. de quibus vide ſuprà.

*De foliis abſtergentibus.*

LICHEN, qui ſaxis eſt familiaris, aliquibus Bryon, Germanis Stein- oder Brunnen lebertraut appellatur: aſperginoſis petris adhæret, ut muſcus. Julio menſe ea qua picta eſt forma decerpitur. * Is illitus ſanguinis profluvia ſiſtit, inflãmationes arcet, impetigini medetur. Juvat regio morbo correptos, cum melle illitus: oris & linguæ defluxiones inhibet. Abſtergentem ac modicè refrigerantem facultatem habet, utramque verò reſiccantem. *Dioſcorides & Galenus.*

ABSTERGUNT quoque Anagallis, Abrotanum, Aſparagus, Aſplenos, Atriplex, Abſinthiũ, Beta, Chamæpitys, Caſſutha, Marrubium, Parietaria, Salicis folia, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

*De foliis glutinantibus & cicatricem ducentibus.*

FRAGARIA (Ger. Erdbeerkraut. Gall. *Fraiſes, ou herbe portant fraiſes.*) planta nemini ferè nõ cognita. In ſylvis, dumetis, & in opacis montibus, ac ſecus vias ſponte naſcitur. In hortis interdum colitur. Floret Vere & tota æſtate. Fructus tamen ejus fugax, raró niſi æſtatis initio inveniri poteſt. * Refrigerat ordine primo, ſiccatq; ſecundo. Folia & radix vulnera & ulcera ſanant: muliebres fluxus & dyſenterias cohibent, urinam cient, & lieni conferunt. Herbæ & radicum decoctum potum, auxiliatur jecinoris inflammationibus, mundatq; renes & veſicam. Idem ore contentum, colluitioniſq; modo agitatum, gingivas roborat, dentes commotos firmat, & deſtillationes ſiſtit. At fraga præter id quòd guſtui æſtate in cibis arrideant, bilioſis æſtuantibusque ventriculis proſunt, ſiticuloſisque ſitim ſedant. Vinum quod ex iis elicitur, ulcuſculis, quæ in facie à caliditate proveniunt, mirificè medetur: itemque varos, & oculorum nubeculas calidasque defluxiones impoſitum tollit. *Matthiolus.*

ISATIS ſeu Glaſtum (Germ. Weydt. Gall. *du Gueſde, ou paſtel.* Ital. *Guado.* Hiſpan. *Paſtel*) ſativum, quo infectores lanarum utuntur, folium habet plãtagini ſimile, verùm pinguius, nigriusque: cujus caulis duûm cubitorum altitudinem excedit. Copioſe in Germania provenit. * Illita folia tumores omnes diſcutiunt, cruenta vulnera glutinant, ſanguinis profluvia ſiſtunt: ignem ſacrum, phagedænas, putreſcentia ulcera & quæ ſerpunt, ſanant. Sylveſtre glaſtum ſativo ſimile eſt. Folia fert majora, lactucaceis proxima: caules tenuiores, multifidos, quadantenus rubentes, in quorum cacumine folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus ſemẽ, flore tenui, luteo. In quibusdam Germaniæ locis naſcitur. Eadem, quæ & ſuprà dicta, præſtat: potu & illitu lienoſis auxiliatur. Majo ac Junio menſe florent, ac ſubinde ſemen proferunt. *Dioſcorides.*

SANICULA (Germ. Sanickel. Gall. *Sanicle* dicitur) exit foliis pentaphylli majoribus: radice candida,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0110-5
DFG

candida, tam miro naturæ ipſius artificio nodu-
lis ac laciniis quibusdam elaborata, ut non pa-
rum admirentur, qui tantum naturæ opus dili-
genter intuentur. * Hujus utūtur in potionibus
ad enterocelas, & ad interna vulnera, præſertim
ad ea quæ in thoracis cavitatem penetraverint.
Plura inſuper ſaniculæ oſtendunt genera, quo-
rum unum folium fert plantaginis magnitudi-
ne, ſed craſſiora, velut ſabariæ vulgò vocatæ, la-
ciniis circum magno artificio factis à natura, co-
lore in album flaveſcente. Hoc cæteris præferunt
ad enterocelas, & thoracis vulnera, ſi quotidie
in potu ſumatur: quin & ad alia vulnera, tam in-
tùs ſumptum, quàm exteriùs illitum. Naſcitur
in campeſtribus, ſylvis, montibus. Carpenda
cum ſuis capitulis Majo & Junio menſibus, &c.
*Matthiolus.*

Tormentilla, Germ. Tormentil. Gall.
*Tormentille* dicitur: folio pentaphylli minore,
ſeptenis inciſuris diviſo: radice brevi, nodoſa,
compacta, rubeo colore, ſapore adſtringēti: cau-
liculis tenuibus, ſubrubentibus: flore melino: a-
deò ut in pentaphylli genere ſit reponēda. Sunt,
qui à ſeptenis foliorum diviſuris Heptaphyllon
hanc vocent. Naſcitur in ſylvis ac locis monto-
ſis. Sero ac cùm jam vites florent, herba hæc ap-
parere incipit. * Herbarii compertum habent,
hanc iisdem pollere facultatibus, quibus Biſtor-
ta prædita eſt. Quamobrem utræque urinæ in-
continentiam ſupprimunt: ſiſtunt menſes, ſi in
earum decocto ad umbilicum uſq; conſederint
fœminæ. Idem præſtant (de radicibus tamen in-
tellige) ſi tritæ, & ex melle atque ſpica ſubactæ
ventri ac pubi illinantur. Sanguinem è vulneri-
bus manantem cohibent, ſuperaſperſo earum
pulvere. Qui item potus bilioſas coërcet vomi-
tiones, ſi ovorum albo exceptus ſuper fictili te-
gula inaſſetur, mox comedatur. Aqua quæ ex
his duplici organo elicitur, ſive è radicibus de-
coctum, venenis omnibus remedio eſt. Ex quo
tantum apud nonnullos tormentillæ invaluit
uſus, ut ex ejus radicibus etiam medicamenta
componant adverſus peſtilentiam. Utræque dy-
ſentericos ſanant, & vulnera glutinant, præſer-
tim quæ in inteſtinis & viſceribus fuerint illata,
non modò ipſis vulneribus illitæ, ſed & in potio-
nibus hauſtæ. Rebellia contumaciaque ulcera
curant, & ea ſiſtunt, quæ ſerpendo corpora ero-
dunt. *Matthiolus.*

Herniaria, herbula eſt in ſabuloſis
naſcens: ramulos multos in terram ſpargit, foliis
minimis, & rotundulis, aliis ſollicatis ex viridi fla-
veſcentibus, per ramulos ſparſis, adſtringente
guſtu, ex qua ſuccus expreſſus ſubinde affuſo
vino albo, certiſſimum & aliquoties probatum
remedium contra deſcenſum inteſtini. Nam
novem diebus ita percurat, ut poſtea non re-
deat malū. Facilius inventu Autumno. *Hellerius.*

Nicotiana, Gallis-Hiſpanis *Tabaco*. Bra-
ſilianis *Petum*, antiquitùs in uſu fuit Indis, Hi-
ſpaniæ præſertim novæ accolis, ad vulnera cu-
randa. Paucos ante annos in Hiſpanias delata,

A magis ad ornandos hortos, quā ob ejus faculta-
tes: nunc verò multò celebrior eſt ob facultates,
quàm propter elegantiā. Nomen legitimū apud
Indos eſt *Picielta*: nam *Tabaco* nomē ab Hiſpa-
nis illi inditum ab inſula quadam ejus nominis,
ubi frequentiſſime naſcitur: magna altitudine
aſſurgit, & interdum malum Aſſyriam, quam Li-
monem vocant, æquat, caule recto, multis præ-
grandibus ramis brachiato: folio mali Aſſyriæ
ferè, ſed ampliore veluti oxylapathi, colore viri-
B di dilutiore, & aliquantulū hirſuto, uti tota plan-
ta eſt. Florem fert in ſummis ramis campanulæ
modo, candidum, medio purpuraſcentem, qui-
bus continetur ſemē valdè exiguum, colore ex
cinereo nigricāte. Radix craſſa eſt, & multifida,
& lignoſa, intùs crocea, & amara, quæ facilè cor-
tice ſuo delibratur: non intelleximus tamen ali-
qua facultate præditam eſſe. Naſcitur plerisque
Indiæ locis, humidis præſertim & umbroſis, &
exculto leviq; ſolo. Seritur omni tempore: cùm
C verò prodiit, à frigore præſervanda eſt, & ſecun-
dùm parietes plantanda ad eorum ornatum: ſi-
quidē toto anno viret, citriorum modo. Folio-
rum duntaxat eſt uſus, (tametſi eorum defectu
quidam ſemine utātur) eaq; ut aſſervari poſſint,
filo trajecta in umbra ſuſpēduntur, & ſiccantur:
deinde iis, aut integris, aut in pulverem tritis, u-
tuntur. Calida & ſicca eſt in ſecundo gradu: itaq;
calfacit, reſolvit, mundificat, & aliquātulum ad-
ſtringit: ut ex ſequentibus facultatibus judicare
D licebit. Folia hujus plantæ calfacta & impoſita,
præſens in Cephalæa & Hemicrania ſunt reme-
dium, ſi morbus ex cauſa frigida, aut flatibus or-
tus ſit: ſæpiùs verò ſunt repetenda, donec mor-
bus tollatur: ſunt, qui caput oleo florum mali a-
rantii priùs inungant. Idem remediū rigidis cer-
vicibus ſive tetano utile eſt, & in totius corporis
dolorib. ab eadem cauſa ortis. Dolores dentium
à cauſa frigida nō modò finit, dente priùs deter-
ſo aliquo linteo, ejus ſucco delibuto, & pilula ex
E ejus folio confecta denti indita, ſed etiā, ne cor-
ruptio ſerpat, prohibet. Pectoris vitiis, tuſſi vete-
ri, aſthmati & ſimilibus, ex frigido humore ortis
morbis foliorum decoctum ex aqua, & eclegma
ex ejus decocto, utilia ſunt Serapium ex ſaccha-
ro, & foliorum ejus decocto paratum, paucaq;
quantitate ſumtum, putres humores pectoris
ejicit. Aſthmaticis interdū fumus eorum ore ex-
ceptus opitulatur: ſed neceſſarias evacuationes
præcedere opus eſt, ſi mora ferre poſſit. Sub ci-
F neribus calefacta folia, & ſordida nō excuſſis ci-
neribus, calidaq; ſæpiùs impoſita, vētriculo per-
frictionibus & flatibus laboranti, auxilio ſunt.
Viridia folia alii manibus oleo inunctis confrin-
gunt, & ſic imponūt. Ventriculi & lienis obſtru-
ctionibus folia pauxillo aceto intrita, diuque il-
lita, utilia ſunt: quibus deinde folia calefacta,
aut lineus pannus ſucco foliorum calenti intin-
gere, ſuperimponuntur. Foliorum defectu, pul-
vis communi unguento obſtructiones aperien-
te excipitur, & pars obſtructa, aut tumore affe-
cta diu inungitur. Indicę mulieres valdè cōmen-

dant in puerorum, & etiã grandiorum ſtomachi A
cruditatibus: nam ventre inferiore prius inuncto
oleo lucernarum & foliis ſub cineribus calefa-
ctis altero ventriculi regioni, altero tergori qua
ventriculum ſpectat, poſitis, eas concoquunt. &
alvum emolliunt, ſi quoties opus erit renoven-
tur. Latas & teretes ventris tineas expellit folio-
rum ſuccus cum ſaccharo coctus, & depuratus,
pauca quantitate ſumptus: umbilico tamẽ etiã
imponendũ folium tritum, & alvus deinde cly-
ſtere eluendus. Nephriticis doloribus, folia ſub B
cineribus, ut antè, calefacta, & quàm calide fieri
poteſt adpoſita, magnum adferunt levamen, i-
dem remediũ quoties opus erit repetẽdo. Com-
mode etiam clyſteribus injicientur, atque etiam
fomentationibus & emplaſtris admiſcebuntur.
In ſuffocationibus uteri folia probè calefacta,
& umbilico, uterique regioni impoſita, præſens
adferunt remedium: quòd ſi (ut fit interdum)
animi deliquium ſubſequatur, fumus illorũ na-
ribus objiciatur, illicò liberabitur: quod reme- C
dium Indicis mulieribus adeò vulgare eſt, ut ea
de cauſa Tabaci folia diligenter adſervẽt, & ma-
gnifaciãt. Sunt verò, qui odorata umbilico prius
admovẽt, deinde folium. Maximè autem confe-
runt aut Tacamahaca, aut oleum de Liquidam-
bar, aut Balſamum, aut Caranna, aut ex his o-
mnibus emplaſtrum conſtans, & in umbilico aſ-
ſiduè geſtatum. Articulorum doloribus (modò
humores frigidi ſint, vel ſaltem nõ nimium cali-
di) efficaciſſimè folia calida adhibentur, aut eo- D
rum ſucco pannus lineus intinctus: etenim hu-
mores reſolvunt, & digerunt, ideoque etiam tu-
moribus œdematoſis foliorũ ſucco calido prius
elotis, utiliſſime imponuntur. Perniones ſanare,
ſi ter aut quater hujus plantæ foliis fricentur, de-
inde pedes & manus aqua calida cum ſale ab-
luantur, experientia docuit. Venenis & toxico
pernicioſiſſimo, quo Canibales ſuas ſagittas il-
linunt, reſiſtere, paucis abhinc annis experti
ſunt nonnulli: nam antè ſublimatum vulneribus E
inſpergere ſolebant. Toxica autem vires infrin-
gere hac ratione ſciverunt Hiſpani. Contigit, ut
quidam Canibales in ſuis cymbis ad D. Johan-
nem de Portu divite navigarent, Indorum atque
etiam Hiſpanorum (ſi quos reperiſſent) telis ſuis
venenatis conficiendorum cauſa. Eò appellen-
tes, Indos & nonnullos Hiſpanos conficiunt, ple-
roſque autem vulnerant: cùm verò ſublimato
carerent, à quodam Indo edocti ſunt, ut Tabaci
ſuccum expreſſum ſuis vulneribus imponerent, F
& ipſa deinde folia trita: ſedati ſunt illicò dolo-
res, & ea ſymptomata, quæ hujusmodi venena
ſubſequi ſolent, venenum ſuperatum, vulnera
deinde curata. Ex eo foliis hujus plantæ adver-
ſus venena uti cœptum eſt. Rex ipſe catholicus,
ejus vires experiri volens, cani vulnus infligi
juſſit in gutture, & toxico, quo venatores utun-
tur, illini, & paulò pòſt foliorum Tabaci ſuccum
ſatis copioſe inſtillari, & ipſa folia trita ſupra vul-
nus ligari: liberatus eſt canis non ſine omnium
admiratione. Eodem modo venenatis peſtife-

A riſque carbunculis impoſita, cruſtas inducunt,
deinde curationem adferunt: & ad ictus mor-
ſusque virulentorum animalium præſens ſunt
remedium. Recentibus vulneribus impoſita, il-
licò ſanguinem ſiſtunt, eaque glutinant: quòd ſi
majuſcula ſint, vino prius eluentur, & labiis vul-
nerum conjunctis, ſuccus foliorum inſpergetur,
& ipſa folia trita ſupra vulnus alligabuntur: po-
ſtridie reliquisque ſubſequentibus diebus idem
ordo ſervabitur, victusq; ratio neceſſaria. Vete-
B ra ulcera, Gangrænasq; ſuccus inſtillatus, & folia
trita impoſita detergent, curant, & ad cicatri-
cem perducunt, purgato videlicet prius corpore
ex Medici conſilio, & miſſione etiam ſanguinis,
ſi neceſſaria ſit, facta: deinde obſervata quæ cõ-
venit victus ratione. Porrò non modò in homi-
nibus ejusmodi ulcera curare, ſed etiam in ani-
malibus ipſa experiẽtia docuit: nam per univer-
ſam Indiam frequentia ulcera vaccas, boves, &
alia animalia infeſtant, quæ facilè ob regionis
C humiditatem extremã putreſcunt, & vermibus
ſcatent, quibus ſolebãt inſpergere ſublimatum,
melioribus remediis deſtituti: ſed cùm magno
iſthic væneat, plerunque quod ulceribus inſper-
gebatur, pluribus conſtabat, quàm animal, quod
curabatur, æſtimari potuiſſet. Itaque Tabaci fa-
cultates in hominibus experti, illius etiam uſum
ad putrida, fœtida, vermibusq; ſcatentia anima-
lium ulcera tranſtulerunt, atque adeò compere-
runt, ſuccum ejus inſtillatum non modò vermes
D necare, ſed etiam ulcera mundare, deinde ad ci-
catricem perducere: prodeſt etiam jumẽtorum
exulcerationibus: ideoq; Indi Tabaci pulverem
ſemper circumferunt. Quendam novi narium
ulcere laborantem, è quo ſanies manabat, non
ſine contagii ſuſpicione: meo conſilio inſtillavit
foliorum Nicotianæ ſuccum, à ſecunda inſtilla-
tione multi vermes exciderunt, deinde paucio-
res, & poſt aliquot dies ſanatum eſt ulcus, ſed
quæ eroſa erant, non reſtituta. Illius etiam foliis
E impetigines, & capitis ſcabies utiliter confrican-
tur. Hæc eſt celebrata illa Indicis ſacerdotibus
planta, qua uti ſolebant ad reſponſa danda. Ete-
nim apud Indos moris erat, Sacerdotes de bello-
rũ eventu, aliisq; magni momẽti negociis con-
ſulere. Cõſultus ſacerdos, iſtius plantæ folia ſicca
urebat, & eorũ fumum tubulo ſeu cannula qua-
dam in os excipiebat, deinde quaſi in ecſtaſin
quandam raptus, cadebat, omni motu privatus,
ſicque permanebat aliquandiu. Diſcuſſa ejus fu-
F mi facultate, ad ſe redibat, referebatque nego-
cium cum dæmone contuliſſe, & reponſa dabat
ambigua, ut, utcumq; eventus ſuccederent, illis
facile perſuaderet, ſic ſe prædixiſſe: eoque mo-
do barbaros illos homines miſere decipiebant.
Cæterùm vulgus etiam Indorum cum fumum
per os & nares recipit animi gratia, cùm inſom-
nia videre interdum, & extra ſe quaſi rapi vo-
lunt, & etiam de ſuorum negociorum eventu,
ex ſomniis, quæ illis apparuerint, pronunciaturi.
At non eſt recẽs, plantas quasdam inveniri, quæ
manducatæ, aut initiò aſſumptæ, vanas ſpecies
& ima-

& imagines obſervari faciãt. Siquidem Dioſcorides cap. de Solano manico ſeu furioſo, ejus radicem drachmæ pondere ex vino potam, facere ſpecies vanas, imaginesque non injucundas obverſari ſcribit, ſed duplicatum ejus modum ad tres uſq; dies, mentis alienationem afferre, quadruplicatum interimere. Aniſum ſi quis dormiturus edat, ſomnia excitari jucunda & ſuavia: contra Raphani eſu, gravia & turbulenta, & ſic de plerisque aliis. Garcias ab Horto refert, Bangue plantę ſuccum aliis admixtum, mentis alienationem facere, inſomnia excitare, & omni ſolicitudine liberare, veluti etiam opium, quod Orientalibus Indis admodum familiare eſt. Sic & noſtri Indi, oneribus ferendis, aut aliis laboribus defatigati, Tabaci fumum hauriunt, & illicò, quaſi mente alienati, corruũt: excitati verò, refocillatos eo ſomno, & vires recuperatas ſentiunt. Eorum exemplum ſecuti Æthiopes pro mancipiis eò deducti, nimis frequenter eum hauriunt: quo fit, ut eorum domini egregiè eos caſtigent, & illorum Tabacum exurant, quo illis anſam auferant ſæpius illo utendi. Uſus eſt etiam Tabaci apud Indos, famis ſitisque ſedandi gratia, hoc modo: Conchylia quædam cochlearum fluviatilium urunt, deinde atterunt calcis modo: hujus & foliorum Tabaci æquas partes ſumunt, manduntque, donec ex utrisque maſſa quædam fiat, quam in pilulas piſo majores confingunt: atq; in umbra ſiccant, & in uſum reponunt. Facturi iter per deſerta, ubi neq; cibum, neque potum inventuros ſe putant, eas pilulas ſecum deferunt, ex iis unam inter labrum inferius & dentes reponentes, ejus liquorem aſſidue ſorbent: ea abſumpta, aliam reponunt, atque ita aliam, donec peregrinationem abſolvant, triduanam interdum, aut quatriduanam: atque ea ratione toto eo tempore neque famem ſibi moleſtam eſſe, neq; ſitim afferunt: cujus cauſam eſſe puto, quòd ſorbentes aſſidue pilulas illas, etiam humores pituitoſos è cerebro eliciunt, qui deglutiti, & in ventriculum demiſſi, naturalem ejus calorem humectant, ſed ab eo tandem abſumuntur, aliorum ciborum defectu: ut in multis animalibus obſervare licet, quæ tota hyeme in ſuis latibulis ſe continent ſine alicujus alimenti copia, quia calor naturalis occupatus eſt in pinguedine abſumenda, quam æſtatis tempore collegerunt. Hæc ſunt, quæ de celeberrima hac planta, ejusq; facultatibus ſcripſit *Nicolaus Monardus*. At *Carolus Cluſius* de Nicotiana hæc habet verba: Eſt verò petum ſive Nicotiana trium aut quatuor cubitorum altitudine, interdũ amplior, multis aliis, craſſisque ramis concava, folia numeroſa, ampla, denſa ſeu carnoſa, pinguia, gravi odore, fervido & acri guſtu. Flos extremis ramis naſcitur copioſus, ex albo purpuraſcens, oblongus, & tubæ in modum concavus, extrema parte latus, & pentagonus, cujus color frigoribus magis intendi ſolet. Huic ſuccedunt ſiliquæ Digitali ferè ſimiles, ſemine plenæ, ex ruffo nigricante, puſillo papaveris modo minore. Ejus duo ſunt genera. Nam unum amplo latoque eſt folio, interdum cubitali longitudine, pedalique latitudine, ſine pediculo, caulem amplectente. Id altius aſſurgit, & flos ordine per ramulorum longitudinem illi naſcitur, dilutior aliquantulum. Alterum paulò minore eſt folio, Solano, quod Bellam donnam vulgò vocant, ſimili, ſed acutiore, longoque pediculo ramis inhærens: flores huic veluti per umbellas naſcuntur ſaturatiores aliquantò. Utriusq; radix lignoſa eſt, & multifida. Floret calidioribus regionibus Junio & Julio: ſemẽ Septembri matureſcit: (vidi in Luſitania tota hyeme florentem) at hîc à menſe Auguſto in hyemem uſq; floret, & ſubinde ſemẽ profert, deinde primo gelu flacceſcit, peritque tota, neque hyeme aſſervari poteſt, niſi novella admodum, idque difficulter. Naſcitur omni ſolo, & ſemel ſata, ſemenque ad maturitatem perducẽs, ſeipſam deinde ſerit, nec opus habet alia ſatione. Si tamen ſerenda erit, Auguſto aut Septembri id fiat, quoniam ſemen exiguum diutiſſime ſub terra latet, antequam germinet: & Martio, aut Vere ſata primum Auguſto germinat. Apud nos diligenter colitur, non tam ornatus gratia, quam ob inſignes facultates, pręſertim à nobilibus quibusdam matronis rei herbariæ ſtudioſis, quæ foliis ejus recentibus, aut in umbra ſiccatis, & ſtillatitio illorum liquore vitreis organis extracto, frequenter utuntur ad ulcera antiqua, putrida, maligna, gangrænas, ſcabiem, impetiginem, lichenes, oculorũ nebulas, felici cum ſucceſſu, multisq; miſeris ruſticis auxilio ſunt. Sunt, qui ejus folia ſingulis diebus manè à jejunis mandi jubent, ut podagra liberentur, quoniam multam pituitam in os attrahat, eamque in partes inferiores defluere prohibeat. Carolus Stephanus in prædio ruſtico Gallico lib. 2. cap. 76. experiẽtia comprobatum eſſe ſcribit: ejus folia ſtrumis utiliter illini, ejusq; ſtillatitium liquorem aſthmaticis auxilio eſſe. In ſumma, Panacea quædã eſt ad omnes generis morbos. Aliud ejus genus, per omnia minus, folio rotundiore, nec hirſuto, pinguive, licèt ſucculẽto, flore minore, & per extremum rotundo, palleſcente, ante viginti annos Europæ innotuit, Dodon. Hyoſchyamum luteum nuncupavit. Ad pleraque conferre etiam exiſtimatur, verùm ſuperiore longe imbecillius. *Hæc Cluſius.*

Glutinant quoque Althæa, Anagallis, Centauriũ, Chamæpitys, Chamædrys, Equiſetum, Eupatorium, Ebulus, Myrthus, Plantago, Quinquefolium, Symphytum majus, Verbenaca, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

## *De foliis flatus diſcutientibus.*

Seseli Maſſilienſe folia fœniculi habet craſſiora, caulem vegetiorem, umbellã anethi, in qua ſemen oblongum, anguloſum, deguſtanti ſtatim acre: radix longa eſt, jucundi odoris. Optimum juxta Maſſiliam Galliæ urbem naſcitur. Provenit autem aliis quoque in locis calidioribus, nunc in plerisq; Germaniæ hortis, ſed

non niſi ſatum & cultum. Floret æſtate, & ſemen ſubinde producit.* Calefacit & deſiccat ordine ſecundo. Semen & radix excalfaciendi vim habent. Potu ſtranguriæ & orthopnϾæ medetur: ſuffocationibus mulierum comitialibusq; proſunt: menſes & partus trahunt: ad omnia interna mala pollent: tuſſim veterem ſanant. Semẽ cum vino potum, cõcoquit: & tormina diſcutit: epialis febribus utile. contra perfrictiones in itineribus, cum pipere & vino bibitur. Capris cæterisq; pecudibus datur in potu, quò faciliùs ſuos fœtus enitantur. Æthiopicum ſeſeli, folia habet hederæ minora, & ad periclymeni modum oblonga, frutex nigricat, palmitibus in bina cubita extenſis: ramis ſeſquipedalibus: capitulo anethi ſemine in tritici morem denſo, nigro, amaro, Maſſilienſi odoratiore & acriore, multùm ſuavi. Peloponnenſe folia habet cicutæ, latiora & craſſiora: caulem ſupra Maſſilienſis magnitudinem, ferulaceum: & latam in cacumine umbellam, in qua ſemen latius, odoratum & carnoſius pẽdet. Eiſdem viribus præditum eſt. Naſcitur in aſperis, riguis, & collibus. invenitur etiamnum in inſulis. Creticum ſeſeli, juxta Ciliciam in Amano monte naſcitur, herbula ſurculoſa, ſemine duplici rotundo, ſcutulorum effigie, odorato, ſubacri. Contra urinæ difficultatẽ bibitur: potu cit menſes. Succo ſeminis, caulisq; virentis, ternis obolis ex paſſo decem diebus hauſto, renes ſanantur. Efficax eſt radix ad ciendas pectoris excreationes, in delinctu cum melle. *Dioſcorides.*

*Seſelis* radices in uſu ſunt & ſemen, ſecundùm Dioſcoridem. Noſtra tamen ætate ſemen potiùs uſurpatur: quando ita ſimpliciter reperitur ſcriptum. Liberum autem eſt unicuique ſumere ex quacunque ſpecie, quæ in promptu fuerit, excepto Cretico, quod etiam Tardylium vocatur: nam Maſſilienſe, Æthiopicum & Peloponnenſe ejuſdem ſunt naturæ. Quique ſtudioſe inveſtigabit, is Maſſilienſe ſemen facile habere poteſt. quare de ejus ſuccedaneo non eſt neceſſe loqui: cùm iſtud in multis officinis legitimum reperiatur. Aëtius nominatim Maſſilienſe accipit, addens debere eſſe incorruptum.

Discutiunt quoque flatus. Abſinthium, Anethum, Apium, Chamomilla, Epithymum, Fœniculum, Juniperus, Allium, Majorana, Origanum, Petroſelinum, Squinanthum, Spica nardi, Smyrnium, Ruta, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De foliis ſemen generantibus.*

Horminum, Sclarea, Matriſalvia, Germ. Scharlachkraut dicitur, ſativa herba eſt, foliis marrubio ſimilis: caule ſemicubitali, quadrangulo, circa quem eminentiæ ſiliquis ſimiles prodeunt, quę ad radicem ſpectant. in quibus diverſum ſemen recluditur. Siquidem in ſylveſtri rotundum, fuſcumque invenitur: in altero nigrũ & oblongum, cujus eſt uſus. Naſcitur in hortis. Colligitur menſe Junii. Cõſervatur per annum.* Ad Venerem ſtimulandam, cum vino bibi volunt. Purgat cum melle argemas, albugineſque: illitum ex aqua tumores diſcutit: eo etiam extrahuntur aculei ex corpore. Idem effectus eſt illius herbæ. Sylveſtre Gallitricum officinæ vocant: magis viribus pollet. quare unguentis, pręſertim gleucino, permiſcetur. Naſcitur paſſim in pratis. *Dioſcorides & Matthiolus.*

Eruca tam ſativa, quàm ſpõte naſcens (Ger. Weiß ſenff. Gall. *de la Roquette*. Ital. *Eruca, Ruchla*. Hiſp. *Oruga yerua.*) vulgaris admodùm planta eſt, quòd frequentiſſimè in cœnis acetariis inſeratur. Sativa in hortis naſcitur. Sylveſtris Italię & Hiſpaniæ familiaris, prope tamen aquas provenit magna copia. Sativa tota æſtate floret: ſylveſtris autem circa Calendas Junii potiſſimum erumpit.* Excalfacit manifeſtè. Venerem largiore cibo concitat. Semen ejus idem præſtat, urinam cit, concoctioni prodeſt, albo perquàm accõmodata. Semine ad condimenta utuntur: muris aranei morſibus medetur. Ventris tineas enecat, lienemq; extenuat. Tritum & cum felle bubulo miſtum, nigras ulcerum cicatrices ad cãdorem reducit. Cum melle verò perunctum, vitia cutis in facie emendat, & lentigines emaculat. Herba, ſi ſola edatur, caput magis dolore afficiet. *Dioſcorides & Galenus.*

### *De foliis menſes moventibus.*

Alisma, Ger. Waſſer wegerich / & Froſchlöffel. Gall. *Plantein aquatique*, alii Damaſion appellãt: folia ei plantaginis, niſi anguſtiora eſſent, laciniosa, convexaq; in terram: caule ſimplici, tenui, cubito altiore: capitibus thyrſi: flore tenui, candido, palleſcente: radicibus tenuibus, ut veratri nigri, acribus, odoratis, modicè pinguibus: aquoſos amat tractus. Æſtate colligitur, tum enim floribus abundat.* Radix ſi drachma una aut altera bibatur, his cõvenit, qui leporem marinum devorarunt, aut à rubetis ranis demorſi ſunt, aut opium hauſerunt: torminibus atq; dyſenteriæ per ſe, aut cum pari modo ſeminis dauci, potui datur. convulſis, & contra vitia vulvæ prodeſt. Herba ſiſtit alvum, menſtrua pellit, tumores illita mitigat. *Dioſcorides.*

Hypericum, Germ. Sant Johans kraut / alii Androſæmon, alii Corion, alii Chamæpityn appellant, quoniam ſemen odore reſinam imitatur: ſurculaceo frutice, dodrantali, rubeſcente: folio rutæ: flore luteo: leucoio ſimili, qui digitis attritus ſanguineũ ſuccum remittit, qua ex cauſa androſæmon cognominatur: ſubhirſuta ſiliqua, & in rotundo oblonga, hordei magnitudine: ſemine intus nigro, reſinoſi odoris, gignitur in locis cultis & aſperis. Æſtate floret. Colligitur menſe Junio & Julio potiſſimùm. Conſervatur per annum.* Urinam cit, menſtrua pellit appoſitum: tertianis quartanisq; cum vino potum liberat. Semen quadraginta diebus hauſtum, iſchiadicis medetur. Folia cum ſemine illita, ambuſta ſanant. *Dioſcorides.*

Helichryson, quidã Chryſanthemon, nonnulli & id Amaranton vocant, quo deorum ſimulacra

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0114-8
DFG

ſimulacra coronãt. Ramulum habet candidum, A virentem, rectum, firmũ: folia intercedentibus ſpaciis anguſta, abrotono ſimilia: comam aureæ lucis in orbem: umbella rotunda, veluti ſiccis corymbis dependentibus: radice tenui. Naſcitur in aſperis, & torrentium alveis. * Contra ſerpentium ictus, coxendicum dolores: urinæ ſtillicidia, ruptaque, coma è vino pota opitulatur: ciet menſes. Sanguinem concretum ventris ac veſicæ abſumit, pota cum mulſo: jejunis trium obolorum pondere, ſiſtit deſtillationes, data in vino B albo diluto. Veſtibus inſeritur, ut eas ab erodentium injuriis tueatur. *Dioſcorides.*

Menses quoque movent, Aſarum, Abrotonum, Allium, Adianthum, Amomum, Abſinthium, Arthemiſia, Ammi, Braſſica ſativa, Betonica, Centaurium, Chamomilla, Calamintha, Chamædrys, Caſſutha, Cyclaminus, Dictamnus, Daucus, Gingidium, Fœniculum, Lapathum, Majorana, Marrubium, Meliſſa, Naſturtium, Origanum, Ocymum, Pulegium, Polium, Pe- C troſelinum, Oreoſelinum, Raphanus, Ruta, Roſmarinus, Salvia, Sabina, Seſeli, Serpillum, Scordium, Trifolium, Vitex, Urtica, Thymus, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

## *De foliis menſes ſiſtentibus.*

Limonion (Ger. Wintergrün/ Holtzmangold/ oder Waldmangold/ oder Waldtol. Gall. *Limoine, ou Bette de pré* dicitur) folia habet betæ, tenuiora & longiora, decem, ſępè plura; caulem, D tenuem, rectum, lilio ęqualem, ſeminibus rubris ſcatentem, quæ guſtata aſtringunt. * Semen tritum, & ex vino acetabuli menſura potum, dyſentericis, cœliacisque prodeſt: rubra fœminarum profluvia ſiſtit. Naſcitur in pratis & paluſtribus. Junio menſe floret. *Dioſcorides.*

Rubus (Germ. Brombeer. Gall. *Ronce.* Ital. *Rubo, rogo.*) notitiæ vulgaris eſt. * Vim habet ſiccandi & aſtringendi: capillum tingit. Ramorũ decoctum, potu alvum ſiſtit, & fœminarum pro- E fluvia, preſteris morſui accommodatiſſimum. Gingivas firmat, & oris vitiis medentur folia cõmanducata: cohibent ulcera quæ ſerpunt: ulceribus in capite manantibus, oculisq; procidẽtibus remedio ſunt: condylomatis & hæmorrhoidibus folia illinuntur. cardiacis & ſtomachi doloribus, trita convenienter imponuntur. Caules cum foliis tunduntur, exprimiturq; ſuccus, mox Sole cogitur ſingulari remedio contra o- F mnia, quę modò dicta ſunt. Mori in rubo naſcẽtis quàm optimè maturi ſuccus, ad oris medicamenta convenit. Siſtitur alvus præmaturi cibo, nec nõ flore in vino poto. Paſſim in dumis provenit. Folia in Vere: flores ęſtatis initio: fructus, ubi jam maturuerint, per meſſes, & extrema æſtate decerpitur. *Dioſcorides.*

Sistunt quoque menſes, Burſa Paſtoris, Fragaria, Hyoſcyamus, Lyſimachia, Myrthus, Nymphæa, Plantago, Sempervivum, Symphytum, Solanum, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

## *De foliis venenis reſiſtentibus.*

Erysimon, Latini Irionem, Germ. Hederich & Wildenſenff. Gall. *Velar, ou de la Tourelle* vocant: juxta urbes, rudera, hortosq; naſcitur: foliis erucæ ſylveſtris: cauliculis in lori modũ lentis & obſequioſis: floribus luteis: ſiliquis in cacumine gracilibus, ut fœnogræco, corniculatis: ſemine naſturtii, exiguo, urentis guſtus. Per integram æſtatem floret, autumno autem ſemen in ſiliquis profert. * Contra thoracis fluxiones efficax eſt, & ſi purulenta extuſſiuntur: regio morbo & coxendicibus prodeſt: contra venena in delinctu cũ melle datur. Illinitur ex aqua aut melle utiliter cęcis carcinomatis, parotidibus, duritiis mammarum, & teſtium inflammationibus. In totum extenuat, & excalfacit. Mitius multò ad clyſteres fiet, ſi aqua madeſcat, atque torreatur, vel linteo illigatum, pinſita farina oblitum peraſſetur. *Dioſcorides.*

Levisticum, quod Dioſcorides Ligusticum, Galenus Libisticum, Germ. Liebſtöckel. Gall. *Liueſſe, ou Liueſche* nominant. Quamvis pleræque plantæ multis partibus ſunt ſimiles, nulla tamen adhuc reperta eſt, quæ ejus omnibus notis reſpondeat. Itaq; loco ejus leviſticus vulgaris, aut cuminum accipiendum eſt. Naſcitur paſſim in hortis vulgaris. Floret æſtivo tempore. Colligitur menſe Julio. * Radicis ſeminisq; veri liguſtici vis ex olfactoria, concoquens. Prodeſt ad inteſtinos dolores, tumores, concoctiones: item ad inflationes, præſertim quib. ſtomachus turgeat: & contra ſerpentium ictus: urinas & menſes potu trahit. Eosdem pręſtat effectus appoſita radix. Semen cum radice oxyporis, & medicamentis decoquentibus admiſcetur, ori perquàm utile: quare pro pipere utuntur eo indigenæ ad obſonia. Adulteratur ſemine quodam ſimili: quod facilè guſtu diſcernitur: amarum enim eſt. Alii ſemen fœniculi aut ſeſeli admiſcentes, liguſticum dolo vitiant. *Dioſcorides & Florentini.*

Venenis quoque reſiſtunt, Abrotonum, Abſinthium, Allium, Adianthum, Apium, Braſſica, Betonica, Carduus benedictus, Chamedrys, Cyclaminus, Calamintha, Eupatorium, Fœniculum, Juniperus, Marrubium, Origanum, Pulegium, Polium, Ruta, Scordium, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà.

## *De foliis ſtrumas diſcutientibus.*

Aparine (Ger. Klebkraut. Belg. Kleefkruyt. Gall. *Keble, ou grateron.* Ital. *Speronella.* Hiſp. *Preſera.*) ramis multis & parvis fruticat, aſperis, quadrangulis, per intervalla orbiculato foliorũ ambitu, ut in rubia: flos albus: ſemẽ durum, rotundum, concavum, album, umbilici figura aſperitate veſtiũ tenaci. Exit Aparine juxta margines agrorum, & quandoque in ipſis agris frugibus permixta: item ſecus vias, ſcrobes, ſepes, & inter ſentes. Æſtivis menſibus ubiq; frequens. * Ea paſtores coli vice utuntur ad eximendos è lacte pilos. Seminis, caulium, ac foliorum ſuccus, po-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0115-3

tu contra viperarum, phalangiorumque morſus auxiliatur: infuſa auriū dolori medetur. Herba cum axungia trita, ſtrumas diſcutit. *Dioſcorides.*

Galliopsis, ſeu urtica fœtida, frutex in totum caulem & folia habet urticæ læviora, & quæ gravem odorem trita reddant: flore purpureo, tenui. Naſcitur circa ſepes, ædificiorum areas, ac ſemitas ubique. Colligitur Junio & Julio menſibus. * Folia, caules, ſemen, ſuccusque duritias & carcinomata diſſipant: ſtrumas, panos & parotidas diſcutiunt. Oportet bis die tepidum ex aceto cataplaſma imponere, & ejus decocto fovere: ad putreſcentia gangrænas, & nomas cum ſale efficaciter illinuntur. *Dioſcorides.*

Discutiunt quoque ſtrumas, Adianthum, Althæa, Lupinum, Lapathum, Meliſſa, Naſturtium, Pentaphyllum, Scordium, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

## *De foliis dolorem mitigantibus.*

Asclepias, Latini Hirundinariam, Ger. Schwalbenwurz appellāt, ramos emittit longos: folia hederæ longa: radices numeroſas, tenues, odoratas: floris virus grave: ſemen ſecuridacæ. Naſcitur in montibus aſperis & arenoſis. Auguſto menſe florib. abundat. * Radices ex vino potæ torminibus auxiliantur, & cōtra ſerpentium ictus. Folia adverſus vulvę, mammarumq; ulcera, quæ cacoëthe vocant, illinuntur. *Dioſcorides.*

Dolorem quoq; mitigant ſeu leniūt, Anethum, Abſinthium, Atriplex, Chamæmelum, Calamintha, Centaurium majus, Chamæpitys, Hyoſcyamus, Libiſticum, Lupulus, Peucedanum, Petroſelinum, Roſmarinus, Ruta, Siſymbrium, Serpyllum, Sampſuchum, &c. de quibus ſingulis vide ſuo loco.

## *De foliis ſeu herbis venenoſis.*

Aconitum (German. Dolwůtz Wolffskrauc dicitur) ſtatim in lingua inter bibendum, cum aſtrictione quadam dulceſcit; & ſubinde potiſſimùm cùm exurgere conatur, vertigines offundit: lacrymas ciet: gravitatem pectori & præcordiis adfert, ſimulque ſpiritus cerebri diſflantur. Quare venenum vomitione abigi, aut clyſtere per alvum egeri opus eſt. Utimur inter propinandum origano, ruta, marrubio, vel abſinthii decocto, cū vino abſinthite, vel ſempervivo, vel abrotano, chamælæa, aut ajuga. Prodeſt etiamnum opobalſami drachma, cum melle aut lacte, cum caſtoreo, pipere & ruta, æquis ponderibus ex vino: coagulum hœdi, leporis, aut hinnuli cum aceto: ferri quoque ſtercus, item vinū, in quo aurum, ferrum, argentúmve candens reſtinguatur, potum. lixiviaque cum gallina & vino decocta, aut carnium bubularum præpinguium jura, cum vino ſumpta. Fertur & ajuga privatim ipſis ſubvenire. *Dioſcorides.*

Cicuta (Germ. Schirling. Gall. *Cigue.* Ital. *Cicuta.* Hiſpan. *La cecuta* appellatur) pota vertiginem excitat, oculiſq; caliginem offundit, ita ut ne minimum cernatur: ſingultus ciet, mentē

A turbat, extremi artus gelantur: deniq; convulſi, ſuppreſſo arteriæ ſpiritu, ſtrāgulantur. * Quare inter initia, cicutā vomitu excutiemus: poſtmodum dejectionem moliemur, ut quod ad inteſtina prolapſum ſit, excernamus: tum demum in meracam potionem, quæ maximo eſt auxilio, deveniemus: repetendum per intervalla, in quibus proderit lac aſininum aut bubulum potui datum, ut abſinthium cum pipere & vino, caſtorio, ruta, mentha, cum vino, aut amomi, car-

B damomi, aut ſtyracis uncia, aut piperis cum ſemine urticæ & vino, aut lauri folia. Item laſer ex oleo & paſſo, & paſſum per ſeſe longiùs potum proficit. *Dioſcorides.*

Dorycnium, quod aliqui manicon Solanū appellarūt, epotum, lactis ſaporem in guſtu refert: * continētes ſingultus ciet, humor linguam vexat, ſanguis confeſtim rejicitur: mucoſa quædā perinde quaſi dyſentericis, alvo egeruntur. Itaq; antequā aliquid ex iis eveniat, auxilio

C ſunt vomitus, clyſter, & quęcunq; potū venenū expellere poſſunt. Privatim iis opitulatur aqua mulſa, lac caprilium, aut aſininum, dulce vinum, quod tepidum cum aniſo bibatur, amygdalæ amaræ, gallinacea pectora decocta. Quinetiam conchylia omnia tam cruda quàm toſta eſſe, ſalutare eſt. Conveniunt & locuſtæ marinæ, & gammari, & pota eorundem juſcula. *Dioſcorides.*

Hyoscyamum (Germ. Bilſamkraut. Gall. *du Juſquiame.*) potū aut comeſum ſimilē ebriis

D abalienationem movet: ſed facilè medicamentis cedit. * Auxiliatur aqua mulſa copiosè data, lacque, pręſertim aſininum: ſi id deſideratur, caprillum, vel bubulum, vel aridarum ficuum decoctum. Faciunt ad id etiam nuclei pinei, aut cucumis ſemen ex paſſo ſumtum, & vinum ſalſum, cum adipe ſuilla recenti paſſoque: itidem urticæ ſemen, aut nitrum ex aqua, & intubus erraticus, & ſinapis, & naſturtium, radix, cepa & allium: & hæc ſingula cum vino ſumantur. Poſtea

E ſinent quieſcere, quemadmodum qui vinum biberunt, ut excoquant. *Dioſcorides.*

Quod Corniculatum Papaver, Germ. Gelbotmagen appellant, & potu, & cibo eadem inferre conſuevit, quæ papaveris ſuccus ſeu meconium: nec aliis expugnatur auxiliis. Quare vide in Meconio.

Quod Pharicon vocant, ſapore ſylveſtre nardū imitatur. * Reſolutionem nervorum potū adfert, cum convulſione & delirio. Opor-

F tet autem poſt vacuationes vinum abſinthiten potui dare, cum cinnamomo, aut myrrha, aut nardo Gallico: aut ſpicæ nardi duas drachmas, & myrrhæ totidē obolos, cū paſſo: aut irim cum croco ex vino: deraſumq; caput illinire hordeacea farina cum aceto & trita ruta. *Dioſcorides.*

Smilax arbor, à quibusdam tithymalum, à Latinis Taxus appellatur. * Frigus univerſo corpori, ſtrangulatus, & celerem interitum infert: cui eadem quæ cicutæ conveniunt. *Dioſcorides.*

Thapsia ſtrāgulatus concitat, aut immodicas dejectiones. * Nimios dejectionum impe-

tus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0116-9
DFG

tus, medicamentis, quæ excremēta ſupprimunt, A
coërcebimus. Neque negligenda, quæ parum
quidem nocere videantur, interim verò vitam in
diſcrimina agunt. Quo in numero ſunt ſylve-
ſtris ruta, gith, novæ glacies, pappi recentes: flo-
res autem ſunt ejus ſpinæ, quæ Cactos dicitur.
Eos qui ſumſerunt ſola vomitio recreat. Stran-
gulatibus autem ea medentur, quæ infrà in fun-
gorum mentione retulimus. *Dioſcorides.*

Toxicum ex eo nominari videtur, quòd
barbarorum ſagittæ eo illinebantur. Qui bibe- B
rint, labiorum & linguæ inflām̃atione torquen-
tur. Incoërcitus furor varias iis imagines obver-
ſat: quare vix medicinæ locus eſt, raroque qui
hauſerunt, evadent. * Vinculis ergo cohibendi,
aut vinum dulce cum roſaceo bibere, & revo-
mere cogantur: rapi ſemen bibendum cum vi-
no. Privatim iis convenit quinquefolii radix, &
hircinus ſanguis, aut caprillus, eodē modo ſum-
ptus: roboris, fagi, aut ilicis cortex cū lacte tri-
tus: malaq; cotonea trita eſſe, aut cum pulegio C
& aqua bibere conveniet: amomum & balſami
ſemen ex vino. Sed qui periculis defuncti ſunt,
diu lecticis decumbunt: & ubi ſurrexēre, ſtupi-
di reliquum vitæ tempus degunt. *Dioſcorides.*

## *De foliis alterantibus qualitate occulta.*

Bardanæ majoris folium (quæ & Ar-
ction & Perſonata dicitur) ſummo capite ge-
ſtatum, matricem ſurſum tollit: ſub planta pedis, D
deorſum. Quod remedium præſtantiſſimum
habetur adverſus ſuffocationes, præcipitatio-
nes, ac diſlocationes matricis. *Mizaldus.*

Brassicæ folium vertici capitis impoſi-
tum, vulvam ex deflexu pendulam, vel aliter af-
fectam, ſurſum rapit. *M. Cato.*

Hederæ vis ac natura eſt caput ab heluco,
hoc eſt, prodiani vini obſervantia, & ſemiſomno,
defenſare, ut nimirum diſcuſſoria atq; exſiccan-
te. Quā etiam à crapula tutos reddere creditur E
capiti admota, vel præſumptis ejus acinis ali-
quot. Atq; hinc factum crediderim, ut Bacchus
foliatis uvis hederæ coronaretur, & ob id Co-
rymbifer diceretur. *Tertullianus.*

Hyoscyamus peſtiferis bubonibus ad-
motus, illos fertur diſperdere, vel, ut quibusdam
placet, diſpergere. Et ſi quis ante illorum emer-
ſum plantam eam ſecum habuerit, nuſquam à
bubonibus corripietur. Radix trita, & podagræ
iſchiadiſve (calidæ) appoſita maximopere juvare F
fertur, quòd ſit Jovi mancipata, qui unus coxas
ob Sagittarium, & Pedes propter Piſces ſibi ven-
dicat. *Ex vetuſtiſſimo ſecretorum libro.*

Ebuli folia cum vino cocta, arthriticorum
cruciatus valdè mitigant, ſi dolenti loco admo-
veantur. Sunt, qui præferant, & miris laudibus
extollant ſuccum expreſſum ex foliis, radici-
busq; ejusdem coctis in vino & butyro menſis
Maji exceptum, ac vice linimenti affecto mem-
bro identidem inunctum, nimirum ter, quatér-
ve in die. Ab experto hæc didicit *Mizaldus.*

Trifolium, herba hyacintho ſimilis,
quando flores Vere emittit, & ſemē habet κυνὸς
ὄρχει ſimile, decocta multum, & morſibus pha-
langii aut viperæ ex aquæ fotu admota, illis me-
detur, & dolores ſtatim ſedat. Eodem verò fotu
in alio non morſo, parti ſanæ ſenſum ſimilem, &
dolores ſimiles his quos morſus invehit, omnes
excitat: morſus itaq; ſanat, & ferarum modo
partem affligit. *Sylvius.*

Aconitum ex vino tepido datum percuſ-
ſis à vipera aut ſcorpione, ſalutiferū eſſe exper-
tum eſt à nonnullis medicis expertiſſimis. Adeò
venena plerunque venenatis ſunt venena.

Pentaphyllon Joviali poteſtate vene-
nis reſiſtit: cujus folium unum bis quotidie, ma-
ne nimirum & veſperi ex vino bibitum, ephe-
meram febrim curare traditur, tria tertianam, &
quatuor quartanam. *Marſilius Ficinus.*

## *De foliis purgantibus bilem flavam.*

Lupus Salictarius, ſeu Lupulus,
Ger. Hopffen. Gall. *du Houblon* dicitur: folia ha-
bet aſpera, cucumeris modo flores exilib. folli-
culis ſquamatim compactos, racematimque de-
pendentes, color è ſubcinereo. Naſcitur in ſepi-
bus. Colligitur mēſe Martio, vel Aprili. Auguſto
menſe floret, & Septēbri. Doſis decoctionis ma-
gnæ eſt circiter ℥ iiij. Et infuſionis ejus in aqua
calei potio eſt circiter ℔ j. * Flavam bilē detra-
hit, ſanguinem ab ea expurgat: & ejus inflām̃a-
tiones extinguit. Sero caprino maceratur, valē-
tior redditur. Succus cum ſaccharo decoctus ſy-
rupi modo, regio morbo laborantibus medetur.
Jecinoris & ventriculi æſtus mitigat. Syrupus ex
ſaccharo & ejus ſucco paratus, utiliſſimè exhibe-
tur in febribus à bile & ſanguine excitatis. *Meſue.*

Mercurialis, Græcis Linozoſtis, Ger.
Bingelkraut. Gall. *Mercurialle.* Ital. *Mercorella.*
Hiſp. *Mercuriales, ortiga muerta*, aliquibus Par-
thenion appellatur, foliis cōſtat ocymi, helxinæ
cognatis, ſed minoribus: ramulis duplici geni-
culorū modo cinctis, alarum cavis multis, fructu
fœminæ copioſo, quandam racemorum ſpeciē
præbente: mari è foliorū ſinu dependente, par-
vo, rotundo, ceu binis teſticulis unà cohærenti-
bus: frutice dodrantali, aut majore. Naſcuntur
paſſim in campeſtribus cultis vinetisq;. Colligi-
tur æſtate. Conſervatur per annū. Utraq; in ole-
ribus manditur, ad alvum ciendam, cocta in a-
qua, epoto jure bilem aquamq; detrahit. Con-
ſtat, ut mares gignantur, hunc facere, ut fœmi-
næ, illam, ſi à purgatione bibantur, & trita folia
genitalibus admoveantur. Menſes ſecundasque
ciunt, vulvæ cum melle, vel roſaceo, vel irino ad-
motæ. Epiphoris, ſtranguriæ & veſicæ, folia al-
vo impoſita conveniunt. Alvo quidem ſolven-
dæ, vel in febri decoquitur, quantum manus ca-
piat, in duobus ſextariis aquæ ad dimidias, bibi-
tur ſale & melle admixto, nec non cum ungula
ſuis, aut gallinaceo decoctum ſalubrius. Thora-
cem purgant, bilem detrahunt, ſed ſtomachum
lædunt. *Dioſcorides & Plinius.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0117-5

[A] Persica arbor notiſſima: * cujus folia & flores in aqua calida, ſicut roſarum & violarum macerati, in zulapium vel ſerapium rediguntur, ad ventrem ſubducendum, & bilem expurgandā efficaces, unciarum duarū inſtar. *Andernacus.*

Purgant quoq; bilem flavam, Abſinthiū, Centaurium, Malva, &c. de quibus vide ſuprà.

### *De foliis purgantibus bilem atram.*

Sena foliis conſtat glycyrrhicæ, craſſis, ſubpinguibus, fabarum ſapore, caule cubitali, à quo [B] ramuli exeunt, in lori modum flexibiles. Flores emicant aurei, veluti braſſicę, purpureis intercurſantibus venulis: quibus ſuccedunt folliculi falcati, adeoq; natura compreſſi, ut ſuperior membrana inferiori cohæreat, in quibus ſemen continetur in nigro ſubvireſcens, uvarum vinaceis uſque adeò ſimile, ut nō facilè primo oculorum intuitu alterum ab altero diſcernatur: folliculi è ramuſculis prominent, tenui pediculo appenſi: quò fit, ut matureſcentes parvo ventorum flatu [C] facilè decutiantur. Planta eſt frigoris impatiens, ob idq; ſeri vult Majo, nec ultra autumnum perdurat: ſiquidem priùs ſata facilè frigore deperditur, ſeriùs verò hyemem ſimiliter non tolerat. Præſtat quæ ex Alexandria Ægypti, vel ex Syria affertur. Folia autem viridia ſunt præſtantiora ſubalbidis & tenuibus. * Calefacit initio ſecundi ordinis, ſiccat primo. Terget, expurgat, digerit. Educit per inferna bilem tum atram, tum flavam & pituitam. Mundat cerebrum, cor, jecur, [D] lienem, pulmonē, & omnes corporis ſenſus, confertq; omnibus eorum incommodis. Viſcerum obſtructiones aperit, auget juventutē, ſeniumq; retardat, & animi hilaritatem affert. Folia in capitis perfuſionibus utiliter decoquuntur, præſertim addita anthemide. Roborat enim hoc modo cerebrum, nervos, oculorum aciem, & auditoriam facultatem. Optima eſt medicina morbis omnibus diuturnis, & melancholicis, ut delirio, amentiæ, ſciſſuris totius corporis, reſolu- [E] tioni nervorum, phthiriaſi, cephalalgiæ, ſcabiei, puſtulis, pruritui & epilepſiæ. Cor etiam roborat: ſi tamen iis potiſſimum commiſceatur medicamentis, quæ ipſum maximè confirmant, veluti viola. Datur commodè prægnantibus, & pueris, & cujuscunque ætatis hominibus. Dilutum tamē magis præſtat, quàm decoctum, quòd nulla ex parte exhalet: cujus unciæ quinq;, vel ſex, alvū modeſtiſſimè & ſine moleſtia ſolvunt. Redditur medicamentum hoc in dejicienda al- [F] vo præſtantius, atque valentius, ſi caſſiæ nigræ, aut mannæ, aut rhabarbaro, aut roſarum diluto, aut ſyrupo roſato ſolutivo commiſceatur, aut ſi maceretur ſena caprino ſero. Corrigitur zingibere, vel ſale gemmæ. Doſis ejus diluti eſt ab ℥ ß. uſq; ad ℥ j. pulveris verò à ʒ j. uſque ad ʒ ij. *Matthiolus & Meſue.*

Fumaria (Germ. Erdrauch/Daubenkropff. Gal. *Fumeterre, ou pied de Geline* appellatur) herba vulgaris admodùm notitiæ, officinis paſſim vocatur Fumus terræ: cujus deſcriptionem vide ſu- [A] prà. Præſtat, quæ virentior, foliis extenſis, non criſpis, & quæ violaceo ſit flore. Naſcitur in hortis & ſegetibus. Colligitur verno tempore, & ex ea ſuccus exprimitur. Conſervatur autem per annum. Potio ſucci ipſius eſt ab ℥ ß. uſque ad ℥ ij. & decoctionis ejus ab ℥ x. uſque ad ℥ xv. & pulveris ejus à ʒ iij. uſque ad ʒ v. * Alvum ſolvit leviter absque ulla noxa, bilem trahit atque humores aduſtos. Ejus vis non modò ad hepar, ſed ad venas diffunditur. Quamobrem ſangui- [B] nem expurgat, omnibusque incommodis medetur, à bile, aut exuſtis humoribus provenientibus. Medetur elephantiaſi, adverſus carcinomata efficax eſt: lichenas & alia cutis vitia mirificè emendat: quin & omnibus morbis auxiliatur, qui ex viſcerum infarctu originem ducunt. Roborat fumaria ventriculum, jecur, & cætera interna viſcera, bilioſasque finit febres, quemadmodum & eas, quę ex vaſorum obſtructione excitantur. Roboratur dejectoria ejus facultas, [C] quod non admodùm ſit valentior, additis myrobalanis, ſena, caprino ſero, infectorio cocco, aut uvis paſſis. *Meſue & Matthiolus.*

Epithymum, planta eſt caſſuthæ ſimilis, aut caſſutha in thymo naſcens, & illud cincinnis ſuis ambiens. Cùm autem hoc tempore thymi copiam non habeamus, caremus etiam epithymo. Illud autem quod vulgò in uſu eſt, epithymbra eſt, quod in thymbra, quæ thymi nomine uſurpatur, creſcat. Hac autem hodie veri epithy- [D] mi loco uti poſſumus: nam easdē facultates habet, aliquantò tamen debiliores. Quod ex Creta adfertur, epithymbra etiam videtur: epithymum enim non eſt, tametſi noſtrate melior. Servatur per annum. Potio ejus in decoctione eſt à drachmis quinque uſque ad viginti: & pulveris ejus à drachmis tribus uſque ad ſeptem. * Atram bilem cæteris medicamentis valentiùs excernit, idq; facilè & citra ullam moleſtiam præſtat. Efficax eſt ad morbos cerebri, nempe melācholiam, [E] epilepſiam, diuturnos capitis dolores, aliasque atrabiliarias ægritudines. Confert cordis tremoribus, & animi deliquiis. Præterea cunctis lienis affectibus mirè opitulatur: item renum vitiis, & hypochondriaca melancholia vexatis. Frequens epithymi uſus: datur enim utiliſſimè adverſus carcinomata, elephantiaſin, & ad ulcera maligna & atra quin & quartana febre detentos liberat. Corroboratur ejus operatio multiplicatione quantitatis ipſius, & additis myrobalanis [F] Indis, aut hellebori nigri momento, aut ſero caprino. *Meſue, Matthiolus & Medici Florentini.*

Purgant quoq; atram bilem Cuſcuta, &c. de qua vide ſuprà ſuo loco.

### *De foliis purgantibus pituitam.*

Gratiola nihil aliud eſt, quàm Meſuæ Eupatorium: herba eſt cubitalis, eximiæ amaritudinis, foliis centaurii parvi, viridibus, aſperis, inciſis, caule tenui, quæ ſiccata flaveſcit, floribus ſubluteis, oblongis. Quibusdam herba pulicum dicta, ob lentorem ei adhærentem: * calida eſt

gradu

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0118-0
DFG

A gradu primo, ſicca ſecundo, duplici quoq; conſtans ſubſtantia: calida tenui, qua bilem & pituitam facile purgat, tenuat, incidit, terget, expurgat, putredinem prohibet, reſolvit ſine attractione, obſtructiones tollit, & morbos ab his natos ſanat: febrib. diuturnis mirè ſubvenit. Altera eſt terrea, adſtringens, qua ventriculum, hepar, & cætera viſcera cogendo roborat. Cum ſero lactis efficaciùs purgat: per ſe enim eſt imbecillum. Naſcitur ſponte in Italiæ pleriſq; paluſtribus, humidis ac uliginoſis pratis. B Belgis hortenſis eſt, ubi Julio ac Auguſto cũ flore reperiri poteſt. Herba colligitur, ſuccus exprimitur, ut ex abſinthio, ſine Veris. Decoctum ejus datur ab ℥ iiij. ad ℥ vj. pulvis à ʒ ij. ad ʒ iij. Ejus penuria abſinthii & aſari ana pondus dimidium. *Meſue.*

Peplus, Germ. Teuffelsmilch. Gall. *Reſueille-matin des vignes* appellatur. frutex eſt lactei ſucci plenus, foliis parvis, ut rutæ paulò latioribus: rotunda coma, ferè dodrantali, humi reſperſa: C ſemine ſub foliis parvo, rotundo, minore quàm candidi papaveris. Pluribus ſcatet auxiliis. Unicam radicem habet, ſupervacuam, ex qua fruticat. Naſcitur inter vites & in hortis. Æſtate viget, in hyemem uſq; perdurat. Colligitur meſſibus: ſiccatur in umbra, & continuè verſatur. Fructus tuſus, & fervefactus reconditur. * Bilis ac pituita detrahitur acetabulo ejus in hydromelitis cyatho poto. Obſoniis inſperſa conturbat alvum, muria conditur. *Dioſcorides.*

D Daphnoides, officinis laureola, Germ. Zeiland/ & Zeidelbaſt. Gall. *de la Laureolle* dicitur, cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus, obſequioſiſque, multis à medio ſurſum verſus folioſis: cortex ſupra modum viſcoſus ramos veſtit: folia lauri, graciliora & molliora, fractu contumacia, quorum guſtatu os & fauces incenduntur: flores candidi: bacca cùm ematuruerit, nigra: radix inutilis. Naſcitur in montoſis, incultis, aſperis, umbroſis, ac ſylvoſis tractibus, ut apud E Lemanum lacum, & non paucis juxta Rhenum ac Moſam locis. Flores præmaturè germinant, paulò poſt Autumni æquinoctium: hyeme aut primo Vere perficiuntur: fructus Majo ac Junio. ſtirps eſt perpetuò virens, & adverſus frigora hyemisq; injurias obdurans. * Pituitam extrahit folium recens, vel aridum in potu: menſes ciet, & vomitum: caput inanit commanducatum: ſternutamenta movet. Baccæ quindecim potæ alvum reſolvunt. *Dioſcorides.*

F

## *De foliis ſeroſos humores purgantibus.*

Sambuci duo genera. Unum in arborem aſſurgit, Ger. Holder. Gall. *du Sur*, ſurculos ſpargens arundinaceos, teretes, cavos, candicantes, proceros: folia juglandis, terna quaternáve, ex intervallis circa ramos exeunt, gravia odore, minutim in ambitu ſecta: & in ramulorũ cacuminibus, cauliculiſq; circinatæ umbellæ, quæ florem candidũ pariunt: mox acinum terebintho ſimilem, in nigredine ſubpurpureũ, racemoſum, ſucco madẽtem, vinoſumq;. Alterũ genus Chameacte vocatur, Romanis Ebulus, Germ. Attich: de quo vide ſuprà. Naſcitur in hortorũ & vinearum ſepibus. * Vis eadem ac Ebuli. *Dioſcorides.*

Chamælæa ſurculoſa fruticat, ramis dodrantalibus: folia oleæ ſimilitudinem habent, tenuiora, & amara, quæ guſtatu linguam mordent, & arteriam deradunt. In Italiæ & Galliæ Narbonenſis pleriſq; incultis, aſperis & deſertis reperitur. perpetuò viret. Semẽ Autumno maturitatem aſſequitur. * Detrahit pituitam, bilemque, foliis præſertim in catapotio devoratis. namq; duæ abſinthii partes, adjecta chamælææ una, hydromelite excipiuntur, & in catapotia coguntur. ea autem in ventre non liqueſcũt: ſiquidem quotquot fuère devorata, regeruntur. Foliis cum melle tritis, ſordida ulcera & cruſtoſa repurgantur. *Dioſcorides, & Dodonæus.*

Chamælæa Germanica, frutex eſt ſurculoſus, & lignoſus, bicubitalis aut altior, ſi cultura acceſſerit: lentis ac dodrãtalibus ramulis: foliis oblongis, latiuſculis, mollibus & pallidè virentibus. floſculi ſecundùm ramulos exeũt, odorati, colore dilutè rubentis purpuræ, baccæ rotundæ ochri ferè magnitudine, cùm maturuère rubentes: reſiccatæ nigricant. interior harũ nucleus canabis ſemini ſimilis, medulla refertus candida. radix longa, altè demittitur. In pleriſque Germaniæ ſylvis reperitur umbroſis, aſperis, & deſertis locis. Demittit hæc folia, ut plurimæ arbores, adventante hyeme. florum verò germina ſtatim poſt Autumnum promit, qui primo mox Vere, & ſubinde ipſa hyeme (ſi clemens fuerit) panduntur. folia poſt flores exeunt, baccæ æſtate maturantur. Vulgò Germanorũ Zeiland/ Zeidelbaſt/ Seydelbaſt/ & Kellerhals appellatur. officinę noſtrates Mezereon vocant. nos autẽ Chamælęam Germanicam dicere maluimus. Italorum nonnullos fructum ejus Piper montanũ nuncupare accepimus. Sunt qui Laureolam & hanc ſtirpem nominant: ſed alia eſt Laureola, de qua in Daphnoide dictum eſt. Quo autem nomine à veteribus appellata, & an ipſis cognita, explicare non eſt facile. Videtur quidẽ Cneoron album Theophraſti eſſe, ſed propter brevitatem hujus nihil affirmare licet. Κνέωρ, inquit, duo genera: candidum & nigrum. Candidum folium habet ἐλαιώδης, oblongum, figura quodammodò oleagino ſimile. Nigrum, ut Tamarix, carnoſum. Humile autem magis candidum eſt, eſtque ὀσμώδης, hoc eſt, odoratũ: nigrum verò ἄοσμον, id eſt, abſque odore. radix ambobus quæ altè deſcendit, grandis: ramuli permulti, craſſi, lignoſi, protinus ab ipſa tellure, aut paulò ſuperiùs ſparſi, lenti: quamobrem hiſce ad colligandum junci modo utuntur. germinant florentq; poſt æquinoctium Autumni, & multum denique temporis florent. hæc Theophraſtus. Et Chamælæa quidem Germanica folio non multùm diſſimili eſt oleæ: flos odoratus, cujus, ut ſcripſimus, mox poſt Autumnum germina apparent: rami lignoſi, obſequioſi ra-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0119-9

dix prolixa, altè deſcendens. Quæ omnia magnam ejus cum Cneoro albo conjunctionem & affinitatem (ſi non ipſum eſt) oſtendant. Eſt autem ſtirps hæc in univerſum etiam vehementer excalfactoria: fructus, folia & cortices acria admodum ſunt, guſtata linguam mordicant, & aduſtionis ſenſum in faucibus excitant. Officinę Germaniæ & Belgii hujus foliis (ſi quando opus eſt) pro Chamælææ utuntur. Quod citra errorem fieri poteſt. Nam Chamælæa iſta viribus & potentia alteri ſimilis eſt: quamobrem ejus loco ſubſtitui poteſt, & eodem ſimiliq; modo præparari. *Dodonæus.*

Esula, Germ. Teuffelsmilch/ herbarum lactarium ſpecies, ruſticorum purgatorium. Hujus una eſt magna, radicibus rotundis, magnis, denſis, & gravi cortice intectis. Altera parva, radiculis exiguis, cortice tenui intectis. Major viſcera ulcerat, ob id pernicioſa. Parva eſt præſtantior, præſertim cortice radicis tenui, levi, fragili, ſubrubro caſſiæ modo, ante ſex menſes collecto. Nam recens, quo menſe collecta, mala eſt, uti & niger, & orta loco aliquo prope thermas. Colligenda eſt Veris initio. Lac autem, quod calidius, acrius, ac valentius, fine Veris. *Calida & ſicca principio tertii gradus, ſubſtantia conſtat tenui, ignea, acri, incidente, tenuante, fundente, ſiccante, aperiente, & terrea ſtyptica, etiam ſiccante materias altius immerſas: purgat valenter pituitam, aquas, atram bilem etiam à juncturis: ob id harum doloribus confert, & hydropi inſigniter: ſed nocet cordi, ſtomacho, hepati: viſcera excoriat, venarum ora dirumpit, corpus immodice ſiccat, ſemen abſumit, febres inflammando excitat, lacte ſuo maxime. Ob id miſcēda ei ſunt cardiaca, ſtomachica, hepatica: ad hæc glutinoſa, cogentia, & aſtringentia, glutinantia, ut gummi, tragacanthum, bdellium, mucago pſyllii, ſuccus portulacæ: poſtremò refrigerantia, & calorem illum extinguentia. Infundatur ergo in acetum, præſertim quo cydonia ſunt macerata, aut decocta, & ſucco intybi, vel ſonchi, vel portulacæ, vel ſolani: additis autem myrobalanis, abſinthio, aloë, præſtantior evadit. Judæus infundendo in acetum aut lac ſæpè mutando, & ſiccando corrigebat. Si te autem immodicè purgat, ſede in aqua frigida, ex Rufi conſilio. Frigus enim ambiens & medicamēti virtutem in unum cogit, ipſumque roborat, & per accidens juvat, protruſis à ſe materiis ad meatus, per quos ſunt vacuandæ, ſuccurrendumq; eſt. Catapotia ex ea facta idem poſſunt. Recipiunt autem eſulæ præparatæ, myrobalanorum citrinorum ana drachmas quatuor: aloes drachmas quinq; cum ſucco fœniculi, aut intybi miſce. Dantur à drachma una & dimidia ad drachmas tres. Quidam ex lacte ejus, & farina, faciunt oblatas purgatorias. Alii ex lacte, aceto, ſaccharo: alii carne cydoniorum, & maſtice. Datur autem cortex radicis à ſiliquis duabus uſque ad ſiliquas ſeptem: lac verò à ſiliqua una uſque ad tres. *Meſue.*

Tithymali (Germ. Wolffsmilch. Gall. *du* A *Tithymale, ou herbe à laict*) genera ſeptem: quorum maſculus Characias appellatur, ab aliquibus amygdaloïdes: alter myrtites: qui fœmina exiſtimatur, eũq; myrſinitem, aut caryitem vocant: tertius paralius, quem tithymalida appellarunt: alius helioſcopius: quintus cypariſſias: ſextus dendroïdes: ſeptimus platyphyllo dicitur. Characiæ caules ſupra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, lacteo ſucco, atque acri madentes: foliis oleæ circum ramos, anguſtioribus, & longioribus: radice craſſa, lignoſa: pendet in cacuminibus caulium coma junci, ſub qua caveolæ foliolis balnearum ſimiles, in quibus ſemen continetur. Naſcitur in aſperis & montibus. *Succus alvum purgat, trahit pituitam, bilemq; binis obolis in poſca ſumtis, & cum aqua mulſa vomitiones movet. Appetente vindemiarum tempore ſuccus, congeſtis ramulis mox diſſectis, & vaſe concluſis, excipitur. Aliqui adjiciunt farinam ervi, & in paſtillos digerunt, qui ervi magnitudinem impleant. Alii in aridas ficos ternas quaternáſve guttas inſtillant, ut cum his increſcant, quas ad uſus recondunt. Per ſe etiam tuſus in pila, & in paſtillos coactus reponitur. Porrò cùm extrahitur lac, neq; quò ventus aſpiret, ſtare quenquam, neq; manus oculis admovere convenit: ſed antequam colligas, corpus, præſertim faciem, collum, ſcrotumq; genitalis, adipe aut oleo cum vino perungere. Fauces autem exaſperat: quapropter catapotia cera, aut decocto melle oblini par eſt, & hoc modo dari. binas tamen ternáſve ficos purgationis gratia ſumſiſſe, ſatis eſt. Recens lac ex oleo, perunctos in Sole capillos evellit, renaſcentesq; flavos & exiles efficit, deniq; omnes perimit. Dentium cavernis incluſum, levat dolores: ſed cera dentes oblinēdi, ne ſuo delapſu fauces & linguā vitient. Tollit illitũ impetigines, formicantes verrucas, penſiles, & quæ thymi florem repræſentant. Valet adverſus pterygia, carbunculos, phagedænas ulcerum, gangrænas, fiſtulaſque. Legitur ſemen autumno, & ſiccatum Sole leviter tunditur, ferveſactumq; loco mundo reponitur. Folia item ſiccantur. Semen & folia lactei ſucci effectum præbent, dimidio acetabulo pota. Sunt qui inveterant, admiſto cũ lacte lepidio, & caſeo contuſo. Radix drachmæ pondere in hydromelite pota, per inferna trahit. Decocta cum aceto, dētium dolori auxiliatur, colluto ore. Fœmina, quā myrſiniten, aut caryiten vocant, ſimilis ſuāpte naturā daphnoïdi: foliis myrti, ſed majoribus, firmis, in cacumine acutis, & pungentibus: ramulos à radice mittit dodrantales: fructum fert alternis annis, nuci ſimilem, mordaci guſtu. Naſcitur in aſperis. Succus, radix, ſemen, folia, conſimilem antè dicto ſortiũtur facultatem: ſed ad citādas vomitiones invalidior hæc eſt. Aliud tithymali genus dicitur Paralios, quem tithymalida, aut mecona aliqui appellavêre. Naſcitur in maritimis, ramis ſubrubentibus, palmum altis, quinis ſeniſve à radice exeuntibus: foliis lini, anguſtis, parvis, oblongis, in verſus quoſdam dige-

ſtis:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0120-1 DFG

ſtis:capite in cacumine orbiculato,in quo ſemē, ut ervum,vario colore emicat: flos albus. Frutex totus cum radice lacteo ſucco turget. Similes ad uſus reconditur. Helioſcopius dicitur,foliis portulacæ,tenuioribus, rotundioribusque : ramulis prodeuntibus à radice quatuor aut quinque,rubentibus,dodrantali altitudine , tenuibus,lactis copioſi plenis:capite anethi: ſemine velut in capitulis incluſo.Helioſcopii nomen accepit,quoniam comas cum Sole circumagat. Circa oppida naſcitur,potiſſimum in ruderibus. Colligitur ſuccus,ſemenque, ut aliorum. Eædem , quæ ſuperioribus,vires, non tamen uſque adeò validæ. Cypariſſias in caulem exit dodrātalem , vel majorem,ſubrubrum:ex quo folia pini ſimilitudine exoriuntur,molliora tamē,& tenuiora : & in totum naſcentem pinum æmulatur, unde nomen traxit. Candido ſucco madet: cui eadem vis quæ ſuperioribus. In petris naſceos dendroïdes cognominatur.ampliter opacat,in cacumine frondoſam ſpargens comam,ſucco lacteo prægnans,

A cauliculisq; rubentibus , foliis myrti tenuioris, fructu characiæ. Ejusdem effectus , cujus ſuperiores: ſimiliq; modo reconditur. Platyphyllos verbaſco ſimilis eſt. Radix , ſuccus,& folia per inferna trahūt aquas. Piſces necat,tuſus & aquæ inſperſus. Reliqua tithymalorum genera , quæ ſuprà ſcribuntur,idem efficiunt. *Dioſcorides.*

Pityusam ſpecie à Cypariſſia differre conſtat,etſi tithymalorū generi aſſignetur. Caulis ſupra cubiti altitudinem aſſurgit , geniculatus : foliis piceæ,acutis,exilibus: flore parvo,velut purpureo : ſemine inſtar lenticulæ lato : radice craſſa,candida,ſucco referta. quibusdam in locis frutex hic prægrandis invenitur.* Detrahit per alvum radix drachmis duabus , data in aqua mulſæ: item ſeminis drachma. Succi cum farina ſubacti cochlearium in catapotio datur. modus foliorum drachmæ tres. *Dioſcorides.*
B

Purgant quoq; ſeroſos humores, Cyclaminus, Ebulus,&c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## De Floribus, Sectio IX.

- Flores
  - Alterantes *qualitate*
    - Prima : *atque vel ſecundā*
      - Quālitatem. Sic
        - Calidi in
          - Primo
            - Borraginis,
            - Buglosſæ, Betonicæ,
            - Buphthalmi, *ſeu* herbæ Criſpulæ,
            - Meliloti, Chamomillæ,
            - Stœchadis, *&c.*
          - Secundo
            - Amomi, Croci,
            - Caryophyllorum,
            - Ericæ, Meliſſæ,
            - Spicæ nardi,
            - Lavendulæ, Lupulorum,
            - Junci *odorati*, Jaſmini,
            - Koriſmarini, *&c.*
          - Tertio
            - Agni caſti , Epithymi,
            - Leucoji, Oenanthæ,
            - Periclymeni, *&c.*
        - Frigidi in
          - Primo — Malvæ, Roſarum, Violarum, *&c.*
          - Secundo
            - Anemonæ, Hiacynthi,
            - Intybi,
            - Nymphææ, *&c.*
          - Tertio — Balauſtiæ, *&c.*
          - Quarto — Hyoſcyami, *&c.*
        - Humidi, Sicci, *&c. Vide literam* A.
      - Locum, *Vide literam* B.
    - Secunda, *Vide literam* D
  - Purgantes, *&c. Vide literam* F.

- A
  - Humidi *in*
    - Primo — Bugloſſæ, Malvæ, Cichorii, *&c.*
    - Secundo — Nymphææ, Violarum, *&c.*
  - Sicci *in*
    - Primo — Buphthalmi, Chamomillæ, Croci, Hyacinthi, Meliloti, Roſarum, *&c.*
    - Secundo — Anemone, Amomi, Croci, Caryophyllorum, Ericæ, Junci *odorati*, Lavendulæ, Lupuli, Meliloti, Pæoniæ, Roriſmarini, Spicanardi, *&c.*
    - Tertio — Balauſtiæ, Epithymi, Jaſmini, Chamæpiteos, Periclymeni, *&c.*

---

- B
  Flores *ſecundum locum alterantes qualitate prima, aut*
  - Calefaciunt
    - Caput — Anthos, Prunellæ, Chamomillæ, Betonicæ, Herbæ *Paralyſis*, Lavendulæ, Meliloti, Pæoniæ, Salviæ, Stœchados, Tiliæ, *&c.*
    - Pectus — Betonicæ, Junci *odorati*, Meliſſæ, Scabioſæ.
    - Cor — Anthos, Borraginis, Bugloſſæ, Croci, Meliſſæ, Spicanardi, *&c.*
    - Stomachum — Anthos, Junci *odorati*, *&c.*
    - Hepar — Centaurii, Junci *odorati*, Sambuci, Betonicæ, Chamomillæ, Spicæ, *&c.*
    - Splenem — Betonicæ, Leucoji, Viticis, *&c.*
    - Renes *& veſicam* — Betonicæ, Junci *odorati*, Malvæ, Meliloti, Spicæ, *&c.*
    - Matricem — Betonicæ, Junci *odorati*, Ireos, Salviæ, Spicanardi, *&c.*
    - Juncturas — Anthos, Herbæ *Paralyſis*, Chamomillæ, Meliloti, *&c.*
  - Refrigerant, Humectant, Siccant, *&c.* *Vide literam* C.

- C.
  - Refrigerant
    - Caput — Nenupharis, Papaveris *albi*, Roſarum, Violarum, *&c.*
    - Pectus — Papaveris, Violarum, *&c.*
    - Cor — Nenupharis, Roſarum, Violarum.
    - Stomachum — Roſarum, Violarum, *&c.*
    - Hepar — Cichorii, Nenupharis, Roſarum, *&c.*
    - Splenem — Cichorii, Nenupharis, *&c.*
    - Renes *& veſicam* — Nenupharis, *&c.*
    - Matricem — Nenupharis, Roſarum, *&c.*
    - Juncturas — Roſarum, Violarum, *&c.*
  - Humectant
    - Pectus — Violarum.
    - Cor — Borraginis, Bugloſſæ, *&c.*
  - Siccant
    - Cor — Anthos, Meliſſæ.
    - Pectus — Meliſſæ, Betonicæ, Scabioſæ, *&c.*

---

- D. Flores *alterantes qualitate ſecunda, aut*
  - Adſtringunt: *ut* Balauſtiæ, Croci, Cichorii, Meliloti, Roſarum, Verbaſci, Viticis, *&c.*
  - Diſcutiunt — Anethi, Chamomillæ, Malvæ, Meliloti, Stœchados, *&c.*
  - Abſtergunt — Fabarum, Tiliæ, *&c.*
  - Extenuant: *ut* — Chamomillæ, Iridis *Illyricæ*, Stœchados, *&c.*
  - Emolliunt, Suppurant, Glutinant, *&c. Vide literam* B.

- E.
  - Emolliunt
    - Croci,
    - Liliorum,
    - Malvæ, *&c.*
  - Suppurant
    - Croci,
    - Liliorum *alborum, &c.*
  - Glutinant *& cicatricem ducunt*
    - Balauſtiæ,
    - Centaurii.
  - Menſes *movent*
    - Betonicæ,
    - Centaurii,
    - Chamomillæ,
    - Junci *odorati,*
    - Leucoji,
    - Meliſſæ,
    - Pæoniæ,
    - Roriſmarini,
    - Salviæ,
    - Viticis, *&c.*
  - Menſes *ſiſtunt*
    - Balauſtiæ,
    - Hyoſcyami,
    - Nymphææ, *&c.*
  - Flatus *diſcutiunt*
    - Anethi,
    - Chamomillæ,
    - Junci *odorati,*
    - Spica nardi, *&c.*
  - Ambuſtis *medentur*
    - Liliorum *alborum,*
    - Malvæ,
    - Verbaſci, *&c.*
  - Venenis *reſiſtunt*
    - Betonicæ,
    - Citri, *&c.*
  - Dolorem *mitigant*
    - Anethi,
    - Chamomillæ,
    - Centaurii,
    - Hyoſcyami,
    - Meliloti,
    - Roriſmarini, *&c.*

---

- F. Purgantes
  - Bilem
    - Perſicorum,
    - Ceraſorum,
    - Roſarum,
    - Violarum, *&c.*
  - Pituitam *& ſerum*
    - Carthami,
    - Geniſtæ,
    - Sambuci.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0124-3

### *De floribus calidis in primo.*

FLORES BORRAGINIS & BUGLOSSAE (German. Burretſch vnd Ochſenzungenblümlein) naſcuntur paſſim in hortis, campeſtribus, & ſabuloſis. Colliguntur Vere, & principio æſtatis: ex quibus conſerva, ſerapium, & aqua ſtillatitia parantur. Exiccantur etiam in umbra, & conſervantur per annum in ligneis arculis. *Corroborant cor, ejusq; affectibus maximè opitulantur, conducunt ad febres humoresq; aduſtos, *&c.*

BETONIAE flores idem, quod herba ipſa, efficiunt.

FLORES Buphthalmi, Ger. Rindsaugblümlein/ lutei ſunt, anthemide majores, oculi ſimilitudine, unde nomen traxerunt. Folia fœniculi. Circa oppida naſcuntur, & in campeſtribus. Colliguntur Vere & æſtate: ſiccantur in umbra, & conſervantur per annum. *Cum cerato trıti, tumores, duritiasque diſcutiunt. *Dioſcorides.*

MELILOTUS flore eſt luteo, colore vicino croco, odorato. Naſcitur locis montoſis, ſterili ſolo. Colligitur in Vere: ſiccatur & ſervatur per annum.* Vim habet adſtrictoriam & diſcutientem, &c. *Dioſcorides.*

CHAMAEMELI flores (Ger. Chamillenblumen.) in medio aurei, forinſecus orbiculato ambitu candidi, melini, aut purpurei; magnitudine foliorum rutæ. Naſcuntur in aſperis, & juxta ſemitas. Colliguntur Vere: ſiccantur in umbra, & ſervantur per annum. *Excalfaciunt, diſcutiũt, laxant, & rarefaciunt. Decoctum eorum febres citra viſcerum inflammationẽ ortas concoquit, diſcutit, ac reſolvit: præſertim quæ ex cutis denſitate, & humoribus bilioſis proveniunt: præcordiis gratiſſimi, laſſitudini conferunt: dolores ſedant: tenſa remittunt & reſolvunt: modicè indurata emolliunt: denſata rarefaciunt. *Dioſcorides, & Andernacus.*

STŒCHADOS ſummi apices, hoc eſt, flores in officinis ſtœchados Arabici amari. Juxta Galliam in inſulis ejusdem nominis è regione Maſſiliæ gignuntur: nec non in Arabia, quæ Gallica præſtat. *Leviter aſtringunt, extenuantque, abſtergunt, viſcera obſtructione liberant: eoque etiam totum corpus corroborant. *Dioſcor.*

### *De floribus calidis in ſecundo.*

AMOMI, hoc eſt, flores pomi Hieroſolymitani, quia rarò & parcè admodũ, ſicut etiam tempore Galeni, ad nos feruntur: acorus eadem facultate præditus, in vicem illorum ſubſtitui poteſt. Quidam illud uvam odoratam, alii aliud eſſe prodiderunt. *Andernacus.*

CROCUS, Ger. Saffran. Gal. *Saffran.* Ital. *Zaffarano.* Hiſp. *Azafran* dicitur. Hujus cùm multus ſit uſus & ſanis, & in Medicina, cura adhibẽda eſt, ut optimus, recens, & ſincerus deligatur. Nam variis modis adulteratur: ſed maleficium ex colore, odore & pondere deprehenditur: ſi quidem nec adulteratus, nec vetus eam coloris gratiam habet, ſed obſcurior eſt, neque odoratus ut recens, ſed ſitum redolet, & põderoſus eſt.

A Cæterùm qui luteos quosdam flores admiſtos habet, odore & guſtu dignoſcitur, tum etiam quòd eam coloris venuſtatem in tingendo non habet, quam ſincerus. Qui ſapa ſubſitus eſt, ſapore dulci, & colore obſcuro eſt. Cui permixta lithargyros, juſto ponderoſior eſt. Naſcitur in Coryco monte Ciliciæ optimus. Proxima nobilitas ei, qui in Olympo Lyciæ monte provenit. Deinde ei, qui ex Argis Ætoliæ urbe affertur. Nunc in plerisq; Germaniæ locis plantari cœpit
B haud infeliciter, quòd viribus è locis jam cõmemoratis allatis haud cedat. Florem ante folium edit: per autumnum namq; Vergiliarum occaſu floret, neq; ultra menſis ſpacium flores durant. Poſtquam autem hi decidunt, ſtatim folia anguſta & oblonga prodeunt, virentq; tota hyeme. * Vim coquendi, emolliendi, atq; ſubſtringendi habet: urinã cit: elegantem colorẽ præſtat: qui ex paſſo biberint, crapulam nõ ſentient: oculorum fluxiones illitum cum humano lacte cohibet:
C additur in potiones, quæ interaneorum causâ temperantur: ad vulvæ etiam, ſedisque cataplaſmata utiliter inditur: Venerẽ ſtimulat: vergentes ad ignem ſacrum inflammationes mulcet: auricularis collectionibus utile. Quò faciliùs conteratur, in calido fictili Sole ſiccari oportet, celeriterq; verſari. Urinam movet radix ex paſſo pota. *Dioſcorides, Medici Florentini, & alii.*

Quanquam nos non habemus *Crocum Corycium*, id tamen non parũ refert: nam tametſi Ga-
D lenus dicat, quòd ſit illud magis vegetum, non tamen quoq; odoratius aliis: propterea ſi Crocum habuerit odorem perfectũ, & longo tempore durantem, parum intereſt an ſit vegetum vel aridum: quòd ſi iſtud etiam adfuerit, eò erit melius. ſi itaque ſit recens, coloratum, & habeat in ſuis filamentis nonnihil albicantis, ſitq; longum, integrum, non fragile, plenum, & quod madefactum benè tingat manus, non ſitum oleat, neq; ſit humidum & nonnihil acutum, erit
E optimum. Quòd ſi has notas non habuerit, aut erit exoletum, aut madefactum: cumque ita ſoleat ingenioſè adulterari, ut vix deprehẽdi fraus poſſit, ideò per aliquot dies priùs neceſſe eſt ad uſum transferamus: & ſi tum viderimus illud retinere colorem & odorem, quem primùm habebat, tenebimus pro bono: ſin minus, pro adulterato; nam tale neque odorem neq; colorem diu retinere poteſt.

CARYOPHYLLORUM flores, Ger. Graſ-
F negelein dicuntur: æſtate colliguntur: quo tẽpore ex eis acetum conficitur, peſtilentiæ accommodatum. Conditum quoq; ex eis cum ſaccharo paratur. Jecur, cor, & ſtomachum corroborant. Venerem augẽt, quatuor ſcrupulorũ pondere cum lacte ante aſſumti. *Andernacus.*

ERICA, fruticoſa arbor, myricæ ſimilis, longè minor, cujus flore apes reprobum mel efficiunt. * Strumas diſcutiunt, aliasq; duritias per habitum digerunt diſſipantque. *Dioſcorides & Andernacus.*

SQUINANTHUM, ſeu ſchœnu anthos, id eſt,

junci odorati flos, in Africa & Arabia naſcitur. Laudatiſſimum ex Nabathea: proximum Arabicum, quod aliqui Babylonium cognominant, alii Teuchitin: peſſimum ex Africa. Eligendum rufum, intento colore, recens, tenue, rubentibus fragmentis, quod manibus confricatum roſæ odorem emittit, igneæ mordacitatis ad linguã. Floris, culmorum, radicisq; eſt uſus. Olim planta ipſa cum floribus advehebatur, unde ſchœnuanthos nomen ſumpſit: ideoq; eligebatur floribus refertum. Hodie tamen ad nos culmi duntaxat & radix adferuntur. Itaq; cura adhibenda eſt, ne alii culmi his admiſceantur: quod ex jam dictis notis deprehẽdi poteſt. *Vim urinæ ciundæ habet: menſes pellit, diſcutit inflationes, caput aggravat, modice adſtringit, comminuit, excoquit, ac venarum ſpiracula laxat. Flos ejus in potu utilis ſanguinem rejicientibus: doloribus ſtomachi, pulmonis, jecinoris, & renum miſcetur antidotis. Radix adſtringentior eſt: ideo faſtidiis ſtomachi, hydropicis, convulſis, drachma una cum pari pondere piperis, per dies aliquot datur. Decoctum vulvæ inflammationibus, ad deſidentium fotus utilis eſt. *Medici Florentini ex Dioſcoride.*

*Schœnanthos* eſt res nota: apud veteres in uſu erant flores ejus, & ſummitates junci, atq; etiã radix, ut Dioſcorides docet. Flores tamẽ in majore erant precio, cùm rariùs haberi potuerint, non ideò quòd olim Cameli in Arabia eos depaſcerent, ſicuti vult Galen. lib. 1. de Antid. cap. 14. ſed quia non erat uſitatum illos ad alia loca deferri. Nunc verò copioſè afferri cœperunt, qui tamen deprehenduntur eſſe exigui odoris, & reſpectu ipſius junci quaſi nullius: quare ſimplicium periti omnes potiùs uſurpãt juncos quàm flores, quanquam illorum copia in promptu ſit. Galenus quoq; laudat cymas eorum: ſed videndum ut ſint odorati: nam ſi nõnihil veteres ſint, amittunt odorem: quod non difficulter deprehenditur. Ad nos quoque ex Arabia, quales Andromachus commendat, afferuntur.

LAVENDULA, Nardi Italicæ ſpecies eſt: adeò ut illa fœmina, hæc verò mas (vulgò ſpica nardi appellata) vocitetur. Mas folio conſtat latiore, longiore, craſſiore, robuſtiore, albidioreque, quàm fœmina. Sed utraq; planta fruticoſa, & roriſmarini modo, innumeris referta eſt foliis: è quorum medio juncei exeũt cauliculi, quadranguli, tenues, dodrantalem longitudinem excedentes: in quorum cacumine flores exeunt ſpicati, colore purpureo, quamvis in fœmina dilutiores, patentioresque, odore fragrantes, verùm uſque adeò acuto, ut nares feriat. Naſcitur paſſim in hortis. Colliguntur ambo initio æſtatis: ſiccantur in umbra, & conſervantur per annum. *Excalfaciunt & exiccant ordine ſecundo completo. Conferũt omnibus cerebri affectibus frigidis, convulſis, & reſolutis: ventriculum frigidum corroborant: jecur obſtructum liberãt: lienis infarctus aperiunt: uterum calefaciunt: urinam, menſtrua, & ſecundas educunt. Aqua ex illis deſtillatur, oleumq; conficitur, quod oleum ſpicæ vocant. *Matthiolus.*

LUPULI flores naſcuntur in ſepibus: colliguntur autumno: ſiccantur & conſervantur per annum. * Obſtructiones viſcerum ſolvunt. Serapium ex viridibus confectum, & aqua ſtillatitia, febribus conveniunt. *Andernacus.*

MELISSAE flores naſcuntur paſſim in hortis, colliguntur æſtate, ſiccantur in umbra, & ſervantur per annum. * Excalfaciunt ſiccantq; ordine ſecundo. Cor exhilarant, vitalesq; facultates roborant, odoris fragrantia deficientem animum revocant, animi ſolicitudines fugant. *Avicenna, & Serapio.*

RORISMARINI flores colliguntur Vere: ſiccantur & cõſervantur per annum. * Emolliũt, incidunt, digerunt, & abſtergunt. Conditum ex eis viridibus & ſaccharo paratum, conſerva anthos officinis dicitur, ventriculum roborat, & utero accommodatur. Herbæ & radicis ejus ſuccus melle miſtus, hebetudinem oculorum à craſſis humoribus ortam emendat. Decoctum ejus regio morbo ſive arquato auxiliatur. *Galenus, Dioſcorides, & Andernacus.*

JASMINUM ex earũ quoq; ſtirpium eſt numero, quæ adminiculis fulciuntur, non tamen amplexicaulis, aut vicinis ſe circumvolvens, ſed aliis tantummodò innitens, veluti pergulis, hortenſibusq; ſcenis, quibus facili opere innectitur. Cauliculi ejus prolixi, teretes, ramoſi, flexibiles, geniculati, virentes, candida ſungoſaq; interius medulla: folia e ſingulis geniculis bina, ampla, alarũ inſtar expanſa, cõpoſita videlicet ex quinque aut ſeptem aliis lævibus, oblongis, ſaturatè virentibus, faſtigio acuminatis, eminente in cacumine reliquis majore. Flores in ſummis virgulis, rari, in muſcarii ſpecie cohærent, ſuaveolentes, colore albidi, ſemen latum lupinis quadantenus ſimile, quod tamen rarò ſuccreſcit: radix fibris firmatur. Fertur hujus eſſe ſpecies floribus luteis: & alia cæruleis. Sunt autem, qui pro Jaſmino luteo, Trifolium fruticans in frumentorũ hiſtor. cap. 89. depictum, & pro cæruleo Clematidem alterum oſtendant. Quòd ſi autem non aliæ quàm hæ pro Jaſmini cæteris ſpecieb. oſtẽdi queant, temerè plures ejus ſpecies affirmãtur. Utraq; enim harum multũ à Jaſmino abeſt. Colitur in hortis, topiariis operibus expetitur, non modò in Belgio, verùm & in Italia ac alibi: ex Africa creditur advectum. Flores æſtate vigent. Inter Arabes Serapio primi nominis hanc Zambach, interpres verò Jeſemin nominat: atq; inde paſſim Jaſminum, Jeſeminũ, aut etiã Gelſeminum. Apud Dioſcoridem compoſitio eſt Jaſmini olei, quod apud Perſas ex albis violæ floribus fieri refert, quod non ex alterius ſtirpis, quàm ex hujus floribus conficiendum apparet. * Qualitate autem Jaſminum, ac ejus potiſſimum flores calidi ſunt in initio ſecundi ordinis, ut Meſues apud Serapionem ait. Oleum ex his confectum crudos diſcutit humores: frigidis ac catarrhoſis cõfert: & hyberno utile tempore. Quibus autẽ tempera-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0126-5
DFG

temperatura contigit calidor, his dolorem excitat capitis, & ſi diutiùs odoretur, periculum adfert ſanguinis è naribus profluvii: in cõviviis, ait Dioſcor. & poſt eum Aëtius, odoris cauſa apud Perſas uſurpatur. Prodeſt & lotis à balneo corporibus, quæ laxari calefieriq; expedit. graviorem autem ſuaveolentiam habet, ita ut multi eo idcircò non libenter utantur. *Dodonæus.* A

### *De floribus calidis in tertio.*

AGNI CASTI, ſeu viticis flores, quidam albi cum purpureo, quidam purpurei ſunt. B Naſcuntur in paluſtribus campis. Calidi & ſicci in tertio. * Flatus ventris diſcutiunt. Veneris impetus cohibent. *Galenus.*

EPITHYMI flores eandem vim, quam herba ipſa, obtinent. de quibus vide ſuprà.

LEUCOJON (Ger. Neglin violen/gelb violen. Gall. *Gyroſiés.* Ital. *Viola.*) vulgaris eſt notitiæ, ſed in floribus differentia quædam: namq; aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inveniun- C tur. Luteorum verò præcipui in medicina uſus. Naſcuntur in hortis ac viridariis, in ædium feneſtris, & parietibus. Colliguntur Vere: quo tempore oleum ex eis (keirinum) paratur. * Aridi flores fervefacti in deſeſſionibus, valent cõtra vulvæ inflammationes, & menſtrua expellunt: ſanant oris ulcera, cum melle: cum cerato, rimas ſedis, &c. *Dioſcorides.*

OENANTHÆ, officinis labruſcæ flos, fructus eſt vitis ſylveſtris, & floreſcentis: * aſtringit, D & ſtomacho familiaris. *Dioſcorides.*

PERICLYMENI flores ſuperiùs deſcripti ſunt. Naſcuntur in arvis ac ſepibus. planta convolvens ſe adminiculis propè aſſidentibus.* Incidunt urinamque movent: diutius poti, ſicut etiam fructus ejus, & folia, urinam ſanguinolentam cient, lienoſos & difficulter ſpirãtes drachmæ unius pondere cum vino aſſumpta juvant. *Dioſcorides.*

### *De floribus frigidis in primo.* E

MALVÆ flores, Germ. Herbſtroſen nominantur, effigie, floribus roſarum rubentibus, candidis, vel ſubrubeis, nullo tamen odore fragrantibus. Naſcuntur in hortis ac viridariis. Colliguntur menſe Maji, vel principio æſtatis: * quo tempore ex eis fit mel malvatum, bonum pro aſthmate & tuſſi. *Saxoniæ.*

ROSA, Germ. Roſen. Gall. *Roſe.* Ital. & Hiſp. *Roſa* nominatur. Harum genera multa ſunt. At vulgatiſſimæ ſunt albicantes, puniceæ, & quæ ex F albo ruſeſcunt, quas Itali appellant *Incarnate.* Præſtantiſſimæ, quæ puniceo colore rubent: proxima laus eſt iis, quæ in rufum candicant: viliſſimæ albicantes: in quarum tamen genere eæ odoratiſſimæ excipiuntur, quæ Hetruſcis Damaſcenæ, & aliis Moſchette vulgò dicuntur. Naſcuntur paſſim in hortis ac viridariis. Colliguntur verò menſe Maji, nondũ penitus explicati, quo tempore dilutũ julapium, ſyrupus, cõſerva, mel roſatum, aqua ſtillatitia, & oleũ ex eis cõficiuntur. Siccantur etiã in umbra, folia cõtinuò verſata, ne muceant, néve ſitus in iis inſideant: & cõſervantur per annũ in arculis ligneis. * Refrigerant, aſtringunt, corroborantq; vires, tũ vitales, tũ animales. Aridis roſis, & in vino decoctis expreſſus liquor, facit ad dolores capitis, auriũ, oculorũ, gingivarũ, ſedis, recti inteſtini, ac vulvæ, penna illitus, aut infuſus. Eadem ſine expreſſione tuſa, præcordiorũ inflammationibus, humidis ſtomachi vitiis, igni ſacro illini prodeſt: ſiccis ac tritis ſemina aſperguntur. Miſceri ſolẽt vulnerariis antidotis, atq; cõpoſitionibus, quas antheras vocant. Folia utuntur in callibléphara. Flos, qui in mediis roſis invenitur, ſiccatus, gingivarũ fluxionibus efficaciter inſpergitur. Capita pota citam alvũ, & cruentas rejectiones ſiſtũt. Succus recẽtibus foliis exprimitur, deſectis forfice unguibus, (ſic appellantur candidę foliorum partes) reliquũ in pila premi & teri debet in umbra, donec cogatur, & ita ad oculorum circumlitiones recondi. *Dioſcorides, & Matthiolus.*

*Roſa* optimæ haberi poſſunt Neapoli, aut Salerni. Sunt autem præſtantiſſimæ rubeæ, quinq; foliis conſtantes, coloris vividi, nonnihil in purpureo nigreſcentis: ſuntq; omnium primæ quæ aperiuntur. Debent autem à calycibus mundari, & cum forcipe ablata parte illa priùs albicante, quam unguem vocamus, in umbra ſiccari, ſæpiùs vertendo: nam facilè mucorem cõtrahunt.

VIOLA purpurea (Germ. Mertzen viol. Gall. *Violette de Mars.*) folium habet hederа minus, tenuius, ac nigrius, nec multò diſſimile: cauliculus à radice medius prodit, in quo floſculus ſuaviſſimè olens, purpureus. Naſcitur in opacis, aſperis, pratis, & juxta ſepes. Colligitur primo Vere, tempore ſereno, quo tempore dilutum ſerapium, julapium, conſerva, aqua ſtillatitia, atq; oleum violaceum ex eo conficiuntur. Siccantur etiam in umbra, & conſervantur per annum, in vaſis ligneis. * Violæ recentes refrigerant, & humectant ordine primo. in ſumma, ſoporiferæ ſunt, calidos dolores mulcent, inflammationes extinguunt, leniunt, & ſolvunt. Bilem educunt, ejusq; fervorem mitigant. Conferunt capitis doloribus, quos caliditas excitaverit: ſomnum conciliant: pectoris & aſperæ arteriæ ſcabritiẽ leniunt: medentur anginis, & columellæ vitiis: præcipuo autem auxilio ſunt pectoris & lateris inflammationibus, ſitimq; arcent. Siccæ violæ minùs refrigerant, & humectant: jecoris obſtructiones aperiũt: regio morbo ſuccurrunt: inflammationes diſcutiunt. In pulverem redactæ drachmæ pondere, ex galli gallinacei, vel ipſorum modicè coctorum jure, etiam ventrem ſubducunt pauló ante cibũ dati. *Dioſcor. & Meſues.*

### *De floribus frigidis in ſecundo.*

ANEMONES (Germ. Kuchenſchell/klein oder groß Haberroß. Ital. *Anemone.* Gall. *Coquelourdes, ou paſſefleur.* Hiſp. *Amapollas de flor chiquita.*) duo genera, unum ſylveſtre, alterũ in cultis naſcens. Cujus multę ſpecies: una phœniceum florem profert: altera candicantem, aut lacteũ, aut



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0127-0

purpureum. Harum folia coriandro ſimilia, cæterum ſciſſa tenuiùs in terram inclinantur: caules lanuginoſi, tenues, in quibus flores, ut papaveris, & in medio capitula nigra, aut cærulea: radix oleæ magnitudine, aut ampliùs paulò grandeſcit, ac veluti geniculis quibusdam cingitur. Sylveſtri amplitudo prorſus major: latioraq; folia, & duriora: oblongius caput flore puniceo: tenuibus & multis radicum capillamẽtis. Acrior eſt, quæ nigra habet folia. * Vis utriusq; acris, ea de cauſa ſuccus naribus infuſus purgat caput. B Commanducata radix pituitam trahit. decocta in paſſo, & illita, medetur oculorũ inflammationibus: cicatrices eorundem, & hebetudines emendat: ſordida ulcera abſtergit. Folia & caules, ſi cum ptiſana decocti edantur, copiam lactis præbent: menſtrua ciunt, vellere appoſita: illita quoq; lepras eximunt. Flores eandem vim habent, quam herba ipſa. extrahunt humores, & ora vaſorum aperiunt. *Dioſcorides.*

HYACINTHUS, Ger. Blaw Mertzenblümlein. Gall. *Vne Iacinthe, ou Vaciet*, nominatur: in univerſum in campeſtribus inter ſegetes, & in ſylvis provenit: foliis & radicibus bulbaceis: caule dodrãtali, viridi, tenui, læviq;: floret cum violis circa finem Martii, & Aprilis initium: florentem emittit comã, ab ipſo caulis medio uſq; ad ſummũ purpureis circumdatã floribus, qui matureſcẽtes ad terram incurvantur: perdurantq; diu antequam contabeſcant. * Refrigerant ordine ſecundo, ſiccant verò primo. *Matthiolus.*

CICHORII flores (Ger. Wägwartenblümlein) naſcuntur in campeſtribus, juxta ſemitas. Colliguntur æſtate: * ex quibus conficitur conſerva, ad refrigerandum, corroborandumq;, & potiſſimùm hepar.

NYMPHÆÆ, ſeu nenupkaris flores (Germ. Seeblumen,) lutei ſunt, nitentes, roſę ſimiles. Naſcuntur in paludibus, lacubus, & aquis ſtagnantibus. Colliguntur circa finem Veris, vel principiĩ æſtatis: * quo tempore aqua ſtillatitia conficitur, fronti vel naribus admota, capitis ex bile dolorem lenit: ſomnum inducit, omnemq; ardorem extinguit. Serapium ex eis, febribus peſtilentibus & acutis, pectorisq;, columellæ, gutturisq; vitiis aptiſſimũ. Conditum cum ſaccharo ex eis factum ſemunciæ inſtar ſomnum affert: item unguentum inde paratum cordis regioni, inſtar epithematis, cum opus eſt, ad refrigerium illinitur. *Andernacus.*

*De floribus frigidis in tertio.*

FLORES mali punicæ ſylveſtris BALAUSTII vocantur, cytino ſimiles. Quorum complura genera reperiuntur, candidi, fulvi, colore roſaceo. Naſcuntur in Italia, Granata Hiſpaniæ regno. Colliguntur menſe Junii: ſiccantur & conſervantur per annum. * Aſtringunt, ſiccant, cohibent: ſanguinolenta glutinant. *Dioſcorides.*

*De floribus frigidis in quarto.*

FLORES HYOSCYAMI (Ger. Bilſenblümlein.) naſcũtur in cãpeſtribus, ruderibus: colligũ- A tur prima æſtate, vel circa finẽ Veris: ſiccantur, & conſervantur. * Vis eadem, quæ herbæ ineſt.

*De floribus humidis in primo.*

FLORES HUMIDI in primo, ſunt Bugloſſę, Malvæ, Intybi, &c. de quib. vide ſuprà ſuo loco.

*De floribus humidis in ſecundo.*

FLORES humidi in ſecundo, ſunt Nymphææ, Violarum, &c. de quibus vide ſuprà.

*De floribus ſiccis in primo.*

FLORES ſicci in primo, Buphthalmi, Chamomillæ, Croci, Hyacinthi, Meliloti, Roſarum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De floribus ſiccis in ſecundo.*

FLORES PÆONIÆ (Germ. Benignenroſ. Gall. *Pinnine.*) colliguntur menſe Aprilis: * ex quibus conditum cum ſaccharo paratur, epilepſiæ accommodatum.

SICCANT quoque in ſecundo, flores Ane- C monæ, Amomi, Croci, Ericæ, Junci odorati, Lavendulæ, Lupuli, Meliloti, Roriſmarini, Spicanardi, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De floribus ſiccis in tertio.*

SICCANT in tertio, flores Balauſtii, Epithymi, Chamæpityos, Periclymeni, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De floribus calefacientibus caput.*

FLORES PRUNELLÆ naſcuntur in pra- D tis, riguis: colliguntur Vere: * ex quibus aqua ſtillatitia conficitur, ad oris ulcera idonea.

FLORES HERBÆ PARALYSIS, Ger. Schlüſſelblümlein. naſcuntur in pratis: colliguntur verò primo Vere: quo tempore conditum cum ſaccharo ex eis conficitur, nec non aqua ſtillatitia. * Convulſionibus medentur.

TILIA, German. Linden. Gall. *Tillet* dicitur: quædam mas eſt, quædam fœmina. Diſtant inter ſe tum materiæ, tum totius corporis for- E ma, & quòd altera ſit fructifera, altera verò ſterilis. Nam materies mari dura, flava, nodoſior, ſpiſſiorq;: fœminæ cãdidior: & mas ſterilis, nulloq; flore eſt: fœmina & florem & fructum gignit. Flos calycula intectus præter folii pediculum, amentumq; futurum, pediculo altero annexus, viridis, dum in calycula eſt, detectus autẽ leviter flavus: floret cum urbanis. Fructus oblongus, orbiculatus, magnitudine fabæ, ſimilis hederæ acino, quinis angulis, veluti nervis eminentibus, F inq; acutum, cum ſeſe contrahentibus partitus, qui ſcilicet majuſculus eſt, minutiuſculus autem confuſior conſtat. Folium & cortex dulcia, ſuaviaq;: folium forma hederaceum, niſi quòd in angulum acutiorem rotundatur. Naſcitur in campeſtribus, & aſperis montibus. Colliguntur flores æſtate: * ex quibus aqua ſtillatitia paratur, apoplexiæ idonea. *Theophraſtus.*

CAPUT quoq; calefaciunt, atq; in eo pituitã cõcoquunt, flores anthos, Betonicę, Chamomillæ, Lavendulę, Meliloti, Pæoniæ, Salviæ, Stœchados, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De floribus calfacientibus pectus.*

SCABIOSA foliis conſtat laciniatis,ſubhirſutis: caulibus tenuibus,cubitali altitudine,atq; etiam majore: in quorum cacumine flores emicant in cæruleo albicantes. Naſcuntur in pratis & campeſtribus. Colliguntur in fine Maji, vel initio æſtatis: ſiccantur in umbra, & ſervantur per annum. * Pollent adverſus ſcabiem.Proſunt omnibus pectoris vitiis,& reſpirationi inſerviētibus organis,&c. *Matthiolus.*

PECTUS quoq; calefaciunt flores Betonicę, Junci odorati,Meliſſæ,&c.de quibus ſingulis vide ſuprà.

### *De floribus calfacientibus reliquas corporis partes.*

COR calfaciunt, flores anthos, Borraginis, Bugloſſæ, Croci, Meliſſæ, Spicæ nardi, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

STOMACHUM calfaciūt,flores anthos,Junci odorati,&c.de quibus vide ſuprà ſuo loco.

FLORES CENTAURII ſuprà deſcripti ſunt. Naſcuntur in riguis. Colliguntur menſe Junii: ſiccantur, & conſervantur per annum. Bilem & craſſos humores per alvum expurgant: jecoris obſtructiones aperiunt:duratum lienem emolliunt: menſtrua & fœtum evocant.

FLORES SAMBUCI (Germ.Holderbluſt) naſcuntur in hortorum ſepibus, colliguntur menſe Maji. * Emolliunt pectus: conferunt hydropicis: obſtructiones hepatis,lienis,& renum auferunt: tertianę medentur: ſanguinem mundant,&c.

HEPAR quoque calfaciunt,flores Betonicę, Junci odorati,Origani,Chamomillę,Spicæ,&c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

SPLENEM calefaciunt,flores Betonicę,Leucoji,Viticis,&c.de quibus vide ſuprà ſuo loco.

VESICAM & RENES calfaciunt, flores Betonicæ, Junci odorati, Malvæ, Meliloti,Spicæ,&c.de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

MATRICEM calefaciunt,flores Betonicæ, Junci odorati,Ireos,Salviæ,Spicæ nardi, &c. de quibus vide ſuprà.

JUNCTURAS calefaciunt, flores anthos, Herbæ paralyſis,Chamomillæ, Meliloti,&c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De floribus refrigerantibus ſingulas corporis partes.*

CAPUT refrigerant,flores Nenupharis,Papaveris albi, Roſarum, Violarum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

PECTUS refrigerant,flores Papaveris, Violarum,&c. de quibus vide ſuprà.

COR refrigerant flores Nenupharis, Roſarū, Violarum, &c.de quibus vide ſuprà ſuo loco.

VENTRICULUM refrigerāt flores Roſarū, Violarum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

HEPAR refrigerāt flores Cichorii,Nenupharis, Roſarum, &c.de quibus ſingulis vide ſuprà.

A SPLENEM refrigerant,flores Cichorii, Nenupharis,&c.de quibus vide ſuprà ſuo loco.

RENES & VESICAM refrigerant flores Nenupharis,&c.de quibus ſuprà ſuo loco.

MATRICEM refrigerant flores Nenupharis, Roſarum,&c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

JUNCTURAS refrigerant flores Violarum, Roſarum,&c.de quibus ſuprà ſuo loco.

### *De floribus humectantibus pectus & cor.*
B

PECTUS humectant flores Violarum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

COR humectant flores Borraginis, Bugloſſæ,&c.de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De floribus ſiccantibus cor & pectus.*

COR ſiccant, flores Anthos,Meliſſæ,&c.de
C quibus vide ſuprà.

PECTUS ſiccant flores Meliſſæ, Betonicæ, Scabioſæ,&c.de quibus ſuprà ſuo loco.

### *De floribus adſtringentibus.*

VERBASCI flores(Ger.Wullkrautblümlein.) naſcūtur in campeſtribus,aſperis,& hortis: colliguntur æſtate & autumno. * Morbis ſedis ſubveniunt mirificè: adſtringunt,& exiccant: aſperas verrucas delent,&c. *Matthiolus, & Fuchſius.*

ADSTRINGUNT quoq; flores Cichorii,
D Balauſtii, Croci,Meliloti,Roſarum, Viticis, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De floribus diſcutientibus.*

DISCUTIUNT, flores Anethi, Chamomillæ, Malvæ,Meliloti, Stœchados, &c.de quibus ſuprà ſuo loco.

### *De foliis abſtergentibus.*

FABARUM flores (Germ. Bonenbluſt) in hortis & campis naſcuntur: colliguntur verò
E menſe Maji: * ex quibus aqua ſtillatitia conficitur ad faciem abſtergendam & venuſtandam: fluxiones oculorum ſiſtit.

ABSTERGUNT quoque, flores Tiliæ,&c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De floribus extenuantibus.*

EXTENUANT flores Chamomillæ,Iridis,
F Illyricę,Stœchados,&c.de quibus vide ſuo loco.

### *De floribus emollientibus.*

EMOLLIUNT flores Liliorum,Croci,Malvæ,&c.de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De floribus ſuppurantibus.*

SUPPURANT flores Liliorum alborum, Croci, &c.de quibus vide ſuprà.

### *De floribus glutinantibus & cicatricem inducentibus.*

GLUTINANT & cicatricem inducunt flores Balauſtii, Centaurii,&c. de quibus ſuprà ſuo loco.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0129-5

### *De floribus menſes moventibus & ſiſtentibus.*

Menses movent, flores Betonicæ, Centaurii, Chamomillæ, Junci odorati, Leucoji, Meliſſæ, Pæoniæ, Roriſmarini, Salviæ, Viticis, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

Menses ſiſtunt, Balauſtię, flores Hyoſcyami, Nymphææ, &c. de quibus ſuprà ſuo loco.

### *De floribus flatus diſcutientibus.*

Flatus diſcutiunt, flores Anethi, Chamomillæ, Junci odorati, Spica nardi, &c. de quibus vide ſuprà.

### *De floribus, qui ambuſtis medentur.*

Ambustis medentur, flores Liliorum alborum, Malvæ, Verbaſci, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà.

### *De floribus venenis reſiſtentibus.*

Venenis reſiſtunt, flores Betonicæ, Citri: de quibus ſuo loco.

### *De floribus dolorem mitigantibus.*

Dolorem mitigant, flores Anethi, Chamomillæ, Centaurii, Hyoſcyami, Meliloti, Roriſmarini, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De floribus purgantibus bilem flavam.*

Persicæ arboris flores, & folia in aqua calida, ſicut roſarum & violarum macerati, in zulapium vel ſerapium rediguntur, ad ventrem ſubducendum, & bilem expurgandam efficaces, unciarum duarum inſtar. *Andernacus.*

Ex Cerasi arboris, quæ dulcia profert
A ceraſa, floribus dilutum fit, ſicut roſarum & violarũ: * alvum dejicit. Serapium ex iis confectũ, per totum annum aſſervari poteſt. *Andernacus.*

Ex Rosarum perſicarum floribus, quas incarnatas vulgò appellant, ſuccus conficitur: * duarum unciarum inſtar, cum aqua ſaccharata potus, bilem cum alvi excrementis detrahit. adhæc ſerapium ex roſis in aqua calente maceratis paratur, quod unciæ unius, vel duarum inſtar, alvum movet, bilemq́ue educit. *An-*
B *dernacus.*

Ex Violarum floribus ſuccus paratur, unius vel duarum unciarum inſtar: vel decoctũ ipſarum adhuc recentium, copioſiore menſura potum, uvis paſſis, & ſacchari momento adjectis: item confectum inde, minimo pondere, unciis duabus: ſummo, quatuor alvi excrementa, & bilem educunt. Sic violæ ipſæ, cum ſaccharo & melle conditæ, ſeſcunciæ modo: vel in pulverem redactæ, drachmæ inſtar ſumptæ, idem præſtant. Eódem pertinet ſerapium ex
C violis: quò etiam ex roſis in aqua dilutis factum tendit. *Andernacus.*

### *De floribus purgantibus pituitam.*

Flores Genistæ (Germ. Ginſt/ oder Ginſtblümlein/ naſcuntur in campeſtribus, collibus: colliguntur menſe Maji & Junii. * Alvum ſolvunt: ſuccus virgarum valenter extrahit: herba ipſa arida, & in pulverem redacta in vino ma-
D ceratur, potuiq; ad aquam inter cutem eliciendam datur: nec non pulvis cum vino ad idem bibitur: ſicut etiam lixivium ex ipſo & vino paratum eidem confert. *Andernacus.*

Pituitam quoque purgant, flores Carthami, Sambuci, &c. de quibus vide ſuo loco.

Fructus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0130-6 DFG

**Fructus** eſt id, quod ultimò planta profert ad ſpeciei conſervationem & propagationem, conſtans utplurimum carne & ſemine. Horum autem alii

- Alterantes qualitate
  - Prima: atq; vel ſecundâ
    - Quantitatem. Sic
      - Temperati – Ficus, Nux pinea, Palmulæ, Sebeſten, *ſeu Myxaria.* Uvæ paſſæ, *&c.*
      - Intemperati
        - Calidi *in*
          - Primo – Amygdala *dulcia,* Jujubæ, ſeu Zizyphæ, Nux cupreſſi, Nux *viridis,* Uva *matura, &c.*
          - Secũdo – Ben, Ficus, Capparis, Nux Moſchata, Nuces *ſiccæ,* Piſtachia, *&c.*
          - Tertio – Baccæ *juniperi,* Caryophylli, Carpobalſamum, Anacardus, *&c.*
          - Quarto, Piper – Longum, Album, Nigrum.
        - Frigidi *in*
          - Primo – Citri caro, Cotonea, Pyra, Pruna, *&c.*
          - Secũdo – Cucurbita, Cucumis, Galla, Mala (Aurea, Citria, Granata), Limones, Pepones, Melones, Perſica pruna, *&c.*
          - Tertio – Mala aurea, Mala inſana.
          - Quarto: *ut* — Stramonia.
        - Humidi *in*
          - Primo – Citri caro, Zizyphæ, *ſeu* jujubæ, *&c.*
          - Secundo – Cucurbita, Melones, Pepones, Perſica, Pruna *Damaſcena,* Uva *matura, &c.*
        - Sicci *in*
          - Primo, Baccæ *juniperi.*
          - Secundo – Ben, Capparis, Cotonea, Nux Cupreſſi, Nux Moſchata, Pyra, Piſtachia, *&c.*
          - Tertio – Caryophylli, Carpobalſamum, Galla, *&c.*
    - Locum. *Vide literam* A.
  - Secunda. *Vide literam* B.
- Purgantes. *Vide literam* C.

- A **Fructus**, *ſecundum locum alterantes*
  - Calefaciunt
    - Caput
      - Anacardi,
      - Cubebæ,
      - Nux *moſchata*, &c.
    - Thoracem
      - Amygdalæ *amaræ*,
      - Avellanæ,
      - Caryeæ,
      - Cubebæ,
      - Ficus, Nux pinea,
      - Palmula, *ſeu* Dactyli,
      - Uvæ *paſſæ*, *&c.*
    - Cor
      - Mala *Citria*,
      - Nux *Indica*,
      - Nux *moſchata*, &c.
    - Stomachum
      - Amygdalæ *dulces*,
      - Ben,
      - Caryophylli,
      - Nux *moſchata*,
      - Pineæ.
    - Splenem
      - Amygdalæ *amaræ*,
      - Cappares, *&c.*
    - Renes *&* *veſicam*
      - Amygdalæ *amaræ*,
      - Baccæ *juniperi*,
      - Cubebæ,
      - Nuclei *pini*,
      - Uva *paſſa*, *&c.*
    - Uterum
      - Baccæ *lauri*,
      - Baccæ *juniperi*,
      - Juglans, Nux *moſchata*, &c.
  - Refrigerant
    - Thoracem
      - Jujubæ. *ſeu* Zizyphæ,
      - Sebeſten, *ſeu* myxa, ſive myxaria, *&c.*
    - Cor
      - Coronea,
      - Pyra, *&c.*
    - Stomachum
      - Cotonea,
      - Citrulli,
      - Cucumeres,
      - Cucurbita,
      - Cornus, Ceraſa,
      - Limones, Mala,
      - Melones, Meſpila,
      - Mala *aurantia*,
      - Granata,
      - Olivæ, Pyra,
      - Ribes, Sorbæ.
    - Hepar
      - Berberis,
      - Cucurbita,
      - Cucumeres, *&c.*
    - Renes, — Fraga.
    - Uterum, — Cucumeres, *&c.*

B Secun-

- B SECUNDA aut
  - Aſtringunt
    - Baccæ Myrti, Berberis, Caſtanea, Cornus, Cotonea, Galla, Glans, Meſpila, Mala punica, Nux moſchata, Olivæ, Omphacium, Palmulæ, Pyra, Perſica, *&c.*
  - Diſcutiunt
    - Cappares,
    - Piper, *&c.*
  - Extenuant
    - Amygdalæ *dulces*,
    - Baccæ Juniperi, *&c.*
  - Glutinant
    - Glans,
    - Palmulæ, *&c.*
  - Flatus *diſcutiunt*
    - Baccæ lauri,
    - Baccæ Juniperi,
    - Nux moſchata, Piper, *&c.*
  - Semen *generant*
    - Ficus,
    - Nux pinea,
    - Nux Indica, *&c.*
  - Urinam *ciunt* — Halicacabus, *&c.*
  - Menſes *movent*
    - Baccæ hederæ,
    - Cappares, Nuclei Perſicorum,
    - Piper, *&c.*
  - Menſes *ſiſtunt*
    - Berberis,
    - Uva paſſa cum nucleis, *&c.*
  - Venenis *reſiſtunt*
    - Baccæ juniperi, Juglans,
    - Mala Citria,
    - Piper, *&c.*
  - Dolorem *mitigant*
    - Baccæ Juniperi, Baccæ hederæ,
    - Ficus, Juglans,
    - Piper, *&c.*

---

- C PURGANTES
  - Bilem
    - Flavam
      - Caſſia ſiſtula,
      - Myrobalana *citrina*,
      - Pruna, Sebeſten,
      - Tamarindi, ſeu Oxyphœnica,
      - Uva paſſa, *&c.*
    - Atram, — Myrobalana *Inda.*
  - Pituitam
    - Colocynthis,
    - Cucumis *aſininus*.
    - Myrobalana
      - Chebula,
      - Bellerica,
      - Emblica, *&c.*

### De fructibus temperatis.

Ficus, Ger. Feygen. Gall. *Figue*. Ital. *Fici*. Hiſp. *Figo fruta* dicuntur: in Gallia, Italia, & Hiſpania naſcuntur. Colliguntur autumno, ſiccantur & conſervantur. Ficus paſſæ ſeu carycæ habentur præſtantiſſimæ, quæ in calatho ſpartaceo digitis aut pugnis utrinque preſſæ ſic illis mollicie ſua cedunt, ut mutuos partium dictarũ motus ſibi prope occurrẽtes ſentias: odore ſunt jucundo, non calorem putredinoſum, aut vermiculoſum referente. Hæ verò ſi particulatim explorentur, pediculo ſunt breviſſimo, colore in candidum vergente, molles, tractanti facilè cedentes. cute tenui, molli, ſucco intùs & ſemine flavo, & planè melleo ſapore, odore ante eſum & inter edendum jucundo: graves, parvæ: ſi Maſſiliotides, (quæ etiam ſaporis gratia cæteras longè antecellunt, ſive albicantes tantùm ſint, ſive intùs & foris albæ, ſed flavo ſeminæ) maximæ: ſi externæ ſint, quales Hiſpania mittit, muſto merſas, ut dulciores ſint, poſt ne cohæreant, farina aſperſas. Vitioſæ ſunt duræ, tũ in maſſa, tũ per ſe ſingulæ vermiculoſæ, graveolentes, foris nigræ, intus rubentes, vel alio præter naturã colore præditæ, cortice craſſo, duro, ſicco, intùs alieno colore, ſapore. Quædam tamen ſunt nigræ, Provincialibus & Narbonenſibus dictæ, foliis nigricantes, intùs ruberrimę, omnium delicatiſſimę, dum recentes ſunt: nam ſiccatæ liqueſcunt. Aliæ iisdem cinericiæ, aquoſiores, quàm ut ſiccari poſſint: hominibus ingratæ, avibus expetitæ. *Porrò recentes ficus minùs mali ſucci ſunt, quàm reliqui fructus autumnales: facilè in corpus diſtribuuntur, & penetrant: eoq; renum calculos expellunt: flatus gignunt, ſed minùs durabiles: abſtergunt etiam & incidunt: thoracem præcipuè purgant: tuſſi veteri, diuturnisq; pulmonum vitiis proſunt: arteriæ aſperæ, & ſuſpirioſis idoneæ. Siccatæ, quæ caricæ dicuntur, incidunt, ventrem ſolvunt: renes expurgant: jecori autem & lieni inflammatis obſunt, ſicuti alia dulcia. Extrinſecùs tumores concoquunt, & diſcutiunt: magis autem cum farina triticea, ſi concoquere ſtudeas: hordeacea, ſi magis diſcutere: cum cera & roſaceo ſubacta, cicatricem ambuſtis obducit. *Matthiolus, & Medici Colonienſes.*

Nux Pinea, nuclei pinei, Ger. Tannüſſen. Græcis ϛροϐιλοὶ vocantur: præſtant recentiores, pleni, albi, ſicci, vitentur flavi, aut pallidi, oleoſi, rancidi. * Boni ac craſſi ſunt ſucci: multùm nutriunt, vireſq; reficiunt, & facilè coquuntur: pectoris & pulmonis vitiis accommodantur. Reſolvunt & concoquunt pituitam: ad dolores capitis non conveniunt: quia illud vaporibus replent. Linctus inde fit, quem officinæ Loch appellant. *Galenus, & Dioſcorides.*

Dactyli, fructus palmæ: in Creta & Judæa naſcuntur. Probantur quæ in Judæa proveniũt, & inter has maximè, quæ in Hiericunte naſcuntur, magni, flavi, parum rugoſi, molles, pleni

A tamẽ, & carne intùs multa, ſubdura, ad nucleum candicante, ad corticẽ rubeſcente, nõ pertuſi, nõ vermiculoſi: & qui cõcuſſi nihil aut minimũ ſonẽt, ſapore vinoſo. Deteriores ſunt graciles, flaccidi, duri, qa excarnes, excuſſo pediculo pertuſi, iidem fermè vermiculis ſcatẽtes. * Vis eorũ adſtrictoria: ſiſtunt ulcera, quæ depaſcunt: laxatos artus cõmittunt: triti miſcentur cataplaſmatis & malagmatis: proſunt præcordiis, imbecilli ſtomacho, & jecinori affecto, miſti conferentib. ca- B taplaſmatis. Eorum decoctũ ſubinde terſum, capillos denigrat: datur bibendum congruè renum, veſicæ & viſcerum vitiis: vulvæ ac ventris fluxiones ſiſtit. Concoctu ſunt difficiles, capitiq; dolorem inferunt. *Dioſcor. & Medici Colonienſes.*

Sebesten, ſeu Myxa, ſive Myxaria in Syria & Aegypto naſcuntur. Arbor eſt pruno valdè ſimilis, ei tamẽ magnitudine cedens. Cortex caudici cãdicat, ramis verò viret. Foliis comatur rotundis ac firmis. Fructus adoleſcũt exigui pruni C magnitudine, nucleo intùs triãgulari forma, qui ſatis baccæ proportione reſpondet. Fructus maturitatem adepti, in atrum vireſcunt, guſtu ſunt prædulci, ac lenta tenaciq; pulpa. præferuntur acuminata, parum rugoſa, gravia, nigra, carne multa ex rubro nigricante, firmiore, glutinoſa, dulci & ſubacida, oſſe prunorum Damaſcenorum inequali, nucleo intùs exiguo dulci. * Ventrẽ molliunt, ut pruna. Dantur utiliter ex bile febricitantibus, atque linguę aſperitatem mirificè D leniunt: quin & pectori atque tuſſi opitulantur: ventris tineas pellunt: urinę ardoribus à bile, vel ſalſa pituita provenientibus maximam opem præſtant. *Matthiolus, & Medici Colonienſes.*

Uvæ Passæ naſcuntur in Creta, Cypro, Damaſco, Corintho, &c. * Ad thoracis & jecoris affectus, ſpeciali quadam facultate, vel (ut ita dicam) à tota eſſentia valent: modò acinis, qui frigidi & ſicci, exutæ ſint. nam hi pectus aſtringunt, obſtructionesq; pariunt: ob quod Medici E hujus temporis uvas paſſas Corinthiacas, abſque acinis natas ægris præſcribunt: quæ aqua aut vino elotæ, trium unciarum vel etiam minori, vel duorũ aut trium cochleariũ inſtar ſumptæ ante cibum, alvum movent, & purgant: quę verò acinos adhuc habent, ſtomachum corroborant, & alvum à cibo integræ comeſtæ ſolvunt. Quinetiam eædem ſive per ſe, ſive cum pipere comeſtæ caput leviter purgant: nec non leniendo, detergendoq; thoracis & pulmonis affecti- F bus probe ſubveniunt. *Andernacus.*

### De fructibus calidis in primo.

Amygdalæ dulces, Germ. Mandelnüß / Mandeln. Ital. *Mandorla*. Gall. *Amande*. Hiſp. *Almendra* nominantur: probãtur flaviſſimę, plenę, integræ, non confractæ, neq; eroſæ, tamen læves, duræ & ſiccæ, quantum illis datum eſt, ob id fragiles, intùs albiſſimæ: ſapore delicatæ propè indicibili, in caſtaneam toſtam, & panis puriſſimi benè cocti qualitatem inclinantes, odore ante eſum nullo aut perquàm exiguo, inter edendum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0134-9 DFG

dum autem jucundo. Improbantur albeſcentes, nigreſcentes, rugoſæ, molles, tortiles, oleoſæ, rancidæ, ſapore ingrato. Calidæ & humidæ in primo. * Extenuant & abſtergunt, atq; viſcera purgant: ex pulmone & thorace ſputa educunt. Sed quia omnia amygdala ob pinguedinem æſtuoſa ſunt, eoq; bilem commovent, febricitantibus, aut certè iis qui ventriculum habent bilioſum, offerri non debent, quia in bilem convertuntur, adhæc caput replent: neq; lac, neq; ſuccus eorum illi prodeſt. Ideo ex cremore hordei, & lacte amygdalarum, cibus liquidior in febribus parari debet, ut in Gallia ſolet. Viridia integra cum involucro comeſta bonum reddunt ventriculum: humidum & frigidum emendant. *Galenus, Andernacus, & Medici Colonienſes.*

Jujubæ, Zizypha, vel Zinzypha Græcis recentioribus dictæ, naſcuntur in Syria: laudantur recentes, amplæ, oblongæ, paſſæ tamen, tenſæ, carne intùs multa, ſucculenta, laxa, dulci, vinoſa: plenæ, graves, ſapore dulci & delicato, nucleo parvo, foris rufo, ac veriùs rubentes, intùs pallidæ aut albentes (nam foris albæ nobis nondum viſæ) oſſe prunorum rotundiore, parvo intùs nucleo dulci. Improbantur vetuſtate nigricantes, læves, ſiccæ, pulverulentæ, friabiles, excarnes. * Sanguinem bilioſum inſpiſſant: denſantque humorem tenuiorem, ad pectus deſcendentem. Contra hujusmodi affectus etiam ſerapium ex Zizyphis, & decoctum cum aliis quibusdam pectori accommodatis, conficitur. *Andernacus, & Medici Colonienſes.*

Nuces Cupressi, ſeu pilulæ, in Creta naſcuntur: laudantur perfectè, recentes, ob id molles, ſeminis plenæ, etiam in ipſis hiatibus. * Ulcera glutinant: in duris corporibus inteſtinorum ramices juvāt, roburq; partibus præ humore laxatis addunt. Pilulæ ex vino tuſæ, in dyſenteria, alvi fluxione, tuſſi, & orthopnœa, aut ſi rejiciatur ſanguis, convenientiſſime bibuntur: earum decoctum eosdem præbet effectus: tuſæ cum fico duritias emolliunt, nariumq; polypo medentur: in aceto coctæ, & cum lupinis detritæ ſcabros ungues ejiciunt. *Dioſcorides & Medici Colonienſes.*

Nuces Juglandes, German. Nuß. Ital. *Noce.* Gall. *Noix.* Hiſp. *Nuez* nominantur: ſunt concoctu difficiles, ſtomacho inutiles, bilioſæ, capitis dolorē inferentes, tuſſientibus inimicæ: * jejuno tamen ſtomacho comeſtæ, latos lumbricos pellunt: cum ficubus verò & foliis rutæ, & grumo ſalis contra venenum & peſtilentiam manè aſſumptæ valent. Recentes ſtomacho innocentiores ſunt, utpote ſuaviores: itaque allio miſtæ eximunt acrimoniam. Livores in corpore illitu tollunt. Cæterùm juglandes virides decerptæ menſe Majo, vel Junio appetente, antequā earum putamina obduruerint, ſaccharo vel melle aſſervatæ ſtomacho utiles evadunt, & ori non ingratæ. *Dioſcor. & Matthiolus.*

Uvæ, Ger. Weintrauben. Ital. *Uva.* Gal. *Grappe de Raiſin.* Hiſp. *Uva* dicuntur. recentes alvum A turbāt, & ſtomachū inflant; innocentiores, quæ decerptæ diu pependēre, ideò quòd in eis copia humoris exiccat, utilesq; fiūt ſtomacho, ægrisq; atq; cibi aviditatem excitant. In vinaceis & ollis ſervatæ, ori & ſtomacho gratæ ſunt. * Alvum ſiſtunt, ſed veſicā & caput tentāt: & ſanguinē excreantibus conveniunt. Similesq; quæ in muſto fuēre. Sapa aut paſſo cōditæ, ſtomachum magis infeſtant. At quæ Solem priùs paſſæ, in aqua cœleſti condiuntur, minus vinoſæ ſunt, ſiticuloſis, B ardentibus & longis febribus ſalubres. Reconditi vinacei inflammatis mammis, rigentibus, ac præduris, cum ſale illinuntur. Decoctura eorum dyſentericos, cœliacos, & fœminas fluxione vulvæ laborantes juvat infuſa: ad deſeſſiones ac fotus aſſumitur. Nuclei acinorum adſtringendi vim obtinent: ſtomacho utiles ſunt. Inſpergitur farina toſtorum, polentæ modo, dyſentericis, & cœliacis, & ſolutis ſtomacho. *Dioſcorides.*

C *De fructibus calidis in ſecundo.*

Ben, Balanus Myrepsica, nux unguentaria, avellanæ magnitudinis, alba & triangularis utplurimum, & cortice tenui prædita: intùs autem nucleum pinguem continet, fungoſa & alba tunica contectum. Laudatur ampla, vetus, cortice lævi, tenui, pleno, medulla lævi, pingui. Parva verò ex albo nigricans, vetus, plena, medulla alba, lævi, pingui, eſt innocentior. Naſcitur in Æthiopia, Ægypto, Arabia * Ex D nucleo oleum parari ſolet, quod Balaninum appellatur: aperit, mollit, & digerit. *Andernacus, & Medici Colonienſes.*

Capparis, Germ. Kappren. Ital. *Caparri.* Gall. *Des Capres.* Hiſp. *Accaparra* dicitur: aculeatus frutex eſt, qui in terra ſtratus magis in orbē evagatur. Spinas, ut rubus, habet in hami modū aduncas: folia mali cotoneæ, rotunda: fructum oleæ ſimilem, qui cùm dehiſcens panditur, florem candidum promit: quo excuſſo nonnihil E glandis oblongæ figura invenitur: quod apertum grana acinis punicorum ſimilia oſtendit, parva, rubicunda: radices lignoſas ſpargit, grandes numeroſasq;. Tenui plerunq; ſolo, aſperisq; locis, in inſulis, & juxta rudera naſcitur. Præſtantiſſimæ cappares ex Alexandria Ægypti Venetias advehuntur. Caulis & fructus, cibi gratia condiuntur. * Alvum turbat, ſtomacho adverſatur, ſitim gignit: cocta tamen ſtomacho, quàm cruda utilior eſt. Fructus drachmis duabus in vi- F no potus, quadraginta diebus lienem abſumit, & urinam cruentumq; excrementum emittit: bibitur utiliſſimè in coxarum doloribus, & nervorum reſolutione, item ruptis & convulſis: menſes ciet, caput purgat. *Dioſcorides.*

Nux Moschata, Ger. Muſcatnuß/arboris Indicæ fructus eſt, perſicæ arbori (ut ſcribūt) ſimilis. In hac enim, nux Moſchata naſcitur, maci ſuo involuta, veluti avellana, membrana illa ſua exteriori. Macis involucro tegitur, quemadmodum & in aliis nucibus, putamen durum, quod in ſe nucem Moſchatam continet, qua

utimur. Eligenda eſt recẽs, nõ exeſa, gravis, ſucci plena, oleoſa, odorata. * Excalfacit ordine ſecũdo completo. Adſtringit, oris ſuavitatẽ commendat, & fœtentis animæ virus cõmanſa abolet: lentigines in facie emẽdat, viſum acuit, ventriculum & jecur roborat: lienẽ abſumit, urinã ciet, fluentem alvum ſiſtit, flatus diſcutit, & frigidis uteri affectib. mirifice prodeſt: maxime ſaccharo condita recens, qualis ex India adfertur, mané & veſperi ante cibum ſumpta, ſcrupuli inſtar. E' recentibus prius contuſis, & in cacabo calefactis prælo exprimitur liquor, qui refrigeratus ceræ novæ inſtar concreſcit, fragrantiſſimum ſpirans odorem, nervorum & articulorũ diuturnis doloribus à frigore excitatis utiliſſimus. *Matthiolus, & Medici Florentini.*

PISTACIA ex Syria Venetias importari ſolent. Eliguntur recentia, nucleo intùs herbaceo, ſapore jucundo. * Stomacho ſunt amica. Jecinoris obſtructiones auferunt: ventriculum & hepar roborant: ad Venerem incitant: impinguant. *Dioſcorides, & Matthiolus.*

CALIDA quoq; in ſecũdo ordine ſunt ficus, nuces ſiccæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De fructibus calidis in tertio.*

BACCAE JUNIPERI, Ger. Weckholderbeer/ in ſylvis aſperis naſcuntur, rotundæ, nigræ, odoratæ, in mandendo dulces, ſubamare. Colliguntur menſe Decembri. * Modice calfaciunt & aſtringunt: ſtomacho utiles: contra pectoris vitia, tuſſim, inflationes, tormina, & ſerpentium ictus efficaciſſimè bibuntur: urinã cient, unde ruptis, convulſis, & vulvæ ſtrangulatui ſubveniunt: ſed caput tentant. Oleum ex baccis fit longe præſtantiſſimum, cujus guttæ paucæ ex vino potæ, calculos è renibus pellunt: ore calidum retentum, dentium dolores tollit, ſi ex frigida defluxione contracti ſunt: reſolutionibus nervorum extrinſecus adhibitum confert. *Dioſcorides, & Andernacus.*

CARYOPHYLLORUM arbor provenit in Orientali plaga, quibusdam Indici pelagi inſulis, non longe à Badan. Hujus caudex buxo ſimillimus eſt, eademq; materies. Folia verò cinnamomi inſtar habet, ſed rotundiora. Fructu eſt parvo, ex atro ruſeſcente, in clavi modum capitato, exertis in adverſum quatuor denticulis, ſeſe ſtellatim decuſſantib. prominulo apice, quadrati alveoli ſinu. medio umbilicatim prodeunte. Cultores arundinibus flagellant arborẽ, cõſtrato priùs circumquaq; tegetibus palmeis ſolo. * Calidi & ſicci in tertio, jecinori, ſtomacho & cordi auxiliantur. Concoctionẽ adjuvant, & alvi fluxiones cohibent. Quin etiã eorum pulvis quatuor drachmarum pondere cũ lacte ſumptus, venereas vires adauget: oculorum viſum exacuunt, & eorum nubeculas, argemasq; exterunt. Oleum ex eis, ſicut ex cinnamomo, multò eſt efficacius. *Matthiolus*. Garcias verò ab Horto de Caryophyllis ſic ſcriptum reliquit: Caryophyllũ vocatur Arabibus, *Perſis*, *Turcis*, & ple-

A risque omnibus ferè Indis Calafur: in Maluccis verò, ubi ſolùm gignitur, tum etiã in his regionibus dicitur Chanque. Nomina autem quæ in pãdectario ſunt, Armuſel, & Carrumſel, aut imperitia librarii Arabici corrupta ſunt, aut ætatis vitio. Naſcitur duntaxat Caryophyllon in Maluccis inſulis, quæ ſunt quinq; numero, (quarum primaria eſt Giloulo) nec procul nimiùm à mari, nec etiam locis mari nimis vicinis. Naſcitur
B etiã in Zeilan, nonnulliſq; aliis locis, ſed nullibi fructifera eſt arbor, quàm in Maluccis. Porrò arbor eſt lauri forma, & magnitudine, foliis etiã laurinis, ſed anguſtioribus, multis prædita ramis, copioſo flore, primùm candido, deinde vireſcente, poſtremũ ruſeſcente, qui induratus, eſt Caryophyllũ ipſum (Clavum vocant,) quòd capitatus fit in modum clavi, exertis in adverſum quatuor denticulis ſeſe ſtellatim decuſſantibus. Provenit in extremis ramulis Myrti modo. eſt autem flos hic viridis (ut à fide dignis viris acce-
C pi) adeò odoratus, ut reliquos flores odoris ſuavitate ſuperet. Cultores flagellãt altiores ramos arboris, emundato priùs circa arborem ſolo: ſiquidem nullum genus graminis ſub hac arbore naſcitur, omnem ſuccũ ſive humorem ad ſe attrahente arbore. Decuſſi Caryophylli biduum, aut triduum ſiccantur, deinde aſſervãtur, & Malacam aliasq; provincias mittuntur. Si Caryophylli, qui in arbore hærent, craſſiores fiunt, neque ab aliis, niſi vetuſtate differunt, tametſi fal-
D sò exiſtimàrit Avicenna lib. 2. cap. 318. craſſiorẽ hunc marem eſſe. Magni proventus augurium eſt, ſi arbor plures flores produxerit, quàm folia: idcircò nõ debent nimiũ flagellari arbores: quia vehemens & nimia flagellatio ſteriliores efficit. Pediculi oblongi, è quibus dependẽt flores, vulgò Fuſti vocantur. Folia tanta odoris ſuavitate non fragrant, ut ipſum Caryophyllũ, ſed neq; ipſi rami odori ſunt, niſi aliquantulũ ſiccati. Naſcitur autẽ ipſa arbor ſponte ex Caryophyl-
E lis decidentibus. Nam cùm nunquam huic deſit pluvia, quæ fructui alimentum præbeat, qui in terram decidit, enaſcuntur arbuſculæ, quæ intra octennium quidem adoleſcunt, in annum verò centeſimum perdurant, quemadmodum ipſi incolæ teſtantur. Collectio Caryophylli fit à 15. Septemb. uſq; in Januariũ & Februariũ, non manu, ut nõnulli volũt, ſed violẽta flagellatione. Falſa eſt eorũ opinio, qui Caryoph. arborem cum Moſchatę nucis arbore eandem eſſe putãt.
F Nam nux folia fere rotunda habet, pyri foliis ſimilia. Caryophyllum verò folio eſt Lauri. Præterea Caryophyllum defertur in Bandam inſulam procul inde diſſitam, quæ nucem profert. Nullius autem precii fuiſſe Caryophyllos intelligo apud Maluccanos, donec eò delati navibus Chinenſes inde magnam eorũ copiam in ſuam regionem exportarunt, & inde in Indiam, Perſiam, & Arabiã. Conſervari autẽ in ſua bonitate audio Caryophyllos, ſi marina aqua aſpergantur, alioq teredinẽ ſentire. Multiplicis uſus ſunt Caryophylli tũ ad opſonia, tũ ad medicamenta,

magis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0136-0
DFG

magis tamen expetũtur in Java craſſiores illi, & annotini Caryophylli: à nobis verò tenuiores, qui adhuc virides aceto & ſale apud Maluccanos condiuntur, ſed his teneriores ſaccharo aſſervantur: hi mirum in modũ palato grati ſunt. Luſitanicæ mulieres, quæ iſtic habitãt, e Caryophyllis viridibus aquam ſtillatitiam organis eliciunt mira odoris ſuavitate fragrantẽ, & cordis affectibus utilem. Nonnulli ſudores movent iis, qui lue venerea divexantur, Caryophyllis, nuce moſchata, maci, Pipere lõgo, & nigro. Alii Caryophyllorum pulverem capiti admovẽt adverſus capitis dolores à frigida cauſa provenientes. Mulieres Indicæ, tum etiam Luſitanicæ eos mandunt cõmendandi halitus gratia. Naſcuntur flores, qui à Caryophyllorum odore Caryophyllati nuncupantur, etiam in Chinarũ regione; ſed nequaquam odoris ſuavitate ita commendati, ut qui apud nos aſſervantur.

Carpobalsamum fructus balſami eſt. Ab Alexandria comportatur. Optimũ legitimumque, flavum, farctum, ponderoſum, guſtu mordens, & fervens in ore: non autem nigrum, leve, inane, non acre, & nullum ſpirans odorem, quale, quod circumfertur, deprehenditur. Quod ſi verum carpobalſamum haberi nequeat, cubebæ, vel grana juniperi ejus loco ſubſtitui poſſunt. *Matthiolus.*

Anacardia, ſunt fructus cujusdam arboris, aviculariũ corculis non diſſimiles, unde & nomen: colore etiamnum cordis modo ruſeſcente, eùm ſcilicet ab arbore decerpuntur. Ineſt iis liquor mellis craſſitie, ſub cortice reſidens, ſanguinis modo rubicundus: ſub quo eſt & nucleus parvæ amygdalæ effigie. Præſtant pleniores & habiliores, fuſci, reſina in cortice multa, acti nigra, nucleo intùs albo: quo in melle cocto fit mel anacardinum. Hoc etiam tuſo, poteſt oleũ exprimi, ſed longè diverſum ab eo, quod coctis in aqua corticibus ſupernatat, & conchis colligitur, ad confectionem anacardinam. Cæterùm liquoris in medicina uſus eſt, etũ myropolæ communi errore & cortice & nucleo utãtur. Naſcuntur in Siciliæ montibus, qui continuè igneas eructant flammas, Magna ejus eſt in Cananor copia, tũ in Calicut & reliquis Indię provinciis, veluti in Cambaya, & Decan. *Excalfaciunt & exiccãt tertio exceſſu. Labantes ſenſus revocant, memoriæ jacturam reſarciunt, & nervorum & cerebri affectibus, quos frigida cauſa attulerit, auxiliantur. *Serapio, Actuarius, Paulus, Matthiolus, & Garcias.*

## *De fructibus calidis in quarto.*

Piper (Germ. Pfeffer. Gall. *Poiure.* Ital. *Pepe.* Hiſp. *Pimienta, ò Peure* nominatur) arbuſculæ in India naſcentis fructus eſt: quæ inter initia (ut ait Dioſcorides) prælongum fructum, veluti ſiliquam, quod piper longum vocamus, profert: habet intùs aliquid tenui milio ſimile, quod dehiſcentibus ſiliquis racemorum in modum prodit. Eorũ grana acerba candidum piper vocantur: matura verò, piper nigrum. Qui verò in Indiam navigarant, piperisq; plantam viderũt, piper in planta bryoniæ ſimili naſci aſſerunt, diverſisq; ex plantis longum & rotundum colligi. Nihil tamen intereſt. Nigrum eligi debet recens, graviſſimum, plenum. Candidũ præfertur, non rugoſum, candidum & grave. Longum optimum, quod, dum frangitur, ſolidum intùs conſpicitur, & compactum, guſtu acerrimo, linguamq; mordens. Adulteratur longũ herba ſimili: ſed fucus deprehenditur, ſi in aquã immittatur: nam adulterinum liqueſcit, legitimũ verò ſolidum manet. *Omnia piperis genera adverſus venenum valent. Longum præcipuè colicæ medetur: eò quòd calefaciat, & craſſos humores incidat. Album magis aſtringit, & ſtomachum confirmat, ſed raró apparet. Nigrum ad condimenta utilius. *Medici Florentini.* Porrò maxima piperis quantitas provenit in Malavar, tota ea maritima regione, quæ à promontorio Comorim ad Cananor uſq; pertingit. Naſcitur etiam in Malacæ maritimis, ſed bonitate ſuperiori cedens, & magna ex parte inane. Provenit ſimiliter & in inſulis Javæ vicinis, & Sunda, & Cuda, aliisq; locis. Sed id totum in Chinarum regionem deportatur, & loco natali conſumitur, præter id, quod in Pegu & Martaban exportatur. Potiſſima etiam ejus pars, quod in Malavar gignitur, in uſum incolarum cedit, tametſi regio admodum ampla non ſit, nonnihil etiam à maritimis ejus regionis populis abſumitur. Pars ejus defertur in Balagate bubulis coriis. Et magna copia à Mauritanis per mare Erythræũ exportatur, id ſuffurantibus ipſis incolis. Eæ ſunt regiones, quæ Piper gignũt, quanquã & invenitur ſupra Cananor, qua Septentrionem ſpectat, ſed adeò exigua quantitate, ut ipſis incolis non ſufficiat, & externo importato opus habeãt. Etenim nõ gaudet hæc planta locis deſertis & mediterraneis. Quàm verò procul à Caucaſo mõte diſſitæ ſint hæ regiones, ex topographicis chartis ſatis patet. Nomẽ eſt Malavarica lingua Molanga, Malacitana verò Lada, Arabibus Medicis tum vulgò Filfil, tametſi Avicenna Fulful, & Piper longum Darfulful appellet, & Fulfol, quẽ ſequutus eſt Serapio. In Guzarate & Decan Mericho, & in Bengala Morois: longum verò, quod ſolummodò iſtic provenit, Pimpilim. Seritur autẽ Piperis plãta ad radices alterius arboris, (magna certè ex parte juxta Fauf. l arborẽ, aut Palmam plantatum vidi) ad cujus uſq; faſtigiũ ſeſe convolvendo ſcãdere ſolet: foliis raris, mali Aſſyrii effigie, ſed minoribus, & per extremũ acutis, virentibus, guſtu calidis aliquantulum, & folium Bette ſive Betle ſapientibus. Fructus uvarum modo racematim cohæret, minores tamen ſunt Piperis racemi, & ipſe fructus minor, ſemperq; virens, donec ſiccetur, & plenã maturitatem cõſequatur, quę incidit circa mediũ Januarium. Radix puſilla non coſto ſimilis, ut voluit Dioſcorides, quandoquidẽ Coſtus radix nõ eſt, ſed lignum. Inter verò eam plantam, quæ Piper

nigrum fert, & eam quæ candidum, tam exigua eſt differentia, ut à nemine, quàm ab incolis dignoſci poſſint: quemadmodum vitem, quæ uvam fert nigram, ab ea, quæ candidam fert, non dignoſcimus, niſi cùm uvas habent, & eas quidem maturas. Quæ autẽ longũ piper profert, lõgè alia eſt planta: etenim non plus habet ſimilitudinis cum ſuperioribus, quàm faba cum ovo. Præterea Piper longum & Bengala naſcitur, quę regio quingentarũ leucarũ ſpacio à Malavar diſtat, ubi candidum, & nigrũ gignuntur. Precium longi piperis in Bengala eſt unius Luſitanici aurei cũ ſemiſſe in ſingulas cẽtenas libras. In Couchin verò, ubi plurimùm Nigrũ naſcitur, quinq; Luſitanicis aureis emi ſolebant centenæ libræ: ſed ad hinc quadriennium, aut quinquennium, quòd in alias etiam regiones importari cœperit, quindecim, aut viginti Luſitanicis aureis emendæ ſunt. Piperis autẽ nigri precium in centenas libras eſt duorum Luſitanicorum cum ſemiſſe natali loco: at in Bengala duodecim Luſitanicis emuntur totidem libræ Nigri. Candidi plantæ rariores ſunt, nec niſi certis Malavar & Malacæ locis raræ naſcuntur. Solet Magnatum menſis inferri: eo enim utuntur quemadmodũ nos ſale. Venenis reſiſtere & ocularib. medicamentis utile eſſe aſſerũt. Condiũtur aceto & ſale virẽtes adhuc & immaturi Piperis nigri racemi, & uſui aſſervantur. Arabes & Perſæ medici Piper calidũ tertio ordine conſtituunt. Sed Empirici, cujuſmodi ſunt maxima pars Indicorum medicorũ, frigidum Piper faciunt, ut & pleraq; alia aromata, quæ excalfaciunt. Oratos autem omnes medicos volo, ut Piperis candidi loco (quod calidius eſt & odoratius) Nigrũ non præſcribant, niſi cãdidi ſit penuria. Similiter ne longum Piper candidi, aut nigri loco ſubſtituant, cùm prorſus diverſæ ſint plantæ, & nigrum cum candido magis conveniat. *Garcias.*

Toto Cõtinentis tractu in quo nata, Carthago, & etiam Novo regno, magnus eſt uſus Piperis cujusdam oblongi, quod majori acrimonia præditum eſt Orientali, magisq; aromaticum, & jucundiore odore ſpirat, quàm Capſicum, quinetiam præfertur Piperi nigro, cùm ſaporis tum ſuavitatis cauſa. Altæ cujusdam plantæ fructus eſt oblongus, craſſitie quidẽ funiculi, at dimidii pedis longitudine, conſtans veluti multis granulis, circa pediculum oblongum, cõtinuo & conjuncto ordine diſpoſitis, ſeminis plantaginis modo, quibus ademtis, pediculus nudus conſpicitur. Recens viridis eſt, Sole matureſcit, & nigreſcit. Calidum eſt tertio gradu. *Nic. Monardis.*

Nec prætermittendum eſt Piper ex Indiis noſtris miſſum, quandoquidem non modò in medicum uſum receptum eſt, ſed planta eſt excellentiſſima, & toti Hiſpaniæ notiſſima. Nam nullus eſt hortus, in quo non ſeratur, ob fructus pulchritudinem. Vidi aliquando in hac urbe plantam ad arboris altitudinem excreſcentem. Folio eſt viridi, ocymo latifolio ſimili, flore albo, ex
A quo pullulat fructus diverſæ formæ, oblongus, rotundus, Melopeponis forma, aut ceraſorũ, ſed immaturus viridis eſt, maturus verò colore rubro gratiſſimo. Particulatim conciſum, & juſculo maceratum, meliorem ſaporem eduliis conciliat, quàm Piper vulgare, idemq; ejus uſus eſt in omnibus, in quibus aromata ex Maluccis inſulis, & Calecutto delata commendantur, in eo ſolùm differens, quòd illa multis aureis emuntur, hoc ſola ſatione adquiritur. Nam in una
B planta colligũtur aromata in totius anni uſum, minore diſpendio, & majore commodo. Flatus diſcutit, utile pectori, & perfrictionibus, calefacitque & roborat partes internas. Caliditatis & ſiccitatis in quarto ferè gradu particeps. *Idem.*

*Piper* longũ tempore Galeni dupliciter adulterari ſolebat, ut tradit quarto libro de conſervanda bona valetudine, cap. 5. & 6. qua ratione hoc noſtro ſeculo facile quoq; poterit adulte-
C rari. Quare animadverſione diligenti opus eſt. Primo modo adulterabatur Alexandriæ neſcio qua miſtione, quę proximè accedebat ad legitimũ Piper, nam & longitudine & craſſitie planè erant ſimilia: ad ſaporem verò acrem illi conciliandum, miſcebant aliquid Pyrethri, aut ſeminis Napi. Alter modus erat, quòd pro eo aliud germen cujusdam herbę ex regionibus longinquis allatum formam quidem planè referens Piperis, ſed non ſaporem ejus, vendebant. Ratio
D dignoſcendi hæc erit. Primùm guſtu diligenter eſt deprehendendum, an ſaporem habeat Piperis: nam facilè internoſcitur, an acrimonia ejus ſit à Pyrethro, aut alia herba acris ſaporis, aut ab ipſo Pipere, cujus ob continuum uſum in ciborum condimentis ſapor omnibus eſt cognitus. Neque hac nota contenti, in aquam inſuper infundamus. Nam vel primo vel ſecundo modo adulteratum, non unum integrum diem in ea perdurat, ſed ſtatim liqueſcet, quod in vero Pi-
E pere non accidit. Præterea pediculi conſiderentur, nam facilè apparet, an naturaliter vel artificio aliquo parati adhæreant. Eligatur itaq; pro legitimo integrum, & vegetum, boni odoris & non carioſum. Nam facile ſolet exedi. Piper nigrũ, quod ab Actuario vocatur Piper commune, debet eſſe ponderoſum, craſſius, cortice ſubtili, non nimis criſpum, plenum, non friabile, nigerrimum, & ſelectum ab illis granulis marcidis & levibus, quæ in illo reperiuntur, quæ
F apud veteres Braſmie nominabantur, ut Dioſcorides tradit. Noſtro tempore invenitur quaſi perfectum, ſine omni ruga, & facilè comparari poteſt.

### *De fructibus frigidis in primo.*

Citria Mala nemini nõ cognita. Arbor ipſa omnibus anni temporibus pomifera, aliis deciduis, aliis ſubnaſcentibus. Malum oblongũ eſt, rugoſum, colore aurum imitans, cum gravitate odoratum. Semen habet Pyri. Principem locum obtinent, quæ in lacus Benaci oris

prore-

proveniunt. quæ verò ex Liguriæ viridariis, & Adriatici & Ægæi pelagi inſulis,aliisq; locis in cibis non æquè ac illa præſtant. Servantur diutiùs incorrupta, ſi hordei vel milii acervis obruantur.*Venenis adverſantur,maximeq; ſemẽ eorum. Citrii decoctum collutione,oris halitũ commendat,ſuavitatemq; accerſit. Ipſa autẽ integra veſtiariis condita,veſtes nõ modò gratiſſimo odore perfundunt, ſed eas etiam à tineis & blattis vindicant. Cruda commanſa, non facilè coctioni obediunt: quin & craſſum generant ſuccum: ob hoc veſci iis melle aut ſacchari cõditis ſatius eſt, quòd ventriculum cõmodè calfaciant,ac roborent.* Adverſus atram bilem, & morbos mœſtos, quos illa excitat,opitulantur. Semen privatim ſcorpionum ictibus & potum, & appoſitum mirificè medetur. Acidus eorum ſuccus flavam reprimit bilem, arcetque peſtis contagia. *Dioſcorides & Matthiolus.*

Mala Cotonea, Germ. Quittenäpffel. Ital. *Pomo cotogno.* Gall. *Pome de coing.* Hiſpan. *Membrillo,* nominantur. * ſtomacho utilia, urinam cient: verùm toſta mitiora habentur. Proſunt cœliacis,dyſentericis, purulenta extuſſientibus,cholericis,præſertim cruda. Maceratorum liquor commodè in ſtomachi aut ventris fluxionibus,potui datur. Succus crudorum aſſumptus orthopnoicis ſalutaris eſt. Decocto fovẽtur vulvæ,& ſedes,ſi procidãt. Cotonea,quæ melle cõdiuntur,urinam movent: mel autem ſibi conſtringentem illorum vim,& inſpiſſantem adſciſcit.Quæ cum melle coquuntur, ſtomacho atq; ori gratiora ſunt,ſed minùs inſpiſſant.Cruda cataplaſmatis adjiciuntur, ad cohibendum alvum, aut ſi ſtomachus æſtuet,aut in vomitiones effundatur: ad mammarum inflammationes,præduros lienes,& condylomata.Fit vinum ex ipſis tuſis expreſſisque, ſed quò perduret, quindecim ſextariis ſucci unus mellis adjungitur, alioquin in acore degenerat. Prodeſt ad omnia, quæ dicta ſunt. Fit & oleum ex eis, quod melinum vocatur: quo utimur, quoties adſtringenti oleo eſt opus. Eliguntur vera, rotunda,parva & odorata. quæ verò Struthia dicũtur,magna quidem ſunt,ſed minùs utilia. *Dioſcorides.*

Pyra, Germ.Born.Ital.*Peri.*Gall.*Poire.*Hiſpan.*le Pere* nominantur: horum multa genera,quorum facultates ex ſaporibus guſtu dignoſcuntur: cùm dulcia natura diſtent ab acerbis,acidis,auſteris,& ab his,quæ unum vel plures præ ſe ferunt ſapores & contrà, hæc deinceps ab illis ſunt diverſa. * Pyra eſu ſtomacho grata ſunt: quin & vim habent exiccandi. Atqui ſylveſtribus magis adſtringendi facultas ineſt: ob id etiam magis præſtant contra fluxiones. *Galenus & Matthiolus.*

Pruna (Germ.Pflaumen.Gall.*Prune.* Ital. *Sosini.* Hiſpan.*Crineli.*) dulcia * alvum ſolvunt, bilis fervorem reſtinguunt,ſed ſtomachum malè habent. Acida ſtomacho utilia ſunt,& alvum aſtringunt.Præferuntur Damaſcena, Ungarica, grandia,& oblonga.*Matthiolus.*

## *De fructibus frigidis in ſecundo.*

Cucurbita, German.Kürbiß.Gall *une Courge.*Ital.*Zucca.*Hiſp.*Calabaza* dicitur.*Refrigerat & humectat ordine ſecũdo: ſitim ſedat, phlegmonas refrigerat, febres reſtinguit. Cruda,trita illitu tumores & abſceſſus mitigat. Ramenta ejus infantibus contra capitis ardorem, quam ſyriaſin vocant, in ſyncipite illinuntur: oculorũ inflãmationes, podagraſq; refrigerant. Succus à ramentis tuſis, per ſe aut cum roſaceo infuſus, aurium doloribus auxiliatur: aduſtiones cutis in ardenti febre illitu adjuvat. Totius fervefactæ & expreſſæ ſuccus,cum melle exiguo & nitro potus,alvum leniter reſolvit. Vinum in cucurbitam recentem excavatam infuſum, ſi miſtum ſub dio teneatur, potum alvum lævigabit. Amat rigua & aquoſa loca.*Dioſcorides.*

Cucumis, Germ.Cucumer.Ital.*Cucumero.* Gall.*Concombro.* Hiſpan.*Colombro* dicitur: ſativus * alvo & ſtomacho perquàm utilis habetur: refrigerat, qui corruptionem non ſentit,veſicæ prodeſt: olfactu revocat, quos animus liquerit. Semen modicè urinam movet: cum lacte aut paſſo, veſicæ exulcerationibus ſubvenit. Illita cum vino folia,morſus canum ſanant: & epinyctidas,cum melle.*Dioſcorides.*

Galla (Germ.Eychapffel/ oder Gallapffel. Gall.*Noix de Galle.*Ital.*Galla.*Hiſp.*Elagalla para tintar* nominatur:) fructus eſt quercus. Aliqua omphacitis, id eſt, immatura appellatur: altera plana,levis,perforata. Eligitur omphacitis, parva,nodoſa,gravis,ſolida,nõ perforata:minùs utilis magna,rotundiſſima,polita, levis, laxa, perforata,flava,aut ſaltem rufa. Gallia Narbonenſis & Lugdunenſis præfert roſmarinas vulgò dictas omnium minimas:graves,ſolidas,aſperas, precioſiſſimas.*Utriuſq; vis,vehementer aſtringere.Tritæ excreſcentia in carne,fluxiones gingivarum, & uvæ atque oris ulcerationem cohibent. Nucleus dentium cavernis inditus,dolorem ſedat.Crematæ carbonibus,donec igne flagrent,& vino,aut aceto, aut acida muria extinctæ, ſanguinem ſupprimunt. Decoctum quibus inſidere expedit, efficax eſt,& cõtra vulvas procidentes,fluxionesq;. Capillos denigrant, aceto aut aqua maceratæ: dyſentericis, cœliacisq; cum vino aut aqua tritæ convenienter illinuntur, aut bibuntur: obſoniis addi debent aut integræ in aqua præcoqui, in qua nonnihil excoquendum eſt, quod his affectibus conferat. In ſumma,his utendum ad aſtringenda, aut ſiſtenda,aut ſiccanda,quæ opus ſunt.*Dioſcorides.*

Aurantiorum malorum tria in *Italia* obſervantur genera: dulcia, acida, & vinolenta, ſive mixta. *Dulcia in omnibus partibus excalfaciunt.Aliorũ verò ſuccus refrigerat,prout majore ſeu minore referta ſunt aciditate.Quocirca febricitantibus ad reſtinguendam ſitim, acida quidem & vinoſa, non autem dulcia ſunt exhibenda. Cortex amara eſt,ob id calidior limoniorum cortice cenſenda.*Matthiolus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0139-0 DFG

Limonia mala guſtu Citriis & Aurantiis malis acidiora ſunt: ob id ſucco & frigidiora & ſicciora eſſe, argumento duci poſſit.* Fit ex ſucco, ſicut & citriorum, ſerapium ad reſtinguendum bilis fervorem non inutile. Item & ad peſtilentes febres, & eas, quæ contagione non vacant. Aqua, quæ è Limoniorum ſucco calentis aquæ balneo & vitreis organis extrahitur, præterquá quòd mulieribus expetitur pro fuco ad faciem expoliendam; vitiligines ubicunq; ſint, & totius corporis maculas emendat, varos delet, & acaros interimit. Serapiis admixta, febribus acutis & contagioſis mirè ſuccurrit. Epota ventris tineas enecat: id quod etiam præſtat ſuccus recenter expreſſus, unciæ pondere potus. *Matthiolus.*

Mala Punica (Ger. Granat epffel. Ital. *Pomi granati.* Gall. *Pomme de granade.*) in Italia, Hiſpania, in hortis, vinetis & viridariis naſcũtur. Triplici diſtinguũtur ſpecie: alia namq. dulcia, alia acida, alia vinoſa ſunt. Eliguntur cortice ſeu corio integro, ruſo, duro, & denſo, gravia, matura, granis intùs rubris, vel roſeis, ſucco prægnantibus vinoſo pleniſſima. *Malum Punicũ omne boni ſucci eſt, ſtomacho utile, perexiguum ſufficiens alimentũ. Dulcia ſtomacho utiliora habẽtur, ſed aliquãtulum in eo calorem gignunt, inflationes pariũt, unde in febri abdicantur. Acida adſtringunt, æſtuanti ſtomacho auxiliantur, & multò magis contrahunt, ac urinam cient: ora, gingivasq; lædunt. Vinoſa verò mediã ſortiuntur naturam. Nuclei acinorũ acidi punici in Sole ſiccati, & obſoniis inſperſi, cõcoctive, fluentem alvum, ſtomachumq; ſiſtunt. cœleſti aqua madeſcunt, bibunturq; commode ſanguinem excreantibus: ad deſeſſus dyſentericorũ, fœminarumq; fluxione vulvæ laborantium utiles ſunt. Expreſſus nucleorũ ſuccus coquitur cum melle, ad oris, virilitatis, & ſedis ulcera, nomas, reduvias, & ea quæ in corpore exuberant, aurium dolores, & narium vitia, preſertim acidorũ. Hujus flores cytini vocitur: qui aſtringunt, ſiccant, cohibent: ſanguinolenta glutinant: quas punicum, preſtant utilitates. humida gingivarum vitia, mobilesq; dentes decocto colluuntur: herniam prolapſu inteſtini erumpentem, cataplaſmate repellunt. Memoriæ tradunt, qui tres quã minimos cytinos devoraverit, nullam in eo anno lippitudinem paſſurum. Eliquatur hypociſtidis exẽplo. Malicorium aſperum eſt mali punici putamen, quod aliqui Sidion appellant. Id ſpiſſandi vim habet, & quos cytini præbet uſus. Decoctum radicis potu latas ventris tineas expellit, & eaſdẽ evocat. Balauſtium ſylveſtris punicæ flos eſt: de quo ſuprà ſuo loco. *Dioſcorides.*

Peponis * caro in cibis, urinam cit. inflammationes oculorum illita ſedat. Ramenta ejus contra aduſtionem infantum, quam ſyriaſin vocant, ſyncipiti imponuntur: fronti admota oculorum fluxiones avertunt. Succus cum ſemine adjecta farina, ſiccatus in Sole cogitur in ſmegmata, quæ faciem repurgant, & nitorem

A afferunt. Radix ſicca, & ex hydromelite pota, drachmæ pondere, vomitionem movet. Si quiſquam moderatè ſecundùm cœnam vomere cupiat, geminis obolis ſit contentus. Sanat quoq; illita cum melle, ulcera concreta in modum favi, quæ ceria vocant. Eaſdem quoq; vires obtinent Melones. *Dioſcorides.*

Persicorum plurimæ reperiuntur ſpecies, nam quædam rubent, alia aureo colore fulgent, alia vireſcunt, alia candida ſunt, alia ſanguinea, B alia duracina, alia cotonea vocantur. Adhæc quædam habentur dulcia, quædam acida, quædam vinoſa, quædam amariuſcula, & quædam etiam auſtera. Prima laus in cibis duracinis, ſic ex re dictis, quòd caro tam pertinaciter hæreat oſſi, ut nullo pacto ab eo avelli queat. Præcipua autem in hoc genere illis laus, quæ ab aurei coloris nitore, odoreq; perquàm jucundo cotonea cognominant. Secundas ſibi vendicant partes, quæ cortice detracto ſanguineum ſuccum C fundunt, non propterea modò, quòd ſint guſtu reliquis ſuaviora, ſed etiam, quia magnitudine & colore ſunt ſpecioſa. Proxima ſunt, nec prædicto generi fortaſſe cedunt, quæ à nucis ſimilitudine Nuciperſica cognominantur. hæc enim cùm colore & ſapore non refragentur perſicis cotoneis, tum etiam non ingrata dentibus duritie, guſtum mira afficiunt voluptate. Sunt præterea Armeniaca, quæ à Latinis præcocia dicuntur, minora prædictis. *Perſica poma ma- D tura tam ſtomacho, quàm ventri utilia ſunt. acerba alvum cohibent, ſed ſicca vehementius. Decoctum e ſiccis alvi, ſtomachique fluxiones ſiſtit. Armeniaca ſtomacho ſunt utiliora. *Matthiolus, & Dioſcorides.*

## *De fructibus frigidis in tertio.*

Mala Aurea caules habent rotundos, bicubitales, aut ampliores, multis alis ramoſos, ſucci plenos, facile collabentes. foliis luxuriant E multis, multipliciter diſſectis, agrimoniæ ferè foliorum modo, ſingularibus eorum inciſis. floſculi lutei ſub foliis prodeunt: excipiunt hos fructus rotundi, profundis crenis, ſtriati, mediocris mali magnitudine, per maturitatẽ aut pulchrè rubentes, aut auri luteo relucentes colore, in quibus copioſa humens medulla ſucci inſtar, qua ſemen conditur. Tota herba gravem fœtidumque odorem ſpirat, è viridi colore inalbicat, & aliquantulum hirſuta eſt. Seritur F ſubinde in hortis. Eodem quo ſata eſt anno fructum, & quidem Autumno perficit. Noſtra ætas Aurea mala appellat. Itali *Pomi d'oro.* Germani Gold epffel. Gall. *Pomme d'amours,* id eſt, amoris poma. Alia ſunt aurea mala, de quibus fabulantur Poëtæ, hortorum filiarum Heſperi, quibus cuſtos adhibitus fuit Draco, quem ab Hercule interfectum ferunt. Facultate autem hæc mala aurea cũ univerſa ipſa herba refrigerant, aliquantò tamen minùs, quã Mandragoras. Poma à nonnullis cum pipere, ſale, & oleo præparata ac cocta eduntur. Præbẽt autem corpori

alimentũ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0140-2 DFG

alimenti quidem perquàm exiguum, & hoc A ipſum pravum ac vitioſum. *Dodonæus.*

Mala Insana appellata humilis producit herba, cauliculus brevis eſt, pauci ramuli, ſed lata ſunt folia, majora, craſſiora, candidioraque, quàm Solani, ambitu nonnihil ſinuata, ad Xanthii nonnihil accedentia, floſculi albicante aut purpuraſcente colore ſpecioſi, ſtellæ modo radiati, luteis in medio ſtaminibus, fructus calyci inhærens à mediocris longitudinis pediculo dependet, ſubinde oblongus gallinacei ovi for- B ma & magnitudine, quandoque mali inſtar rotundus, nonnunquam candidus, ſæpiùs purpuraſcens. Annua eſt hæc ſtirps. Sata Vere, Autumno fructifera eſt. Peregrina quoq; Germaniæ ac Galliæ. Sed in Ægypto paſſim in arenoſis cāpis vel ſponte gignitur, fructus adferens duplo aut triplo majores, quàm in Gallia, aut Germania: ut quidem Petrus Bellonius in ſingularium ſuorum libro undecimo ſcriptum reliquit. Judicavit idem Theophraſti Maſinathallam eſſe. A- C pud Inſubres Melongena: ab Hetruſcis verò Petranciani, ut quidem ait Matthiolus, dicuntur. alii Malanzana vocant, Latine Mala inſana: Germania Melanzan / Dollapffel. Galli *Pommes d' amours, & Verangenes.* poſterior appellatio Hiſpanis & Belgis innotuit. De Malinathalla autem ſic Theophraſtus: Locis arenoſis (in Ægypto) haud procul à fluvio naſcitur terrenum, quod *μαλιναθάλλη* appellant, figura rotundum, magnitudine meſpili, ſine nucleo: *folia ut Cy-* D *peiros mittit.* hæc (radicem nempe *Loti Corſium* appellatam & Malinathallam) *incolæ legentes in βρύτῳ hordeaceo coquunt, dulcia admodum redduntur, hiſq; pro bellariis utuntur.* Quæ ſane verba, Mala inſana, haudquaquam Malinathallam, ſed differentem omninò eſſe ſtirpem oſtendunt. Malum etenim ipſum Meſpilum magnitudine excedit: folia autem herbe non ſunt Cypeiri. Cæterum, Mala inſana apud Ægyptios, teſte Bellonio, cocta ſub cineribus, E vel in aqua, aut etiam fricta ſingulis ferè diebus & menſibus inferuntur, & eduntur. Hermolaus Barbarus ex oleo, ſale & pipere fungorū modo coqui, & mandi refert. Qualicunq; autem tandem vel cocta, vel præparata modo eſitentur, mali ſunt ſucci, & nullum aut omninò exiguum præbent alimentum. *Dodonæus.*

*De fructibus refrigerantibus in quarto.*

Stramoniæ caulis cubito nō raró altior, F digitum craſſus, in pauculos ramulos dividitur: folia ejus lata, ſinuata & acuminata, majora longioraq; quàm Solani, aut Malorū inſanorū. flos ex oblongo denticulato calyce exit, magnus, cādidus, calathi effigie, convolvuli majoris floris æmulus, ſed tamē omninò major ac amplior, & per oras anguloſus, ſtaminibusq; aliquot albidis in medio. fructus ſuccedit ſingulis rotūdus, brevibus, craſſis, non tamen acutis ſpinis, aſper, magnitudine ferè nucis regiæ, putamine ſuo nondum exutæ, aut major, in quibus ſemina & magnitudine & forma Mandragoræ. Odor herbæ caput nonnihil aggravat: floris gratia Lilio accedit, ſed tamen eſt ſoporiferus. Rara & peregrina ſtirps eſt. Vere ſeritur: ſi fervens ſerenaq; æſtas fuerit: fructus Autumno in Belgio Germaniaq; perficitur: ſecùs non facile. Stramoniam nuncupant, & Pomum ſive Malum ſpinoſum: nonnulli Coronam regiam: alii Meloſpinum. Græci noſtri temporis *καρυοκόκκαλον*, aut potiùs *βαρυοκόκκαλον*, quaſi nucem gravantem, & torporem ac moleſtiorem ſomnum inducentem: Itali hinc, ut quidem apparet, *Paracoculi.* Germ. Stechapffel vocant. Belgæ Doren appel. Gall. *Pomme de Peru:* Valerio Cordo Hyoſcyamus Peruvianus: Matthiolo verò atq; aliis Nux Methel Arabū eſſe videtur. Nucem autē Methel Serapio cap. 357. fructum eſſe ſcribit ſimilem Nuci vomicæ, cujus ſemen ſit veluti Mandragoræ: cortex aſper, ſapore gratus, ac virtuoſus: qualitas quarto ordine frigida. Aloyſius Anguillara Stramoniam, Hippomanes illud Theocriti eſſe ſuſpicatur, quo in Pharmaceutria equos in furorem agi refert. Cratevas ſiquidem, quem ejus citat interpres, Hippomanis plantam fructū habere ſcribit, ut Cucumeris ſylveſtris ſpinoſum. Facultate autem Stramonia ſoporifera ac narcotica, frigida etiam quarto ordine, Mandragora non inferior. *Dodonæus.*

*De fructibus humidis in primo.*

Humidi in primo ſunt, caro Citri, Zizyphæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De fructibus humidis in ſecundo.*

Humidi in ſecundo ordine ſunt, Cucurbita, Melones, Pepones, Perſica, Pruna Damaſcena, Uva matura, &c. de quib. vide ſuprà ſuo loco.

*De fructibus ſiccis in primo.*

Sicci in primo ſunt, Baccæ Juniperi, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De fructibus ſiccis in ſecundo.*

Balanus Myrepſica, glans unguentaria, Arabes Ben appellant: avellanæ magnitudinis, alba, & triangularis: laudatur ampla, vetus, cortice lævi, tenui, pleno, medulla lævi, pingui: parva verò ex albo nigricans, vetus, plena, medulla alba, lævi, pingui, eſt innocentior. * Ex hac oleū parari ſolet, quod Balaninum appellatur: aperit, mollit, & digerit. *Medici Colonienſes.*

Sicci quoq; in ſecūdo receſſu ſunt, Capparis, Cotonea, Nux Cupreſſi, Nux Moſchata, Pyra, Piſtacia, &c. de quibus ſuprà ſuo loco.

*De fructibus ſiccis in tertio.*

Sicci in tertio gradu ſunt, Caryophylli, Carpobalſamum, Galla, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De fructibus calefacientibus caput.*

Cubebæ, quarum in officinis uſus ſunt fructus piperi ſimiles, ex Oriētali plaga nobis peregrini allatę. Appellatur hic fruct⁹ ab Arabib. Medicis Cubebe, & Quabeb, à vulgo Quabebechini; in Java, ubi frequēs naſcitur, Cumvc, à relige

Indis præterquam in Malayo, Cubabchini. Non eſt autem ſortitus hanc appellationem, quòd in China naſcatur, quandoquidē ex Cunda, à Jaoa, ubi plurimus eſt, in Chinā perferatur: ſed quoniam Chinenſes, qui Oceanum Indicum navigabant, hunc fructum, quem in jam enumeratis inſulis emerant, cum aliis mercibus in alios maris Indici portus & emporia deferebant. Cæterùm ſimilis eſt hæc planta Malo vulgari, minor tamen foliis Piperis, ſed anguſtioribus, per arbores hederæ modo repit, aut, ut verius dicam, Piperis modo: non eſt Myrti effigie, aut foliis ſimilibus Myrto. Fructus racematim cohæret, nō quidem ut in una conjunctim, ſed ſingulis granis ex ſuis pediculis dependētibus. Flos eſt odoratus. Sylveſtris eſt hęc planta, & ſponte naſcens, non domeſtica, neq; multorum generum, uti falsò Monachi commentatores in Meſuem putarunt. Tanta autem in æſtimatione eſt fructus hic, etiam ubi naſcitur, ut eum incolæ decoquāt, antequā afferri ſinant, metuentes ne alibi ſatus enaſcatur. Hinc fieri puto, ut corruptioni magis ſit obnoxius, cùm hìc, tū in Europa. Hæc à Luſitanis fide dignis accepi, qui longo tempore in Inſula Jaoa habitaverunt. Porrò eliguntur corpulentæ, plenæ, graves, acres, minùs tamē quàm piper ſubamaræ, admodū aromaticæ, ſubdulces: annis decem ſervantur. Non ſunt autem Cubebæ Arabum, neq; earum loco in Arabū præſcriptionibus uſurpari debent, ſed canella: arbitratur enim Serapio, cubebas eſſe carpeſium: ex Galeni ſententia eas facultates cubebis tribuēs, quas Galenus carpeſio tribuit, corticem cinnamomo ſimilē eſſe aſſerens: imò cinnamomi loco carpeſiū majore quantitate ſubſtitui voluit. * Cæterùm excalfaciunt cubebæ initio ordinis tertii, ſiccāt verò in fine ejus. Quamobrem languentem ex pituita ventriculum, vel etiam ex flatu roborant: pectus à lentis craſſisq; humoribus expurgant. Lienem juvant, flatus diſcutiūt, & frigidis uteri affectib. auxiliantur. Diu cū maſtiche manſæ, pituitam à capite trahunt, & cerebrum roborant. Apud Indos præterea magnus earum in vino maceratarū eſt uſus ad excitandā Venerē: tum etiā in Jaoa ad calefaciendū ventriculum. *Garcias, Medici Florent. & Matthiolus.*

Calefaciunt quoq; caput, Anacardia, nux Moſchata, &c. de quib. vide ſuprà ſuo loco.

### *De fructibus calfacientibus thoracem.*

Avellanæ (Ger. Haſelnuß. Ital. *Nocciuola, Noſella.* Gall. *Noiſette, Aueline, Noix de haye.* Hiſp. *El avelana*) ſunt aut ſylveſtres, aut domeſticæ. Ex domeſticis aliæ oblongę, aliæ rotundæ ſunt: veruntamē oblongas & præſtantiores, & guſtui gratiores eſſe conſtat: & illæ præſertim, quę putamine vehementer rubent, & fractu minimè ſunt contumaces.* Avellanæ plus habent eſſentiæ terreſtris ac frigidæ, quàm juglandes, quin & plus præbent alimenti: minùs tamen amygdalis alunt, cibis in ventriculo ſupernatāt, largius eſitatæ caput tentant: innocentiores tamē virides,

A quàm aridæ. Ipſæ tamen aridæ tritæ, & in aqua mulſa potæ, tuſſi veteri medentur: toſtæ, & cum exiguo piperis potæ, deſtillationem cōcoquunt. Crematarum cinis cum axungia, aut adipe urſi perunctus, alopeciis capillum reddit. Ajunt nonnulli, uſta earum putamina, & in cineris ſpeciem redacta, cum oleo cæſiorum oculorum pupillas infantibus denigrare, perfuſo ſyncipite. *Matthiolus, Dioſcorides, & Galenus.*

Amygdalæ amaræ (Ger. Bitter mandel.)
B probantur flaviſſimæ, plenæ, integræ, duræ & ſiccæ. * Calida in primo, & ſicca in ſecundo, magis abſtergūt, quàm dulcia: meatusq; viſcerū expurgāt, aperiuntq;: humores extenuant craſſos, lētosq; ex pectore & pulmone mirè educūt: coli & renū dolores ex ſimilib. creatos perſanant.

Zibiræ, ſunt uvæ paſſæ grādiores: quæ ex Damaſco, Cypro & Creta apportantur.* Ejusdē facultatis ſunt cū minoribus uvis paſſis dulcibus.

Calefaciunt quoq; thoracem, Carycę,
C Ficus, Nux pinea, Palmulæ ſeu Dactyli, Uvæ recentes, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De fructibus calefacientibus cor.*

Nuces Indicæ myropoliis omnibus vulgatiſſimę, fructus ſunt arboris cujusdā palmę effigie, prægrandes, magnorum melonū inſtar, ab arbore dependentes: namq; magna involucrorū mole obteguntur. Cortex iis extimus colore conſtat in atrū ruſeſcente, ſubdurus, tenax calloſusq;: intùs verò villoſa materie cōpactus,
D quæ in capillamenta manibus exterius fatiſcit. Subtus eſt putamen triquetrum, villoſum, barbatumq;, cornu inſtar prædurum; ejusdem ferè coloris nucleum continens, ovi anſerini magnitudine, intùs concavum: ſubſtantia illi pinguis, craſſitudine ſemidigitali, duriuſcula, tenax, calloſaq;, albicans, ſapore dulci, butyrum referens, tenui, ſed aſpero obtecta cortice, putaminis colore. Probantur recētes, eæq; pręſertim, in quarum concavitate liquor quidam dulcis includi-
E tur: ſiquidem hoc argumento recentiores facilè cognoſcuntur. * Excalfaciunt ſecundo exceſſu, humectant verò primo. In cibis ſumptæ, etſi noxium admodum ſuccum non gignant, ventriculo tamen laborē inferunt: ſemen augent, & Venerē excitant. Nux Indica lætiore ſagina corpora reficit. Idcirco ſtrigoſas mulieres mirū in modū impinguat, & ad craſſitiē reducit. *Matthiolus.*

Calefaciunt quoque cor, Mala Citria,
F Nux moſchata, &c. de quib. vide ſuprà ſuo loco.

### *De fructibus calefacientibus ſtomachum.*

Stomachum calefaciunt, Amygdalę dulces, Ben, ſeu Balanus Myrepſica, Caryophylli, Nux moſchata, Pineæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De fructibus renes & veſicam calefacientibus.*

Renes & veſicam calefaciunt, Amygdalæ amaræ, Baccæ juniperi, Cubebæ, Nuclei pini, Uva paſſa, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0142-3

### *De fructibus calefacientibus uterum.*

Lauri baccæ menſe Decembri colliguntur. Magis quàm folia calefaciunt.

Uterum calefaciũt, Baccę juniperi, Juglãs, Nux moſchata, &c. de quib. vide ſuprà ſuo loco.

### *De fructib. refrigerantib. thoracem & cor.*

Thoracem refrigerant Jujubę ſive Zizyphæ, Sebeſten, ſeu Myxa, ſive Myxaria: de quib. ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

Cor refrigerant, Cotonea, Mala aurantia, Pyra, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

B

### *De fructibus refrigerantib. ſtomachum.*

Cerasa (Germ. Kirſchen. Gall. *Ceriſe.* Ital. *Ciriegie.* Hiſp. *Cereze* dicũtur) dulcia magis quæ in inteſtinis ſunt, ſubducũt, ſed minus utilia ſtomacho ſunt. Cõtrà auſtera. Quæcunq; verò acida ſunt, ea pituitoſis, excrementoſisq; ſtomachis cõveniunt. ſiquidem auſtera magis deſiccant, & nonnihil etiã incidunt. Junio ac Julio potiſſimũ menſibus fructus maturitatem conſequitur. *Gal.*

C

Mala * acerba adſtringunt: matura verò longè ſecus. Melimele ſive dulcia ventrẽ emolliunt, & ab eo animalia expellunt: ſtomacho negociũ exhibent: æſtuationẽ faciunt. Epirotica mala, quæ Latinè orbiculata dicũtur, ſtomacho utilia, ſiſtunt alvũ, urinas evocãt: malis tamẽ cotoneis invalidiora. Sylveſtria mala ſimilia ſunt vernis, & aſtringunt. Verna bilem gignunt, nervos omnes lædunt, inflationes pariunt. *Dioſcor.*

D

Mespilus, quæ à nonnullis aronia vocatur, ſpinoſa arbor eſt, folio pyracãthæ, ſive oxyacanthæ. Fert pomum ſuave, quod Ger. Meſpel. Gall. *Mesle, Meſſle.* Ital. *Neſpolo.* Hiſp. *Meſpero* dicunt: exiguo malo nõ diſſimile, tribus intùs oſſiculis: qua ex cauſa id nonnulli tricoccon appellavêre. Tardè matureſcit: * eſu adſtringit, ſtomacho gratum eſt, alvumq; ſupprimit. *Dioſcor.*

Olivis muria aſſervatis utuntur in cibis. Laudatiſſimæ ex Hiſpania apportãtur. * Aſtringũt & refrigerãt. Ribes fruticoſa eſt, folio parvo, vitigineo, perinde ac albæ populo. Ramuli ſunt ei lenti ac flexibiles, è quibus fructus, Ger. Sanct Johans treübel/ parvarũ uvarũ modo racematim depẽdent, rotundis, ſimulq; cohærẽtibus acinis magnitudine piperis, qui maturitatem adepti, maximè rubẽt, ſapore ſubacido, admixto etiam dulci. Vulgaris eſt planta, in hortisq; frequens. * Febribus acutis opitulatur: æſtuantem ventriculum refrigerat, ſitim reſtinguit, nauſeã & vomitiones ſiſtit, cibi appetentiã incitat, cœliacos & ictericos juvat, & bilioſis defluxionibus vexatos: ſanguinis fervorẽ demulcet, bilis acrimoniã retundit, impetumq; domat. *Matthiolus.*

E

F

Cornus, arbor vulgaris eſt notitiæ. * Fructus, Germ. Thierlin oder Hertin Kirſen, Ital. *Cornola.* Gall. *le fruit d'un Cornoillet, cornoille.* Hiſp. *La ceriza ſylveſtre,* in cibo adſtringit: profluvio alvi, atque dyſenteriæ ſalutares, ſive in edulio, ſive in defruto exhibeantur. *Dioſcorides.*

Sorba, Ger. Sperling/ Sperbierlin/ Sorbapffel. Gall. *Vn Cormier.* Ital. *Sorbo.* Hiſp. *Vne Corme.*

A

Fructus ſunt vulgatiſſimi, nulliſq; nõ cogniti. * Eandem aſtringẽdi naturam præſtant quam meſpila, ſed imbecilliore effectu. Utraq; tamẽ in medico uſu magis, quàm in cibis expetũtur. *Gal.*

Refrigerant quoque ventriculum, Cotonea, Citrulli, Cucumeres, Cucurbita, Limones, Melones, Mala aurantia, Punica, Pyra, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà.

### *De fructibus refrigerantibus hepar.*

B

Berberis, Germ. Saurich/ Erbſel. Gall. *Eſpine vinette, ou du Berberis,* fructus eſt fruticis, acinis oblongis, racemo pendulis, qui maturitate maximè rubent, punicę mali acinis haudquaquam abſimiles, quanquam figura longiores, guſtu acido & ſubauſtero, parvis reconditis intùs nucleis. Naſcitur in ſylvis, frutetis, campeſtribus, montanis, ſiccis & aquoſis locis. Septembri atque Octobri menſibus colligitur. * Sitim reſtinguit, ſed bilioſas peſtilenteſq; exhalationes ſupprimit. Datur utiliter cœliacis, cibum rejicientibus & dyſentericis, & ubi bilis à jecinore in ventriculum regurgitans cholericos excitaverit affectus, menſium profluvia cohibet. tineas ventris enecat. prodeſt cruentis excreationibus: firmat commotos dentes, ſi eo ſæpius foveantur: gingivas roborat, &c. *Matthiolus.*

C

Hepar quoq; refrigerant, Cucurbita, Cucumis, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

D

### *De fructibus refrigerantibus renes & uterum.*

Fraga, Germ. Erdbeer. Gall. *Fraiſes* vocantur: fructus ſunt nemini non cogniti. * Æſtate in cibis arrident, bilioſis æſtuantibusq; ventriculis proſunt, ſiticuloſisq; ſitim ſedant. Vinum quod ex iis elicitur, ulcuſculis, quę in facie à caliditate proveniunt, mirificè medetur: itemque varos, & oculorum nubeculas, calidasq; defluxiones impoſitum tollit. In ſylvis, dumetis, & in opacis montibus, ac ſecus vias ſponte & in hortis naſcũtur. Æſtatis initio colliguntur. *Matthiolus.*

E

Uterum refrigerant, Cucumeres, Cucurbita, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De fructibus aſtringentibus.*

Myrti baccæ probantur recentes, plenæ, ſucculentæ, odoratæ, grandes, & bene nutritæ. * Reſtringendi vim habent.

Astringunt quoque, Berberis, Caſtanea, Cornus, Cotonea, Galla, Glans, Meſpila, Mala punica, Nux moſchata, Olivæ, Omphacium, Palmulæ, Pyra, Perſica, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

F

### *De fructibus diſcutientibus.*

Discutiunt Cappares, Piper, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De fructibus extenuantibus.*

Extenuant Amygdalæ dulces, Baccæ juniperi: de quibus ſuprà ſuo loco.

### *De fructibus glutinantibus.*

Glutinant Glans, Palmulæ, &c. de qui-

bus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

*De fructibus flatus diſcutientibus.*

Flatus diſcutiunt, Baccæ lauri, Baccæ juniperi, Nux moſchata, Piper, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De fructibus ſemen generantibus.*

Semen generant, Ficus, Nux pinea, Nux Indica, Piſtacia, &c. de quib. vide ſuprà ſuo loco.

*De fructibus urinam cientibus.*

Halicacabum ſeu Veſicaria (German. Judenhütlin/ Judenkirſen/ Schlutten/ Boberellen/ Rot Nachtſchatten. Gall. *Baguenaudes* dicitur) ſolani ſpecies eſt: foliis hortenſi ſolano ſimilibus, verùm latioribus: cujus caules, poſteaquã adoleverunt, prona terrã ſpectant, folliculis orbicularis, veſiculis ſimilib. in quibus ſemen continet fulvum, rotundũ, læve, acinorũ uvæ figura: quo coronarii utuntur, corollis intexentes. In vineis copioſiſſime provenit. Veſicas ſuas in fine Auguſti, & inter initia Septembris menſis colore primùm viridi, mox paulatim rubeſcente profert. * Vim uſumq; hortẽſis ſolani habet: verùm cibis nequaquam expetitur. Regium morbum purgat ſemine poto, & urinã pellit. *Matthiolus.*

*De fructibus menſes moventibus.*

Nuclei perſicorum, Germ. Pferſichkernen/ incidunt, extenuant, reſolvunt, & digerũt: * unde viſcerũ obſtructiones aperiunt, renes affectos juvant, hæmorrhoidum dolores ſedant, tum in cibo, tum potu ex vino aſſumti. *Andernacus.*

Menses quoque movent, Baccæ hederæ, Cappares, Piper, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

*De fructibus menſes ſiſtentibus.*

Menses ſiſtunt, Berberis, Uva paſſa cum nucleis, &c. de quibus ſuprà ſuo loco.

*De fructibus venenis reſiſtentibus.*

Venenis reſiſtunt, Baccæ juniperi, Juglans, Mala Citria, Piper, &c. de quibus ſuprà ſuo loco.

*De fructibus dolorem mitigantibus.*

Dolorem mitigant, Baccæ juniperi. Baccæ hederæ, Ficus, Juglans, Piper, &c. de quibus ſuprà ſuo loco.

*De fructibus purgantibus bilem flavam.*

Cassia Arabũ, eſt caſſia illa nigra ſolutiva, vulgò notiſſima. Vulgariter dicitur Arabibus Hiarxamber, tametſi Avic. Chiarſamdar corrupto nomine vocet: in Malavar Comdaca: in Canara, cujus provincia eſt Goa, Bavaſimga: in Decan, & à Bramenis Bavaſimgua: in Guzarate & à Mauritanis regnũ Decan incolentibus Gramalla: arbor ipſa in Canara Bahoo. Eſt autẽ hæc arbor Pyri magnitudine, foliis mali Perſicæ, anguſtioribus tamen aliquantum, & vireſcentibus, floribus Geniſtæ perquàm ſimilibus, luteis. Caryophyllum odore æmulantibus, quibus decidentibus exiliunt oblongæ ſiliquæ virentes admodum ante maturitatem, (non autem rubentes, ut ſcripſit Lacuna) A quæ per maturitatem nigreſcunt, longitudine interdum quinque palmorum, nunquam verò infra binos palmos. Naſcitur per univerſas has provincias, præſtantiſſima tamen, & durabilior locis ad Septentrionem magis vergentibus, ut in Cambaya. Invenitur & in Cayro, & in Malaca, & in Sion, totoq; eo tractu. Naſcitur & apud Luſitanos tanta copia, ut unius Candil, hoc eſt, quingentarum & viginti duarum librarum precium non excedat B decẽ regales caſtellanos, qui cõſtituunt aureum Indicum, Pardoan nuncupatum. Eligatur Alexandrina, amplis ſiliquis, gravis, plenior, quæ cõcuſſa, clauſis intus granis nõ ſtrepat, cortice lævi, & purpuraſcente: pulpa intus pingui, ſplendente, ſucculenta, non ſitulenta, nec putri, ſapore prunorum delicato. Utendi tantùm tempore extrahenda: nã extra cannas promptè corrumpitur, & in vaſis ſervata pejor evadit. In Græcorum medicamentis, ſi caſſia præſcribatur, ejus C loco canella ſumenda eſt: tum etiam in Arabum ſcriptis, ubi Græcorum remedia recenſent, & iis etiam medicamentis, quæ corpus non ſolvunt. Sin autem remedia ab Arabibus deſcripta ſint, aut in eum uſum præſcripta, ut corpus purgent, caſſia nigra uti debemus. Datur omni ætati: imbecillioribus quidẽ drachmæ duæ vel quatuor: robuſtioribus autem & adultis uncia, vel ſeſcuncia, vel drachmæ decem, cum ſacchari momento, manè, vel ante cœnam. Calido frigido tem- D perata eſt, niſi quòd paulò eſt calidior, humida primo gradu: * clementer & innoxiè à ventriculo bilem & pituitam purgat leniendo, febribus inde ortis confert, ſanguinem hac ratione puriorem reddit, ac ejus ſanguinis, & bilis flavæ acrimoniam frangit, reſolvit thoracis & pulmonis & aſperæ arteriæ phlegmonas, easq; partes lenit ipſa morſus expers, ſitim ſedat, præſertim ſumpta cum ſucco intybi, vel cichorii, vel ſolani arte depurato. Intemperiem denique renum ca- E lidam mitigat, cum diureticis ſumpta, & glycyrrhizæ decocto, ob idque calculum in his gigni prohibet. Quòd ſi viſcera fuerint ſicciora, caſſiæ lubricitas augenda eſt oleo amygdalarum dulcium. ſi debilia & lubrica ſint, minuenda myrobalanis, vel rhabarbaro, vel aqua cum maſtice cocta, vel ſpica addita: ſi ad vias urinarias ferri eam volumus, uretica miſceantur. Quoniam verò tardiùs & imbecilliùs purgat, acre aliquid (quale thymum, hyſſopum) actionẽ ejus inten- F dens miſceatur, aut potiùs aliquid medicamentorum valenter purgantium: efficaciusq; purgat hæc, ſi ex ſero lactis propinetur. *Garcias, Meſues & Medici Florentini.*

Myrobalani, Arabum fructus quidam prunis ſimiles, callo corporis compactili, oſſe intùs lignoſo, differunt à Balano Myrepſica, hoc eſt, nuce unguentaria Dioſcoridis, quam vulgus Ben appellat. Quinq; generibus diſtinguuntur: videlicet in Citrinas ſeu flavas, Chebulas, Indas, Emblicas, & Belliricas. Citrinæ laudantur multùm flavæ, in viride inclinantes, denſæ, graves,

gummoſæ, cortice craſſo os parvum cõplectente. Doſis in ſubſtantia eſt à drachmis duabus uſque ad drachmas quinque: in infuſione à drachmis quinq; uſque ad viginti. Sunt frigidæ in primo, ſiccæ vero in ſecundo. * Purgant ventriculum bile, ab eaque tertianam, & reliquas febres bilioſas, & ardorem extinguunt: calidis & bilioſis naturis ſalubres. Cavendus tamen earum uſus in viſcerum obſtructionibus eſt. Siquidẽ harum decoctum valenter obſtruit. Aſſæ item ipſæ minùs purgant, potentius cõſtipant, & aſtringunt, & his magis uſtæ. Harum quoq; tritarum pulvis quò tenuior, eò vehementiùs adſtringit. Quapropter maceratione ſeu infuſione harum (ex ſero caprino) nobis eſt utendum, præſertim cùm ſolam evacuationem expetimus. *Meſues.*

*Myrobalana* Avic. vocat Delegi. Sic etiam Serapio, tametſi librariorũ vitio Halilig corruptè legatur. Omnes enim Medici Arabes mihi affirmarunt, omnia myrobalana Delegi vocari. Peculiariter verò flava Azfar, Indica ſive nigra Aſuat, quebula quebulgi: bellirica belergi: & emblica embelgi, ſub quo nomine haudquaquã nota fuére hæc poſteriora Avicennæ, & Meſuæ: ſed ſub nomine Seni, ut patet ex Serapione, qui Seni tenuiſſimo cortice prædita eſſe ſcribit, quæ nota emblicis cõvenit. Sunt igitur in univerſum quinq; eorum genera, quorum nomina magna ex parte mutuati ſumus. Nã quod genus quoddam Serapio Damaſcenum appellat, melancholicis morbis perutile: id facit, non quod in Damaſco proveniat hic fructus, ſed quod hinc ex India Myrobalana Inda eò deferantur. Falluntur autem tam ii, qui omnia Myrobalanorum genera in eadem arbore naſci putant, quàm qui flava, & quebula tantùm. Nã quinq; ſunt diverſa arborũ genera: &, quod magis mireris, in regionibus ſexaginta aut cẽtum leucis inter ſe diſtantibus naſcuntur. Proveniunt enim nonnulla in Goa, & Batecala, alia in Malavar, & Daltul. In toto regno Cambayæ quatuor eorum genera inveniuntur: Chebola verò in Biſnager, Decam, Guzarata, & Bẽgala. Cæterum, quæ in Luſitaniã ſicca deportantur, magna ex parte ſumpta ſunt in regione, quę eſt inter Dabul, & Cambaya. Nã experientia compertum habemus, eos fructus, quos regio Septentrioni vicinior producit, minùs putredini obnoxios eſſe. Invenio autẽ apud eos tria Myrobalanorum genera, quorum uſus eſt in purgationibus levibus, & ſine moleſtia: hęc vocant tria genera: horum primum genus, quod rotundum eſt, & bilem purgat, indigenæ Arare, Medici Antiqui vocãt, nobis ſunt flava: alterum genus incolis Rezanuale dictum, noſtra ſunt Indica, ſive nigra: tertiũ genus Gotin incolis nuncupatum, rotundum, nobis bellerica ſunt. Chebula verò noſtra, quæ pituitam purgant, illis Aretca appellantur. Hæc ſunt quatuor Myrobalanorũ genera, quæ illis ſunt in uſu medico. Nam quinto genere, Anuale iis nuncupato, nobis verò emblica dicto (tametſi apud eos reperiatur) non utuntur, niſi denſandis coriis, Rhois coria-

A riorum loco & atramẽto conficiendo. Sunt tamen etiam nonnulli, qui iis viridibus veſcuntur excitandæ appetentię cauſa. Porro Arare rotundum eſt, & Sorbi folia profert. Anuale foliis eſt minutim inciſis Palmę magnitudine. Rezanuale octogenum eſt, & folia Salici ſimilia habet. Guti foliis eſt Lauri, ſed pallidioribus, & ſubcinericiis. Aretca magna ſunt, & rotunda, oblongiora tamen, cùm ad perfectam maturitatem pervenerunt, & anguloſa folia ejus Perſicis ſimilia. Sunt
B autem ſingulæ arbores Pruni magnitudine, omnesq; ſylveſtres, & ſponte naſcentes, non domeſticæ. Cùm autem guſtu ſint aſtringente & acido, Sorborum immaturorum modo, ex frigidorũ & ſiccantium claſſe eſſe dixerim. Præparationis modus apud Indos non invaluit, utpote qui iis nõ utantur purgationis, ſed adſtrictionis duntaxat gratia. Nam ſi purgare velint, eorũ decocto utuntur, & majore doſi quàm nos in Europa. Solent autem iis ſaccharo conditis uti ma-
C gno cum ſucceſſu, nec quiſquam Medicorum uſu iſtorum famã unquam eſt periclitatus. Chebulorum autem major eſt gloria: cõdiuntur hęc in Biſnager, Bengala, & Cambaya: flava & Indica, in Batecala & Bengala. Jubeo ergo ex his immaturis ſtillatitium liquorẽ organis elici, quem poſt ſumptam aliquam conſervam adſtringentẽ propino, & ſyrupis admiſceo, ſi quando opus eſt. Flava & Bellirica præſcribere ſoleo initio menſæ iis, qui aut alvi profluvio, aut ſtomachi
D relaxatione laborant: talibus enim cõvenit hujuſmodi cibus propter adſtrictionem cum parva aciditate conjunctam. Præterea immaturorum Myrobalanorum ſuccũ in alvi profluviis apprime efficacẽ eſſe expertus ſum. *Garcias ab Horto.*

P R U N A (Germ. Pflaumen. Ital. *Suſini.* Gall. *Prune.* Hiſp. *Le ciruele.*) dulcia, quæ hodie Ungarica vocant, conſervantur per annum. * Modice elixa, eorumque juſcula unius libræ cum ſaccharo bibita, ventrem lavant. *Meſues.*

E S E B E S T E N, ſeu Myxa, ſunt fructus arbuſti, cujus fructus avellanæ nucis, quam Ponticã vocant, magnitudine in racemo dulcis, dum matureſcit, potiſſimum palleſcens, cãdido lentore plenus, cum interiore nucleo quaſi olivæ ſiccatur: quo privatim utimur in medicina. * Conſervantur per annum. Febrientium ventrẽ laxant, ſitim ſedant, linguæ ariditatem & ſcabritiem tollunt, pectoris vitia adimunt humida in primo. Dãtur in decoctione laxante P. xx. in alterante P. ij. vel
F P. iij. Pulpa verò datur ab ℥ j. ad ℥ j ß. *Meſues.*

T A M A R I N D I dactyli ſunt acidi, fructus palmæ ſylveſtris Indicæ. Ejus folia ad hyperici folia multum accedere conſpecta ſunt, etiamſi à quibusdã ſalicis folia illi tribuũtur. Fructus, cujus hodie uſus, notus eſt. Probãtur colore à nigro in rufum langueſcẽte, teneri, multis villis intertexti, recentes, pingues, nõ retorridi, ex dulcib. acidi, & vinoſo ſapore. Adulterantur prunorũ carne, ſed in his nigredo eſt obſcura, humentiores ſunt, & prunorum odor & ſapor illis ineſt. Servantur in fictile vitratum coacti, loco frigido &

ſicco, per annos tres. Potio eorum eſt ab ℥ ij. uſq; ad ℥ v. Eſt medicamentum excellens atq; innocẽs, frigidum, ſiccum ordine ſecundo. Ob id humorum acrimoniã reprimit, bilẽ purgat, ejusq; & ſanguinis fervorem furoremq; compeſcit, febres acutas lenitione egentes, & regium morbũ ſanat, ſitim ac omnẽ ventriculi hepatisq; ardorẽ extinguit, vomitũ ſiſtit. *Meſues & Medici Florent.*

Uvæ paſſæ acinis exemptis, è vino aut aqua lotæ, unciæ unius, vel alterius inſtar, ventrem laxant. *Andernacus.*

## *De fructibus purgantibus bilem atram.*

Myrobalani Indæ optimæ ſunt nigræ, magnæ, carne denſa, graves ſine oſſibus. Doſis pulveris à ʒ ij. ad ℥ ß. Infuſionis verò ab ℥ ß. ad ʒ x. Sunt frigidæ in primo, ſiccæ in ſecundo.* Bilem utramque, præſertim exuſtam purgant: tremoribus membrorum conferunt: colorem nitidum pariunt: elephanticos juvant: mœrores auferunt: & quartanam fugant. *Meſues.*

## *De fructibus purgantibus pituitam.*

Colocynthis (Ger. Wilde Kürbs. Gall. *des Coloquintes.*) eſt cucurbitæ ſylveſtris fructus, mali inſtar rotundus. Hujus medulla in uſu eſt. Laudatur pilę mediocris in ſpeciem conglomerata, vehementer amara, matura, ampla, rara, ob id levis: & quantò levior, tantò melior, alba admodum, lenis, eadem fœmina. Immatura, & his notis deſtituta, mala. In calidis regionibus ſeritur & perficitur: ſed in Germania ac Belgio ęgre ad maturitatem pervenit. Colligitur autumno cùm flaveſcit, abeunte jam virore. Conſervatur per annos tres. Datur ſaltẽ robuſtis, & ætate florentibus, à ſiliquis ſex ad decem, frigus & æſtum vitantibus. Corrigitur ejus malitia maſtiche, gummi, tragacantho, vel bdellio. Calida & ſicca ordine tertio. *Pituitam & alios humores craſſos & glutinoſos, magis ex profundis partibus & diſtantibus, ut cerebro, nervis, muſculis, juncturis, pulmone, thorace, quàm ex venis attractos, purgat, ac etiam bilem flavam. Quapropter cephalalgiæ, dolori cranei totius, hemicraniæ, epilepſiæ, apoplexiæ, vertigini, aquæ fluxioni in oculũ, podagræ frigidæ, iſchiadi, ac reliquis nervorũ juncturarumq; affectibus mirificè ſubvenit: item aſthmati, ac tuſſi antiquæ, dyſpnœæ ex thoracis repleti anguſtia. Ac præterea ſummè omniũ prodeſt colico dolori tam è pituita, quàm flatibus & hydropi. Omnia autem hæc ſive ſumpta, ſive clyſtere, aut balano inteſtinis immiſſa præſtat: utero autem impoſita, fœtum necat. Eadem cum aceto forti affricta, alvos, pſorã ſanat. Oleum deniq; ſuper cineres calidos incoctũ cortici ejus inanito, capillos illitu nigrat, eosque ne cadant, firmat, canitiem tardat. Idem auri inſtillatũ ejus dolorẽ ac tinnitum ſanat. Acetum autem ſimiliter incoctũ collutione dolorẽ dentiũ ſanat: incidit enim, tenuat, terget ac digerit. *Meſ.*

*Colocynthis* ſarmenta foliaq; ſativi cucumeris emittit, per terrã repentia, diviſa fructum in ſpeciem mediocris pilæ conglomeratum, vehemẽ-

A ter amarum: quem legere oportet, cùm cœperit in pallidum colorẽ permutari. Medulla fructus purgatoriam vim habet, ſi quatuor oboli cum aqua mulſa, melle cocto, myrrha & nitro excipiãtur, & cogantur in catapotium. Areſactæ pilæ teruntur, & infuſæ clyſteribus proſunt nervorum reſolutioni, coxendicum doloribus, & coli vitiis, ut quæ bilem, pituitam & ſtrigmenta, interdum etiam cruorem eliciant: fœtus admotæ enecant: dentium dolorem tollit, ſi unà repurgetur & luto oblita cum aceto & nitro inferveſcat: hocque
B jure decoctis dentes colluãtur: ſi aqua mulſa aut paſſum in eadem incoquatur, & ſub dio refrigeſcat, potu craſſum humorem & ſtrigmenta alvi detrahit: ſtomacho ſupra modũ adverſatur: ſubdita ex ea balano, alvi excrementa ejiciuntur. Virentis ſucco utiliſſime iſchiadici perfricantur.

Cucumis ſylveſtris, ſeu aſininus, Ger. Wilde Cucumer/ vel Eſels Cucumer, Gall. *Cocombre ſauvage* appellatur: fructu ſolo diſtat à ſativo cucu-
C mere, quẽ longe minorẽ parit, oblongis glandibus nõ diſſimilem, folia atq; ſarmenta ſativi refert, radice candida, magna. Naſcitur in ſabuletis, & ruderibus, frutice in totũ amaro. Colligitur ſuccus ex fructibus per maturitatẽ pallẽtibus, exeunte æſtate: ſiccatur, ut ſcammonium: & trienmio ſervatur. Datur à gr. x. uſq; ad ℈ j. Corrigitur bdellio, aut tragacãthi lachryma, aut aqua mulſa cum ſalis modico adjecto, aut lactis portione. Calidus eſt & ſiccus ordine tertio, ſubſtantia
D ignea & terrea uſta conſtat. * Purgat potenter pituitam vomitu & dejectione, & interdum bilem, ſi vacuari parata eſt; ſeroſum quoq; excrementum, etiam evulſu contumax, atque adeo à juncturis mirificè trahit. *Meſues & Dioſcor.*

Myrobalani Chebuli quò majores, eò meliores, ſubnigræ, in rubrum inclinantes, graves, quæ aquæ impoſitæ ſtatim mergũtur, cortice craſſo. Ex Memphiticis nundinis adferuntur. Doſis pulveris eſt à drachmis duabus ad quatuor.
E Infuſionis verò à drachmis quatuor ad decem. Humectati ſaccharo condiuntur.* Pituitam expurgant: mentem exacuunt: viſum reddunt clariorem. Saccharo verò conditi ventriculum tum purgant, tum corroborant: hydropi & febribus diuturnis conducunt. *Meſues.*

Myrobalani Emblici pręſtantiores ſunt magni, carnis multæ, denſi, graves, oſſium parvorum. Ex Syria apportantur. Doſis pulveris eſt ab aureo uno uſq; ad tres. Infuſionis verò ab au-
F reis tribus uſq; ad ſex. *Purgant pituitam: cerebrum, nervos, ventriculũ & cor corroborant: intellectum augent: ſtomachũ à pituita & putrefactione mundificant: cordis tremori conferunt: appetitum excitant, & vomitum ſedant. *Meſues.*

Myrobalani Bellirici meliores ſunt magni, denſi, graves, & cortice craſſo. Quę his notis carent, aut vetuſtate exoleti ſunt, aut aliud incõmodum paſſi ſunt. Ex nundinis Memphiticis feruntur. Doſis, ut Emblicorum. *Frigidi ſunt primo, ſicci verò ſecundo: cætera emblicis viribus proximi. *Meſues.*

# *De Seminibus, Sectio XI.*

- SEMEN eſt ea pars plātæ, ex qua in terram projecta ſimilis plāta producitur. Horum autē alia vel
  - Alterant
    - Conſervando: *atque vel qualitate*
      - Prima: *atque vel ſecundū*
        - Quantitatem. Sic
          - Calida *in*
            - Primo — Coriandrum, Fœnugræcum, Lini, Lithoſpermon, Lupini, Oryza, *&c.*
            - Secundo — Anethi, Apii, Ervum, Erucæ, Ocymi, Urticæ, *&c.*
            - Tertio — Ammios, Aniſi, Anethi, Amomi, Carei, Cardamomum, Fœniculi, Cumini, Dauci, Nigellæ, Napi, Petroſelini, Seſeleos, Staphydis Agriæ, Viticis, *&c.*
            - Quarto — Naſturtii, Sinapi, *&c.*
          - Frigida *in*
            - Primo — Hordeum, Milium, *&c.*
            - Secundo — Acetoſæ, Cichorii, Solani, *&c.*
            - Tertio — Cicutæ, Hyoſcyami, Papaveris, *&c.*
          - Humida *in* primo — Malvæ, Seſami, *&c.*
          - Sicca *in*
            - Primo — Faba, Fœnugræcum, Fœniculi, Hordeum, *&c.*
            - Secundo — Ervum, Lens, Oryza, Papaveris, Solani, *&c.*
            - Tertio — Anethi, Apii, Ammi, Aniſum, Careum, Cuminum, Coriandrum, Granum *tinctorium*, Nigellæ, Milium, Petroſelini, *&c.*
        - Locum. *Vide literam* A.
      - Secunda. *Vide literam* B.
    - Corrumpendo: *ſunt venena: ut* — Coriandrum, Pſyllium.
  - Purgant
    - Bilem — Pſyllii, Thymelææ, *ſeu* Cocci Gnidii, Thlaſpi, *&c.*
    - Pituitam — Carthami, *ſeu* Cnici, Geniſtæ, Lathyris, Ricini, *&c.*

**A**
**Semina *ſecundum locũ alterantia, aut***

- **Calefaciunt**
  - Caput
    - Fœniculi,
    - Majoranæ, *&c.*
  - Thoracem — Urticæ, *&c.*
  - Cor — Ocymi, *&c.*
  - Stomachum
    - Aniſi, Cumini,
    - Ammeos, Cardamomum,
    - Grana *Paradyſi*, *&c.*
  - Jecur
    - Aniſi, Ammeos,
    - Amomi, Apii,
    - Aſparagi, Cumini,
    - Carei, Dauci,
    - Fœniculi, *&c.*
  - Splenem
    - Aniſi,
    - Carei,
    - Naſturtii, *&c.*
  - Renes *&* *veſicam*
    - Ciceres, Erucæ,
    - Saxifragiæ,
    - Urticæ, *&c.*
  - Uterum — Rutæ, *&c.*
  - Artus
    - Naſturtii,
    - Rutæ,
    - Sinapi, *&c.*
- **Refrigerant**
  - Caput
    - Lactucæ,
    - Juſquiami,
    - Papaveris *albi*, *&c.*
  - Thoracem — Papaveris *albi*, Violarum, *&c.*
  - Cor
    - Coriandrum,
    - Semen *Citri*,
    - Acetoſæ, *&c.*
  - Stomachum — Coriandrum *preparatum*, *&c.*
  - Jecur
    - Cucurbitæ, Cucumeris, Citrulli,
    - Endiviæ, Lactucæ, Melonum,
    - Portulacæ, Scariolæ, *&c.*
  - Splenem
    - Citrulli, Cucurbitæ,
    - Cucumeris, Endiviæ,
    - Lactucæ, Melonum,
    - Portulacæ,
    - Scariolæ, *&c.*
  - Renes *&* *veſicam*
    - Cucurbitæ, Citrulli,
    - Cucumeris, Melonum,
    - Endiviæ, Portulacæ,
    - Lactucæ, Scariolæ, *&c.*
  - Artus
    - Cucurbitæ, Citrulli, Cucumeris,
    - Endiviæ, Lactucæ, Melonum,
    - Portulacæ, Scariolæ, *&c.*

B Semina

B

Semina *qualitate ſecunda alterantia, aut*

- Adſtringunt
  - Anthera, Berberorum,
  - Burſæ *paſtoris*,
  - Granum *tinctorium*,
  - Milium, Nuclei *acinorum*,
  - Portulacæ, *&c.*
- Diſcutiunt
  - Anethi, Dauci,
  - Fœnum græcum, Lini,
  - Nigellæ, Seſami, *&c.*
- Abſtergunt
  - Faba, Ervum,
  - Hordeum, Lupini,
  - Urticæ, *&c.*
- Emolliunt
  - Fœnugræcum,
  - Ligni. Malvæ,
  - Nigellæ, *&c.*
- Indurant
  - Portulacæ, *&c.*
- Suppurant
  - Fœnum græcum,
  - Hordeum, Lini,
  - Lolium, *&c.*
- Glutinant
  - Ervum, *ſeu* Orobus,
  - Lolium, Lupinus, *&c.*
- Flatus *diſcutiunt*
  - Aniſi, Anethi, Apii,
  - Carei, Cumini,
  - Dauci, Fœniculi,
  - Nigellæ, Petroſelini,
  - Seſeleos, Santonici, *&c.*
- Semen *generant*
  - Cicer, Faba, Erucæ,
  - Lini, Fraxini, *&c.*
- Menſes *movent*
  - Amomi, Aſparagi, Aniſi,
  - Ammi, Cicer, Dauci, Apii,
  - Fœniculi, Petroſelini,
  - Seſeleos, Leviſtici, *&c.*
- Calculum *frangunt*
  - Malvæ,
  - Milii *Solis*, *&c.*
- Menſes *ſiſtunt*
  - Anthera,
  - Cuminum,
  - Pæoniæ, Lappæ, *&c.*
- Veneris *reſiſtunt*
  - Ammi, Aniſi, Apii,
  - Cardamomum, Citrii *mali*,
  - Fœniculi, Rapæ, *&c.*
- Dolorem *mitigant*
  - Anethi, Amomi,
  - Cardamomum, Cuminum,
  - Dauci, Ervum, Fœnugræcum,
  - Lini, Hyoſcyami, Milium,
  - Panicum, Petroſelini, *&c.*
- Strumas *diſcutiunt*
  - Althææ, Coriandrum,
  - Hordeum, Lentes, Lupini,
  - Lolium, Lithoſpermum, *&c.*

### De ſeminibus calidis in primo.

SEMEN CORIANDRI, Ger. Coriander. Gall. *Coriandre*, nominatur: nodoſum eſt, intus cavum: naſcitur in hortis: colligitur Autumno: ſervatur repurgatum, & exiccatũ in loco ſicco, non calido, per annos duos. * In quibus parum calefaciendum, magis autem ſiccandum eſt. convenit, ut in pulvere ad caput & ventriculum, ſic ut in tragematis à cibo ſumatur. Quia verò exhalationes ad caput excitat, aceto macerari debet, quod ſeſplaſiarii præparari dicunt. In vertigine & doloribus capitis, ex conſenſu factis, vitare prorſus oportet. *Meſues & Andernacus.*

FŒNIGRÆCI ſemen, Ger. Bockshorn/oder Kühorn. Gall. *Fenegrei, ou Fenegres*, dicitur, profert planta trifolio ſimilis corniculis quibusdam incluſum. Naſcitur paſſim in campeſtribus. colligitur ſemen menſe Julio, vel Auguſto. Servatur à feſtucis & paleis repurgatum & exiccatum, per annos duos, in loco ſicco. * Fœnigræci farina C vim habet emolliendi, diſcutiendique: in aqua mulſa decocta adverſus tam internas, quàm externas inflammationes, efficaciter illinitur: lienem cum aceto & nitro trita extenuat. Succus decocti ejus fœminarum malis ſubvenit: & ſive tumor, ſive præcluſio ſit vulvæ, foventur, & inſident. Fœnigræci in aqua decocti cremor expreſſus, capillos, furfures, & manantia capitis ulcera purgat: locos dilatat, & emollit, ſi cum anſerino adipe peſſi vice ſubjiciatur. Viride cum D aceto utiliſſimum imbecillibus locis, & ulcera ſentientibus. Decoctum ejus prodeſt adverſus teneſmos, fœtidamque dyſentericorum proluviem. Oleum quod ex eo exprimitur, & myrto capillos & genitalium cicatrices abſtergit. *Meſues & Dioſcor.*

LINI ſemen, vulgò Flachsſaamen. Gall. *Semence de Lin*, notum eſt. Naſcitur in campeſtribus, cultis, & pinguibus. Colligitur æſtate, cùm maturum eſt. Servatur repurgatum & exiccatum in loco ſicco per annos duos. * Easdem, E quas fœnugræcum vires habet. Diſcutit & emollit omnem intùs foriſq; inflammationem, cum melle, oleo, exiguaq; aqua decoctum, aut melle cocto exceptum: vitia cutis in facie, varosque crudum tollit: illitum cum nitro & ficulneo cinere, parotidas, duritiasque diſcutit: ulcera quę ſerpunt, favoſq; cum vino decoctum expurgat: ungues ſcabros eximit, cum pari modo naſturtii & mellis: vitia pectoris extrahit, ſi ex melle in F eclegmatis vicem ſubſtituatur: tuſſim lenit: Venerem ſtimulat, ſi farina piperis & melle exceptum, pro placenta largius adſumatur. Hujus decoctum interaneorum, vulvæque eroſionibus immittitur, alvi excrementa evocat, ad vulvæ inflammationes in deſeſſionibus perquàm utile. *Dioſcorides.*

LITHOSPERMUM, Ger. Meerhirß. Gall. *du Gremil.* à ſeminis duritie nomen accepit. Foliis eſt oleæ longioribus & latioribus, mollioribus, jacent humi, quæ ab radice exiliunt: ramulis ro- A ctis, tenuibus, firmis, craſſitudine acuti junci, lignoſis: in quorum cacumine bifidi exortus cauliculorum ſpeciem exhibent: foliis longis, inter quæ parvum ſemen rotundum, ervi magnitudine, duritia lapidea. Naſcitur in aſperis & editis locis. Colligitur menſe Junio & Julio. Conſervatur per annos duos in loco ſicco. * Vim hanc habet, ut ſemine cum vino albo poto calculos frangat, pellatque urinam. *Dioſcorides.*

SATIVUS LUPINUS, Ger. Feigbonen. Gall. B *Lupin*, appellatur: notus eſt. Naſcitur in campeſtribus, & hortis. Colligitur menſe Julio, vel Auguſto, cùm maturum eſt. Servatur per annos duos. * Hujus farina cum melle, delinctu, aut potu, ventris animalia expellit. Ipſi quoque macerati, & cum ſua amaritudine eſitati, eadem efficiunt. Decoctum eorum idem munus præſtat, cum ruta & pipere potum: quare lienoſis prodeſt. Eodem ulcera tetra, quæ theriomata vocant, gangrænas, incipientem ſcabiem, eruptio- C nes puſtularum, ulcera in capite manantia, vitiligines, maculasque fovere utiliſſimum: mẽſes & partus extrahit, cum myrrha & melle ſubditũ in vellere. Eorum farina cutem, livoresq; corrigit: inflammationes cum polenta & aqua mitigat: tubercula & coxendicum cruciatus, ex aceto lenit: ſtrumas in aceto cocta illitaq; diſſipat: carbunculos rumpit. Decocti cœleſti aqua, donec in cremorem lenteſcãt, faciem abſtergunt: medẽtur pecorum ſcabiei, cum radice nigri cha- D mæleontis, ita ut repẽte decocto abluantur. Lupini triti, ubi macerata dulceſcere cœperint, cũ aceto poti, faſtidium detrahunt, & cibi aviditatem faciunt. Gignuntur & ſylveſtres lupini, ſativis ſimiles, ſed omnino minores: qui eadem quę ſativi poſſunt. *Dioſcorides.*

ORYZA, Ger. Riß. Gall. *Rizum.* frugum generis eſt, in paluſtribus, riguisq; naſcens. * Mediocriter alit: ſed alvum ſupprimit. *Dioſcorides.*

### De ſeminibus calidis in ſecundo.

E ANETHUM, Ger. Dyllen/& Hochkraut. Gall. *Anet*, hortis omnibus frequentiſſimum, omni adeò ex parte fœniculum æmulatur. Colligitur ſemen menſe Julio vel Auguſto, cùm maturum eſt. Servatur expurgatum in loco ſicco, per annos tres. * Hujus decoctum potu lac evocat: inflationes & termina ſedat: alvum, vomitionesq; ſiſtit: urinas ciet, ſingultus lenit, oculorum aciẽ hebetat, genituram reſtinguit, aſſiduè potum. F Fœminis vulvæ malo opportunis, ad deſeſſiones utile. Condilomata illitus ſeminis cremati cinis tollit. *Dioſcorides.*

APII ſemen, Germ. Epffichſaamen/ naſcitur paſſim in hortis, & riguis. Colligitur mẽſe Julio. Conſervatur expurgatum & ſiccatum, per annum unum in loco ſicco. * Urinas & menſtrua movet, flatusque diſcutit. Venenis reſiſtit, & dolores internos ſedat: venarum, arteriarum, & renum obſtructiones, detergendo, extenuando diſcutit: comitialib. gravidis & fœtui inimicum. *Dioſcorides & Galenus.*

OROBUS

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0150-7 DFG

Orobus, ſive Ervum, Ger. Erven. Gall. *Noer veſſe, ou des ers*: in Hetruria *Meco* vocatur, vulgoque cùm ſit notiſſimum, ſeritur. Hoc itaq; utendũ, non alio. Aliud ſupradicto ſimile Creta adfertur. Orobus illic nominatũ, hoc nonnulli verum eſſe exiſtimant: foliis eſt phaſeoli vulgaris, ſed anguſtioribus & minoribus: ſemine ſubflavo: quod cùm difficilè reperiatur, ſupradicto utendum eſt. Colligitur Junio & Julio menſib. * Amarum eſt, incidit, extergit, atq; obſtructiones viſcerum expedit. Si ſumatur copioſe, ſanguinem per urinas evocat. ex linctu cum melle craſſos pulmonis thoracisque humores educit. cutis aſperitatem lævigat, pruritum, lenticulas, maculas & ulcera cum melle detergit. *Galenus, Dioſcorides & Medici Florentini.*

Erucæ ſemen, Ger. Weiß ſenffſaamen. Gall. *Semence de la Roquete*: in hortis naſcitur. Colligitur Julio menſe: cõſervatur verò per annum. * Urinam cit, Venerem concitat, ſemenq; auget. Ventris tineas enecat, lienemq; extenuat, Sylveſtris erucę ſemine pro ſinapi quidam utuntur. Urinam vehementiùs pellit, & multò ſativo acrius. *Dioſcorides & Galenus.*

Ocymi ſeu Basiliconis ſemẽ, Germ. Baſilienſaamen / nigrum eſt. Naſcitur in viridariis. Colligitur menſe Julio: conſervatur autem per annum. * Cor exhilarat: ejus defectionẽ tollit: humidum ſtomachũ corroborat. Potum cõvenit atram bilẽ gignentibus, difficili urinæ, inflatisq; naribus: hauſtum ſubinde movet ſternutamenta. Sed oculos premi neceſſum eſt, cùm ſternutimentũ auget. *Dioſcorides & Creſcentius.*

Urticæ ſemen, Germ. Neſſelſaamen: Julio menſe colligitur: repurgatur & conſervatur per annũ loco ſicco. * Potum ex paſſo Venerem ſtimulat, & vulvæ ora patefacit: cum melle delinctũ orthopnϾ, lateris & pulmonũ inflammationibus prodeſt: thoracem expurgat. Erodentibus medicamentis admiſcetur. *Dioſcor.*

Ammi hodie à nonnullis oſtenditur foliis fœniculo tenuioribus, caule gracili, umbella in qua candidi flores, & ſemen minutiſſimum, cumino ſimilis, non per omnia reſpondens veterum deſcriptioni. Plerique exiſtimant ſemen quoddam ex Hiſpaniis ſub Amomi nomine allatũ, verum eſſe Ammi, aut ſaltẽm ejus loco uſurpari poſſe. Quòd ſi Ammi in promptu non ſit, ejus loco cuminũ vel aniſum accipiendũ eſt. * *Vis ei excalfactoria, fervens & exſiccans.* Facit ad tormina, urinæ difficultatem, ſerpentum ictus, cum vino potum: menſtrua ciet. Miſcetur derodentibus cantharidum medicamentis, quæ Ecdoria vocant, ut inde exortis urinæ difficultatibus reſiſtat. Sugillata cum melle tollit. colorem potu aut illitu mutat in pallorem. Suffitum cum uva paſſa, aut reſina, vulvas purgat. *Dioſcorides & Medici Florentini.*

Anisi ſemen, Germ. Aniß. Gall. *de l'Anis* appellatur: vulgo notum eſt. Melius ſemper recens, plenum, non furfuroſum, odore præſtans. Paſſim in hortis provenit. Colligitur menſe Junio, vel Julio: expurgatur à pediculis, feſtucis: ſiccatur & cõſervatur per annum loco ſicco. Excalfacit & ſiccat. oris halitum jucundiorẽ facit, doloris levamẽtum præſtat. Urinam ciet: diſcutiendi vim habet: hydropicis potum ſitim extinguit. Animalium venenis adverſatur: valet ad inflationes: alvum & alba fœminarum profluvia ſiſtit: lac ad mammas elicit: Venerem ſtimulat: dolores capitis levat, ſuffitum naribus. Cum roſaceo tritum, inſtillatumque fractis auribus medetur. *Dioſcorides.*

*Aniſi* ſemen uſurpatur ſiccum, ſed recens: plenum optimi odoris, ſapore acri & dulci, non furfuroſum: præſtantiſſimum creſcit in Creta: poteſt tamen commemoratis jam notis præditum aliud ex noſtris accipi.

Amomum hodie paſſim deſideratur, videlicet ſemen candidum vel fulvum, ſimplici tamen colore, non vario, &c. Quod autem officinæ oſtendunt, nigrum eſt ſemen, & cenſetur eſſe Sion Dioſcoridis. Proinde ejus loco Aſarum, aut calamus aromaticus ſubſtituendus eſt. *Medici Colonienſes.*

Carum, Germ. Matkümich / oder Wieſenkümmel. Gall. *des Carotes* dicitur, ſemen eſt vulgaris notitiæ. Naſcitur in pratis & collibus. Colligitur menſe Junio: mundatur, exiccatur, & ad uſum ſervatur in loco ſicco per annũ. * Excalfacit, urinam concitat, ſtomacho utile, os cõmendat, concoctionẽ adjuvat. Utiliter miſcetur antidotis & oxyporis. aniſi vicem præbet. *Dioſcor.*

Cardamomum Græcorum, quod eſt cordumeni Arabũ, tametſi multi dubitẽt, quidnam ſit: illud tamen, quod officinæ cardamomũ majus appellant, cardamomi Græcorũ loco uſurpari poſſe videtur, quia aromaticam quandã acrimoniam, nec non amaritudinem, quamvis obſcuram, habet. Aliud verò eſt cardamomum Arabum, à Græcorũ cardamomo: ejusq; duo genera conſtituũt, majus & minus, utrumque nobis incognitum: niſi majus illud intelligatur, quod Melligetam, aut granum Paradiſi nuncupãt. Semen eſt anguloſum, acre, linguam vellicans, non admodum aromaticum. Cardamomum minus officinarum nullo modo convenit cum cardamomo minori Arabum, neque ad aliquod cardamomi genus referri poteſt: ſed eſt melanthii genus. * Calefacit, diſcutit, lumbricos enecat: ſcabiem ex aceto ſanat: ex vino ſumptum, renibus & urinę difficultati medetur. *Dioſcorides & Medici Florentini.*

*Cardamomum*, aroma eſt iis in regionibus probe cognitũ, in quibus magnus ejus uſus eſt. Ejus etiam magna pars in Europam, Africam, & Aſiam evehitur. Ab Avicenna Saccolaa nominatur, quod duûm eſt generum: alterum Saccolaa quebir, id eſt, magnum: alterum verò Saccolaa ceguer, id eſt, minus. *His* nominibus cognitum eſt utrumq; Cardamomum, cùm Medicis Arabibus, tum Mercatoribus. In Malavar vocatur Etremelli: in Zeilan Encal: in Bengala verò Guzarate, & Decan, interdum Hil, interdum E-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0151-3

lachi, idq; inter Mauritanos. Nam ab gentilibus indigenis omnium provinciarum enarratarum Dore nuncupatur. Quæ diverſitas ſummam illam nominum confuſionem inter Arabes ſcriptores peperit. Etenim nõnulli Indicis vocabulis uſi ſunt, alii verò Arabicis, & multis errandi occaſionem præbuit. Nam quod alterum Serapio Saccolaa, alterum Hilbane vocat, mendoſum eſt exemplar, & Hil duntaxat ſcribendum erat. Etenim ſi Bane omninò adjiciendum volumus, potiùs Bara dicendum erat, quod lingua Canarina magnum ſonat. Nihil igitur aliud eſt Saccolaa omnibus Arabibus nuncupatum, aut Sacule Avicennæ, aut Elachi, quàm quod Cardamomum vulgò appellant, veterib. cùm Græcis, tum Latinis plane incognitum, ut ex eorum monumentis colligere licet. Siquidem Galenus lib. 7. Simplic. medic. Cardamomum ſcribit non eſſe tam calidę facultatis, quàm Naſturtium, ſed ſuavius & magis fragrans, cum quadam amaritudine: quæ omnes notæ noſtro Cardamomo non conveniunt, ut experientia docet. Dioſcorides verò lib. 1. cap. 5. commendat, quod ex Comagene, Armenia, Boſphoroque devehitur, (tametſi in India quoq; & Arabia provenire dicat) eligendumq; ſcribit plenum, frangenti contumax, guſtu acre, ſubamarũ, odore caput tentans. Noſtrum contrà Cardamomum in illas regiones defertur, è quibus Dioſcorides ſuum devehi ſcribit. Sed neque id frangenti contumax eſt, neque caput tentat, neq; amarum, neq; guſtu adeo acri, ut Caryophylli. Plinius lib. 12. cap. 13. quadruplex eſſe Cardamomi genus ſcribit, ſic inquiẽs: *Simile his & nomine, & frutice Cardamomum, ſemine oblongo. Metitur & eodem modo in Arabia. Quatuor ejus genera. Viridiſſimum, ac pingue, acutis angulis, contumax fricanti, quod maximè laudatur. Proximum è ruſo candicans. Tertium brevius atq; nigrius. Pejus tamen varium, & facile tritu, odoriſq; parvi: qui verus. Coſto vicinus eſſe debet. Hoc & apud Medos naſcitur.* Hæc Plinius; tametſi tam Dioſcoridi, quàm cæteris Græcis unicum tantùm extet Cardamomi genus. Sed nullum ex prædictis cum noſtro quicquã commune habet, quod fragile eſſe debet, ſiliqua candicante, granis intùs nigris. Seritur verò id leguminum modo, altitudine, quando ſumma, cubiti, in quo dependent ſiliquulæ granula interdum uſq; ad viginti continentes, non ut Cordus in lib. 1. Dioſcoridis ſcripſit, glandis aut avellanę magnitudine. Huic autem errori occaſionẽ præbuit Davus ille Terentianus, omnia perturbans, Gerardũ Cremonenſem interpretem intelligo, qui cum hoc medicamentum ignoraret, nomẽ illi ex Græcis pro arbitrio indidit, tametſi legitimum Arabicũ nomen in integro, & non mutatum reliquiſſe pręſtitiſſet. Quàm Ruellii lib. 2. cap. 5 opinio ſit erronea, qui nobis Capſicon, aut Siliquaſtrum pro Cardamomo Mauritanorum proponit, omnibus notiſſimum eſt. Ad ea verò, quæ Lacuna libro 1. cap. 5. cõmentariis ſuis in Dioſcoridẽ ſcri-

A bit, ſatis protervè in Arabes invectus, ſic reſponſum volo. Neq; ejus Megetham Cardamomum eſſe Dioſcoridis, ſiquidem ignota fuit Dioſcoridi: neque Cardamomum majus coloris eſt cinerei: neque nigella tertium id genus, quod in officinis aſſerit haberi. quandoquidem Nigella totis his provinciis non naſcatur. Cæterum non multum fortè refragabor iis, qui Cordumeni Arabum, Cardamomum Græcorum eſſe putant. quandoquidem Serapionis & Avicennæ Sacco-
B laa Græcis eſt ignota, ut ſuprà diximus. Quòd verò Saccolaa utendum negent, quoniam Græci de eo nihil ſcripsêre, non concedo: multis enim experimentis comprobatum eſt, pleriſque morbis perutile eſſe: eoque utendum cenſeo in omnibus compoſitionibus Arabum, & recentiorum, qui Arabes ſequuti ſunt. Quòd verò Melegetha Cardamomum minus non ſit, ſatis ex utroq; genere, quod in his regionibus naſcitur, manifeſtum eſt: quorum alterum Cardamomũ,
C ut vocant, majus eſt: aliud minus, ejuſdem tamen formæ, & duntaxat magnitudine differentia. Optimum autẽ cenſetur minus, quod odoratius eſt altero, & ſecundùm facultatem majus dici poteſt. Provenit utrumque in India, præſertim verò ab emporio Calecut uſque ad Cananor, tametſi aliis etiam locis Malavar & in Jaoa naſcatur, non tamen adeò copioſum, neq; cortice adeò candido. Multus ejus uſus eſt in his provinciis, ſiquidem unà cum Betre (veluti ſu-
D prà diximus) manditur, pituitaque caput & ſtomachum expurgat, & ſerapiis admiſcetur. Falſum autem eſt, quod Mattheus Sylvaticus capite 117. ſcripſit: Indos ejus radicibus adverſus febris circuitus uti, naſciq; in tuberibus quarundam arborum. Nam exili eſt admodum radice, nec niſi ſatum provenit, ſolo ante ignibus peruſto, ut faciliùs enaſcatur. *Garcias ab Horto.* Cardamomum arbitror apud Græcos eſſe ſiliquam quandã forma & magnitudine inſtar ficus, pe-
E diculo craſſiore & duro, cortice anguloſo & ſolido, interiùs ſemine nonnihil rotundo, colore in ſuperficie, inter rubeſcentem & fuſcum medio & albo in parte interiore, acri guſtu cum nonnulla amaritudine, ſuavi odore & non ingrato ſapore, cui ſemina in membranis unà cũ medulla fungoſa & alba adhærente inſunt. Cùm itaque ex pluribus locis Galeni colligatur, Cardamomum folliculis vel ſiliquis eſſe incluſum, & huic jam à me deſcripto conveniant omnes
F notę à Dioſcoride allatę, videtur mihi rectè nos aſſerere poſſe, hoc eſſe verum Cardamomum, & alias ſpecies eſſe Cardamomũ Arabum, cùm iſtud Græcorum Cardamomum ab ipſis vocetur Cordumeni. Primi quidem generis nullum vidi, niſi duas aut tres ſiliquas apud Ferdinandum Imperatum, quæ illi reliquæ adhuc erant de aliis, quas ad Theriacã uſurpaverat: quæ ſatis magnam ſimilitudinem habẽt cum Nigella, alio nomine Melegetta dicta, & de aliis grana Paradiſi: quæ non in folliculis, ſed extra illos in granis afferuntur. Unde aliquis concludere poſ-

ſet,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0152-9
DFG

ſet, quòd illa ſit ſemen hujus Cardamomi. Qui tamen cautiùs agere velit, ſtudere debet ut ipſas ſiliquas, ſi fieri poſſit, cujusmodi jam deſcripſimus, acquirat, modò copia earum ad manus ſit, in quorum tamen penuria è duabus ſpeciebus officinarum (quas credo eſſe Arabum Cardamomum, quemadmodum alibi prolixiùs demonſtravimus) minus vocatum Cardamomum aſſumatur, quod alii granum Paradiſi vocarunt, (quanquam in officinis hoc nomen confuſe & huic attribuatur, & Nigellæ, alio nomine Melegettæ dictæ, quæ nos putamus ſemina eſſe, ut diximus, veri Cardamomi) quæ eſt ſiliqua alba, nõnihil rotunda, & anguloſa: in reliquis majori ſimilis. Sed quia acrius eſt & validius majore, & inter guſtandum aliquid amari quoque ſaporis deprehenditur, magis videtur convenire, quàm majus.

Fœniculi, Ger. Fenchel. Gall. *du Fenouil.* Ital. *Finnochio.* Hiſp. *Hinojo.* ſemẽ vulgaris eſt notitiæ. Naſcitur paſſim in hortis. Colligitur menſe Septembri: exiccatur, mundatur, & ſervatur per annũ in loco ſicco. *Excalfacit ordine tertio, exiccat verò primo. Lac procreat: ſuffuſis auxiliatur: urinas menſesq; ciet. *Galenus.*

Cuminum, Ger. Kümich. Gall. *du Coumin.* Ital. *Comino.* Hiſp. *Comines.* ſativum omnibus notum eſt: ori gratum. Colligitur menſe Junii. Servatur per annum. *Excalfacit, aſtringit, exiccat, ad tormina inflationesq; convenit, coctum, & cum oleo inditum, aut cum hordeacea farina illitum. orthopnoicis datur in poſca: demorſis à ſerpente, in vino. teſtium collectionibus auxiliatur, impoſitũ cum uva paſſa, aut lolii farina. ceratóve mensium abundantiam inhibet. Contritum autem in aceto, & naribus objectum, ſanguinis profluvia ſiſtit. Colorem bibentium aut perunctorum mutat in pallorem. *Dioſcorides.*

Dauci tria ſunt genera: primum Italicum, Weiß Hirtzwurtz/ quod ſylveſtrem paſtinacã imitatur: alterum Creticum, Germ. Beerwurtz. Gall. *Carotte ſauuage*, quod legitimum eſt. Id creſcit etiam in Delphinatu. folia fœniculi habet, & radicem valde odoratam. hujus loco paſtinaca ſylveſtri uti poſſumus. Tertium coriandri foliis apparet, Germ. Schwartze Hirtzwurtz. Gall. *Ces deux autres.* * Omnia Venerem irritant, quanquam ſylveſtris ſemen flatu careat, eoq; urinam & menſtrua ciet. Cõmune officinarum, ſpecies quædam ſylveſtris paſtinacæ exiſtit. Quodlibet adeò menſtrua promovet, ut etiam ſecundas, fœtumque pellat, & ſtrangulatum ſedet, calculosq; expellat. Foris impoſitum, multum diſcutit, & œdemata diſſolvit. Junio & Julio menſibus florent. *Andernacus ex Dioſcoride & aliis.*

*Daucus* non eſt paſtinaca ſylveſtris, quemadmodum vulgus Pharmacopœorum & Medicorum exiſtimat, & decepti fuerunt, eò quòd Galenus dicit, Daucũ à nonnullis vocatum eſſe paſtinacam: non enim propterea re ipſa eſt Paſtinaca, quamvis à quibusdam ita fuerit vocatus: idque confirmatur ex eo, quòd Dioſcorides & Galenus ſeorſim de utraque herba loquantur; imò Dauci tres ſpecies Dioſcorides conſtituit, cùm paſtinacæ ſylveſtris tantùm una reperiatur. Abjiciendum itaque ſemen eſt paſtinacæ ſylveſtris, quæ paſſim Neapoli creſcit, & tantũ laboris ſubeundum, ut Venetiis & aliis ex locis verũ ſemen Dauci conquiratur, quod ſæpius habui communicatum mihi à Luca Ghino, puſillum, album, hirſutum, acri ſapore, & inter mandendum ſuaviſſimi odoris. Semen ejus in uſu eſt, quanquam ſecundùm Dioſcoridem radix Cretici quoq; Dauci accipiebatur.

Nigella, quam Dioſcorides Gith, aut Melanthium, Ger. Schwartz Coriander/ Schwartz kümich. Gall. *Nelle, ou Poiurette*, nominant: herbula eſt exilibus ſurculis fruticans, binos dodrantes aut ampliùs altis: foliis minutis, aliquantulum ad ſenecionis ſimilitudinem accedentibus, ſed multò tenuioribus: capitulo in cacumine tenui, parvo, ceu papaveris, oblongo, intercurrantibus intùs membranis, quibus ſemen includitur nigrum, acre, odoratum. Qua hodiè utuntur nigella, non eſt verum melanthium, ſed cumini fortè ſylveſtris apud Dioſcoridem genus. Verum hodie reperitur, ſed non paſſim: itaq; adhibenda eſt diligentia. Melanthii genus eſt, quod vulgo cardamomum minus creditur, nigellaq; citrina vocatur, quæ præter colorem, omninò cum melanthio ſuprà deſcripto convenit. ejus itaque uſus eſſe poterit veri melanthii loco, potius quàm vulgari nigella, quæ nõ eſt odorata, ut vera eſſe debet. Naſcitur melanthium verum in hortis, viridariis, atque etiam in aliis locis ſatum. Sylveſtre autem in agris ſua ſponte provenit. Colligitur æſtate: ſiccatur, & ſervatur per annos duos. * Capitis doloribus illitum, fronti ſubvenit: diſcutit recentes oculorum ſuffuſiones, tritum ex irino, & infuſum naribus, tollit lepras, lentigines, duritias, tumoresque vetuſtos, cum aceto illitum: circumſcarificatos clavos excutit, cum vetere urina impoſitum. Dentium doloribus, cum aceto & teda decoctum & collutum prodeſt: teretes ventris tineas expellit, perunctо ex aqua umbilico. Deſtillatione laborantes adjuvat, tritum in linteo, & olfactum. Urinam & menſtrua ciet multis diebus ſumptum, & lac extrahit: difficultatem ſpirandi cum vino potum, levat: phalangiorum morſibus ex aqua, drachmæ pondere hauſtum auxiliatur. Incenſo ſerpentes fugantur. Tradunt largiùs epotum enecare *Dioſcorides.*

Napi, Ger. Steckrub. Gall. *Nauet, ou Naueau.* Ital. *Navoni.* Hiſp. *Naui.* nõ ubiq; naſcũtur. Colligitur ſemen menſe Junio: ſiccatur & ſervatur per annos duos. * Potum ſemen venenorum vires hebetat: antidotis admiſcetur: decoctum ejus purgationibus fœminarum, & veſicæ convenit, menſtrua & urinas provocans. *Dioſcorides.*

Petroselini ſemẽ, Ger. Peterlin ſaamen. Gall. *Semence de Perſil.* Ital. *Seme di Petroſelino.* paſſim in hortis naſcitur, guſtu acre, cũ amaritudine. Colligitur menſe Junio & Julio: exicca-

tur, & ſervatur per annum. * Excalfacit ordine tertio, incidit. Hinc menſes & urinam largè provocat. Flatus quoque diſcutit. *Galenus.*

SESELIOS, vulgò Sileris montani ſemen, hoc eſt, Maſſilienſis: nam aliud ad nos non convehitur. Invenitur Pariſiis, Monſpeſſuli, & alibi, quod eſt Peloponneſiacum & Aegyptiacũ: Maſſilienſe verò præcellit: proximum huic, quod in montibus calidis & ſiccis naſcitur. Quando autem in compoſitionibus Seſeli citra adjectionẽ ponitur, Maſſilienſe intelligi debet. Colligitur menſe Julio, & conſervatur per annum. * Optimum medicamentum in diſcutiendis flatibus: urinas movet, extenuat: eoque comitialibus & orthopnoicis opitulatur. *Andernacus.*

*Seſelis* radices in uſu ſunt, & ſemen, ſecundùm Dioſcoridem. Noſtra tamen ætate ſemen potiùs uſurpatur: quando ita ſimpliciter reperitur ſcriptum. Liberum autem eſt unicuique ſumere ex quacunque ſpecie, quæ in promptu fuerit, excepto Cretico, quod etiam Tardylium vocatur: nam Maſſilienſe, Aethiopicum & Peloponenſe ejusdem ſunt naturæ. Quique ſtudioſe inveſtigabit, is Maſſilienſe ſemen facilè habere poteſt: quare de ejus ſuccedaneo non eſt neceſſe loqui: cùm iſtud in multis officinis legitimum reperiatur. Aetius nominatim Maſſilienſe accipit, addens, debere eſſe incorruptum.

STAPHYSAGRIA, ſive herba pedicularis, Germ. Leuſtrant/Biſmuz. Gall *l'Herbe au poulx.* Ital. *Staphuſaria, Semenza de fratti.* Hiſp. *Fabaz, Hauarraz*: folia habet labruicæ, diviſa & cauliculos rectos, molles, nigrosq́; fert florem glaſti, & folliculos virides, ſimiles ciceri, & in his ſemẽ triangulum, ſcabrum, ex nigro ſubfulveſcens, intùs albũ, guſtu acre. In Iſtria, Dalmatia, Apuleja & Calabria frequentiſſima provenit. Nunc paſſim in hortis plãtatur. Colligitur ſemen menſe Julio. * Grana quindecim ſi trita in aqua mulſa dentur, craſſum humorem per vomitum purgant: ſed qui hauſerunt, ambulare debent. Prudenter tamen attendere oportet, & aquam mulſam continuò potui dare: quoniam pericula ſtrangulationis inferunt, & fauces adurunt. Trita, & ex oleo illita, phthiriaſi prodeſt, itẽ prurigini & pſoris. Cit plurimam pituitam commanducata: decocta in aceto, dentiũ dolori, colluto ore ſubvenit: rheumatiſmum gingivarum ſiſtit: ulcera oris manãtia cum melle ſanat. Urentibus malagmatis imponitur *Dioſcorides.*

SEMEN URTICÆ colligitur menſe Septẽbri: conſervatur autem per annum. * Flatus diſcutit, Veneremq́; compeſcit: venenatis ictibus, aquæ quæ cutem ſubiit, lienoſisq́; auxiliatur: lac evocat, menſes ciet drachmæ pondere in vino potum: caput tentat, & ſoporem affert. *Dioſcor.*

## *De ſeminibus calidis in quarto.*

NASTURTII ſemẽ, Ger. Kreſſig ſaamen. Gall. *Semence de Creſſon.* Ital. *Semenza d'Agreto,* vulgò notum eſt. Naſcitur paſſim in hortis. Colligitur menſe Junio & Julio: ſiccatur, mũdatur, & con-

A ſervatur per annum in loco ſicco. * Semen eſt acre: excalfacit, ſtomacho adverſatur, alvum turbat, tineas excutit, lienem imminuit, partus exanimat, menſes cit, Venerẽ ſtimulat, ſinapis & erucæ ſimile intelligitur: lepras & impetigines abſtergit, illitũ cum melle lienẽ extenuat, favos expurgat: pulmonũ vitia extrahit, ſorbitionibus incoctum. ſerpentum venenis potum reſiſtit, atq; eas ſuffitu fugat: capillorum defluvia cohibet: carbunculos ad ſuppurationem perducit, &
B rumpit: coxendicibus cum polenta commodè ex aceto illinitur: tumores, collectionesq́; diſcutit: emittit furunculos illitum cũ muria. *Dioſc.*

SINAPI (Ger. Senff Gall. *Senene.* Ital. *Senaura, Senepe.* Hiſp. *Moſtaza.*) colligitur menſe Julio. Eligi debet adultum, valdè rufum, non magnoperè ſiccum, ſed quod fractum internè vireſcat, & veluti quodam ſucco madeat, cęſiom colore; ſiquidem recens id genus, tempeſtivũ habetur. * Ad calefaciendum, extenuandum, extrahen-
C dum efficax eſt. Ad eliciendam capitis pituitam manditur: contra præduros tonſillarum rumores, ac veterẽ calloſamq; arteriæ ſcabritiem ſuccus ex aqua & melle convenienter gargarizatur: ſternutamenta ciet, tritum & naribus admotũ: comitialibus quoq; auxiliatur: fœminas vulvæ ſtrangulatu oppreſſas excitat: lethargicis deraſo capite illinitur. Cum ficis admiſtũ, donec rubeſcat locus, & ad coxendicum cruciatus impoſitum, ad lienes, & omne genus dolores confert,
D cùm permutandę valetudinis cauſa ex alto vitia extrahenda ſunt: alopeciis illitum medetur: faciem purgat: ſugillata cum melle, adipe, aut cerato rapit: ferę impetigines & lepręeo cum aceto perunguntur: contra febrium circuitus aridum bibitur, aut potuũ, polentæ modo inſpergitur: extrahentibus emplaſtris, ſcabiemq́; extenuantibus utiliter admiſceri ſolet: tritum gravitati aurium, & ſonitui, cum fico impoſitum prodeſt. Succus ad hebetudines oculorum, & gena-
E rum ſcabritias magna utilitate illinitur. Expreſſus recenti ſemine ſuccus in Sole ſiccatur. In hortis ſatum provenit. *Dioſcorides.*

## *De ſeminibus frigidis in primo.*

HORDEUM, Ger. Gerſten. Ital. *Orzo.* Gall. *Orge.* Hiſp. *Cevada* dicitur: vulgaris eſt notitiæ. Eſt candidum, purumq́;. Id minus quàm triticum alit. Ptiſana tamen ob cremorem in decoctione redditum, plus alimenti præbet quàm polenta
F ex hordeo facta. * Contra acrimonias, atq; gutturis ſcabritias, exulcerationesq́; pollet: quibus etiam triticea ptiſana præſidio eſt: ſed plus alit, magisq; urinam movet. Lac abundè ſuppeditat, ſi cum fœniculi ſemine cocta ſorbeatur. Hordeũ abſterget, urinam ciet, inflationem parit, ſtomacho adverſatur, tumores concoquit. Farina hordeacea decoquitur in mulſa aqua cum fico, ut inflammationes collectionesq́; diſcutiat: duritias cum reſina & fimo columbarũ concoquit: cum meliloto autem, & papaveris calyce dolores finit, qui latus excruciant: adverſus inteſtinorum

norum inflationes cũ lini ſemine, fœnogræco, & ruta illini juvat: ſtrumas cum pice liquida, cera, oleo & impubis pueri urina, ad cõcoctionem perducit: & eum myrto, aut vino, aut malicorio, aut ſylveſtribus pyris, aut rubo, alvi profluvia ſiſtit: podagricis inflammationibus cum cotoneis aut aceto prodeſt: decocta in acri aceto, modo quo hordeaceum cataplaſma, & calida impoſita, lepris medetur. Cremor verò farinæ ex aqua, atque cum pice & oleo decoctus, puri movendo eſt: cum aceto ſubactus, itidem & cum pice contra articulorum fluxiones prodeſt. Farina ex his alvum cohibet, inflammationesque mitigat. *Dioſcorides.*

Milium, (Germ. Hirſ. Gall. *Du Millet.* Ital. *Miglio.* Hiſp. *El Milo.*) vulgaris eſt notitiæ. Frigidum in primo, ſiccum verò in tertio. In panes coactum, minùs cæteris frugibus alit.* ſiſtit pulte ſua alvum, urinam cit. Torretur milium, fervensque in ſacco ponitur, ut torminibus, reliquisque doloribus, ſi foveatur, auxilio ſit. Satum in arvis provenit. Auguſto menſe demeten- *Dioſcorides & Galenus.*

### *De ſeminibus frigidis in ſecundo.*

Acetosæ ſemen, Ger. Saurampffer ſaamen/ partim in hortis & pratis naſcitur. Colligitur menſe Junio, vel Julio. * Ex aqua aut vino utiliter bibitur, contra dyſenterias & cœliacorum affectus, ſtomachi faſtidia, ſcorpionũ ictus. Quod ſi quis in potu præſumat, nihil moleſti ex ictu patietur. *Dioſcorides.*

Cichorii ſemen paſſim in campeſtribus naſcitur. Colligitur menſe Julio, vel Auguſto, ſiccatur, mundatur, & ſervatur per annũ, in loco calido.* Fervorem ſanguinis & aliorum humorũ lenit, ac Veneris appetentiã extinguit: viſcera, præſertim jecur, obſtructione liberat: bilioſamque materiam in illis collectam diſcutit, vividumque faciei colorem reſtituit: eò quòd amarum ſit, & detergens. Præterea ſtomachum, magis autem jecur & renes, aſtrictione quadam corroborat. Cichorii verò ſemen adeò eſt ſalutare, ut etiamſi aſſiduò vel edatur, vel bibatur, nihil incommodi adferat. *Andernacus.*

Solani Vesicatorii ſemen, quod Græci Halicacabum, Arabes Alkakengi, Germ. Schlutten ſaamen vocant,* urinæ ciendæ efficax eſt, miſceturq; medicamentis ad jecur, renes & veſicam idoneis. In vineis copioſiſſimè provenit. Colligitur Auguſto vel Septemb. menſibus. *Andernacus.*

### *De ſeminibus frigidis in tertio.*

Cicutæ ſemen aſtringens eſt, & venenoſum. * Porrò internis remediis non additur: in externis liberiùs, ubi ſtupefacere oportet, ut in mammis indurandis. *Andernacus.*

Semen Jusquiami, ſeu Alterci, Germ. Bilſen ſaamen/ menſe Julio colligitur: ſiccatur, mundatur, & conſervatur per annum in loco ſicco. * Stuporem inducit, & colicis medicamentis admiſcetur. *Dioſcorides.*

Semen Papaveris albi, rubri & nigri, menſe Majo colligitur: ſiccatur, mundatur à feſtucis, pulveribus, & per annum ſervatur, in loco ſicco. * Album familiare magis eſt, dolores obtundit, & ſomnum mediocriter conciliat. *Dioſcorides.*

### *De ſeminibus humidis in primo.*

Malvæ ſemẽ menſe Auguſto, vel Septembri colligitur: ſervatur autem per annum in loco ſicco. * In vino potum, addito loti ſylveſtris ſemine, veſicæ cruciatus lenit. *Dioſcorides.*

Sesami ſemen ex Græcia & Peloponneſo ad nos convehitur. * Seſamum ſtomacho inutilis cibus, halitus gravitatem facit, quoties inter mandendum, commiſſuris dentium inhæſit: nervorum craſſitiem illitu diſcutit: medetur auribus fractis, ambuſtis, inflammationibus, coli doloribus, & ceraſtæ morſibus: capitis dolores, qui æſtuatione concitantur, ex roſaceo lenit. *Dioſcorides.*

### *De ſeminibus ſiccis in primo.*

Faba (Germ. Bonen. Gall. *Febue.* Ital. *Faua.* Hiſp. *La haua.*) vulgaris notitiæ eſt. Paſſim in hortis ſata provenit. Floret æſtate.* Inflationem excitat, ægre cõcoquitur, tumultuoſa ſomnia facit, tuſſi confert, carnẽ gignit media calidi frigidiq; natura. Decocta in poſca, & cũ ſuo cortice eſitata, dyſenterias & cœliacorũ profluvia ſiſtit: contra vomitiones convenienter manditur. Inflatio levior contrahitur, ſi aqua prior inter coquendũ abjiciatur. Viridis plus negotii ſtomacho exhibet, majoremque flatum parit. Lomentum ejus & per ſe, & cum polenta illitũ inflammationes, quas vulnus excitavit, mitigat: cicatrices concolores facit: turgentes grumoſo lacte mammas, etiamſi inflammatione tentãtur, adjuvat: lac reſtinguit: furunculos, ſugillata parotidasq; cum fœnigræci farina & melle diſcutit: cum roſa autem, thure, & ovi candido, procidentes oculos, tumores, uvasq; reprimit: ſubactũ vino, ſuffuſiones & ictus oculorum recreat. Manducata ſine cortice faba, ad avertendas fluxiones, fronti illinitur: decocta in vino, teſtium collectiones ſanat: quò tardiùs pubes erumpat, pueris imo ventri illinitur: vitiliginem purgat. Fabarum cortice illiti capilli, qui poſt evulſionem renaſcuntur, gracileſcunt, & minus alimẽti capeſſunt: cum polenta, ſciſſo alumine, & vetere oleo impoſiti cortices ſtrumas diſcutiunt. Decocto earum lanæ inficiuntur. Faba dempto cortice in illas partes diviſa, in quas ſuapte natura ſcinditur, imponi ſolet ſanguinis defluxionibus ab hirudine concitatis: namque eas ſupprimit, ſi ſemiſecta apprimatur. *Dioſcorides.*

Siccant quoque in primo, ſemen Fœniculi, Fœnigræci, Hordeum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus ſiccis in ſecundo.*

Lentes (Germ. Linſen. Gall. *Lentille.* Ital. *Lenticchie, Lenti.* Hiſp. *Lantejas.*) * valenter aſtringunt, corpus deſiccant, ventrem ſiſtunt: ſed de-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0155-6

coctum earum reſolvit: ideò ipſarum juris prior
aqua abjicitur, ubi retentionis cauſa adhibetur.
Somnia tumultuoſa excitant: capiti, nervis, ac
pulmoni inutiles. Contra ſubverſionem ſtoma-
chi, triginta grana lentis delibata devorari pro-
derit. Decocta cum polenta, & illita, podagras
lenit: ſinus cum melle glutinat, cruſtas rumpit,
ulcera purgat. Decocta in aceto duritias & ſtru-
mas diſcutit. Paſſim in agris ſatę proveniũt: Ju- B
lio & Auguſto colliguntur. *Dioſcor. & Galenus.*

Siccant quoq; in ſecundo, Ervum ſeu O-
robus, Milium, Oryza, ſemen Papaveris, Solani,
&c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus ſiccis in tertio.*

Coccum, Granum Tinctorium,
Kermes, (Ital. *Grana Cocco.* Gall. *Le graine de
quoy on fait l' eſcar late.* Hiſp. *La Grana para te-
nir.*) quo infectores utuntur, frutex eſt ſurculo-
ſus, parvus, cui grana ceu lentes adhærent, quæ C
electa congeruntur. Optimum gignitur in Ga-
latia & Armenia: deinde Aſia & Cilicia: ultimũ
ex omnibus Hiſpanicum. * Vis huic ſpiſſandi:
vulneribus, nerviſq; præciſis convenienter ex
aceto tritum illinitur. Naſcitur quoq; in Cilicia
è quercubus, cochlearum exilium ſimilitudine:
quod illius regionis mulieres ore legunt, & coc-
cum vocitant. *Dioſcorides.*

Siccant quoque in tertio, ſemen Anethi,
Apii, Ammi, Aniſi, Cari, Cumini, Coriandri, Ni- D
gellæ, Petroſelini, Milium, &c. de quibus vide
ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus calfacientibus caput, thoracem, cor & ſtomachum.*

Caput excalfaciunt, ſemen Fœniculi, Ma-
joranæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

Thoracem excalfaciunt ſemen Urticæ,
&c. de quo vide ſuprà.

Cor excalfaciunt ſemina Ocymi, &c. de E
quibus vide ſuprà ſuo loco.

Stomachum, vel Ventriculum
excalfaciunt, ſemen Aniſi, Cumini, Ameos, Car-
damomum, Grana Paradiſi, &c. de quibus ſin-
gulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus excalfacientibus jecur.*

Semina Asparagi vulgaris ſunt noti-
tiæ. Naſcũtur paſſim in hortis. Colliguntur æſta-
te, & conſervantur per annũ in loco ſicco. * Uri-
nam ciunt: regium morbum, renum vitia & co- F
xendicum cruciatus perſanant. *Dioſcorides.*

Hepar quoq; excalfaciunt, ſemen Aniſi, A-
meos, Amomi, Apii, Cumini, Cari, Dauci, Fœni-
culi, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus excalfacientibus ſplenem.*

Splenem excalfaciunt, ſemen Aniſi, Cari, Na-
ſturtii, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus calfacientibus renes & veſicam.*

Cicer ſativum (Ger. **Kichern/ Ziſererbs.** Gall.
*Poies cices.* Ital. *Cece.* Hiſp. *Caruanco.*) vulgo no-
tum eſt. Colligitur in fine æſtatis, vel principio
autumni: ſiccatur, & conſervatur per annum.
* Alvo idoneum eſt, urinam ciet, inflationẽ pa-
rit, colorem commendat, menſes ac partus ex-
pellit: lac auget: Venerem excitat: calculos in
renibus frangit dato cum roremarino hydropi-
cis, aut regio morbo laborantibus, eorum de-
cocto. cum ervo decoctum, illinitur ad inflam-
mationes teſtium, verrucoſas informicationes:
ad ſcabiem, ulcera capitis manantia, impetigi-
neſque: item contra carcinomata, & ulcera quæ
cacoëthe vocantur, cum melle & hordeo pro-
deſt. Alterum genus nigrum, cæteris minus,
quod Arietinum vocant, idem quod album vel
rubeum præſtat. *Dioſcorides & Galenus.*

Seminis Saxifragæ albę plãta menſe
Majo provenit, ſaxoſis, arenoſis, aſperis, ſitien-
tibuſq; locis, foliis humi procumbentibus, exi-
guis, rotundis, in ambitu ſerratis, vulgaris terre-
ſtris hederæ modo: pinguioribus tamẽ, & mol-
lioribus. Caulem profert tenuem junci modo,
hirſutum, cubitalem: in cujus cacumine flores
prodeunt albi, candidis violis non abſimiles, qui
menſe Junio abſq; ſemine decidunt. Radix huic
exilis, granulis quibuſdam cohærens, coriandri
magnitudine, quæ partim albicant, partim verò
ruſeſcunt, & pro ſemine ſeruntur, amaro guſtu.
* Tuſa & devorata urinam cient, renum & veſi-
cæ calculos pellunt. *Matthiolus.*

Renes & Vesicam quoq; excalfaciunt,
ſemen Erucæ, Urticæ, &c. de quibus vide ſuprà
ſuo loco.

### *De ſeminibus excalfacientibus uterum.*

Rutæ ſemẽ vulgaris eſt notitiæ. Colligitur
menſe Julio, vel Autumno. * Potũ contra inte-
ſtina vitia efficax eſt. In antidota commodè ad-
ditur. contra incontinentiam urinæ toſtum ſe-
men ſeptenis diebus potui datur. Eſt & aliud ru-
tæ genus, Harmel ſeu Harmala dictum, & Dio-
ſcoridi deſcriptum in ruta Galatica. Quibuſdam
dictamnum album vulgare creditur: nõ conve-
nit tamen illi ſemen ſubruſum & triangulare.
Hanc ob cauſam ejus loco, dictamno albo vul-
gari, aut ſemine rutæ ſylveſtris uti licebit, donec
præſtantius aliud reperiatur. Matureſcit ſemen
Harmalæ autumno: * quod cũ melle, vino, cro-
co, & fœniculi ſucco, ac gallinaceo felle, teritur
contra retuſam oculorum aciem. In collibus &
læto ſolo provenit. *Dioſcorides, & Florentini.*

### *De ſeminibus calfacientibus artus.*

Artus calefaciunt, ſemen Naſturtii, Rutæ,
Sinapi, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus refrigerantibus caput.*

Lactucæ ſemen notum eſt. Colligitur
menſe Julio vel Auguſto: ſiccatur, mundatur, &
ſervatur per annum in loco ſicco. Epotum, aſſi-
duas libidinum imaginationes in ſomno com-
peſcit & Veneri refragatur. *Dioſcorides.*

Caput quoq; refrigerãt, ſemẽ Hyoſcyami,
Papaveris albi, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De ſe-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0156-1
DFG

### *De ſeminibus refrigerantibus thoracem, cor & ſtomachum.*

THORACEM refrigerant, ſemen Papaveris albi, Violarum purpurearum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

CITRI ſemen vulgaris eſt notitiæ. refrigerat & ſiccat ordine tertio. * Contra venena plurimum valet: ſcorpionum ictibus & potum, & appoſitum mirifice medetur. *Galenus.*

B COR quoq; refrigerant, ſemen Acetoſæ, Coriandrum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

STOMACHUM refrigerat Coriandrum præparatum ſecundum Avicennam, &c. de quo vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus refrigerantibus hepar.*

CUCURBITAE ſemen notũ eſt. Colligitur circa principiũ hyemis. Cucurbita in vite ſua ad hyemem uſque ſervata, deinde inſolata, aut in C calido hypocauſto poſita, donec penitus fuerit ſiccata, ſervatur per annum in loco ſicco. Frigidum & humidum in ſecundo: * ſanguinis & bilis fervorem, febriumq; extinguit. *Galenus.*

CUCUMERIS & CITRULLI ſemen colligitur mẽſe Julio, vel Autumno: ſiccatur, & cõſervatur per annum. Refrigerat & humectat ordine ſecundo: * alvo & ſtomacho utile: urinam movet modicè: cum lacte, aut paſſo veſicæ exulcerationibus ſubvenit: bilem & ſitim extinguit. *Dioſcorides & Galenus.*

D MELONIS ſemen menſe Julio vel Auguſto colligitur: mundatur, ſiccatur & ſervatur per annum in loco ſicco. Refrigerat & humectat exceſſu ſecũdo: * ſitim & febrium calorem extinguit: urinam cit: abſtergit: veſicæ ac renum exulcerationibus ſubvenit. *Dioſcorides & Galenus.*

PORTULACÆ ſemen Julio menſe & autumni principio colligitur: ſiccatur, & conſervatur per annum. Frigidum in tertio * Fluxiones repellit, & maxime bilioſas & calidas, &c. *Galenus.* E

SCARIOLÆ ſemen Julio menſe colligitur: ſiccatur, & conſervatur per annum. Refrigerat atq; exiccat exceſſu ſecundo: * hepatis calorem extinguit, bilemque, &c. *Galenus.*

HEPAR quoque refrigerant, ſemen Endiviæ, Lactucæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus refrigerantibus ſplenem.*

SPLENEM refrigerant, ſemen Citrulli, Cucurbitæ, Cucumeris, Endiviæ, Lactucæ, Melonũ, F Portulacæ, Scariolæ, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus refrigerantibus renes & veſicam.*

RENES & VESICAM refrigerãt, ſemen Cucurbitæ, Citrulli, Cucumeris, Melonum, Endiviæ, Lactucæ, Portulacæ, Scariolæ, &c. de quib. vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus refrigerantibus artus.*

ARTUS refrigerãt, ſemẽ Citrulli, Cucurbitæ, Cucumeris, Melonũ, Endiviæ, Lactucæ, Portula- A cæ, Scariolæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus aſtringentibus.*

ANTHERA ſemẽ roſarum eſt. Colligitur autumno: ſiccatur & ſervatur per annum. Aſtringit: * vomitiones alvique fluores cohibet.

BERBERORUM ſemẽ colligitur autumno, vel hyemis principio: ſiccatur, & conſervatur per annum, ad uſum. * Sitim reſtinguit, bilioſas peſtilentesq; exhalationes ſupprimit. Datur cœliacis, B dyſentericis: & ubi bilis à jecore in ventriculum regurgitans, cholericos excitaverit affectus. *Matthiolus.*

BURSAE paſtoris ſemen colligitur menſe Majo, vel Junio: ſiccatur, & conſervatur per annum. Refrigerat, exiccat, & aſtringit: * cruentas excreationes ſiſtit: vulnera glutinat: menſium abundantiam ſiſtit: contra omnes ſanguinis fluxiones efficax eſt, &c. *Matthiolus.*

NUCLEI ACINORUM aſtringẽdi vim obC tinent: * ſtomacho utiles ſunt. Inſpergitur farina toſtorum, polentæ modo, dyſentericis, & cœliacis, & ſolutis ſtomacho. *Dioſcor.*

ASTRINGUNT quoq; Granum tinctoriũ, ſeu Coccum, Milium, ſemen Portulacæ, &c. de quibus ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus diſcutientibus.*

DISCUTIUNT ſemen Anethi, Dauci, Fœnĩ græci, Lini, Nigellæ, Seſami, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

D

### *De ſeminibus abſtergentibus.*

ABSTERGUNT Faba, Ervum ſeu Orobus, Hordeum, Lupini, ſemen Urticæ, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus emollientibus.*

EMOLLIUNT Fœnũ græcũ, ſemẽ Lini, Malvæ, Nigellæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus indurantibus.*

INDURANT ſemina Portulacæ, &c. de quiE bus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus ſuppurantibus.*

LOLIUM, Ger. Ratten/oder Kornnegers. Gall. *Yuraye, ou Gaſſe* appellatur: in arvis è tritico & hordeo corruptis uligine ſeminibus naſcitur. * Molitum nomas, putreſcentia ulcera gangrænasque compeſcit, cum raphanis & ſale illitum: & ex aceto & ſulphure vivo feros lichenas & lepras ſanat: ſtrumas quoq; diſcutit, cum fimo F columbino & lini ſemine decoctũ in vino. Decoctum ex aqua mulſa, utiliſſime iſchiadicis illinitur: ſi cum polenta, thure, myrrha, aut croco ſuffiatur, conceptionem adjuvat. *Dioſcor.*

SUPPURANT quoq; Fœnumgræcum, Hordeum, Lini ſemen, &c. de quibus ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus glutinantibus.*

GLUTINANT Ervum ſeu Orobus, Lolium, Lupinus: de quo vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus flatus diſcutientibus.*

SANTI, SANTONICI, ſeu ZEDOARIÆ ſemen, Germ. Wurmſaamen/ è Sinarum regione



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0157-7
DFG

ultra extremas Indiæ oras adfertur. Excalefacit: *flatus diſcutit, alvi tineas necat, &c. *Matthiolus.*

Flatus quoque diſcutiunt, ſemen Anethi, Aniſi, Apii, Cari, Cumini, Dauci, Fœniculi, Nigellæ, Petroſelini, Seſeleos, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus generantibus ſemen.*

Fraxini ſemen, ſeu lingua avis, *jecinoris & lateris doloribus in vino ſumptum medetur: aquam, quæ ſubit cutem, extrahit: corpus obeſum onere levat, & ipſum ſenſim ad maciem reducit: Venerem ſtimulat. *Plinius.*

Semen quoq; generant, Cicer, Faba, ſemen Erucæ, Lini, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus menſtrua provocantibus.*

Ligustici ſemen naſcitur in altiſſimis aſperisque montibus, & hortis: colligitur menſe Julio: ſiccatur, & conſervatur per annũ in loco ſicco. *Excalfacit, cõcoquit, flatus diſcutit, menſes movet, &c. *Dioſcorides.*

Menstrua quoq; provocant, Amomi, ſemen Aſparagi, Aniſi, Ammi, Dauci, Apii, Fœniculi, Petroſelini, Seſeleos, Cicer, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus menſes ſiſtentibus.*

Paeoniae ſemẽ vulgaris eſt notitię. Naſcitur in hortis, & montibus altiſſimis. Colligitur menſe Auguſto: ſiccatur & ſervatur per annum. Auxiliãtur grana nigra ſuppreſſionibus nocturnis, vulvę ſtrangulationibus, & matricis doloribus, quindecim numero pota, in aqua mulſa aut vino. Rubra verò grana menſes ſiſtũt, decem vel duodecim pota in vino auſtero, & nigro: ſtomachicis & eroſionib. ea eſſe prodeſt: à pueris pota, initia calculorum eximunt. *Dioſcorides.*

Menses quoq; ſiſtunt, Anthera, Cuminum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus calculum frangentibus.*

Semen Lappæ minoris in pilulis & globulis inventum, & in leviſſimũ pulverem redactum, cum pauco vino albo, eoq. generoſo exhibitum, renes ab arenulis efficaciſſimè repurgabit: ſed aliquanto celeriùs, ſi cum aqua vitæ hauriatur. Ab experto accepit *Mizaldus*

Calculum in renibus frangunt. Miliũ Solis, ſemen Malvæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus venenis reſiſtentibus.*

Rapæ ſemen vulgaris eſt notitię: colligitur æſtate, ſervatur per annum. * Antidotis & theriacis, præſertim quæ ſenſum doloris auferunt, (anodyna vocant) idoneum eſt: potum contra venena ſalutare eſt: Venerem concitat. *Dioſcor.*

Venenis quoq; reſiſtunt, Ammi, ſemen Aniſi, Apii, Citrei mali, Fœniculi, Cardamomum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus mitigantibus dolorem.*

Panicum, Ger. Fench/oder Pfenich/Heidelkorn. Ital. *Panico.* Gall. *du Panis, ſemblable à millet.* Hiſp. *El panizo.* milio ſpecie ſimile, facultate exiccatoria. * Siſtit nonnihil ventris fluxus: aſtringit minùs quàm milium. *Galenus.*

Dolorem quoq; mitigant, emen Anethi, Amomi, Cumini, Cardamomi, Dauci, Ervum, Fœnumgræcum, Hyoſcyami, Lini, Petroſelini, Milium, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus diſcutientibus ſtrumas.*

Strumas diſcutiunt, ſemẽ Althæę, Coriandrum, Hordeum Lentes, Lupini, Lolium, Lithoſpermum, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De ſeminibus venenoſis.*

Coriandrum ob odorem latére non poteſt. * Epotum autẽ vocem exaſperat: inſaniam adfert, à temulentiis nõ abhorrentem, qui ſumpſerunt, pudenda dictu blaterant, totiusq; corporis odore venenum fatentur. Quibus poſt vomitionem irino oleo concitatam, uti retulimus, merum & per ſeſe, & ex abſinthio potum auxiliatur: item oleum: nec ſecus ova in eodem exinanita, ſi liquefacta in muria ſorbeantur: & epota muria, & jus ſalſum ex gallina & anſere: paſſum quoque cum lixivio ſumptum. *Dioſcorides.*

Psyllion epotum,* corpori toto frigus, & torporem cum exolutione & mœrore quodam adfert, ita ut animum deſpondeant. Cui omnia, quæ exhauſto coriandro auxiliantur. *Dioſcor.*

### *De ſeminibus purgantibus bilem.*

Psyllion, Ger. Pſilienkraut. Gall. *Herbe à Puces.* foliis eſt coronopo non diſſimilibus, hirſutis, longioribus. Sarmentoſa fœni modo in totũ herbula, ramis dodrantalibus: coma à medio caule exoritur, duobus tribúsve convolutis in cacumine capitulis: in his ſemine duro, nigro, pulicum ſimili: cujus eſt uſus in medicina. Eligitur abſolutum, amplũ, tam grave, aut aqua mergatur. Naſcitur in arvis & incultis. Colligitur Autumno ſemen. Servatur ab uno anno uſq; ad duos. Doſis verò à drachma una uſque ad tres. * Aqua frigida maceratum purgat choleram: febribus billoſis eſt ſalubre, & inflammationibus thoracis. Thoracem quoq; lenit, ſitim extinguit. Cum aceto autem agitatũ, phlegmonas, eryſipelata, herpetas, & cæteros tumores calidos extinguit, & horum dolorem ſedat, præſertim cataplaſmate impoſitum. Sic & cephalalgiam calidam mitigat. Frixum verò & conquaſſatum, fluorem biliosum, dyſentericum, à medicamento acri, ut ſcammonio, excitatum, ſedat cum oleo roſaceo ſumptum, vel injectum. Et pſyllio ſic macerato cum aqua fontana frigida, & quaſſato, mucoſa potio, præcipuè cum oleo violato, aut ſyrupo violato, alvũ ſubducit. Non ſumendum autem, quibus viſcera ſunt imbecilla, neq; etiam tritum. *Dioſcorides & Meſues.*

THYMB-

Thymelææ ſeminis, ſeu grani Gnidii planta, virgas edit pulchras, multas, tenues, binûm cubitorum: foliis chamelææ, anguſtioribus & pinguioribus, viſcoſis gummoſiſq;, ſi mordeantur: flore candido: fructu myrti in modũ rotundo, qui inter initia viret, & tandem rubeſcit: in volucrum fructus durum, foris nigrum, intùs album. Naſcitur in montanis aſperis, & incultis calidiorum regionum locis. Quovis anni tempore viret, ſed fructus Autumno perficitur. Conſervatur per annos duos. Doſis à granis quatuor uſq; ad viginti. Datur robuſtis ac fortioribus hominibus: imbecillioribus nequaquam. * Hoc per inferna, bilem, pituitam, aquasque detrahit: verùm fauces adurit. Itaq; cum farina, aut polenta, aut in uvæ acino dari debet, aut melle cocto obductum devorari. *Dioſcorides.*

Thlaſpi herbula eſt anguſtis foliis, digitali longitudine, in terram verſis, ſubpinguibus: binûm dodrantum cauliculo, tenui, nõ ſine adnaſcentibus ramis: fructu circa ipſum totum ab extremo in latius ſe pandente: ſemine naſturtii, incluſo vaſis in cacumine diviſis, lenticulæ effigie, niſi quòd infringitur: unde nomen accepit. Flos albicat. Naſcitur in ſemitis, & ſepibus, foſſiſque. Semẽ aſperi guſtus, excalfaciens.* Bilem utramque extrahit, potum acetabuli menſura: prodeſt iſchiadicis infuſum: ſanguinem potu educit, internas ſuppurationes rumpit: menſes ciet, ſed partus enecat. *Dioſcorides.*

*Thlaſpi* ſemen eſt in uſu: *cujus tempore Galeni ex Creta quædam ſpecies, formæ rotundæ,* colore inter rubeſcentem & flavum medio, minor, quàm eſt milium, afferebatur. Quod tamen paſſim etiam creſcebat, & arbitror eſſe illud ipſum, quod hodie ab omnibus Pharmacopœis accipitur, quoniam omnes ejusmodi notas haber. Sed Galenus multò magis laudat illud, quod colore nigricante ex Cappadocia habebatur, & ita rotundum erat, ſicut prius: præcipuè quod in monte Tauro naſcebatur: non parum diſſimile à Cretico, quod ubique proveniebat, & ex aliis Cappadociæ partibus quoque afferebatur. Sed iſtud ex Tauro erat grandius, & ex uno latere habebat neſcio quid cõpreſſi, unde etiam nomẽ Thlaſpi obtinuit: & ejusmodi Thlaſpi (qui diligentiã adhibent) in regno Neapolitano quoque haberi poteſt: & ego ex monte Polino Calabrię, atq; etiam ex mõtibus in eo latere, quod Amaſi vocatur, accepi, cum omnibus notis, quas illi Galenus attribuit, quod initio mihi à Luca Ghino feliciſſimæ memoriæ, dum Bononiæ eſſet, fuit transmiſſum. Sapore eſt amaro, & acerrimo, & cùm terræ mandatur, facilè provenit: quanquam non ita ſit validum, quemadmodum quod ſua ſponte in montibus naſcitur.

*De ſeminibus purgantibus pituitam.*

Carthami, ſeu Cnici ſemen, Ger. Wild-ſaffran ſaamen/ eligitur amplum, plenum, medulla pingui, album, anguloſum, leve. Naſcitur in A hortis. Colligitur ęſtate. Conſervatur autem per annos tres. Doſis eſt à drachmis quatuor ad aureos quinque. Corrigitur ejus malitia aniſo, galanga, macere & cardamomo. * Pituitam per ventrem & vomitum purgat, & aquas. Ob id morbis inde natis, ut colico affectui, & ſimilibus confert. Thoracem quoq; & pulmonem expurgat. Stomacho noxium. Unde ejus noxa, ut ſuprà, corrigenda. *Meſues.*

Geniſta arbor eſt montana, è cujus caudice quàm plurimæ funduntur virgæ, rectæ, flexiles, fractu contumaces, quibus vites & alia ligantur. Flores edit flavos, lunari figura: è quibus ſiliquæ prodeunt, ervi magnitudine: & ſemina in eis lenti ſimilia, intervallis diſtincta. Doſis ſeminis à drachmis duabus ad quatuor. Corrigitur aniſo, ſemine fœniculi & dauci. Epotum ſemen pituitam utrinque valentiſſimè purgat, & ab articulis quoq; humores trahit. Renũ excrementa pellit, urinam ciet efficaciſſimè, & calculos diſrumpit tam in renibus, quàm in veſica: neque in his materias figi, & in calculum dureſcere ſinit. *Meſues.*

Lathyris, ſeminis planta, quam aliqui tithymalum appellant, vulgus Cataputiam minorem. Germ. Springkörner / Treibkörner. Ital. *Catapunza.* Gall. *Eſpurge.* Hiſp. *Tartago.* caulem emittit cubiti altitudine, & digitali craſſitudine, inanem. Gignuntur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læviora: quæ autem in ſummis ramulis exierũt, minora cõſpiciuntur, ariſtolochiæ aut oblongę hederæ figura. In cacumine fructum ſummis ſurculis gerit, triplici loculamento inſignem, rotundum, ceu capparin, in quo grana intercurſantibus membranis inter ſe diſtincta continentur, ervis majora, rotunda, quæ dum corticibus exuuntur, candida ſunt, & guſtu dulcia. Nullus radicis uſus. * Totus frutex lacteo ſucco turget, uti tithymalus. Grana ſex, aut ſeptem in catapotio, aut cum ficis aut palmulis devorata, alvum purgant: ſed aqua frigida poſtea ſorbenda. trahunt autem bilem, pituitam, & aquas. *Dioſcor.*

Ricini ſeminis arbor, vulgo Palma Chriſti, item Cataputia major, Germ. Wunderbaum. Gall *Palme de Chriſt.* Ital. *Ciraſole.* Hiſp. *Figuerta de l' inferno* dicitur: provenit parvæ ficus altitudine, folio platani majore, læviore, & nigriore, ramis caudicibusque cavis, in arundinis morem: ſemine in uvis aſperis, quod corticibus exutum, ricinum animal repræſentat. ex quo oleum nomine Ricinum exprimitur, cibis fœdum, lucernis emplaſtriſque utile. * Grana triginta numero purgata, trita potu pituitam, bilem, aquamque per alvum extrahunt, vomitionesque movent. ſed injucunda admodum eſt, & moleſta purgatio: ſiquidem ſtomachum vehementer ſubvertit. Tuſa, & impoſita, vitia cutis, varosque expurgat. *Dioſcorides.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0159-1
DFG

## *De Radicibus, Sectio XII.*

- **Radices** aut
  - Alterant *qualitate*
    - Manifeſta
      - Conſervando: *qualitate vel*
        - *Prima, atque vel ſecundam*
          - Quantitatem:
            - Calidæ *in*
              - Primo — Althææ, Acanthi, Betæ, Bugloſſæ, Glycyrrhizæ, *&c.*
              - Secundo — Apii, Capparorum, Peucedani, Pimpinellæ, Rapæ, Scillæ, Zedoariæ, Rhodiæ, *&c.*
              - Tertio — Acori, Aſari, Ari, Dictamni, Doronici, Fœniculi, Galangæ, Helenii, Petroſelini, Raphani, *&c.*
              - Quarto — Allium, Cepa, Coſti, Porri, Pyrethri, *&c.*
            - Frigidæ *in*
              - Primo — Malvæ, *&c.*
              - Secundo — Cichorii, *&c.*
              - Tertio — Mandragoræ, *&c.*
            - Humidę *in*
              - Primo — Bugloſſæ, Cichorii, Glycyrrhizæ, Malvæ, Rapæ, Satyrium, *&c.*
              - Secundo.
            - Siccæ *in*
              - Primo — Althææ, Ari, Bryoniæ, Fœniculi, Oenanthæ, Rubiæ *tinctorum*, Tamaricis, *&c.*
              - Secundo — Capparorum, Cichorii, Raphani.
              - Tertio — Acori, Apii, Aſari, Carnabadii *ſeu* Doronici, Petroſelini, Radix *cava*, Pentaphylli, Trifolii, *&c.*
          - Locum, *&c. Vide literam* A.
        - Secunda, *&c. Vide literam* B.
      - Corrumpendo *Venena, ut* — Mandragora, Fungi, Ephemerum, Veratrum *album.*
    - Occulta: *ut* — Bryoniæ, Pæoniæ.
  - Purgant, *&c. Vide literam* D.

A. Secun-

- A. Secundum *Locum*:
  - Calefaciunt: *vel*
    - Caput
      - Fœniculi,
      - Pæoniæ, *&c.*
    - Thoracem
      - Ariſtolochiæ, Enulæ,
      - Bedeguar, Glycyrrhizæ,
      - Ireos, *&c.*
    - Cor
      - Ben *album*, Ben *rubrum*,
      - Bugloſſæ,
      - Zedoariæ.
    - Stomachum
      - Fœniculi, Calami *aromatici*,
      - Caryophyllatæ,
      - Galanga, Raphanus,
      - Zingiber, *&c.*
    - Hepar
      - Apii, Aſparagi,
      - Curcumæ, Fœniculi,
      - Petroſelini,
      - Rhaponticum,
      - Ruſci, *&c.*
    - Splenem
      - Acori, Apii,
      - Aſparagi,
      - Ariſto lochiæ *rotunda*,
      - Fœniculi, Capparorum,
      - Fraxini, Gentianæ,
      - Petroſelini, *&c.*
    - Renes
      - Pentaphylli, Apii,
      - Petroſelini, Fragariæ,
      - Saxifragæ, *&c.*
    - Uterum — Rubiæ *tinctorum*, *&c.*
    - Juncturas
      - Coſti,
      - Zingiber, *&c.*
  - Refrigerant
    - Ventriculum — Sonchi, *&c.*
    - Hepar *& ſplenem* — Cichorii, *&c.*

B.
Radices *alterantes qualitate ſecunda, aut*

- Adſtringunt
  - Cyperi, Biſtortæ,
  - Gentianæ, Pentaphylli,
  - Rhapontici, Bolbocaſtani, *&c.*
- Diſcutiunt
  - Ariſtolochiæ,
  - Aſphodeli, Bryoniæ,
  - Capparorum, *&c.*
- Abſtergunt
  - Ariſtolochiæ, Ari,
  - Aſparagi, Aſphodeli,
  - Bulbi, Chelidoniæ, *&c.*
- Aperiunt
  - Allium, Cepa,
  - Curcuma,
  - Rhaponticum, *&c.*
- Extenuant — Iridis *Illyricæ, &c.*
- Adurunt
  - Allium,
  - Pyrethrum, *&c.*
- Emolliunt — Althææ, Malvæ, *&c.*
- Suppurant
  - Althææ,
  - Bryoniæ,
  - Liliorum *alborum, &c.*
- Glutinant
  - Ariſtolochiæ, Dracunculi,
  - Gentianæ, Sigilli *Salomonis,*
  - Symphyti, *&c.*
- Flatus *diſcutiunt*
  - Apii, Acori, Allii, Coſti,
  - Carnabadii, Dauci,
  - Enulæ, Eryngii,
  - Fœniculi, Galangæ, Petroſelini,
  - Peucedani, Zedoariæ,
  - Zurumbeth,
  - Spica Celtica,
  - Spica nardi, *&c.*
- Semen *generant*
  - Acori, Bulbi,
  - Eryngii, Galangæ,
  - Satyrii, Secacul, *&c.*
- Menſes *movent*
  - Aſari, Ari,
  - Acori, Ariſtolochiæ,
  - Aſphodeli, Allii, Bryoniæ,
  - Centaurii *majoris,*
  - Cyperi, Coſti,
  - Capparorum, Calami *aromatici,*
  - Dauci, Dictamni, Eryngii,
  - Filipendulæ,
  - Fœniculi, Graminis,
  - Helenii, *Lilii,*
  - Oſtrutii *ſeu* Mei,
  - Petroſelini, Pæoniæ,
  - Raphani, Rubiæ,
  - Ruſci, Valerianæ,
  - Fraxinellæ, *&c.*
- Menſes *ſiſtunt,* Sudorem *provocant, &c. Vide literam* C.

C. Menſes

- C.
  - Menſes *ſiſtunt*
    - Symphyti,
    - Tormentillæ, *&c.*
  - Sudorem *provocant*
    - Cinæ,
    - Sarſæ pariliæ, *&c.*
  - Venenis *reſiſtunt*
    - Angelicæ,
    - Apii,
    - Allii,
    - Ariſtolochiæ *longæ*,
    - Bryoniæ,
    - Cyperi,
    - Carnabadii *ſeu* Doronici,
    - Coſti,
    - Fœniculi,
    - Gentianæ,
    - Carlinæ, *&c.*
  - Ambuſtis *medentur*
    - Aſphodeli, Bulbi,
    - Hyacinthi,
    - Liliorum *alborum*, *&c.*
  - Dolorem *mitigant*
    - Acori, Dauci,
    - Eryngii,
    - Ireos,
    - Mandragoræ,
    - Ononis, *&c.*
  - Strumas *diſcutiunt*
    - Capparorum,
    - Ireos,
    - Plantaginis, *&c.*

---

- D. Purgant
  - Bilem
    - Flavam
      - Rhabarbarum,
      - Rhaponticum,
      - Filicis, *&c.*
    - Atram
      - Helleborus *niger*,
      - Polypodium, *&c.*
  - Pituitam
    - Agaricum, Cucumeris *ſylveſtris*,
    - Eſulæ
      - Majoris,
      - Minoris,
    - Ebuli, Hermodactylus,
    - Sambuci,
    - Turpetum,
    - Rad [illegible] *&c.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0163-0

### *De radicibus calidis in primo.*

ALTHÆÆ radix, Germ. Eybiſchwurtz/ vulgaris eſt notitiæ. Naſcitur partim in hortis. Colligitur autumno: ſiccatur in umbra, ſervaturq; in arca lignea per annũ.* Magis quàm herbæ ipſius folia diſcutit, extenuat, mitigat: difficiles affectus concoquit. Decoctum ad tormina inteſtinorum, ventris profluvium, & ſanguinis ejectionem convenit. *Galenus.*

ACANTHI, ſeu BRANCÆ URSINÆ radicis planta, Ger. Bärentlaw/ folia habet multò lactucaceis latiora & lõgiora, erucæ diviſura, nigricantia, pinguia, lævia: caulẽ binûm cubitorũ, digitali craſſitudine, lævem, prope verticem ex intervallis circundatum foliolis, ceu nucamenta quædam oblonga referentibus, ſpinoſis, è quibus flos prodit albus: ſemen oblongum, luteum: caput thyrſi ſpecie, radicibus nititur longis, mucoſis, rubris, & glutinoſis. Naſcitur in hortis, petroſis, & riguis. Colligitur Auguſto, vel Septembri: mundatur, ſiccatur ad Solem, conſervaturq; per annum unum vel duos. * Radix uſtis igni, & luxatis artubus illita ſubvenit: pota urinam cit, ſed alvum cohibet: ruptis, convulſis, tabem ſentientibus mirè prodeſt. *Dioſcorides.*

BETÆ radix, Ger. Mangoldwurtz / nota eſt: * cujus decoctum, & foliorum furfures, lendesq; deterget: perniones motu mitigat. Radix abſtergit, digerit. *Dioſcorides.*

BUGLOSSÆ radix naſcitur in campeſtribus: colligitur Autumno. * Vino impoſita, animi voluptates auget. *Dioſcorides.*

GLYCYRRHIZA, ſeu radix dulcis, Germ. Süßholtz. Ital. *Regolitia.* Gall. *Regoliſſe.* Hiſpan. *Regaliza.* fruticoſa eſt, ramis binûm cubitorum altitudine aſſurgentibus: foliis lentiſci, denſis, pinguibus, tactuque gummoſis: flore hyacinthi: fructu pilularũ, platani magnitudinis aſperiore, qui ſiliquas lentium modo habet rufas & parvas: radicibus longis, ut gentianæ, coloris buxei, ſubacerbis & dulcibus: quæ denſatur in ſuccum, lycii exemplo. Naſcitur plurima in Cappadocia, Ponto & Apuleja. Viſitur etiamnum in viridariis pluribus locis, in Italia, Gallia & Germania. Colligitur menſe Auguſto, vel Autumno: ſiccatur ad Solem, ſervaturq; per annos duos. * Arteriæ ſcabritiam lenit: æſtuanti ſtomacho, thoraci, ac jecinori convenit: veſicæ ſcabiem & renum dolores ſanat: ſitim extinguit. *Dioſcorides.*

*Glycyrrhizæ* ſuccum, ſi quis dubitaret, an eſſet adulteratus, qui aliò affertur, ipſemet parare poſſet, acceptis radicibus quæ creſcunt in Apuliæ aridis locis in magna copia. Extrahitur autem hac ratione: primùm radices tunduntur, deinde aliquot dierum ſpacio aqua macerantur, & coquuntur, poſt coctionem eximuntur, & liquor ille rurſum tandiu coquitur, donec inſtar mellis craſſeſcat.

### *De radicibus calidis in ſecundo.*

APII ſativi, ſeu vulgaris petroſelini radix, Germ. Peterſilnwurtz/ nulli nõ cognita: colligitur

A menſe Auguſto, vel Autumno: mundatur, ſiccatur in umbra, & conſervatur per annum. Recens ſuavis eſt, & ſtomacho grata: * urinas menſtruaque movet: flatus diſcutit, &c. *Galenus.*

CAPPARUM radix naſcitur in Alexandria, Ægypto & Apulia. Pręſtantiſſimę Alexandrinæ. Colliguntur menſe Septembri, ſiccantur in umbra, & ſervantur in arcis ligneis per annum. * Abſtergit, expurgat, incidit, diſcutitque tum B amaritudine, tum acrimonia: acerbitate verò contrahit, ſtringit, & denſat, quapropter lienes induratos, & pota, & extrinſecus juvat: menſtrua provocat, pituitam per os educit: maligna ulcera ſanat: dentium dolores mitigat: tumores digerit: & vitiligines diſcutit: auriumque vermes enecat. *Galenus.*

PEUCEDANUM, (Germ. Harſtrang / Sawfenchel. Gall. *Peucedame, ou queue de porceau*) caulem emittit tenuem, gracilentum, fœniculo ſi- C milem: comam habet ſtatim ab terra copioſam, ſpiſſamq;: flore luteo: radice nigra, craſſa, gravi odore, ſuccoſa. Eligitur recens, quæ cariem non ſenſerit, firma, odoris plena. Gignitur in montibus opacis. Colligitur radix menſe Septembri, ſiccatur in umbra, & ſervatur per annos duos, vel tres. * Digerit, extenuat, abſumitq; lienem, præſertim induratum, ex aceto, aut oxymelite pota: perforatorum dentium dolores ſanat, cavitati impoſita: foris ſquamas celerrimè D ab oſſibus detrahit: & arida illita ulceribus contumacibus medetur. *Dioſcorides & Galenus.*

PIMPINELLÆ, (Germ. Bibernellen. Gall. *Pimpernelle, ou Pimprenelle.*) duo habentur genera. Major radice nititur longa: foliis circumquaque ſolo procumbentibus, diſſectis, per ambitumq; ſerratis: caule quadrangulari: floribus in umbellam cohærentibus, tenuibus, albicantibusq;. Minor caule exit rubenti: foliis minoribus minus diſſectis, minutiusq; ſerratis. Utraque E tamen hircum redolet. Naſcitur in campeſtribus & ſylvis. Colligitur menſe Auguſto: ſiccatur, & conſervatur per annum. * Radix, in qua vis tota eſt, excalfacit, ſiccatque ordine ſecundo completo, aut ſanè tertio incipiente. Præſtat hæc ad renum & veſicæ morbos, quorum calculus eſt cauſa. Ob id enim renes à calculis expedit, & urinam remoratam pellit. *Matthiolus.*

RAPUM (Germ. Ein Rüb. Gall. *Rabe, raue.* Ital. *Raua, Rapa.* Hiſp. *El nabo redondo.*) vulgò no- F tiſſimum eſt. * Decocta radix alit, inflammationem parit, humentem ac fluxam carnem creat, Venerem ſtimulat. Decocto podagræ, perniones que foventur: contritoque rapo, atque impoſito juvantur. Si excavatæ radici roſaceum ceratum adigatur, & ferventi cinere eliqueſcat, exulceratis pernionibus proficiet. *Dioſcor.*

SCILLA (Germ. Meerzwybel. Gall. *Scipoule, ou Charpentaire.* Ital. *Squilla.* Hiſp. *La Cebolla albarana,*) vulgaris eſt notitiæ: ſit bonæ habitudinis, (non tamen adeò magna & enormis) bene habita & nutrita, alba, recens ex terra ſumpta, cum folia ejus & caulis exactè aruerint, ſeu quando

triticum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0164-5

triticum metũt, quia tunc potiſſimùm viget. Alba eſt maſculus, eaque utilior, quàm fœmina, nigra. Scillæ albæ ſegmenta, ſeu taleolæ cultello ligneo ſeparatæ, lino trajectæ, modicis intervallis, ne ſe mutuò contingant, in umbra ſiccantur diebus ſexaginta, ut ex his fiat acetum ſcilliticũ. *Scilla vim acrem atq; ferventem habet: calida in ſecundo. Incidit: urinam movet: ſtomachicis, hydropicis, ſuſpirioſis, torminibus, & regio morbo ſubvenit. *Dioſcor. & Medici Colonienſes.*

ZEDOARIA, Ger. Zitwen/ faciem zingiberis repræſentat: odoratior tamen, amaruſcula, neq; adeò ut zingiber acris. Convehitur è Sinarum regione, ultra extremas Indiæ oras. * Excalfacit & ſiccat ordine ſecundo. Flatus diſcutit, & pinguedinem auget propria quadam facultate, non quidem elementari. poſt ſumpta, grave virus animæ, quod allium, cepa, vel vinum excitavit, abigit: venenoſorũ animalium morſibus opitulatur: alvi fluxiones ſiſtit, uteri abſceſſus reſolvit, vomitiones reprimit, & coli cruciatus tollit, itemq; ventriculi. Alvi tineas quaſcunque enecat, & in antidotis additur. *Matthiolus ex Serapione.*

RHODIÆ radici cauliculi ſunt dodrantales, aut altiores paulò, rotundi, nonnihil concavi, foliis circumveſtiti plurimis, oblongis, latis, acuminatis, virentibus, carnoſis, glabris, per ambitum ſerratis. Craſſulæ herbæ aliquatenus ſimilibus, attamen minoribus, in cacuminibus umbellæ parvæ apparent, in quibus floſculi exigui è luteo pallentes, tandemque rubeſcentes: radix craſſa, inæqualis & tuberoſa, quæ recens candida & ſuccoſa trita roſarum odorem ſatis refert. In Apennino & Gargano Italiæ montibus, nec nõ in Germaniæ alpibus ſponte gignitur: &, ut Dioſcorides, in Macedonia quoque. In Belgiæ hortis colitur, ubi æſtate viret, & aliquando floret: hyeme latet, ſola radice vivaci, frigoriſque patiente. Græci *Rodian bizan* nuncupant. Germ. Roſenwurtz. Hiſp. *Rayz Rodia.* haudquaquam à Rhodo inſula, ſed à roſis nomen accepit, quarum odorem attrita ſpirat. Cæterùm utilis hæc herba eſt, auctore Dioſcoride, capitis doloribus, ſi madefacta fronti, & temporibus cum modico roſaceo imponatur. Galeno tenuium eam partium digerentiſque facultatis, & in calefaciendo ſecundi ordinis cenſendam eſſe, aut tertii incipientis: at nobis refrigerans & roſis uti odore, ita & temperatura affinis videtur, & adverſus capitis ex calida cauſa dolores efficacem eſſe poſſe. *Dodonæus.*

### *De radicibus excalfacientibus in tertio.*

ACORUS folia fert iridis, radices nõ diſſimiles, ſummo ceſpite ſparſas, complicatas, geniculis interceptas, in obliquum actas, albicantes, guſtu acres, &, ut Galenus ait, modicè amaras & odoratas. Optima eſt denſa, candida, carie non exeſa, plena, odorata: cujuſmodi eſt Choleidica & Galatica. Cæterùm omnes has ferè notas A habet ea radix, quæ hodiè vocatur Calamus aromaticus. Hanc ob cauſam hæc ſemper pro acoro ſumenda eſt, vel aſari radix. * Acori radici vis excalfactoria. Decoctũ potu urinam cit. prodeſt lateris doloribus, & jecinoris atq; thoracis: item torminibus, vulſis, ruptis, lienem abſumit: urinæ ſtillicidio, & ſerpentũ ictibus auxiliatur: inſidentibus ad muliebres affectus, iridis modo, utiliter imponitur. oculorũ caligines ſucco diſcutit. Antidotis radix magno uſu commiſcetur. B *Dioſcorides & Medici Florent.*

ASARUM, Germ. Haſelwurtz. Ital. *Aſaro.* Gall. *Cabaret.* Hiſ. *Aſarabaccara* dicitur: hederæ foliis, minoribus multò, rotundioribuſque: floribus cytino hyoſcyami ſimilibus, purpureis, inter folia proximè radicem emicantibus, odoratis: in quibus ſemen acinoſum. Cauliculos habet anguloſos, aſperos & molles: radices numeroſas, geniculatas, tenues, obliquas, gramini nõ diſſimiles, longè tamen graciliores, odoratas, ex- C calfacientes, & quæ linguam vehementer mordent. Umbroſis montibus provenit. Auguſto menſe colligitur, vel Autumno: ſiccatur in umbra, & ſervatur per annum in arcis ligneis. * Ad ſolutionem ventris, doſis infuſionis eſt ab aureis duob. ad quatuor: pulveris verò à drachma una uſque ad aureos duos. Excalfactoriam vim habet: urinam cit: hydropicis & vetuſto coxendicum dolori prodeſt. Radices ſenis drachmis ex aqua mulſa potæ, menſes trahunt: & veratri D albi modo purgant. In unguenta additur. *Dioſcorides & Meſues.*

ARON apud Syros Lupha vocatur: nonnulli Serpentariam minorem vocant: Germ. Pfaffenpint/ & Teutſchē Ingber. Ital. *Gigneo.* Hiſpan. *Yaro.* Belg. Calfsvoet. Gall. *Pied de Veau.* folia emittit dracunculi, ſed longiora, & paucioribus diſtincta maculis: caulem ſubpurpureum, dodrantalem, piſtilli ſpecie, à quo croceum ſemen exit: radice dracunculi alba. Naſcitur in campeſtribus, ſylvis, E juxta urbium foſſas, ſub ſepibus, locis ubiq; umbroſis. Erumpunt mox poſt hyemem folia: piſtillus verò è vaginula Junio exit, foliis marceſcentibus: quibus corruptis, uvæ Julio & Auguſto maturantur. Colligitur menſe Auguſto: ſiccatur, & ſervatur per annum. Terrena eſſentia conſtat, ſed calida: * proinde extergendi vim poſſidet, verùm nõ valentem, ſicut dracontium. Radices comeſæ craſſitiem humorum mediocriter incidũt, adeò ut exereationibus ex pecto- F re idoneæ ſint. Ex fimo bubulo podagris illinitur. *Dioſcorides, Galenus & Dodonæus.*

DICTAMNUM, herba eſt in ſola Creta naſcens, pulegio ſimilis, ſed majoribus foliis, cana lanugine pubeſcentibus. Florem nullum aut ſemen profert, inquit Dioſc. Theophraſtus verò, cæteriq; auctores & caulem illi tribuunt, & florem & ſemen: ut manifeſtè videre licet in dictamno, quod hodie ex Creta affertur: cui quidem conveniunt reliquæ Dioſcoridis notæ, ſed florem & ſemen profert. Alia eſt planta dictamnũ album vulgò vocata, aliàs fraxinella, planè

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0165-1

à Dictamno Cretenſi diverſa: quæ quamvis valde efficax ſit, dictamno Cretenſi ſubſtitui tamẽ non poteſt: hoc enim veteres intelligunt, cùm abſolutè dictamnum ſcribunt. * Calfacit: partus accelerat. Omnia pręſtat, quæ ſativum pulegium, quod ejus loco ſubſtituendum eſt. *Medici Florentini ex Dioſcoride & Matthiolo.*

DORONICUS radices Ornithogali repræſentat. Affertur ex Alexãdria Ægypti.* Ad cordis affectus commendatur: cõtra venena & deleteria medicamenta. Dilutum, colatum, pectoris & laterum humores expurgat, tuſſi confert. Doronicus Actuario Carnabadium dicitur. Ejus loco Galanga, vel caryophylli ſubſtituendi ſunt. *Matthiolus.*

FŒNICULI radix vulgaris notitiæ eſt. Naſcitur paſſim in hortis. Colligitur Auguſto menſe vel Autumno. Lavantur, ſinduntur, & à medulla intrinſeca mundantur, deinde in umbra ſiccantur. Conſervanturque per annum in arcis ligneis. * Menſtrua & urinas provocat: arquatis auxiliatur.

GALANGA eſt radix nodulis ſcatens, intùs & foris rubra, per internodia contorta, odorata, & acerrimi ſaporis, odore & figura quadam cyperi: unde quibusdam Cyperus Babylonicus putatur. Eligenda gravis, rubra, ſapore acerrimo linguam vellicans. Adulteratur Cyperi vulgaris radicibus repurgatis, & in aceto cum pipere maceratis: ſed abraſo cortice fucus deprehenditur: nam pars interior neque galangæ acrimoniam, neque ſaporem habet. Calefacit & ſiccat ordine tertio. * Proinde ventriculum roborat, & ejus dolores tollit: ſi tamen à frigore vel flatu proveniant. Naribus admota frigefacto cerebro utilis eſt: ore retenta anhelitũ cõmendat. Facit & ad cordis palpitationem, ſi è plantaginis ſucco bibatur: cœliacos ſanat, & coli dolores mulcet, qui à flatu oriuntur. Prodeſt flatuoſis uteri affectibus: Venerem roborat: renes refrigeratos calefacit: & frigidis morbis omnibus præſtat. *Medici Florentini ex Matthiolo.*

HELENIUM, officinis Enula, Germ. Alantwurtz/ folia habet verbaſci anguſtioris folii aſperiora, oblonga: caulem quibusdam in locis non emittit: radicem ſubalbidã, interdum ſubrufam, odoratam, ſubacrem, vegetam, magnam: ex qua agnatæ propagines liliorum aut ari modo ſerũtur. Montanis, umbroſis, & non omninò ſiccis locis provenit. Frequens non modò apud Belgas, verùm & alibi, ut in Italia, Gallia, Germania, &c. Flores Junio ac Julio vigent. Radices Autumno, & non rarò Aprili, & Majo menſibus leguntur, particulatimq; diſſectæ ſiccantur, & conſervantur ab anno uno uſque ad tres, in loco ſicco. * Potum radicis decoctum menſes & urinas ciet. Ipſâque in eclegmate ex melle prodeſt tuſſi, orthopnœæ, ruptis, convulſis, inflationibus & ſerpentum morſibus. In ſumma excalfaciens eſt. Helenii radix & ſtomacho utilis eſt in paſſo condita. Trita potaq; ad cruentas excreationes efficax eſt. *Dioſcorides.*

PETROSELINI, ſeu APII HORTENSIS radix nota eſt, cùm paſſim ubiq; in hortis proveniat. * Urinam & menſes provocat: ſtomacho non ingrata.

RAPHANUS (Germ. Rettich. Gall. *Raue, ou Refort.*) nemini non cognitus.* Excalfacit, flatus gignit, ori ſuavis eſt: ſed ſtomacho adverſatur, ructus ciet, urinam pellit, alvo aptior: ſummo tamẽ cibo ſumi debet, quò magis ejus diſtributionem adjuvet: cùm autem pręſumitur, cibum ſuſpẽdit. quare vomituris commodiſſimè datur ante cibum: ſenſuũ aciem excitat. Decocta contra veterẽ tuſſim, & pituitæ craſſitiem in pectore, efficax eſt. Cortex ex aceto mulſo celeriùs vomitiones movet: hydropicis cõmodiſſime illinitur: lienoſis utilis: ſugillata cũ melle rapit, & nomas amolitur: cõtra viperarum ictus auxiliatur: alopecias ad pilum reducit: lentigines cum loliacea farina emendat: his qui fungis ſtrangulantur, tam cibo quàm potu ſalutaris eſt. Sylveſtris Raphani, quem Romani armoraciã nominant, folia ſativo ſimilia, ſed magis lampſanam imitantur: radix gracilis, tenera, ſubacris. Tam folium, quàm radix in olera recipitur: ſed hæc excalfacit, urinam concitat, æſtuoſa eſt. *Dioſcor.*

### *De radicibus calidis in quarto.*

ALLIUM (German. Knoblauch. Ital. *Aglio.* Gall. *Ail.* Hiſp. *Alo* dicitur) quoddam ſativum atq; hortenſe habetur. quod in Ægypto, ſingulari, ut porrũ, capite conſtat, dulce, in purpureũ vergens, parvum: reliqua verò magna & candida, ex pluribus coagmentantur nucleis, quos aglithas, id eſt, ſpicas Græci nominant. Aliud eſt ſylveſtre, quod ophioſcorodon, id eſt, anguinum vocant.* Vis allii acris eſt: excalfacit, mordet, excernit, alvũ turbat, inflationes facit, ſtomachum exiccat, ſitim gignit, flatum permovet, ſummã corporis cutem exulcerat, aciem oculorum eſu hebetat. Eoſdem effectus præbet anguinum, quod & elaphoſcorodon dicitur: latas ventris tineas in cibo ſumptum abigit: urinas detrahit: contra viperarum ictus, & privatim hæmorrhoi prodeſt, ita ut non aliud magis, ſi cum vino jugiter aſſumatur, aut tritum in eodẽ ebibatur: cõtra rabioſorum morſum & illitu, & cibo valet. Magnę & allio utilitates contra aquarum mutationes: vocẽ clarificat: veterem tuſſim crudam, coctúmve lenit: potum autem cum origani decocto, pediculos & lendes enecat: cremati cinis illitus ſugillationibus cum melle & alopeciis, cum nardino unguine, medetur: eruptiones papularum cũ oleo & ſale ſanat: vitiligines, lichenas, lentigines, ulcera capitis manantia, lepras & furfures, cum melle eximit: cum thure & teda decoctum, dẽtium dolorem levat, ſi in ore contineatur: contra venenatos muris aranei morſus, cum ficulneis frondibus & cumino illinitur. Fervefactæ comæ jus, fœminarum deſeſſionibus additum, menſes & ſecundos partus extrahit. Allium ejuſdem gratia ſuffitur. Factum ex eo, & nigra oliva intritum, quod myttoton vocant;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0166-7 DFG

cant, eſu cit urinam, ora venarum patefacit, hydropicis utile. *Dioſcorides.*

CEPA, Germ. Zwibeln. Gall. *Oignon.* Ital. *Cipolla.* Hiſp. *Cebolla* nominatur: longè acrior eſt quàm rotunda, item flava quàm cãdida, & ſicca quàm viridis, & cruda quàm cocta, aut ſale condita. * Omnes tamen mordent, flatus gignunt, appetentiã invitant, ſitim movent & extenuant, faſtidium pariunt & expurgant: alvo utiles ſunt. Eæ detractis purgamentis in oleum conjectæ, hæmorrhoidas, reliquosq; excretionum exitus reſerant, ſubditæ pro balanis. Succus cum melle illitus, oculorum hebetudinibus, argemis, nubeculis & incipientibus ſuffuſionibus auxiliatur: anginæ eodem perunguntur, ſuppreſſos menſes pellit: caput purgat, naribus infuſus: canis morſibus cum aceto, ruta & melle illinitur: cum aceto autem perunctas in Sole vitiligines ſanat: & cum pari ſpodio, ſcabras lippitudines ſedat: varos cũ ſale reprimit: contra calceamentorũ attritus, cũ gallinaceo adipe utilis eſt, citrę alvo prodeſt: in auribus ſonitum ac gravitatem emẽdat: ad purulẽtas aures, & eliciendã earundẽ aquam, valet: alopecię earum ſucco perfricãtur, qui celeriùs quàm alcyonium pilos evocat. Largiore cibo cepa capitis dolores ciet, coctaq; vehemẽtiùs urinam pellit: eos lethargicos efficit, qui valetudinibus adverſis, ea etiam cocta, plus æquo veſcantur. Elixa & cum paſſis uvis & fico illita, tubercula concoquit & celerrimè rumpit. *Dioſc.*

COSTUS (Ital. *Coſto.* Hiſp. *El Coſto, eſpecia oloroſa*) Dioſcoridi radix eſt candida, levis, eximia odoris ſuavitate, qualem *Arabicũ* eſſe dicit: hic præcellit. Secundum locum ſibi vendicat Indicus, craſſus, levis, ut ferula niger. Tertius eſt Syriacus, gravis, colore buxeus, & odore nares feriens. Optimus eſt recens, albus abundè plenus, denſus, aridus, à teredinibus nõ eroſus, ſine graveolentia, guſtu acuto, ac linguam vellicans, & (ut ait Galenus) aliquantulũ amaro. Omnes ferè optimi coſti notæ in angelicæ radice, quæ ſatis nota eſt, reperiuntur. Hinc fit, ut nõnulli putent eam pro vero coſto ſubſtitui poſſe. Ut verum fateamur, præſtat eam coſti loco uſurpare, quàm coſtum vulgare officinarum, quod à jam *dictis* notis alieniſſimũ eſt. * *Vis ei excalfactoria,* urinam ciet, menſes pellit: vitiis quæ vulvam malè habent, tam impoſitu, quàm fotu & ſuffitu auxiliatur. Contra viperarum morſus ſextantẽ bibere prodeſt: itẽ adverſus pectoris dolores, convulſa inflationesq; ex vino & abſinthio: Venerem ex mulſo ſtimulat, latas ventris tineas ex aqua pellit: horroribus ex oleo ante febrium acceſſiones, & nervorum reſolutionibus oblinitur: vitia cutis in facie, cum aqua vel melle illitus, emendat. Additur in antidota & malagmata. Sunt qui admiſtis helenii Comageni præduris radicibus adulterent. Quod deprehenſu facile eſt, ſiquidem neq; guſtu fervet helenium, neque validum odorem vibrat, ut caput tentare poſſit. *Medici Florentini ex Dioſcor. & Matthiolo.*

*Coſtus*, quo vulgò in officinis utuntur, falſus A eſt, cujus loco ante aliquot annos Bononienſes & Patavini Zedoariam officinarum acceperunt: quæ olim quoq; non pro zedoaria, quia oblonga eſt, habebatur. nam zedoaria ſecũdum Serapionem erat rotũda, ſimilis Ariſtolochię. Sed quantum ego ſciam, nondum experientia cognitum eſt, an exterioribus membris appoſita exulceret carnes, quod Coſtus, ut Galen. tradit, ſolet facere. Inde enim graduũ conformatio cõſtitui poſſet. Veruntamen cùm in vulgari zedoaria appa- B reat ſatis magna acrimonia, & notabilis amaritudo, videtur ſatis propè accedere ad qualitatem Coſti: & credibile eſt apud me, quòd applicata exteriùs exulcerare etiam poſſet carnes. Cumq; ſit ſimiliter radix ut Coſtus & pariter odorata, ſubſtitutio hæc nõ caret ratione. Sed hęc dubitatio ſola relinquitur, quòd poſtea cognitum eſt, longam zedoariam eſſe veram. Quanquã enim longa eſt radix, appendices tamen illius rotũdæ ſunt, quemadmodum apparuit in quibusdã fru- C ſtis, in quibus adhuc ſimul colligatæ erãt, partim longæ, partim rotundæ, cùm rotunda zedoaria, quæ paulò ante hæc tempora afferri cœpta eſt, pro vera haberetur, ut diverſam ſpeciẽ à vulgari longa minimè eſſe certum ſit. At dubium eſt, quod Serapion dicat, zedoariam eſſe calidam & ſiccam in ſecundo ordine: ſed Coſtus cùm exulceret carnem, erit potius in numero eorum, quę excedunt gradũ tertium. quare dici poſſet, quòd de vera hoc intelligatur, & nõ de uſitata, quæ tã- D quam diverſa ſoleret ſubſtitui, quemadmodum aliqui dicebant: quanquam nos indicavimus eſſe unam eandemq; rem. Sed hic etiam reſpõderi poſſet, regulam illam, quod ea quæ exulcerant carnem, ſint calida in quarto gradu, nõ eſſe ſemper veram, cùm ſæpe illa qualitas calida ſit aliis partibus, quæ ſaporem dulcem & aromaticum in ſe continent, cõtemperata, ſicuti poſſem pluribus, ſi locus hic eſſet, demõſtrare. Sed cùm verus Coſtus haberi queat, non opus eſt diſputare E de ſuccedaneo: hunc ego primũ vidi apud Ferdinandum Imperatum: omnibus illis ſignis præditum, quæ Galenus & Dioſcor. illi attribuunt, & pręſertim Arabico, quem Ferdinandus ajebat ſe nactum eſſe opera amicorum Patavinorum. Quòd ſi aliquis diligentiam adhibeat, Venetiis, quo ſub nomine Coſti affertur, habere poterit: cujus etiam ante paucos menſes excellens Melchior Guilandinus ſpecimen miſit.

PORRUM capitatum, Ger. Lauch. Gall. *Pau-* F *reau.* * inflammationem parit, noxium ſuccum creat, tumultuoſum ſomnium parit, urinã ciet, alvo accõmodatur, extenuat, oculorum aciem hebetat, menſes pellit: ſed lædit exulceratã veſicam, renesq;: cum ptiſana verò coctũ, eſu pectoris vitia extrahit. Coma ejus in aqua maris & aceto cocta, in deſeſſionib. ad præcluſiones vulvę, & duritias, utilis habetur. Porrũ bis aqua mutata coctum, tum frigida maceratum, dulceſcit, & multò minùs inflat. Semen acrius eſt, & quandã adſtrictoriam vim habet. quare ſuccus cum aceto, addito thure, aut manna, ſanguinis profluvia



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0167-2

ſiſtit, maximè ſi naribus erumpat. Venerem ſtimulat. contra omnia thoracis vitia, tabemque, pro delinctu efficax eſt, arteriam eſu purgat: ſed ſi aſſiduè eſtur, viſus obſcuritatem inducit: ſtomacho adverſatur. Succus ex melle potus, aut illitus, cōtra beſtiarum morſus auxilio eſt. Ipſum quoq; cum aceto aut thuris polline, lacte, aut roſaceo, utiliter aurium doloribus & ſonitui inſtillatur. Varos tollunt folia illita cum rhoë, qua ad obſonia utuntur: epinyctidi medentur, cruſtas ex ſale illita rumpunt. Veteres ſanguinis rejectiones cohibent, ſeminis drachmę binæ, cum æquali baccarum myrti pondere potæ. *Dioſcor.*

Pyrethrum officinis omnib. notum (prȩſertim radix) Romani ſalivarem vocant: Germ. Bertram/ à nonnullis Geifferwurtz. Ital. *Pyrethro.* Hiſp. *Pelitre,* aut *Piletre.* Gall. *Pied d'Angleterre* dicitur. Folia caulemque emittit, ut daucū ſylveſtre & fœniculum: umbellamq; anethi, circinatæ rotunditatis. Radix longa eſt, pollicis craſſitudine, guſtu fervidiſſimo. Naſcitur in Orientalibus regionibus, ex quibus Venetias advehitur. * Pituitam elicit: ideo in dolore dentium, decocta in aceto, colluto inde ore, auxiliatur: manſa pituitam extrahit. Sudores ciet, peruncto ex oleo corpore: diuturnis horroribus efficax. contra perfrictiones membrorum, reſolutionesque eximie conducit. *Dioſcorides.*

### *De radicibus frigidis in primo.*

Malvae radix, Germ. Pappelnwurtz/ vulgò nota eſt. *Hujus decoctū vulvas inſeſſione mollit: prodeſt eroſionibus veſicæ & inteſtinorum, vulvæ ſediq; clyſtere infuſum. Cōtra omnia venena jus decoctę cū radice ſua auxiliatur, ſi continuò à bibentib. revomatur, contra phalangiorum morſus remedio eſt. Digerentis pauluſum, & leviter emollientis facultatis eſt. *Dioſcorides.*

### *De radicibus frigidis in ſecundo.*

Cichorii radix, Germ. Wegwartenwurtz/ vulgaris eſt notitiæ, quòd noſtratibus mēſis frequentiſſimè in acetariis apponatur. * Reſrigerat, ſiccatq; ordine ſecundo, & moderatè aſtringit. quapropter hepar roborat: venarum hepatis oſcula extergit, obſtructionesq; aperit. *Galenus.*

### *De radicibus frigidis in tertio.*

Mandragoram (Ger. Alraun, Gall. *Mādragore.* Ital. *Mandragora.* Hiſp. *Mandragola.*) aliqui antimelum, alii circeam vocāt, quoniam videatur radix ad amatoria conducere. Duo ejus genera: niger, quæ fœmina exiſtimatur, thridacias appellatus, anguſtioribus foliis, ac minoribus, quàm lactucæ, viroſis ac graveolentibus, in terra ſparſis, mala gerit ſorbis ſimilia, pallida, odorata, in quibus ſemen veluti pyrorum, radicibus inhæret bene magnis, binis, ternisve, inter ſe cōvolutis, nigris foris, intùs albis, craſſo cortice veſtitis, caulem non fert. Alter candidus, qui mas dicitur, nōnullis morion, colore in croceum inclinante, jucundè cum gravitate quadam olentia, quorum pomorum cibo aliquantum opiliones ſoporantur: *radix alterius ſimilis,* major & candidior, orbata & hęc caule. Naſcitur in montibus & viridariis. Colligitur menſe Auguſto, vel autumno. Delibratur radix, & trajectus lino cortex, ad uſum ſuſpenditur. * Ex hoc vinum paratur, iisq; exhiberi ſolet, quibus membrum aliquod præcidere aut urere cogitant. in ſomnum namq; altiſſimum ægros deducit. *Dioſcor.*

### *De radicibus humidis in primo.*

Satyrii nomē apud Arabes omnibus orchios generibus commune eſt, eaq; diſtinguunt in teſticulos canis, & teſticulos vulpis: per vulpinos intelligentes, quæ propriè à Græcis ſatyria, Ger. Stendelwurtz. Gall. *du Satyrium,* vocantur, radice bulboſa, mali magnitudine, foris fulva, intùs candida. Naſcitur in montoſis & apricis locis. Junio menſe potiſſimùm apparet. Hodie teſticuli canini pro vulpinis, Dioſcoridisq; ſatyrio ſunt in uſu: nam vero ſatyrio carere videmur, aut ſi habeamus, nondum tamen dignoſci poſſunt inter tam multas teſticulorum differentias, cùm omnes, ſi cum deſcriptione cōferantur, teſticuli canis videātur: eis pro vero ſatyrio uti nos poſſe arbitramur. Hodie noti ſunt. * Radix ſuperior, quæ major & plenior eſt, Venerē ſtimulare; inferior verò, quæ mollior ac rugoſior eſt, inhibere creditur. *Medici Florentini.*

Humectant quoq; in primo ordine, radix Bugloſſę, Cichorii, Glycyrrhizæ, Malvę, Rapæ, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus ſiccis in primo.*

Bryoniæ duæ ſunt: (præter ſylveſtrē nōnullis dictam Bryoniam) una alba: altera nigra cognominatur. Alba Bryonia multa, longa, & tenuia ſarmenta promit. claviculos ſive capreolos habet inſtar vitis: folia ejus lata ſunt, quinquangularia, & ad ſimilitudinem vitium diviſa, ſed aſperiora, hirſutiora, candidioraque: flores exigui, candidi, racemoſi. fructus in uvis parvis, quarum acini initio virent, maturi rubent: radix prægrandis eſt, longa, & craſſa, altè deſcendens, ex albido ſubluteì coloris, guſtu perquàm amaro, & ingrato. Sepimenta, dumos, frutices ſcandit, & ſuperat, non tamē aliorum modo circumplicando ſe, ſed claviculis ſuis vicina omnia apprehendendo, iisque ſe diverſimodè innectendo ac implicando. Similis huic Bryonia eſt nigra, tenuibus ſiquidem & viticuloſis cauliculis, foliis, capreoli floribus, uvarum acinorumque figura, radicis mole, & quantitate priorem refert. Sed acini per maturitatem nigricant. radix quoque foris ſubnigra, interiùs buxeo pallet colore. Arbuſtorum hæc ſepium dumorumque ramulos faſtigiaque capreolis ſuis quoque tantùm comprehendit, in omnes partes latè ſeſe veluti prior explicans. Alba Bryonia multis in Belgio locis reperitur, & paſſim in Italia, ſecus vias ac agrorum margines: ſimiliter in Suevia ac Rhenana Germaniæ provincia. Nigram gignunt Haſſia, Saxonia, Weſtphalia, Pomerania. Miſnia, ubi candida non provenit, ut Valerius Cordus ſcriptum reliquit. Utriusque flores

Majus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0168-8

Majus, uvas verò Autumnus ſuppeditat. Prior Græcis ἄμπελος λευκὴ, id eſt, Vitis alba, & ἄμπελος quidē dicitur, non modò quód foliis vitē referat, verùm etiam quia fructū in exiguæ uvæ, acinis licèt raris, ſimilitudinem conformatum producat. Dicitur & βρυωνία λευκὴ, ὀφιοστάφυλον, χελιδόνιον, μύλωθρον, ψίλωθρον, ἀρχέζωστις, ἄγρωστις, ἢ κέδροστις: à Plinio etiam Madon: ab Arabibus Alpheſera: à Matthæo Sylvatico Viticella: in Theſauro pauperum Roraſtrum. Apulejus Apiaſtellum, Uvam Taminiam, Agrifolium & Dentariā appellat; Ger. Stickwurtz/Hundskürbs/Hundsrüben/Teufelskirſen: noſtri vulgarē appellationē ſequentes, Bryoniæ: Gall. *Couleuurée.* Ital. *Zucca ſaluatica.* Hiſp. *Nueza blanca,* & *Norca blanca.* Altera Grǽcis ἄμπελος μέλαινα ἢ βρυωνία μέλαινα: Latinis Vitis nigra. Bryonia nigra, à nōnullis χειρώνιος ἄμπελος, βουκράνιον. Galen. propriè βρυωνίαν vocari ait. Idē Plin. affirmat, qui & à nōnullis Chironiā, γυναικάνθην, ac ἀπρωνίαν dici refert. Chironia autē cognominatur à Chirone inventore. Eſt Chironis, inquit Plinius, inventū ampelos, quæ vocatur Chironia. * Facultate autē Bryonia alba omnibus ſuis partib. calida & ſicca eſt, tertiū gradū, præſertim caloris excedēs, cū expurgandi potentiſſima vi, per quam nō modò bilioſos ac pituitoſos, ſed & aquoſos humores educit. Aſparagos, qui prima germinatione prodeunt, ſi decocti edantur, alvum & urinam ciere Dioſcorides ſcribit. Galenus verò ab omnibus pro more per Ver edi ait, eduliumq; eſſe ſtomacho propter adſtrictionem gratum. Quod de vitis ſylveſtris, ſive Tami quidē, ſed nequaquā de hujus germinib. veritatē habet. Nam albæ Bryoniæ aſparagi, ſive prima germina nequaquam aſtringūt, ſed alvum vehemētiùs commovent, ſtomachoq; gravem moleſtiā inferunt. Dioſcorides item radicis ſuccum Vere exprimi, bibiq; cum aqua mulſa, pituitamque ducere, ait. Ducit autē non modò ſuccus, ſed & radicis decoctum, pituitā, bilem flavam, ac ſeroſos aquoſosq; humores, & quidem validiſſimè, unà ventriculum ita ſæpenumerò perturbans, ut & eosdem vomitione reddi procuret. Conferre hujuscemodi vehemens purgatio hydropicis poſſe ſperatur, & quos comitialis morbus, aut capitis diuturnæ & pertinaces vertigines detinent. *Sed tamen epilepticis non quotidie, ut Dioſc. monet, exhibēdæ: ſubinde etenim dediſſe ſatis erit moleſtum. Validum enim, ut diximus, eſt remediū, violenter purgans, & naturæ vim inferens.* Extrahit eadē radix mortuos fœtus, & ſecūdas ſubdita, idemq; in inſeſſibus decocta poteſt. Cutim eadē extergit & erugat: maculas ſolares, varos, lentigines, cicatrices nigras, cum ervo & Chia terra ac fœnogræco depurgat, aut in oleo decocta, uſq; dum colliqueſcat. Tollit ſugillata: digitorum pterygia compeſcit: cum vino impoſita inflammationes diſcutit, ac abſceſſus rumpit: educit & oſſa trita & impoſita: miſcetur & commodè erodentibus medicamentis: auctor Dioſcorides. Fructus ad ſcabiem & lepram facit illi-

A tus, & impoſitus, eodem auctore. Galenus iis qui coria denſant, utilem perhibet. Plin. lactis abundantiam facere ſcribit. Videtur tamē magis lactis generationi adverſari. Nam acris eſt, & eo vellera ac coria, Dioſcoride teſte, depilantur. Nigra Bryonia ſupradictæ, ut Galen. ait, ad omnia ſimilis, niſi quòd imbecillior. *Dodonæus.*

Bryonia ſylveſtris, ſeu Vitis ſylveſtris, lōgos, lignoſos, mediocris craſſitudinis, rimoſi corticis, inſtar ſarmētorum vitis, obſcurè ſubru-
B bentes, viticuloſos promit cauliculos, quib. vicinis quibusvis multis ſe amplexibus circūvolvit, ac crebris intorquet circuitionib. ab imis ad faſtigium ſcandēs: capreolis ſive viticulis caret: folia hederacea, mollia, ſplendentia, Smilacis lævis haud abſimilia: flores candidi, exigui, muſcoſi, odorati, racematim dependent: uvæ parvæ ſunt: acini virent, maturi cocci modo rubent: radix craſſa, longa & magna, ſucco glutinoſo & lento plena, adeò ut friata digitis adhæreat. In ſylvis
C opacis, & ſimilibus locis aſperis, præſertim ubi aquæ ſubſunt, gignitur: reperitur & ſub Corylis prope Argentinam, ut Kyberus prodidit. Martio menſe aſparagi ſive prima erumpunt germina: flores Majo: uvæ circa vindemiæ tempus maturantur. Græci hanc ἄμπελον ἀγρίαν, id eſt, vitē ſylveſtrem dicunt. Differt tamen non parum à Labrūſca ſive vite vinifera ſylveſtri, quæ & ἄμπελος ἀγρία. Præbuit utriusque ὁμωνυμία Plinio occaſionem, ut ſatis de his ſe explicare non po-
D tuerit, *lib. 23. cap. 1.* & utramque inter ſe confuderit. in quo ſunt & Arabes notandi. Dicitur verò & hęc ſylveſtris Bryonia, Latinis Tamus, fructusque ejus Uva Taminia. *Italis Tamaro.* Uva Taminia autem etiam Staphyſagria eſt: ſed hāc falsò ita nuncupatam, Plinius inquit. Germanis eſt Schmärwurtzel. Allobroges Latinam vocem retinent, & Tamum quoque, aut Tanum appellant. Plin. Salicaſtrum etiam vocat: Ruellius Sigillum B. Mariæ in officinis quibusdam
E nominari refert. Nō eſt hoc loco refellenda eorum ſententia, qui Cyclaminum alteram hanc eſſe volunt. Vel ſola enim radicis magnitudo facilè hos redarguit. Cyclamini ſiquidem radix ἄχρηστος, id eſt, nullius uſus ac exigua, huic autem magna & multi uſus. Cum eo magis videretur agendū, qui ἄμπελον ſive βρυωνίαν μέλαιναν eſſe pertinaciùs tuetur: niſi reperta, & ab eo conſpecta legitima Bryonia nigra, ſententiam mutaturum ſperaremus. Sed tamen quid vetat
F & in hujus errorem animadvertere, & Tamum non eſſe Bryoniam docere? Caret capreolis, Tamus fructum nō nigrum, ſed pulchrè rubentem gignit. Bryonia verò nigra capreolos habet inſtar vitis, & acinos profert nigros. Oſtendunt hæc differentiam ſatis evidentem. * *Sunt autem Tami ſive ſylveſtris Bryoniæ radices calidæ & ſiccæ ordine tertio: fructus adſimiles, facultate attamen mitiore.* Utraque abſtergunt, & digerunt. Dioſcorides radices ait aquoſa detrahere, & hydropicis utiles, ſi in vino, quod aquam marinam admixtam habeat, ferveſiat,

& cum aquæ cyathis duobus bibantur: fructus ſive acinos, cùm à Sole, tum & alias cutis maculas expurgare. Abſtergit autem non modò maculas, verùm & ſugillatarum partium livores citiſſime idem digerit ac reſolvit: quod & radices impoſitę poſſunt. Recenter enata germina, muria condiri, atq; inter cibaria recipi, Dioſcorides refert. Inferri menſis & noſtra ętate in Hetruria, Matthiolus ſcribit. Idem quoq; in Hiſpania Betica fieri alii aſſerunt. Dicũtur à porcis hujus radices quæri, erui, ac cum voluptate mandi, neq; minùs eſſe gratæ, quàm Cyclamini orbicularis, quæ inde panis porcini nomen indeptæ ſunt. Si quis autem hanc ob cauſam Cyclaminum alteram eſſe contenderit, hunc & plures alias Cyclaminis annumerare oportebit. Neq; enim hujus tantummodo, ſed & multarum aliarũ ſtirpiũ radices quærunt, eruunt, aviditſimeq; devorant porci, quarum nullę ad Cyclamini genera pertinent. Temerarium idcircò fuerit, Tamum Cyclamini ſpeciem aſſerere, quòd ejus radices porcino generi gratæ ſunt. *Dodonæus.*

OENANTHE folia habet paſtinacæ: florem candidum: caulem craſſum, palmi altitudine: ſemen atriplicis: radicem magnam, in multa rotunda capitula extuberãtem. Naſcitur in petris. Colligitur autumno: ſiccatur ad Solem, & conſervatur per annos duos. * Radix è vino urinæ ſtillicidio convenit.

RUBIA, Græcis Erythrodanũ, officinis Rubia tinctorum: Germ. Rotte. Belgis *Mee*, & ubi comminutæ ſunt radices, *Mee Crappen*. Ital. *Rubbia & Robbia*. Hiſp. *Ruuia, Roya, & Granza*. Gall. *Garance* vocatur. Hujus quidem propriè ſpecies nullæ ſunt. Sed ſi omnes illi foliis ſimiles ad eam referantur, multæ occurrent, ut Aparine, Mollugo, Galliũ, Aſperula, Cruciata, quæ omnes foliis Rubiam referunt, & idcirco ſylveſtres ejus ſpecies videntur. Ramulis autem Rubia exit quadrangularibus, geniculatis, aſperis, craſſioribus, majoribusq;, quàm Aparines: foliis anguſtis, oblongis, aſperis quoque, è ſingulis geniculis quinque ferè, in radiantis ſtellæ modum diſpoſitis. flores in ſummis ramulis parvi dilutè lutei. Semen rotundum, parvum, initio virens, inde rubens, poſtea nigrũ, radices prælongę, tenui medio nervo, cortice verò carnoſiore ac rubente, quo cùm lanæ, tum & alia rubro inficiuntur colore. Seritur Rubia non paucis Italiæ, Hiſpanię & Gallię, plurimis etiam Belgii locis, pingui fœcundoq; ſolo. Dioſcorid. quandam ſuæ ſpontis eſſe tradit: alteram verò in Thebana Galliæ, & Ravenna Italiæ, nec non in Caria inter oleas ſeri. Valerius Cordus Rubiam etiam juxta Germaniæ Spiram ſpontaneam in ſepibus naſci refert, ſativæ per omnia ſimilem, majore tantùm radice. Aeſtate floret ſemenq; facit. Auguſto radices leguntur, quæ reſiccatæ, & attritæ, in uſum & tinctorum, & medicinæ væneunt. Rubiæ autem radices, ut potentiam ac vim haud obſcurè adſtringentem obtinent, ita quoq; natura ac tẽperamento frigidæ ſunt ac ſiccæ. Guſtatæ ſiqui-
A dem acerbum ſaporem referunt, cum exigua tamen quadã dulcedine primò occurrente, quam acerba & aſtringens mox excipit qualitas. Quod non modò à nobis, ſed & ab expertiſſimo ſui ſeculi medico Gulielmo de Saliceto compertum & obſervatũ quoq; eſt: qui Pontici eam eſſe ſaporis ſcriptum reliquit. * Commendatur verò paſſim Rubiæ radicum decoctum, ruptis, cæſis, vulneratis, & ex alto pręcipitatis, ſanguinis fluores reprimere: inflammationes mitigare: offen-
B ſas quaſſatasque partes ad ſanitatem perducere creditur. Miſcẽtur his de cauſis potionibus, quas vulnerarias recẽtiores appellant. In quibus tantam earum vim ac efficaciã & Matthiolus quoque eſſe refert, ut etiam thoracis & inteſtinorũ lethalia vulnera his curari poſſe ſperetur. Accedit noſtrę ſententię expertiſſimus ac clariſſimus olim Lovanii medicus Joannes Spiringus, qui in Rhapſodiis ſuis ſcriptum reliquit, Rubiæ decoctum cum Tryphera magna exhibitũ valere
C adverſus fluxum mẽſtruorum, hæmorrhoidum, & dyſenteriam: idq; evidentibus experimentis compertum, quod Rubiam adſtringentem eſſe confirmat. At Dioſcor. Rubiæ radicem urinam ciere, ac multam craſſamq;, & nonnunquã ſanguinem ducere tradit: & tantam ei aperiendi vim adeſſe, ut appoſita etiam menſes, ſecũdas, & fœtus extrahat. Fefellit autem eum urinæ intenſus rubor, uſum Rubię mox cõſequens, quem è permixto ſanguine eſſe exiſtimavit, qui tamen non
D aliunde eſt, quàm ab ipſo colore Rubiæ. Radix etenim hujus quovis modo aſſumpta, mox urinam rubicundo inficit colore, nec ſecus ac Rhabarbarum eandem tingit luteo: ſubſtantiam interim ejus nõ permutans, nec craſſiorem, quàm antea fuerat, reddens: in iis ſcilicet, qui integra ſanitate fruuntur, quod non aperire eam, ſed aſtringẽtis quoq; facultatis participem eſſe non minus quàm Rhabarbarum, citius commõſtrat. Propter adſtringendi ſiquidem ipſius potẽtiam,
E colorem ſeroſi humores aliquandiu retinent. Adſtringentibus enim permixti colores, diutiùs coloratis inhærent, nec ita citò evaneſcunt. Probè iſtud norant, qui ex florum herbarumq; ſuccis colores colligunt. alumen etenim una cum ipſis permiſcent, quò in longius tempus coloris ſpecies alioqui citò peritura retineri ac conſervari poſſet. Ex his autem ſatis conſtat, extergendi aut aperiendi potentiam Rubiæ nullam eſſe, & Dioſcoridem hujuſcemodi vim ei temerè tribuiſſe: ac poſt eum, Galenum & poſteriores re-
F liquos, in ejus verba juratos. Plin. contra ſerpentes Rubiæ ramos cum foliis imponi ait, & invenire ſe apud quoſdam, (quod vaniſſimum) morbum regium ſanari hoc frutice, etiam ſi adalligatus ſpectetur tantùm. *Dodonæus.*

MYRICAE, ſeu Tamaricis radix vulgo cognita eſt. *Elephantiaſim ex lienis vitio obortã, hujus decoctum, & cum paſſis uvis epotum ſanare tradidit Alcanzius Arabs, id quod ſe vidiſſe ait in duabus mulieribus. *Matthiolus.*

SICCANT quoq; in primo exceſſu, radix Al-
thææ,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0170-8

thææ, Ari, Fœniculi, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus ſiccis in ſecundo.*

SICCANT ordine ſecũdo, radix Capparorũ, Cichorii, Raphani, &c. de quib. ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus ſiccis in tertio.*

RADICES cavæ duæ ſunt: una major, altera minor. Majori folia ſunt Coriandri modo diſſecta, tenuia, dilutè virentia, cæſio videlicet Aquilejæ foliorum colore, quorũ & formam aliquatenus referunt, minora tamen: pediculi teretes, tenues & leves, palmum longi: circa quos ſuperiori parte floſculi ordine digeſti, oblongi, in corniculum deſinentes. Linariæ floribus conformes, dilutè in rubro purpurei, ſubinde albidi. ſemen in valvulis latiuſculis exiguiſque, nigrum, parvum & ſplendens. radix tuberoſa, inferiore parte ſeſſilis, & excavata, pulpa, dum recens, ſublutea, ubi verò exaruit, in virore ſubnigricante, guſtu cum amaritudine quadam auſtera. Minor ſpecies foliis, pediculis, purpuraſcentibus oblongiſque floſculis, ſiliquulis, & ſemine majori ſimilis eſt: humilior tantùm, ac minor. radix hujus non cava, verùm ſolida, globoſa, verticilli ſpecie, colore ſubluteo, ſapore cum amaritudine adſtringente. Exit utraq; circa ſepes, vepres, agrorum & vinearum margines, humilioribus locis ac ſolo pingui lætoque. Unaq; in Germania, minor Belgis frequentior. Primo ſtatim Vere utraque erumpit: florem mox facit, ſemenq; brevi perficit. Menſe Majo ejus præter radices nihil ſupereſt: ita paucis hebdomadis apparet. Ger. Holwurtz. Belgæ Hoolwortele / id eſt, radicem cavam appellant. Officinas perperàm hac pro Ariſtolochia rotunda uſas notius eſt, quàm referri, aut refelli debeat: & ſimiliter eorum manifeſtus error, qui temerè Piſtolochiam judicarunt. Quo autem nomine dici debeat, (ſi modò veteribus cognita fuerit) non parum ambigendum videtur. Sunt qui Leontopetali ſpeciem faciant: alii Eriphion: nonnulli Theſium: plerique Capnon Chelidoniam. Cum Leontopetalo autem tuberoſis radicibus, & quadantenus foliis convenire videtur: ſed cauliculorum alæ plurimæ, floreſq; Anemones in radice cava deſiderata diſcrimen adferunt. Leontopetali etenim caulis ramoſus in alas multas dividitur, flos verò qualis Anemones, ut quidem Dioſcorides, & Plin. referunt. Eriphion autem ſi utique ἀπὸ τοῦ ἦρος, id eſt, à Vere nomen habet, ἠρίφυον, aut citiùs ἠρίφυτον, Veriſq; planta non impropriè hæc radix nuncupari poterit. Veris ſiquidem tempore tantummodò apparet, ac viret. Sed tamen ἐρίφιον ab hœdo dictum eapropter non eſt. Eriphion ſiquidem iſtud longè aliud eſt: ut quidem deſcribitur tum ab Apulejo, tum in libro ad Paternianũ Galeno attributo. Apulejus, Eriphion, ait, naſcitur in Gallia, in monte Soracti: figuram habet apii: florem purpureo ſimilem: naſcitur ſeptem radicibus totidemq; ramulis ipſa autem patula humo omni florens tempore, ſemen ha-

A bet tanquam faba. In libro autem ad Paternianum hæc verba leguntur: Eriphion herba eſt, quæ in ſummis montibus invenitur: folia habet ſimilia Apio, & thyrſulum oblongum, in cujus ſummo floſculum quaſi violaceum, & ſemen in medio: radicem quoque ad magnitudinem, & altitudinem cepæ oblongæ. habet & radices alias, quæ radiculas alias è radicibus emittunt, nigro cortice veſtitas. Ex quibus manifeſtum, radicem hãc nequaquam hujuſmodi Eriphion eſſe.

B De Theſio ſeu θησείῳ, pauca apud veteres extant. Theophraſtus radicem ejus amarã eſſe, & tuſam alvum purgare ait. Plin. lib. 21. cap. 17. radicem quæ Theſium appellatur, bulboſis non diſſimilem, & guſtu aſperam refert. Athenæus Timachidam citans auctorem, Theſium florem tradit, ex quo *Ariadnes* corona compoſita fuit. Convenire hæc ſatis radici cavæ apparent. tuberoſa ſiquidem radix, guſtu non abſque amarore auſtera, quæ ad purgationes facere creditur. Sed

C in tanta veterum brevitate quid affirmandum? Capnos Chelidonia, quæ juxta ſepes enaſcitur, atque hinc φραγμίτης cognominatur, qualis ſit, Aëtius non exponit. ſolum nomen ejus reperitur Tetrab. 2. lib. 3. cap. 110. in collyrio Marciani: & Tetrab. 3. lib. 2. cap. 1. inter calefacientia, & firmitatem jecinori conferentia. Quòd ſi autem Capnos Chelidonia illa eſt, quæ à Plinio *lib. 25. cap. 13.* prima Capnos nominatur, & ad oculorũ caligines commendatur, ſatis manifeſtum, Ca-

D vam radicem non eſſe Capnon Chelidoniam. Prima etenim Plinii Capnos ramoſa eſt, & vicinis ſepimentis ſeſe implicat: cava verò radix ramulis adnatis caret, humiliſq; nullis ſuſtinetur, neque eget adminiculis. *Si* autem alia eſt Aëtii Capnos Chelidonia, quàm Plinii, (quod fortaſſe Chelidoniæ cognominatio innuit) non citra aliquam occaſionem Capnos Chelidonia appellari poteſt. Fumariam etenim foliis, tametſi majoribus, aliquatenus refert: & Vere quidem

E primo, circa videlicet χελιδόνων, id eſt, hirundinũ adventum. Sed tamen idcircò veram & legitimã Capnon Chelidoniã eſſe non conſequitur. Sunt ſiquidem & aliæ eodem tempore prodeuntes, breviq; pòſt pereuntes, quæ tamen Chelidoniæ non appellantur. Cæterùm Cava radix calida & ſicca potentia eſt, magis tamen ſicca quàm calida: utpote tertio reſiccans, ſecundo verò ordine excalfaciens, adſtringit autem, & abſtergit, nonnihilq; digerit. Utilis ad veteres diuturnoſq; tõ-

F ſillarum fauciũmve tumores. valet etiam adverſus hæmorrhoidum cum tumore dolores, cum unguento ex populo nigra, aut alia ſimili facultate permixta. Ferunt & hanc drachmæ unius pondo ſumptam alvum ducere, pituitamque detrahere. *Dodonæus.*

PENTAPHYLLI, ſeu QUINQUEFOLII radix, Germ. Fünffingerkrautwurtz. Gall. *Racine de Cinquefeuille,* eſt ſubrubra, oblonga, veratro nigro craſſior. Naſcitur in riguis & aquariis ductibus. Colligitur Auguſto menſe: ſiccatur in umbra, & ſervatur per annũ. * Jus radicis decoc-

**A** ctæ ad tertias: ſi in ore contineatur, dentium dolores ſedat: putrida oris ulcera collutione ſiſtit: arteriæ ſcabritias gargarizatu lævigat: contra alvi profluvia, & dyſenterias auxiliatur: item articulorum, coxendicumq; cruciatibus potum. Cocta in aceto, & illita, ſerpentia ulcera cohibet: ſtrumas, tumores, duritias, abſceſſus, & collectiones diſcutit: ignes ſacros, reduvias, condylomata, pſoraſq; ſanat. Teneræ radicis ſuccus, contra jecinoris, pulmonumq; morbos prodeſt: itē **B** adverſum venena. illita cum melle & ſale, tam vulneribus, quàm fiſtulis remedio ſunt: enterocelicis auxilium præſtant. *Dioſcorides.*

Trifolii, Oxytriphylli, vel Asphaltii radix longa, tenuis, & valida eſt. Antidotis inſeritur. * Laterum dolores ab obſtructione natos juvat: urinam, menſeſque provocat. *Dioſcor. & Galenus.*

Siccant etiam in ordine tertio, radix a- **C** cori, aſari, apii, doronici, ſeu carnabadii, petroſelini, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus excalfacientibus caput.*

Paeoniae radix. Ger. Peonien wurtz. Gall. *Racine de Penoiſne.* Ital. *Radice di Peonia.* maris digitali craſſitudine, & palmi longitudine, guſtu aſtringens, alba: fœminæ radicibus ceu glandes circiter ſeptem aut octo inhærent, ut in haſtula regia. Naſcitur in altiſſimis montibus, & præruptis. Colligitur menſe Auguſto, ſiccatur & conſervatur per annos duos vel tres. * Fœminis à **D** partu non purgatis ſicca radix datur, ciet menſes amygdalę magnitudine pota. ventris doloribus cum vino pota auxiliatur. valet contra regium morbum, & renum ac veſicæ dolores. decocta in vino alvum ſiſtit. Alligata radix, puerorum epilepſias ſanat. *Dioſcor.*

Caput quoq; excalfaciunt, ſeu pituitam in capite concoquunt, radix Fœniculi, &c. de qua vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus excalfacientib. thoracem.*

**E** Aristolochiae, auctore Dioſcoride, tres ſunt: longa, rotunda, & clematitis. Plin. Piſtolochiam ſpeciem annumeravit quartam. Poſterior ętas quintam, Saracenicam dictam, adinvenit. Longa ariſtolochia multis à radice tenuibus ac viticuloſis germinat cauliculis: circa quos folia hinc inde mollia, odorataq; flores juxta folia oblongi, cavi, una parte longiores, coloris purpurei, odoris gravis: fructus turbinati, ſtriati, **F** exiguis pyris conformes, qui ſemine maturato in quinque utplurimùm partes diſſiliunt, quod triangulum, ac nigricantis eſt coloris. radix ſubeſt dodrātalis, aut brevior, digitalis craſſitudinis, buxei flaveſcentis coloris: odorata, ſed perquàm amara, ac ori ingrata. Rotunda ariſtolochia cauliculis, foliiſq; priorem refert, ſunt tamen paulò rotundiora folia ejus, cujus fructus turbinatur. flos unius (differentia etenim in hoc nonnihil) oblōgior & anguſtior, colore ſubluteus: alterius brevior, & qua reflectitur parte, in purpura ſubnigricans. fructus hujus pyri modo è latiore ſe-

**A** de faſtigiatur: illius in rotūdo oblongus: utriuſque ſtriatus. ſemina qualia longę radices orbiculatæ ac tuberoſæ, guſtu & odore longæ. Clematitis longis, prætenuibus, viticuloſiſq; ſuis cauliculis, ac non raró ramoſis, vicina quævis adminicula cōprehendit, quibus ſe Smilacis modo implicat, ac circumvolvit. folia longiori pediculo hærent, lęvia, lata, acuminata, uti aliarum. flos ſimiliter cavus, oblongus, luteus, aut ex purpura nigricans, fructus haud differentes. tenues autē **B** radices ſunt, & prælongæ, modò per ſumma ſerpentes, mox altiùs demiſſæ, colore præcedentium. Dioſcoridis exemplaria, Clematitem foliis eſſe, habent ἀειζώου μικρῷ ἐοικότα, ſed legēdum eſt, ἀστέρι ἐοικότα μικρῷ. Depravatus eſt de Clematite & Theophraſti locus. nam ubi legitur, τῇ χροιᾷ δὲ μέλαινα: & mox, φύλλον δὲ ἔχει προσεμφερὲς τῇ ἀλσίνῃ; reſtituendū eſt, τῇ χροιᾷ δὲ μήλινα, id eſt, colore melina, & φύλλον δὲ ἔχει προσεμφερὲς τῇ ἑλ- **C** ξίνῃ. Ariſtolochias autē naſci pinguibus & campeſtribus locis, Plinius refert. Hiſpanię agri harū trium feraces ſunt. Longam & rotundam in Italia, ac Narbonenſi Gallia reperire quoq; eſt. Clematitem Petrus Bellonius in Ida Cretæ monte à ſe inventam ſcribit. Carolus Cluſius circa Hiſpalim, plurimiſq; aliis Betice Hiſpanię locis, in dumetis, & veprib. offendiſſe ſeſe hanc refert. Florent Ariſtolochiæ in Belgio quidem Majo, aut Junio: alibi & in calidioribus regionibus prius. Colliguntur autumno: ſiccātur ad Solem, & ſer- **D** vantur per annos duos vel tres. Nuncupatur Ariſtolochia, Græcis ἀριστολοχία, quoniā ἀρίστη ταῖς λοχοῖς, id eſt, optima puerperis ſit. Priorem ἀριστολοχίαν μακρὰν, id eſt, Ariſtolochiam longam, ab ipſius radicis forma, item & δακτυλῖτιν, μηλόκαρπον καὶ πύξινον nuncupant, & Ariſtolochiam quoq; marem. Altera fœmina exiſtimatur, & ἀριστολοχία στρογγύλη, ſive rotunda Ariſtolochia dicitur: à nonnullis etiā χαμαίμηλον, ceu terræ malū. Cyclaminus tamen, & terrę malum appel- **E** latur, ab Ariſtolochiis multùm differens. Tertia Ariſtolochia κληματῖτις, veluti ſarmētitia cognominatur. Reperiuntur porrò & apud Apulejum Ariſtolochiæ & aliæ appellationes: ut ἀγρία ῥίζα, ἴφεστα, πύξινον, δάφνιον, ὄπτις, quæ cui ſpeciei proprię ſint, non ſatis apparet, ac omnibus communes videntur. Facultate autē omnes hæ Ariſtolochię excalfaciunt, reſiccantq;, & ad tertium utriuſq; qualitatis ordinem pertinent, extergendi potentiam unà habentes. Dioſcor. longam ad- **F** verſus ſerpentes, & mortifera, drachmæ pondo cum vino bibi, & utiliter imponi refert: ac cum myrrha pipereq; potum, expellere omnia in uteris à partu relicta, item & menſes, & fœtus: idemq; cum peſſo impoſitā poſſe. Rotunda cùm ad hæc omnia, tum ad alia reliqua venena facit: item ad aſthma, ſingultū, rigorem, ſplenem, rupta, convulſa, laterum dolores, cum aqua pota: aculeos, & ſpicula extrahit: oſſium ſquamas in cataplaſmatis permixta adimit: putredines removet: ulcera ſordida expurgat, & cava cum iride melleque implet: gingivas & dentes purgat.

Clema-

Clematitem Galenus fragrantiorẽ eſſe ait: itaq; ea ad unguenta unguentarios uti, ſed ad ſanationes infirmiorem. Cæterùm Piſtolochiã hanc ſpeciem nuncupari, πολύῤῥιζον verò cognominari, Plin. lib. 25. cap. 8. ſcribit. Eſt, ait, & quę Piſtolochia vocatur quarti generis, tenuior quàm proximè dicta (nempe clematitis) denſis radicũ capillamentis, junci plenioris craſſitudine: hanc quidam Polyrrhizon cognominãt. At facultate, & viribus hæc aliis reliquis haud abſimilis videtur, excalfaciens ſimiliter, & exſiccans, non adeò tamen intenſe. Convulſis, contuſis, ex alto præcipitatis, ex aqua potam utiliſſimam tradi, Plin. auctor eſt. Saracenica deniq; Ariſtolochia tenuibus foliis frondoſiſq; ramulis, reliquis ſimilis eſt, altior tamen, ac procerior, quàm longa aut rotunda. folia ejus majora, quàm Aſari flores, concavi, oblongi, una parte prominẽtes, colore ſubluteì. fructus pyrorum inſtar turbinantur: ſemina in his interſepta, triãgularia, ſordidè nigricantia. radix lõgiuſcula, mediocris ſubinde craſſitudinis, lutea, buxi ligno colore ſimilis, amaritudine nec longa, nec rotunda inferior. Eſt autẽ has interdum exiguas tenueſq; reperiri, ubi videlicet quandoq; & non ita dudum collectæ, & ſublatæ. Ex relictis ſiquidem radicum particulis novellæ plantæ, tenellas initiò ac ſarmentitias radiculas promunt. Multis in Germania, ac Belgio, nec non in Italia, & alibi, locis hujuſmodi Ariſtolochia reperitur, juxta vineas margineſq; agrorum, læto ac reſtibili ſolo, In hortis feliciter quoq; adoleſcit. Quem ſemel occupavit locũ, ægre deſerit. Quantacunq; etenim radiculę pars, licet altè atq; in profundo abdita, germen tamẽ emittit: adeò pertinacis eſt vitæ. Hujus æſtate flores, autumno fructus colligi poſſunt. Vulgò Saracenicam nuncupant: Gall. *Saraſine*. Belgæ *Saraſyncruyt*. Germ. Oſterlucey/ officinæ Ariſtolochiam longam. Atq; pro hac olim ab omnibus habita fuit. tandem Clematitis appellari cœpit. Sed jam legitima Clematite reperta, quo hanc nomine alio quàm quintę Ariſtolochię compellabimus? niſi fortè Clematitem alteram, vel Ariſtolochiam longam majorem eam nuncupari magis placeat. Vi autem & potẽtia hæc Ariſtolochia reliquis etiam ſimilis, inſigniter amara, & calida, longa non inferior: proinde & pro hac in omnibus compoſitionibus ſuccedere, & recipi abſq; ullo errore poteſt. *Dodonæus*.

IRIS (Ger. Blaw gilgen/ Violwurtz. Gall. *Flambe ou glayeul*. Ital. *Iride, giglio azzuro, lilio celeſte*. Hiſp. *Lirio cardeno*.) à cœleſtis arcus ſimilitudine nomẽ accepit. Folia fert gladioli, ſed majora, latiora, & pinguiora. Flores in ſummitate cujuſque caulis, æqualibus inter ſe ſpaciis diſtant, incurvi, varii: ſiquidẽ candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut cęrulei conſpiciuntur: qua diverſũ coloris ſpecie quædã cœleſtis arcus imago repræſentari videtur. Radices ſubjacent geniculatæ, ſolidæ, odoratæ: quæ fruſtatim diſſectæ in umbra ſiccantur, & trajectæ lino reconduntur. Paſſim in hortis provenit. Melior eſt Illyrica & Macedonica: & inter has laudatiſſima, quæ mutila ferè & denſa conſtat radice, frãgenti contumax, ſubrufo colore, guſtu amaro, odore perquã grato & ſincero, ita ut nullum prorſus ſitum redoleat: quæ dum tunditur, ſternutamenta movet. Secundum locum habet Africana, candicãs, guſtu amara. Teredines in vetuſtate ſentiunt: tunc tamẽ odoratiores reddi ſolẽt. Floret Vere, Majo potiſſimum menſe, quo ſanè tẽpore flores colligi debent. Radices autem autumno. *Vis omnibus excalfactoria, extenuans, contra tuſſim efficax: humorum, qui ægrè rejiciuntur, craſſitiẽ digerunt: bilem, craſſamq; pituitã ex hydromelite drachmis ſeptem epotæ, purgant: ſomnum conciliant, lachrymas ciunt, torminibus medentur. Eædem potæ ex aceto auxiliantur ſerpentum ictibus, lienoſis, convulſis, perfrictionibus, horroribus, & quibus genitura effluit: menſes ex vino potæ pellunt. Decoctum earũ fœminarum fotibus utiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandaq; in eis venarum ſpiracula: iſchiadicis infunditur: fiſtulas ac ſinus carne explet. Radices ex melle glandis modo ſubditæ, partus extrahunt: quinetiam coctę & illitæ ſtrumas, vetereſq; duritias emolliunt. Siccæ quoq; ulcera replent, & cum melle purgant: nudata oſſa corpore operiunt: doloribus capitis cum aceto & roſaceo magna utilitate illinuntur. Admotæ cũ albo veratro, & duabus mellis partibus, lentigines & vitia cutis in facie à Sole contracta emaculant. Peſſis, malagmatis, & acopis inſeruntur. Succus hydropicis propinandus, quoniam recenti Illyrica deſtituimur, è noſtrate elicitur, ducitq; abundè aquas. Manſa oris halitum commendat: dentium dolores mulcet, ſi radicis decocto iidem foveantur. Coquit item, abſtergit, digerit, reſolvit, lenit, reſerat, expurgat, & dejicit: vulnerariis medicamentis immixta ſarcotica eſt. Radicis expreſſus ſuccus bilem flavam, pituitam, & aquas cutem ſubeuntes pellit: hæmorrhoidas fotu elicit Radix ipſa contrita, & ex aceto bibita, omnibus adverſatur venenis. Succus naribus infuſus cerebrum à pituita mirificè purgat: ventriculo tamen nocet, cùm per ſe tantùm bibitur. *Dioſcorides, & Matthiolus*.

*Iridem* ex Illyrica accipi vult Andromachus nõ ſine ratione: nam ſi eam conferamus cũ altera, quę in Africa creſcit, reperietur ſecũdùm Galenum 1. lib. de Antid. unam alteri pręſtare, quãtum vivum corpus cadaveri. Quanquam quæ creſcit in aliis quibusdam locis, nõ multùm Illyrica eſt inferior. & ex noſtris Florentina eſt præſtantiſſima: nec in Illyriam eam ob cauſam neceſſe eſt nos mittere, cùm alibi quoq; laudabilis reperiatur. Quòd ſi quis eam diligentiam adhibeat, ut ex Illyria afferẽdam curet, procul dubio multùm proderit: at ſi ex *aliis* regionibus eam accipere neceſſe ſit, operam det, ut haſce notas habeat, nimirum, ut ſit denſa, dura, rubeſcens, brevis, odorifera, guſtu mordax, ſine mucore, & quę inter terendum ſternutationẽ excitet, quod de Iride abſolutè ita dictum intelligendum eſt,

Sciendum quoque, quantum ad colorem, Florentinam eſſe albam, quemadmodum & aliæ, quas hucuſque in Italia vidi, unde non nimis ſolicite colorem rubeſcentem, qualis in ſola Illyrica apparet, nos requirere oportet. Neq; refert, quod Galen. cap. 23. lib. 4. de ſimplic. Medic. quaſi generalem regulam tradat, Omnia, quæ colore fulvo, aut flavo, aut rubro, ſint prædita, eſſe calidiora albis: & exemplum affert de Iride. quoniam Damocrates, ut patet ex eodem Gal. lib. 8. de comp. Medic. ſecundũ loca, cap. 10. ad quoddam Malagma, quod pro epate conficitur, accipit Iridem albam.

Bedeguar, Dioſcoridi Spina Alba, Germ. Weiß diſtel/ oder Stechkraut. Gall. *Chardon noſtre Dame* dicta, ex quarundam ſententia, ea eſt planta ſpinoſa. quæ folia habet longa, anguſta, maculis albis diſtincta, capitula ſpinoſa, & in his flores purpuraſcentes. Naſcitur in montanis. Colligitur radix autumno: ſiccatur & conſervatur per annum. * Pota cœliacis, ſtomachicis, & iis qui cruenta extuſſiunt, efficax eſt. urinã cit, tumoribus illinitur. Decocto ejus dentes in dolore colli prodeſt. *Dioſcorides.*

Thoracem etiam excalfaciunt, ſeu pituitam in thorace coquunt, radix Enulæ, Glycyrrhizæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus excalfacientibus cor.*

Been album ſecundùm quosdam polemonium eſt Dioſcoridis: ea, inquam, planta, quæ radice conſtat cubitali, candida, caule geniculato, betonicæ altili vocatæ non diſſimili, ex quo dependent veſiculæ, ſeu folliculi quidam rotundi & candidi, folia polygono mari ſimilia, majora tamen & longiora, & ex intervallis bina. Notiſſima eſt per Hetruriam. Been rubrũ aliqui Dioſcoridis tripolium eſſe volunt: pro hac oſtendunt plantam quandam in maritimis naſcentem, foliis glaſti, magis virentibus, longioribusque: caule per ſumma diviſo, floſculisq; purpureis onuſto: radice rubra, palmum longa & contorta. Been rubrum cum hac deſcriptione magis quadrat, quàm album cum polemonio: donec tamẽ certius de ea judicium ſtatuatur, radice paſtinacæ ſylveſtris, aut ſatyrii, aut terebinthi ſummitatibus utemur. * Ad cordis affectus conducunt. *Medici Florentini.*

Cor etiam excalfaciunt, radix Buglоſſæ, Zedoaria: de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicib. ſtomachum excalfacientibus.*

Calamus odoratus in India naſcitur. Melior eſt fulvus, denſè geniculatus, & qui aſſulosè frangitur, plena araneorum fiſtula, albicatus, lentus in mandendo, & aſtringens, cum aliquãta acrimonia. Is hodie incognitus eſt: vulgaris autem calamus aromaticus, Acorum fortè eſt, ut ſuprà diximus. De eo nunc plura non dicemus, ſed pro eo Schœnantho utemur. * Calamus aromaticus urinam potu ciet: quare cum graminis aut apii ſemine coctus, in aquæ ſubter cutem fuſæ morbo, renum vitiis, ſtillicidio urinæ, ruptisq; commodè bibitur: menſes & pota, & appoſita pellit: tuſſi ſuffitu medetur per ſe, aut ex reſina terebinthina hauſto per arundinem fumo: ad muliebres inſeſſus decoquitur, & clyſteribus imponitur. Malagmatis & ſuffitionibus odoris gratiã commiſcetur. *Dioſcorides.*

*Calamus* odoratus non affertur: utendũ itaq; ejus ſuccedaneo. Diximus autẽ ſuprà, cùm ageremus de regulis ſuccedaneorum, de quibusdam ſimplicib. quæ nõ ſine errore illius loco aſſumũtur. Nunc vero hoc addendum, in eodẽ libro de ſuccedaneis, qui Galeno attribuitur, loco Agallochi ſumi calamum odoratum: contrariũ itaq; fieri etiã poteſt, ſumendo Agallochum pro Calamo. quæ ſubſtitutio cæteris præferẽda, tanquã melior. Nam Agallochum quoq; calidum & ſiccum eſt in ſecundo gradu, ut ex Serapione colligitur, & pariter aſtringens, amarũ & odoratum, quemadmodum etiã Calamus: prætereà utplurimũ eſt lignoſum, quare omnes partes ſimiles ſunt: & tametſi neſcio quid acrimoniæ in ſe Calamus contineat, quod in Agallocho non deprehenditur, nihilo tamen minus, cũ propterea gradus nõ mutentur, & tantùm hoc augeat ſubtilitatem partium, inq; aliis omnibus proprietas ſit eadẽ, hoc nõ multum curandum eſt, donec aliud ſimplex ſeſe offerat, quod hac in parte illi adhuc magis ſimile ſit: nam rarò admodũ omnia ſimul inveniuntur. Poteſt equidẽ augeri nonnihil pondus, ut æquetur id, quod in Calamo virium prætereà reperitur, quemadmodum cum Caſſia fieri ſolet pro Cinamomo. At non duplum accipiatur, (quoniã non ita longè differunt ſuis facultatib.) ſed tertia pars tãtùm, quod etiã fecit Aetius in ſua Theriaca, ſumẽdo novẽ drachmas piperis nigri, loco ſex drachmarũ albi. Bononienſes pro vero calamo receperunt in ſuam Theriacã, Calamum vulgarem. Nam judicarunt, quanquam non ipſemet ſit calamus, obtinere tamen in calido & ſicco, gradum quoq; ſecundũ, & alias, de quibus diximus, proprietates: quod ſanè à me quoque non improbatur, non ſolùm, quia veris rationibus innititur, ſed etiã quòd facilius Agallochum pro Xylobalſamo ſubſtituere poſſimus, ut paulò poſt dicetur. Nam non convenit, ut bis unum ſimplex accipiatur, cùm præſertim id neceſſitas minimè requirat, quemadmodum etiam multi præſtantiſſimi Medici ſentiunt.

Caryophyllatæ radix, Ger. Benedictenwurtz/ caryophylli ſpirat odorẽ, tenuis, nigra, & benè olens. Naſcitur in mõtibus & in viis juxta ſepta. Colligitur menſe Martio: ſiccatur & conſervatur per annũ. * Hac recentiores utuntur pota ad thoracis interna vulnera. Quin & ejus ſuccum admixta ærugine cuniculoſis cõtumacibusq; ulceribus utiliter injiciunt. Eadẽ olfactu ſpiritus recreat, & frigidũ roborat cerebrũ. Epota prodeſt cœliacis, dyſentericis, fœminarũ profluviis, & cruenta expuentibus. Tam intùs ſumpta, quàm foris illita, enterocelis auxilio eſt. Temperamẽtum ei excalfaciens & exiccans, ut manifeſto ſunt indicio ejus radices: quippe quæ

guſtu

guſtu odoratæ, aſtringentesq; deprehendantur. Quibus qualitatibus non modò attenuare, diſcutere, & aſtringere valent, ſed etiam roborare. *Matthiolus.*

GINGIBER, ZINGIBER, Ger. Ingwer. Gall. *Gingembre.* Ital. *Gengero.* Hiſp. *Gengibre* nominatur: planta eſt in Troglodytica Arabia magna ex parte naſcens. Radix eſt herbæ graminis modo ſerpentis, candida, odorata, piperis ſapore & viribus, niſi quòd tardiùs, ſed diutiùs calefacit, ut longum piper. Damnatur teredinibus exeſum, pulverulentum, tectorio quovis circumlitum ad pondus, & magis ad exeſionem tegendam. Cibo conveniens eſt, & cum condimento aſſumitur. * Excalfactoriam vim, & excoquentem habet: alvum leniter emollit: ſtomacho utilis eſt: efficax adverſus ea, quæ oculis caliginem offundunt. in antidota addi ſolet. Viride in India ſaccharo conditum, ſenibus pituitoſis, ac frigidis maleq; concoquentibus accommodatum eſt. *Dioſcorides.*

*Zingiber* quidem notum eſt, ſed quod bonitatem ſummam præ ſe ferat, in exigua copia ad nos affertur: ſed eſt penitùs carioſum, & infectũ pallida vel rubra aliqua terra, qualis eſt bolus Armenus falſus, quod non tàm fit conſervandi ſui cauſa, (facilè enim propter humiditatem excrementitiam, cariem & teredinem ſuſcipit) quàm occultandi ejus defectum, & obturandi illius foramina. Eligendũ itaq; eſt albũ, ſine carie, & quod ſapore & odore admodũ ſit acre. Quod ſi ita perfectum haberi nõ queat, laudarem illud quod conditum ad nos affertur: modò certi ſimus, quòd viride ſit collectum, & ſtatim ſaccharo impoſitum, nõ quod prius ſiccum & coquendo emollitum fuerit: nam propter coctionem melior ejus facultas in aqua remanet.

STOMACHUM quoq; excalfaciunt, ſeu in eo pituitam cõcoquunt, radix Fœniculi, Galangæ, Raphani, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus excalfacientibus hepar.*

CURCUMA Arabũ, radix eſt officinis nota. Creditur Cyperi genus eſſe, quod Dioſcorides in India naſci aſſerit, gingiberis effigie: * quod manducatũ, croci vim reddit: guſtu amaro ſentitur, & illitum præſentem pſilothri vim exhibet.

RADIX ASPARAGI vulgò nota eſt. *Naſcitur in hortis.* Colligitur autumno: ſiccatur, & ſervatur per annos duos. * Cum vino aut aceto *cocta, luxatos artus mulcet.* Decocta cum ficis aut ciceribus, ſumpta regium morbum ſanat: coxendicis cruciatus, ſtranguriamq; levat. Alligata radix, aut hauſtum ejus decoctum, conceptum adimit, & ſterilitatem adfert. *Dioſcorides.*

RHAPONTICUM, quod vulgò Rheuponticum dicitur, radix eſt nigra, centaurio magno ſimilis, ſed minor, & rufior, ſine odore, fungoſa, levis: quæ trita, manducataq;, colorẽ reddit pallidum, ad crocum inclinantem, à Rhabarbaro duntaxat (ut nonnulli putant) ſolo loco, in quo naſcitur, differẽs: nã rheum barbarũ ex regione A Meridionali advehitur, rheum verò Põticum ex Septentrionali. Ad hęc rheũ Põticum radice cõſtat lõga & tenui, rhabarbarũ autẽ craſſa & brevi. Aliquorũ pręterea opinio eſt, eam plantã quæ hodie in hortis ſeritur, rumici ſimilis, quæq; rhabarbarũ exiſtimata eſt, verum eſſe rhapõticum: ſeſeq; expertos aſſerunt, eaſdem quas rhabarbarum habere facultates, ſi detur dupla quãtitate.

Adfertur ad nos verũ rhaponticum, nõ eſt autẽ centaurium majus. Optimũ habetur, quod tere- B dines non ſenſit, quod guſtatu cũ remiſſa adſtrictione lẽteſcat. Adulteratur decoctione: dignoſcitur verò, quòd partes externæ nõ ſint denſę & cõpactæ, verùm rara ſubſtãtia, & guſtu nihil, aut minimùm adſtringens. Colligitur menſe Auguſto: ſiccatur ad Solem, & ſervatur per annos tres. * Id epotũ, facit ad inflationes, ſtomachi imbecillitatẽ, & omne genus dolores, ad convulſa, rupta, lienoſos, hepaticos, tormina, & renum, veſicæ & pectoris vitia, adverſus intenta præcordia, C & vulvæ mala, coxendicum dolores, ſanguinis excreationes, ſuſpiria, ſingultus, dyſenterias, & cœliacorum affectus cõtra febrium circuitus, & venenatorum morſus. Datur in ſingulis valetudinibus eodẽ, quo agaricum, põdere, & cum eiſdem liquoribus: ſi febri careant, in mulſo: ſi diſſolutio eſt ſtomachi, id eſt, cùm cibi tenax non eſt, manditur, & ſine ſorbitione ulla devoratur, Liventia, lichenasq; tollit, cum aceto illitum. Inflammationes omnes veteres ex aqua oblitum D diſſipat. Summa ejus vis adſtringens, cum aliquanto calore. *Dioſcorides & Medici Florentini.*

In *Rhapontico*, cujus radix ſola in uſu eſt, ait Galenus quoq; fraudem committi ſolere. Nam in locis *illis* ubi creſcit, quamprimùm ex terra erutum fuerit, excoquunt ad extrahendum ſuccum, quo facto ſuccũ quaſi ex Rhapontico ſine adjecta aqua per ſe extractum, & radicem ita coctam antea, tanquam adhuc crudam & bonam vendunt: unde opus eſt magno judicio, quo na- E tivam à cocta diſcernere queamus. Quod facilè poteſt ab illo fieri, qui ſemel tantùm crudam diligenter cõtemplatus fuerit: cocta enim per totam ſubſtantiã magis rara, nec ita denſa & com*pacta eſt, & in* guſtu non præbet tam validam *aſtrictionẽ*, qualem habet cruda. Præterea brevi tempore ſolet foraminibus exedi. Idem de Rhabarbaro Meſues dicit. Unde nonnulli exiſtimarunt, Rhapontic ũ Græcorũ, & Rhabarbarũ Arabum eſſe unã eandemq; plantã. Sed hic locus nõ F eſt ut hanc controverſiam diſcutiamus. Satis eſt ſcire, Rhaponticũ legitimum ceptũ eſſe afferri cũ illis notis omnibus, quæ Dioſcorides illi aſſignat, & differre à Rhabarbaro uſitato. An verò illa differẽtia inde tantũ oriatur, quòd *diſtẽt ratione* ſoli, & alioqui ſint ejuſdẽ generis, aut quòd ſanè ſpecie ſint differẽtes, nunc tanquam nimis longã diſputationem omittamus. Neq; opus eſt hic de ſuccedaneo loqui, quandoquidẽ verũ ſine multo labore, qui modo velit, Venetiis inveſtigare poterit. Quòd ſi ejus loco Rhabarbarum etiam ſubſtitueretur, parum meo quidẽ judicio



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0175-7

DFG

aberraremus. Nam tametſi magis alvum ſolvat quàm Rhaponticum, non tamen in tanta copia hic accipitur, ut hanc ſuam facultatem exercere poſſit, quemadmodum in Agarico quoq; accidit. Hæc aliàs ſecundùm Paulum & Avicennam magnã inter ſe ſimilitudinem habent. Optimum eſt non carioſum, & quod inter mandendum ſit mucilaginoſum, & leniter aſtringẽs, colore pallido, aut quod propè accedat ad colorem Croci. Crudum Rhaponticum affertur radicibus oblongis, non adeò craſſis ut Rhabarbarũ, ſed colorem fermè ſimilem obtinet. Vulgus Pharmacopœorum pro Rhapontici radice accipiunt centaurium majus Dioſcoridis: quod idem fit apud nonnullos, qui nimis pertinaciter Barbarorum ſententiæ inhærent, Neapoli: ſed eò magis reprehendẽdi ſint, quò minùs peritorum Medicorum hac in parte monitis obtemperare volũt.

Sylveſtris Myrtus, aliquibus Oxymyrsine, aut Myrtacantha, Latinis Ruscum appellatur. Folium fert myrti, latius, in formam lanceæ mucronatum, baccæ per maturitatem rubeſcunt, rotundæ, à medio folio dependentes, oſſeo intùs nucleo: cubitales ramuli ab radice exeunt, vitilium modo lenti, fractu contumaces, folioſi, radice graminis ſimili, acerba, & ſubamara. In aſperis & præcipitibus locis enaſcitur. Colligitur radix autumno: ſiccatur & conſervatur per annos duos. * Pota urinam cit: menſes pellit, veſicæ calculos frangit, ſtillicidio urinæ medetur, dolores capitis ſanat, & regium morbum. *Dioſcorides.*

Hepar etiam excalfaciunt, ſive pituitam in eo concoquunt, radix Apii, Fœniculi, Petroſelini, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus excalfacientibus ſplenem.*

Fraxinus arbor nota eſt. * Cujus radices in vino potæ lienis dolores auferunt.

Gentiana, Germ. Entzian. Gall. *Gentiene* nominatur: hujus inventio prima aſſignatur Gentio, Illyricorum regi, à quo cognomentum habuit. Foliis partim proximè radicem, juglandi, plantagini ve ſimilibus, ſubrubris: partim à medio caule, & præſertim juxta cacumen paulùm diſſectis, caule cavo & levi, digiti craſſitudine, geniculato, ex intervallis majoribus foliato, binũm cubitorum altitudine, ſemine in calycibus: lato, lęvi, glumoſo, ſatis ad ſpondilii ſemen accedente, radice longæ ariſtolochiæ, longa, craſſa, amara. Locis gaudet umbroſis, frequens in Italię, Illyrici, Germanię, Galliæq; montibus. Flores æſtate, ſemen autumno nõ rarò perficit. Colligitur menſe Auguſto, vel autumno: ſiccatur ad Solem, & ſervatur per annos tres. Eligitur foris colore buxeo, intùs crocante, amariſſima, dura, parum rugoſa, frangi contumax. * Vis excalfactoria, & aſtringens: contra morſus ſerpentum, duabus drachmis, cum pipere, ruta, & vino pota auxiliatur. Extracti ſucci drachma, laterum doloribus & ex ſublimi deturbatis, ruptis & convulſis prodeſt: hepaticis & ſtomachicis pota

A cum aqua ſubvenit. Radix collyrii modo ſubdita, partus ejicit: impoſita, ut lycium: vulneraria eſt, & ulcerum cuniculatim depaſcentium medela. Succus præcipuè eodem effectu prodeſt; oculis inflammatione laborantibus illinitur: pro meconio collyriis acribus immiſcetur. Radix vitiliginem abſterget. *Dioſcorides.*

*Gentiana* eſt notiſſima, cujus radice utimur, quæ debet eſſe plena, denſa, non rugoſa, & ſapore amariſſimo: quæ ſit collecta in montibus,
B non in paluſtribus locis. Talis ab unoquoque Herbario facilè haberi poterit.

Splenem quoq; excalfaciunt, ſeu in eo pituitam concoquunt, radix Acori, Apii, Aſparagi, Ariſtolochiæ rotundæ, Fœniculi, Capparorum, Petroſelini, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus excalfacientibus renes.*

Fragariæ radicis & herbę * decoctum, potũ jecoris inflammationibus confert: renes
C & veſicam purgat: vulnera & ulcera ſanat: muliebres fluxus, & lęvitates inteſtinorum cohibet: cordis affectibus valdè ſuccurrit. *Andernacus.*

Saxifragiæ radix in petris & aſperis locis naſcitur. * Stranguriæ prodeſt: urinam cit, renum & veſicæ calculos pellit. *Dioſcorides.*

Renes & Vesicam excalfaciunt quoq; radix Apii, Petroſelini, Pentaphylli, &c. de quibus vide ſuprà.

D

*De radicibus excalfacientibus uterum & juncturas.*

Matricem excalfacit, ſeu in ea pituitã concoquit, radix Rubiæ: de qua vide ſupra ſuo loco.

Juncturas calefaciunt, radix Coſti, Zingiberis, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus refrigerantibus ſtomachum, hepar & ſplenem.*

Sonchi radix refrigerat, modicè aſtringit. * Unde æſtuanti ſtomacho & inflãmationibus
E illiti proſunt. Succus eorum ſtomachi roſiones ſorbitione mitigat: lac elicit in vellere appoſitus: ſedis ac vulvæ collectionib. opitulatur. *Dioſc.*

Stomachum, Hepar, & Splenem quoque refrigerat radix Cichorii, &c. de qua vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus aſtringentibus.*

Cyperus juncus eſt triangularis, interdum quadrãgularis, cubitalis aut major, folia fert por-
F racea, longiora & anguſtiora, in ſummo caule minuta, ſemẽ complectentia: radices, quarũ in medicina uſus, inter ſe cohęrentes, oleis oblõgis ſimiles, vel rotundę, nigrę, ſuavi odore, & amaro guſtu. Naſcitur in paluſtribus. Duorum generũ in Italia reperitur. Unum exiguum, cui radices oleæ ſimiles: hoc præfertur. Alterum majus, cujus radices inæquales, & contortæ. Optima ea eſt radix, inquit Dioſcor. quæ gravior eſt, denſa, plena, dura, aſpera, odorata cum quadam acrimonia, qualis eſt Cilicia, Syriaca, & quę à Cycladibus inſulis petitur. Sic & hodie, quæ ex Orente

advehitur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0176-2
DFG

advehitur, melior eſt noſtrate. Aliud Cyperi genus in India naſci Dioſcorides dicit, zingiberis effigie: quod croci modo tingit. Illud veterum Curcuma eſſe, non abs re plerique exiſtimant. * Cypero vis calida ineſt. Venarũ ſpiracula laxat: urinam ciet: ad calculos, aquamq; ſubter cutem utiliſſimè bibitur: adverſus ſcorpionum ictus remedio eſt: perfrictionibus vulvæ, & præcluſionibus fotu prodeſt: pellit menſes. Contra ulcera oris, etiam ſi depaſcant, vorentq; farina ejus efficax eſt. Malagmatis calfacientibus, & unguentorum ſpiſſamentis benè adjici ſolet. *Medici Florentini ex Dioſcoride.*

BISTORTA folia in longiuſculis pediculis promit oblonga, lata ac acuminata, Lapathi ſimilia, verùm venenoſa, & supernè quidem virentia, inferiùs verò in cęſio colore candicantia: inter quæ medii exeunt caules pede altiores, rotundi, minoribus aliquot foliis circumveſtiti, ſpica in faſtigio exiguis floſculis è dilutiore rubore purpuraſcente, ſemina in qua tandẽ triangularia, ſplendentia, veluti oxalidis radix ſubeſt craſſa, oblongior, geniculata, nonnunquã retorta, multis fibris capillata, foris nigricans, interiore verò pulpa non intensè rubeſcens, guſtu adſtringens. Fuchſius duas hujus ſpecies facit, unam foliis rugoſioribus, aliam levioribus: & radice hanc magis in ſe contorta, illam verò majore, & minùs complicata, multumq; fibroſa. Reperitur biſtorta locis humentibus, in opacis ſylvis, pingui ac lutoſo ſolo. Matthiolus in montibus extre refert. *Adoleſcit etiam feliciter in hortis, perenni radice nititur. Majo ac Junio flores ſpicati vigent:* ſemẽ poſtea matureſcit. Ab intortis & convolutis radicibus nomen *Biſtorta* habet. Ger. Natterwurtz. Belgę Hertzhengr. Galli *Beſtorte* appellant. Colubrina & ſerpentaria à Germanica voce etiã dicitur: & à quibusdam Dracunculus. Sed à Dioſcoridis Dracontio multùm differt. Plinianorũ autem Dracunculorum aliqua fortaſſis ſpecies eſt. Plinius ſiquidem lib. 21. cap. 16. id quod Greci Dracontion vocant, triplici ſibi effigie demõſtratum refert: foliis betæ, non ſine thyrſo, flore purpureo: alios radice longa, ſignata, articuloſaq; monſtraſſe: tertiam demonſtrationẽ fuiſſe folio majore quàm cornus, radice arundinacea. *Deinde infrà lib. 25. cap. 2. in agro hoſpitis repertum ait. Dracunculum appellatum, caule pollicari craſſitudine, verſicoloribus viperarum maculis, quem ferebant contra omniũ morſus eſſe remediũ.* Atq; primus horum Dracunculorũ Aro, auctore ipſo Plinio, ſimilis eſt. Tertiũ aquatilẽ eſſe Dracunculũ. Poſterior, Dracontion majus Dioſcoridis eſſe videtur. & *Plinius hunc à reliquis tribus differentem etiã oſtendit. Alius eſt,* inquit lib. 25. cap. 2. *quem nos in priore volumine ejusdẽ nominis diximus, ſed huic alia figura.* Supereſt ſecundus Dracunculus, qui ſi idem eſt cum eo, cui cap. 16. lib. 24. ſtatim initio, radicem tradit eſſe ſubrutilã, & draconis cõvoluti modo, multum cũ Biſtorta convenit. Nã Biſtortę radix intorta & convoluta eſt, ac colore, quẽ ſubrutilũ dicere liceat. Eſt eadẽ & veluti *geniculis articulata,* ut ſecundi Dracontii, quod conjecturã & ſuſpicionem auget. Sunt tamen ex recentiorib. qui Biſtortã omnino aliã eſſe volunt. Matthiolus ſiquidẽ in epiſtolis medicinalibus Behen rubrũ eſſe ſcribit. Geſnerus ad Limoniũ refert: aliis placet Britannicã eſſe. Sed Behen tam rubrũ quàm albũ, (duplex etenim eſt) radices ſunt odoratæ, potentiã calidæ, ad Venerea faciẽtes: ut Avicẽna & Serapio memorię prodiderũt. Biſtortę verò radix odore caret, refrigerans, adſtringensq;, Venereis adverſatur. Limoniũ aũt folia habet, Dioſcoride teſte, Betę tenuiora, & longiora ſemenq; rubrum. Contrà Biſtortæ minora durioraq; ſunt folia, & ſemen oxalidis. Britannica verò folio eſt Lapathi nigriore, & hirſutiore, radice tenui, & brevi, Dioſcoride & Plinio auctoribus. Biſtortæ *lævia folia, & inferna parte candidula, radixque* multò major quàm tenuis ac brevis appellanda ſit. Jam & Britannicæ ſuccum, & folia in hyemẽ reponenda Apulejus ſuadet: cauſam addens, quòd non ſemper appareat. At Biſtorta vivax radice eſt, & nullo non anni tempore reperiri poteſt. Quæ Biſtortam, & ab Arabum Behen, & à Dioſcoridis Limonio, nec nõ à Britannica differentẽ eſſe ſatis manifeſtè oſtendunt. At facultate Biſtorta frigida, & cum reſiccatione validè aſtringens. Radix menſes, & undequaq; profluentem ſanguinẽ ſupprimit: alvum ſiſtit: vomitum cõpeſcit: dyſenteriis medetur, quovis modo aſſumpta. Tonſillarũ, faucium & oris inflãmationibus ſuccurrit: gingivas firmat, decocto aut ſucco ejus ore colluto. Idem poſſunt folia, & ſemen, ſed tamen minùs efficaciter. *Dodonæus.*

BOLBOCASTANO folia ſunt tenuia, diſſecta, atq; diviſa, Apii tenuiora, ac minora, Crithmi aut potiùs Anethi ſimilia: cauliculis tenuis, & dodrantalis: floſculi parvi in umbellis candicantes: ſemen non magnũ, oblongum, anguſtius quã fœniculi, odoratum, obſoleto Cymini colore nigricãs, radix rotunda, exigui rapi forma, foris nigra, & ubi inaruerit, rugoſa, intùs pulpa cãdida, ſapore inter caſtaneam & paſtinacam medio. In *arvis & agris nonnullis Zelandiæ ac Holandiæ Bolbocaſtanon reperitur: item & in Græcia, Chio ac Rhodo, authore Guilandino.* Fertur & in Britannia ſive Anglia provenire. Nec deſtituitur eo quoq; Germania, ſi non fallimur. Nam radices, quas ad Rhenũ Moguntiæ in arvis & hortis inveniri Lonicerus tradit. Bolbocaſtani ſunt, nõ autem, ut ipſe opinatur, Ornithogali. Scribit autem has eſſe rotundas, caſtanearum magnitudine, pullo extrinſecùs cortice, intùs carne candida, guſtu dulci, crudas, toſtasque in aqua edi: cauliculum eſſe ſingularem tenerũ, ab imo nudũ, folia cumini, flores in umbellis veluti Anethi, quale Bolbocaſtanum eſſe jam diximus. Vigent Bolbocaſtani flores *Junio*: ſemen poſtea ad perfectionem venit. Meminit Bolbocaſtani Alexãder Trallianus lib. 7. interea, quæ purulentis utilia ſunt, cibaria: ipſum referens Guinterius dictionem exiſtimavit corruptã, legendumq; eſſe

βαλανοκάστανον: ſed tam peregrina hæc vox eſt, quàm βολβοκάστανον. Bolbocaſtanum autem à forma bulbi, & ſapore caſtaneæ nomen invenit ſuum. Noſtra ætate pleriq; ἀχερονκάστανον nuncupant: Zelandi Klein erdnoten, Ger. Klein erdnuß. Eſt autem Bolbocaſtani radix moderatè calida, & ſicca, ſimul & adſtringens: ſemen verò calidius & ſiccius. Editur illa cruda, ſed ſuaviùs cocta: ſanguinem ſpuentibus & mingentibus utilis. Semen aperiendi vi præditum, & diureticum eſſe videtur. *Dodonæus.*

Astringunt quoq;, radix Gentianę, Pētaphylli, Rhapōtici, &c. de quib. vide ſ. ſuo loco.

### *De radicibus diſcutientibus.*

Asphodelus, haſtula regia, Gall. *Haſte Royalle.* Ger. Goldwurtz / vulgaris eſt notitiæ: foliis majoris porri: caule levi, ferente in cacumine florem, quem anthericon appellant: radices ſubjacent oblongæ, rotundæ, glandibus ſimiles, guſtu acres. Naſcitur in montibus, ſylvis, nec non hortis ſatus. Colligitur radix autumno. *Excalfacit, urinas & menſes cit: lateris doloribus, ruptis, convulſis, & tuſſibus, drachmę pondere pota ex vino medetur. Ea verò vomitiones adjuvat, ludicri tali magnitudine commanducata: à ſerpente demorſis datur aptiſſimè, trium drachmarum pondere, verùm foliis, floribus, & radice ex vino morſus illinire oportet: item ulcera ſordida, & depaſcentia: mammarum quoque, & teſtium inflammationes, tubercula, furunculosq;: decoctis in fęce vini bulbis, recentibus inflāmationibus ex polenta auxiliatur. Radicis ſuccus adjecto vetere vino dulci, myrrha & croco, decoquitur, fitq; perquàm utile oculis medicamētum: ad purulentas aures per ſe, & cū thure, melle, vino, & myrrha tritus, prodeſt in contrariam aurē infuſus: dentium dolorem mitigat. Cinis è radice illitus, alopecias ad pilum reducit. oleum in excavatis radicibus igni decoctum, illitu exulceratis pernionibus & ambuſtis igni, conducit: & ſurditati inſtillatum in aurem auxiliatur. Candidam vitiliginem, linteo antea perfrictam in Sole, illita radix emendat. *Dioſcorides.*

Discutiunt etiam, radix Ariſtolochiæ rotundæ, Bryoniæ, Capparorum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus abſtergentibus.*

Bulbus Esculentus, vulgò cognitus, à nobis eſtur. Stomacho & alvo utilis, rufus, & qui ex Africa defertur. Amarus verò, & ſcylſinus, ſtomacho aptior eſt, & concoctionem adjuvat. * Bulbi omnes acrimoniā habent, excalfaciunt, Venerē ſtimulant, linguam tonſillasq; exaſperāt: multum alimenti præbent, carnes creant, inflationem pariunt, luxatis, fractis, articulorum doloribus efficaciter illinuntur: ſpicula extrahunt: gangrænas, & podagras ex melle, aut per ſeſe hydropicorum tumores, & canum morſus cum melle, & piperis polline illiti cohibent: ſudores compeſcunt: ſtomachi dolores mitigant: furfures & ulcera, quę in capite manant, cū toſto nitro

A abſtergunt, ſugillata, varosque per ſe, aut ex ovi luteo, & lentigines cum melle, vel aceto, emendant: fractis auriculis, unguibusque, ex polenta medentur. Iidem calidis cineribus torrefacti, tollunt ficus: item cum cinere è mænarum capitibus impoſiti. Cremati verò & cum alcyonio miſti, vitia cutis in facie, atrasq; cicatrices, in Sole illiti emaculant: faciunt ad rupta, ſi cum aceto cocti edantur. Sed copioſiore eorum cibo abſtinendum, quoniam nervos tentant. *Dioſcorides.*

B Chelidoniae radix ſuperne ſingularis, infernè in multa crocea capillamenta fibratur, in qua ſuccus croci. * Abſtergit: cum aniſo & vino albo pota, medetur regio morbo, & ulceribus quæ ſerpunt: impoſita cum vino, aut manducata, dentium dolorem ſedat. *Dioſcorides.*

Abstergunt quoq;, radix Ariſtolochiæ rotundæ, Ari, Aſparagi, Aſphodeli, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus aperientibus, extenuantibus,*
C ### *adurentibus, & emollientibus.*

Aperiunt, Allium, Cepa, Curcuma, Rhaponticum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

Extenuant radix Iridis Illyricæ, &c. de qua vide ſuprà ſuo loco.

Adurunt, Allium, Pyrethrum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

Emolliunt, radix Althææ, Malvæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

D ### *De radicibus ſuppurantibus.*

Liliorum alborum radix, Ger. Weiß Gilgen zwibel / colligitur quovis tempore, ſed maximè autumno. * Inaſſata, & ex roſaceo trita, igni ambuſta ſanat, vulvam emollit, menſes ciet, ulcera cicatrice obducit. Cum melle detrita nervis præciſis, luxatisq; medetur, vitiligines, furfures, & lepras emendat: ulceraq; in capite manantia expurgat: abſtergit faciem, & erugat. teritur in aceto cum hyoſcyami foliis, & farina tritici mul-

E cendis teſtium inflammationibus. *Dioſcorides.*

Suppurant quoq;, radix althæę, bryonię, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus glutinantibus.*

Dracunculus major, Ger. Schlangenkraut. Gall. *Serpentail, ou Serpentine* vocatur: caulē habet rectum, lævem, duûm cubitorum, baculi craſſitudine, verſicoloribus draconum maculis, purpureis tamen evincentibus: folia rumicis ſibi invicem implicita. Fructum ſummo caule fa-

F cit racemoſum, coloris primùm cineracei, mox per maturitatem in crocum & purpuram vergentis: radicem prægrandem, rotundam, candidam, cortice tenui veſtitam. Naſcitur in ſepibus umbroſis. Colligitur dum matureſcit, & ſuccus exprimitur, ſiccaturque in umbra. Radix quoque meſſibus effoditur, elotaque particulatim conciditur, & funiculo transfixa ſiccatur in umbra. *Vis ei calefaciendi cum diluta vini potione. Crudam, coctámve cum melle delingi prodeſt contra orthopnœas, rupta, convulſa, tuſſim & deſtillationes: pota cum vino Vene-

rem ſtimulat: ulcera, quæ cacoëthe vocantur, atq; phagedænica expurgat, præſertim cum vite alba, ex ea & melle, collyria ad fiſtulas, & partus evocandos componũtur, ad vitiligines cum melle, efficaciter illinitur: polypos & carcinomata abſumit, &c. Dracunculus minor folio conſtat hederaceo, magno, candidis notis inſigni: caule recto, bicubitali, verſicolore, maculis reſperſo purpureis, ita ut anguem planè referat, baculi craſſitudine: fructus ſummo caule racematim cohæret, colore primùm herbaceo, & cùm ematuruit, croceo, guſtu fervens, mordaxq;: radice aliquantulum rotunda, bulboſa, aro non abſimili, tenui obducta cortice. Naſcitur iiſdem in locis, eaſdemq́ue vires cum majore obtinet. *Dioſcorides.*

POLYGONATUM, SIGILLUM SALOMONIS, Ger. Weißwurtz. Hetruſcis *Fraxinella.* Gall. *Seau de Salomon*: naſcitur in montibus, ſylvis, locis umbroſis, & juxta margines, frutice cubito altiore, foliis lauri latioribus, & lenioribus, ſapore mali cotonei, aut punici, cum quadã adſtrictione. Flores per ſingulos foliorum exortus promit candidos, foliis numeroſiores, incepta à radice ſupputatione. Radicem habet albã, mollem, longam, crebrò geniculatam, denſam, graveolentem, digitum craſſitudine æquantem. Majo ac Junio flores, Auguſto fructus colligi poſſunt.* Radix vulneribus efficaciter illinitur: quinetiã maculas in facie delet. *Dioſcorides.*

SYMPHYTUM, CONSOLIDA MAJOR, Ger. Waldwurtz/ Schmärwurtz. Gal. *de la Conſyre.* caulẽ emittit bicubitalẽ, aut majorem, craſſum, lævẽ, anguloſum, ut ſonchi inanem: circa quem brevi intervacante ſpacio, folia exeunt anguſta, bugloſſo proxima, oblonga, hirſuta; caule ſecũdum angulos quoſdam ſtriato: foliis tenuibus, ex alarum ſinu prodeuntibus: in quibus flores lutei, & circa caulem velut verbaſci ſemina emicant. Tam caulis, quàm folia aſpera lanugine horrent, tactuq; pruritum cõcitant. Radices demittuntur foris nigræ, intùs candidæ, viſcoſæ: quarum eſt uſus. Locis aquoſis paluſtribusque provenit. Per integram æſtatem floret. Radix tamen in autumno carpẽda venit.* Tritæ & potæ cruentis excreationibus, ruptisq; proficiunt: recentia vulnera illitæ, conglutinant: carnes quoq; ſi concoquantur, cogunt additæ. Inflammationibus præſertim ſedis, cum ſenecionis foliis utiliter illinuntur. *Dioſcorides.*

GLUTINANT quoq; radix Ariſtolochiæ, Gentianæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus flatus diſcutientibus.*

ERYNGION, Germ. Manßdrew/ Radiſtel. Gall. *Chardon nommé Cent-teſtes*, nominatur: aculeatarũ generis eſt. Cujus folia in principio, ſale cõdita, in cibos recipiũtur. Lata autẽ ſunt, & extremo ambitu aſpera, guſtu aromatica: ſed ubi adoleverunt, circa complures caulium eminentias in ſpinas aculeantur, in quorum ſummitatibus globoſa capitula, durarum acutiſſimarumq́; ſpinarũ ambitu ſtellatim circumvallantur, quorum color aliàs viridis, aliàs albus, interdum cæruleus invenitur. Radix oblonga, lata, foris nigra, internè candida, pollicis craſſitudine, odorata. Naſcitur in aſperis & cãpeſtribus.* Vim habet excalfactoriã. Pota mẽſes & urinas pellit: tormina inflationesq; diſcutit: cõtra jecinorũ vitia, ſerpentum morſus, & hauſta venena, cum vino prodeſt: bibitur adverſus plurima, cum ſeminis paſtinacæ ℥ j. appenſa, illitave, tubercula diſcutere proditur. Pota cum hydromelite radix, opiſthotonicis, & comitialib. medetur. *Dioſcorides.*

ZURUMBETH apud Arabes nihil aliud deſignat, quàm Arnabo apud Græcos. Eſt autẽ Arnabo, arbor procera, in Oriente proveniens: foliis longis, colore viridi, in luteum langueſcente, ſalicis modo, ſicuti & ramorum cortex. Infrugifera eſt, citreum odorem ſpirans. *Matthiolus.*

SPICA CELTICA, exigua planta eſt, folia habens oblõga, in extremo lata, florem luteum: ad radices multa exigua habet adnata, ſpicis minutis ſimilia: hæc cum radiculis, abjectis foliis, in uſu ſunt, & valdè odorata. Adulterantur impoſita herba ſimili: ſed facilis cognitio: nam folia adnataq; breviora habet, candidior eſt neq; amara, neq; odorata, ut vera Celtica eſt. Laudatur maximè recens, jucũdi odoris, radice numeroſa cohærens, non fragilis & plena. * Urinam movet vehementer, & ſtomacho utilis eſt. Inflãmationibus jecinoris & ſuffuſis auxiliatur. Contra ſtomachi inflationes, cum abſinthii decocto bibitur: item adverſus lienem, renum & veſicæ vitia, & venenatos ictus ex vino. Additur in malagmata, potiones, & calfacientia unguenta. *Medici Florentini ex Dioſcoride.*

SPICANARDI, teſte Galeno, radix eſt, nõ ſpica. Nota eſt. Eligitur Syriaca dicta: cujus hæ ſunt notæ: ut ſit brevi ſpica, largam gerens comam, colore flava, odorata, aliquantulũ redolẽs cyperum ſapore, linguã ſiccante, quæ diu in ſua odoris gratia permaneat. Adulteratur ſtibio cũ aqua, aut palmeo vino ponderis cauſa inſpirato. Sed ex præcedentibus notis dignoſcitur. Madefacta etiam vendi ſolet: quod vitiũ ex eo deprehenditur, quòd candida ſit ſpica, ſqualida, nulloq; pulvere obſita. Vim habet exiccantẽ & excalfactoriã: urinã movet. Nauſeæ, ſtomachi roſionib. inflationi, jecinori, regio morbo, renum vitiis auxiliatur, &c. *Medici Florentini ex Dioſcor.*

FLATUS quoq; DISCUTIUNT radix apii, acori, allii, coſti, carnabadii, dauci, enulę, fœniculi, galangæ, petroſelini, peucedani, zedoariç, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus ſemen generantibus.*

SECACUL, non eſt eryngium, neq; Iringus, qui habet folia Cretami marini, neque Sigillum Salomonis: ſed verum Secacul eſt veterum Siſer, hoc eſt, radix illa, quæ Germanis dicitur Kingelmorn/ Gringelmorn/ Rubien/ & Geylen. Gall. *Eſcheruis & Seruilles.* * Semen generat, & Venerem ſtimulat. Si in promptu non ſit, ejus

loco radix paſtinacæ ſylveſtris accipienda eſt. *Cordus.*

Semen quoque Generant, radix acori, bulbi, eryngii, galangæ, ſatyrii, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus menſes moventibus.*

Centaurium magnum folia habet juglandis, oblonga, viridi braſſicarū colore, ſerrata in ambitu: caulē ceu rumicis, binū, aut ternū cubitorū, multis ab radice adnatis, in quibus capita, ceu papaverū, in rotūditate oblōga. Flos cæruleus: ſemē Cnico ſimile, ceu laneis floccis quibusdā involutum. Radix craſſa, gravis, ſolida, tripedalis, ſucco prægnās, cū adſtrictione aliqua & dulcedine acris, & rubeſcens. Amat ſolū pingue & apricū, ac ſylvas & colles. Colligitur autūno: ſiccatur & conſervatur per annos duos. * Radix cōvenit ruptis, cōvulſis, pleuriticis, ſpirādi difficultati, veteri tuſſi: ſanguinē expuentibus drachmis duabus trita datur, ſi febris ſit, in aqua, cæteris in vino: item ad tormina & vulvæ dolores. Ramenta ejus in collyrii formam vulvæ ſubdita, menſes atq; partus extrahunt. *Dioſcorides.*

Filipendulæ radix urinę ſtillicidio auxiliatur: item renum tum calculis, tum doloribus: ſtomachi inflationes diſcutit. Medetur ſuſpirioſis & anhelantibus, omnibusq; in univerſum morbis, quos cauſa frigida excitaverit. Prodeſt comitialibus, inſperſo cibis radicum pulvere. *Matthiolus.*

Gramen vulgaris eſt notitiæ: cujus radix dulcis, articulis præcincta. * Hæc trita illitu vulnera cōglutinat. Decoctū ejus in potu, torminibus medetur, & urinæ difficultatibus: calculoſa etiā veſicæ excrementa comminuit. *Dioſcorides.*

Meon, Ostrutium, Magistrantia, in Macedonia & Hiſpania plurimùm gignitur, anetho foliis & cauſe ſimile, ſed eo craſſius: binûm fermè cubitorū altitudine attollitur, ſparſis in obliquum rectumq; radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguā excalfacientibus. Colliguntur Auguſto menſe. * Quæ fervefactæ ex aqua, vel tritæ citra coctionem, præcluſorum renum, veſicæq; fractæ vitia potu leniunt: urinæ difficultati medentur: ſtomachi inflationes diſcutiunt. Torminibus, affectæ vulvæ, articulorum doloribus, atque fluxionibus pectoris, tritæ cum melle in eclegmate auxiliantur. Sanguinē per menſtrua pellunt, deſeſſionibus fervefactæ: infantibus autem illitæ imo ventri, urinas movent. Quòd ſi plus quàm deceat, ex his bibatur, caput dolore afficiunt *Dioſcorides.*

*Meum* ex ſententia plurium peritorum in ſimpliciū cognitione exiſtimatur ea planta eſſe, quam Herbarii Calabrenſes appellant Imperatricem: cujus copia in monte Calabriæ Polino provenit. Radix nigricans eſt, numeroſa, & ſubtilis, boni odoris, & ſapore, ut ego quidē obſervavi, initiò dulci, deinde amaro, & in fine acri. Folia habet Anethi, & in ſumma omnes notas à Dioſcor. illi aſſignatas. Videtur mihi quidem

A eadem eſſe planta, quam depingit Matthiolus, modò non ſit malè repræſentata. Utimur radicibus ſiccatis in umbra, nō marcidis aut levibus, nec carioſis, ſed plenis, gravibus & odoratis.

Valerianæ tria genera paſſim occurrūt: unū hortenſe, ſylveſtria duo. Reperiūtur verò & aliæ quædā, ſed nomine, nō effigie reliquis ſimiles, ut quā Rubrā cognomināt, & quā Græcam. Sativa ſive hortenſis Valeriana, prima folia edit oblonga, lata, lævia, virentia, atq; indiviſa: B quæ verò ſecundùm caules majora, longiora, utrinq; profundiùs laciniata. Elaphoboſci ſive Paſtinacæ majoris foliorū æmula, ſed tamē minora: caulis cubito altior, lęvis, & concavus & intervallis rarioribus articulatus, è cujus geniculis bina exeunt folia, & in faſtigio flores in umbellis acervati, parvi, ab oblongiore & anguſtiore exiguo veluti collo ſeſe pendentes, narciſſi quidem effigiē aliquatenus exprimentes, ſed tamē multò tenuiores, & magnitudine ipſis plurimùm C cedentes, colore è rubente diluta purpura albicantes, radix digitalis craſſitudinis, obliqua, fibris multis ſummæ terræ adhæret, plurima parte eminens: quæ dum reſiccatur, pinguis ac oleoſa efficitur, & odore eſt ſuaviore, quàm recens. Sylveſtrium quæ major, foliis cùm prioribus, tum iis, quæ circa cauliculos eſt, diviſis, ac lacinioſis, majoribus, & nigricantioribus quàm ſativę. caulis hujus lævis quoq;, inanis & geniculatus, cubitoq; procerior. flores in umbellis ſimiles & di- D lutè purpurei. radices tenues, & veluti multis capillamentis fibroſæ, odore non omnino deſtitutæ. Altera ſylveſtris forma hortēſem ſatis refert, ſed longè minor eſt, prima ejus folia indiviſa, reliqua in partes, ac lacinias diſſecta, cauliculus dodrantalis, flores in umbellis aliarum ſimiles ex lævi purpura albicantes. radices tenues, obliquæ, repentes, & tenuibus fibris capillatæ, odoris exigui. Seritur hortenſis apud Germanos & Belgas. In Creta autē & Ponto ſuæ ſpontis eſſe E fertur. Sylveſtres humentib. locis, juxta rivulos foſſas, & ſcrobes aquas habentes, reperiuntur, major harum in hortos translata luxuriat: minor verò ęgrè coaleſcit. Florēt hę Majo, Junio, & Julio æſtivis mēſibus. Valerianæ paſſim appellantur, & Gręcè Phu. Et prima quidē Phu apud Dioſcoridē deſcriptioni reſpondet: neq; obſtat flos parvus, & Narciſſo minor. Quòd ſi quidē major ſcribatur, errore fit Græci exemplaris, in quo ſic habetur: ἄνθη αὐτῆς τοῖς ναρκίσσου, μείζω ἢ καὶ τερ- F φώτερα. Sed pro μείζω, id eſt, major, reſtituendū eſt ἧσσω, ſive ἥττω, id eſt, minor, ut ante nos Ruellius quoq; annotavit. Id quod mox ſubſequens dictio τερφώτερα, hoc eſt, tenerior, nō modò innuit, verùm & palàm oſtendit. Neq; enim majora, ſed minora, teneriora eſſe ſolent. Atq; ſic ſe habente Dioſcoridis lectione, omnis adimitur ſcrupulus. Sunt namq; Valerianę flores ἥττονες καὶ τερφώτεροι, quàm Narciſſi. Appellatur præterea Valeriana ſativa à Dioſcoride νάρδος ἀγρία, id eſt, ſylveſtris, aut ruſtica nardus: à Plinio Nardus Cretica: hac ætate à quibusdam Marinella,

Genicularis, herba benedicta, & Theriacaria: in A
officinis Valeriana domeſtica: Theophraſto Pa-
racelſo Terdina: Ger. Groß Baldrian. Gall. *Vale-
riane.* Altera ſpecies Valeriana ſylveſtris nuncu-
patur, & Ger. Wild Baldrian/ Katzenwurtz/ Augē-
wurtz/ Wendwurtz/ Denmarck. Tertia Valeriana
minima nominari fere ſolet. *Excalfacit autem
Phu legitimum, ut Dioſcorides ait, ſed tamen
non intenſè, neq; ipſa recens radix, ſed areſcens
tantùm. Recentem ſiquidem exiguum omnino
caloris habere facilè deprehenditur. areſcentem B
verò calidiorem eſſe, & guſtus & odor uterq; in-
tenſior oſtendunt. Movet autē, authore Dioſco-
ride, ſicca radix urinas: menſes cit: prodeſt ad la-
terū dolores, & antidotis permiſcetur. Sylveſtrē
autem Valerianam, ruptis, cōvulſis, ex alto præ-
cipitatis, recentiores utilem cenſent. folia hujus,
tum & ſativę, ad oris & gingivarum cum inflam-
matione exulcerationes, decocta, & gargarizata
prodeſſe ferunt. Cęterùm Valeriana rubra duo-
rum dodrantum caulibus, aut longioribus, iiſq; C
rotundis, lævibus & geniculatis aſſurgit. folia
habet lata, longa, acuminata, lævia, & diluti vi-
roris: è faſtigiis caulium Valerianæ propemo-
dum ſimiles umbellas, ſed laxiores, & magis in-
conditas, in quibus flores oblongi, tenues, rubē-
tes, & ſemen inde exiguum, oblongum, quan-
doque ſumma parte barbatulum, radix ſubeſt
candida, mediocris craſſitudinis, & longitudi-
nis. Huic ſimilis alia reperitur, *foliis* quoq; ob-
longis, cauliculis circa ſuperiorem partem in ra- D
mulos complures diviſis: *floſculis e diluto cæru-
leo purpuraſcentibus*, brevioribus, quàm ſupe-
rioris: radice mediocris craſſitudinis. Utraq; Bel-
gis hortenſis, & altera quidem rarior. florent æ-
ſtivis menſibus. *Valerianæ rubræ* à florum um-
bellarumq; ſimilitudine pleriq; nomen dedêre,
quod huic permittere maluimus, quàm impro-
priā appellationē temerè attribuere. Sunt etiā,
qui Behen recentiorū ſpeciē eſſe velint, idipſum
Behen rubrum nuncupantes, ad differentiā alte- E
rius Behen albi dicti, quę quidem eſt herba mul-
tùm à Behen Arabum differens, veluti & præ-
ſens. Alii inter Limonii genera referunt. Mat-
thiolus etiam ſecundam ſpeciem pro Limonio
depingit. Atq; hanc ipſam aridā ad nos pro *Li-
monio* miſit pręclariſſimus vir, & in notitia ſtir-
pium, omniumque ſimplicium verſatiſſimus Ja-
cobus *Antonius Cortuſus Patricius Patavinus.*
Et reſpōdet ſatis cum *Limonii deſcriptione po-
ſterior.* Sed Valeriana rubra non æquè non mo-
dò quòd folia ejus ſint longè quàm Betæ mino- F
ra; verùm potiſſimùm, quòd ſemē ejus rarò per-
ficiatur, & hoc ipſum nequaquam rubeat. Nam
Limonio folia ſunt Betæ ſimilia, tenuiora tamē,
& minora: caulis tenuis, rectus, refertus ſemine
rubicundo, ut Dioſcorides refert. Quod autem
ad facultates harum attinet, nullas quidē com-
pertas habemus. Videtur autem utraq; unà cum
radicibus refrigerantis eſſe naturæ. Porrò Vale-
riana Gręca colliculos tres, aut quatuor promit,
rectos, concavos, inanes, tenues & cubitales,
foliis circumveſtitos compluribus, oblongis,
alatis, ex aliis multis, medio intercurrēte nervo,
compoſitis, viciæ foliis ferè conformibus, ſed
tamen virentioribus, quorum ſingula parvula
ſunt, latiuſcula, oblonga, acuminata, dorſoque
aliquantulum eminente. flores nequaquam in
umbellis, neque etiam in alis foliorum, ſed in
faſtigiis cauliculorum ſparſi prodeunt, pulchri,
colore cæruleo, ſed dilutiore ſplendentes, ex
quinque foliolis, ſtaminibus aliquot exiguis, &
candidis in medio, à quibus apices parvi ſublu-
tei dependent, ſequuntur capitula parva, in qui-
bus ſemen minutū. pro radicibus multæ tenuiſ-
ſimæ ſunt fibræ. Nuſquam ſuæ ſpontis in Belgio
eſt, ſed aliunde illata: plurima æſtatis parte flo-
ret. Valerianam, ut diximus, Gręcam, & Valeria-
nam peregrinam, nec non Pſeudophu appellāt,
tametſi nullam cum Valeriana ſimilitudinem
habeat. Nullius eſt uſus, niſi quòd hortorum ex-
ornet margines. *Dodonæus.*

*Phu* verum creſcit in regno Neapolitano, in
Polino monte Calabriæ & aliis locis: & Romæ,
ubi in multis hortis colitur, abundè haberi po-
teſt. Radix eſt longa, & craſſa unum digitum, &
in circuitu villoſa ex obliquo, inſtar Hellebori,
& in uno loco reperiuntur multæ radices inter-
dum ad 30. invicem ſeſe obliquè contingentes:
odore planè refert Valerianam, attamen multò
efficaciore. Andromachus Ponticū eligit. Quòd
ſi ad manus noſtras pervenerit ſolida, nō exeſa,
odore fiagrantiſſimo, perfectiſſima erit. æquè ac
ea, quæ in Ponto creſcit. Vulgaris Valeriana non
debet illius loco accipi: cùm veræ copia, modò
diligentia mediocris præſtetur, haberi poſſit.

Fraxinellæ complures exeūt cauliculi,
rotundi, cubitales, aut altiores, inferiùs foliis, ſu-
periùs verò floribus ſuprà invicē digeſtis exor-
nati: folia oblonga ex pluribus ad unum pedi-
culum unita, Glycyrrhizæ ſimilia, multò quàm
fraxini minora. Singularia tamē eorum brevio-
ra, duriora, magisq; acuminata, quàm Glycyr-
rhizæ, florum color dilutè eſt rubentis purpuræ,
uti ſylveſtris malvæ: ſed forma diſſimilis. A' qui-
nis etenim utplurimùm *ſtriatis* oblongiſq; ſupe-
*rioribus foliolis*, *ſtamina aliquot recurvata bar-
bæ inſtar dependent. Odor horum* gravis eſt, ac
hircinum olet, & ſimiliter earum, quæ ſequun-
tur, ſiliquarum. Succedunt autem ſingulis flori-
bus quinq; ſimul, aſperæ, ſcabræ, & ſubrubentes:
in quibus ſemen gignitur rotundum, nigrum,
ſplendens, minùs quàm Pæoniæ, aut etiam Len-
ticſci, radices ab uno capite plures divaricātur, lō-
gæ, candidæ, carnoſæ, tenui in medio nervo,
cum obſcura acredine aliquantulum amarican-
tes. Videntur autem hujus duæ eſſe ſpecies, non
tamen valdè differentes. Unius *folia* majora, vi-
rentiora, duriora, magisque acuminata; alterius
verò nigriora, minùs dura, ac nō æquè in acumē
deſinētia: flores quoq; hujus aliquantò dilutio-
res; illius verò paulò rubicundiores. In Italiæ ac
Germaniæ mōtibus, ac collibus, lutoſo ac ſaxo-
ſo reperitur ſolo, apud Belgas hortenſis eſt. Flo-

res Junio: ſemen ſeriùs provenit. Recentiores Fraxinellam, pleriq; χαμαιμέλιον, quaſi humilem Fraxinũ appellant: officinæ Diptamnũ, & pro legitimo Diptamno, radicibus hujus ſubinde utũtur, unde & à nõnullis Pſeudodictamnum, & Dictamnũ album nominatur. Nõ eſſe autẽ legitimũ Dictamnũ notius modò eſt, quàm ullis verbis refelli opus ſit. Et Pſeudodictamnum quoq; Dioſcoridis nequaquã eſſe, nõ minus manifeſtũ. Sed nõ eſſe Tragii veterum ſpeciẽ, nõ æque expeditum videtur. Nam cum Tragio, & quidem priore convenire poſſe apparet. Habet autem iſtud prius Tragium: duo ſiquidem ſunt, authore Dioſcoride, folia, virgas & fructus Lentiſco ſimilia, ſed minora omnia, & ſuccum fert gummi ſimilem: & in Creta tantùm naſcitur. Idem Plinius lib. 27. cap. 13. Tragonis ſive Tragiũ, ait, naſcitur in Cretæ tantum inſulę maritimis. Lentiſco (exemplaria perperàm Junipero habent) ſimilis, & ſemine, & folio, & ramis. ſuccus ejus lacteus in gummi ſpiſſatus, vel ſemẽ, impoſitione ſpicula è corpore ejicit. Et Fraxinella quidem Lentiſcum non minus quàm Glycyrrhiza folio refert, & odorem τράγου, id eſt, hirci ſpirat: quæ hujus cum Tragio ſimilitudinem quandã oſtendunt. Sed tamen quia frutex non eſt, non baccas, quales Lentiſcus, ſed ſiliquas ferat, adnatis [illegible]bus careat, adhæc neq; lachrymam fundat, haudquaquã Tragium, ſed aliã, atq; ab eo differentem ſtirpẽ eſſe conſequitur, quam veriſimile eſt Veteres non obſervaſſe, vel in nullo uſu, aut ſaltẽ negligentiùs habuiſſe. Facit huc, quòd Bellonius lib. 1. Singularium refert, Tragiũ in Creta juxta fluenta naſci, & flore eſſe luteo. Nam Fraxinella montes amat & flore rubet. Ex quib. Fraxinellę cum Tragio diſcrimen ſatis apparet.* At Fraxinellę radix excalfacit, & reſiccat ordine ſecundo, digerentis, attenuantis, & aperientis eſt facultatis. Menſes & urinas movet: partus adjuvat: ſecundas educit: uteri frigidioribus morbis auxiliaris eſt. conferre & ſtomachicis, & anheloſis fertur. Tradunt etiam, adverſus ictus morſusq; ferarum, lethalia medicamenta, & peſtilentium morborum contagia prodeſſe, antidotisq; utiliter permiſceri. *Dodonæus.*

Menstrua quoque Provocant radix aſari, ari, acori, ariſtolochiæ longæ, aſphodeli, allii, bryoniæ, cyperi, coſti, capparorum, calami aromatici, dauci, dictamni, eryngii, fœniculi, helenii, lilii, petroſelini, pæoniæ, raphani, rubiæ, ruſci, &c. de quibus ſingulis vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus menſes ſiſtentibus.*

Tormentilla folio pentaphylli minore, ſeptenis inciſuris diviſo: radice brevi, nodoſa, cõpacta, rubeo colore, ſapore aſtringenti: cauliculis tenuibus, ſubrubẽtibus: flore melino, adeò ut in pẽtaphylli genere ſit reponẽda. Sunt, qui à ſeptenis foliorum diviſuris Heptaphyllon vocent. * Urinæ incontinentiam ſupprimit: ſiſtit menſes, ſi in earum decocto ad umbilicum
A uſq; conſederint fœminæ: vel ſi tritæ, & ex melle atq; ſpica ſubactæ, ventri, ac pubi illinantur. Sanguinem è vulneribus manantem cohibent, ſuperaſperſo earum pulvere. *Matthiolus.*

Menstrua quoque Sistunt radices Symphyti, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus ſudorem provocantibus.*

China ex Occidẽtali India defertur, (quandoquidem vulgo Luſitani ex Orientali India
B eam adferant) eſt arundinis majoris radici ſimilis, nodoſa, intùs alba, interdum rubeſcens, foris rubra. Optima eſt recens, ponderoſa, ſolida, pinguis, non carioſa, ſapore inſipida. Naſcitur in China, Orientalis Indiæ provincia, Scythiæ atq; Sericaniæ finitima, maritimis locis, arundinis, aut ulvæ paluſtris modo. Solius radicis eſt uſus apud Indos, ad curãdos difficiles morbos, apud quos magno in precio eſt. Propinatur ejus aqua in diuturnis & acutis morbis, febribus præter-
C tim: etenim ſudores provocat, cujus rei gratia multi ſanantur. Triginta ſunt circiter anni, quòd Luſitani primùm in has regiones eam intulerint. præclara de ejus facultatibus prædicantes adverſus omnis generis morbos, ſed maximè luem Veneream, in qua mirabiles effectus præſtitit. *Valdè extenuat: ſudorem movet & exiccat, ideoque putredini reſiſtit: jecur confirmat, hydropi auxiliatur: ulcera maligna ſanat, lepram & elephantiaſin curat: Gallico morbo ſuccurrit:
D corpus alimento deſtitutum reficit: ſcirrhis jecoris maximè prodeſt: ligno Guajaco tamen à Sarſa infirmius exiſtit. *Nicolaus Monardis, & Andernacus.*

Sarsa Parilla ex Peru, ſive Hiſpania nova defertur, planta multis radicibus nitẽs, glycyrrhizæ non diſſimilibus, duos cubitos, aut eo amplius longis, colore cinereo dilutiore, quę interdum tam altè demittuntur, ut qui integras eruere volet, ei profunda foſſione opus ſit: ra-
E mis nodoſis, & lignoſis, qui facilè deſiccantur: floréſne an fructum proferat, ignoramus. Illa multò meliorem & efficaciorem nobis deinde protulit provincia Honduras, à ſuperiore differens, quòd illa candidior eſt, ad pallorem tendens, & gracilior; hæc verò cinerea, nigrior, atque craſſior. Deligitur nigrior, recẽs, nõ carioſa, fractu contumax, quæq; aſſulatim frangitur, & ponderoſa. Nam quę cariem ſenſit, & dum frangitur pulverulenta eſt, inutilis exiſtimatur. Cum
F eam Hiſpani primùm viderunt, Sarſæ Parillæ nomen indiderũt, propter cognationem, quam cum noſtra Sarſa Parilla, quæ ſmilax aſpera eſt, habet. Certè noſtratem expertus ſum ſimili facultate præditam, cum ea, quæ ex Hiſpania nova adfertur, ad quam magis accedit, quàm ad eam, quæ in Honduras invenitur. Guſtu inſipido eſt, & ſine acrimonia, nec ejus aqua hordeacea ſapidior eſt. * Uncia ejus in duabus libris aquæ cocta, vini rubri turbidioris colorem refert, tenuemq; eſſentiã habet, & ſummè provocat ſudorem. Decoctũ ejus cum tenui victu potũ, per

dies

dies triginta, luem Veneream plus quàm lignum Indicum ſanat, prodeſt morbis articulariis, ulceribus, laxis ex pituita & defluxione tumoribus: cerebri & capitis vitia emendat: jecur confirmat: lienem extenuat: incipientem elephantiaſin diſcutit. *Nicol. Monardus, & Andernacus.*

*De radicibus venenis reſiſtentibus.*

ANGELICA cubitalem excedit altitudinem, caule geniculato, inani, multis alarum cavis referto: folia profert oblonga, per ambitum ſerrata, in nigrum vireſcentia: flores albos, in umbellam cohærentes: è quibus ſemen prodit tenue, lentium modo compreſſum. Radix ei ſubeſt craſſa raphani modo, quæ in plures divaricantur ramos, guſtu acris, & ſuaviter odorata. Naſcitur in hortis. Colligitur autumno: ſiccatur, & conſervatur per annos duos, vel tres. *Excalfacit, pariterq; deſiccat ordine ſecundo cõpleto, aut tertio incipiente. Proinde aperit, attenuat & diſcutit. Veneni mirificè adverſatur, quare peſtilentiam arcet hauſta, aut frequenter commanſa. Ipſa per ſe ſumpta, pituitoſos, lentoſq; humores digerit. Idem præſtat & radicis decoctum: quod etiam celeriùs ex frigore tuſſientibus auxiliatur: expectorat enim efficaciter craſſam, lentamq; pituitam. Sanantur eodem ex aqua aut vino interna viſcerum ulcera, concretuſq; ſanguis diſſolvitur, & roboratur ventriculus. Radix in pulverem trita, animi deliquiis, & cæteris cordis affectibus opem unicè præſtat. Valet ad rabioſorum & venenoſorum morſus, exteriùs cum ruta impoſita, intrò in corpus aſſumpta. *Matthiolus.*

CARLINÆ, *ſive Cardopatii duæ ſpecies*: una humilis & abſque caule: altera caulem promit. Utriuſq; florem candidum videre contigit. Geſnerus purpureum reperiri ſcribit, quod & Franciſcani fratres teſtantur. Humili folia ſunt ſpinoſa, & oblonga, inter quæ medius emicat orbiculatus flos, amplus, magnus, exteriore parte inſtar echini caſtaneæ valdè ſpinoſus: ſuperiùs planus, & latè patens, cujus medium multis capillaceis ſtaminibus farctum, oblonga, anguſta ambiunt foliola, candida, aut purpurea, ſereno hic explicatur cœlo, nubilo verò & per noctem veluti ſe recludens contrahitur. radix hujus oblonga, mediocris craſſitudinis. *Altera ſpecies folia ſimiliter valdè habet ſpinoſa, non rarò aſperiora*: caulem dodrantalem, aut altiorem: florem in capitulo uti prioris, ſed minorem multò: radicem digitalis ferè craſſitudinis odoratam, & utplurimùm rimoſam. De utriuſq; nomine inter recentiores non ſatis convenit. Sunt, qui velint priorem Chamæleonem albũ eſſe: alterum verò Chamæleonem nigrum: alii utrumq; à Chamæleonibus differre aſſerunt. Chamæleonem autẽ album Dioſcorides folia habere Scolymo ſimilia ait, caulem non promere: è medio ſpinas erigere echini marini aut Cinaræ modo: flores edere purpureos, veluti pilos pappoſos: ſemen Cnici: radicem interiùs albam, aliquatenus aromaticã, gravis odoris, & dulcem, circa quam viſcum re-

A peritur. Nigrum verò Chamæleonem, *idem inquit*, foliis quoq; eſſe Scolymi, ſed minoribus, tenuioribus, ac rubro diſtinctis, caule dodrantali, digitalis craſſitudinis, ſubrubente, & umbellã habere, in eaq; florem tenuem Hyacinthi æmulum, verſicolorem, radicem verò craſſam, nigrã, denſam, interdum exeſam, quæ diſſecta ſubluteа ſit, & manducata mordeat. Et cum Chamæleone quidem albo Carlinam humilem convenire poſſe apparet, ſi fructus, aut capitulum reB ſponderet. Caule ſiquidem & foliis ſpinoſa, ſed fructus non eſt veluti Cinaræ. Pini conum ſiquidem Cinaræ capitulum refert, ex ſquamis multis faſtigio acuminatis, ac ſpinoſis coactus, quale non eſt Carlinæ. Neque enim ſatis eſt, quòd caule careat, aut quòd viſcum ferat, ſed reliquas etiã adeſſe notas refert. Nam, ut Franciſcani fratres tradunt, plures Carduorũ ſpecies reperiuntur caule viduæ: poſſunt & aliæ viſcum ac gum-

C mi præbere. Plin. lib. 21. cap. 16. ixinem raram viſu & radice filioſam eſſe inquit, ex qua medium veluti malum extuberat. Eſt autem Ixine Chamæleon albus. Exemplaria Helxine perperam habent. Idem de Carlina altera dicendũ: tametſi enim folia fortè habeat Scolymi, & caulẽ dodrãtalem, cùm tamẽ flos nõ ſit hyacinthi, id eſt, cærulei coloris; deſideratis & aliis, Chamæleon niger dici non poteſt. Accedit noſtræ ſententiæ in lib. Singulariũ ſuorum primo, diligentiſſimus P. Bellonius, qui ambas Carlinas à Chamæleonibus difD ferre oſtendit, & utrumq; Chamæleonem Italiæ, Germaniæ, & Galliæ incognitum eſſe ſcribit. Albi Chamæleonis radicem perquàm craſſam eſſe ait, & pedalis, aut cubitalis longitudinis, multumq; odoratam, atq; ex ea lachrymam manare: Chamæleonis verò nigri florem eſſe pulcherrimi, cærulei, ac planè cœleſtis coloris, quam Dioſcorides ὑακινθίζοντα appellat, ab Hyacintho non ſcripto, qui creberrimè cæruleus eſt. *Dodonæus.*

VENENIS etiam RESISTUNT, radix Apii, E Allii, Ariſtolochiæ longæ, Bryoniæ, Cyperi, Carnabadii ſeu Doronici, Coſti, Fœniculi, Gentianæ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus ambuſtis conferentibus.*

HYACINTHI radix bulbacea eſt. *Hæc pueris cum vino albo illita, pubertatem coërcet, & non patitur erumpere: ſiſtit alvum pota, & urinam impellit: phalangiorum morſibus auxiliatur. *Dioſcorides.*

F AMBUSTIS quoq; medentur, radix Aſphodeli, Bulbi, liliorum alborum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus dolorem ſedantibus.*

ANONIS ſeu ONONIS ramos habet fruticoſos, dodrantales, aut majores, frequẽtibus geniculis cinctos, cavis alarum multis, capitibus rotundis: foliis lenticulæ tenuibus, puſillis, ad rutæ aut pratenſis loti folia accedentibus, ſubhirſutis, odoratis, non injucundè olentibus. Muria conditur, antequam ſpinoſa fiat, cibis gratiſſima.

Rami acutioribus ſpinis, & veluti ſpiculis firmioribus horrent. Radicem mittit candidam: * quæ excalfacit & extenuat. Hujus cortex ex vino potus urinam ciet, calculos comminuit, margines ulcerum erodit. Radix cum decoquitur poſca, dolorem dentium collutione mitigat. Decoctum ejus potu hæmorrhoidas ſanare creditur. *Dioſcorides.*

Dolorem quoq; ſedant, radix Acori, Dauci, Eryngii, Ireos, Mandragoræ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus diſcutientibus ſtrumas.*

Plantaginis radix * & manducatu, & collutione, dentium dolores ſedat. eadem cum foliis, ulceribus renum, & veſicæ in paſſo datur. Fertur, tres radices, cum tribus vini cyathis, & pari aquæ modo, tertianis auxiliari: & quatuor, quartanis. Sunt, qui radicis geſtamine, diſcutiendis ſtrumis utuntur. *Dioſcorides.*

Discutiunt quoq; Strumas, radix Capparorũ, Ireos, de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De radicibus venenoſis.*

Mandragora ſi bibatur, confeſtim ſopor inſequitur, exolutio, ac vehemens veternus, nihil temerè diſtans à lethargo. * Cui antequam aliquid ex iis accidat, vomitus & aqua mulſa proderit: poſtea nitrum & abſinthium ex vino dulci aut paſſo ſumatur. caput roſaceo & aceto perfundatur. Proficit excitatio & motus corporis & olfactus eupatorii, & piperis, ſinapis, caſtorii, & rutæ, tritorum in aceto: & liquidæ picis, & odor è lucerna: ſi extinctione, & extinctu. Quòd ſi ægrè ii revocentur, ſternutamẽta movere, aliisq; communibus auxiliis uti conveniet. *Dioſcorides.*

Fungorum alii genere, alii copia lædunt: omnes tamẽ ſtrangulatus ſuſpendio ſimiles concitant. * Quibus confeſtim ſuccurrendum: communiter ex oleo vomere cogendi: mirificè juvat lixivia ex ſarmentis, aut pyraſtri ſurculis, epota cum ſale, poſca & nitro. Fructus aut folia pyraſtri cum fungis decocta, ſtrangulantem illam vim auferunt, eſitataq; eiſdem auxiliantur. Adverſus fungos gallinacea ova cum poſca proficiunt, adjecta ariſtolochiæ drachma. item abſinthium cum vino melleq; ſumptum, & ex aqua potum: apiaſtrum ex nitro: panacis radix, & ſemen in vino: fæx vini cremata, cum aqua: atramentum ſutorium ex aceto: radix vel ſinapis, aut naſturtium eſu proſunt. *Dioſcorides.*

Sumpto Ephemero, quod aliqui ſylveſtrem bulbum appellant, * pruritus in toto corpore excitatur, non ſecus atq; iis, qui urtica aut ſcylla laceſſuntur: interna roſionem ſentiunt, ſtomachus cum ingenti gravitate exæſtuat cæterùm invaleſcente morbo, cruor ſtrigmentis admiſtus, per alvum exigitur. Quibus ut iis qui ſalamandrã hauſerunt, vomitione aut clyſteribus auxiliari conveniet: ſed antea quàm venenum invaleſcat, dandum eſt decoctũ frondium quercus aut glandium, aut malicorii: lac bibere prodeſt, in quo ſerpillum ſit decoctum: item ſuccum

A ſanguinalis herbæ, aut ramorum vitis, aut rubi, aut medullæ recentis ferulæ, aut myrthi cum vino. Baccæ autem myrtui tuſæ tritæq;, & aqua maceratæ, ut liquor inde ſumatur, opem ferunt. Media caſtanearum tunicula ſimilem effectum præbet, ſi cruda in aliquo ſupradictorum ſucco ſumatur: origanum quoq; cum lixivio epotum eximiè juvantur aſinini lactis, aut bubuli calidi potu, etiam in ore contineant: ita ut quibus copia lactis hujus adſit, non aliud deſiderent. *Dio-*
B *ſcorides.*

Veratrum Album * ſtrangulatus concitat, aut immodicas alvi dejectiones movet. Quibus ea medentur, quæ in fungorum mentione retulimus. Nimios autem dejectionum impetus medicamentis, quæ excrementa ſupprimunt, coercebimus. *Dioſcorides.*

*De radicibus alterantibus qualitate occulta.*

C Novi mulierem, quotidiè ferè per annos multos vulvæ ſtrangulationi obnoxiam, quæ ex illo morbo optimè convaluit, hauriendo ſemel per hebdomadam ſub lecti ingreſſum, vinum album, in quo uncia radicis Bryoniæ efferbuiſſet. Et hoc medicamento per annum integrum uſa, hinc nihil amplius incommodi ſenſit, inquit *Matthiolus.*

Pæoniæ radix, quòd ſolaris ſit, eruta Sole tenente Leonem, die & hora Solis, nec non Lu-
D næ creſcente lumine, portantem ab Epilepſia liberat. *Marſilius Ficinus.*

*De radicibus purgantibus bilem flavam.*

Rhabarbarum radix eſt inæqualiter craſſa, nõ admodũ longa, rheo Pontico perquàm ſimilis colore & ſubſtãtia. Ejus tres ſunt differentiæ: unum Indicũ ex Sinarum regione, omnium præſtantiſſimũ: alterũ Barbarum, ſecundũ locũ obtinens: tertium Turcicum, omnium ignaviſſi-
E mum. Laudatur ſubnigrũ in rubrum inclinans, recens, grave, pro raritate ſua, confractũ, ex ruſo & glauco alterans, & croci modo tingẽs. Adulteratur, ſi aliquot dieb. in aqua maceratur, ut facultas eximatur. fucus verò deprehẽditur, ſi in cõfracto ea varietas, quæ ſuprà dicta eſt, nõ cõſpicitur, nec croci modo tingit, ſed levius eſt, & magis adſtringit. Conſervatur annos tres aut quatuor integrum incorruptumq;, ſi cera ſola, vel cera cum terebinthina liquata circumlinatur, aut melle al-
F bo, aut pſyllio, aut milio mergatur. Corrigitur tertia parte ſpicæ, vel ſquinanthi, vel cinnamomi. Doſis infuſionis à drachma una cum dimidia, uſq; ad decem: pulveris verò à drachma una, uſq; ad quatuor. Calidũ & ſiccũ ordine ſecũdo. * Purgat clemẽter bilem flavam, pituitamq;, præcipuè à ventriculo & hepate, & inde ſanguinem purgat, obſtructiones liberat, & affectus inde ſanat, icterum, hydropem, ſplenis tumorem, febres putridas, etiam diuturnas, dolorem hypochondriorum punctorium, &c. *Medici Florentini ex Meſue.*

Filici folia ſine caule, ſine fructu, ſine flore,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0184-7
DFG

ex uno pediculo cubitali lõgitudine exeũt, multifida, & lateribus pinnata, ſubgravi odore: radice per ſumma ceſpitum nigra, oblonga, filices multas fundente, ſubaſtringente guſtu. Naſcitur in montibus & ſaxoſis. Colligitur autumno, ſiccatur & conſervatur per annum. * Radix latas tineas excutit, ſumpta drachmis quatuor ex aqua mulſa: melius, ſi cum ſcammoniæ, aut veratri nigri totidem obolis detur: ſed qui ſumunt, alia prægustare debent, &c. *Dioſcorides.*

Purgant quoque bilem flavam Rhaponticum, &c. de quo vide ſuprà ſuo loco.

### *De radicibus purgantibus bilem atram.*

Elleborum Nigrum, vulgò à German. Chriſtwurtz / folia habet viridia, platani ſimilia, minora, foliis ſpondilii proxima, pluribus diviſuris inciſa, nigriora, & craſſiora, ſubaſpera: caulis aſper. flores ex candida purpurei, cotoneis ſimiles racematim cohærentes, in quibus eſt ſemen cnico ſimile: radicibus nigris, tenuibus, elleboro albo ſimilibus, quarum duntaxat eſt uſus. Reperitur in Germaniæ pleriſq; montibus, & aliis incultis ac aſperis locis. In hortis vivax eſt. Floret circa natalem Dominicum, ſi hyems clemens mitiſque fuerit: aliàs mox ſoluto gelu. Eligi debet benè nigrum, corpulentum, plenum, in quo tenuis ſit medulla, acre guſtu, fervensque. Helleborum nigrum, quo hodie plerunq; utuntur, non eſt jam deſcriptum: veruntamen etiam in Hetruria reperitur cum prædictis notis, tametſi rarò. Itaque cura adhibenda eſt, ut id ſumatur: quamvis non multum errent, qui in veri loco utuntur vulgari. Colligitur in Vere vel æſtate: ſervatur verò per annos duos vel tres. Corrigitur cinnamomo, fœniculo, aniſo, maſtiche, oxymelite, & paſſo. Solis animoſis & robuſtis datur. Doſis pulveris à ſiliquis ſex, uſque ad ſcrupulum unum vel duos, cum paſſo vel oxymelite. * Bilem utramq;, & pituitam evacuat non citra difficultatem. Itaque febribus circuitu repetentibus, & diuturnis convenit: item furore percitis: altera capitis parte dolentibus: & quos cephalæa diu infeſtavit: inſania & melancholia laborantibus, &c. *Medici Florentini ex Meſue.*

Elleborum Album (*Ger.* Weiſſnieſwurtz. Gall. *Ellebore blanche.* Ital. *Elleboro blanco.*) radicibus nititur multis, tenuibus, candidis, ab oblongo & exiguo capite exeuntibus cœparũ modo: folia fert plantaginis: caulem palmo altiorem, cavum, tunicis convolutum: gaudet montanis & aſperis, & non modò in Græcia, Italia, aut aliis calidioribus regionibus, verùm & in Germaniæ ac Helvetiorum montibus viret. vivit & in hortis. Floret æſtate: meſſibus, aut ſub Autumnum legendum eſt. Deligendę ſunt radices ſummis montibus collectę, candidę, mediocriter extentæ, friabiles, carnoſæ, nullum in frangendo pulverem emittentes, quæq; ſint medulla tenui, guſtu fervente, nec tamen id vehementer: quæ enim nimium acres ſunt, ſtrangulãt. Calidum & ſiccum in tertio. * Vomitu multo purgat, & ſter-

A nutamenta violenter movet. Vitandum autẽ hoc eſt, quod ſtrangulat. *Medici Florentini ex Dioſcor.*

Polypodium radice dulci, auſtera, digiti parvi magnitudine, multùm ſiccante, ſed ſine morſu. Probatur ſubdulce, ſubauſterum, guſtatu ad poſtremum ſubamaro, & nonnihil aromatico, ſolidum, cirrhis ſeu nodis plenum, ex rubro nigreſcens, colore intùs herbaceo, piſtacii modo recens, quercuum & arborum aliarum glandiferarum truncis adnatum. Servatur per annũ.
B Corrigitur aniſo, fœniculo, zingibere, vel ſimili odorato aliquo. Doſis à drachmis duabus, ad aureos quatuor. Calidum eſt in tertio: ſiccũ verò in ſecundo. * Humores craſſos & lentos terget, digerit, ſiccat, bilem atram, & pituitã vel craſſam vel lentam purgat, etiam à juncturis. Affectibus ob hæc melancholicis prodeſt, ut quartanis, præſertim cũ mulſa, &c. *Medici Colonienſes ex Meſue.*

### *De radicibus purgantibus pituitam.*

C Agaricum oritur in magnarũ arborũ truncis, vetuſtate jam putreſcentiũ, & eroſarum tanquam earũ vel apoſtema, vel fungus. Eſt duplex, mas & fœmina. Mas eſt malus, præſertim qui longus, niger, durus, denſus, gravis & in fragmẽtis ceu villos nervorum oſtendit. Fœmina ſi rotundior, alba, poroſa, & rara valdè, & frãgi facilis, levis, dulcis primo guſtatu, mox amara & ſtyptica, eſt melior, præcipuè ſumma corporis ſui parte. Conſervatur per annos quatuor. Corrigitur
D tertia parte zingiberis, vel ſalis gemmæ. Doſis à drachma una uſque ad duas: infuſionis verò à drachmis duabus uſque ad quinq;. Calidũ ordine primo, ſiccum verò tertio. * Pituitam craſſam, lentam, putridam, & bilem flavam & atram purgat à cerebro, nervis, muſculis, ſenſoriis, ſpina dorſi, thorace, pulmone, ventriculo, hepate, liene, renibus, utero, juncturis. Urinã quoq; movet, ac menſes utrumq; expurgat. Cutis colorẽ floridum reddit, lumbricos necat: iſchiadi & cæterorum
E articulorum doloribus confert, & febribus diuturnis, ex materia varia natis, &c. *Meſues.*

*Agaricum*, ut Galenus experientia docet, non admittit fuſcum. Hoc unum itaq; obſervandum eſt, ut ſeligatur illud, quod intùs habet venas rectas: ſitq; leve, rarę contextionis, tenerum, friabile, album & ſplendens: quale eſt, quod fœmina vocatur. Denſum, ponderoſum, lignoſum, rotundum, durum, & nigrum, non ſolùm laudabile non eſt, ſed potiùs à Dioſcoride inter ve-
F nena in 6. lib. recenſetur. Quod mediũ eſt inter hæc duo, quantò pluribus notis vel ad hoc, vel illud accedit, tantò majores habebit vires. *Dioſc.* ait, quod in Galatia, Aſia, & Cilicia in cedris creſcit, eſſe infirmũ & friabile, quod tamen antea ut bonum elegimus. Itaq; hæc vox *friabilis* rectè intelligi debet: ut ſcilicet Agaricum ſit tenerum, non tamẽ eo modo, ut quaſi aliquod marcidum per ſe ipſum, aut leviter manũ admovẽdo in multa fruſta decedat. Debet ergo hoc modo compactũ eſſe in ſe ipſo, ut digito aut piſtillo, aut lima facilè in pulverem reducatur: majorq; illius pars



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0185-2

conſtet ex pulpa, non nervis & venis, hoc enim durius & gravius: & inſuper, ne paucæ iſtæ venæ, quæ in medio illius apparent, ſint quoq; flaccidæ, vel friabiles, quia hanc ob cauſam quoque Agaricus facile divellitur: & ita Dioſc. & Galenus intelligi debent. Atque ideò non ſine ratione ex ſententia Galeni ſuperiùs diximus in præparatione Theriacæ, Agaricum per ſe ſolum terendum eſſe, quò iſtę venę tanquam nullius uſus abjici poſſint. At tametſi illi, qui Agaricum propterea tundunt cum vino illum irrorando, ne ſubtiliores ejus partes evaneſcant, non ſint improbandi, nihilo tamen minùs hallucinari mihi videntur, quòd poſtea ſimul accipiant partes quoque lignoſas & inutiles, quæ hac terendi ratione non abjiciuntur, ſed ibi remanent, ut bonæ. Nec ſatis eſt dicere, quòd ſi accipiamus Agaricum fœminam, non adeſſe iſtas venas: nam etſi Galenus eligat fœminam, vult tamen in ea ſeparari iſtas fibras: imò ſi non adeſſent, Agaricum non eſſe probum, quemadmodum diximus ejus probationis indicium eſſe. Ne verò perdantur particulæ ſubtiliſſimæ inter terendum, cavere id poſſumus eo modo, quem Crito docet, de quo antea locuti ſumus.

Cucumeris Sylvestris radix in pleriſque calidis regionibus in ruderibus ſabuloſis aliiſque incultis locis reperitur: apud Germanos hortenſis: autumno colligitur: ſiccatur in umbra, & conſervatur per annos ſex. Doſis dejectionis eſt à drachma una uſque ad quatuor: pulveris verò à granis quindecim uſque ad drachmam ſemis. *Pituitam & bilem dejicit, præſertim in hydropicis: dejectiones autem citra ſtomachi injuriam movet. *Meſues, & Dioſcorides.*

Esula Græcis tithymalus dicitur. Sed veluti eſulæ nomine tres plantæ intelliguntur, major videlicet, minor, & rotunda: ſic etiam tithymali genera ſeptem à Dioſcoride aliiſq; pluribus deſcribuntur. Eſula majore pytiuſa Dioſcoridis intelligenda eſt, & Alſcebram majus Meſuæ: eſula minore, tithymalus cypariſſias & alſcebram minus: eſula rotunda, peplos: quæ omnes plantæ hodiè ſunt cognitæ. Cognoſcendæ ſunt etiam reliquæ tithymali ſpecies, præſertim *characias*, qui reliquis præferebatur, & Græcis erat in uſu, hodiè cognitus eſt, quemadmodum & reliqua tithymalorum genera, his præſertim, qui in his inveſtigandis diligentiam aliquam adhibent: nam omnes in Hetruria reperiuntur. Eorum deſcriptio cùm ſit admodum prolixa, ex Dioſcoride petenda eſt. Cæterùm ex omnibus eſulæ generibus minoris radicis cortex eligitur tenuis, levis, fractu facilis, rubeſcens, Caſſiæ fiſtulæ modo, poſt ſex à collectu menſes, ex loco libero collecta initio Veris. Conſervatur autem per annũ. Corrigitur tragacantho. Doſis à ſiliquis duabus uſque ad tres. *Purgat valenter pituitam, aquas, atram bilem, & à juncturis. *Medici Florentini.*

Ebuli radix (*Ger.* Attich. Gall. *Hieble.* Hiſp. *Yezgos.*) longa eſt, *craſſitudine* digitali. Nota eſt. Naſcitur in montibus, *ſylvis*, *locis* humentibus, incultis, & campeſtribus, ſecus vias. Flores æſtate, baccæ autumno maturantur. * In vino decocta, & in cibis data, hydropicos juvat *Dioſcorides.*

Hermodactylus radix eſt officinis nota. Variæ ſunt opiniones, cujùsnam plantæ radix ſit à veteribus deſcripta. Veriſimilior tamen eſt eorum ſententia, qui colchi radicem eſſe exiſtimant, tametſi Dioſcorides venenoſam eſſe affirmet: nam medicamentorum purgantium magna pars ferè eſt ejusmodi. Hermodactylum unum idemq; eſſe & Græcis & Arabibus credimus: itaq; hujus noſtræ radicis facultatibus freti, ea utemur hermodactyli veterum loco. Probatur candidus, corpulentus, plenus, gravis, non carioſus. Naſcitur in montibus. Colligitur Vere: ſiccatur in umbra, & conſervatur per annos tres. Corrigitur cinnamomo, maſtice, zingibere, pipere longo, &c. Doſis ab aureo uno uſq; ad duos. Calidus & ſiccus ordine ſecundo, cum humiditate excrementoſa, flatulenta, nauſeabunda. * Pituitam craſſam, præſertim à juncturis trahit: ob id podagrę, & aliis arthritidis differentiis confert. *Medici Florentini, & Meſues.*

Sambuci radix vulgaris eſt notitiæ. Naſcitur in hortorum ſepibus. * Aquam detrahit: ſtomacho inimica: hydropicos adjuvat, &c. *Dioſcorides.*

Turbith, planta eſt radice neque magna, neq; longa, caulis dodrantalis, ſubinde longior, digitalis craſſitudinis, hederæ modo per ſolum repit. folia profert Althææ: flores etiam ſimiles à candido rubentes, nonnunquam omninò exalbidos. *Utilis* autem medicinæ caulis duntaxat pars *inferior*, radici proxima, quæ gummoſa. Atque hujus cortex eſt, quem officinæ oſtendunt, craſſior videlicet quidam ac inanis, caudicis inferioris exterior cortex, medio exempto. Laudatur vacuũ, arundinoſum, fragile & plani corticis Turbith: deinde cui gummi adhæret concretũ, quod gummoſum dicitur, & albidum. At gummoſum nõ eſt ſemper ſua natura: ſed Indi, quia viderunt à gummoſitate optimi Turbith notas à noſtris peti, ſolent ejus ſtirpem, ac cauliculos priùs quàm colligant, aut contorquere, aut leviter vulnerare, ut liquor efflueret. quo tandem denſato atq; cõcreto, cauliculos gummoſos auferunt. Reperitur verò & quandoq; abſq; cõtorſione gummoſum factum, ſed tamen, quò faciliùs liquor emanare poſſet, vulnerari ac contorqueri ſolet. Candidum etiam ſit, in Sole reſiccatum: in umbra etiã nigreſcit. Provenit in maritimis, verùm non adeò mari vicinis locis, ut unda ejus allui queant, ſed duabus aut tribus interdum à mari leucis, ſive miliaribus diſtantibus, & quidem in incultis, & potiùs humentibus quàm ſiccis. Naſcitur autem in Cambaya, Surrate, Dio inſula, Bazaim locisq; vicinis, & in Guzarate, ubi plurimũ, atq; unde magna copia in Perſiam, Arabiam, Aſiam minorem, & Luſitaniã effertur. Præfertur autẽ in Cambaya natũ. Arabib. Perſis, & Turcis Turbith appellatur: in Guzarate verò Barcamã: in Cana-

ra pro-

ra provincia,cujus civitas Goa,Tiguar.Habetur A
ab Indis Medicis pituitam dejiciens ac expur-
gans medicamentum: cui ſi febris abeſt,adjice-
re ſolent Zingiber,alioqui absq; hoc ex decocto
pulli gallinacei, aut cum aqua exhibent. Meſues
Turbith calidũ eſſe refert ordine tertio,& craſ-
ſam lentamq; pituitam vacuare:atq; hanc è ven-
triculo, thorace, nervis atq; remotioribus artu-
bus educere: ſed tardioris facultatis eſſe, & ven-
triculum ſubinde eò ſubverti perturbariq;: quo-
circa Zingiber,maſtichen,aliaq; aromata ei per- B
miſcenda:addi & oleum amygdalarum dulcium,
vel ipſa amygdala, aut ſaccharum,ne corpus hu-
jus uſu extenuaretur, aut emarceſceret: ab aliis
item cum palmulis,amygdalis dulcibus, aliisque
contemperari, inde componentibus antidotum
(electarium,aut electuarium officinæ appellant)
quod Διαφοινικὸν dicitur, officinis ipſis, & Medi-
cis exercitatis in uſu frequens. Datur ipſius Tur-
bith drachma(plus minus)una,ad ſummum duæ.
In decocto verò aut diluto tres,quatuórve ad- C
mittuntur. *Garcias ab Horto.*

Mechoacan radix eſt ante viginti annos
primùm reperta in provincia Mechoacan dicta,
quadraginta miliaribus ſupra Mexico, quam de-
vicit Ferdinandus Corteſius,Anno 1524. Jam vi-
dimus apud Franciſcanos hujus urbis naſcen-
tem ex ipſa provincia Mechoacan navi delatam,
multis ramis luxuriantem ſupra terram expan-
ſis colore cinereo, qui vicinas perticas, aut per-
gulas ſcandunt, & multiplici nexu amplectun- E
tur, foliis rotundis,in mucronem deſinentibus,
ſecundùm pediculum amplis,fibroſis,adeò verò
delicatis,ut humiditate carere videantur: fructu
coriandri ſicci magnitudine, racematim cohæ-
rente,qui Septembri matureſcit: radice craſſa vi-
tis albæ ſeu Bryoniæ modo, ut nõ defuerint, qui
eandem plantam eſſe putarẽt,aut ſaltem ei con-
generem: ſed multùm differunt. Nam Bryoniæ
radix viridis & ſicca,admodum acris eſt.Mechoa-
can verò inſipida,& ſine acrimonia.Milii ſemine F
obruta ſervatur hæc radix, aut lino picato, ſeu
reſinato involuta. Cæterùm nunc ex continen-
ti advehitur Mechoacan, natum circa Nicara-
gua, & in Quito (ubi diligenter colitur, & ma-
gno in uſu eſt, ob ejus mirabiles effectus) longè
præſtantius eo, quod ex nova Hiſpania adfer-
ri conſuevit: cujus flos,ſemen,& ramuli etiam
allati ſunt. Erat verò is flos quaſi mali aureæ,

quinque foliis conſtans majoribus, è cujus um-
bilico protuberat calyx, ſive veſicula quædam
avellanæ magnitudine, membrana conſtans te-
nui, albicante, quæ in duas cellulas tenuiſſima
pellicula ſecretas dividitur, & in ſingulis bina
grana, ciceris exigui magnitudine, colore per
maturitatem nigro, guſtu inſipido contineban-
tur,quæ molli & ſpongioſa terra excepta com-
modè naſcuntur. Ex hujus radice fit conſerva
varii generis,Cydoniorum modo, ſed etiam ge-
latina ex ſaccharo, & illius ſucco,quæ in delitiis
eſſe poſſunt: nam ut radix eſt inſipida,facilè ſac-
charum recipit, quocunq; tandem modo pare-
tur. Moleſta non eſt hujus radicis ſumptio,quia
nullius mali ſaporis eſt particeps, ideoq; pueris,
ſenibus, aliisque qui vetera medicamenta re-
ſpuunt, utilis eſt. *Pituitam præſertim,& aquas
educit, Icterum, Cephalæam, ſtrumas & epile-
pſiam curat,vetereſque defluxiones ſiſtit,articu-
lorum,coli,& renum doloribus utilis eſt. conve-
nit etiam uteri doloribus, aſthmati,tuſſi veteri,
febrientibus,& lue Venerea vexatis: hujus au-
tem radicis ſumendæ ratio talis eſt. Purgato
priùs corpore ſerapiis, clyſteribus,aut ſanguinis
miſſione,& diæta, pro Medici judicio: hujus ra-
dicis leviter contuſæ pulvis vino albo maceratus,
aut aqua fœniculi, aniſi, aut cinnamomi (ſi quis
vinum non fert) ſummo mane propinatur, di-
midiæ drachmæ pondere pueris, unius drachmæ
juvenibus & adoleſcentibus,duarum verò drach-
marum viris & mulieribus. Nec inutiliter da-
tur ex ſyrupo novem infuſionum. Dimidia poſt
ſumptum hoc medicamentum hora, ſomnus
conceditur, iis præſertim,qui vomitibus obnoxii
ſunt. Facta purgatione, datur juſculum,& pau-
lò pòſt cibus, qualis his dari ſolet, qui ſeſe pur-
gant. Fiunt nonnunquam ex eodem pulvere ca-
tapotia coriandi ſicci magnitudine. Mittit nobis
promontorium D.Helenæ, quod in eodem,quo
Nicaragua tractu eſt, aliud Mechoacan genus
ſylveſtris, quod gravia ſymptomata excitat, ut
vomitus immodicos, tormina, & alvi profluvia:
quam ob cauſam Scammonia nuncupatur,
ſed nemo (periculo ſemel facto) utitur. Simile
eſt alteri cùm folio,tum ſarmentis, tum
radice, ſed per omnia minoribus: &
ipſa etiam radix acrimoniæ non-
nihil habet. *Nicolaus
Monardis.*

# *De Lignis, Sectio XIII.*

LIGNA ſunt partes plantarum firmiſſimæ, tanquam oſſa in animalibus duriſſima: horum alia alterant qualitate

- Manifeſta
  - Calida
    - Agallochum, Xyloaloë, *Lignum aloës*,
    - Aſpalathus,
    - Buxus,
    - Guajacum, Sanctum,
    - Indicum,
    - Ebenum,
    - Juniperi *lignum*,
    - Narcaphthum,
    - Viſcum *quercinum*,
    - Xylocaſſia,
    - Saſſafras,
    - Lignum *aromaticum*,
    - Lignum *ad renum affectiones, &c.*
  - Frigida
    - Cypreſſi, Loti *arboris*,
    - Santalum *album*,
    - Santalum *rubrum*,
    - Santalum *citrinum*,
    - Tamaricis.
- Occulta: *ut*
  - Lignum *Laricis*,
  - Lignum *Ficus*,
  - Viſcum *Quercinum*.

## *De Lignis calidis.*

LIGNUM ALOES, Agallochum, Xyloaloës, Germ. Paradeißholtz/ lignum eſt, quod ex India atque Arabia deportatur, varium, maculatum, odoratum, guſtu aſtringens, cum quodã amarore: cortex ejus corio ſimilis, colore aliquantulum verſicolore. Arabibus præfertur id, quod ex India adfertur, craſſum, nigrum, varium, ſolidum, grave, ſine candore, & quod ignibus impoſitum diu perdurat. * Manſum animæ ſuavitatem commendat, pro thure ad ſuffimenta ſubſtituitur. Ramenta ejus pota drachmæ pondere, languidum ex humore ventriculum, reſolutumque confirmant: adhæc jecinoroſis, dyſentericis, pleuriticisque opitulatur. Hæc medici Florentini ex Dioſcoride. Cæterùm Garcias ab Horto Agallochi hiſtoriam ſic deſcribit: Arbor eſt oleæ inſtar, interdum major, fructum, aut florem videre non contigit, ob difficilem & periculoſam hujus arboris diuturnam obſervationem, frequenter iſtic graſſantibus Tigribus. Allati verò mihi ſunt à Malaca rami cum foliis. Ferunt autem recens diſſectum Agallochum nulla odoris fragrantia gratum eſſe, nec niſi ſiccatum odoratum eſſe: imò eum odorem per univerſam ligni materiem non diffundi, ſed in ipſo arboris corde ſive matrice co-

A acervari. *Craſſus eſt enim cortex*, & ligni materies odoris expers. Haud negaverim tamen, quin putreſcente cortice, & ligno, oleoſus ille & pinguis humor fugiat, & ad matricem recedat, illamq; odoratiorem faciat. ſed ut odor Agallocho concilietur, minimè putredine opus eſt. Multi enim ſunt adeò experti, & dextri in Agallocho dignoſcendo, ut etiam recens ſectum judicare poſſint, ſit'ne odoratum futurum, an nulla odoris jucunditate ſpiraturum. Etenim in o-

B mni lignorum genere aliud alio præſtantius eſt. *Solent* autem Malacæ incolæ Agallochum repurgare, antequam negociatoribus vendant. Cæterùm lignum Aloës, *licèt* hic natum, tres aureos pendit in ſingulas libras.

ASPALATHUM officinis incognitum eſſe creditur, eiq; ſubſtituitur lignũ aloës. Sylvio contraria eſt ſententia, qui cenſet, lignũ aloës officinarũ, aſpalathũ verius eſſe, quã agallochũ. Optimus eſt gravis, detracto cortice rubeſcens, aut in

C purpurã vergens, denſus, odoratus, guſtatu amarus. Eſt & alterum ejus genus candidum, lignoſum, ſine odore: quod deterius habetur. Naſcitur in Iſtro, Syria, & Rhodiorum inſula. * Vim calefaciendi cum adſtrictione obtinet. Unde decoctum cum vino, ad tetra oris ulcera colluenda convenit: ad nomas genitalium, & ſordida ulcera infunditur: ſubjectum in peſſo, partum extrahit.

hit. Alvum ſiſtit ejus decoctum: & ſanguinis rejectionem potu cohibet: urinæ difficultatem inflationesque diſcutit. *Dioſcorides, & Medici Colonienſes.*

*Aſpalathum* verum exiſtimarunt hucuſq; eſſe lignum quoddam coloris flavi, quod Venetiis & Florentia fuit apportatum, in quibus locis ex eo globuli pro recitandis precibus parantur, atq; interdum Neapolim quoq; afferunt, ubi vocarunt Santalum nonnulli, alii lignum Aloës, quanquam ab utroq; multum differat. Imo aliqui volunt lignum eſſe Thuris. Sunt præterea, qui pro Aſpalatho accipiunt ſpeciem illam ligni Aloës, quæ ex Rhodo affertur, quod quidem arbitror, ſi non legitimum fuerit lignum Aſpalathi, illius tamen loco ſaltem rectè accipi poſſe. Non diu quoque eſt quòd Melchior Guilandinus, peritiſſimus ſi quis alius rerum ſimplicium, fruſtum ligni Aſpalathi ad me miſerit præditum omnibus notis, quibus illud authores deſcribunt, idque peculiariter ſpirabat neſcio quid odoris de Caſtoreo, ſicuti Plinius quoque vult: idq; ſi haberi ubique poſſet, non nobis de ſuccedaneo eſſet multùm laborandum. Neque dubito quin alii quoq; ab iſto præſtante inveſtigatore ſimplicium impetrare poſſint; nam ego priùs quoq; ſpecimen ejus vidi apud Imperatum.

Buxus, Ger. Buchsbaum. Gall. *du Bouis*, planta eſt notiſſima: gaudet frigidis & apricis: ſpiſſiſſima, denſiſſima, atque ponderoſiſſima, adeò ut in aquis non fluitet, nec cariem ſentiat. Hæc etſi nullius ſit in medicina uſus, ut veteres prodidêre: non deſunt tamen è recentioribus, qui velint, non aliud eſſe Italis Buxum, quàm Indis lignum, quod Guajacum appellant: ea tantum ratione ducti, quòd pluries experimento compertum ſit, ejus decocto etiam feliciùs eos ſanatos eſſe, qui Gallica lue affecti erant. Quod etſi experientiæ concedi poſſit, illud buxi lignum præſtare: attamen quòd buxus in Italia naſcens & Guajacum ab Indis petitum, una & eadem ſint planta, nunquam profectò crediderim. *Matthiolus.*

Lignum Guajacum, Sanctum, Indicum, Ebeni genus eſſe creditur. Optimum eſt grave, denſum, interiore parte nigra, exteriore, & illam ambiente, ſubflava: cortice lævi, firmiter hærente, ligni ſcobe, ſi manibus comprimatur, ſimul cohærente, (quod pinguedinis ejus indicium eſt:) quod deniq; in ſua decoctione multum odorem, ſaporem atq; colorem relinquit: magnitudo autem, aut parvitas fragmentorum non ſunt tam magni momenti, quàm notæ ſuprà dictæ: ſed in hac parte mediocritas laudari poteſt. Advertendum eſt, cortice nos uti ſeorſim, quem plerunque fraxini cortice adulterari contingit, aut ſimilibus, qui tamen dignoſcuntur ſapore & odore quodam peculiari. * Exiccat, attenuat, liquefacit, expurgat, ſudorem movet: contagioni atque putredini reſiſtit: quapropter morbo Gallico mirè ſubvenit. Ejus decoctum vetuſtis ulceribus, ſcabiei, & impetigini convenit, decenti victus ratione adhibita. Hodie per Chymiam, in aquam, in oleum, & in ſalem redigitur: quæ illius ſtudioſi Mercurium, ſulphur, & ſalem nominant: quibus multò tutiùs & celeriùs lues Venerea curatur. *Medici Florentini, & Andernacus.*

Ebenus optima habetur Aethiopica, & nigra, nullos habens venarum diſcurſus, factitii cornus lævore: cùm frangitur, denſa apparet, mordens guſtu, atq; adſtringens. Suffitur jucundo odore ſupra carbones ſine fumi tædio. Recens autem ad ignem prolata, ob pinguedinem accenditur, & trita ad cotem ruſeſcit. Altera eſt Indica, internatis candicantibus, & modicè fulvis, item frequentibus maculis. cæterùm prior bonitate antecedit. Apud quosdam ſeſamina, aut ſpinea ligna conſimilia pro ebeno væneunt, quod diſcernitur ex eo, quod fungoſa ſunt, & in purpureas aſſulas reſolvuntur, nihil mordacitatis in guſtu, nec redolentiæ in ſuffitu præ ſe ferentia. * Caliginem oculorum abſterget. ad veteres deſtillationes, puſtulasq; mirum in modum pollet: ſi quiſpiam facta ex eo coticula collyriis utatur, meliùs proficiet. Ad oculorum medicamenta efficax eſt, ſi ſcobes, ramentáve vino Chio die noctuq; macerata, in collyria digerantur. Nonnulli præterita ipſa excolant, reliquaq; eundem in modum peragunt. Alii pro vino aqua utuntur. Uritur in fictili novo, donec in carbones redigatur. Lavatur plumbi uſti modo: & ita ſiccis ſcabriſque lippitudinibus conducit. *Dioſcorides.*

Juniperi lignum ad centenarios annos incorruptum perdurat: ejusq; carbo accenſus, & ſuo cinere obrutus, ignem integro anno fovet. * Accenſum ſerpentes fugat. Corticis cinis cum aqua illitus lepras eximit. *Matthiolus.*

Narcaphthum ex India defertur. lignū eſt corticoſum, ſimile ſycomori libro: & velut putridum, antiquitatem nimiam præ ſe ferens: quod jucundi odoris gratia ſuffitur. Miſcetur thymiamatis compoſitis. * Conſtrictionibus vulvæ ſuffitu prodeſt. *Dioſcorides.*

Viscum. German. Miſtel. Gall. *du Guy ou de la Glu*, per ſe non eſt arbor, ſed in arboribus naſcitur, fronde plerunq; perpetua. Laudatiſſimum quod in quercu provenit, recens, intùs porraceū, extrà fulvum, quod aſperi nihil, aut furfuroſi cōceperit. Fit acinis in quercu naſcentibus buxeo fruticis folio. * Lignum tritum, potatum, comitialibus prodeſt. *Dioſcorides.*

Xylocassia, Xylocinnamomum. Caſſia Græcorum creditur eſſe cinnamomum, ſive canella craſſior rudiórve ex annoſis arboribus cinnamomi arboris, lauro ſimilis, aut ſaltem ex trunco potiùs, quàm ex tenuioribus ejus ramis decerptus cortex. Quemadmodum enim cerdones coriarii ad operas ſuas gravatim admittunt cortices quercuum annoſarum craſſiores, expetunt verò tenellos tenellarum & novellarū quercuum cortices: ita conſtat tenellos & ſubtiliores cortices cinnamomi longè magis aroma-

ticos eſſe craſſioribus. Unde tale cinnamomum Reges Portugaliæ ægrè etiam dimittunt, adeò ut præſtantiſſimum cinnamomũ etiamnum vix habeamus: imò & Actuario leptocinnamomum, id eſt, tenue cinnamomum pro optimo habetur. Caſſia itaq; nobis allata, præfertur longa, odorata, guſtu cum acrimonia grato, ruſeſcens. *Medici Colonienſes.*

Sassafras, ligni quoddam genus ex Florida novi orbis provincia, quę vigintiquinq; graduum altitudine polum habet, nunc recens in Hiſpaniam invehitur, cujus ante paucos annos notitiam Gallus quidam mihi dedit, ejus facultates mirum in modum prædicans adverſus varios morbos, ut ipſe & alii Galli experti erant ab ejus regionis incolis edocti. Profligatis ex ea regione Gallis, noſtri Hiſpani in ſimiles morbos incidere cœperunt, ob pravi ſucci alimenta, aquarum crudarum potationem, & ſub dio dormitiones: at à quibusdam, qui remanſerant, Gallis de hujus ligni facultatibus moniti, eo uſi ſunt, & ſanitati reſtituti. Dicitur hæc arbor Indis Pavame, Gallis (quos imitati ſunt Hiſpani) neſcio quam ob cauſam, Saſſafras. Arbor eſt magna, Pini medioeris magnitudine & forma, (tametſi minores inveniantur) unico trunco nudo, ramis in cacumine expanſis, ut Pinus repurgata cortice, quem integit tenuis cinerea quædam pellis, ex cinereo nigricante, guſtu aliquantulum acri, ſed aromatico, nonnihil ad fœniculi ſaporẽ tendente, odorato, ita ut pauca ejus quantitas cubiculum ſuo odore impleat: materia trunci, & ramorum alba ad cinereum colorem tendente, non adeò aromatici ſaporis & odoris, uti cortex: folio ficulneo, in tres angulos deſinente, novello verò folio pyri folium æmulante, ſed quod veſtigia angulorum habeat, ſemper virente, hoc eſt, foliis novellis ſemper eis, quæ decidunt, ſuccedentibus: colore viridi obſcuriore, odorato, præſertim ſi ſiccum ſit: an florem fructúmve ferat, incertum: radicibus nunc craſſis, nunc tenuibus, pro arborum magnitudine, levibus, ſed non adeò, ut lignum, per ſummos terræ ceſpites expanſis, ut facilè evelli poſſint, quod ferè commune eſt omnibus arboribus Indicis. (imò referunt, Hiſpanicas arbores eò delatas, ſteriles fieri, niſi in ſuperficie terræ plantentur:) cortex radici firmiùs inhæret cinereus, ipſiusque arboris cortice magis aromaticus, ideoq; radicis decoctum odoratius & preſtantius eſt, & ab Hiſpanis iſthic uſurpatur. Naſcitur in maritimis & locis temperatis, hoc eſt, neque nimiùm ſiccis, neque nimiùm humidis, ut in portubus ſanctæ Helenæ, & ſancti Matthęi: nam alibi per univerſam Floridam haud facilè invenias: iſtic verò ſunt integræ ſylvæ, quæ ob ſuaviſſimum, quem ſpirant odorem, ab Hiſpanis primùm eò venientibus, arborum Canellæ eſſe exiſtimabantur: nec immeritò, nam adeò odoratus eſt & acris hujus arboris atque Canellæ cortex, & eoſdem effectus præbet ejus decoctum, quos Canellæ. Omnium optima eſt radix, deinde rami, tertiò truncus, ſed cortex o-

A mnibus præfertur. Arboris & ramorum temperamentum calidum & ſiccum eſt in ſecundo gradu, cortex aliquantum calidior, ad initium tertii gradus in calore & ſiccitate accedens: quibusdam calidus in fine primi, ſiccus in tertio gradu. Licèt corticis & ligni uſus duntaxat in Medicina receptus ſit, Indi tamen recentia folia trita, vulneribus imponunt, & ſicca in alios medicos uſus ſervant. Ejus decoctum commendatur in omni morborum genere, præſertim verò in obſtru- B ctionibus, & partibus internis roborandis: ad tertianas, & febres antiquas. Commodè ex ſaccharo propinatur defluxione laborantibus, aſthmate, pectoris vitiis ex frigiditate provenientibus, & conſequenter doloribus nephriticis, & renum, è quibus calculum ejicit, & flatus diſcutit: quam etiam ob cauſam uterum ad conceptionẽ præparat, & menſes provocat. Vomitus cohibet, concoctionẽ juvat, alvumq; ſubducit. Illius fragmentum aſſiduè geſtare, & odorari maximè C prodeſt adverſus peſtis contagia, præſertim non neglectis aliis remediis. Deniq; ob ingentem ſiccitatem, & moderatum calorem, eſt remedium excellens ad omnis generis defluxiones, quoniam eas abſumit: ſed iis qui extenuati ſunt, & imbecilles, non convenit. Decocti verò ſeu aquæ præparandæ hæc eſt ratio. Radicis cum ſuo cortice aſſulatim confractę uncia dimidia, in tribus aquæ ſextariis, fictili novo duodecim horis maceratur: lento igne ad duorum ſextariorum D conſumptionem decoquitur: colatur, & in fictili virato adſervatur. Poſtmodum ſupra ea fragmenta tantum aquæ ſuperinfunditur, & decoquitur ad dimidii ſextarii conſumptionem. Ea eſt ſecunda aqua, quæ ordinarii potus loco erit. Illud verò obſervandum eſt, plus aut minus ligni in decoctionem injici, viribus, & temperamento ægrorum conſideratis: etiam minore quantitate, & minùs cocta propinatur hæc aqua bilioſis, quàm pituitoſis. Sed vulgariter quarta E ſextarii pars aquæ tepidæ ſumitur manè, deinde ſudatur, & veſtis mutatur, nec quisquam eorum, qui hoc medicamentum ſumpſerit, lecto ſe continere cogitur. Prandium ſit media gallina aſſa, cum aliquot uvis paſſis, & amygdalis, & avellanis toſtis: cœna ſit è conſervis convenientibus morbo qui curatur, potus ſecunda aqua. Singulariter experimento didici, hoc decoctum, ut dixi, propinatum, utiliſſimum iis fuiſſe, qui pedes & manus podagra ſic contortos habebant, ut iis uti non poſſent. Ad luem item Veneream non F minùs utile, quàm aqua Guajaci, aut Chinæ. Ligni fragmentum præmanſum eo dente, qui dolet, & iſtic retentum, dolorem ſedat. Porrò qui tam exquiſita victus ratione uti nolunt, aquam ſimplicem hac ratione decoquant. Ligni aſſulatim confracti ſemuncia, plúsve aut minus, pro conditionibus jam enumeratis, in tribus aquæ ſextariis ad dimidias coquitur: ea aqua diu utendum cùm in prandio, tum in cœna, & interdiu. Qui vino abſtinere non norunt, ea aqua duluere poterunt, etenim ſaporis & odoris gratiam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0190-3
DFG

etiam vino conciliabit. *Nicolaus Monardis.*

Lignum Aromaticum. Bernardinus de Burgos pharmacopola mihi oſtendit ligni cujusdam fragmentum, ligno ſancto fere ſimile, cujus corticis odor & ſapor adeò aromaticus & excellens eſt, ut macis, aut nucem myriſticam longè ſuperet, imò Canellam odoris ſuavitate, piper acrimonia. Magna hujus ligni quantitas in monte quodam cæſa fuerat, & in navem ſeu liburnicam delata, ignis ſtruendi cauſa. Unde perſpicere licet, quàm multæ arbores & aliæ plantæ in noſtris Indiis inveniantur, inſigni facultate præditæ, quandoquidem ignis ſtruendi gratia odoratis & aromaticis arboribus utuntur, quarum cortice in pulverem redacto, cor & ventriculus roborari reliquaque membra foveri poſſent, & aromatum ex Malaccis inſulis Arabiaque & Perſide uſque petitorum vices ſupplere. Sed nos accuſandi ſumus, qui eas diligentiùs non inquirimus & inveſtigamus, quandoquidem ſponte montibus, locisque incultis naſcuntur. *Idem.*

Lignum ad renum affectiones, & urinæ incommoda. Nobis etiam mittit nova Hiſpania ligni quoddam genus craſſum, & enode, materie pyri: cujus uſus jam diu receptus fuit in his regionibus ad renum vitia & urinæ difficultates, & incommoda. Poſtea expertum eſt, ejus aquam in jecoris & lienis obſtructionibus utilem eſſe. Fit autem hac ratione. Lignum aſſulatim & minutim conciſum in optima & limpidiſſima aqua fontana maceratur, atque in ea relinquitur, donec aqua à bibentibus abſumpta ſit. Dimidia hora poſt injectum lignum, aqua cæruleum dilutiorem colorem contrahit, qui ſenſim intenditur pro temporis diuturnitate, tametſi lignum candidum ſit: cæruleum ideò dico, quoniam adulteratur alio ligno ſimili, quod aquam croceo colore inficit, ne quis fallatur. Hac aqua aſſiduè utuntur, ea vinum diluunt, & mirabiles experiuntur effectus, ſine ulla humorum commotione: neq; enim opus eſt alia victus ratione, quàm temperata: ſiquidem aquæ ſapor non magis immutatur ligni injectione, quàm ſi pura eſſet, & nihil in ea maceratum. Calidum & ſiccum eſt in primo gradu. *Idem.*

## *De lignis frigidis.*

Cupreſſi patria Creta inſula eſt. Perpetua coma viret, ejusque materies nec cariem, nec vetuſtatem ſentit, ut etiam cedri, ebeni, taxi, buxi, & oleæ. Lignum nulla temporis diuturnitate ſuaveolentiam exuit. *Matthiolus.*

Loti arboris lignum dyſ[en]tericis utile eſt, in ſcobem redactum, & in aqua [f]errariorum maceratum, coctumque, & per clyſteres injectum, cum variis oleis, quæ ejusmodi affectibus proſunt. *Andernacus.*

Santalum in utraque India ſylvis denſiſſimis, ingentiſſimisq; naſcitur. Cujus tria numerantur genera: quorum præfertur pallidum. ſecundum locum habet album, poſtremum rubrum, quod nullo commendetur odore: priora duo ſuaviter ſpirant. Refrigerat exceſſu tertio, ſiccat verò ſecundo. * Rubrum privatim defluxiones prohibet: incandeſcentibus inflammationibus podagrisq; ex ſucco ſolani, aut ſedi, vel portulacæ utiliter illinitur. Candidum ac pallidum, ex roſarum aqua fronti impoſita, capitis dolores mulcet. Adverſantur omnia calidis febribus: epota æſtuanti ventriculo mirificè auxiliantur. Fiunt ex iis & aqua roſarum epithemata, quæ ventriculo illita ejus fervorem in ardentiſſimis febribus extinguunt. Adhæc ſantalum non modò cordi efficaciſſimè lætitiam affert, ſed & robur non parvum addit. Quare his immiſcetur medicamentis, quæ cordi, & cordis palpitationi maximam opem præſtant. *Matthiolus ex Avicenna.*

Tamarix, ſeu Myrica, arbor vulgò cognita eſt, cùm apud pigras & ſtagnantes aquas enaſcatur, fructum quaſi florem ferens, compage muſcoſum. * Potorios calices è candice lienoſis moliuntur, quò datus in his potus proficiat. Cinis hujus omnia ulcera ignis exuſtione contracta efficaciter exiccat. *Dioſcor. & Serapio.*

## *De lignis alterantibus qualitate occulta.*

Lignum Laricis alumine illitum non comburitur. Cujus rei ſpecimen edidit Archelaus Mithridatis præfectus in lignea turri contra Syllam, quam fruſtrà incendere conabatur, eo modo quo Cæſar Caſtellum ex larigna materia conſtructum circa Padum. *Plin.*

Ex Ligno Ficulneo cochlearia facta hoc habent peculiare, quòd carnes ad celerem coctionem adigunt, ſi elixationi earum ſæpiùs admoveantur, vel cum illis unà elixentur. *Mizaldus.*

Ex Visco Querno orbiculi, vulgari filo tranſfixi, idem præſtant in amolienda & præcavenda epilepſia, quod Pæoniæ maſculæ radix, aut Smaragdus è collo pendens. *Hollerius.*

## *De Corticibus, Sectio XIV.*

- CORTICES vel
  - Arborum & *fruticũ: quorum alii*
    - Alterantes *qualitate*
      - Prima, *Sic calidi in*
        - Primo — Macer, Guajaci *cortex*, Tamaricis, *&c.*
        - Secundo — Cinnamomum, Canella, Thuris, *&c.*
        - Tertio — Macis.
      - Secunda. *Sic*
        - Aperiunt — Thymiama, *&c.*
        - Dolorem *leniunt* — Fraxini, *&c.*
    - Purgantes — Sambuci.
  - Fructuum: *& vel alterantes qualitate*
    - Prima. *Sic*
      - Calidi — Mali *Citri*, Mali *Aurantii*, *&c.*
      - Frigidi — Glandium *caliculi, ſeu cupula, &c.*
    - Secunda. *Sic aſtringunt* — Granatorum, Juglandium *viridium, &c.*
  - Radicũ: *quorum alii*
    - Alterantes. *Sic*
      - Calidi *in ſecundo* — Cortex *Capparum, &c.*
      - Frigidi *in tertio* — Mandragoræ, *&c.*
    - Purgantes
      - Bilem *& pituitam* — Eſulæ, Cucumeris *ſylveſtris, &c.*
      - Aquam — Sambuci, Ebuli, *&c.*

### *De Corticibus calidis in primo.*

MACER, Germ. Muſcatblüſt / ex Barbaria advehitur: interior nucis moſcatæ cortex cenſetur, qui nucleum ipſum proximè ambit: lignoſus, flaveſcens, craſſus, & guſtu perquàm adſtringens: ſtomacho ſuavis. * Contra cruentas excreationes, dyſenterias & alvi fluxiones bibitur. *Dioſcorides.*

CORTEX GUAJACI, annoſis niger, juvenibus verò ſubrutilus: melior atq; præſtantior eſt, qui ex optimo ligno colligitur. * Vires easdem, quas lignum, obtinet.

TAMARICIS cortices cultello abraduntur: ſiccantur diligenter, & conſervantur in arculis ligneis per annum. * Dantur cruentæ excreationi in potu, & cœliacis, & contra profluvia fœminarum, regium morbum, phalangiorum morſus: illiti tumores inhibent. Decoctum cum vino, lienem abſumit, &c. *Dioſcorides.*

### *De corticibus calidis in ſecundo.*

CINNAMOMUM, ſeu Canella, ſive Caſſia
A longa difficilique via olim petebatur, ut perfectam ejus notitiam cõſequi veteribus haud facile fuerit. Hinc factum, ut innumeræ fingerentur fabulæ, quas Herodotus pro veris refert. Et quoniam ingens hujus erat precium, majorq; in hominibus lucri cupiditas, adulterabantur aromata hujusmodi, & hac ratione fiebat, ut diverſa illis inderentur nomina, tametſi plerunque ejusdem eſſent generis. Propter locorum igitur diſtantiam, & minùs frequentatas has regiones à ne-
B gociatoribus, probè cognita Caſſiæ hiſtoria veteribus non fuit. Nam qui eam Ormuz & Arabiam devehebant, Chinenſes erant. Ex Ormuz deinde in Alep emporium totius Syriæ nobiliſſimum ab aliis negociatoribus transferebatur, Qui verò inde eam ad Græcos deportabant, aut apud ſe naſci, aut in Æthiopia dicebant, multaque cum ſuperſtitionibus cædi, dividiq; à ſacerdote in ternas partes, quarum unam Deo pone-
C ret, alteram Regi, tertiam Sacerdotibus. Cæterùm neque Caſſiam, neque Cinnamomum apud Æthiopes, aut Arabes naſci noſtrorum Luſitanorum

norum navigatione palàm factum eſt, qui to-
tam illam oram circumlegerunt, magnaque ex
parte terreſtri itinere peragrarunt, nullam au-
tem Caſſiam, aut Cinnamomum vidiſſe affir-
mant. Huc adde, quòd ipſimet Arabes Canellam
dictam hinc petunt, ejuſque precium apud eos
intenditur, quoties hinc eò non defertur. Dicet
aliquis, Canellam quidem apud eos non naſci, &
propterea ab Indis petere, ſed legitima Caſſia &
vero cinnamomo eos non carere, forte autem
à Barbaris, & inconditis populis ignorari. Fami-
liares habeo eruditos viros Medicos Arabes,
Turcas, & Corazones, qui omnes Canellam craſ-
ſiorem, Caſſiam ligneam appellant. Præterea nõ-
nulli ex noſtris totam Æthiopiam ſub Ægypto
(quam nunc Gnineam vocant) nõ ſolum ſecun-
dum mare, ſed & in Mediterraneis peragrarunt:
alii ab inſula D. Thomæ nuncupata uſq; ad So-
fala, & Mozambique & inde Goam penetran-
tes, alii plerique à promontorio Bonæ ſpei (cum
naufragium paſſi eſſent) uſq; ad Mozambique
& Melindam, ita ut utramque Æthiopiam ſupra
& infra Ægyptum perluſtrarint: nulla tamen his
conſpecta eſt Canella vel Caſſia. Cùm igitur or-
bis nunquam ita fuerit cognitus, præſertim Lu-
ſitanis, veriſimile eſt non defutura hujuſmodi
aromata, & celebria medicamenta, qualia ſunt
Cinnamomum & Caſſia: ſed abundãtiam ipſam,
hanc nobis dubitationem parere. Neque enim
(tametſi noſtri minimè curioſi fuiſſent) creden-
dum eſt, ipſos incolas tam nobilia aromata taci-
turos. Nam quemadmodum barbariſſima gens,
quæ inſulam *D. Laurentii incolit*, mercatoribus,
qui eò interdum devehuntur, fructum quendam
avellanæ magnitudine oſtendit, quod Caryo-
phyllos redolet: eadem ratione credendum eſt
Æthiopes Cinnamomum & Caſſiam adeò o-
dorata medicamenta noſtris demonſtraturos
fuiſſe. Porro Caſſia lignea Arabibus, Perſis & In-
dis Salihacha vocatur; à vulgo autem Indorum
eodem nomine dicitur, quo Canella: nullam e-
nim inter Canellam & Caſſiam differentiam fa-
ciunt. Neque ut verum dicam, quiſpiam Caſſiam
à Canella differentem vidit. Cæterùm quòd Ca-
nellæ diverſa Cinnamomi & Caſſiæ nomina *in-
dita fuerint*, occaſionem præbuiſſe *puto merca-
tores* Chinẽſes, (*nam annales urbis Ormuz pro-
dunt*, olim quadringentas naves è China uno
eodemq; *tempore eò appuliſſe*) qui cùm è ſua re-
gione aurum, ſericum, porcellanas, moſchum,
cuprum, margaritas, aliaſque hujuſmodi mer-
ces eveherent, nonnullas ex eis in Malaca ven-
debant, ſandalum, nucem myriſticam, macerem,
caryophyllos, lignum aloës contrà in ſuas na-
ves inferentes, quæ rurſus in Zeilan & Malavar
divendebant, indeque ſumebant Canellam, ex
Zeilan videlicet laudatiſſimam, & ex Malavar
minus ſelectam, ſimiliter & ex Jaoa, unde etiam
Piper, Cardamomumque evehebant, eaque o-
mnia deinde Ormuz, aut in Arabiæ oram mari-
timam perferebant. Interrogati autem iſti Chi-
nenſes, quænam eſſent hæc aromata, & unde ea

A adveherent, fabulas illas narrabant, quas recen-
ſet Herodotus, ut his commentis earum mer-
cium precia augerent. Cùm autem quæ in Zei-
lan nata eſſent Canellam, ab ea, quam in Jaoa, &
Malavar ſumpſerant, differre cõſpicerent, diver-
ſa illis indidêre nomina, cùm tamen ejuſdem ge-
neris eſſent cortices, pro ſoli cœlique varietate
ſolùm differentes, ut plerunq; idem fructus pro
regionum & ſoli varietate ſuavior fieri, aut à na-
turali bonitate degenerare ſolet. Ementes ergo
B Ormuz incolæ eam Canellam à Chinenſibus,
idcirco eam Darchini, quod Perſis lignum Chi-
nenſe ſonat, appellarunt: deinde Alexandriam
vehentes, ut eam Græcis eò confluentibus carius
venderent, Cinnamomum vocarunt, quod ſigni-
ficat lignum odoratum, quaſi Amomum ex Chi-
na delatum. Deteriori autem Canellæ, quæ ſci-
licet ex Malavar, & Jaoa delata eſſet, idem no-
men quo in Jaoa appellatur, indiderunt, ſcilicet
*Caiſmanis*, quod lingua Malaya dulce lignum ſo-
C nat. (hanc corrupto vocabulo Caſſiam Græci di-
xerunt) duo diverſa nomina eidem rei impo-
nentes. Uſus eſt autem Avicenna lib. 2. cap. 128.
cum Rhaſe & reliquis Arabibus, vocabulo Perſi-
co *Darchini*, ut pleriſq; aliis Perſicis ſolet. Nam
canella cujuſcunque generis Arabicè *Querfaa*, &
*Querfa* dicitur. Reliqua verò nomina Arabibus
prodita corrupta ſunt, ut Darſihaban & ſimilia.
Vocatur in Zeilan Cuurdo: in Malyo, uti dixi,
Caiſmanis: in Malavar, Camea. Nam quod Se-
D rapio Darchini arborem de China interpretatur,
corruptum eſt exemplar, & hæc interpretatio
ab interprete addita. Cæterùm rogatos volo o-
mnes cùm Medicos, tum Pharmacopœos, ut
poſthac Caſſiæ loco Canellam deteriorem præ-
ſcribere deſinant, & ſelectiſſima utantur, quan-
doquidem tanta nunc eſt ejus copia. Tum etiam,
ne Caſſiam duplici pondere pro Cinnamomo in
compoſitionibus injiciant, tametſi fieri Dioſco-
ridis & Galeni auctoritate. Scribunt nonnulli, ca-
E nellam noſtram veterum Caſſiam nõ eſſe, quòd
(ut ajunt) nigricans ſit, & inodora: aut ſi ſit, Pſeu-
docaſſiam Dioſcoridis eſſe potius, quàm legiti-
mam. Fit interdum, ut etiã hic in India Caſſiam
admodum depravatam cum alia inveniamus nõ
exigua quantitate, (quoniam aut non benè pa-
rata fuit, aut non ſuo tempore cæſa;) quandoqui-
dem vix Aroma reperias corruptioni magis ob-
noxium, quàm Canella eſt, præſertim ſi diu in
navi perſtiterit. Eſt enim hæc regio putredini ad-
F modum obnoxia, maritimis præſertim locis, i-
mò quotidiana experientia videmus, Canellam
ſingulis annis multum de ſua odoris & ſaporis
ſuavitate deperdere. Si quis plura de Caſſia *re-
quirat*, legat Manardum lib. Epiſt. 8. *epiſt. 1.* &
commentarios Matthioli *lib. 1. cap. 12.* & 13. qui
multis argumentis demonſtrant, noſtram Canel-
lam, legitimam Caſſiam eſſe. *Sed quòd* Cinna-
momum inveniri negent, in eo falluntur, cum
Caſſia, Cinnamomum, & noſtra Canella unum
idemque ſint medicamentum. Annotavit La-
cuna lib. 1. cap. 13. in ædibus Indicis Ulyſſipone ſe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0193-1 DFG

omnia Cinnamomi genera à veteribus deſcripta obſervaſſe. Sed ego hic in India plura duobus non obſervavi, videlicet quod in Zeilan naſcitur, & quod in Jaoa, & Malabar. Nam quod in Luſitaniam devehi ſolet, Zeilaniticum omnino eſt. Poterit autem fieri, ut quinque genera bonitate diſcreta invenerit, non autem genera diverſa. Quod verò deinde addit de Cinnamomo cum Maria Stiliconis uxore reperto ſub Paulo tertio, fabuloſum prorſus videtur. Fatentur nonnulli, Cinnamomum quidem nos habere, ſed nõ illud Moſyliticum, quod à Dioſcor. lib.1.cap.13. cæteris generibus præfertur, quodq; Theophr. lib.9.cap.5. multis nodis conſtare ſcribit. Sed his abunde ſatisfactum puto iis argumentis, quæ antè protulimus. Porrò Cinnamomum ſive Canellæ arbor magnitudine eſt oleæ, interdum minor, multis ramis prædita, non iis quidem contortis, ſed rectis fermè: foliis Lauri quidem colore, ſed forma ad Citri folia accedente, (non verò foliis Iridis, ut fabuloſè quidam ſcripsêre) floribus candidis, fructu nigro, & rotundo, avellanæ ferè magnitudine, aut exiguis olivis ſimili. Eſt autem Canella nihil aliud niſi ſecundus & interior arboris cortex: nam hæc arbor duplici cortice munita eſt, veluti ſuberis arbor, non eo tamẽ adeò craſſo, & diſtincto. Exemptus ergo cortex craſſo illo & exteriori libro repurgatur: deinde in laminulas quadrangulas ſectus, humi abjicitur, atq; ita per ſe convolvitur, ut trunci unius rami integer cortex videatur, cùm tamen duntaxat partes ſint corticis in tubulos digiti craſſitie convolutæ, truncus verò interdum femoris craſſitudine reperiatur. Roſeum autem illum, ſive ex cinereo vinoſum colorem *Solis calore* cõtrahit: qui non probè paratus, candicans, ſive cinerei coloris ſit: nimiis verò *Solis* ardoribus aduſtus, niger. Exempto cortice, tribus poſtea annis ab ea arbore abſtinetur. Frequentes ſunt hæ arbores in Zeilan, ſolebatque vili emi Canella: ſed triginta abhinc annis, nemo eam emere potuit, præter procuratorem regiorum negotiorũ: factorem vocant. Zeilanicis minores ſunt eæ, quæ ignobiliorem Canellam præbent in provincia Malavar, & in Jaoa ſive Java, non tamen adeò puſillæ, ut eas Plinius lib.12.*cap.*19. & Galenus lib.1. de Antidotis eſſe cenſent. Sunt verò omnes ſylveſtres, & ſponte naſcentes. Nuſquam alibi, quod ſciam, naſcitur Canella, tametſi Franciſcus de Tamara ſcribat, in freto maris Erythræi Cinnamomi arbores & lauros maris æſtu interdum opertas inveniri: quoniam noſtri ſingulis annis per mare Erythræum navigant, nullam tamen hujusmodi arborem viderunt. Nam quod ad Occidentalis, quam vocant, Indiæ hiſtoriam attinet, non veriſimile videtur Canellam iſtic naſci, quandoquidem eam dicit calyces glandesq; ſuberis modo ferre, cùm legitima Canella veluti olivas ferat: ſed alia erit ſui generis arbor. Nec, uti eadem refert, in China naſcitur. Nam è Malaca Chinam cum aliis mercibus defertur. Intelligo verò plurimam etiam Canellam in inſula

A Mindanao naſci, & vicinis inſulis, ſed procul eæ à China abſunt. Putarunt etiam nonnulli in Alep naſci Canellam, quòd apud aliquot ſcriptores præſcriptum invenerint Cinnamomum Alipitinum: ſed ſciant, non magis iſtic, quàm in Hiſpaniis naſci. Verùm cùm ex his regionibus Ormuz, & inde Alep devehatur, factum eſt, ut incorruptam Canellam inde in Europam advectam ab ipſa urbe Alep denominarint. Tametſi autem Zeilanitica reliquis præferatur, invenitur etiam

B interdum ignobilis, qualis eſt, quę craſſiori cortice conſtat, minusq; in tubulos cõvolvitur, quòd non ſit ejusdem anni: quò enim vetuſtior cortex, eò deterior. Quæ verò in Malavar naſcitur, tota ferè eſt ignobilis, tantumque à Zeilanitica differt, ut centenæ Zeilaniticæ libræ decem aureos pendant, Malavaricæ verò libræ quadringẽtæ unum duntaxat aureum. Extillat ipſa radix liquorem Caphuram redolentem. Sed Rex vetuit radices vulnerari, ne arbores pereant. Elicitur a-

C qua plumbeis, aut vitreis inſtrumentis ex ipſis floribus, ſed quæ fragantia & odoris ſuavitate ei cedat, quæ ex corticibus nondum exiccatis elicitur, tametſi ex ſolis floribus elici auctor ſit Lacuna lib.1.cap.12. * Utilis eſt ſtillatitius hic liquor ad plurima: nam ſtomachi imbecillitatem roborat, coli dolores ex cauſa frigida provenientes illico lenit, ut plerunque ſum expertus, faciei colorem commendat, & oris halitum, præterea ad condiendos ſuavioresq; efficiendos cibos per-

D quàm idoneus. Ex Canellæ baccis oleum extrahitur quemadmodum ex olivis, ſevaceum quodammodo, & ſaponi Gallico ſimile, inodorum, niſi calefactum ſit, tunc enim Cinnamomum aliquantulum olet. Eo utuntur adverſus ventriculi & nervorum frigidam intemperiem. Cæterùm excalfacit Cinnamomum, emollit, & concoquit: urinam ciet, tam menſes, quàm partus potum, aut ex myrrha impoſitum pellit. contra beſtias, quæ virus ejaculantur, venenaq; convenit:

E caliginem pupillis oculorum obſervantem diſcutit: craſſitiem extenuat: lentigines, & vitia cutis in facie, ex melle illitum detergit: contra tuſſes, defluxiones, aquam ſubter cutem fuſam, renum vitia, & urinæ difficultatem efficax eſt. Unguentis precioſis inſeri ſolet. Et in ſumma, magni ad omnia uſus. *Garcias ab Horto, & Dioſcor.*

*Cinnamomum* aut quia non affertur ad nos, aut in tam exigua copia, unà cum Caſſia advehitur, ideo fit, ut non ita cognoſcatur. Cùm verò Caſ-

F ſiæ magna copia in promptu ſit, optimam facilè eligere, & ipſius duplum accipere poſſumus, propter eam rationem, quam ſuprà attulimus: eligenda verò eſt ſubtilior, modò ſit guſtatu acuta admodùm & odorem roſarum referat, colore in purpureo nigreſcente, quale illud facit, quod olim ab incolis Zigir appellabatur. Bona etiam illa eſt, quæ nonnihil habet rubeſcentis coloris, vel potiùs coloris elegantis inſtar Corallii, vini odorem referens. Debet autem omnis Caſſia eſſe cortice craſſo, ſed anguſta per ſe, & ſubtilis & benè contorta, habens plures quàm unam can-

nulam, lævis, non aſpera, aromatica, modicæ ad- A
ſtrictionis, & inprimis ſapore acutiſſimo prædi-
ta. Faciamus autem Cinnamomi quoq; nonnul-
lam mentionem, quò lectores eò majorem ha-
beant occaſionem de eo cogitandi. unde fortaſ-
ſe aliquando cõtinget, ut verum tandem explo-
retur. Galen. lib. 1. de Antidotis, cap. 13. inquit, A-
drianum Imperatorem juſſiſſe varia genera Cin-
namomi ex Arabia cum integris plantis appor-
tari, & quòd tempore Severi, qui & ipſe Theria-
cam parari voluit, ipſe coactus fuerit propter pe- B
nuriam alterius, illud antiquius Cinnamomum
accipere, cujus formam deſcribens ait, ſimile eſſe
Helleboro, vel potiùs Damaſonio, quod etiam
Aliſma vocatur. Unde conjici poteſt, illum de
albo Helleboro locutum eſſe, quia tam hujus
quàm Aliſmatis frondes Dioſcoridi repræſen-
tant plantaginem. Imò ambæ plantæ, Hellebo-
rus & Aliſma caules ferunt admodum ſimiles.
Unde arbitror rectè nos poſſe affirmare, quòd
frondes iſtæ, quæ à pharmacopœis vocantur Fo- C
lium Indum, aut Malabathrum, ſint Cinnamo-
mi, cùm ſatis ſimiles ſint foliis Hellebori albi,
Damaſonii, aut Aliſmatis, vel Plantaginis. Quod
cõfirmatur quoq; ex ſapore tam frondium quàm
pediculorum, potiſſimùm ubi trunco annectun-
tur: cùm plane guſtu Cinnamomum vulgare re-
ferant, niſi velimus dicere, eſſe frondes Cinna-
momi; hoc antea ponentes, quòd Caſſia frondi-
bus & fructu ſimilis ſit Cinnamomo, quemad-
modum etiam ſapore & viribus. Et cùm Gale- D
nus dicat Cinnamomum mutari in Caſſiam, in-
telligendo hoc de ſimilitudine virgultorum, in-
telligit in aliis quoq; ſimilia inter ſeſe eſſe. Quæ
conjectura quoque confirmatur ex eo, quòd vi-
deamus de folio jam dicto copiam afferri, quem-
admodum etiam Caſſiæ: & ſi Cinnamomi fo-
lium eſſet, veriſimile eſſet in tanta abundantia
frondium ſimul etiam virgultorum aliquid ad-
vehi. Quicquid ſit, hæc nota certè nos in cogni-
tionem Cinnamomi perducere poterit, ſpemq; E
aliquam facere, ut illud aliquando inveſtigemus.
Galenus etiam ait, unamquamque Cinnamomi
plantam inſtar parvi fruticis producere, ex una
radice ſex aut ſeptem, plura paucioràq; virgulta,
inter quæ maximum non excedat menſuram
pedis Romani.

Thuris cortex, qui ex arbore thurifera de-
trahitur, præfertur pinguis, odoratus, recens, læ-
vis, craſſus, ſine membranis. *Alteratur admi-*
*ſto pini aut nucis ejus cortice*: ſed horum index F
ignis eſt: ſiquidem thuris cortex legitimus pau-
latim ardet, & cum odoris fragrantia vaporem
ejaculatur: adulteratus verò nequaquam incen-
ditur, ſed totus in fumum ſine odore conſumi-
tur. Vis eadem quæ thuris, ſed validior, adſtrin-
gentiorque. Quare potu cruentis excreationi-
bus, vulvis fluxione laborantibus in peſſo con-
fert: ad cicatrices oculorum, & cava, ſor-
desque efficax eſt. toſtus ſcabris lip-
pitudinibus auxiliatur.
*Dioſcorides.*

### *De corticibus calidis in tertio.*

Macis, Germ. Muſcatblüſt/nucis moſchatæ
exterior cortex eſt, in quo nux latet, quemad-
modum avellana, in ſuo putamine. Hujus arbor
pyri magnitudine eſt, foliis ejuſdẽ, ſed breviori-
bus, & ſubrotundis, ſive, ut veriùs dicam, arbor
eſt perſicæ malo haud abſimilis, brevioribus ta-
men foliis. Maturo fructu, & dehiſcente, primo
illo operimento calycum echinatorum, qui ca-
ſtaneas amplectuntur, modo. Macis Cocci mo-
do rubeſcens conſpicitur, pulcherrimo aſpectu,
bene onuſtis præſertim arboribus. Exiccata nu-
ce, dehiſcit etiam Macis, & flaceſcente rubore,
aureum quodammodo colorem adquirit. Ejus
precium triplo majus quàm nucis myriſticæ.
Naſcitur autem *hæc arbor in inſula Banda*. In-
veniri etiam tradunt in Maluccis, ſed non eſt fru-
ctifera, quemadmodum nec ea, quæ in Zeilan
provenit. Præfertur craſſum, plenum, odora-
tum, ſapore ſubacri: hodie notum. * Ventricu-
lum roborat, & coctionem adjuvat. *Medici Flo-*
*rentini & Garcias.*

### *De corticibus aperientibus.*

Thymiama ex India defertur, corticoſum:
ſimile ſycomori libro: quod jucundi odoris gra-
tia ſuffitur. * Conſtrictionibus vulvæ ex ſuffitu
prodeſt. *Dioſcorides.*

### *De corticibus dolorem mitigantibus.*

Fraxini cortex cultello abſcinditur, ſicca-
tur & conſervatur per annum. * Lateris & lienis
doloribus medetur.

### *De corticibus purgantibus.*

Sambuci cortex medius abraditur cultello:
ſiccatur & ſervatur per annum. * Aquas detra-
hit: hydropicos juvat.

### *De corticibus fructuum calidis.*

Mali Citri cortex cultello abſcinditur,
ſiccatur in umbra diligenter, & ſervatur in arcu-
lis ligneis. * Venenis adverſatur. Decoctum col-
lutione, oris halitum commendat, ſuavitatemq;
accerſit: ventriculum roborat, &c.

*Aurantii Mali* cortex in umbra ſicca-
tur, conſervaturque per annum in arculis ligneis.
Calidior quàm mali citri vel Limonii cortex.

### *De corticibus fructuum aſtringentibus.*

Glandis Calyculus, qui vulgò cupu-
la dicitur, * ad fluorem muliebrem, & ſanguinis
ſputum valet.

Malicorium eſt mali punici putamen,
quod aliqui Sidion appellant. * Spiſſandi vim
habet: ſanguinolenta glutinat, humida gingiva-
rum vitia mobilesque dentes decocto colluun-
tur: herniam prolapſu inteſtini erumpentem ca-
taplaſmate repellit. *Dioſcor.*

Juglandes virides decerptæ menſe Ju-
nio, appetente, * antequam earum putamina ob-
duruerint, ſaccharo vel melle aſſervatæ, ſtoma-
cho utiles evadunt, & ori non ingratæ. Putamen
cõbuſtum, tritumq; in oleo & vino, infantium ca-

pite peruncto, nutrit capillum, alopecias replet. *Dioſcorides & Matthiolus.* A

### *De corticibus radicum calidis.*

Capparis cortex amarus, acer, acerbus, * abſtergit, purgat, incidit, digerit, adſtringit: ob quas vires lienem induratum, & coxarum affectus adjuvat, tum intrò aſſumptus, tum extrinſecùs, tum idoneis remediis admotus.

### *De corticibus radicum frigidis.*

B Mandragoræ radix delibratur, & trajectus lino cortex ad uſum ſuſpenditur.* Vinum, in quo cortex fuerit infuſus, valet in pervigiliis & doloribus, & ante ſectiones, uſtionesque, ne ſentiantur. *Dioſcorides.*

### *De corticibus purgantibus bilem.*

Esulæ cortex * educit phlegma vehementer, & aquam citrinam, & humores melancholicos, & materias à juncturis. Doſis eſt à ſiliquis duabus uſque ad ſeptem.

Cucumeris ſylveſtris cortex * purgat potenter pituitam vomitu & dejectione, & interdum bilem, ſi vacuari parata eſt: ſeroſum quoque excrementum, etiam evulſu contumax, atque adeò à juncturis mirificè trahit, ob id earum dolores ſanat, iſchiadem etiam juvat apertè cataplaſmate impoſitus, vel clyſtere injectus. Doſis eſt à granis quindecim ad drachmam ſemiſſem. *Meſues.*

Sambuci cortex idem præſtat, quod Sambucus ipſa: * nec non pituitam craſſam & viſcoſam purgat. Ebuli cortex eandem vim cum ſambuci cortice habet.

## *De Succis, Sectio XV.*

Succus eſt, qui contuſione & quaſſatione exprimitur: & vel

- Herbarum: *quarum alii alterant qualitate*
  - Manifeſta
    - Temperati
      - Betæ,
      - Buglоſſæ, *&c.*
    - Intemperati
      - Calidi *in*
        - Primo — Abſinthii, Braſſicæ.
        - Secundo — Apii, Calaminthæ, Echii, Lupuli, Menthæ, Rutæ, Scordii, *&c.*
        - Tertio — Chelidoniæ, *&c.*
      - Frigidi *in*
        - Primo — Fumariæ, Intybi, Roſarum, Violarum, *&c.*
        - Secundo — Acetoſæ, Cotyledonis, Lactucæ, Plantaginis, Solani, *&c.*
        - Tertio — Cicerbitæ, Portulacæ, Sempervivi, *&c.*
        - Quarto — Papaveris, *&c.*
  - Occulta: *ut*
    - Succus *Polygoni.*
    - Humor *in folliculis ulmi.*
- Fructuum: *quorum alii*
  - Calidi — Malorum *dulcium, &c.*
  - Frigidi — Cotoneorum, Malorum *puniceorum*, Berberorum, Ribes, *&c.*
- Seminum: *quorum alii*
  - Calidi, Cremor *ſeminis*
    - Lini,
    - Fœnigræci, *&c.*
  - Frigidi — Cremor *Pſyllii, &c.*

### *De ſuccis temperatis herbarum.*

BETÆ ſuccus recens parari poteſt: fit foliis viridibus tritis atque expreſſis. * Diſcutit, detergit, & per nares purgat: ſummatim omnia præſtat, quæ herba ipſa.

BUGLOSSÆ ſuccus ægrè exprimitur: parva coctione & reſidentia, purgatur ante repoſitionem: in vaſe pleno, vel oleo ſuperfuſo reponitur. * Confirmare & exhilarare dicitur.

### *De herbarum ſuccis calidis in primo.*

ABSINTHII ſuccus fit in Vere vel autumno, foliis tritis atq; expreſſis, deinde parva coctione & reſidentia purgatus ante repoſitionem: in vaſe anguſti oris, ſuperfuſo oleo digiti craſſitudine, vel in veſica inſpiſſatus: ſervatur per annum. * Succus differt ab herba: hæc enim adſtringit: ille verò magis aquoſus detergit.

BRASSICÆ ſuccus fit recens, ut Betæ. * Vim habet purgatoriam: coctus cum melle, linctu convenit arteriacæ.

### *De herbarum ſuccis calidis in ſecundo.*

APII ſuccus adſervatur expreſſus liquidus ſuperaffuſo oleo, in vaſe vitreo anguſti oris. * Obſtructiones aperit: menſes & urinas movet.

CALAMINTHÆ ſuccus eodem modo, quo apii, paratur, & conſervatur. * Ad anhelationem, tuſſim antiquam, frigidam viſcerum intemperiem: & lienoſis cum ſaccharo coctus exhibetur. *Andernacus.*

ECHII ſuccus fit addita aqua, aut alio liquore illi facultatibus ſimili, inter terendum, & expreſſione extrahitur, conſervaturq;, ut abſinthii. * Confortat atq; exhilarat.

LUPULI ſuccus menſe Aprili extrahitur, & cōſervatur, ut apii. * Sanguinem purgat: obſtructiones viſcerū aperit: febribus cōpoſitis confert.

MENTHÆ ſuccus eodē modo, quo apii ſuccus, extrahitur, conſervaturque. * Ventriculum frigidum corroborat: nauſeam & vomitū ſedat.

RUTÆ ſuccus eodem modo paratur. * Humores lentos incidit, digerit, ſiccat, aperit: idque magis quàm herba ipſa acida. *Andernacus.*

SCORDII ſuccus compoſitionibus additur: quia purgat viſcera, obſtructiones aperit, urinas & menſtrua citat: extrahitur & conſervatur, ut apii ſuccus. *Andernacus.*

### *De herbarum ſuccis calidis in tertio.*

CHELIDONIÆ ſuccus foliis, caule, radice exprimitur ineunte æſtate: ſervatur, ut apii, vel in umbra ſiccatur, & in paſtillos digeritur. * Oculis claritatem affert. *Dioſcorides.*

### *De ſuccis herbarum frigidis in primo.*

FUMARIÆ ſuccus menſe Aprili vel Majo exprimitur, ſervaturque in vaſe vitreo anguſti oris, oleo ſuperaffuſo. * Melancholiam, & ſeroſa excrementa purgat.

INTYBI ſuccus Vere exprimitur, foliis ac radicibus tritis: ſervatur in vitreo vaſe oris anguſti, ſuperfuſo oleo, digiti craſſitudine. * Ad jecoris calorem immoderatum valet.

A ROSARUM ſuccus menſe Majo, vel principio Junii exprimitur foliis tuſis: aſſervatur liquidus ſuperaffuſo oleo, quod, tempore uſus, lana bombacea aufertur. * Ventrem laxat, ſtomachum roborat: jecoris calorem extinguit.

VIOLARUM Martio vel Aprili exprimitur, ſervaturque, ut roſarum. * Bilis acrimoniam lenit: thoracis affectus calidos reſtinguit.

### *De ſuccis herbarum frigidis in ſecundo.*

ACETOSÆ ſuccus ſimili modo extrahitur B & ſervatur, ut roſarum. * Ad febres bilioſas, & obſtructiones viſcerum valet.

COTYLEDONIS ſuccus * æſtuanti ventriculo commode imponitur: item ad eryſipelata conducit: exprimitur & ſervatur, ut roſarum. *Andernacus.*

LACTUCÆ ſuccus * ad ſtomachum bilioſum valet: ardorem reſtinguit: ſomnum provocat. Ut roſarum extrahitur, conſervaturque.

PLANTAGINIS ſuccus * aſtringit, refrigeC rat, omnem calorem præter naturam extinguit. Exprimitur & conſervatur, ut roſarum.

SOLANI hortenſis ſuccus * ad refrigerandum & aſtringendum utilis eſt. Extrahitur & conſervatur ut præcedens.

### *De ſuccis herbarum frigidis in tertio.*

CICERBITÆ ſuccus ſtomachi roſiones lenit, & lactis copiam mulieribus ſuppeditat. Paratur & conſervatur, ut roſarum.

PORTULACÆ ſuccus æſtate exprimitur, D affuſa aqua inter terendum, ut expreſſione unà cum ipſo humore extrahatur: aut tuſa calatho imponitur loco frigido, ut paulatim ſuccus in ſubjectum catinum defluat: deinde ſervatur, ut roſarum. * Pueris, quos vermes & febris infeſtant, magno commodo exhibetur.

SEMPERVIVI ſuccus eodem conficitur modo, quo portulacæ ſuccus: * ad eryſipelata, herpetas, inflammationes à fluxione ortas acE commodatur.

### *De ſuccis herbarum frigidis in quarto.*

PAPAVERIS nigri ſuccus, ſeu meconium, fit ex foliis, caulibus, herbaque ipſa tritis expreſſiſque, ac in paſtillos redactus. * Reliquorum medicamentorum vim obtundit, quando eis admiſcetur.

POLYGONI ſuccus cum ſeptem granis piperis ante acceſſionem quartanæ hauſtus, eam abolet. Sed ajunt, colligendam eſſe plantam, & exF primendum ejus ſuccum die Jovis, Luna decreſcente. *Ex quodam lib Secretorum.*

HUMOR in folliculis ulmi naſcens faciem reddit gratiſſimam & perpolitam, ſi eo detergatur. Confert etiam mirum in modum pueris enterocelicis, duplicatis linteolis in illo madefactis, & ſub perizemate, ſeu femorali coaptatis. *A' quodam Chirurgo.*

### *De ſuccis fructuum calidis.*

MALORUM dulcium ſuccus fit contuſis & expreſſis, deinde ſaccharo conditus ſervatur ad uſum. * Cor imbecillum roborat.

### *De ſuccis fructuum frigidis.*

Citoniorum ſuccus extrahitur, ut Citriorum: conſervatur autem, ut roſarum. * Adverſus billioſa alvi profluvia ex melle vel ſaccharo valet: ventriculum roborat.

Malorum Punicorum ſuccus * calidam intemperiem corrigit: vomitũ compeſcit: & ſtomachum firmat. Fit, ut malorum dulcium.

Berberorum ſuccus * vomitum ac fluorem alvi ſiſtit: ſaccharo conditus, concluſusque cotoneati modo delicatus eſt: contra capitis defluxiones calidas accommodatus. *Andernacus.*

Ribes, ſuccus frigidus, acidus & acerbus eſt, * ſitim extinguit. Contra ſitim in febribus ardentibus cum Julapio roſaceo, aut violaceo potiſſimùm exhibetur: nec non ad bilioſum vomitum coërcendum, fluoremque ſtomachicum re-A ſtinguendum: ſed frigidis, & pectoris anguſtiis adverſatur. *Andernacus.*

### *De ſuccis ſeminum calidis.*

Lini cremor fit, aqua ſeminibus priùs maceratis, deinde in eadem coctis, expreſſisque. * Dolores ex acri humore ortos mitigat, inflammationesq; partium corporis lenit. *Andernacus.*

Fœnigræci cremor ſimili modo ac lini cremor conficitur. * Inflammationes minùs calidas, ſed duras magis ſanat, magnas irritat & auget. *Andernacus.* B

### *De ſuccis ſeminum frigidis.*

Pſyllii cremor * omnibus membris ardore infeſtatis auxiliatur: eoq; refrigerantibus medicinis convenit. Eodem modo, quo lini cremor, paratur. *Andernacus.*

## De Liquoribus, Sectio XVI.

Liquor eſt, qui inciſa, vel ſcarificata, aut terebrata plantæ alicujus parte extillat, ſive emanat. Liquores autem vel ſunt

- Liquidi
  - Non pingues
    - Frigidi
      - Agreſtæ *ſeu* Omphacium,
      - Acetum.
    - Calidi
      - Sapa,
      - Vinum, *&c.*
  - Pingues
    - Calidi: Oleum
      - Olivarum,
      - Amygdalarum
        - *Dulcium,*
        - *Amararum.*
      - Balaninum,
      - Nucum, Avellanarum,
      - E baccis lauri, Lini, Seſaminum.
    - Frigidi: *Oleum*
      - Papaveris,
      - Hyoſcyami, *&c.*
- Cõcreti, *ſeu inſpiſſati: quorũ alii*
  - Alterantes: *ſcilicet*
    - Calidi
      - Moderatè
        - Amylum,
        - Glycyrrhizæ *ſuccus,*
        - Lycium, *&c.*
      - Immoderatè *in*
        - Primo, — Saccharum, *&c.*
        - Secundo, — Ladanum, *&c.*
        - Tertio
          - Aſſa *dulcis,*
          - Aſſa *fœtida, &c.*
    - Frigidi *in*
      - Primo
        - Acacia,
        - Sanguis *draconis, &c.*
      - Tertio — Hypociſtidis, *&c.*
      - Quarto
        - Meconium,
        - Opium, *&c.*
  - Purgantes
    - Bilem
      - Aloë, Manna,
      - Scammonium *ſeu* Diagridium, *&c.*
    - Pituitam
      - Elaterium,
      - Opopanax, *&c.*

De liquo-

## *De liquoribus frigidis.*

OMPHACIUM, Ger. Agreſt. Gall. *Du Verjus*. Ital. *Agreſtu*. Hiſp. *Cumo de agraz* dicitur: ex omni immaturarũ uvarum genere paratur: pluribus diebus expreſſus inſolatur ſuccus cum ſuis vinaceis, in cado craſſo linteamine cooperto, donec excrementa ſubleventur, fæx verò ſubſidat, & inclareſcat: deinde abſque ſale ſervatur per annum, tam ad ciborũ quàm ad medicamentorum uſum. * Calidis morbis omnibus magno juvamento adhibetur. Refrigerat, uniceq; ardoribus prodeſt, ſive ori ventris impoſitum, ſive totis hypochondriis, ſive cuilibet alii, quod refrigerare velimus. *Matthiolus.*

ACETUM, German Eſſig. Gall. *Vinaigre*. Ital. *Aceto*. Hiſp. *el Vinaigre* nominatur: fit ex vino, vel cerviſia putreſcente. Quod ex vino acerbo crudoq; fit, magis aſtringit: quod ex optimo vino conficitur, magis aperit: quod ex cerviſia apud inferiores Germanos paratur, magis refrigerat. Acetum omne miſtæ eſt ſubſtantiæ, nempe frigidæ pariter & calidæ, ejusq; utriusque tenuium partium: cæterùm calidam frigida exuperat. * Exiccat ordine tertio, aſtringit: ſtomacho utile, appetentiam excitat: erumpentem undecunque ſanguinem potu inſeſſuve ſiſtit. prodeſt alvi fluxionibus, coctum cum cibis: cruentis vulneribus inditur: inflãmationes arcet, in ſuccidis lanis, aut ſpongia impoſitum: reprimit procidentiam ſedis, vulvæq;: item abſcedentes gingivas, & ſanguine manantes. *Ad nomas & ignem ſacrũ, ulcera quæ ſerpunt, lepras, impetigines, pterygia, cum aliquo convenienti efficax eſt. phagedænas ulcerum, nomasq; fotu continuo cohibet: podagricis calido fotu*, cum ſulphure auxiliatur: ſugillationes rapit cum melle illitum. Cõtra capitis ardores cum roſaceo in ſuccidis velleribus, aut ſpongia imponitur. Ad aquam inter cutem, gravitatem aurium, & ſonitus, ſibiloſque ferventis vapor proficit: inſtillatum quoq; auriũ vermes necat. Pannos coërcet tepidi fotus, aut ſi imbuta aceto ſpongia admoveatur: pruritus permulcet. Contra venenatos ſerpentum ictus, qui refrigerando nocent, calidum commodè fovetur: & frigidum iis, quæ exurens virus ejaculantur. calidum potum atque vomitionibus redditum adverſus omnia venena efficax eſt, præſertim contra meconium, & hauſtam cicutam, conglobatum in ventre ſanguinem, lac coagulatum, fungos, ixiam, taxumq; cum ſale: hauſtu voratas hirudines, ſi ſorbeatur, ejicit. tuſſim veterem mitigat, & recẽtem laceſſit. In orthopnœa calidum commodè ſorbetur, gutturis fluxiones gargarizatum inhibet: anginis & uvæ procidenti convenit: contra dentium dolorem calidum colluitur. Doſis in perfuſionibus capitis ad dolorem ℥ ß. pro ℥ iij. olei roſati. *Dioſcorides & Galenus.*

## *De liquoribus calidis.*

SAPA, Germ. Geſottener Wein. Gall. *Du vin cuit*. Ital. *Vin cotto, Sapa*. Hiſp. *La meloxa ò arrope* vocatur: fit muſto igni decocto. * Detergit leni-

A ter, ſerapiis pectori idoneis accommodatur: nec non compoſitionibus *Diacodion*, ad defluxiones capitis ſiſtendas, eadem menſura, qua ſaccharum, admiſcetur.

VINO vetere * nervi læduntur, & reliqui ſenſus: quod tamen guſtu ſuavius eſt: quare cavendum iis, qui inteſtinæ alicujus partis imbecillitatem ſentiunt. attamen in ſecunda valetudine paucum cum aqua dilutum innoxiè ſumitur. Novum inflat, ægrè coquitur, inſomnia parit
B gravia, & urinam ciet. Ætate medium utraq; vitia fugit: quare ad victus ſanorum, ægrorumque uſurpatur. Album tenue, ſtomacho utile eſt, ac facilè in membra diſtribuitur. Nigrum verò craſſum eſt, & cõcoctu difficile, carnem alit, & ebrietatem creat. Gilvum, utpote quod medium eſt, medias inter utrunq; vires habet. *In ſecunda tamen & ſiniſtra valetudine cumprimis laudatur* album. Quin & vina ſapore diſtant. ſiquidẽ dulce craſſis partibus conſtat, & difficiliùs à corpore ex-
C pirat: ſtomachum inflat, alvum & interanea ut muſtum turbat, ſed minùs inebriat: renibus & veſicæ aptiſſimum. Auſterum per urinam celeriùs tranſit: ſed capita dolore tentat, & temulentiam gignit. Acerbum ad ciborum per membra digeſtionem accommodatiſſimum, alvum & cęteras fluxiones cohibet, minusq; urinam expellit. Novum nervos minùs tentat. Vinum aqua marina factum, ſtomacho adverſatur, ſitim ſtimulat, nervos infeſtat, alvo aptum, à valetudine
D ſe recolligentibus inutile. Paſſum, quod uvis Sole ſiccatis in area, aut in ſarmento torrefactis exprimitur, Creticum cognomine. Inter Italica vina Falernum principem locum obtinet: quod inveteratum perquàm facilè coquitur: pulſus exuſcitat, alvum aſtringit, ſtomacho utile: ſed veſicæ nocet, atque iis, qui viſus hebetudinem ſentiunt, & ad potus crebros minimè idoneum. Albana craſſioribus conſtant partibus: dulcia ſtomachum inflant, ventrem emolliunt, ſed conco-
E ctionem non æquè adjuvant, & nervoſa minùs infeſtant: vetuſtate eadem auſterum ſaporem concipiunt. Cecubum, cùm ſit dulce, eſt & Albano craſſius: corpus & colorem alit: ægrè tamen coquitur. Surrentinum valdè auſterum eſt: quare inteſtinorum & ſtomachi fluxiones cohibet, & cum tenue ſit, caput minùs tentat: inveteratum ſuavius redditur, & ſtomacho utile. Adrianum & Mamertinum in Sicilia æquè craſſis partibus gignuntur: modice aſtringunt, & ocyſſi-
F mè inveterantur, minusque ob ſuam tenuitatem nervos tentant. Paratypianum, quod ex Adriatico ſinu defertur, odoratum ac tenuius *eſt*, quare liberaliter epotum fallit, *diu ſervat* ebrietatem, & ſoporem adfert. Iſtricum *Paratypiano* ſimile eſt, ſed urinam *vehementius* pellit. Chium tamen antedictis mollius, & aptum potui eſt. benè alit, & minùs inebriat, fluxiones cohibet, oculorum medicamentis utile. Lesbium facilè membra ſubit: Chio levius, & alvo idoneum. Epheſium eandem vim habet, quod Phygelites nominatur. Verum Aſianum è Tmolo monte,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0199-8

Meſogites appellatũ, capitis dolores ciet, & nervos lædit. Coum vero & Clazomenium, quoniam multam ſibi maris aquam vendicant, facile corrumpuntur: flatus movent, alvum turbant, nervis officiunt. Vinũ omne (ut reliqua in commune dicantur) merum ac ſincerum, & ſua natura auſterum, excalfacit, facile in membra diſtribuitur, ſtomachum adjuvat, appetentiam ciborum invitat: vires alit, ac robur auget: ſomnum conciliat, & commendat calorem. Potum liberaliùs auxilio eſt cõtra aſſumptam cicutam, coriandrum, pharicum, ixiam, meconium, argenti ſpumam, taxum, aconita, fungóſve: contra ſerpentum morſus, & omnium ictus, quæ refrigerando necant, aut ſtomachum in vomitiones effundunt. Facit ad longas inflationes, roſionesq; præcordiorum ac diſtentiones, ſtomachi reſolutionem, & ſi venter, aut interanea rheumatiſmũ ſentiant. Conveniunt ſudatoribus, & quibus corpus immodico ſudore digeritur, maxime alba, vetera & odorata. Quæ tamen vetuſtate dulceſcunt, renibus ac veſicę accommodatiora redduntur: vulneribus, inflammationibusq; in ſuccida lana imponuntur: tetra ulcera, & phagedænica, & fluxionibus obnoxia commode perfunduntur. Quæ marinam non receperunt, auſtera, & alba ad ſanorum victus uſurpantur. In his præſtant Italica, Falernum, Surrentinum, Cecubum, Signinum, & permulta Campaniæ, & Paratypianum ab Adriatico ſinu, & Siculum, quod Mamertinum appellatur. Ex Græcis Chium, Lesbium, & Phygelites ex Epheſo. Craſſa veró & nigra ſtomacho negocium exhibent, inflationem pariunt, corpus augent. Tenuia tamen & auſtera ſtomacho proſunt, & minus carnes alunt. Vetera valdè tenuia & candida vehementiùs urinã ciunt, & dolores capitis movent, nervosq; largiùs pota tentant. In media ætate, ut à ſeptimo anno, potui ſaluberrima ſunt. Modus autem pro ætate, & tempore anni, & conſuetudine, & qualitate vini definiatur. Non ſitire, & modice cibos prolui optimum eſt præceptum. Nocet ebrietas omnis, & maxime aſſidua: ſiquidem obſeſſos nervos quotidie remittit: largiorque potus acutorum morborum adfert initia. Mediocris tamẽ vinolentia aliquot diebus, maximè poſt aquæ potus, utilis: namque modo quodam ex alto evocat, ſenſileſque expurgat excretus, & per cæca corporis ducit ſpiracula. Sed aquam poſt vinolentiam bibere oportet: ſiquidem valetudinis alicujus gratia factæ temulentiæ remedium adfert frigida. *Dioſcorides.*

### *De liquoribus pinguibus calidis.*

OLEUM Ger. *Oel.* Gall. *Huille.* Ital. *Oglio.* Hiſp. *Azeyre* appellatur: ex olivis maturis expreſſum, ſit colore rufo, purum, perlucidum, tenue, odore exiguo, ſed grato, ſapore dulci, ſubacri & indicibili. recens, aut non ita vetuſtum, niſi vetuſto egeatur: in quo videlicet vetuſto trigenarium trimo, & quadragenarium quadrimo eſt plurimò valentius, ubique craſſius, graveolentius, calidius, acrius. * Calefacit omne oleum ex olivis maturis, emollit ventrem, à perfrictionibus corpus tuetur, ipſumq; promptius ad obeunda munera reddit: alvum emollit, ulcerantium medicamentorum vires permiſtum hebetat: contra venena datur, aſſidue potum redditumq; vomitionibus: ſolvit alvum heminæ menſura, cum pari ptiſanæ ſucco, aut aqua potum: ad tormina calidum ſimul decocta ruta tribus ſextariis in potu datur, ventris animalia pellit: idem maximè iis inteſtini morbo laborantibus infunditur. Vetus magis calfacit, & vehementius diſcutit: oculorũ claritati ſublitum confert. Si vetuſti non ſit occaſio, in vaſe decoquitur ad mellis craſſitudinem, ut vetuſtatem repræſentet. Oleum omphacinũ ex immaturis olivis expreſſum, ad viride inclinat: recens ſit odoratum, morſus expers, ſapore acerbum. Unguentorum compoſitionibus idoneum eſt. Stomacho utile eſt, quód aſtringat: gingivas contrahit, dentes firmat, ſi contineatur in ore: ſudores cohibet. Oleum, quod ſylveſtres olivæ fundunt, vehementer aſtringit, & ad ſanorum uſus ſecundum ſibi locum vendicat. In doloribus capitis utiliter pro roſaceo ſubſtituitur: ſudores arcet: defluentes capillos inhibet: furfures, ulcera capitis manantia, ſcabiem leprasque abſtergit: tardiùs canitiem ſentiunt, qui eo quotidie perunguntur. *Dioſcor. & Medici Colonienſes.*

AMYGDALÆ dulces ſiccæ, non tamen rancidæ, delibratæ, contunduntur minutiſſime, poſtea in ſartagine aliquantulum torrefiunt, affuſo aquæ roſaceo modico, poſtea prælo exprimuntur. * Lenit aſperitates pectoris, gutturis & pulmonis, duritiem & ſiccitatem juncturarum: eſt ſuave in cibis, & confert hecticis & phthiſicis: impinguat, auget ſperma, ſedat tuſſim, & ardorem urinæ, veſicæ & vulvæ excoriatæ, cum fiſtula injectum. *Meſues.*

OLEUM AMYGDALARUM amararum eodẽ modo, quo ex dulcibus amygdalis fit. * Aperit oppilationes, & diſcutit ventoſitates & vapores, ſed potiſſimùm medetur ſurditati, ſibilo, & dolori aurium: lenit duritiem nervorum, & delet maculas faciei. *Meſues.*

OLEUM BALANINUM fit ex Balano Myrepſica, id eſt, glande unguentaria, quam Arabes vocant granum Ben: fit autem ex tuſo aſſatoq; affuſa roſacea aqua, fructu iſto. * Repurgat maculas, varos, lentigines, cicatricum nigritias, fucos: alvum ſolvit, ſed ventriculo adverſatur: dolores aurium emendat. Item ſi ſonant aures, vel ſtrepitum aut ſibilum edunt, cum adipe infuſum auxiliatur. *Meſues.*

OLEUM NUCUM fit ut oleum amygdalinũ. * Flatus craſſos diſſipat, tumores diſcutit, nervis attritis, vel punctis, præſertim cum calce lota confert, ſcabiem emarginat. *Meſues.*

OLEUM ex AVELLANIS fit ut amygdalinũ. * Dolores nervorũ & arthriticos ſedat. *Meſues.*

OLEUM LAURINUM fit ex baccis lauri maturis & recentibus tritis in pila, ex aqua in lebete coctis, póſt torculari plano, non cavo expreſſis:

&aqua

& aqua ſupernatans oleum colligitur. Deinde affuſa calente aqua iterum tritis, & torculari cavato expreſſis, colligitur oleum, & reponitur. * Ad partium omnium, cerebri, nervorum, articulorum, ventriculi, coli, hepatis, lienis, renum, uteri, affectus frigidos, & dolorem his ſuccedentem. *Meſues.*

Oleum Lini fit ut amygdalinum. * Spaſmo, duritiei nervorum & juncturarum, hæmorrhoidibus, ſedis phlegmonis & rimis confert, ac dolori pulſatorio. Nervorum dolores ſedat: viri- B bus proximum eſt oleo chamæmelino. *Meſues.*

Oleum Sesaminum extrahitur ex Seſami ſemine, ut amygdalinum, niſi quòd prius ſemen ſeſame excorticatum ſic eſt. Id ſemen ab excrementis purgatum, aqua parum ſalſa irrigetur, manibus fricetur: iterum irrigetur, donec madefiat: ſiccetur, modicè aſſetur, ſacculo aſpero multùm diuq; confricando excorticetur, corticibus expurgetur, molatur in farinam, oleum exprimatur, ut ex amygdalis. Ex eodem ſemine C non excorticato, ſed aſſato, & molito in farinam oleum quoq; extrahitur, ut prius. Affertur autem ex Alexandria Ægypti Venetias, ubi emitur ſincerum: nam adulteratur oleo nucum & papaveris, ſed odore & ſapore facilè deprehenditur à peritis dolus. * Impinguat, ſemen auget, lenit guttur, & omnem aſperitatem & duritiem, & clarificat vocem. *Meſues.*

### *De liquoribus pinguibus frigidis.*

Oleum Papaveris fit ex utriusque pa- D paveris ſemine, tam albi quàm nigri, eodem modo, quo ex amygdalis. * Impinguat, aſperam arteriam lenit, febrium ardorem mitigat, & inſomnium. *Meſues.*

Oleum Hyoſcyaminum ſic fit: Semen candidum, recens, ac ſiccum tunditur & calida aſpergitur aqua: dumque inſolatur, ſiccatæ, quæ ſub manu ſunt, partes cũ reliqua maſſa permiſceantur: hoc autem fieri oportet, dum nigreſcat, & E graviter oleat: mox preſſum atq; excolatum reconditur. Fit quoque eo modo, quo amygdalinum. Ad aurium dolores efficax eſt: peſſis miſcetur, ad emolliendum utile. *Dioſcorides.*

### *De liquoribus concretis calidis moderatè.*

Amylum, quod vulgò Amydum officinis vocatur, German. Ammelmäl. Ital. *Amido.* Gall. & Hiſp. *Amidon,* omnibus notum eſt. Ex tritico cõ- F ficitur. Probatur autem levitate, ac lævore, atq; ut recens ſit, & candidum. * Vim obtinet lævigandi partes exaſperatas. Contra fluxiones oculorum, puſtulas cavaq; ulcera efficax eſt: ſanguinis rejectiones potu cohibet, exaſperata fauces lenit: lacti atque obſoniis admiſcetur. *Dioſcorides & Plinius.*

Glycyrrhizæ ſuccus ex Creta inſula optimus, hoc eſt, dulciſſimus, mollis, recens, purus, tenax, & qui confractus ſplendeſcat, nigerrimus, & qui linguæ ſubditus tandem totus eliqueſcat. * In arteriæ ſcabritia efficax eſt: æſtuanti ſtomacho, thoraci, ac jecinori: ſanat veſicæ ſcabiem & renum dolores, cum paſſo potus: idem eliquatus ſitim ſedat: vulneribus illitus accommodatur: commanducatus ſtomacho prodeſt. *Dioſcorides & Medici Colonienſes.*

Lycium, ſuccus eſt arboris cujusdam Indiæ. Arbor autem, ex qua hic ſuccus extrahitur, magnitudine eſt fraxini, folio minuto Ericæ vel Tamarico ſimilimo, perpetuò virens: florere ajunt, ſed fructum ferre negant: multis ſpinis horret: materies ligni robuſta, dura, denſa, ponderoſa, nec, ut ajunt, putredini obnoxia, ſive ſolibus exponatur, ſive aquis immergatur: quam ob cauſam ab incolis Lignum Sempervivum nuncupatur. Ex eo propter duritiem & pondus piſtilla fiunt, deglumandæ oryzæ idonea, in mortariis ligneis ſex palmos in ambitu continentibus. Incolæ eam arborem Haecchic vocant. Porro ſucci extrahendi hæc eſt ratio: Ramulos hujus arboris minutim conciſos elixant, deinde contundunt, poſtmodum cum farina Nachani (ſementis eſt nigra & minuta ſapore ſecales, conficiendis panibus apta) & cujusdam nigri ligni, quod iſtic naſcitur, ſcobe, (interdum etiam ſine eo) paſtilli, aut tabellæ formantur, quas in umbra ſiccant, ne Solis ardore earum facultas evaporet. Noſtri ſuccedaneum ejus parant, non ex periclymeno, ſed potiùs ex baccis pyracanthæ, id eſt, noſtræ vulgaris Hagedorn. Diverſis partibus conſtat: tum iis, quæ extenuent, diſcutiantq;: tum craſſis & modicè adſtringentibus. * Ideoque ad ſugillata, oris inflammationes, ulcera, herpetas, putredines, aures purulentas, intertrigines & paronychias valet. Indicum ad omnia eſt valentius. Hujus loco Rhamnus ſylveſtris, aut polygoni ſuccus ſubſtituendus eſt. *Dioſcorides, Medici Colonienſes & Garcias.*

### *De liquoribus concretis calidis in primo.*

Saccharum, arundinum lachryma, ſeu liquor eſt, qui nimia ſucci copia aperto in latere calamo, perinde ac gummi, exterius concrevit. Vel ſaccharum fit ex ſacchari calamis minutim inciſis, ignisque calore tamdiu decoctis, donec univerſus liquor abſumpta igni aqua diu efferveſcens in ſaccharum ſalis modo, in vaſis fundo concreverit. Præſtantiſſimum eſt, quod durum, ſolidum, & mutuo metarum alliſu ſonorum eſt, ligni ſicci & ſolidi modo: tamen ob ſiccitatem & imperceptam raritatem leve, dulciſſimum, candidiſſimum, & nivis in morem ſcintillans, cohærens: quare Valentinum in metas pyramidum æmulas (panes vocant) coactum parvas, ponderis libræ unius & dimidiæ, vel circiter cariſſimum, & confecturis ſiccis aptiſſimum, penidiis ob ſiccitatem nimis friabilem, ineptum. Illi dotibus & precio eſt proximum, quod Madere appellant, ſed in metas ponderis librarum ſex, ſeptem, octo, novem, decem formatur, confectutis expetitum: quia minùs pre-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0201-1

cioſum, non multò tamẽ imperfectius. Tertium ſtatuitur lentile, album quidem, ſed pinguius, ob id vilius, neque confecturis ſiccis aptum, ſed penidiis idoneum. Quartum ex Canariis nunc dictis inſulis, olim Fortunatis advehitur, etiam intùs albicans, bonitate inferius prædictis, præſtantius ſequenti, metis conſtat maximis, pondere librarũ decem, duodecim. Quintum ignobiliſſimum ſancti Audomari dictum, foris albidũ, intus ſubrubrum, tanquam alio fartum, & foris dolo tectũ, metis ęqualibus, omnium glutinoſiſſimum: condituris ſiccis ineptiſſimum: liquidis ſervit & ſyrupis, opiatis, conſervis, & ſimilibus, quia viliſſimum, & utilitatem tegit aliorum miſtura. Id ſi mare ſentit, (nam eò naves ob gravitatem ſaburrant) rubrũ vulgò dictum fit: quanquam ſunt, qui rubrum ſpumam & ſpurcitiam omnis ſacchari ſe coquendo purgantis exiſtimant. Ex micis horum colliſu eliſis etiam metas quidam cogunt, quę ſimplicium naturas ſequuntur. Ex his quod generoſiſſimum, minimam coctionem ſuſtinet, ne pulvereſcat: ignobiliſſimum contrà: cætera pro acceſſu aut receſſu variant. * Alvo idoneum, & ſtomacho utile: detergit, digerit, linguæ aſperitatem & ſiccitatẽ in febribus tollit: vexatæ veſicæ renibusq; auxiliatur. Illitum ea diſcutit, quæ tenebras oculorum pupillis offundunt. Cæterùm ſacchari doſis in ſyrupis ferè æqualis quantitas tam ſacchari quàm ſucci. In electuariis verò pro ʒ j. pulveris, ℥ j. ſacchari communiter. Si autem pulvis fuerit laxativus, pro ʒ j ß. pulveris, ʒ j. ſacchari. In conditis additur ſacchari parum, ſi conſervę odoratę ſint. Si verò amaræ, vel acres, ℥ ß. ſacchari pro ʒ j. conſervarum imponenda. In pulveribus acribus, ut ex pipere, & zingibere, pro ʒ j. pulveris, ℥ j. ſacchari ponitur: in dulcibus verò ℥ ß. In clyſteribus ſaccharum rubrum ponitur ab ℥ ß. ad ℥ ij. vel ℥ iij. *Medici Colonienſes.*

### *De liquoribus concretis calidis in ſecundo.*

LADANUM liquor eſt, ex alterius cyſtiledon appellati foliis exudans. Hodiè & liquor & planta nota ſunt. Optimum, minimeq; adulteratum, odoratum eſſe debet, ſubviride, facilè molleſcẽs, pingue, reſinoſum, arenularum aliarumq; ſordium expers, quale in Cypro gignitur. * Natura ei ſpiſſandi, calfaciendi, molliendi: ora venarum patefacit: capillum fluentem continet, addito vino, myrrha & myrteo oleo cicatricibus decorem reddit, cum vino illitum: medetur aurium doloribus, cum hydromelite aut roſaceo infuſum ſuffitu ſecundas ejicit, peſſis immiſtum, vulvæ duritiem ſanat. In medicamenta, quæ dolorem tuſſimque finiunt, & malagmata, utiliter inſeritur: alvum ſiſtit cum vino vetere potum, & urinam ciet. *Dioſcorides.*

### *De liquoribus concretis calidis in tertio.*

ASA dulcis, aromatica ſeu odorata eſt Laſe-
A ris ſeu Sylphii opos, ſive liquor Cyrenaicus, ſeu potiùs Indicus hoc tempore. Etenim Indicus etiam à Meſue laudatur. Nam ex Taprobana inſula in mari Indico maxima, hodie à Luſitanis convehitur, teſte Ludovico Romano patritio, Belzoe indigenis dictus, & nobis inde Belzoin, & corruptius Benzoin. Eſt autem Laſeris, ſeu Laſerpitii ſeu Sylphii herbæ liquor, caule ipſius ferulaceo aut radice ſcarificata defluens, acer, mordax, digerens, optimus, modicè rufus, non
B porraceus, colore tranſlucens, myrrhæ æmulus, odoratus, ſuavi guſtu dilutus, citò albeſcens. Hæc quidem Sylphio ita compilata ſunt, partim ex Dioſcoride & Galeno, partim ex Ludovici Romani navigatione: ſanus enim eſt fateri, Laſerem, ſeu Laſerpitium, ſeu Sylphium, & proinde ejus ſuccos ſeu lachrymas non extare ampliùs; quòd prægnantibus rationibus docet Joannes Langius Lembergus Sileſius in epiſtolis medicinalibus ſuis. Aſa itaque dulcis, ſeu Belzoin, quòd
C apud Serapionem & Avicennam à Græcorum Laſerpitio nihil differat, Laſeris ſuccus eſſe nequit. Secundò Ludovicus Romanus refert, Belzoin eſſe gummi arboris: atqui Laſer non arbor, ſed βοτάνη ἢ λάχανον veteribus eſt. Tertiò, in Belzoin officinarum nulla ferè comperitur acrimonia, nedum tanta, quantam Galenus ei tribuit, cum Laſerpitii loco euphorbium non recens ſubſtituit. Quid verò officinarum Belzoin, ſive Aſa dulcis ſit, indicabitur paulò pòſt inter gum-
D mi & reſinas ſub Belzoin. *Medici Colonienſes.*

ASA fœtida, plantæ peregrinæ lachryma aut ſuccus eſt. *Sunt, qui exiſtiment, Sylphii ſuccum eſſe in Media aut Syria naſcentis*, qui teſte Dioſc. grati odoris non erat, ut Armeniacus aut Libycus, quem nonnulli Aſam odoratam eſſe arbitrantur, & Belzoin officinarum: ſed non convenit. Nam Dioſcorides hunc ut præſtantiſſimum & efficaciſſimum laudat: Arabes verò Aſam fœtidam calidiorem & potentiorem aſſerunt: mul-
E tò minus Belzoin eſſe poteſt, quod tanta excalfaciendi vi præditum non eſt, quantam illi tribuit Galenus, dum Laſerpitii loco Euphorbium non recens ſubſtituit. *Medici Florentini.*

### *De liquoribus concretis frigidis in primo.*

ACACIA in Ægypto naſcitur: planta eſt ſpinoſa, è cujus fructu ſuccus acacia exprimitur: quem cùm non habeamus, ſubſtituere poſſumus
F ſuccum hypociſtidis, aut pulpam rhois, aut ſuccum prunellorum, vel baccas pruni ſylveſtris, in aqua maceratas. Fit menſe Julio, vel Auguſto. * Refrigerat, aſtringit & repellit.

*Acacia* tametſi nondũ ad nos adferatur, ideóque non cognoſcatur, videndum tamen eſt, ſi ipſius ſuccus, aut ſanè gummi, quod ſua ſponte ex trunco ſuæ arboris reſudat, ad Theriacam ſit accipiendum: cùm enim hæc duo ſint diverſa, quemadmodum ex Dioſcoride colligitur, aliud ſuccedaneum pro ſucco, & aliud pro ipſo gummi eſſet reponendum. Et quantum ex Andromachi pa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0202-6

chi patris deſcriptione conjicitur, videtur ipſum gummi eſſe ſumendum, quod ipſe aliter vocat lacrymam in iſto verſu:

*Atq; atram lacrymam Nili, quam ſpina remittit.*

Liquor enim ejusmodi, qui aut ſolus per ſe, aut per inciſionem arboris effluit, vocari jam lacryma ſolet, jam gummi. Quod etiam pariter ille, qui verſibus Heroicis Theriacam conſcripſit, quam Galenus expoſuit, in fine lib. 1. de Antidot. hoc modo:

*Atque Paratonium fudit quem ſpina liquorem.*

In quo loco apparet, illum intelligere cùm liquorem, qui ſua ſponte ex ſpina Aegyptia exit, & nõ de ipſo ſucco, qui non per ſe effluit, ſed arte vel tritura, aut igne condenſatur. Ex altera parte videmus Damocratem in ſua Theriaca accipere ſuccum & non gummi ipſum, ſtatuimus tamen eſſe accipiendum ſuccum: nam varias magis & validiores facultates, quàm gummi obtinet, ut patet unicuiq; ex Dioſcoride. Nec veriſimile eſt voluiſſe Andromachũ ad tam celebrem compoſitionem eligere plantæ alicujus debiliorem partem, & relinquere potentiorem. Idq; confirmatur ex Andromachi filii compoſitione, qui Acaciam ſimpliciter ita nominatam adhibet: quod ſi fit, nec alia vox illi adjungitur, ſemper de ſucco eſt intelligendum: quemadmodum ipſe quoq; intellexit. Huic rei fidem facit Plinius lib. 24. cap. 12. ſcribens, Acaciam vocari ſuccum in paſtillos redactum: huc transferendo nomen arboris, unde paratur: quanquam hoc in quibusdam exemplaribus non legatur. Præterea ſuccus ſemper in uſu fuit, nec unquam vel raró admodum gummi acceptum eſt: quod apparet in omnibus libris Galeni de Compoſit. medic. ſecundum genera & loca, & nos in commentariis noſtris ad Dioſcor. in Acacia notavimus. Quod cùm omnibus notiſſimum ſit, non laborandum in hoc eſt ulteriùs, quanquam & aliæ rationes in medium afferri poſſent: tantùm reſpondebo ad duas illas autoritates verſuum adductorum, qui videntur expreſsè accipere gummi. At quæ melior reſpõſio, ut verum fatear, afferri poteſt, niſi quód ratio carminis, aut, ut rectiùs dicam, genera poetica Andromachum & alterum, quicunq; fuerit, moverint obſcurè exponere hanc rem, nominando lacrymam, id quod veriùs ſuccus erat dicendum? Quæ licentia non ſolùm à poetis, ſed qui proſa quoq; oratione ſcripſerunt, videtur eſſe uſurpata, & peculiariter à Dioſcoride nominando ſuccum, quæ erat lacryma, & contrà lacrymam, qui erat ſuccus: ſicuti nos ex multis locis in lib. 1. noſtræ Methodi cap. 7. demonſtravimus. At certè in compoſitionibus magni momenti non convenit talibus dubiis implicari: ideoq; quanquam commoditatem ex eo genere ſcribendi, quod verſibus conſtat, ſecundùm Galenum iſtam recipiamus, quód non facilè mendis depravari poſſint, ſicuti fit in proſa oratione, potiſſimùm quoad pondera, tamen contrà incommoditas hęc illis ineſt, quód propter ſtylũ poeticũ multæ res tã obſcurè ſæpè exponantur, ut ſæpenumeró Oe-

A dypo ad divinandum opus ſit, & interdum dubium prorſus quem dimittant, inprimis ſi allegorice, vel per Metaphoras (ut Poëtis eſt peculiare) loquuntur. Quod in ipſa Theriaca in multis rebus apparet: interque alia in Ariſtolochia, quæ cùm eligenda ſit ſarmentoſa aut ſubtilis, nihilominùs Andromachus ſimpliciter nominat: quare potiùs de altera quavis ſpecie, quàm de illa intelligi ſolet: & ſicuti alibi à me demonſtratum eſt, videretur rotunda eſſe ſemper accipien-

B da, quia non flectitur: ideoq; qui non conſideraret alias compoſitiones Theriacæ, facilè decipi poſſet in accipienda rotunda, cùm tamen ſarmẽtoſa ſit accipienda. Idẽ apparet in Cẽtaurio, quod ſimpliciter ita nominat Andromachus (quemadmodũ ipſemet Galenus notavit) cũ addi debuiſſet, minus: ſic idem dicit, eum obſcurè locutum eſſe de Melle Cecropio, cùm clariùs Atticum dici potuiſſet. Obſcuriſſima veró eſt illa deſcriptio Acaciæ, quam indicavit dicendo lacrymam, quã

C fundit ſpina Nili, & alibi ſpinam, quæ fundit liquorem Paratonium, qui locus eſt in Aegypto. Sed revertentes ad rem ipſam concludamus, quód ſuccus Acaciæ ſit recipiendus in Theriacam, qui cùm non afferatur, neceſſe eſt, ut aliud quippiam pro illo ſubſtituamus. Bononienſes loco illius poſuerunt ſuccum Rhois, aut Sumach, quod & mihi plurimùm probatur, cùm Dioſcorides dicat eandem vim cum Acacia habere Sumach, & Galenus utrique aſſignet ter-

D tium gradum ſiccitatis, & ſecundum frigiditatis. Alii ſumũt Lentiſci ſuccum: at cùm ille ſit in primis qualitatibus æqualis temperiei cum illa, ſed in ſiccitate minus efficax, alteri illi erit præferendus, quoniam ejusmodi ſimplicia medicamenta & ſimilia, non propter aliquam actionem occultam, vel aliam præcipuam facultatem in Theriacam accipiuntur, ſed ob ipſorum manifeſtam aſtrictionem & refrigerationem: & tametſi parum inter ſeſe diſtent, notabilem tamen mu-

E tationem propterea Theriacæ non introducunt: ideoq; viſum mihi eſt, cum Dioſc. pro ſuccedaneo Acaciæ uſurpare ſuccum Rhois: quanquam Gal. Acaciæ lotæ frigiditatis ſecundum gradum, quemadmodum & Rhoi, ſed non lotæ, attribuat. quod quidem nonnullam affert varietatem: quia Acacia ſine lotione in Theriacam aſſumitur, & jam non erit ultra primum gradum frigida. Poterimus tamen, donec melius quippiam inveniatur, hoc eſſe contenti: niſi ſi quis ſuccum pruno-

F rum ſylveſtrium, quæ eſt Acacia vulgaris, uſurpare velit: quod quidem non adeó improbo.

SANGUIS DRACONIS veterum & eadem Cinnabaris vera (quæ res mineralis erat) hodiè ignoratur. Qui veró ſanguis *Draconis* oſtenditur, factitius eſt ex ſanguine *hirci*, bolo Armenia, & ſucco ſorborum, & aliis: quo tamen pro ſanguine draconis dicto rectiùs uti poſſis. Florentini præter hunc factitium ſanguinem draconis, ſtatuunt adhuc duo ejus genera: nimirum lachrymam cujusdam arboris gummiam ſui generis, de qua Aloyſius Cadamuſtus patritius

Venetus navigationis ſuæ lib. 1. cap. 4. dicens eſſe lacrymam proceræ cujusdam arboris in inſula Africæ, *Porto Sancto* dicta, genitę, quæ quidem lacryma colore eſt intentè rubro ſanguineo, tranſparens, friabilis: alter ſanguinis draconis illis eſt achilleæ ſydoritidis ſuccus defæcatus atque ſiccatus. * Refrigerat, adſtringit & repellit. *Medici Colonienſes.*

### *De liquoribus concretis frigidis in tertio.*

HYPOCISTIS, quæ ſub Veris finem radicibus ciſti adnaſcitur, teritur, & ſuccus expreſſus Sole ſiccatur. Nobis deſideratur, niſi ex emporiis adferatur. *Vires Acaciæ habet.

*Hypociſtidis* ſuccus ab unoquoque Pharmacopœo facilè acquiri poteſt: ejusque inprimis Neapoli magna eſt commoditas. Naſcitur enim Hypociſtis copioſiſſimè Puteolis in locis ſiccis, ad radices Ciſti fœminæ initio æſtatis. Modus verò extrahendi talis eſt: Hypociſtis tunditur, & ſuccus exprimitur: denſaturque in umbra, quemadmodum in Acacia fieri ſolet, aut ſicca & trita maceratur per biduum aut triduum in aqua, deinde parum ebullit aqua, quæ poſtea colatur, & fortiter exprimitur: quod reſedit, rurſum coquitur, donec inſtar mellis, aut paulò duriùs craſſeſcat.

### *De liquoribus frigidis concretis in quarto.*

MECONIUM ſuccus eſt papaveris nigri, ex foliis, caulibus, herbaque ipſa tritis expreſſisque collectus, ac in paſtillos redactus. *Fit menſe Majo.* Granorum tantùm pondere in *colicis*, arteriacis & narcoticis præſcribitur. * Stuporem infert, doloremque ſedat.

OPIUM, ſuccus eſt è capitibus papaveris nigri. Duûm eſt generum: unum ex capitibus & foliis expreſſum, Græcis meconium (de quo antè dictum) vocatur, quod ignavius: alterum ex capitibus paululum inciſis extillans, verum eſt opium. Fit menſe Majo. Optimum eſt denſum, grave, amarum, odoratu ſoporiferum, quod facilè aqua diſſolvitur, lene, candidum, neq; aſperum, neque grumoſum, quod colatum non ſtatim ut cætera coëat, quod in Sole diffundatur, & admotum lucernis, clara, non atra luceat flamma, & extinctum odoris vim conſervet. Adulteratur glaucio, hoc eſt, mentha, aut gummi, aut ſylveſtris lactucæ ſucco. Verùm glaucio fucatum in dilutione croci colorem reddit: lactucaceo ſucco depravatum, inodorum eſt & aſperius: gummi vitiatum, infirmum eſt, & ſplendeſcit: nec deſunt, qui adipem admiſceant. * Granorum pondere præſcribitur in colicis & narcoticis. Mirum eſt, quod de Aſiaticis Turcis refertur, qui in Natolia ſua, id eſt, Aſia minore, magno ſtudio & frequentia papaver hodiè colunt, & præparant Opium, quod vernacula lingua Maſlac vocant: cujus uſus illis frequens ſatis eſt ad piſi magnitudinem de eo ſumentibus, non pro ſomnolen-

A tia, ſed animoſitate comparanda: atque in prælia ruituri aliquantò copioſiùs ſumunt, unde veluti inſani, diſturbato nimirùm cerebro, feruntur in obvia quæque pericula, nihil quicquam timentes. Sed Janniceri hæc plerunque faciunt, quibus ſumma militiæ virtus commiſſa eſt. *Medici Colonienſes & Florentini.*

*Opium* quod communiter in uſu eſt, potiùs Meconium, quàm verum opium repræſentat. Quæ autem ſit differentia inter hęc duo, Dioſco-
B rides exponit, vocans Meconium ſuccum papaveris extractum ex capitibus & frondibus, qui contundatur & exprimatur torculari, & rurſum in mortario contuſus in Trochiſcos formetur. Tametſi Plinius dicat, capita & frondes papaveris coqui, & inde ſuccum denſatum nominari Meconium. At quocunque modo fiat, certum eſt eſſe multò infirmius Opio. Quod ſecundum Dioſcoridem hoc pacto paratur: Cùm in eo ros evanuerit, cultro ſtellam in parte ſuprema capi-
C tis papaverini, non tamen profundè incidamus: deinde ſuperficiem capitis decuſſatim quoque cultro aperiamus, & digito in concham liquorum reſudantem exprimamus: idq; ſæpiùs parvo interjecto temporis ſpacio repetendum eſt, propter humorem, qui ſtatim congelatus reperitur: idemque ſequenti die factitandum: hocque omne tandem in mortario contundendum, & inde formandi Paſtilli: ſed quando papavera inciduntur, à tergo accedendum eſt, ne veſtibus
D liquor erumpens auferatur. Cùm itaque maxima fruſta noſtro tempore Opii conſpiciantur, non aliter poſſumus dicere, quàm illud aut per expreſſionem, aut decoctionem eſſe factum: idque eò magis, quòd notas à Dioſcoride illi aſſignatas non habeat. Nam optimum debet eſſe denſum, grave, amaro guſtu, ſomnifero odore, quod in aqua facile diſſolvatur, læve, album, non grumoſum, aut granis ſimile: quod inter colandum non inſtar ceræ coëat, & Soli expoſi-
E tum liqueſcat, atque accenſum non flammam atram emittat, extinctumq; retineat odoris priſtini vires. At vulgare nigrum eſt, & impurum, aſperum, inæquale, refertum frondibus, e quibus expreſſum vel decoctum eſt, & inſuper multæ aliæ notæ ſuæ perfectionis deſunt: præterea ſuſpicandum eſt, ne aliud inſuper quippiam, quàm ex papavere illi admiſtum ſit: nam tempore Dioſcoridis, cum Glaucio, cum gummi & ſucco Lactucæ ſylveſtris adulterabatur. Nonnulli
F eò quoq; dementiæ pervenerunt, ut ſevum admiſcuerint. Unde videndum diligenter, ut lacrymam papaveris, & non ſuccum, jam dictis modis extractum adipiſcamur, cùm opium ſit unum ex præcipuis medicamẽtis, quæ Theriacam conſtituunt, & ob eam cauſam attentionem magnam requirat. Quòd ſi omnibus jam enumeratis notis præditum Opium haberi poterit, non multùm de Thebaico ſoliciti ſimus: nam papaver, quod in Apulia creſcit, regione ſicca & arida, in qua rarò pluviæ cadunt, perfectiſſimum eſſet ad lacrymam parandam, modò diligenter

ſecundum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0204-8
DFG

ſecundùm doctrinam Dioſcoridis colligeretur. Seritur autem copioſe ibi, potiſſimùm in ducatu Barcenſi, non quidem nigrum, unde vult Dioſcorides fieri Opium laudabile, ſed album, unde lacrymam colligunt: quam tametſi ipſemet colligi non viderim, nihilominus conſpiciuntur omnia capita albi papaveris, quibus in officinis noſtris utimur, eſſe notata quadam ſectione in quatuor partibus, eo modo quo ſolent ſecari Pepones ad lineas parallelas. Unde colligi poteſt, inde ablatum eſſe lacrymam. Cùm vero ex albo papavere ſit deſumptum, aliquæ notæ illi deeſſe videntur, quas Dioſcorides legitimo Opio attribuit, quanquam & ipſum ſit validum ſomniferum, ſicuti experientia teſtatur.

### *De liquoribus concretis purgantibus bilem.*

ALOE ſuccus plantæ ejusdem nominis, notiſſima eſt. Ejus apud Dioſcoridem duo ſunt genera: quoddam arenoſum, quod ſedimentum putiſſimæ videtur: alterum jecinoris modo concretum, ex quo nomen vulgare ſumpſit aloës hepaticæ. Eligi debet Indica, pinguis, ſincera, calculorum & arenularum expers, nitida, ruſi coloris, friabilis, jecinoris modo coacta, facile liqueſcens, & eximiæ amaritudinis. Improbatur nigra, difficilè liqueſcens. Adulteratur gummi, quod deprehenditur guſtu: nam non valde amara eſt, neq; tam validi odoris, neq; digitis friata ad minima uſque fruſta reſolvitur. Nonnulli, teſte Dioſcoride, illam ſucco acaciæ adulterant, quod maleficium guſtu deprehenditur, minùs enim amara eſt, magisq; adſtringit. Colligitur menſe Junio. Conſervatur uſque ad annos decem, in loco ſicco, & non humido, neq; ventoſo, neque ad Solem, &c. Doſis eſt ab aureo ſemiſſe ad drachmas duas: in infuſionibus verò ab aureo uno uſq; ad drachmas tres. * Bilem & pituitam purgat: ob id affectibus ventriculi & cerebri, & reliquarum partium inde natis, ut dolori, inflammationi, ſic præcavet, ut ejus creber uſus ſenſuū inſtrumenta & corpus reliquum nullo inſanabili affectu tentari ſinat, ſed ſenſus acuat, cogitationem reddat meliorem. Hepati confert, icterum tollit, hæmorrhoidibus & ſedi nocet: ob id vitanda his, quibus iſtæ partes dolent: & aëre frigido, quia tunc ſumpta excorticatis ſanguinem educit. *Meſues & Medici Florentini.*

MANNA ros eſt, qui ex aëre in arbores, herbas, lapides, terramque decidens, denſatur, & cogitur in grana minuta. Præfertur Calabra, præſertim quæ ex foliis arborum collecta eſt: quæ ex hoc dignoſcitur, quòd grano conſtet exiguo, translucente, gravi, ſimilis maſtiches granulis, candidis, & guſtu dulcibus & ſuavibus. Secundum locum obtinet, quæ è ramis colligitur. Tertium, quæ in lapidibus. Hæ craſſiores ſunt, & minùs ſinceræ, colore turbido. Syriaca ſi ſit perfectè granulata, maſticheque aſſimilis, valdè etiam probatur, dulcis & recens. Cùm jam exolevit, floccorum bombacis refert imaginem, lenis concavaque eſt. Adulteratur amyli farina, rebusq; ſimilibus: ſed maleficium facile deprehenditur. Inſuper & ea quæ ſimul concrevit, ſaccharo & ſena adulterata eſſe ſolet, ac croco, carthamive flore tincta: verùm guſtu deprehenditur, atque liqueſcit, & tempore molleſcit. Colligitur menſe Majo. Durat & conſervatur per annum, bene obturato vaſe. Doſis ejus à drachmis ſex uſq; ad quindecim. * Temperata eſt, aut paulò calidior: guttur, thoracem, ventriculum lenit, terget, bilem clementer purgat, ſitim ſedat. Quoniam verò imbecilliter vacuat, thymo & hyſſopo, vel alio vis ejus intenditur. Valentibus autem medicamētis miſta, eorum actionem reddit meliorem, cùm ſuo dulci ſapore illa naturæ magis familiaria reddat. Ob id eam Galenus ſcammonio miſcuit, quod à poſterioribus eſt laudatum: alii deinde turbith, alii aliis. *Meſues & Medici Florentini.*

MEL roſcidum, ſive aërium, *Manna* appellatur, vires habens alendi, atque medicamentoſas, ſiquidem alit: ſed minus ſaccharo, quo eſt medicamentoſior manna, majorem habens vim detergendi. Emollit quoque ventrem: qua in re mel atq; ſaccharum ſuperat, quamvis in detergendi & abluendi facultate ſuperet ſaccharum, & ſuperetur à melle. Invenitur in arboribus, fruticibus, herbis & lapidibus, maximè in regionibus temperatis, & diebus vernis, ſerenis temporibus, ut æſtivis, pro ratione temporis, frigidioribus. Calabricum manna omnibus anteferturā Medicis, quo nos utimur ad purgandos ventres infantium, & utero gerentium, quantitate unius aut duarum unciarum diſſoluto in jure pulli, aut aqua diſtillata, aut elixatione bugloſſi. Id *ros cœli* ſive aëris eſſe putat Galenus, aut de ejus genere. Nos tamen referemus quod vidimus, atq; experimento agnovimus. Anno ſalutis noſtræ 1532. & duobus ſequentibus in amœnioribus locis, æſtatis tempore, manna in ſaltibus reperta eſt, copioſa atq; optima, albiſſima, ſacchari dulcedine, quam licebat colligere ex arboribus & lapidibus cuivis volenti. Eram ego per id tempus *hujus diſciplinæ* auditor, intellexeram tamen à præceptoribus meis mannam eſſe: quod *diligenter* perquirens, an verum eſſet quod ab *ipſis* & reliquis cum Galeno ferebatur, locum in quo manna copioſior habebatur, conſideravi, ſummo mane, Julio menſe, ad id profectus adductis nonnullis ex amicis, quibus cum ego ſolebam de ſimilibus diſſerere. Inveni tamen parvarum quarundam apum numeroſam congeriem, non erant quidem apes, ſed culices craſſi, quos ob officium apes parvas *dicerem*, quibus inerant tria aut quatuor *foramina*, in partibus corporis, quæ in eisdem *prominebant*, ad parvarum verrucarum *ſpeciem. Per hæc* itaq; foramina guttæ quædam parvę albiſſimæ, ſudoris modo ejiciebantur, quæ ros eſſe dixiſſes, ſi copiam guttarum cadentium ex loco ſalicis, in quo congeſtæ apes erant, conſiderares. Erat autem non unius tantùm earum grex, ſed plures quàm



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0205-3
DFG

q[illegible]nquaginta. In ſingulis autem gregibus innumerabiles apes, quæ locũ unum non ultra diem aut noctem tenebant, deinde in aliud transvolabant: ſemper tamen arboribus inſidebant, cum quodam bomboſo ſonitu apum, à quibus ſudor guttatim deſluens, aut folia arborum, aut ſubjectos lapides tegebat: quod verò in arenam aut ſordida loca deſidebat, peribat, reliquum colligebatur ad uſus: miro namque modo ſolvebat ventrem. Erat autem hæc puriſſima manna, albedine, dulcedine, conſiſtentia & efficacia probata. Hæc referre meritò placuit, ut intelligant naturaliũ cauſarum indagatores mannæ generationem, & ejusdem cauſas effectrices, antiquos etiam in ejus generatione tradenda deceptos. Quòd ſi quis noſtro huic teſtimonio & experimento conſentire noluerit, non damnet veritatem, niſi priùs quod teſtamur aut contrarium aſſequatur, locum generationis mannæ adiens, & ſingula probè perpendens, quæ nos vidiſſe affirmamus ſæpè in prædictis annis. *Chriſtoph. à Vega.*

Scammonio multi ab una radice exeunt longi, tenues & viticuloſi cauliculi, quibus vicinos frutices, pedamentáve juxtà poſita conſcendit, ac multis circumvolutionibus amplectitur. Folia ejus lata & acuminata, lævis ſmilacis æmula: flores ſimiles calathi quoq; forma, candicantes, paulò minores. Radix ſubeſt longa, craſſa, candida interiùs, ex qua ſuccus colligitur, qui denſatus ad medicinę uſus ſervit. In calidis pingui exit ſolo, veluti in Aſia, Myſia, Syria, aliisque ſimilibus. Reperitur & in Creta inſula. Veriſimile eſt, ubi ſuæ ſpontis eſt, citò & plurima deinde æſtatis parte florere: nam & in Belgio æſtivis menſibus ſubinde cum flore videri poteſt. Scammonium non modò ſtirpem ipſam, ſed & denſatum concretumque ſuccum Latini nominant. Laudatur nitidum, rarum, leve, colore quam ſimillimum taurino glutini, fungoſum, tenuibus fiſtulis. Addunt nonnulli, ut linguæ tactu albeſcat: huic notæ fidendum non eſt: hoc enim evenit adulterato, quod admiſto ſit tithymali lacte. hæc autem nota longè certior eſt, nempe ſi guſtatu linguam non urit, quemadmodum tithymalus. Adulteratur tithymali lacte, & farina orobi, ſed ex notis prædictis dignoſcitur. Colligitur menſe Junio. Ad annos quatuor, & plures ſervatur, ſed quò antiquius, eò imbecillius. Datur per ſe à granis quinque ad duodecim. Sunt, qui ultra duodecim grana, & etiã ſcrupulum ſine noxa dederunt. * Quinq; de cauſis corporibus læſiones inferre poteſt. Prima eſt, quòd flatus quosdam mordaces gignit, uſque adeò ventriculum laceſſentes, ut ſumentibus nauſeam commoveat. Noxa hæc tollitur, ſi in excavato cydonio malo, clibano, aut prunis inaſſetur, paſta undique circumlita: præſertim additis aut fœniculi, aut dauci, aut apii ſemine, aut galanga. Inflammat deinde acredinis exuperantia corporis ſpiritus: quo fit, ut facilè febres excitet, iis præcipuè, qui obſtructionibus viſcerum & humoribus putreſcentibus obnoxii ſunt. Sad id

A nocumenti aufertur, admiſtis inter coquendum, quæ refrigerant, & fervorem extinguunt: cujusmodi eſt pſyllii ſeminis ſpiſſamẽtum, prunorum decoctum, ſeu potiùs pulpa, roſarum & violarum ſuccus, aut dilutum, aut aqua: quinetiam ante coctionem maceretur oleo roſaceo, aut violaceo, aut cotoneorum miſti ſaporis ſucco, aut admiſto rhoë, aut factitio ſpodio. Ad hæc, quòd magna tum attrahendi, tum aperiendi facultate ſit præditum, immoderatas alvi fluxiones
B facit: vaſorum enim oſcula plus quàm par ſit, aperit. Hæc læſio adimitur admiſtis rebus adſtringentibus, cohibentibusq;: nempe maſtiche, cydoniis malis, ſuccoq; ab eis expreſſo, & myrobalanis, præſertim flavis. Abradit præterea acri ſucco, quo ſcatet, inteſtina: proinde & tormina, & dyſenteriam, & teneſmũ excitat. Sed deletur hoc incommodum additis humidis, pinguibus, lenitisq; medicamentis: cujusmodi ſunt tragacantum, bdellium, amygdalinum oleum aut roſa-
C ceum: item prunorum pulpa per ſe, & ſaccharo aſſervata, pſyllii ſpiſſamentum, maſtiche, cydoniorum mala pòſt ſumpta, & calida aqua pòſt bibita: utpote quæ medicamentum ociùs à ventriculo & inteſtinis expellant, & ita ſimul noxam prohibeant. Hinc eſt, quòd prudentes Medici, quò celeriùs ſcammonium à ventriculo & inteſtinis dejiciant, hordei juſculum cum ſaccharo ſuperbibendum præbent. Obeſt poſtremò ſcammonium cordi, jecori, ac ventriculo, ſubſtantiæ
D ſuæ totius proprietate. Vitium hoc aboletur, ſi illitum calida, tum frigida admiſceantur medicamenta, quæ cordi, jecinori, ventriculoq; opem ſuam præſtant. Dejicit ſcammonium valentiſſimè bilem, quam à vaſis & à ſanguine exhaurit. Ejus dejiciendi facultas haud ſanè aliis medicamentis abſimilis eſt, quæ purgant cum labore & moleſtia. *Dioſcor. Meſues, Dodonæus & Matthiolus.*

### *De liquoribus concretis, purgantibus pituitam.*

E Elaterium, ſuccus eſt è fructu cucumeris ſylveſtris, plantæ notiſſimæ. Optimum eſt leve, non ponderoſum, cum candore leniter humectum, guſtu amariſſimum, quodq; lucernarum luminibus objectum facilè flagrat. Improbatur ſcabrum, turbidum, porracei coloris, medium crui & cineris colorem referens, & grave. Sunt, qui amylum immiſceant, ut candorem ipſum imitentur, ponderoſiusque ſit. Sic colligitur. De-
F cerpti circa Autumnum cucumeres maturi, qui tacti protinus exiliunt, impoſito ſupra vas aliquod rariore cribro, ſigillatim ſupino cultro ſurſum verſùs aciem habente ſinduntur, atq; per cribrum humor in ſubjectum vas exprimitur, ſimulque carnoſum, quod hæſit cribro, quò faciliùs excidat, eliditur: coacervata autem in cribro ſegmina, dulci aqua perfunduntur, & denuò preſſa abjiciuntur: humor in pelvi agitatur, & linteo opertus duplicato, Soli exponitur: dumque ſteterit, tota ſupernatãs aqua cum ſpuma identidem effunditur: deinde conterendo cogitur in

paſtillos,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0206-9
DFG

paſtillos, & ſervantur ab annis tribus uſque ad duodecim. Doſis eſt à granis decem uſq; ad ℥ ſ. * Bilem ac pituitam extrahit. Optima ſuſpirioſis eſt purgatio. Menſes ciet,& partus enecat,in peſſo ſubditum, morbo regio medetur. *Medici Florentini,ex Dioſcoride.*

Opopanax, ſuccus eſt effluens ex inciſa radice aut caule panacis,quod Dioſcoridi Heracleum dicitur. Hodie cognita eſt planta,& ipſe ſuccus, qui maximè probatur quàm amariſſimus, internè albus, aut ſubfulvus, foris colore croci, levis,pinguis, friabilis, tener, ſtatim in aqua eliqueſcens, gravi odore. Niger improba- A tur, ac mollis. Adulteratur ammoniaco,aut cera: ſed ſinceri experimētum eſt,ſi digitis in aqua friatus reſolvatur & lacteſcat. Conſervatur annis quinque vel ſex. Doſis ejus eſt à ℥ j. uſque ad ij. Corrigitur maſtiche & ſpica. Purgat phlegma craſſum & viſcoſum à partibus remotis, & juncturis, & propriè mundificat cerebrū & nervos. Et confert ægritudinibus nervorum frigidis: pectus mundificat: tuſſi antiquæ confert: potum cum aceto hora una ante acceſſionem, & cum B ſucco apii & oleo anethino ſpinæ illitum, rigorem febrilem prohibet. Iſchiadi,podagræ,gonagræ confert. *Medici Florentini ex Meſue.*

## *De Gummi & Reſinis, Sectio XVII.*

Gummi eſt lachryma aquoſa: Reſina verò oleoſa & flagrabilis. Sunt autem vel

- Alterãtia *qualitate*
  - Prima. *Sic*
    - Calida
      - Temperata — Cancamum, Lacca, Gummi *Elemi*, Tragacanthum, *&c.*
      - Intemperata: *atque vel in*
        - Primo — Bdellium, Gummi *hederæ.*
        - Secundo — Galbanum, Myrrha, Maſtix, Thus, Olibanum, Pix, Reſina, Styrax, *&c.*
        - Tertio — Ammoniacum, Cedri *liquor.*
        - Quarto — Belzoin, Euphorbium, *&c.*
    - Frigida — Caphura, Gummi *Arabicum*, *&c.*
  - Secunda. *Sic*
    - Molliunt — Colophonia, Styrax, *&c.*
    - Aſtringunt — Gummi *Amygdalarum*, Tragacanthum, Gummi *Arabicum*, Manna *thuris*, Sandaraca, Sarcocolla, *&c.*
    - Calculos *pellunt* — Gummi *Ceraſorum*,
    - Menſes *ciunt* — Styrax.
- Purgantia *pituitam* — Sagapenum, Serapinum, Sarcocolla, Opopanax, *&c.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0207-5

### *De gummi & reſinis calidis temperatis.*

LACCA Arabum, Græcis Cancamum dictum, hodie non reperitur: ideoq; ejus loco Styrace utendum eſt. * Obæſos extenuat: urinā & mēſtrua provocat, &c. *Medici Florentini.*

GUMMI ELEMI, quibusdam Cedri lachryma eſt, aut oleæ Æthiopicæ, aut arboris ignotæ. Melius eſt Scammonio ſimile, reſinoſum, fulvum, ſtillis exilibus conſtans, mordax. Damnatur Ammoniaco vel gummi Arabico ſimile, colore nigricans, morſus expers. Explora, an verum ſit officinis: nam quod proferunt, eſt reſinæ piceæ, aut pinis, quam Burgundicam vocamus, colore & conſiſtentia ſimile, & odore primùm levi, deinde tamen valentiſſimo, & multis gravi. Servatur in loco ſicco per aliquot annos. * In calvariæ fracturis, ac vulneribus mirificè unguentis & emplaſtris additur, adeò ut præſtantiſſimum ſit in his ſanandis medicamentum. *Medici Colonienſes.*

TRAGACANTHUM, Græcis Tragacantha, lachryma eſt, quæ à radice plantæ cujusdam ſpinoſæ ejusdem nominis manans, concrevit. Laudatur alba, perlucens, gracilis, lævis, ſincera, ſubdulcis: ſaliva in ore diu lenteſcit. Quæ vero eſt antiquata, magis palleſcit primùm, deinde rubeſcit, tandem etiam flaveſcit: (quod lachrymis propè omnibus commune eſt) fitque tragacantha hæc annis amara, ob idque calidior, dulcium cæterorum more. Ob id etiam multi tragacantham flavam antidoto aureæ Alexandri, antidoto Hadriani, & diacurcumæ majori, & aliis quibusdam compoſitis miſcent, quæ calida ſunt, præſertim ubi cocta ſunt, & (ut dicunt) fermentata, poſt annum ſcilicet dimidium: aliis verò frigidis aut temperatis albam aut pallidam. Porrò Florentinis videtur gummi Arabicum eſſe vera tragacantha. Et tragacantha dicta videtur eis eſſe acacia: ajuntque proinde alteram alterius loco ſumi poſſe, cùm vires habeant ſimiles. * Cujus ſpiracula, ut gummi obſtruit. Hujus increbuit uſus ad oculorum medicamenta, ad tuſſim, exaſperatas fauces, retuſas voces, cæterasque deſtillationes, cum melle in *delinctu*: ſubdita quoque linguæ liqueſcit. In paſſo madefacta, drachmæ pondere bibitur contra renum dolorem, & veſicæ roſiones, mixto cornu cervi uſto, & eloto, aut ſeſſi aluminis momento. *Dioſcorides, & Colonienſes.*

### *De gummi calidis in primo.*

BDELLIUM lachryma eſt arboris Saracenicæ, vel Sembrachenicæ. Probatur guſtu amarum, translucidum taurini glutinis modo, intùs pingue, & ſi tactu ſubigitur, molleſcens, ligni ac ſordis expers, odore unguis marini incenſum. Facultate ſecundum, eſt veluti ſiccū, reſinoſum, liveſcens. Tertium eſt Indicum, ſordidum, nigrum, grandioribus glebis in offas convolutum. Adulteratur gummi: ſed id minùs eſt amarum,

A & ſuffitu minùs odoratum. Ex eo quod in uſu eſt, deligendum quod maximè accedit ad prædicti notas, donec præſtantius aliquod advehatur. * Calefacit & emollit: duritias, & turgentia guttura, humidasque hernias diſcutit, cum jejuna ſaliva dilutum: vulvæ ſpiracula laxat appoſitu & ſuffitu: & partus humiditatesq; omnes extrahit: calculos potu comminuit, urinam movet: tuſſientibus & à ſerpente percuſſis utiliſſimè datur: valet ad rupta, vulſa, laterum dolores, & diſ-
B curſantes ſpiritus. Malagmatis inſeritur, quæ contra duritias & nervorum nodos proſunt. Contuſum reſolvitur affuſo vino, aut aqua calida. *Medici Florentini ex Dioſcoride.*

GUMMI HEDERÆ, lachryma eſt ipſius hederæ. Colligitur menſe Majo. Pſilothrum eſt. * illitu pediculos enecat.

### *De gummi calidis in ſecundo.*

GALBANUM ferulæ Syriacæ liquor eſt:
C vulgò notum eſt. Laudatur multis granulis conſtans, merum, thuris effigiem præbens, pingue, non lignoſum, retinens nonnihil ſeminis e ſua ferula, grave odore, neque humidum, neque aridum. Adulteratur reſina, fabæ farina, & ammoniaco: quod ex notis jam dictis deprehenditur. * Excalfacit, urit, extrahit, diſcutit: menſes ac partus trahit, appoſitu vel ſuffitu. Lentigines aceto & nitro perunctas tollit. Devoratur ad tuſſim veterem, difficultatem ſpirandi,
D ſuſpiria, rupta, convulſa. Adverſatur toxicis, potum cum vino & myrrha: ſimili modo ſumptum mortuos partus extrahit. Imponitur lateris doloribus & furunculis: comitiales & vulvæ ſtrangulatus, & vertiginoſos olfactu ſuſcitat. *Dioſcorides.*

*Galbanum* ubique cognoſcitur: quanquam rarò laudabile ſe offerat: ſed ferè ejusmodi, quod omni lignorum & lapillorum immunditie plenum eſt, & aliis quoq; rebus immundum: quod
E inprimis ejus odore, qui non adeò eſt gravis & ingratus, proditur. Sed & hoc Venetiis ſelectum conquiri poteſt: optimum autem eſt granulis refertum, ut alii omnes interpretes verterunt, excepto Ruellio, qui Plinium imitatus, cartilaginoſum interpretatus eſt. Sed quoniam Dioſcorides addit, ſimile eſſe debere Thuri, quod ipſe quoque Plinius adjungit, aut Ammoniaco, videtur potius granorum inſtar legendum eſſe. Nam quo pacto poteſt eſſe Galbanum cartila-
F ginoſum, & præterea ſimile Thuri, aut Ammoniaco, (quod in lachrymis rotundis affertur) pingue, non lignoſum, quod in ſe retineat nonnihil ex ſuis ſeminibus, & ipſis ferulæ ſarmentis, gravis & ingrati odoris, non nimis humidum aut ſiccum, & ſapore, ut alii adjungunt, tetro & ingrato? Hoc Dioſcoridis tempore adulterabatur faba freſſa, reſina & Ammoniaco. Itaque Galbanum ab omnibus ſordibus tam nativū quàm arte factum purgari debet, ſi modò hoc poſtremum coacti fuerimus aſſumere, quod tamen neutiquam probo. Modus deputandi talis eſt: Gal-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0208-0
DFG

eſt: Galbanum in linteo mundo & raro ſuſpenditur in vaſe aliquo fictili, aut æneo, ne tamen fundum contingat: & poſtea vas benè coopertum in aquam ferventem collocatur, & hoc modo ſincerum liquefactum extillabit, & lignoſum in ipſo linteo remanebit. Hoc Galenus tradidit 3. lib. de Medicamentis ſecundum genera, cap. 5. ubi dicit, Galbanum in duplici vaſe eſſe liquefaciendum, quod vulgò vocamus Balneum Mariæ: unde etiam aliud ſignum minimè fallax colligitur, ut verum dignoſcamus. Nam Galbanum in nullo liquore frigido, ſive aqua, ſive vinum aut acetum fuerit, quemadmodum major pars ſuccorum facit, atque potiſſimùm Ammoniacum, Sagapenum, Opopanax, & Myrrha diſſolvitur: ſed ſemper indiget ignis opera, ut Propolis quoq;, Ladanum, Cera & Reſina. Hancque ob cauſam ſuprà diximus, Galbanum liquefieri debere in balneo unà cum Styrace & Terebinthina, quę exempli cauſa tum quaſi in vas aliquod collocavimus cæruleum: ſeorſim in vino reſolventes Myrrham, ſuccum Hypociſtidis, Glycyrrhizam, Sagapenum, Opopanacem & Opium, quibus vas nigrum aſſignavimus. Ideoque Medici & Pharmacopœi diligenter obſervent, ne ſuccum unum pro altero accipiant.

Myrrha *Arabicæ arboris lachryma eſt.* Huic tametſi non quadrent omnes notæ à Dioſcoride deſcriptæ, cùm tamen multis ſit prædita bonis qualitatibus, exiſtimant nonnulli pro vera poſſe uſurpari. *Eligenda eſt pinguis, reſinoſa, rubeſcens, denſa & ſplendens. Sunt, qui affirment ſtoracem liquidam, qua officinæ utuntur, ſtillatitium myrrhæ liquorem eſſe, qui Stacte veteribus dicebatur.* Quod nullo modo convenit: nam ſtorax *liquida* factitium potiùs quiddam videtur, cujus nullus uſus pro myrrhæ ſtacte eſſe debet. Quod verò de opocalpaſo ſcribit Galenus, quòd myrrhæ ſimilitudinem gerat, ſed venenoſum & exitiale ſit, multosque ſua ætate mortuos eſſe, quòd in medicamentis opocalpaſum pro myrrha aſſumpſiſſent, nemini noſtra ætate contigiſſe audivimus. Quod magnum argumentum eſt, nos vera myrrha carere. * Calfacit, cohibet, ſoporem gignit, glutinat, ſiccat, adſtringit, vulvam emollit, & præcluſam *aperit: menſes & partus celeriter extrahit cum abſinthio, lupinorum cremore, vel ſucco rutæ admota: tuberculo fabæ devoratur in vetere tuſſi, orthopnœa, in laterum pectoriſque doloribus, in* alvi profluvio & dyſenteria: horrores diſcutit duabus horis ante febrium acceſſiones, fabæ magnitudine pota cum pipere & aqua ſubdita linguæ liquataque, ſcabritiem arteriæ expolit: obtuſam vocem expedit, ventris tineas enecat: contra gravem oris halitum manditur, & adverſus alarum tædia cum liquido alumine illinitur: gingivas & dentes ſtabilit, colluto cum vino & oleo ore: vulnera capitis illitu glutinat: medetur fractis auribus, ac oſſibus nudatis, peruncta cum cochleæ carnibus: item purulentis auribus, inflammatiſq; cum meconio, caſtorio, & glaucio: ad varos cum caſſia & melle illinitur: impetigines ex aceto purgat: defluentes capillos cum ladano & vino myrteo illita firmat: diuturnas deſtillationes lenit, illitis penna naribus: oculorum ulcera complet, albugines tollit, caliginem diſcutit, ſcabritiem lævigat. *Dioſcorides & Medici Florentini.*

*Myrrha & Bdellium*, quę in uſu habentur, tam ſimilia inter ſe ſunt colore, & ſapore, & ſubſtantia, ut communiter omnes utrunq; id unam ſpeciem faciant. Hujus partes puriores ſub nomine Bdellii, minùs vero puras ſub Myrrhæ ad nos miſerunt mercatores. Unde poſtea opinio fuit, utrunq; Myrrham eſſe, & Bdellium hoc tempore ad nos non afferri: cumq; opus eſſet Myrrha, Medici puriorem partem Bdellii, falsò ita dicti, ſumebant. Et quanquam hoc legitimum fuiſſet, nihilominùs una atque altera ſpecies aſt arida, nec apparent in illo venæ illæ albicantes per medium tranſeuntes inſtar unguium. Poſtea tamen cœptum eſt apportari aliquid de Myrrha ſucculenta, pingui & bona, cum omnibus illis notis, quas perfectæ aſſignat Dioſcorides. Sapore enim eſt amaro & acri, bono odore prædita, quæ fracta interiùs habet venas quaſdam albas, inſtar unguium, & color eſt ſplendens & pallidus: & hæc eſt ſeligendæ ipſius ratio. Nam quemadmodum Rondeletius quoque rectè annotavit in cap. de Gobio piſce, Græca dictio ὑπόχλωρος intelligi poteſt de colore ſubviridi, & etiam palleſcente. Hic autem in ſecunda ſignificatione accipi debet: nam ſi Myrrham ſubviridem quæreremus, nunquam ejuſmodi inveniremus. Talem ſpeciem bonæ Myrrhæ primùm vidi apud Ferdinandum Imperatum, qui pro ſuæ officinæ uſu, non ſine labore, Venetiis eam ſibi curaverat apportari: atque idem quoque mihi Opocarpaſum, repertum inter Myrrhæ fruſta monſtravit. Ideoque dicit Galenus 1. libro de Antidotis, capite 11. Myrrham transmutari in Opocalpaſum, ſuſcipiendo non ſolùm ipſius figuram, ſed venenatam quoq; ipſius qualitatem: quare Dioſcor. de Opocalpaſo, hoc eſt, de ſucco carpaſi (nam ita vocat illud, non Opocalpaſum, ut Galenus loquitur) *inter* venena agit 6. lib. Cùm verò multi vidiſſent hanc Myrrhæ ſpeciem mirabiliter prodeſſe in morbis oculorum, putantes ejuſdem facultatis eſſe in interioribus affectibus, in cauſa fuerunt, ut multi qui illum aſſumſerint, inde mortui fuerint. Hanc itaque transmutationem Myrrhæ in Opocarpaſum, anteà non à me viſum, fateor primùm Imperatum mihi monſtraſſe. Quanquam autem non ubique verum Opocalpaſum ad manus ſit, cum quo Myrrha conferri poſſit, nihilominùs ſi in Myrrha animadverterimus multas eſſe glebas *diverſas admodum,* quoad odorem & ſaporem, *differentes à vera,* non abſq; ratione judicabimus, eam mutatam eſſe in Opocalpaſum: nam etſi tam colore, quàm ſubſtantia repræſentet ſpeciem præſtantiſſimæ Myrrhæ, cum venulis quoque interioribus albis, inſtar unguium, tamen qui diligentiùs eam exa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0209-9
DFG

minaverit, non habebit ampliùs Myrrham: apparent tamen puncta quædam rubeſcentia & lucida. Et cùm non ſit Myrrha, quamvis primo intuitu eſſe videatur, ſtatuatur eſſe ſuccus iſte per transmutationem ex myrrha factus Opocalpaſum. Unde diligenter eſt advertendum ne, dum Myrrham probam exiſtimemus nos accipere, ſimilitudine hac decepti, eligamus hoc venenum, quod antiquis temporibus ad ocularia medicamenta uſurpabatur, propter facultatem conſumendi ſaniem, & quia initiò ſuffuſiones curabat, quanquam intrà corpus venenatum planè eſſet. At certè magna vis eſt naturæ, quòd rem quandam ita efficacem contra venenum, transmutet in perniciosiſſimum venenum. Ita quoq; Galbanum mutatur in Sagapenum, & Caſſia in Cinamomum, quemadmodum Galenus dicit in loco jam commemorato: ubi diſſerit, quo pacto nonnunquam ſpecies quædam in alteram commutetur. De quibus admirandis certe transmutationibus verboſiùs locutus ſum in 2. libro meæ Methodi, cap. 11. Unde ad primum noſtrum propoſitum revertentes, dicimus Myrrham ſucci plenam & pinguem ad Trochiſcos Hedychroi accipiendam, & adhibendum eſſe diligens ſtudium, ut Venetiis, ubi non ab unoquoq; cognoſcitur, poſſit comparari.

Masticне lentiſcina reſina eſt. Optima & copioſiſſima in inſula Chio provenit. Præfertur nitedulę modo, reſplendens, & candore Tyrrhenicæ ceræ ſimilis, adulta, retorrida, friabilis, odorata, ſtridorem edens. Viridis autem inferior eſt. Adulteratur thuris reſinæque pineæ nucis miſtura. * Pota utilis eſt ſanguinem rejicientibus, & tuſſi veteri: ſtomacho auxiliatur, ſed ructum movet: additur in dentifricia, & illitiones faciei, ad nitorem cuti conciliandum: palpebras oculis incommodas replicat: manducata halitum oris commendat, gingivas contrahit. *Dioſcorides.*

*Maſtiche* omnibus nota eſt: eligitur ea, quæ candida eſt inſtar ceræ Venetæ, pellucida, ſincera, plena, ſicca fragilis, odorata & ſtridens: nigra, viridis, livida aut impura, nullius eſt momenti. Adulteratur Thure & reſina ex Pini corticibus, ſed odore fraus ſtatim deprehenditur.

Thus Olibanum, lachryma arboris Arabicæ, pinguius, albius, emplaſticũ: flavius & ſiccius, & antiquatum magis. Quod fœmininum vocant, reſinoſum magis eſt ac molle, citò ardens: maſculum in thuris genere primatum tenet, ſuapte natura rotundum, guttarum formam retinens, individuum, candidum, cùm frangitur, intùs pingue, in ſuffitu ſtatim ardens: primùm quidem candicat, tandem etiam rufeſcit. Adulteratur reſina piceæ, & gummi: ſed thus ardet: gummi non inflãmatur: reſina in fumum abit: idem maleficium odor prodit. * Ad calefaciendum & aſtringendum pollet: oculorum caliginem diſcutit, cava ulcera complet, & ad cicatricem perducit: cruenta vulnera glutinat, infrænatque cunctas ſanguinis eruptiones, etiam-

A ſi cerebri membranis effluat: ulcera quæ cacoe-
the vocantur, & ſedis, & reliquarum partium
permulcet tritum cum eo & lacte linamentum:
formicantes verrucas inter initia, impetiginesq;
ex aceto & pice illitum tollit. ambuſta igni, per-
nionesque cum ſuillo adipe, aut anſerino, & ul-
cera in capite manantia cum nitro, ſi infricetur,
ſanat: paranochiis cum melle, auribus fractis
cum pice, medetur: ad reliquos aurium dolores
cum dulci vino infunditur: inflammatæ à partu
B mammæ cum cimolia & roſaceo magna utilita-
te perunguntur: additur ad arteriæ viſcerumq;
medicamenta: prodeſt ſanguinis excreationi
potum. Sed in ſecunda valetudine hauſtum, in-
ſaniam movet, & largiùs cum vino potum, in-
terficit. *Dioſcorides.*

*Thus* adulteratur cum reſina Pini & gummi.
Quod tamen facile dignoſcitur, quia gummi ad-
motum igni non præbet flammam, & reſina ſta-
tim in fumum diſſipatur. Deprehenditur præ-
C terea fraus ipſo odore diverſum aliquid redolen-
te à Thure legitimo: prçſtantiſſimum eſt maſcu-
lum, quod natura rotundis granis cõcretum eſt.
Tale eſt integrum, album, &, ſi frangitur, quaſi
pingue: idque ex Arabia affertur. Quod verò ex
India venit, rubeſcit, & aliquid lividi coloris ha-
bet, atque arte quadam ita in rotunda grana for-
matum eſt: cognoſcitur autem ex colore, quia
inveteraſcens planè rubeſcit.

Pix è lignis pinguibus & reſinoſis fluit, præ-
D ſertim è pino. Quibusdam tamen in locis, pro-
pter pini penuriam, ex picea, cedro, terebintho,
cæterisque ſimilibus congregatur. Pix navalis
vulgò vocatur, eſtque duorum generum: liqui-
da & ſicca. Liquida duorum item eſt generum:
una, quæ primùm effluit, aquæ perquàm ſimilis,
qua in Syria utuntur in condiendis corporibus,
& Cedriam appellant, quòd ex cedro fiat: nam
pinos non habent: altera, ſecundus eſt qui ef-
fluit liquor, qui vaſculis collectis, denſatur ace-
E to, ſicque coactus, Pix brutia appellatur: in hoc
ſolùm à priori differens, quòd concreta ſit, co-
lore fuſco, & pinguior: hac picabantur utres vi-
narii. Pix arida fit è liquida iterum cocta. hujus
ſunt itidem duo genera: unum, quod viſci mo-
do lenteſcit: alterum ſiccum & friabile. Præter
hæc aliud quoddam genus reperitur, quod piſ-
ſelæon appellant: exprimitur ex lana, qua exce-
pti ſunt vapores elati ſurſum, quandiu pix co-
quitur. Præfertur quod ex pice brutia fit. Aliud
F picis genus Zopiſſam vocabant, ex deraſa navi-
bus reſina & cera conflatam. Omnes hæ picis
differẽtiæ reperiuntur. Liquida præfertur ſplen-
dens, levis, ſincera. Sicca probatur pura, pin-
guis, odorata, ſubrufa, & reſinoſa. Improbatur
aduſta, fumum redolens, & acida. Probatur ve-
rò ea, cujus fragmenta ſplendent, quæ denti-
bus preſſa lenteſcit, & guſtu eſt ſuavi. * Pix
liquida contra venena, phthiſin, purulentam
excreationem, tuſſes, ſuſpiria & pectoris hu-
mores, qui difficilè extuſſiuntur, efficax eſt, ec-
legmate cyathi menſura cum melle dato: ton-

ſillarum

ſillarum, & uvæ inflammationes, anginæq; utiliter perunguntur: purulentis auribus infunditur cum roſaceo, & illinitur, cum trito ſale ſerpentũ morſibus: adjecta verò pari cera, ſcabros ungues extricat, impetiginesq; emendat: vulvæ duritias, ac ſedis tubercula diſcutit: cum farinaq; hordeacea & pueri impubis urina decocta, ſtrumas rumpit: cohibet ulcera quæ ſerpunt, cum pineo cortice, aut ſulphure, aut furfuribus illita. Cum thuris manna & cerato profundos ulcerum ſinus conglutinat: rimis ſedis & pedum magno auxilio illinitur: ulcera replet, & cum melle purgat: quin & cum uva paſſa & melle carbunculos & putrida ulcera emarginat, diſrumpitq;. Erodentibus medicamentis, quas ſeptas vocant, probè immiſcetur. Pix arida dura emollit, pus movet, tubercula panosq; diſcutit, ulcera replet: vulnerariis medicaminibus commodè permiſcetur. Zopiſſa verò diſſipandi naturam habet. Doſis in unguentis & emplaſtris ab ℥ ß. ad ℥ j. vel plures. *Medici Florentini ex Dioſcoride.*

Resina liquor eſt ex pinu, picea, abiete, aliisque ſimilibus ſponte profluens. Ejus duplex eſt differentia. Una liquida, veluti terebinthina ex terebintho, larigna è larice, quæ vulgus Italiæ terebinthina: nam ejus, quæ è terebintho profluit, copiam non habemus. Altera arida, ut quæ ex pinu exit, & è fructu arborum reſiniferũ, thuri ſimilis. Ex liquidis terebinthina reſinas omnes antecedit, candida, perlucida, vitreo colore, & in cæruleum vergente, odorata, terebinthum olens. *In hujus locum ſucceſſit, ut dictum eſt, larigna, quæ mellis colore & odore eſſe debet.* Ex *aridarum genere eligi debet odoratiſſima, tranſlucens,* non retorrida, neque nimiùm humida, friabilis, & quendam ceræ colorem præbens. Improbatur rubra & dealbata. Ex his reſinæ è picea & abiete cæteras antecedunt, & thus odore imitantur. Omnes hæ reſinæ uno nomine pix Græca vocantur: de qua inferiùs. Datur à ℈ j. ad ʒ ij. vel iij. cùm dolorem levare, aut renes detergere conſilium eſt: ſi alvum ſubducere, à ʒ i. ad ℥ ß. In emplaſtris vel unguentis ab ℥ ß. ad ℥ j. vel plures. * Natura omnibus, calfacere, mollire, diſcutere, expurgare. Tuſſi ac tabi conveniunt per ſe, aut in eclegmate ex melle: vitia pectoris expurgant, urinam cient, cruda concoquunt, vẽtrem emolliunt, palpebras commodiſſimè replicant: lepras tollunt, cum ærugine ac ſutorio atramento, nitroque: auribus ſaniem emanantibus cum melle & oleo: item in pruritu genitalium utiles, malagmatis, acopisq; admiſcentur. Laterum doloribus per ſe, illitu & appoſitu auxilio ſunt. *Dioſcorides & Medici Florentini.*

*Terebinthina* vera Venetiis haberi poteſt, quò cœpit jam afferri: nec qui diligentiæ & ſumptibus nõ parcunt, eam deſiderare ampliùs poſſunt. Quanquam ante annos paucos Epiſcopus Catanienſis Caracciolus ex Sicilia quoque attulerit, ubi ipſemet de Terebinthis, quibus abundat ea Inſula, collegit: quo nomine illi magnæ gratiæ ſunt habendæ: nam hoc modo conſuluit multis, A ne ita ex longinquis regionibus illa ſola eſſet petenda. Cognoſcitur autem bona (quæ vulgò, ad differentiam uſitatæ, paſſim Terebinthus, & non Terebinthina vocatur) ſapore & odore referente Terebinthum; quæ arbor apud nos multis in locis reperitur: inprimis verò circa Caſſilinum Montem Viridẽ & Minervinum. Andromachus laudat Terebinthinam Africam, vel Lybicam: Galeno verò magis placuit Chia, quia odore & ſapore alias omnes ſuperabat. Nunc Sicula quoque B inter poſtremas non eſt habenda.

Styrax hodie duorum eſt generum: unum Styrax calamita appellatur, Græcis ſimpliciter ſtyrax: alterum ſtyrax liquidus, qui myrrhæ ſtactæ, quæ pinguiſſima myrrhæ pars eſt, plerisque eſſe creditur. hoc tamen falſum eſſe deprehenditur in eo, qui in officinis eſt. Styrax calamita gummi eſt arboris malo coroneæ ſimilis. Præfertur flavus, craſſus, reſinoſus, albicantibus grumis, quamplurimum in ſua odoris gratia per- C manens, qui, dum mollitur, melleum liquorem reddit. Deterior niger, friabilis, & furfuroſus. Adulteratur ligni ipſius ſcobe, melle, cera, adipe odoribus imbuto, & quibusdam aliis. Dignoſcitur, quòd adulteratus invalido ſit odore: ſincerus verò admodum acer ſit. Qui hodie officinis in uſu eſt, aliqua ex parte *Dioſcoridis* deſcriptioni convenit, eoque utendum arbitramur, donec melior proponatur. * Calefacit, emollit, & concoquit: medetur tuſſi, deſtillationibus, raucedi- D ni, gravedini, & interceptæ voci: vulvæ præcluſæ, duritiáve laboranti convenit: cit menſes potu, appoſituque: alvum leviter mollit, ſi exiguum cum reſina terebinthina catapotii modo devoretur. Miſcetur utiliter diſcutientibus malagmatis acopisque. Adoletur autem, & igni torretur, ut fiat ex eo, veluti ex thure, fuligo: ad eadẽ conveniens, ad quæ thuris fuligo. Ex eo etiam in Syria Styracinum oleum componitur, quod calefacit vehementer, & emollit: verùm caput dolo- E re afficit, aggravatque, & ſoporem adfert. *Medici Florentini & Dioſcorides.*

*Styrax*, qui communiter in uſu eſt, ſordidus plane eſt, involutus, & in ſe bonitatis parum retinet. Tempore Dioſcoridis furfuraceus Styrax pro malo habebatur: & noſtra ætate ſignum ex deteriore deſumentes accipimus maſſam furfuraceam Styracis, quanquam in pulverulentum olim quoque facere ſolebant: nam cùm rufus eſſet propter quædam, ut ſcribit Plinius, animal- F cula alata, in ſuperficie gummoſæ ipſius partis generabatur pulvis, aut aliquid furfuraceum: apparebat tamen magna ex parte eſſe gummi: cùm alterum plane ex furfuribus conſtet, & tantùm in interiore parte ſint exigua fruſtula gummi ipſius. Quare de iſta cruſta tantùm interior pars, quæ verum eſt gummi vel lachryma, accipienda eſt: idque colore pallido eſſe debet, ejusmodi enim odoratius eſt, & ſaporem validiſſimum retinet. Talisq; olim in Cannarũ calamis ex Pamphylia apportabatur, ideoque Styrax calamites vocabatur: quanquam exigua ejus copia repe-

riebatur: &, quemadmodum Galenus dicit, à A
vulgari tantùm differebat, quantum Falernum
ab altero, quod in tabernis venditur. Eligit Dio-
ſcorides pinguem, flavum, & reſinoſum, qui gra-
nulis albicantibus, quæ diu bonitatem odoris re-
tineant, preditus ſit, & inter emolliendum liquo-
rem ſimilem mellis fundat: atque talis fuit Ca-
taballites, Piſſidiacus, & Cilicius. Vituperatur ni-
ger, firfuraceus, friabilis & ſitu obductus. Vidi
equidem apud Ferdinandum Imperatū magna
fruſta Styracis, quæ procul dubio erant ex illius B
genere, quod etiam tempore Galeni & Dioſco-
ridis in pauca copia reperiebatur: eratque pellu-
cidum, Myrrham ferè repræſentans, vel gummi
aliquod: quod à quodam mercatore Aleppino
dicto Venetiis comparaverat. Et ſi alii quoq; vo-
luerint eſſe diligentes, fortaſſe in magnis ſaccis,
qui Venetias advehuntur pleni Styrace, talem
etiam invenient, priusquàm cum ſcobibus ligni
aut carie ipſius adulteretur, quam egregiam o-
peram navare ſolent in ejusmodi mercibus adul- C
terandis illius loci Judæi.

### *De gummi & reſinis calidis in tertio.*

Ammoniacum, Armoniacum, fe-
rulæ ſuccus eſt, quam juxta Cyrenem Aphrica
gignit: cujus fruticem cū radice Agaſyllim vo-
cant. Probatur bene coloratum, ligni & calculo-
rum expers, thuris ſimilitudine, minutis glebis,
denſum, ſincerum, nulla ſorde ſpurcatum, caſto- D
reum odore imitans, guſtu amarum. Gignitur in
Aphrica juxta Ammonis oraculum, ſuccum ſtil-
lante ferulacea arbore. Colligitur menſe Junio.
Mollit, extrahit, calfacit: tubercula duritiasque
diſcutit: potum alvum ſolvit, partus extrahit: lie-
nem conſumit, drachmæ pondere hauſtum: arti-
culorum coxendicumque doloribus liberat. Au-
xilio eſt anhelatoribus, orthopnoicis, comitiali-
bus, item quibus humor in pectore coit, ſi cum
melle delingatur, aut cum ptiſanæ ſucco ſorbea- E
tur. Cruentam urinam pellit, albugines oculo-
rum abſterget, genarum ſcabritiam abſumit:
tritum autem cum aceto, & impoſitum jecinoris
lienisque duritias ſedat, diſcutit tophos, qui in
artubus concaluerunt, cum melle aut cum pice
illitum. Laſſitudines & coxendicum dolores eo
perungi utile eſt, cum nitro & Cyprino oleo vi-
ce acopi. *Dioſcorides.*

Cedria Pix eſt ex arbore Cedri collecta.
Optima eſt craſſa, perlucida, graviodoris: quæ F
dum effunditur, guttatim non diſſipata coit.
* Cui ea vis ineſt, ut defuncta corpora conſer-
vet, & viventia corrumpat: qua ex cauſa mor-
tuorum vitam aliqui eam appellavêre. Veſtimē-
ta quoq; & pelles eximia calfaciendi & ſiccandi
dote corrumpit: magni ad ocularia medicamēta
uſus: quippe illita oculis claritatem affert, albu-
gines, cicatricesq; detergit: inſtillata autem cum
aceto, vermes auriū necat: cum hyſſopi decocto
infuſa ſonitus ſibilosq; ſedat: cavis dentium in-
dita eos frangit, & dolores levat: idem facit, cùm
ex aceto colluitur: perunctо ante coitum geni-
tali, concipiendi vim adimit: anginæ ea perun-
guntur, tonſillarum inflammationibus auxilio
eſt, lendes pediculosque illitu enecat: ceraſtæ
morſibus cum ſale impoſita ſubvenit: cōtra hau-
ſta leporis marini venena, in paſſo ſumpta, auxi-
liatur: in elephantia aut linctu, aut perunctione
proficit: pulmonum ulcera purgat, & ſi cyathus
ejus abſorbeatur, perſanat, vermes & tineas ſub-
ter indita necat, & partus extrahit. *Dioſcorides.*

### *De gummi & reſinis calidis in quarto.*

Belzoin, gummi eſt arboris peregrinæ,
(non autem Laſerpitium) agallochi forſitan, ut
quorundam eſt opinio, quod vulgare eſt lignum
aloës. Optimum cenſetur translucens, albis præ-
ditum glebulis, thuris æmulum, rubeſcens, odo-
re grato, & quando uritur, xyloaloës odorem re-
ferens: hac enim ratione ab adulterino digno-
ſcitur. *Medici Florentini.*

Euphorbium eſt ſuccus ex arbore Liby-
ca ferulæ ſimili emanans. Duo ejus genera: unū
ſarcocollæ modo emicans, in granula cōcretum,
orobi magnitudine: alterum veluti fæx quędam
eſt imbecillius. Adulteratur ſarcocollæ & gum-
mi Arabici miſtione, ſed difficile experimētum,
quòd levi guſtu os accenſum diu detineat. Eli-
gendum translucens. Recenti, quia viribus eſt
violentis, non utendū, ſed annotino. Annis qua-
tuor integrum ſervari poteſt cum milio, fabis,
aut lentibus, ne elangueſcat: quinto enim vel
ſexto anno vis ejus exolvitur. Cęterùm cùm ple-
runque contingat, ut ad nos magis advehatur
vetuſtate corruptum, quàm recens, major cura
in eo adhibenda eſt. * illitu ſuffuſiones diſcutit:
potus tota die exurit, quare melli collyriisq; pro
acrimoniæ ratione admiſceri debet. Coxarum
doloribus prodeſt in odorifera potione hauſtus:
ſquamas oſſium eadem die exuit: verùm eo
utentes neceſſe eſt linimentis aut ceratis com-
munire corpus, quo oſſa conveſtiuntur. Aliqui
memoriæ prodiderunt, percuſſos à ſerpente ni-
hil moleſti paſſuros, ſi inciſa oſſe-tenus capitis
cute, intritus ſuccus infundatur, vulnusq; poſtea
conſuatur. *Dioſcorides, & Medici Florentini.*

### *De gummi & reſinis frigidis.*

Camphora, vel Caphura, Arabibus
Indicæ arboris lachryma eſt: aliis verò, Indici bi-
tuminis genus. Ferunt, Indos id bitumen, quod
ex Camphora nativa ſtillat, excoquere, quodque
tenuiſſimarum eſt partium, albeſcere, & ſublatū
operculo adhærere, caphuramque in hunc mo-
dum conformari, ut illam videmus. Hinc fit, ut
mercatores Caphuræ bitumen plerunq; admi-
ſceant: ſed non ita candicat, ut caphura illa mo-
do jam dicto exacta. Eligatur alba, pellucida, ſin-
cera, valdè odorata, quæ pani calido impoſita
madeſcit, nam quæ ſpurca eſt, areſcit. Semine li-
ni, aut pſyllii, aut pipere ſepulta conſervatur, ne
aëri impoſita evaneſcat. Deterior eſt craſſa, fu-
ſca, ni-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0212-2

ſca, nigra, aſſulis ligni ſui implicita. * Refrigerat & ſiccat ordine tertio: tenuium adeò partium, ut ſæpe per ſe in auram evaneſcat. Capitis dolores mulcet, illita, incandeſcentes inflammationes reſtinguit, præſertimq; jecinoris. Renes & ſeminaria vaſa refrigerat, ſanguinemq; cogit. Circũlitionibus imponitur ad cutis nitorem conciliandum, & ad arcendas tam vulnerum, quàm ulcerum inflammationes. Eryſipelas extinguit, & adverſus gonorrhœam & albas vulvæ fluxiones efficax eſt cum ſuccino & aqua nymphææ hauſta. Idem præſtat pubi, ſeu imo ventri, teſtibus renibusque illita: quæ tamen antea pſyllii ſeminis ſpiſſamento, aut omphacio, aut ſolani ſucco probè ſit macerata. Sanguinem è naribus profluentem ſiſtit, aut cum urticæ ſemine immiſſa, aut ex majoris ſedi & plantaginis ſucco fronti circumlita. Collyriis ad calidas oculorum lippitudines utiliter imponitur. Renibus ac teſtibus illita Venerem extinguit. Corpora à putredine præſervat: proinde commodè antidotis admiſcetur, quæ contra venena, venenoſorum animalium ictum, & peſtilentes affectus conficiuntur. In univerſum viribus innumeris pollet, quas brevitati conſulentes prætermittimus. *Matthiolus, ex Avicenna & Serapione, & Medici Colonienſes.*

Gummi Arabicum vulgò dictũ, & gummi abſolute, ex Acacia Ægypti ſpina laudatur vermiculorum in ſpeciem contractum, vitri modo perlucidum, purum: proximum eſt candidũ: ſordidum verò ac reſinoſum inutile. * Vis ei ad ſpiſſandum, refrigerandumq; efficax. Cutis meatus obſtruit, & medicamentorum, quibus admiſcetur, acrimoniam hebetat: ambuſtis ex ovo illitum puſtulas non patitur erumpere. *Dioſcorides.*

*Gummi* illud, quod in officinis vocatur *Arabicum*, eſt quædam miſcella varii gummi ex pluribus arboribus collecti, quod ex coloris diverſitate apparet, atq; etiã ex deſcriptione Galeni, qui abſolutè gummi vocat eam lacrymam, quæ exit ab illis arboribus omnibus, quæ ſunt reſiniferæ, hocq; manifeſtum eſt, & à maxima parte peritorum rei herbariæ receptum. (nam pauci ſunt, qui vulgare gummi Arabicum exiſtiment eſſe Acaciæ gummi) ut multis rationibus non indigeat.

## *De gummi & reſinis emollientibus.*

Colophonia, ſeu Pix Græca, pini alteriúsve arboris reſina eſt, aqua cocta, donec perdito nativo odore, friabilis & arida reddatur: vocatur Colophonia, quòd è Colophone adveheretur. Per colophoniam igitur ſemper pix Grę̨ca intelligenda eſt: non quòd reſina incocta non etiam colophonia vocetur, ſed quòd in medico uſu hujuſmodi reſinis non utimur, niſi coctis, aut rarò admodum, præſertim cùm liquidę ſunt. *Medici Florentini.*

## *De gummi & reſinis aſtringentibus.*

Gummi Amygdalarum notum eſt. * Calfacit & adſtringit: rejicientibus ſanguinẽ, potum auxilio eſt: impetigines, quę ſummũ corpus occuparunt, illitum cum aceto tollit: tuſſi vetuſtæ cum diluto vino potum medetur: calculoſis cum paſſo bibere prodeſt. *Dioſcorides.*

Manna Thuris, ſunt minutiſſimę thuris micæ ex magnis faſciculis concuſſu eliſæ, à thure lævigato diverſæ. Laudatur alba, pura, micarumque frequentia prædita. Sunt, qui cribrata pini reſina, ac polline, aut gummi, aut cortice thuris contuſi adulterant: ſed hæc igne deprehenduntur. Nam adulterata non æqualiter flagrat incenſa, nec aereum vaporem, ſed fuliginoſum & impurum expuit, variatumq; odorem habet, quia gummi non inflammatur, reſina in fumum abit. Hodie minutiſſimæ thuris micæ ſunt in uſu. * Vim habet eandem, quam & thus, ſed invalidiuſculum. *Medici Colonienſes, ex Dioſcoride.*

Sandaracha Arabũ eſt gummi juniperi, vulgò vernia, quia verno tẽpore exudat, & rore verno magis concreſcit, & legitur. Bonum eſt recens, perlucidum, pallidum: dum veteravit, flaveſcit, & fit friabile maſtices modo, quàm toto habitu multum mentitur. In uſu frequentiore tamen eſt ſcriptoribus & pictoribus, quàm medicis, præterquàm in ſuffitibus. Sandaracham autẽ Arabum evidenter diximus, propter ſandaracham Græcorum, quæ inter metallica enumerata eſt. *Medici Colonienſes.*

Sarcocolla, lacryma eſt arboris in Perſide naſcentis, pollini thuris ſimilis, colore candido aut rufo, guſtu amaro. Prę̨fertur rufa, guſtu amariſſima. Adulteratur gummi, ſed guſtu deprehenditur: adulterina enim amara nõ eſt. Vulnera glutinat, oculorum fluxiones inhibet, emplaſtris inſeritur. *Medici Florentini, ex Dioſcoride.*

Adstringunt quoque, gummi tragacanthum, Arabicum: de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## *De gummi calculos pellentibus.*

Gummi, quo ceraſi reſudarunt, cum vino diluto, tuſſi vetuſtæ medetur: colorem commendat, viſum exacuit, appetentiam invitat: idem ex vino potum calculoſis auxilio eſt. *Dioſcorides.*

## *De gummi purgantibus pituitam.*

Serapinum, quod Græcis Sagapenũ nuncupatur, ferulaceæ herbæ ſuccus eſt. Optimum eſt tranſlucens, fulvo forinſecus colore & intùs albo, neſcio quid inter laſer & galbanum redolens, guſtu acri. His addit Meſue, ut ſit ſpiſſum & leve, odore porri, facile in aqua reſolubile: quia quod has notas non habet, adulteratũ aliis gummis cenſetur. Præſtantius eſt, quod ex Oriente advehitur, quàm quod aliunde. Datur à drachma ſemiſſe ad drachmam unam. Corrigitur maſtiche & ſpica. * Purgat pituitam craſſam, & alios humores lentos, & aquas à ventriculo, inteſtinis, cerebro, nervis, thorace, pulmone, juncturis etiam longinquis & profundis. Morbis harum partium & aliarum frigidis inde natis ſuccurrit, quovis modo uſurpatum: ut cephalalgiæ antiquæ, hemicraniæ contumaci, epilepſiæ, paralyſi, vertigini, ſpaſmo cynico, tremori, dolori

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0213-7
DFG

ventriculi, aut colli pituitoſo, aut flatulento, cum ſucco rutæ & aceto dictis partibus illitum, & attritis muſculis, vel cum liquore idoneo ſumptum, & clyſtere injectum: cum aqua rutæ verò, aut helenii nutritum & potum, craſſa & lenta ex pulmonibus & thorace potenter educit. Illitum quoque tuſſi antiquæ, difficultati ſpirandi, dolori lateris prodeſt. Cum duplo item myrobalanorum citrinarum in hydrope aquas ſeroſas mirè extrahit. Splenis quoque duritiem & inflationem diſſipat potum, & cum ſucco capparis & aceto illitum, item chœradas, nodos, & alios tumores duros. Nutritum quoq. cum ſucco rutæ, aut fœniculi, & felle avis alicujus rapacis viſum clariorem reddit. Fluxionem in oculum præcipue factum ab ea cohol ſanat, hordeolum ex aceto illitum delet. Menſes quoque potum & ſuppoſitum evocat, fœtum necat: dolori uteri & præfocationi prodeſt, quoniam tenuat, reſolvit, diſſipat, provocat, ſolvit. *Medici Florentini ex Dioſcoride & Meſue.*

Ex *Sagapeno*, vulgo *Serapino*, in uſu eſt ſuccus, qui ita vocatur, ex planta ejusdem nominis, unde colligitur: tametſi, ut Galenus notat, convenientius eſſet illud nominare ſuccum Sagapeni, & nomen ſimplex Sagapeni relinquere ferulæ ſuæ: ſed hoc aliis multis quoque ſuccis accidit, qui ſibi vendicarunt ſimplex nomen ſuæ plantæ. Verum Sagapenum Neapolim apportatur, modò qui curet emi, non parcat ſumptibus, nam admodum crebrò adulteratum affertur. Qui etiam diligẽter inquiret, Venetiis habere poterit. Adulterabatur autem Galeni quoq; tempore Galbano, quemadmodum ipſe tradit cap. 2. lib. 1. de Antid. Imò dicit aliud præterea, quod admiratione dignum eſt, Galbanum nimirum in Sagapenum transmutari. Sed facilè internoſcitur à vero Sagapeno, cùm, ſive ſit transmutatum, ſeu adulteratum arte, aliquid odoris retineat olẽtis hircum, quod Galbano proprium eſt. Nec poteſt univerſum Galbanum transmutari in Sagapenum: ſed tantum pars ejus magis ſpumoſa, levior & candidior, & quæ in aquam poſita facilè diſſolvatur. Hoc, uti diximus, odorem hirci refert, & tametſi pro Sagapeno uſurparetur, non adeò multum noceret, in quamcunque antidotum adhiberetur. nam, ut Galenus ait, facultate ſimili admodum prędita eſt cum vero: & tam Galbanum quàm Sagapenum utiliter uſurpatur cõtra morſus ſerpentum & alia venena. Noſque de ſimili transmutatione locuti ſumus in expoſitione Myrrhæ. Sed etiam cum aliis miſtionibus ſolebat adulterari, quod deprehendebatur ex eo,

A quia in aquam vel vinum poſita non diſſolvebatur, ſicuti in vero fit, ſed integrum permanebat. Hoc equidem noſtro tempore diligenter eſt attendendum: nam tum ſumebant Galbanum, & formabant ex eo certas pilulas inſtar lachrymæ, cujus magnitudinis ſolebant illas ex Sagapeno. Præſtantius itaq, Sagapenum erit durum, granulis minutis, colore Myrrhæ, ſapore acri, & quod digitis adhæreat, purum & mundum, foris fulvo, intus albo colore.

B Sarcocolla eſt arboris fruticoſæ, ſpinoſæ, ramis nodoſis arbori appreſſis, gummi album, thuris modo, vel pallidum, idque amarius, & ob id valentius. Datur à ʒ j. uſque ad ij. Corrigitur zingibere & cardamomo. * Purgat pituitam crudam, & humores alios craſſos, præcipue à cerebro, nervis, juncturis, ut iſchio, pulmonibus. Ob id ſenibus pituitoſis, aſthmaticis, tuſſientibus prodeſt, ſed calvitium acceſſit, corpus impinguat, ſperma auget. Ophthalmiã, & lippitu-

C dinẽ, & alios oculorum morbos mire juvat, nutrita in vaſe vitreo dies quinque in lacte aſinæ, novo quotidie affuſo. Aurium ulceri putrido & ſanioſo utiliter imponitur, linimentum mulſa merſum, & pulvere hujus inſperſum. *Meſues.*

Opopanax eſt liquor plantæ ſimilis ferulæ, caule cubitali, vel bicubitali, pallido, foliis ferulæ, ſed minoribus, floribus anethi modo in umbella diſpoſitis, odoratis, flavis. Secto autem caule digitis duobus, aut circiter, ſupra radi-

D cem, liquor effluit. Flavus, qui coagulatus eſt, opopanax optimus, ſi intus albus eſt, foris flavus, amarus, fragilis, in aqua mox ſolubilis, odoris boni, ſed ſui. Adulterant ammoniaco, injectis ſcilicet ex ipſo granis opopanace vero. Dolum prodit odor & albedo in fracturis. Datur à ʒ j. uſque ad ij. Corrigitur maſtiche & ſpica. Purgat pituitam craſſam & lentam clàm à remotis partibus, cerebro, nervis ſenſoriis, juncturis, thorace. Ob id prodeſt harum partium affectibus frigidis

E inde natis, viſui imbecillo, tuſſi antiquæ, difficultati ſpirandi, iſchiadi, gonagræ, podagræ. Vino muſteo incoctum poſt tres menſes potu hydropem levat, & lienis tumorem. Ex mulſa calente potum, ſtranguriam ſanat, menſes movet, abortum facit, alioqui ab utero præfocationi & frigidis uteri affectibus ſaluber. Idem aceto ſolutum collutionis, dentium dolorem & eroſionem ſanat. Potum cum aceto hora una ante acceſſionẽ, & cum ſucco apii, & oleo anethino ſpinæ illitum,

F rigorem febrilem prohibet. Ex ipſo autem, & ſucco Apii, & aceto bono emplaſtrum lieni impoſitum ipſius duritiem diſſipat. *Meſues.*

## *De Animatis aquatilibus, Sectio XIIX.*

Ex Spongiis alias mares appellavêre, tenui fiſtula ſpiſſas: quarum duriores tragos nominarunt: fœminas autem, quæ contrarias dotes habent. Uruntur eæ, ut alcyonium. * Recentes ſine pinguedine vulnerariæ ſunt, & tumores reprimunt, recentia vulnera ex aqua poſcáve cõglutinant: veteres ſinus ex decocto melle jungunt. Vetuſtæ autem inutiles. Aridæ ligatæ lino, ſi penicilli modo adigantur, occluſa ulcera, calloſq; laxant. Siccæ recentes, & vacuæ, ſenilia ulcera, &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0214-3

cera, & quæ fluxione laborant, aut cuniculatim exedunt, impoſitu ſiccant, ſanguinis profluvium ſiſtunt. Crematarum cinis ex aceto, aridiæ lippitudini auxiliatur: & ubi quid abſtergere, aut adſtringere opus eſt. Utilius in oculorum medicamentis lavare cinerem. Omnium cinis cum pice crematarum, profluẽtem ſanguinem ſiſtit. Can-A didæ cura fiunt, è molliſſimis recentes per æſtus tinctæ ſalis ſpuma, quæ petris cohæret: inſolantur inverſæ, hoc eſt, parte cava ſurſum ſpectante, & qua abſciſſæ fuerunt, deorſum. Si verò æſtiva ſerenitate ad Lunam ſternantur, perfuſæ ſalis ſpuma aut maris aqua, maximum candorem referent. *Dioſcorides.*

# *De Animalibus integris, Sectio XIX.*

## *De terreſtribus.*

CIMICES, qui in cubilibus enaſcuntur, * cavis fabarum incluſi, ſi ante febrium ſignificationes ſepteni devorentur, quartanis auxilio ſunt: & citra fabas ſumpti, percuſſis ab aſpide proſunt: vulvarum exanimationes olfactu revocant. Poti cum vino aut aceto, adhærentes ſanguiſugas abigunt: vivi urinariæ fiſtulæ impoſiti, urinam ciunt. *Dioſcorides.*

VERMICULI in medio echino plantæ dipſaci reperti adverſus quartanas plurimùm pollere traduntur, ſi in aluta clauſi brachio alligẽtur, aut collo appendantur. Proſunt etiam adverſus paronychia, ſi vivi affectis unguibus circumligẽtur. Nam dolorem alioqui implacabilem confeſtim tollunt. Expertum intellexit *Mizaldus.*

VERMIUM terrenorum cineres, aut ſtercoris murium, vel cervini dentis, dentium exeſorum cavernis immiſſi, illos abſq; ferro, & machinulis eradicant. *Idem.*

*Vermium* terreſtrium aqua diſtillata cõfert ad hydropem, & ad infantulorum vermes necãdos: appoſiti etiam *vivi* proſunt *Panaritio. Quercet.*

MILLEPEDÆ, quæ ſub aquario vaſe ſtabulantur, animalia ſunt multis pedibus nitentia, quæ contacta manu contrahuntur in orbem. * Hæ ex vino potæ, difficili urinæ, & regio morbo auxiliantur. Millepedæ cum melle anginis utiliter illinuntur: tritæ, & in cortice mali punici calfactæ, doloribus aurium addito roſaceo, convenienter inſtillantur. *Dioſcorides.*

*Vermium* millepedum pulvis ad affectus oculorum valet. *Quercetanus.*

SCORPIONES terreſtres, animalia *ſunt in* Italia, & aliis in regionibus ſub meridie ſitis, nota ſunt, quòd in quacunque domo, non modò in cubiculis, & cellis vinariis, ſed ubique paſſim reperiantur. * Triti crudi, & impoſiti, *ſuæ plagæ* remedium ſunt. Quidam ſcorpionum cinere utuntur, qui vivi ſunt exuſti, ad urinam ciendam, iis præcipuè, qui renũ aut veſicæ calculo obſtruuntur. *Dioſcorides, & Matthiolus.*

LUMBRICI, ſeu VERMES terreni impoſiti, * præciſos nervos glutinant: tertianas diſcutiunt. Decocti cum anſerino adipe, infuſi affectis auribus medentur: cum oleo autem decocti, ſi in contrariam aurem inſtillentur, dentium doloribus præſtant auxilium. Triti in potu ex paſſo urinam ciunt. *Dioſcorides.*

COCHLEÆ, ſeu LIMACES terreſtres præ-B feruntur, quæ in locis apricis, odoratis victitant herbis. Eruuntur è terra hyeme in ſepibus & fruticetis, uncis quibuſdam ferreis, prope fruticum radices terra circumfoſſa. * Stomacho utiles ſunt, & non facilè corrumpuntur. Venerem, cum pipere, ſale, & butyro coctæ, excitant. Crudæ cum tegumentis impoſitæ, aquæ inter cutem tumores exugunt: ſed non ante ſolvantur, quàm omnis hauriatur humor. Podagricas inflammationes leniunt: impactos corpori aculeos illitæ C evocãt: menſes tritæ & admotæ ciunt. Cochleæ tritæ & fronti illitæ, ſanguinẽ è narib. immodicè fluentem ſiſtũt. *Dioſcor. Matthiolus, & Mizaldus.*

EX FORMICIS alatis oleum conficitur, * ad Venerem augendam idoneum.

VIPERINÆ CARNES ſi coctæ edantur, * claritatem oculis afferunt: nervorum vitiis auxiliantur: increſcentes ſtrumas reprimunt. Detracta autem cute, caput caudaq;, quoniam carne vacant, amputari debent. Reliquum verò cor-D pus, exemptis interaneis, elotum, diſſectumque, diſcoquitur cum oleo, vino, ſalis exiguo, & anetho. Ajunt, eis, qui viperas eſitent, pediculos procreari: quod planè à veritate abhorret. Adjiciunt aliqui longam ſenectutem agere, qui eo cibo veſcuntur. *Dioſcorides.*

## *De aquatilibus.*

SCINCUS aut Ægypti, aut Indiæ, aut Rubri maris alumnus, quamvis inveniatur in Lydia E Mauritaniæ. Eſt autem terreſtris crocodilus, ſui generis, ſale inveteratus cum naſturtio. * Ajunt carnes, quæ renes amplectãtur, id ſibi virium vẽdicaſſe, ut ſi drachmæ pondere bibantur, Venerem accendãt. Verùm decocto lentis cum melle, aut ſemine lactucæ cum aqua poto, Veneris cupiditates inhibentur. Additur in antidota. Siccati ſervantur, corpulenti, & non ſtrigoſi. *Dioſcor.*

ANGUILLÆ in vino ſuffocatæ, abſtemios F reddunt homines, ſi ex eo bibant, qui plus ſatis mero indulgent, & hinc offenduntur, & delinquunt. *Mizaldus.*

OSTREA viva peſtiferos bubones *loco* transferunt, & virus omne ad ſe trahunt: *ſunt* autem agglutinanda brachio, *qua axillaris* decurrit, ſiquidem bubo in alis eſt: ſi verò inguen obſederit, lineamentis *femoris*, quæ vena cruris deſcribit. *Hollerius.*

CANCRORUM fluviatilium * exuſtorum cinis, qui duo cochlearia expleat, adjecto dimidio radicis gentianæ modo, triduo potus cũ vino,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0215-9

magnopere prodeſt canis rabioſi morſibus, rimas pedum ſedisq; perniunculos & carcinomata, cum decocto melle lenit. Triti crudi, potique ex aſinino lacte auxiliantur contra ſerpentum phalangiorumq; morſus, atq; ſcorpionum ictus. Decocti autem, & cum jure eſitati, iis proſunt, qui tabe conficiuntur, aut leporem marinum hauſerunt. Triti, tela ac ſpicula è corporibus detrahunt, ſi illis ſuperponantur. *Dioſcor. & Mizaldus.*

*Cancrorum* fluviatilium calcinatorum ad albedinem cinis adverſus morbum canis rabidi laudatur. *Quercet.*

RANAE vulgaris notitiæ ſunt. * Contra omnium ſerpentũ venena pro antidoto ſunt, ſi ex ſale & oleo vel butyro edantur, jusq; earum itidem ſorbeatur: contra inveteratos tendinum rigores pollent. Illitus earum cinis, profluentis ſanguinis impetus ſiſtit: explendis alopeciarum inanitatibus ex liquida pice illinitur. Inducit etiam vini faſtidium rana viridis, ex iis, quæ in fontibus ſaliunt, ſi viva in eo ſuffocetur. *Dioſc. & Mizaldus.*

### *De aëriis & volatilibus.*

HIRUNDINES, uti ficedulæ, *in cibo, aciei viſus medicamentum præbent. Tam pullorum, quàm matrum in fictili olla crematarum cinis cum melle oblitus, oculis claritatem adfert: anginæ eo commodè perunguntur: uvæ & tonſillarum inflammationibus hoc cinere ſuccurritur. Et ipſæ, & pulli exiccati, ſi drachmæ pondere ex aqua bibantur, hos juvant, qui anginæ morbo conflictantur. *Dioſcor.*

*Hirundinum* aqua epilepticis confert. *Quercet.*

GALLUS ad jus purgatorium eligatur rufus plurimùm, annoſus, ſed tamen adhuc ad motum, pugnam, coitum alacer & in dimicando validus, macri & pinguis medius, hoc eſt, benè carnoſus. Talis autem gallus furfure Galeno nutritus, aliis etiam melle & pauco ſale, plurimùm fatigetur, vel à nobis venantibus, vel potius dimicando decapitatus, & exenteratus, cum ſale, aut ſale gemmæ, igne lento, aqua ſufficiente coquatur ad duarum aquæ partium conſumptionem, aliis atque aliis ſimul incoctis, pro variis Medicorum ſcopis. *Medici Colonienſes.*

GALERITA, avicula eſt parva, apicem in vertice, pavonis modo geſtans. * Hæc aſſa, & in ci- A bo ſumpta, cœliacos adjuvat. *Dioſcorides.*

LOCUSTAE omnibus notæ. * Odoris ſuffitu urinæ difficultates adjuvant, præſertim quæ fœminas malè habent. *Dioſcor.*

CICADAE paſſim in Italia cognoſcuntur, atque adeò inibi vulgaris notitiæ ſunt, ut ſæpè æſtate aſſiduo cantu meſſores, agricolas, ac viatores in campeſtribus obtundant. * Quæ ſi inaſſatæ manduntur, veſicæ doloribus proſunt. Siccis B quidam utuntur ad colicos affectus, cum paribus numero piperis granis, dantq; aut tres, aut quinque, aut ſeptem, per intermiſſionem ſcilicet, & ipſos etiam paroxyſmos. *Dioſcor. & Galenus.*

CANTHARIDES officinis notæ ſunt. Probantur in frumento inventæ, verſicolores, & quæ luteas in alis transverſas lineas habent, corpore oblongo. Cribro aut fictili vaſe conduntur, cujus os raro linteo ſubligatum deorſum vertitur, ut excepto halitu aceti quàm acerrimi ferventis æſtu exanimentur. Poſtea ſiccantur, & pyxidibus C ligneis, aut fictilibus vitratis reponuntur. Biennium durant. * In remediis externis, tum iis quæ veſicas excitant, tum aliis interdum totæ ſumuntur. Recentiores autem alas & pedes auferunt ſemper. *Florentini.*

COLUMBORUM pulli occulta proprietate renum dolori conferunt, & incorruptum ſanguinem emendant: ſed dum interficiuntur, capite truncari debent. Eorundem carnes facultatem habent ſanandi teneſmum, quem cucurbita fre- D quenter comeſa generare ſolet. *Rhaſis.*

PASSERCULUS troglodytes vocatus, qui omnium avicularum, excepto Regulo, minimus ſpectatur, & juxta ſepes ac muros victum quæritat, volatumq; perbrevem facit, naturalem vim admiratione dignam habet. Sale enim conditus, ac crudus in cibo acceptus, concretos calculos lotio expellit, & ne renaſcantur, prohibet, ac morbum perfectè ſanat. Conditur optimè pennis evulſis, atq; inde largo ſale adobrutus, arefactus E comeditur. Si plures adfuerint, coqui poſſunt more aliarum avicularum. Poſſunt etiam nõ deplumes uri in olla operta, & cinis unius uſti cum pauco pipere & cinnamomo exhiberi. Sunt, qui vivum pennis prævulſis ſale condiant, quod melius eſt. Alii aſſatos edunt integros, ita ut nihil ex eis præter pennas abjiciant. *Aëtius, & Aegineta.*

## *De Animalibus venenoſis, Sectio XX.*

QUIBUS datæ ſunt CANTHARIDES, ſigna eveniunt graviſſima. Ab ore enim ad veſicam usq; cuncta erodi ſentiuntur: picam aut ſimile quiddam cedriç reſipiunt: dextra prçcordia inflammantur: urinam ægrè reddunt, & ſubinde cum lotio ſanguinem emittunt: ſtrigmenta nõ ſecus, atq; dyſentericis, alvo deferuntur: faſtidia urgent: animo linquuntur, obortaq; vertigine cõcidunt: poſtremò mente abalienantur. * Ergo antequam tale nonnihil accidat, dato oleo, aut ſupradictorum aliquo, vomere co- F gantur: mox ubi vomitione plurima rejecerunt, halicæ, aut oryzæ, tragi aut ptiſanæ cremor, aut decoctum malvæ, aut ſeminis lini, aut fœnigræci, aut radicum althææ, clyſtere infundatur. Præterea nitrum eisdem dandum ex hydromelite, ut quæ ſtomacho adhuc, aut inteſtinis adhærent, eluendo excernantur, ac deſcendant. Quæ niſi ſic diſcutiantur, ingeſta in alvum ex nitro aqua mulſa vacuari debent. Detur deinde vinum, aut paſſum, in quo pineoli nuclei, aut cucumeris ſemina contrita ſint, aut ex lacte, aut mulſa, aut an-

ſerinus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0216-4

ſerinus adeps in paſſo liquefactus. Inflammatæ A autem partes, hordei farina cum mulſa decocta perungantur. Ab initio admota cataplaſmata nocent, quòd citatus ab eis calor, illapſum virus ita remoratur, citò in principes ſe partes inſinuet: ipſa tamen interjecto tempore, moleſtiſſimis inflammationibus opitulantur, utpote quæ dolores & permulceant, & leniant. Tum ubi corpus calfaciente oleo inunctum fuerit, in ſolium deſcendere oportet, ac lavare, ut per cutem ſummam, quæ corpori noxia inhæſerunt, etiam ex- B cernantur. Et dejectiones multifariam moliri oportet, ne affectus infigatur, & ſtabilitatem capeſſat. Gallinaceis carnibus, & hœdinis aut ſuillis, catulis maximè pinguibus, & tenerrimis, ac cum lini ſemine coctis, veſci debent: ſiquidem alvum cient, atq; venenorum acrimonias hebetant. Vinum dulce liberaliùs ebibatur. Prodeſt thuris cortex, & Samia terra, ſi quaternæ ſingulorum drachmæ cum paſſo ſumantur: item pulegium ex aqua tritum: irinum aut roſaceum C cum rutæ decocto: recentes vitis ramuli, cum paſſo detriti. Longè omnium potentiſſimè antidota auxiliantur, cum aqua mulſa, drachmis quatuor pota. *Dioſcorides.*

Iis, qui ERUCAS PINORUM hauſerint, illicò dolor in ore & palato exoritur: vehemens alvi, linguæ, ac ſtomachi inflammatio torquet: inteſtina dolor excruciat, ita ut pruriginem ſentire videantur: corpus totum exæſtuat: faſtidiũ urget. * Quibus eſt ſuccurrendum remediis, quæ devo- D ratis cantharidibus dantur. *Peculiariter tamẽ pro ſimplici oleo & irino, melinum, quod e cotoneis pomis & oleo temperatur, accipiemus. Dioſcor.*

Qui BUPRESTIN biberunt, non diſſimile *nitro virus ſapiunt:* ſtomachi, ventriſq; vehemens dolor inſequitur: tam venter, quàm ſtomachus mirum in modum, ut in aqua inter cutem difflatus, inturgeſcit. Univerſa corporis facies contenditur: urina ſupprimitur. * Quibus eadem, quæ potis cantharidibus auxiliantur. Privatim poſt E vomitus & vacuationes, quas clyſteribus molimur, aridæ ficus proſunt: item earum decoctum, ex vino. Ubi verò jam ferè pericula inclinantur, Thebaicarum palmularum cibo, aut earundem tritarum in mulſo aut lactis potu juvantur. Pyrorum etiamnum omne genus eſſe, & lac humanum bibere convenit. *Dioſcorides.*

SI SALAMANDRAM hauſerunt, linguæ inflammatio conſequitur: mens & ſermo præpeditur: tremor cum torpore, aut horrore quodã, F ac exolutione accedit: partes nonnullæ corporis livoribus circumquaq; ſugillantur: ſæpeque diutiùs immorante veneno, putreſcentes defluunt. * Quibus præſtabimus cuncta, quæ potis cantharidibus. Peculiaria verò remedia, reſina, pinus, aut galbanum ex melle linctum, & ajugæ decoctum, in quo nuclei pinei conterantur: urticæ quoq; folia, cum liliis & oleo decocta. Proſunt etiam ova teſtudinis marinæ, aut terreſtris cocta: item ranarum jus, cum quibus eryngii radix incocta ſit. *Dioſcorides.*

A Qui LEPOREM MARINUM biberunt, piſcium virus olent: procedente tempore, alvus dolo afficitur, & urina ſiſtitur: & ſi quando eam reddere contingat, purpureum colorem refert: omne piſcis genus averſantur & odio habent: fœtido ac gravi ſudore manant: bilioſus vomitus, interdum ſanguini promiſcuus, ſubſequitur. * His dandum lac aſininum, vel paſſum continuè, aut radicis malvæ foliorumque decoctum, aut trita cyclamini radix cum vino, aut veratri B nigri, aut ſcammonii ſucci drachma, cum aqua mulſa, puniciq; mali acinis. Cedria contrita cum vino efficax eſt: anſerinus ſanguis, ut tepebit, potus. Sed cùm piſces omnes reſpuant aſpernenturq;, ſolis fluviatilibus cancris veſci poſſunt, bibuntq; eos admiſto vino, adjutiq; ab his percoquunt: cumq; appetere & comeſſe piſces cœperint, ſuæ ſalutis indicium habent *Dioſcorides.*

RUBETA, aut RANA PALUSTRIS aſſumpta tumores ciet: pallor corpus vehementer C decolorat, ut planè buxeum ſpectetur: ſpirandi difficultas torquet, & gravis halitus oris, ſingultusque: invita interdum genituræ profuſio conſequitur. * Adjuvantur ſecundùm vomitionem, multo meri potu, & arũdinis radicis binis drachmis, aut cyperi totidem. Breviter, cogendi ſunt, ut vehementi ambulationi & curſui ſe credant, ob torporem, quo corripiuntur. quinetiam quotidie lavandi ſunt. Cæterùm pulvis rubetæ aridæ peſtilenti buboni impoſitus, venenum mirè D attrahit. *Dioſcor. & Geſnerus.*

HIRUDINES cum aqua devoratæ, ſi ori ventriculi adhærent, tractione partium nonnullam *ſuctionis* imaginem præbent: eo enim argumento hauſta hirudo deprehenditur. * Has muria ſorbitione excutit, & Cyrenaicus ſuccus, aut laſerpitii folia, aut betæ, cum aceto, aut pota nivis glebula, cum poſca: nitrum ex aqua gargarizatur, aut atramẽtum ſutorium aceto dilutum. Si faucibus hæreant, in aquam calidam ingreſſis, E aqua frigida ore contineatur, & ad eam hirudines exilient. *Dioſcorides.*

De RABIOSI CANIS morſu ſermonem alis præpoſuimus, quòd *id* animal domeſticum *ac frequens* eſſe conſuevit, & in rabiem ſæpius agitur, ac perit, ab eoque caveri difficile: inde periculum inevitabile hominem manet, niſi multis utatur auxiliis. Canis plerunque flagrantiſſimis æſtibus in rabiem efferatur: interdum quoties frigora inceſſerunt. Rabioſus autem potum F & eſcam averſatur: largam ſpumantemque pituitam naribus & ore projicit: torvè & ſolito triſtiùs intuetur: in omnes paſſim ſine latratu irruit, & æquè feras hominesq́ue, tam *familiares* quàm ignotos, mordet: nec *protinus infeſtum* quicquam infligit, niſi ut vulnus, dolorem: exinde morbus ille, qui ab aquæ metu hydrophobicus Graja voce eſt appellatus, contrahitur. Evenit autẽ cum diſtenſione nervorum, totiusque corporis rubore, præſertim faciei, cum ſudore & languore quodam. Aliqui auræ ſplendorẽ fugiunt: alii ſine ulla doloris intercapedine



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0217-0

vexantur. Sunt etiam, qui canum more latratus edant, & obviam factos morſu adoriantur, ac mordendo ſimili vitio labefactent. Proinde ex iis, qui hoc vitium ſenſerint, neminem ſervatum vidimus, niſi forſitan ex hiſtoria unum aut alterum evaſiſſe audiamus. ſiquidem Eudemus ſuperaſſe quendam affirmat. Themiſonem aliqui demerſum in hunc furorem incidiſſe, & evaſiſſe fatentur. Alii ipſum cùm amico aquam expaveſcenti morem gereret, & officium exhiberet, quadam naturarum concordia, ſimilem contraxiſſe affectum: ſed poſt multos tandem cruciatus ſervatum extitiſſe. Moleſtiſſimum itaq; genus morbi, à quo multos, antequam ipſum experirentur, vindicavimus, & complures ab aliis medicis ſervatos novimus. *Ratio medendi duplex: una communis, qua utendum in omnes morſus, quos virulentæ animantes impreſſerunt: alia peculiaris, privataq;, eorum duntaxat, quos rabioſi canes momorderint: quæ nonnullis quidem ſummam opem ferre conſuevit: aliis verò inutilis, maxime qui ex multo jam tempore ictum acceperunt. Quæ ad hanc pertinent, primùm exponemus: deinde curſim perſtringemus, quæ ad communem medendi rationem pertinent. Cancros itaq; fluviatiles in ſarmentis albæ vitis cremare oportet, & cinerem eorum quàm minutiſſimè tritum habere reconditum: itidem gentianæ radicem tuſam, cribratamq; reponere. Quoties autem canis rabioſus morſum intulerit, in quaternos cyathos meraci vini, bina cineris cancrorum cochlearia, unumq; gentianæ conjiciantur: hæc in polentæ dilutioris modum ſubacta, quatriduo bibantur. Inter principia medicamentum hoc modo detur. Atq; ſi ab illato morſu bini ternive dies fluxerint, curationem auſpicabimur à triplicato pondere, ſupra id quod ab initio retulimus. Optimum hoc adverſus rabioſorum morſus auxilium: quod & pleriſq; unũ ſatisfecit, eoq; cum fiducia uti licet. Sed ut aliis etiamnum auxiliis cõtra inevitabile periculum muniamur, nihil cæteris uti prohibet. Satius autem multò fuerit, etiamſi in vanum recidat, medicamentorum inhumanos tolerare cruciatus, quàm per inertiam ac deſidiam in diſcrimen adduci. Nec ita in demorſis à rabioſo animali majora vulnera vereri oportet, uti minora, & ulcuſculis cutis ſimilia: quippe majori vulnere confertim copioſus ſanguis emanans, poteſt nonnihil virulenti liquoris exhaurire: quod in minoribus non accidit: quin à majoribus abſcedentes carnes hinc auferre, & labia acie ſcalpelli circumſcribere, & prehenſam hamulo aut vulſella carnem amputare oportet. In utriſq; circumſtantia loca altioribus ulcuſculis ſcarificanda, ut copioſior ſanguinis vacuatio arceat, ne venenum membratim inſinuetur. Cucurbitulæ cum multa flamma agglutinatę id juvamenti prę́ſtant, ut veneni vis extrahatur. Quæ verò ad communem medendi rationem pertinent, vide apud Dioſcor. lib. 6.

INTER ferientium venenatorum notas, nihil de VESPIS & APIBUS particulatim digeſſi- A mus, quòd conſpicuæ omnibus ſint, & nihil excellens, aut notatu dignum in his obſervetur: inter remedia tamen earum meminiſſe non fuit alienum. * Igitur adverſus utrarumq; ictus prodeſt illita malva, & hordeacea farina cum aceto, ficulneum lac in vulnus inſtillatum, & muriæ aut aquæ marinæ fotus. *Dioſcor.*

De MORSIS à PHALANGIIS locus quidē ipſe quaſi ab impacto aculeo rubet; non intumeſcens, nec per ambitum calidus eſt, ſed medio- B criter humeſcit: ubi verò contrariorum occurſu refrixit, cõſequitur toto corpore tremor, diſtentiones poplitum & inguinum, convulſionibus non diſſimiles: in lumbis collectio exoritur, & perpetua urinæ libido laceſſit, multaq; reddendis excrementis colluctatio. Univerſa cute frigidus ſudor emanat, collachrymant oculi, offuſiſque nebulis caligant. *Horum ictibus ficulneum cinerem adjecto ſale trito, & vino imponere oportet: aut radicem ſylveſtris punicæ quàm te- C nuiſſimè tritam: aut ariſtolochiam cum hordei farina & aceto ſubactam. Ulcera aquâ maris proluenda, aut apiaſtri decocto, foliaq; ejuſdem illinenda. Lavacris perpetim utendum, & propinãdum abrotani ſemen, aniſum, ariſtolochia, cicer ſylveſtre, cuminum Aethiopicum, cedrides tritę, platani cortex & trifoliæ herbæ ſemen: privatim autem ſingulorũ ex iis binas drachmas dare cum ulni hemina convenit: itē myricæ fructus, & chamæpityos, & viridium cupreſſi pilularum deco- D ctum, admiſto vino. Sunt, qui fluviatilis cancri expreſſi ſuccum cum lacte, aſſumpto apii ſemine, confeſtim moleſtiis liberare prodant. *Dioſcor.*

*Si* SCOLOPENDRA, aut dicta ophioctene, *morſum intulit, locus* per ambitum livore ſugillatur, & computreſcit: interdum que, li. et raro, fæculentus atque ruber cernitur. À morſu ipſo exulcerari locus incipit, ulcusq; id negotium exhibet, ferè remediis invictum: præterea toto corpore prurigo quoque ſentitur.

E * Hæc ubi morſum infixit, ſal quàm leviſſimè tritus, ex aceto vulneri inſpergendus, aut ruta ſylveſtris ſuperponenda. Locus acida muria fovendus, & danda in potu ariſtolochia cum vino, aut ſerpillum, aut calamintha, aut ruta ſylveſtris. *Dioſcorides.*

SCORPIONIS morſu inflammari ſtatim incipit locus, & indureſcit, ac intentus rubet, viciſſimque dolore premitur: modò ſiquidem exæſtuat, modò frigore occupatur. Labor repentè F fatigat, & aliquando meliuſculè habet, aliquando recrudeſcit. Conſequitur ſudor, horroris ſenſus, & tremor. Extremæ corporis partes refrigeſcunt, inguina extolluntur, per ſedem flatus exeunt, capilli eriguntur, pallor membra decolorat, & dolor, tanquam expungente acu, per univerſam cutem ſentitur. * Percuſſis præſenti eſt auxilio ficulneum lac in vulnus inſtillatum. *Scorpius ipſe*, qui ictum vibravit, tritus, & percuſſo loco impoſitus, ſuæ plagæ remedium eſt, *ob cæcam* quandam naturarum (ut conſtat) diſcordiam: quæ antipathia appellatur. *Præterea tritus,&*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0218-6 DFG

tus, & impoſitus cum ſale, lini ſemine, & althæa ſcorpius convenit. Sulphur ignem non expertum, reſina terebinthina exceptum, & emplaſtri modo adjectum, auxiliatur. Itidem galbanum ad ſplenii formam ductum & calamintha, quæ trita illinatur, & farina hordei in vino parata, in decocto rutæ. Semen trifoliæ herbæ tritum, & vulneri injectum opitulatur. Hæc ad affectum locum pertinent. Poſt hæc quàm efficaciſſimis potionibus utendum, cujusmodi ſunt ariſtolochiæ, præſertim corticis, binæ drachmæ cum vino, tuſa gentiana, & pulegium decoctum, & baccæ lauri pauco numero tritæ, & calamintha cum poſca, in qua magnopere diſcoqui debet: cupreſſus cum vino & ruta, nec ſecus ficulneum lac: laſerpitium, ſi adſit; ſin deſideretur, peucedani ſucco utendum: efficax eſt potum trifolii & ocymi ſemen. Horum autem omnium vicem etiam penſat jugis lavacri uſus, evocatus ſudor, & dilutæ vini potiones. *Dioſcorides.*

Si Marina Pastinaca percuſſit, protinùs accidunt moleſti dolores, aſſiduæ cõvulſiones, laſſitudo, & imbecillitas, mens percuſſis labat, poſtea obmuteſcunt: oculi caligãt. Percuſſus autem locus in ambitu cum vicinis partibus denigratur, & ita obſtupeſcit, ut tangentẽ non ſentiat: hunc ſi quis premat, atra ſanies, craſſa, & malè olens excernitur. * Ei, qui à marina paſtinaca icitur, omnia quæ de viperarum morſu paulò poſt referemus, ſimili modo conveniunt. *Peculiariter autem ictus à marino ſcorpione, & dracone inferuntur, qui moleſtos cruciatus cient: interdũ autem, ſed rarò, nomas excitant. Quibus abſinthii, ſalviæ, aut ſulphuris ex aceto triti potio ſubvenit. Ipſi etiam diſſecti, vulneribusque impoſiti, ſui cujusq; ictus remedio ſunt. Dioſcorides.*

A' Mure Araneo percuſſis, circa morſum in orbem inflammatio exoritur, nigraq; puſtula, diluta ſanie turgens exurgit. proximæ partes livent. Rupta puſtula, depaſcens ulcus, non ei diſſimile quod ſerpit, occupat. Inteſtinorum quoq; tormina, difficultas urinæ, & frigidæ aſperginis offuſio conſequuntur. * Hujus morſibus auxiliatur ex galbano ſplenium, per ſe vulneri exterius impoſitum, ut medicamenti modo aceto tritum, & hordeacea farina cum aceto mulſo illita. Quinetiam mus ipſe, qui morſum intulit, ſi diſſectus apponatur, ictus ſui veneficia luit. Reſiſtunt quoque *acini dulcis punici decocti*, & illiti: item porri, & alia contrita, nec non *aquæ calidæ fotus*: ſed *hæc* ad locum pertinent. Prodeſt potum abrotani decoctum, maximè ſi in vino detur: præterea ſerpillum & galbanum, & eruca vino madefacta: recentes cupreſſi pilulę cum aceto, & cyclaminus ex aceto mulſo, & pyrethrum cum vino, & chamæleonis herbę radix. Nec deſunt, qui literarum monumentis tradiderunt, tritum murem araneũ contra ſuos ictus cõmodè bibi. Quam hiſtoriam apud alios inventam, dignam duntaxat cenſuimus, quæ adnotaretur. Alii aſſeverant, demorſum non aliàs exulcerari, niſi prægnans mus araneus fuerit: tum ſanè auxiliari ferunt. *Dioſcor.*

Si Vipera momordit, corpus intumet, vehementer areſcit, ſubalbidumq; colorẽ concipit. Sanies à vulnere profunditur, primùm ſubpinguis, mox cruenta. puſtulæ aduſtis ſimiles erumpunt: & antea depaſcens ulcus, quod in proxima repens, non ſumma modò corporis, ſed intima quoque corripit. Gingivæ iis cruore ſuffunduntur: inflammatio circa jecur erumpit: tormina & bilioſi vomitus ſequuntur. Sopor, tremor, & urinæ difficultas accedit, & frigidus ſudor offunditur. * Ubi verò vipera morſum impreſſit, fimum caprinum cum vino ſtudioſè impoſitum opitulatur. item laurus, & abrotanum, & galbanum ſplenii loco ſuperjectum, & origanum viride inditum: pulli gallinarum diſcerpti, & confeſtim admoti: ervi farina vino ſubacta: radicis cortex uſque eò tuſus, ut in pulverem ſolutus abeat, & ſcilla toſta: detritum chamæmelum, hordeaceæ farinæ cataplaſma in aceto mulſo præparatum: ſed locus antè eo calido foveatur: hæc loco imponuntur. Contra viperinos ictus rubus cum vino prodeſt. Aliqui anchuſam tenui folio conſtantem auxiliari produnt. Leporini coaguli in vino terni oboli bibuntur, & porracei ſucci hemina in mero, & foliorum apiaſtri ſuccus, & ſylveſtris ruta. hæc in vino potari debent. Vinum frequenter bibendum, allia mandenda, & cepæ, & porri recentes, ſalſamenta acerrima, & opipara. ſimplicia hæc ſunt. Percuſſis à *vipera* præclarè auxiliatur medicamentum, quod myrrhæ, piperis, caſtorii, floris portulacæ ſeminisq; dimidio acetabulo conſtat: hæc omnia in Cretico paſſo teruntur, aut in alio probato. Eraſiſtratus in eo libro, qui de viribus inſcribitur, pleraq; alia tradidit, quæ ictis à *vipera* auxilium ferre poſſunt: inter quæ talia maximè laudantur: Gallinacea cerebella cum vino pota: ſemen ſativæ braſſicæ tritum, & acetabuli menſura cum vino potum. Quinetiam bonum eſt, digitum in liquidam picem intingere, deinde vinum, quo digitus fuerit elutus, bibere. *Dioſcorides.*

Consimilia ſupradictis in vipera eveniũt iis, qui à Cæcilia *nomine*, & *Amphisbæna* demorſi ſunt, eademq; ferè auxiliantur. quare hoc venenum privatim deſcriptionem ſortitum non eſt: neq; viſum eſt dignum, quod alio genere comprehendatur. De iis autem mentionem hoc loco fecimus, quoniam ferè remediis ad viperas ſcriptis, percuſſi ab eis adjuvari ſoleant. *Dioſcorides.*

A' Dryino morſus puſtulæ, moleſtique dolores incidunt, præſertim quà dilutæ saniei emiſſarium ſubeſt: quinetiam eroſio, torminaq; conſequuntur. * Ab eo ictis convenit *ariſtolochia* cum vino pota, trifolium herba, *radix* haſtulæ regię ſimiliter aſſumpta, & *fructus ex omni* glandiferarum arborum genere: & *tuſæ* ilicis radices, & illitæ parti ictæ auxiliantur. *Dioſcor.*

Ab Hæmorrhoo ictis vehementes cruciatus accidunt, qui anguſta contractaque corpora ex continuo dolore reddunt. Ex plaga copioſus ſudor effluit, & quacunq; parte corporis

cicatrix ulla fuerit, ea ſanguine manat. Excremēta per alvum cruenta ejiciuntur, profluensq; ſanguis in globo coit. A' pulmone ſanguinem extuſſiunt, & in vomitiones effuſi ſine remedio commoriuntur. Quos verò dipſas percuſſit, ſolutus ac non conſtrictus tumor premit, ſitisque uſq; eò pertinax, ut ſatiari non poſſit, ac ſine ulla intercapedine excruciet: & ſi potum pleno ore affatim trahant, illicò in eandem ſitim relabuntur: proinde toto habitu ſimiles ſunt iis, qui antea potus nihil hauſerint. quare propter continuam ſitim, & preſter, & cauſon, aut dipſas appellatur. Hæmorrhoi, dipſadisque morſus velut immedicabiles à pleriſque majorum deplorati relinquebantur. quare ſi peculiaribus contra dipſadem remediis egeamus, communia experiri operæ precium erit. * Protinus autem ſcarificatione uti, uſtionem facere, & ſi locus patiatur, extremorum amputatione opus erit: cōſequenter quàm acerrima cataplaſmata admovere, de quibus ſæpenumerò diximus. Nec me fugit, acres cibos, maximè à ſalſamentis, utiles eſſe. Meracæ potiones, & lavacra proſunt, quæ ſubinde interjecto brevi ſpacio aſſumenda ſunt, priusquàm morbi genus emerſerit. quo ſemel erumpente, opem ferre non poteſt ulla Medici opera. In ictu hæmorrhoi eadem proſunt. Inſuper quæ in cōmune opitulantur, ut ſcarificationes, uſtiones, acres cibi, meraci potus, & quæ nunc in dipſade definivimus. Quinetiam decocta vitis folia, & cum melle trita. *Dioſcorides.*

Ab Natrice demorſis ulcus dilatatur, & lividum ac ingens evadit. Sanies ex eo multa, & atra, & malè olens, non ſecus atq; iis quæ ſerpunt ulceribus, expuitur. * Si ergo morſum natrix adegit, prodeſt origanum tritum, & aqua ſubactum: lixivia cum oleo indita, aut ariſtolochiæ cortex, aut querna radix monutim contrita, & hordei farina cum aqua & melle colliquata. Bibuntur etiam binæ ariſtolochiæ drachmæ in potione poſcæ cyathis duobus, deinceps marrubii ſuccus, vel decoctum alterius cum vino: favus recens detur in aceto. *Dioſcorides.*

Cenchri morſum, qui viperino ictui ſimilis eſt, putridum ulcus ſequitur. carnes antea, ut in aqua inter cutem, prætumidæ defluunt: lethargo corripiuntur, & veterno preſſi ſomnos captant. Eraſiſtratus eos jecinore, inteſtino jejuno, coloque conflictari, auctor eſt. quippe diffe-

A ctis ipſis, omnes ferè partes corruptæ reperiuntur. * Morſis à cenchro auxiliatur lactucæ fructus cū lini ſemine illitus, & ſatureja trita, & ſylveſtris ruta, & ſerpillū, cum duabus haſtulæ regiæ drachmis, & tribus vini cyathis, aut ariſtolochiæ radix. item cardamomum & gentiana. *Dioſcor.*

A' Ceraste percuſſis locus attollitur, cum duritia puſtuloſus: è plaga ſanies profluit, modò atra, modò pallidior, ſed toto concretu varicoſus, intumeſcit: genitale intenditur, mens la-
B bat. & oculorum caligo exoritur: deniq; rigore nervorum diſtenti commoriuntur. * Si ceraſtes percuſſerit, cita partis amputatio ſuffragatur. quare ſine mora ictam partem amputare, aut ſcalpro confeſtim circumcidere, & iis ſimilia proſequi oportet. Urentia inſuper reliquiis admovenda: ſiquidem virus hoc veneno baſiliſci ſimile eſt. *Dioſcorides.*

Ab Aspide ictis vulnus exiguum prorſus, quaſi ab adacta acu citra tumorem conſpicitur:
C ſanguis exiguus ille quidem, ſed ater diſtillat: caligo velox oculos obnubit: labor in totum corpus multiplex, omnino levis, & non ſine voluptate conſequitur. Ideò Nicander perpulchrè cecinit: At vir perit absq; labore, virens atq; diſcolor. mediocris ſtomachi dolor afficit: frons perpetuò reſellitur: genæ contremiſcunt, quaſi ſine ſenſu in ſomno vellicent. hos mors tollit ad diei trientem non dilata. * Cæterùm iis qui ab
D aſpide feriuntur, quæ de ceraſte ſcripta ſunt, auxilia dari debent. Nam venenum hoc, quemadmodum baſiliſci celerrimè in arteriis ſanguinem cogit. *Dioſcorides.*

Erasistratus in libro, quem de medicaminibus & venenis condidit, de vocato Basilisco ſcitè ita refert: Cùm baſiliſcus momorderit, vulnus ad auri colorem efflaveſcit. Itaque in plurimis, quæ virus ejaculantur, comites notæ ita ſe habent. * Ad baſiliſci morſum, ut
E idem Eraſiſtratus auctor eſt, auxiliatur caſtorii drachma in vino pota: item papaveris ſuccus. Ictuum remedia ita ſe habent. *Dioſcorides.*

Tarantulæ in Apulia innumeræ vagantur. Icti ab his diverſe torquentur. ſiquidem alii perpetuò canunt, alii rident, alii plorant, alii clamitant, alii dormiunt, alii vigiliis afficiuntur: nonnulli ſaltant, pleriq; vomitionibus laborant, fiuntque phreniticis ac maniacis ſimiles. * Hujusce veneni vis muſica mulcetur. *Matthiolus.*

## *De Animalium partibus, Sectio XXI.*

Cerebella paſſerum Vere & autumno captorum reponuntur cum vitello ovi & melle: vel Sole aut cinere ſiccata. *Medici Colonienſes.*

Terrestris Leporis inaſſatum cerebrum manditur, * juvandis tremoribus, qui valetudine contracti ſunt: affrictu aut cibo facilem infantibus dentitionē præſtat; exuſtū caput, & cum adipe urſino aut aceto illitum, alopecia-
F rum inanitatibus medetur. *Dioſcorides.*

Caput Lacertæ parietariæ, & rana ſecta tela ac ſpicula è corporibus detrahit. *Mizaldus.*

Caput Cati omnino nigri, in nova olla aduritur, & incineratur, ex eoq; ad lævorem, & tenuiſſimum pollinem deducto, nōnihil per tubulum pennæ mundæ, in oculum quotidie ter inſufflatur: ad oculorum vitia, unguen, nebulam, albuginem, & alia remedium præſtantiſſimum

eſt. Si

eſt. Si quis verò ardor noctu maximè oculum A infeſtet, folia quercus aqua madentia, bina, vel terna ſimul oculo ſuperponuntur, & identidem invertuntur. Dicebat ſecreti hujus auctor, viſum poſſe reſtitui hoc remedio poſt cæcitatem unius duntaxat anni. *Mizaldus.*

CAPUT MILVI deplume uſtum, & quantum capi poteſt tribus digitis cum aqua ſumptum, podagricis auxiliatur. *Galenus.*

CANCRORUM oculi calcinati in reverberio, exhibentur feliciter calculo laborantibus, & B ad omnes pellendas viſcerum obſtructiones conferunt. *Quercetanus.*

AGNINUS & Suillus, Urſinusque pulmo impoſitu, * attritus à calceamentis contractos ab inflammatione tuetur. Præferuntur ex animalibus pinguibus & robuſtis. Recentes & ſicci in uſum veniunt. Siccantur exempta aſpera arteria in vaſe figulino impoſita clibano, & refrigerati, foliisque abſinthii ſicci involuti reponuntur in loco ſicco per annum. *Dioſcorides. & Medici Florentini.* C

PULMO VULPIS ſiccatur, & conſervatur, ut ante dicti pulmones. * Ad articulorum affectus curandos valet, item ad pulmonum vitia, & anguſtiam pectoris: unde eclegma, quod Arabes loch vocant, in officinis paratum paſſim habetur.

JECUR ERINACEI, cæterorumq; animalium ſumi debet ex ipſis animalibus nondum adultis, vinoq; odorato lavari: deinde vaſi impoſitum, furnoq; probè ſiccatum, ſed non exuſtum, vaſis vitratis reponitur, abſinthio ſicco involutum, ne putreſcat. Servatur loco ſicco per annum. * Cum aceto mulſo potum, renum vitiis auxilio eſt: item aquæ quæ cutem ſubiit: convulſionibus, elephantiæ, & malè habitis: viſcerum fluxiones exiccat. *Dioſcor. & Medici Florentini.*

HEPAR LUPINUM * eodem quo jam dictum eſt modo præparatur. * In pulverem tritum, confert jecinoris fluxionibus, aqua inter cutem laborantibus.

HEPAR ANATUM * proprietatem habet ſiſtendi fluxum, qui ex debilitate hepatis naſcitur. *Rhaſis.*

ANISI JECUR inaſſatum * eſu comitialibus prodeſt, ſi jejunis edendum detur. Capræ verò inaſſatæ decidua ſanie, inungi luſcioſos prodeſt: & dum coquitur, apertos oculos halitu ejus vaporari: prodeſt in cibo toſtū ad eadem. Tradunt hircini jecinoris cibo comitiales deprehendi. Aprinum recens ſi arefactum teratur, ex vino potum, contra ſerpentū volucrumq; morſus auxilio eſt. Jecur canis, qui rabie exagitatur, toſtum, & in cibo ab emorſis ſumptum, ne tententur metu aquę tueri creditur. Utuntur autem ad arcendos aquæ pavores dente eo, qui caninus dicitur. hunc à cane, qui momordit, exemtū, & folliculo inditum, pro amuleto brachio annectunt. Inveteratum autem ſale mergi jecur, ex hydromelite binis ligulis potum ſecundas pellit. Eodem modo quo cætera præparantur. *Dioſcor.*

JECORIS RANARUM pulvis exiccatus, in acceſſione febrium quartanarū rectè aſſumitur.

COR RANARUM, & maximè fluviatilium, febricitantibus ſpinæ adalligatum, febriles algores minuit. Sunt, qui cordis regioni etiam admoveant, ad mitigandos cauſonum æſtus, & incendia. *Mizaldus.*

CORCULUM GALERITAE femori adalligatum, ſummè prodeſſe fertur adverſus colicum cruciatum. Nec defuerunt, qui illud recens eam in rem etiam devorarint optato ſucceſſu.

TESTES GALLORUM nondum coëuntium, * deperditas in morbis vires mirificè reſtituunt: quam ob cauſam hecticis, & maraſmo laborantibus, morborumq; diuturnitate macrefactis utiliter exhibentur. Semen prolificum ſuppeditant, & venereas vires roborant. Recentes uſurpantur. *Dioſcor.*

CASTORIUM, caſtoris ſeu fibri teſtes ſunt. Eligi debent, inquit Dioſcorides, qui ex uno principio committuntur, liquore intus veluti ſeroſo, odore gravi & virus redolente, guſtu acri, mordente, friabili, ac multis naturalibus tunicis circundato. Adulteratur gummi ammoniaco, cum caſtoris ſanguine & caſtorio ſubacto, deinde in veſiculam conjecto & ſiccato. Deprehenditur fraus ex notis prædictis, tum etiam quòd factitii teſtes, ipſis nativis, qui plerunq; ſunt exigui, ampliores ſunt. * Caſtorium ſerpentum venenis adverſatur: ſternutamenta movet: menſes ac par- D tus ciet, duabus drachmis cum pulegio poti: partus, ſecundasq; ejicit: contra inflationes, tormina, ſingultus, venena, ixiamq; ex aceto bibitur: lethargicos, & utcunque veterno obdormiſcentes excitat infuſum: cum aceto autem & roſaceo olfactu, & odoris ſuffitu, idem facit: potum & illitum prodeſt tremulis, convulſis, & omnibus nervorum vitiis. In ſumma, calfactoriam vim habet. *Dioſcor & Florentini.*

*Caſtoreum* rarò & difficulter verum reperitur, E quod non ſit adulteratum. Nam quod affertur, quanquam odorem retineat, attamē ex aliis partibus, neq; tantum ex teſtibus conſtat: aliqui dicunt ex renibus, nōnulli ex ſanguine, alii ex alia corporis parte: utq; majorem ſimilitudinem cum vero & legitimo ſervet, quod colorē ceræ repræſentat, addunt gummi aut Ammoniacum: ſicuti quoq; Dioſcoridis tempore facere ſolebant, commiſcentes gummi priora, & aliquid ipſius ſanguinis cum exigua quantitate boni & perfecti F Caſtorei: ſed neceſſe eſt nos eſſe hac in parte cautos, quod facile illi conſequentur, qui verum ſemel diligenter inſpexerint, aut ſaltem obſervaverint notas illas, quas Dioſcorides plenius illi adſcribit, inter quas potior illa eſt, *quod oriantur ab uno eodemque principio, quare ſi geminum erit principium & origo diverſa, ſtatim ſuſpicio oritur, ne ſint illius animalis renes in veſicas involuti*: quod etiam ex magnitudine eorum apparet: nam teſticuli ſunt, ut Plinius tradit, multò minores. Quòd ſi non ita grandes eſſent, & tamen principium eſſet diviſum, erunt & ipſi ita



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0221-2

concinnari: ſed cum Gummi & Ammoniaco & A ſanguine, ut antea diximus: non enim fieri poteſt, ut duę veſicæ reperiantur, & unica tunica incluſæ: & præterea nullum animal reperitur, quod iſtius figuræ haberet teſticulos. Legitimi Caſtorei liquor eſt reſinoſus, gravis & ingrati odoris, validi & mordacis ſaporis, fragilis, & circumdatus pluribus tunicis nativis. Fugiendum eſt nigrum & rancidum, nam (ſi verum eſt quod Avicenna ſcripſit) hoc ſpacio unius diei, eum, qui intra corpus ſumpſit, interficit. Nonnulli perhi- B buerunt, genuinum tam acuti eſſe odoris, ut una tantùm vice naribus appoſitum ſanguinem eliciat. Dioſcorides verò ſternutationem ciere dicit: quod etiam ſignum eſt ejus vehementiæ. quemadmodum patet in Helleboro albo, dum contunditur. Nec mirari debemus, inter tam multa alia medicamenta hoc unicum, quod opii frigiditatem ſummam retunderet, fuiſſe selectũ: nam præter id, quòd calidam habeat facultatem, partium quoque eſt ſubtilium, ut forſitan magis C quàm alia omnia medicamenta penetret, & opio in æquali efficacitate opponatur: quòd ſi illi alia quædam calida & aperiens res adderetur, ut eſt crocum, piper, aut ſimile quippiam, tantùm adjuvaret penetrationem, & dilataret vias opio: at non ita validum eſſet, ut opii vires evidenter frangeret: quod tamen utrunque Caſtoreum potenter præſtat: quanquam magis propter alteram cauſam, ut nimirum refrenet ejus mali- D gnitatem, illi addatur: ne aliàs (quod nõnulli faciunt) opium neceſſe ſit leviter comburi, ut ejus vis nonnihil minuatur. Quod tamen etiam Galenus lib.3. de compoſ. Medic. ſecundùm loca reprehendit cap.1. ubi examinat *Apollonii* compoſitionem ad dolores aurium. Cùm itaq; Caſtoreum tanti momenti ſit, nec reperiatur aliud quippiam, quod illi ſubſtitui poſſit, curandum, ut optimum & maximè genuinum habeatur, ne ipſius reſpectu Antidotus non aſſequatur ſuam perfectionem.

Quæ interiore ventriculi gallinæ ſinu reſidet membrana, ſecti in laminas cornus ſpecie ſimilis (ea verò inter coquendum abjici ſolet) ſiccatur,* tritaq; in vino convenientiſſimè ſtomachicis datur in potu. *Dioſcorides.*

Intestina Lupi per longum & per tranſverſum digiti medii longitudine ſcindantur, & laventur vino, aut aqua fœniculi, vel rutæ: inde in clibano, ut alia exiccentur. * Ad colicos efficax eſt. *Colonienſes.*

Genitale Cervi, ſanguine priùs probè expreſſo, vino aut aqua aliqua abluitur: deinde in furno probè exiccatur, reponiturque in loco ſicco. * Tritum & in vino potum, à vipera demorſis auxiliatur, remorantibus urinis ac coli cruciatibus affectis auxilio eſt, ſi ubi aqua probè fuerit elotum, ipſa ſtatim ablutionis bibatur aqua. Ajunt, in pulverem tritum, & iis medicamentis inditum, quæ Venerem excitant, ea valentiora efficere. Quin & dyſentericis mederi magno ſucceſſu à nonnullis expertum eſt. *Dioſcorides & Matthiolus.*

Renes Scincorum, qui crocodili ſunt terreſtres, ſiccati ſervantur.* Venerem excitant: ſperma augent.

Vesica Suis, quæ terram non attigit, pubi impoſita, urinam ciere fertur. *Plin.*

Umbilici Infantis recenter nati portiuncula in annulo geſtata, pollere fertur contra morbum caducum, & capitis, coliq; dolores. *Albertus.*

Vesica Ovilla, vel caprina, cremata, & ex poſca bibita, vel leporis teſticulus ex vino odoro coctus & potus, iis, qui urinam inviti reddunt, benefacit. *Galenus.*

## *De Oſſibus, Sectio XXII.*

Unicornu, Græcis monoceros dicitur. E * Hujus animalis cornu ramentum ex vino potum, juvat partum, & ſecundas educendas, nec non ſudorem: ad venena, peſtilentiamque abigendam, potu ſalubriter excitat. Datur à granis ſex ad drachmam ſemiſſem, vel integram. *Andernacus.*

Ebur nihil aliud eſt, quàm Elephantinorum dentium materies. * Vim aſtringendi obtinet. Scobs illita paronychia ſanat. Ad albas mulierum fluxiones præſtat, ſi in tenuiſſimum pulve- F rem, lapide porphyreo redigatur, propineturque ex lactucæ ſeminis cremore aqua, in qua chalybs extinctus fuerit, priùs macerato ſemine. Raſura morbo regio laborantibus, ante cibum ex vino datur: *ſi febris adeſt*, ex aqua cichorii, & lupulorum. Singulariter etiam ad vermes in febribus valet: quia eos non, *ut reliqua calfacientia*, auget. Confert etiam *diuturnis obſtructionibus*, & ſtomachi dolores abigit: hujus potu mulieres ad concipiendum fœtum aptiſſimæ redduntur. *Dioſcor. Matthiolus & Andernacus.*

Cervinum cornu * toſtum & elotum, binis ligulis epotũ, prodeſt dyſentericis, excreantibus ſanguinem, cœliacis, regio morbo, & veſicę doloribus cum tragacantha: fœminis fluxione vulvæ laborãtibus, cum liquore huic rei accommodato. Cervi cornu concuſum, crudo fictili, luto circumlito, & in furnum indito, uritur donec albeſcat. Id cadmiæ modo elotum, ulceribus oculorum, & defluxionibus ſalutare eſt: infrictum dentes expurgat. Crudi cornu ſuffiti nidore ſerpentes fugantur: fervefactum in aceto, ſi eo gingivæ colluantur, maxillarum à dentitione dolorem adimit. *Dioſcorides.*

Os de Corde Cervi * omnibus cordis affectibus confert, contra omnia venena mirificè pręſtat, antidotisq; admiſcetur, quæ peſtilen-

tiæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0222-7

tiæ adverſantur. Sed cavendum eſt, ne hujus loco ſeplaſiarii bubulam tracheam arteriam accipiant in compoſitionibus, ut facere conſueverunt. *Matthiolus.*

Cranii Hominis * in pulverem redacti drachma ex aqua betonicæ aſſumta comitialibus prodeſt. Primùm autem aqua elui, deinde vino lavari debet, ut faciliùs ad partem affectam penetrare queat. In paralyſi ex aqua betonicæ, vel hyſſopi lavandum eſt detritum & paratum diligenter. *Andernacus.*

Oſſiculum Verticis, triangulare, ad formam lapidis piſcis cyprini, vulgò carpionis dicti, in calvariæ vertice, ubi ſuturæ committuntur, intùs ſubſiſtit. Id, ubi ſcalpello penetraveris, ſtatim foras proſilit, Anatomicis hactenus incognitum. * Idem (inquā oſſiculū) nummi Germanici cruciferi appellati magnitudine, divinum epilepſiæ remediū, eſt: quod morbum hunc adeò efficaciter curat, ut is nunquam revertatur: ſiquidem Paracelſo fides adhibenda eſt. *Andernacus.*

Accipitris oſſa aurum attrahunt, ut Ælianus ſcribit. Ad hæc à Bruſonio, adnotante Georgio Fabritio, gallinarum oſſa auro liqueſcenti admiſta, illud in ſe conſumit.

Oſſa Lupi exiccata, & in pulverem redacta, ad morbum intercoſtalem, ad ictus, & puncturas valent.

Oſſa parvula, quæ inveniuntur in prioribus leporis pedibus, ad urinas potenter movendas proſunt, ſi pulvis illorum cum vino albo exhibeatur.

Os Sepiæ ad eundem affectum feliciter præſcribitur.

De Oſſe brachii humani aliquid, & ſummitate alæ anſeris geſtatum, quartanam curat: item contra arthritidem & quodvis ulcus depaſcens. ſummè prodeſt humani brachii, vel ubię os combuſtum, facto pulvere ex eo quod album intùs manſit, & parti affectæ appoſito. *Geber.*

Dentis apri pulvis exceptus oleo linino, cynanchen præſentiſſime curat, ſi locus affectus tangatur, cum extremitate pennæ tali miſtura imbutæ. *Avicenna & Arnoldus*

Ex Bubulorum cornibus annulus concinnatus, ac geſtatus, guttam grampam, ut vocant, hoc eſt, muſculorum ſuræ convulſionem impedit. Idem etiam præſtat, idq; certo certius, ungulæ Alces portiuncula nuda, vel annulo incluſa, & geſtata *Mizaldus.*

## *De Medullis, Sectio XXIII.*

Cervina Medulla laudatiſſima eſt. Colligitur, præparatur, & reponitur, ut bubulina. * Cervina perunctos venenata fugiunt. Mollit, rarefacit, ulcera explet, &c. *Dioſcor.*

Vitulina ſecundum locum in bonitate obtinet. Colligitur eodem tempore, eodemque modo conficitur, ut bubulina. * Vim habet indurata & ſcirrhoſa corpora emolliendi, ſive muſculis, ſive tendonibus, ſive ligamentis id accidat, ſive etiam viſceribus. Peſſi ex hac componuntur, uteros emollientes. *Galenus.*

Bubulina medulla tertium in bonitate locum habet: ex florenti tauro ſumitur, ex oſſibus, colligiturq; æſtatis exitu, hyemis initio. Reponitur autem vel per ſe, lota tantùm, & ab omni immunditie repurgata, loco ſicco, in vaſe figulino, vitreato, & obturato: vel lento admodū igne, vel vaſe duplici liquata: poſtea per pannum denſiorem colata, & in loco frigido ſervata. * Calfacit, mollit, rarefacit, ulcera explet, &c. *Dioſcorides.*

Hircina medulla quartum in bonitate ordinem tenet: * acrior ac ſiccior eſt. Colligitur atque præparatur, ut præcedentes, &c. Doſis omnium medullarum eſt ab ℥ ß. ad ℥ ij. vel ℥ iij. pro remedii quantitate.

## *De Sanguine, Sectio XXIV.*

Sanguis, *cujus in medicina uſus, ex multis animalibus colligitur, dum adhuc ætate florenti ſunt.* Sanguis Hircinus in hunc modum paratur: Matureſcente uva hircus quadrimus, bene habitus, jugulatur, mediusq; effluēs ſanguis fictili benè cocto excipitur: (nam primus tenuior, poſtremus craſſior putatur:) deinde coctus in aqua, donec concreſcat, arundine fiſſa ſecatur obliquè & transverſim, ut quod in eo aqueum eſt effluat: deinde linteo raro tectus Soli exponitur, atque ita ſiccatur: curandum interea, ne pluviis aſpergatur: deinde tritus vaſe vitreo, aut fictili vitrato benè obturato reponitur. Alii hircum diebus canicularibus, herbis calculum frangentibus nutriunt, & vino albo odorato, donec urina nigreſcat: deinde jugulant, & in eum quem ſuprà diximus modum præparant. Hoc præparationis genus etſi inutile non videatur, neceſſarium tamen non eſt, cùm apud Græcos ſanguinis hirci non eo modo nutriti, etiam uſus fuerit, ſed medicamenta calculū frangentia admiſcebantur. * Sanguis anſeris, anatis, & hœdi, utiliſſimè in antidota miſcētur. Palūbi autē, turturis, & colūbę, nec nō perdicis, *oculis cruore ſuffuſis*, & recentibus eorum *vulneribus, luſcioſisq;* illinuntur. Peculiariter *columbæ* ſanguis, cruorē mēbranis cerebri erumpentē inhibet. Hirci, capræ, cervi, & leporis ſanguis inaſſatus ſartagine, dyſenterias, & *cœliacorū* profluvia ſiſtit: in vino potus cōtra toxica efficax eſt. Leporinus ſanguis ita ut repet *illitus, vitia cutis in facie,* lentigineſque emaculat. Caninus commodè ab his bibi-

tur, quos efferata in rabiem beſtia momorderit: contra epotum toxicum auxilio eſt. Teſtudinis terreſtris ſanguinem epotum tradunt prodeſſe comitialibus. Marinæ autem teſtudinis cum vino, & leporis coagulo, cuminoq; contra ſerpentum morſus, & hauſta, rubetæ venena convenienter bibitur. Taurinus cum polenta illitus, duritias diſcutit, emollitq;. Sanguis equarum quæ admiſſuram expertæ ſunt, in medicamenta additur, quę erodunt: ſeptica vocant. Sanguine chamæleonis genarum palpebras evelli creditum eſt. Hoc idem viridium ranarum ſanguine præſtatur. Menſtruus ſanguis fœminarum, circumlitu conceptum inhibere exiſtimatur: aut ſi omnino mulier menſtrua ſupergrediatur, levat podagræ dolores, & ignem ſacrum, illitus. Sanguis anatis & anſeris, teſtudinis marinæ & terreſtris & hœdi in remediis internis, ut antidoto,

A datur ad ʒ ij. Sanguis verò hirci à ʒ j ß. ad ʒ iij. vel vj. præſcribitur. Teſtudinis autē terreſtris, ad hecticā, imperatur recens & crudus ad ℥ j. In remediis quidem externis, menſuram quantitatemq; definire nullo modo neceſſe eſt, ſed ea arbitrio & neceſſitati relinquenda. Ut cùm ad vulnera recentia oculorum, ſanguinem columbæ, vel turturis imperamus, guttas aliquas in oculum trajiciendas monemus. In emplaſtris autem uſurpamus eam quantitatem, quæ neceſſaria eſt B ad pulverem excipiendum, ut in emplaſtro de pelle arietina. Cæterùm humanus ſanguis morbo comitiali lapſos confeſtim liberat à convulſione, ſi in paroxyſmo eorum labia eo fuerint irrigata. Adeò eſt ſalutaris humanus ſanguis, ut elephantiaſi conſpurcati ſolia in balneis ex illo temperaverint. *Dioſcorides, Florentini, Plinius, Rondeletius, Orpheus, & Archelaus.*

## *De Pinguedine, Adipe, & Sevo, Sectio XXV.*

PINGUEDO ſeu adeps omnibus animalibus tribuitur, ſive quatuor ſive duobus nitantur pedibus. Sevum verò cornutis quadrupedibus tribuitur. Sunt autem calida & humida vel

- Temperata: *ut*
  - Adeps — Humana, Suilla, Anſerina, Caponis, Gallinæ, Anatina, *&c.*
  - Sevum — Vitulinum, Hœdinum, Taurinum, Bubulum, Hircinum, Caprinum, *&c.*
- Intemperata: *videlicet calida in*
  - Primo: *ut* Sevum — Capreoli, Damæ, Cervi, *&c.*
  - Secundo: Adeps — Leonina, Pardi, Urſina, Vulpina, *&c.*

HUMANA ADEPS ex florētibus, autumno vel hyeme colligitur. Reponitur autem vel per ſe, lota tantùm, & ab omni cruento, aliiſq; immundiciis repurgata, loco ſicco ad aquilones ſpectante, ſive figulinis vaſculis vitrealis, foliis lauri vel nucum ſiccis cōvoluta & obturata: vel exemptis membranis diligentiſſimè trita, & duplici vaſe liquata, fictili vitrato benè obturato, locis ſiccis. * Ad ligationes nervorum, membra emaciata, contracta, indurataque à chirurgis applicari ſolet. *Medici Florentini.*

SUILLA adeps, quæ tum Græcis, tum Latinis Axungia appellatur, eodem modo colligitur, præparatur ac reponitur, quo humana. Recens etiam & ſine ſale uſurpatur: & quando adipem abſolutè reperies, ſumes adipem recentem illius

C anni, & ſine ſale conditum: quia poſt illud tempus mutat qualitatem, aliiſq; præditus eſt facultatibus. * Contra vulvæ & ſedis vitia idonea eſt. ambuſtis igni medetur. E' ſue vetuſtiſſima, quæque ſale condita, excalfacit, & emollit: elota vino pleuriticis prodeſt: cinere aut calce excepta, inflammationibus, fiſtulis ac tumoribus ſuccurrit. *Dioſcorides, & Medici Florentini.*

ANSERINA adeps colligitur, præparatur & reponitur, ut humana & ſuilla. Calore D ſuillam ſuperat, & ob naturæ ſuæ ſubtilitatem magis penetrat. * eoque rectè per anum iis injici poteſt, qui roſionem in alto corporis ſentiunt. Convenit muliebribus malis. *Dioſcorides, & Galenus.*

GALLINARUM & CAPONUM adeps,

ut præ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0224-9 DFG

ut præcedentes, præparatur ac reponitur. Media inter anſerinam & ſuillam conſiſtit: * mollit, horumque acrimoniam obtundit. Ad labiorum rimas, ad mangonizandam faciem, & contra aurium dolores convenit. *Galenus, & Dioſcorides.*

Anatum & Anserum Sylvestrium, ut ſuilla & humana, paratur & reponitur. * Efficacior eſt, quàm domeſticorum, & aliorum animalium.

Vitulinum & Hœdinum ſevum, ut adipes præcedentes præparantur & ſervantur. * Aliquantum aſtringunt, molliunt, &c. *Dioſcorides.*

Taurinum & Bubulum ſevum conſicitur & ſervatur, ut adipes prænominatæ. Efficacius quàm vitulinum eſt: * ad roſionem in recto inteſtino, aut colo, nec non difficultatem inteſtinorum, & teneſmum experientibus accommodatum. *Galenus.*

Hircinum ſevum ut prædictę adipes præparatur, eodemq; modo reponitur. * Validiſſimè diſcutit, proinde podagricis auxiliatur, cum fimo capræ & croco impoſitum. Huic proportione reſpondet ovillum. *Dioſcorides.*

Sevum Caprinum ut præcedentia paratur conſervaturque. Aſtringentius eſt: * qua ex cauſa decoctum cum polenta, rhoë, & caſeo, dyſentericis datur, & cum ptiſanæ ſucco infunditur. Jus decocti phthiſicis in ſorbitionibus prodeſt. datur quoque utiliter iis, qui cantharidum venena hauſerunt. Cæterùm ſevum omne datur in unguentis ab ℥ ß. ad ℥ j. *Adeps verò omnis in linimentis & unguentis ab ℥ ß. ad ℥ iij. vel ℥ iv.* pro quantitate remedii. *Dioſcorides.*

Sevum Capreoli, Damæ, & Cervi, eodem modo, quo præcedentia colliguntur, pręparantur & reponuntur. Alia ſuperiùs enumerata vincunt, eoq; magis ſiccæ, terreæq; naturæ, & ſcirrhoſis tumoribus emolliendis ex uſu eſſe conſueverunt. *Andernacus.*

Leonina adeps colligitur, præparatur & conſervatur, ut præcedentes. * In calore primas obtinet & magis digerit: ob quod ſi medicamẽtis ad ulcera & inflammationes idoneis ipſam admiſceas, plus offendes, quàm juvabis, majore nimi-

A rum adhibita acrimonia. Inveteratis autem tumoribus, atq; ſcirrhis, induratisq; nervorum tumoribus, ἀγκύλους Græci vocant, maximè convenit. *Andernacus.*

Pardi & Ursi adeps præparatur, ut prædictæ. Minùs quàm leonina ſunt efficaces. Eisdem tamen vitiis accommodari poſſunt. * Cæterùm urſinam conſtat raptos vitio alopeciæ capillos reſtituere, pernionibus ſubvenire. *Dioſcorides.*

B Vulpina adeps eodem modo colligitur, præparatur ac conſervatur, quo præcedentes. * Medetur aurium doloribus. *Dioſcor.*

Ungularum Asini combuſtarum * cinis per dies multos binis cochlearibus potus, proditur comitiales adjuvare. Eædem oleo ſubactæ ſtrumas diſcutiunt: & illitæ pernionibus medentur. Caprinarum cinere perunctæ ex aceto alopeciæ ſanantur. *Dioſcor.*

Ungularum Vaccæ combuſtarum C * cinis epotus, nutricibus lactis copiam præbet: mularũ verò, mulieres infœcundas reddit. Quinetiam mures earum ſuffitu fugantur, ipſis carbonibus impoſitis, & accenſis. *Rhaſis.*

Ungula Alcis * magna vi pollet adverſus comitialem morbum. Nam ejus particula annulo incluſa, & digito, qui proximus eſt minimo, ita commiſſa, ut in palmam convertatur, collapſos, & in ipſo paroxyſmo plurimùm recreat, & confeſtim excitat. Idem efficit portiuncula ejus- D dem nuda, & manui in pugnum complicatæ inſerta: repente enim morbum expellit, & proſtratos erigit. Quod uno & altero experimento ſe probaſſe tradit Lemnius. Mizaldus verò portiuncula ejusdem in aurem ſiniſtram miſſa, & aliquãdiu veluti ſcalpendo, mota, idipſum fœliciter eſt expertus in verè Epileptico, idq; miraculi loco habitum eſt. Joannes Agricola, Ammonius, idem efficit, tradit, ſuſpenſa vel geſtata particula ejusdem ungulæ, modò cutim attingat. Quod E etiam amuletum ad præcautionem morbi plurimùm valere: præterea ramenta, vel ſcobem adverſus eandem noxam in Polonia propinari ſcribit Mizaldus. Cæterùm eligenda eſt ungula dextri pedis poſterioris, cavendumq; ab impoſtoribus, qui bubulas pro Alcinis vendunt.

## *De Excrementis utilibus. Sectio XXVI.*

Humanum lac dulciſſimum eſt, * & maximè alit: mammis autem exuctum prodeſt tabi, & ſtomachi roſionibus: contra hauſtũ leporem marinum præſidio eſt: oculis cruore ex ictu ſuffuſis, cum thuris polline inſtillatur: podagricis utile eſt, cum meconio & cerato illitum. bibitur per ſe ad ℔ ß. *Dioſcorides.*

Lac omne probatur candidum, ęquali craſſitudine, quod ungui inſtillatũ cogitur. Vaccinum craſſum eſt, * corpus alit: ſtomachum & inteſtina inflatione vexat: renum & veſicæ dolori convenit. Nocet ſpleniticis, hepaticis, comi-

F tialibus, vertiginoſis, febriculoſis, & capite dolentibus. Datur ad ℔ ß *Dioſcorides.*

Lac Asinæ parùm nutrit: * eoq; ad ulcus in tabido abſtergendum magis, quàm *in aliis* convenit. Idem etiam morbis *ventriculi, renum,* veſicę prodeſt: nec non *purgandi facultatem* obtinet. Bibitur ab ℥ iv. uſq; *ad ℥ x.* Colluros dentes, gingivasq; ſtabilit. *Galenus.*

Lac Caprinum * febri hectica laborantibus, & phthiſicis, conſumptisq;, ac emaciatis optimè convenit. Poſt humanum, ſecundum in bonitate locum habet. *Galenus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0225-4
DFG

Ovillum Lac craſſius eſt caprino, minusque ſeroſum, & præpingue: non autem uſq; adeò utile ſtomacho. Datur ad ℥ iv. *Dioſcorides.*

E' Lacte pinguiſſimo fit Butyrum, agitato in vaſis lacte, donec pingue ſeparetur. Butyrum naturâ oleoſum eſt, & emolliens: * unde largiùs epotum, ventrem reſolvit: prodeſt, ubi oleum non adfuerit, contra venena. Cum melle ſi infricetur, dentitiones adjuvat: gingivarum pruritus, & oris ulcera infantibus emendat. Illitum foris capaciora alimentorum facit corpora, & ab albidis puſtulis per ſumma ſcatentibus aſſerit. Contra inflammationes & duritias vulvæ, quòd nec virus reſipit, nec vetuſtatem ſentit butyrum, efficax eſt: dyſentericis, & coli excruciationibus infunditur. In medicamenta addi ſolet, quæ pus movent: utile præſertim, cum nervi, aut cerebri membranæ, veſicæ cervix vulnera acceperit. Id autem purgat, replet, carnem creat: ab aſpide percuſſis utiliſſime imponitur. Recens obſoniis additum olei vicem penſat, & adipis vice fungitur in bellariis. Cæterùm butyrum in remediis internis (ut in Eclegmatis) præſcribitur ab ℥ ß. ad ℥ j ß. In Linimentis, unguentis, acopis, ſuppurantibus, mollientibus & laxantibus ab ℥ j. ad multas uncias apponi ſolet, pro remedii quantitate. *Dioſcorides.*

Serum Lactis macerationis materia eſt, & per ſe quidem innocuum medicamentum. Præfertur, quod fit ex lacte nigrarum caprarum, in laudatis paſcuis victitantium, recenterq; fœtarum. * Excalfacit atque ſiccat ordine primo completo, & uſq; ad ſecundum. Quinetiam attenuat, abluit, abſtergit, & nitroſa, qua referta eſt facultate, alvum abſq; aliqua mordacitate leniter ſubducit. Bilem tum flavam, tum atram ab exuſtis humoribus genitam dejicit: quo fit, ut mirificè cõferat maniacis, & melancholicis. Præſtat item ad viſcerum infarctus, & morbis inde provenientibus opitulatur: nimirum aqua intercute laborantibus, felle ſuffuſis, & lienoſis. Datur utiliter febrientibus ex bile, & viſcerum ac vaſorum obſtructionibus. Bibitur per ſe ab ℥ iv. uſq; ad ℥ x. Competit etiam vitiis in cute à bile, & peruſtis humoribus emergentibus. Quare lichenibus, vitiliginibus, alphis, pſoris, lepriſq; admodum convenit. *Meſues.*

Mel optimum flavum, odore & ſapore jucundo, acre, purum, ſincerum, totum pellucens, tam ſibi cohærens, ut continuitatem ſuam quaſi linea longiſſima non interciſum ſervet, ſi digito attollitur. Idem coquendo paucam ſpumam emittit. Album etiam colore ſi fuerit, modò notarum bonitatis aliarum nulla deſit, nihilo deterius fuerit. Quin Hiſpani & Narbonenſes mittunt albiſſimum & longè præſtantiſſimũ, idemq; prædurum, quale etiam flavum præferunt liquido: quippe quod humore aliquo eſt vitiatum. * Alvo idoneum, & ſtomacho utile, ſi aqua dilutum bibatur: vexatæ veſicæ, renibusq; auxiliatur. Illitum ea diſcutit, quæ tenebras oculorum pupillis offundunt. Abſtergendi vim habet, ora venarum aperit, humores evocat. qua ratione in ſordida ulcera, ſinusque commodiſſimè infunditur. Primatum tenet vernum, deinde æſtivum. *Dioſcorides & Medici Colonienſes.*

Cera notiſſima eſt. Optima eſt ſubfulva, modicè pinguis, pura, odorata, mellis habitum quadantenus referens. Secundum locum obtinet candicans, & ſuapte natura pinguis. Laudatur Pontica & Cretica. Eſtq; alba vel natura, vel ablutione. Fit viridis miſta ærugine: rubea immiſſa anchuſæ radice, cinnabrio tamẽ ſæpè tingitur. * Cera omnis mollit, calfacit, modicè explet corpora: datur in ſorbitione dyſentericis: ac milii magnitudine decẽ grana ceræ hauſta, lac in nutricibus non patiuntur coagulari. *Dioſcorides.*

Propolis in alveariorum foribus & rimis, ceroſæ naturæ reperitur. eligi debet flava, odorata, ſtyraceum referens, mollis, & maſtiches more ductilis. * Magnopere calfacit, & evocat aculeos, & omnia infixa corpori extrahit: in vetere tuſſi ſuffita proficit: impetigines admota tollit. *Dioſcorides.*

Ovum molliculum plus alit ſorbili, & durum plus molli. * Luteum ovi contra oculorum dolores utile eſt: inaſſatum ſedis inflammationibus prodeſt, cum croco & roſaceo: & condylomatis, cum meliloto: cum uva autem fruticis ejus, quem rhoa dicunt, aut galla in patinis frigitur, ut cibo alvos ſiſtat: per ſe etiam offerri ſolet. Candidum ovi crudum refrigerat: ſpiramenta cutis occludit: inflammationes oculorum infuſum lenit: ambuſta, ſi ſtatim eo perungantur, puſtulas non ſentiunt: *faciem à Solis* aduſtione *tuetur, fronti impoſitum cum thure fluxiones arcet, avertitq; : inflammationes oculorum lana exceptum addito roſaceo,* melle & vino mitigat: utiliter contra hæmorrhoi ſerpentis morſus crudum ſorbetur: ſumme tepidum prodeſt veſicæ roſionibus, renum exulcerationibus, gutturis ſcabritiæ, rejectionibus ſanguinis, deſtillationibus, & thoracis rheumatiſmis. Cæterùm ova noctuæ elixata, & infantibus pro cibo data, illos tota vita abſtemios reddunt. *Dioſcorides & Philoſtratus.*

Sericum vermiculi, mori foliis veſcentes conficiunt. Mirificè exhilarat. qua in re crudum eo longè præſtat, quod ignem fuerit expertum: tametſi coctum quandoq; in uſum veniat, verùm antequam in infectorum cortinis immerſum inficiatur. * Excalfacit ſericum, reſiccatq; ordine primo: exiccat, & attenuat ea naturæ dote, ut cor recreet, lætumq; efficiat. Quapropter laxat, firmat, purificat, & illuſtrat ſpiritus: neq; ejus facultas uni tantùm aſſignatur ſpirituum generi in una tantùm diſpoſitione, ſed ei proprium eſt, omnibus æquè ſpiritibus opem ferre, ita ut ſpiritus tam vitales & animales, quàm naturales referre valeat. *Matthiolus ex Avicenna.*

Spermatis Ranarum aqua ad repellendum & ſiſtendum ſanguinis omne profluvium, & faciei ruborem efficax eſt.

*Quercetanus.*

# *De excrementis inutilibus primæ coctionis,* *Sectio XXVII.*

COAGULUM LEPORIS omnium præſtantiſſimum eſt: deinde hœdi & hinnuli. Excipitur, antequam ipſa animalia aliud quidquam præter lac maternum deguſtaverint. Vituli marini coagulum excipitur priùs quàm cum matre ad prædam natare poſſit. Fumo aut Sole exiccata, & loco ſicco ſervantur. Annum unum, aut biennium durant. * Leporis coagulũ tribus obolis ex vino, venenatorum morſibus, cœliacis, dyſentericis, & fœminis fluxione vulvæ laborantibus, ac rejectionibus à pectore, auxiliatur: ſanguinem in grumos concretum diſcutit. Poſt menſtruas purgationes appoſitum vulvæ cum butyro, præſtat mulieribus, ut concipiant: potũ verò partus enecat, & à puerperio, pariendi ſpem adimit. Equi coagulum, quam hippacen aliqui vocant, privatim cœliacis, dyſentericisque A convenit. Hœdi, agni, hinnuli, capreæ laticornis, & dorci, apri, vituli, bubaliq; coagula, ſimiles naturas ſortiuntur: contra aconiti potum in vino, & cõcretum lac in aceto cõvenienter aſſumuntur. Hinnuli privatim triduo à purgationibus admotum, partus ſpem intercipit. Vituli marini, caſtorei vires repræſentat: comitialibus, ſtrangulatis vulvis, potu cõferre exiſtimatur. Sed ſi ſit vituli marini, hoc experimentum eſt: aqua inſpergitur, qua pauliſper cum alterius animātis, B tum præcipuè agni coagulum, maduerit: nam ſi erit ſincerum, ſtatim liqueſcit in aquam: ſin minùs, conſimile permanet. In ſumma, coagulum omne diſſipata cogit, & coacta diſſolvit. Datur à G. j. ad G. xij. in morbis internis: in externis verò à ℈ j. ad ʒ j. *Dioſcorides, & Medici Florentini.*

# *De Stercore, Sectio XXIIX.*

STERCUS aut
- Alterat *qualitate*
  - Prima. *Sic*
    - Calidum
      - Anſerinum,
      - Columbarum, *&c.*
    - Siccum — Ciconiæ, *&c.*
  - Secunda. *Sic*
    - Aſtringit
      - Aſininum,
      - Equinum,
      - Caninum, *&c.*
    - Aperit — Vulturinum, *&c.*
    - Mollit — Caprinum.
    - Dolorem *mitigat*
      - Humanum, Bubulum,
      - Ovillum, Lupinum,
      - Gallinarum,
      - Suillum *ſylveſt. &c.*
- Purgat — Stercus *Murium.*

STERCUS ANSERINUM excalfacit vehementer: regium morbum curat, drachma una cum vino albo potum, per dies octo continuos jejuno ſtomacho.

COLUMBARUM ſtercus vehementer excalfacit, & urit: cum hordeacea farina mixtum, ſtrumas ex aceto diſcutit: carbunculos emarginat, tritum cum melle, lini ſemine & oleo, ambuſtis igni medetur. *Dioſcorides.*

CICONIÆ ſtercus * ſi ex aqua hauriatur, comitialibus prodeſſe credunt. *Dioſcorides.*

ASININUM ſtercus, & EQUINUM, ſive crudum, ſive crematum, * addito aceto, ſanguinis eruptiones cohibet.

CANINUM ſtercus, * quod flagrantiſſimo canis ſydere fuerit exceptum, cum vino aut aqua C potum, alvum ſiſtit: fiſtula gutturi inſufflatum anginam curat: ſicuti & dyſenteriam ex lacte caprino hauſtum, in quo priùs igniti calculi fuerint extincti, aut ignitum ferrum. Quinetiã periodicas, circularésve fugat febres, ſi cochlearis menſura in acceſſu ex vino præbeatur bibendũ inſcio patiente. Præſtantius, quod candidius eſt, é canibus oſſa comedentibus. *Galenus & Dioſcorides.*

VULTURINI ſtercoris * nidore partus excuti produntur. *Dioſcorides.*

D CAPRINUM ſtercus * ad ſanguinis fluorem prodeſt: cum pipere, cumino, & ſimilibus potũ, ad morbum regium conducit cum pipere & cinnamomo: menſtrua provocat, & aquam inter cutem educit: ſplenis etiam duritiem diſcutit: ex aceto venenis adverſatur. Extrinſecùs adhibitum

ad alopeciā confert, & ambuſta ex aceto & oleo roſaceo curat: cum axungia autem coxendicum dolori medetur: ventri impoſitum hydropicis auxiliatur. *Andernacus ex Galeno.*

Humanum ſtercus * illitum vulnera ab inflammatione vindicat, & obiter intumeſcere nō patitur: ſed ea ſtatim glutinat: ſicco ex melle anginæ perungi commodiſſimè traduntur. *Dioſcor.*

Bubulum ſtercus * ſi recens admoveatur, vulnerum inflammationes mitigat: foliis autem involvitur, & calfactum cinere ferventi ſuperponitur: coxendicis cruciatus fotu compeſcit: illitum ex aceto duritias, panos & ſtrumas diſcutit. Exiccantis attrahentiſque eſt facultatis: apum veſparumq; morſus juvat. Humidum Verè collectum, cùm boves herbas depaſcuntur, impoſitum aqua intercute laborantes juvat. Privatim ſuffitu fimi, quod à maſculo bove redditum eſt, procidentes vulvæ reprimuntur, accenſi nidore culices abiguntur. Novi, inquit Geſnerus, qui bubulum ſtercus aridum in juſculo ignarus bibit, & à coli dolore ſtatim evaſit. Audivi etiā à viris fide dignis, non paucos ruſticos ejusdem potu liberatos. Quidā non ipſum excremētum, ſed expreſſum inde ſuccum bibunt, & meliùs habent. *Dioſcorides, Galenus & Geſnerus.*

Ovillum ſtercus * ex aceto illitū ſanat epinyctidas, clavos, penſiles verrucas, thymos, &

A ambuſta igni, roſaceo cerato exceptum. *Dioſcor.*

Lupinum ſtercus * ex vino albo potum colicis confert. *Galenus.*

Gallinaceum ſtercus * omnia eadem, quæ columbinum præſtat, ſed inefficaciùs: privatim tamen contra venena fungorum & coli cruciatus ex aceto aut vino bibitur. *Dioſcorides.*

Stercus Suis Sylveſtris aridum, * in aqua aut vino potum rejectiones ſanguinis ſiſtit: vetuſtum lateris dolorem mulcet, ad rupta
B & convulſa ex aceto bibitur: luxatis cum aceto roſaceo medetur. *Dioſcorides.*

Murinum Stercus * detritum cum aceto, & illitum, alopeciis medetur: cum thure & mulſo calculos expellit: ſubditæ infantibus muſcerdæ, alvi dejectionem promovent. *Dioſcorides.*

Crocodyli Terreſtris Stercus * mulieribus colorem nutrit in facie, nitoremq; ſervat. Optimum eſt candidiſſimum, & friabile, amylo modo, minime ponderoſum, in humore
C ſtatim eliqueſcens: quod cùm teritur, fermenti acorem quadantenus refert. Adulterant id ſturnorum ſtercore, quos captos oryza paſcunt, ipſumque non diſſimile vendunt. Alii amylum aut cimoliam miſcent, & adſcito anchuſæ colore per rarum cribrum paulatim exprimunt, ut ſe contrahat in vermiculorum ſpeciem: qui ſiccati pro crocodylea venduntur. *Dioſcorides.*

## *De Excrementis ſecundæ coctionis, Sectio XXIX.*

Fel omne deſumendum eſt ab animalibus mediæ ætatis, quæ neq; famem, neque ſitim paſſa, neq; exercitio nimiùm defatigata ſint, neq; iræ nimiùm indulſerint. Detractum à jecore, & præligatis filo viis, quibus & admittitur & egreditur bilis, in ferventem aquam demittitur aliquanto tempore. mox exemptum ſiccatur loco ſicco, & reconditur. Siccatur etiam camino ſuſpenſum, nec aquæ ferventi demiſſum. Interdum eo utimur recenti, jam primùm ab animali exempto, veluti felle gallorum, perdicum, piſcium, & ſimilium, quæ facilè comparari poſſunt, nec magno conſtant. * Eſt autem omnis fellis vis acris, & excalfaciens: intenſis tamen, & remiſſis viribus differunt. Siquidem præſtantius in effectu eſſe videtur vel marini ſcorpionis, & piſcis, qui Callionymus appellatur, marinæ teſtudinis, hyænæque: item perdicis, aquilæ, gallinæ candidæ, & ſylveſtris capræ: quod privatim prodeſt contra ſuffuſiones incipientes, & oculorum caligines, argemas & genarum ſcabritias. Ovillo, ſuillo, hircino atq; urſino, taurinum multò efficacius. Felle omni perfacilem, præſertim infantibus, dejectionem quis molietur, ſi intinctū eo tomentum, aut fimbriam ſedi ſubjiciat. Privatim taurino anginæ cum melle perunguntur: ſedis ulcera ſanat, & ad cicatricem uſq; perducit. Idem auribus fractis, & purulentis cum muliebri lacte

D aut caprino inſtillatum, medetur: & ſibilo earundem ex porri ſucco. Admiſceri inſuevit vulnerariis emplaſtris, & circumlinitionibus, quæ contra venenata parantur: phagedænicis ulceribus, colis, & ſcroti doloribus ex melle prodeſt: lepras, furfures cum nitro & terra cimolia quàm optimè purgat. Ovillum & urſinum contra eadem pollent, verùm inefficaciùs hæc præſtant. Urſinum eclegmate comitiales adjuvat. Fel teſtudinum anginis, & in ore infantium nomis prodeſt:
E naribus inditum comitiales erigit. Sylveſtrium caprarum felle peculiariter peruncti luſcioſi ſanantur. Hircinum idem obit munus: thymia abolet, & luxuriantes elephanticorum extuberationes illitu reprimit. Suillum autem contra aurium ulcera, reliquaq; omnia magno uſu aſſumitur. *Dioſcorides, & Medici Florentini.*

Urina Cati deſtillata, ad ſurditatem valet. *Quercetanus.*

Humanam Urinam * ſuam cuiq; bi-
F bere contra viperæ morſus, ac venena, incipientemq; aquam intercutē proderit: ſcorpionis, viperæ marinorū, draconiſq; morſus, ea cōvenientiſſimè foventur. Canina ad perfundendos canis morſus idonea eſt: pruritus & lepras nitro addito expurgat. Sed vetus ulcera capitis manantia, furfures, pſoras & fervidas eruptiones, multò magis abſtergit: nomas, & præcipuè genitalium,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0228-1
DFG

lium, cohibet auribus infuſa, manans pus ſupprimit: decoctaq; in calyce mali punici, earum vermiculos abigit. Pueri impubis reſorpta urina, orthopnoicis auxiliatur: decocta in æreo vaſe cum melle emendat cicatrices, argema, caliginesq;: ex ea & cupro, idoneum auri ferrumen conficitur. Quod in urina ſubſidit, illitu ignem ſacrum mitigat: fervefactũ cũ cyprino, inditumq; vulvę dolores mulcet, ſtrangulatus levat, genas deterget, oculorũ cicatrices expurgat. Taurina ſi cũ myrrha inſtilletur, auriũ dolores lenit. Aprina viribus iisdẽ prędita eſt: privatim cõminuit veſicę calculos, A & potu expellit. Caprina ad aquam quæ cutem ſubiit, cum nardi ſpica quotidie binis cyathis cũ aqua bibitur, urinamq; per alvũ extrahit: aurium doloribus inſtillata medetur. Aſinina traditur renum vitiis mederi. Lyncis urinã, quam lyncurium appellant, ſimulac excernitur, glaciari coiréve in calculi duritiam vulgò creditum eſt. quare quod de ea proditum eſt, vanum eſſe convincitur. Eſt enim, quod à nonnullis vocatur ſuccinum pterygophoron, ideo dictum, quòd pennas ad ſe alliciat. B Id potum ex aqua, ſtomacho, alvoq; fluxione laboranti convenit. *Dioſcorides.*

## *De Excrementis tertiæ coctionis, Sectio XXX.*

SUDOR omnis malus eſt, præſertim equi, aſini & muli. * Siquidẽ potus, viridẽ tumidamq; reddit faciem: ſudorem fœtidum in univerſum excitat corpus, præſertim ſub alis. Perturbat præterea tum ventriculum, tum alvum univerſam, genitis excitatisq; flatibus in inteſtinis. Quòd ſi bibatur ex vino, delirium facit. *Matthiolus.*

STRIGMENTA à balneis, calefaciunt, molliunt, diſcutiunt: ad ſedis rimas & condylomata illinuntur. Illa verò quæ ex palæſtris pulverem ſibi aſciverunt, in ſordis ſpeciem redacta, articulorum nodos impoſita adjuvant: iſchiadicis in ſotus, aut malagmatis locum, calida commode ſufficiuntur. Deraſæ gymnaſiorum parietibus, ſimulacrisq; ſordes calefaciunt: tubercula quæ ægrè ad coctionem producuntur, diſſipant: deſquamatis, & ulceribus antiquis proſunt. *Dioſcorides.*

MOSCHUS, excrementum eſt cujusdam animalis, certo anni tempore circa ejus umbilicum veluti in tumorem quendam concretum. Melior eſt Orientalis, ſubflavus. Adulteratur, quemadmodum & cætera, quæ rara ſunt: ſed ex colore, odore & ſapore dignoſcitur, præterea etiam ex pondere: nam multa admiſcentur in eo adulterando. Verùm cui ſincerum & verum experientia cognitum eſt, ex his notis facile fucum deprehendet. Servatur melius pyxide plumbea, cera obturata per ſe. Excalfacit ordine ſecundo, ſiccat verò tertio. * Cor frigidum ac tremulum roborat, & omnibus ipſius affectibus opem præſtat potus atq; illitus. Deterget tenues oculorum albugines, & humidas defluxiones exiccat: cerebrum roborat, & diuturnum capitis dolorem mulcet, ſi tamen è pituitæ redundantia proveniat. Coles ex eo cicino oleo macerato perunctus, promptiùs in Venerem excitatur. *Matthiolus ex Ruellio, & Medici Florentini.*

OESYPUS, eſt ſuccidarum lanarum pinguitudo, quam vulgò hyſſopum humidam appellãt: cujus parandi ratio hæc eſt. Succidæ lanæ molles è collo feminibusque aqua fervente macerantur, in eaque lavantur, donec ſordibus benè expreſſis purgatæ extrahuntur: deinde aqua magno impetu lignea rude agitatur: aut vaſculo excepta in aliam ex alto infunditur, quò largiùs C ſordida ſpuma ſupernatet: qua diſſoluta, pingue ſupernatans aquæ excipitur: rurſus aqua agitatur, pingueque excipitur: & hoc deinceps tantiſper fieri debet, dum conſumpta pinguitudine, nihil prorſus ſpumæ extet. Collecta pinguitudo agitatur, & aqua pura reſpergitur, perpetuoq; ad Solem manibus miſcetur, donec candida ſpectetur, & aquam non ampliùs inficiat: tum in fictili vaſe denſo & benè cocto reconditur, & in cella locóve frigido reponitur. * Emol- D lit, reſolvit, calefacit, dolores ſedat. *Medici Florentini ex Dioſcoride.*

SPOLIUM SERPENTIS, ſeu ſenectus anguium * in vino decocta, dolori aurium, infuſu, & dentium collutione auxilio eſt. Addunt eam in medicamenta oculorum, ſed præcipuè viperinam. *Dioſcorides.*

ZIBETTUM in exteriori teſticulorũ utriculo cujusdam animalis, feli, qui veteribus ædificiorum ruinis oberrat, non abſimilis. Catos hæc ani- E malia vocant, quos ſæpiùs Venetiis vidi ex Syria delatos. Eſt autem Zibettum, tanquam ſudor inter hujusce animalis teſticulos concreſcens, calidæ humidæq; facultatis. Id cavernulæ umbilici impoſitum, vulvæ ſtrangulationibus mirificè prodeſt: *proinde nec mirum eſt, ſi eo viri peni circumlito magnum* mulieribus in coitu afferant ſolatium. *Matthiolus.*

ASPIDIS exuvium tritum cum melle, ſuffuſionibus multum conducit, ſi oculis illinatur. Sed F præter id, viſum acutiſſimum reddit. *Galenus.*

LAPILLI in bovis ventriculo menſe Martiò inventi, ſi aſſumantur cum vino albo, calculum ſolvunt. Experientia ſæpiùs comprobatum.

LAPILLUS in veſica fellis tauri menſe Majo inventus, qui ſi vino imponatur, *colorem croceum*, mutato paululùm *ſapore, contrahit.* De hoc vino quotidie recenti *affuſo ſingulis* diebus ægri bibant, donec *lapis vino* impoſitus omnino conſumptus ſit. *Hac ratione* calculum comminui, & tandem conſumi, experientia multis conſtat. *Quercetanus.*

# ANTIDOTARII SPECIALIS

## PER

## Jo. JACOBUM WECKERUM emendati & locupletati

## LIBER II.

### *De Aquis diſtillatis, Sectio I.*

ABSOLUTO primo libro, in quo de Medicamentis natura procreatis egimus, ad ſecundum, qui de artificialibus tractat, venire tempeſtivum eſt: initium ab Aquis diſtillatis ſumentes. Itaque

- AQUÆ diſtillatæ ex rebus
  - Simplicibus, *hoc eſt, aut herbis, aut floribus, aut radicibus, &c. eaq́; vel*
    - Alterant *qualitate*
      - Manifeſta: *& vel*
        - Frigefacientes
          - Sanguinem *ferveſactum*
            - Lactucæ,
            - Portulacæ,
            - Nymphææ,
            - Violarum,
            - Oxalidis,
            - Intybi, *ſeu* Cichorii,
            - Fumariæ, *&c.*
          - Bilem, *&c. Vide literam* A.
        - Calefacientes. *Vide literam* B.
      - Occulta: *ut*
        - Aqua *ex ſtercore humano*,
        - Aqua *perſicorum*,
        - Aqua *tiliæ, &c.*
    - Purgant — Ebuli, Sambuci, *&c.*
  - Compoſitis: *& vel*
    - Nutrientes, *ſeu* Confortantes: *ut* Aqua
      - Caponis,
      - Cochlearum.
    - Alterantes: *ut* — Aqua *vitæ*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0230-2
DFG

- A. BILEM in
  - Capite
    - Solani,
    - Lactucæ,
    - Nymphææ,
    - Papaveris, *&c.*
  - Thorace
    - Violarum,
    - Papaveris,
    - Ungulæ *caballinæ.*
  - Corde
    - Acetoſæ,
    - Cotoneorum,
    - Nenupharis,
    - Roſarum,
    - Violarum,
    - Corticum *juglandium.*
  - Stomacho
    - Cotoneorum,
    - Cucurbitæ,
    - Roſarum,
    - Violarum,
    - Portulacæ,
    - Solatri,
    - Sempervivi.
  - Hepate
    - Endiviæ,
    - Cichorii,
    - Solatri,
    - Portulacæ,
    - Nenupharis, *&c.*
  - Renibus *& veſica*
    - Endiviæ,
    - Halicacabi,
    - Plantaginis,
    - Nenupharis,
    - Melonum,
    - Cucurbitæ,
    - Citrulli,
    - Fragorum,
    - Sempervivi,
    - Graminis,
    - Ceraſorum *nigrorum, &c.*
  - Matrice
    - Endiviæ,
    - Lactucæ,
    - Nenupharis,
    - Portulacæ,
    - Roſarum, *&c.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0231-7

**B.**
**Aquæ** *deſtillatæ calefaciẽtes, ſeu cõcoquentes*

- Pituitam *in*
  - Capite
    - Betonicæ, Salviæ,
    - Majoranæ, Chamomillæ,
    - Fœniculi, Calaminthæ,
    - Anthos, Liliorum *convall.*
    - Primulæ *Veris*,
    - Euphragiæ,
    - Tiliæ, *&c.*
  - Thorace
    - Adianthi, Betonicæ, Hyſſopi, Praſſii,
    - Cardui *benedicti*,
    - Scabioſæ, Ireos, Herbæ *Peti*,
    - Meliſſæ, Prunellæ,
    - Conſolidæ *majoris*, *&c.*
  - Corde
    - Cinnamomi,
    - Meliſſæ,
    - Roriſmarini, *&c.*
  - Stomacho
    - Abſinthii, Menthæ,
    - Fœniculi, Cinnamomi,
    - Cerefolii,
    - Serpylli,
    - Calendulæ.
  - Hepate
    - Abſinthii,
    - Origani,
    - Centaurii *minoris*,
    - Eupatorii,
    - Fœniculi.
  - Splene
    - Ariſtolochiæ, Naſturtii,
    - Abſinthii, Calaminthæ,
    - Gentianæ, *&c.*
  - Renibus *& veſicæ*
    - Erucæ, Urticæ,
    - Saxifragiæ, Parietariæ,
    - Quinquefolii, Raphani,
    - Enulæ,
    - Pimpinellæ, *&c.*
  - Matrice
    - Arthemiſiæ, Calaminthæ,
    - Pulegii, Sabinæ,
    - Leviſtici, *&c.*
- Atram *bilem in*
  - Capite
    - Lupulorum,
    - Fumi *terræ*, *&c.*
  - Thorace
    - Meliſſæ,
    - Cardui *benedicti*, *&c.*
  - Corde
    - Borraginis, Bugloſſæ,
    - Meliſſæ,
    - Roriſmarini, *&c.*
  - Hepate
    - Cichorii, Fumi *terræ*,
    - Lupulorum,
    - Aſari, *&c.*
  - Splene
    - Cuſcutæ, Scolopendrii,
    - Tamariſci,
    - Thymi, *&c.*

*Aqua*

### *Aqua ſtillatitia quomodo ex herbis & floribus extrahatur.*

QUÓD ſi quis ex herbis, & floribus aquam extrahere ſolummodo velit, primò omnia contundat in marmore, deinde putrefactis priùs per aliquot dies in fimo, deſtillet in baln. M. vaporoſo per alembicum vitreum: aqua autem ad diverſos uſus reſervetur. *Quercetanus.*

### *De aquis refrigerantibus ſanguinem.*

LACTUCA domeſtica Majo menſe colligitur, tunditur, & deſtillatur in balneo Mariæ, vaſis vitreis: deinde per aliquot dies Soli exponitur vaſe obturato linteo, vel mẽbrana perforata, ut quicquid excrementoſum eſt, reſolvatur, ſimulq; expiret empyreuma: demum ſervatur per annum loco aliquo frigidiore, ſicco. * Refrigerat ſanguinem fervefactum, hepar, & caput: ſomnũ inducit: lac generat: ſitim extinguit, &c.

PORTULACA menſe Junio in cineribus, vel vapore ſicco fervente diſtillanda eſt: deinde inſolanda, & ſervanda in vaſe aliquo vitreo obturato, per annum. * Refrigerat ſanguinem & hepar: ſitim extinguit. Sanguinis ſputo, tuſſi calidæ, & peſtilentiæ confert, &c.

FLORES NENUPHARIS albi colliguntur cùm ſunt in vigore, atque in balneo Mariæ deſtillantur: deinde inſolatur aqua: demùm in vaſe vitreo conſervatur per annum. * Refrigerat ſanguinem ſupercalefactum, & viſcera omnia interna: morbo regio, tuſſi calidæ, pleuritidi, & capitis dolori confert: ſitim & febrium peſtilentialium calorem extinguit: hecticæ medetur, &c.

VIOLARUM flores menſe Martio, in balneo ferventis aquæ, vaſis vitreis diſtillandæ ſunt: aqua in vaſe vitreo obſtructo inſolanda per aliquot dies, deinde conſervanda per annum.* Sanguinis fervorem, & cordis, hepatis, & pulmonis calorem, ſitimq; extinguit, &c.

OXALIDIS ſubſtantia univerſa contunditur menſe Majo, diſtillaturque vitreis organis in balneo ferventis aquæ. Inſolatur per aliquot dies. Conſervatur per annum. *Sanguinem, cor, hepar & ſplenem refrigerat pota, & forinſecùs ſuperpoſita. Cum theriaca bibita, peſtilentiæ medetur, &c.

ENDIVIA ſeu CICHORIUM unà cum radice tuſum menſe Majo deſtillatur in balneo Mariæ. Inſolatur & conſervatur per annum. * Contra ventriculi calorem efficax eſt, pota per quatuor dies, manè & veſperi ad quantitatem unciæ unius. Cor roborat, hepar refrigerat, foris appoſita, &c.

FUMARIA cum radicibus, floribus & herba contuſa, circa finem Maji diſtillanda eſt in balneo aquæ calentis: poſtea inſolanda: demùm conſervanda per annum. * Regio morbo, & ſcabiei convenit. Sanguinem mundificat: ſudorem provocat: ventriculum roborat: aduſtos humores educit, &c.

### A *De aquis diſtillatis refrigerantibus, ſeu concoquentibus bilem in capite.*

SOLANI folia, cùm acini ſunt adhuc virides, contuſa diſtillantur in balneo Mariæ: inſolatur aqua, & ſervatur per annum. * Capitis dolori, ex calido confert: calculum expellit, &c.

PAPAVERIS albi folia circa principium Junii contundenda ſunt, atque in balneo ferventis aquæ diſtillanda vaſis vitreis: inſolanda poſtea: demùm per annum conſervanda. * Som-
B num inducit: capitis dolorem mitigat: calorem omnem præter naturam extinguit: uſtis à Sole prodeſt, &c.

IN CAPITE etiam bilem concoquunt, aqua Lactucæ, Nymphææ ſeu Nenupharis: de quibus vide ſuprà.

### *De aquis concoquentibus bilem in thorace.*

TUSSILAGO ſeu UNGULA CABALLI-
C STINA menſe Majo, vel Junio incipiẽte diſtillatur in balneo Mariæ, vel cineribus, moderato calore. Inſolatur, & conſervatur ultra annũ. * Contra uſtionem efficax eſt. Phthiſicis confert, &c.

In THORACE etiam bilem concoquunt, aqua Violarum, Papaveris. &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De aquis diſtillatis refrigerantibus cor.*

D MALA COTONEA matura, minutim conciſa, in balneo calentis aquæ diſtillanda ſunt: aquaque poſtea ſervanda ab anno uno uſque ad duos. * Cor & ventriculum confortat: cibum in ventriculo retinet: vomitum compeſcit: alvi fluorem ſiſtit, &c.

ROSÆ DAMASCENÆ Majo menſe vitreis organis in balneo Mariæ diſtillandæ ſunt: poſtea aqua per aliquot dies inſolata conſervatur ad annos duos vel tres, in vaſe vitreo, benè ob-
E ſtructo. * Cor refrigerat & confortat: ſyncopi confert: ſomnum inducit, &c.

JUGLANDES ſeu NUCES VIRIDES circa finem Junii colliguntur, contunduntur, atque in vaſe duplici diſtillantur organis vitreis: aqua conſervatur ad annos duos. * Refrigerat peſtilentiæ, atq; hydropi medetur, &c.

COR etiam REFRIGERANT, aqua Acetoſæ, Nenupharis, Violarum: de quibus vide ſuprà ſuo loco.

F

### *De aquis diſtillatis refrigerantibus ſtomachum.*

CUCURBITÆ maturæ, atq; contuſæ, in balneo Mariæ ſunt diſtillandæ vaſis vitreis: deinde aqua per aliquot dies inſolata, conſervanda ad annum. * Sitim, & calorem febrilem extinguit: ad calculum renum utilis eſt: renes atq; veſicam mundat, urinamq; movet, &c.

SEMPERVIVUM ſeu SEDUM menſe Majo vel Junio diſtillanda eſt in balneo calentis aquæ, vel cineribus calidis: poſtea inſolanda, ac per



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0233-9
DFG

annum conſervanda. * Refrigerat vehemen-
ter,&c.
STOMACHUM quoq; REFRIGERANT,
aqua Cotoneorum, Roſarum, Violarum, Portu-
lacæ, Solatri, de quibus omnibus vide ſuprà.

*De aquis refrigerantibus hepar.*

HEPAR REFRIGERANT, aqua Endiviæ,
Cichorii, Solatri, Portulacæ, Nenupharis, &c. de
quibus omnibus vide ſuprà ſuo loco.

*De aquis refrigerantibus renes
& veſicam.*

PLANTAGO, ſive major, ſive minor, men-
ſe Majo in balneo Mariæ diſtillãda eſt: poſtea per
aliquot dies ad Solẽ poſita, conſervanda ad annos
duos. * Phthiſicis, hydropicis, dyſentericis con-
fert: quartanæ medetur: ulcera renum curat, &c.
MELONES maturi minutim ſcinduntur, & in
balneo aquæ ferventis diſtillantur. * Renum cal-
culo prodeſt: urinam movet: renes mundificat:
hepar refrigerat: ſitim extinguit, &c. Eodem
modo Citrulli diſtillandi ſunt.
FRAGA matura in duplici vaſe, organis vi-
treis diſtillantur: aqua per aliquot dies Soli expo-
nitur: deinde conſervatur per annũ. * Refrigerat:
ſitim extinguit: ſanguinẽ clarificat: morbo regio
ſuccurrit: hepati prodeſt: calculos expellit, &c.
GRAMEN unà cum ſuis radicibus menſe Ma-
jo diſtillandum eſt, vitreis organis in balneo Ma-
riæ: deinde inſolanda aqua, & per annum ſervan-
da. * Alvi fluorem cohibet: renes mundificat:
urinam ciet: obſtructiones tollit: vermes necat.
CERASA NIGRA matura in balneo aquæ
calentis vitreis organis diſtillantur: Soli exponi-
tur aqua per dies aliquot: deinde ſervatur per
annum. * Hydropi medetur pota, pro potu or-
dinario: paralyſi linguæ, apoplexiæ convenit:
urinam ducit.
Ex floribus PAPAVERIS rubri, vel ipſorum
ſucco, aquam per alembicum elicies, ad refri-
gerandum aptiſſimam. *Quercetanus.*

*De aquis refrigerantibus matricem.*

MATRICEM REFRIGERANT, aqua En-
diviæ, Lactucæ, Nenupharis, Portulacæ, Roſa-
rum: de quibus omnibus vide ſuprà ſuo loco.

*De aquis diſtillatis calfacientibus caput,
ſeu concoquentibus pituitam
in capite.*

BETONICA menſe Majo colligenda atq; di-
ſtillanda eſt in vaſe duplici, vitreis vel ſtanneis F
organis, deinde ad Solem per aliquot dies expo-
ſita, conſervanda per annum. * Contra hydro-
pem, omne genus febrium valet. Hepati inſuper
calfacto, lieni, pulmoni, & capiti confert: partus
accelerat: venenatorum animalium morſus per-
ſanat, &c.
SALVIAM collige, dum flores profert, ac in
balneo Mariæ diſtilla: ad Solem expone & con-
ſerva, durat ad annos duos. * Apoplexiæ, para-
lyſi linguæ, ſpaſmo convenit: cerebrum robo-
rat: menſtrua provocat, &c.

A MAJORANAM menſe Majo vel Junio colli-
ge: diſtilla in aquæ ferventis balneo, vaſis vitreis
vel ſtanneis: & conſerva per annum. * Refrige-
rato cerebro confert: urinam movet: uterum ca-
lefacit: menſes movet: apoplecticos juvat: para-
lyſi linguæ medetur: memoriam reſtaurat, &c.
CHAMOMILLAM circa finem Maji collige,
ac diſtilla. * Dolores ventris, & maxime colicum
mitigat: calculum in renibus frangit: menſes
provocat: fœtum mortuum expellit: capitis do-
B lorem aufert, &c.
FŒNICULUM Majo menſe vitreis organis
diſtillatur, & per annum ſervatur. * Cerebrum &
cor roborat: pectus dilatat: tuſſi medetur: men-
ſes ciet: lac in mulieribus auget: viſum clarifi-
cat, oculis impoſita, &c.
CALAMINTHAM Majo menſe collige, atq;
in duplici vaſe diſtilla, & conſerva. * Matricem
calfacit, mundificat: menſes provocat: capitis
dolorem mitigat, &c.
C FLORES ANTHOS recentes collige, atq; di-
ſtilla per ſe vel cum vino, in balneo Mariæ, vi-
treis organis: & ſerva ad annos duos, vel tres.
Aſthmaticis, regio morbo laborantibus mirè
opitulatur: concoctionem ventriculi adjuvat:
ſanguinem mundat, &c.
FLORES LILIORUM CONVAL. menſe
Majo collige: in vino optimo macera, donec fun-
dum petant: deinde in balneo aquæ calentis, vi-
treis organis diſtilla: atq; conſerva ad annos duos
D vel tres, &c. * Cerebrum, cor, & ſenſus confortat.
Epilepſiam, paralyſin linguæ perſanat, &c.
PRIMULÆ VERIS flores unà cum herba
initio Veris collige, atq; diſtilla, &c. * Paralyſin
linguæ curat: dolores capitis à frigore mulcet:
mulieribus gravidis conducit, &c.
EUPHRAGIAM florentem collige, atq; in
balneo vel duplici vaſe deſtilla, ac conſerva. * O-
culos clarificat impoſita: viſum exacuit, &c.
TILIÆ flores recentes collige, atq; in bal-
E neo Mariæ diſtilla moderato calore, & ſerva. * A-
poplexiæ & paralyſi linguæ medetur, &c.

*Aqua panis.*

℞. Medullam panis recentis, è furno extracti,
adhuc calentis, atq; vitreis organis deſtilla. Hu-
jus aquæ ℥ iiij. epilepticis magno uſu præben-
tur. Nonnulli pulverem addunt, quæ illi affe-
ctui propriè adverſantur: cujuſmodi aſſerunt lu-
pinum dentem eſſe, ad drachmam exhibitum.
*Rubeus.*

*Aqua panis alia.*

Medullã panis recenter ex fornace extractam,
adhuc calidam pone in patina, vel alveolo, ſic ut
fundum non attingat, ligneæ crati ſuperponens:
alio catino contege, & panno lineo, ne ſpiret, aut
citò frigeſcat, involve. Sic namq; deſtillat aqua,
cujus eſt ad ſurditatem uſus, & ad reſtituen-
das vires, cerebri præſertim & cordis, ſi non-
nihil croci addatur. Poteſt & panis calens, ut di-
ctum eſt, generoſo vino infundi, inde ſtatim vi-
treis organis, tepente balneo, rimis optimè glu-
tine

tine ſtipatis, diſtillari liquor : quem plerique denuó ejusdem calore balnei deſtillant : aſſeruntq; opportunum hujus aquæ uſum, ſtomachum roborare, putredinem arcere, ſanitatem tueri, quod ob ſubſtantiæ familiaritatem non eſt abſurdum : neceſſe autem eſt pauco fermento panem ad hos uſus adferre. *Idem.*

### *De aquis excalfacientibus thoracem.*

ADIANTHUM menſe Majo diſtilla & conſerva. *Hepar & pulmones mundat : ſanguinem purum reddit : calculos frangit, &c.

HYSSOPUM cum ſuis floribus menſe Auguſto contunde, atque diſtilla in aquæ ferventis balneo, & conſerva. * Aſthmaticis confert, tuſſi medetur : pulmones à phlegmate purgat, &c.

PRASSIUM, ſeu MARRUBIUM unà cum radicibus Majo vel Junio collige, atque in balneo Mariæ vitreis organis diſtilla, & ſerva.* Ad tuſſim, pectoris anguſtiam valet : pectus, ventriculum, pulmones, hepar & lienem corroborat : hydropicos juvat, &c.

CARDUUS BENEDICTUS circa finem Maji eſt diſtillandus in balneo, vel vaſe duplici : deinde vaſe vitreo conſervanda aqua per annum. * Capitis dolorem aufert : memoriam roborat : vertiginem & quartanam curat : ſudorem provocat, &c.

SCABIOSAM unà cum radicibus collige circa finem Maji : contunde, & diſtilla in balneo aquæ ferventis : deinde per aliquot dies pone ad Solem, & conſerva per annum. * Ad laterum punctiones, & apoſtemata interna, tuſſim, peſtem, & pectoris anguſtiam valet.

FLORES IREOS menſe Majo, radices verò Martio collige, atq; diſtilla in balneo Mariæ vitreis organis : inſola, & conſerva.* Hydropicis & febricitantibus convenit, pota quotidie, manè ſcil. & veſperi ad quantitatem unciæ unius. Dolorem ventris, & tormina ſedat, &c.

HERBAM PETI, ab inſula Florida nuper allatam collige menſe Junio vel Julio : contunde, atque diſtilla in vaſe duplici, vitreis organis: mox inſola, ac conſerva per annum. * Hydropicis opitulatur mirificè, pota quotidie ſtomacho jejuno : aſthmaticos curat cum aqua euphragiæ pota : oris ulcera emendat : dentiumq; dolores mitigat, &c. *Leo Suavius.*

In MAJO ſume MELISSAM, contunde, atq; in vino odorato optimo macera per aliquot dies : deinde in balneo Mariæ diſtilla, atq; conſerva ad tres vel quatuor annos, vaſe vitreo optimè clauſo. * Memoriam lapſam reſtituit : ſenſus omnes acuit : canitiem arcet : cor, cerebrum & ventriculum corroborat : lætitiam inducit : paralyſi linguæ medetur : dentium dolores mitigat : atq; anhelitum bonum conciliat, &c.

PRUNELLA unà cum floribus circa finem Martii colligenda, contundenda atq; diſtillanda eſt, deinde conſervanda.* Linguæ nigricanti in febrib. ardentibus convenit gargarizata. pectus expurgat : febribus omnibus conducit, &c.

CONSOLIDÆ majoris radix Majo menſe colligitur, & tuſa in balneo Mariæ diſtillatur. * Oſſa fracta conglutinat : ruptis medetur : ſanguinem ex vulneribus manantem ſiſtit, &c.

### *De aquis calfacientibus cor.*

CINNAMOMUM craſsè contunditur : deinde in aqua fontana, vel cotoneorum, vel roſarum maceratur ſufficienti, per diem vel noctem, & in aquæ calentis vapore, vel balneo Mariæ diſtillatur : aquaque ſervatur ad annos uſque quatuor.* Egregiè reficit vires.

CINNAMOMUM electiſſimum confringe in tenuiſſimas partes : deinde in ſacculum lineū indito : ſuſpendaturq; hic ſacculus in vaſe, in quo aqua ſit in fundo, ita tamen, ut aqua ſacculum nō contingat : ac clauſo diligenter vaſe, immittatur hoc vas in cacabum, plenum aqua calefacta & fervida, ita ut aqua illa, quæ in eo vaſe continetur, in quo cinnamomum dependet, bulliat : maneat hoc modo aliquandiu cinnamomum in calido illo vapore, quoad benè attrahat. Deinde cinnamomum ſic madefactum vapore aquæ bullientis, contundatur, & fiat quaſi paſta quædam, & ſimul cum impreſſo liquore, quem aſſumpſit, infundatur in alembicum. ſi opus videbitur, poteris adhuc aliquid calidæ aquæ affundere : ſed quantò minùs aquæ affuderis, tantò habebis præſtantiorem aquam cinnamomi, ac etiam olei aliquid. *Joan. Crato, Medicus Cæſareus.*

COR quoq; CALFACIUNT, aqua Meliſſę, Roriſmarini, &c. de quibus vide ſuprà.

### *De aquis calfacientibus ſtomachum.*

ABSINTHIUM circa finem Maji collige, contunde, atq; in vini pauca quantitate macera per duos vel tres dies : deinde in aquæ ferventis vapore diſtilla : vel per ſe abſque vino diſtilla & conſerva. * Ventriculum excalfacit ac roborat, ejus concoctionē juvat, vomitū compeſcit : vermes in ventriculo & inteſtinis necat : dentiū dolorem mitigat : ad febres quaſcunq; valet, &c.

Aqua *ex abſinthio*, vitreis organis, & tepente balneo elicita, ſtomachi & jecinoris infarctus mediocriter expedit, quod in venis bilioſum eſt per urinas expurgat : juvat arquatos, menſes morantes ciet : ſtomacho negotium non facit : capiti non nocet. *Rubeus.*

MENTHAM Majo menſe colligito, contundito, atque in balneo aquæ calentis, vitreis organis diſtillato, & conſervato. * Ventriculum, hepar & ſplenem calefacit ac roborat : concoctionem adjuvat.

CEREFOLIUM circa Maji finem collige, contunde, diſtilla, atq; conſerva. * Ruptis ex caſu & calculoſis prodeſt : ſanguinem concretum diſſipat : ventriculo & cordi confert.

SERPILLUM circa finem Junii collige, contunde, atq; in balneo Mariæ diſtilla, ac conſerva per annum. * Caput, cerebrum, & ventriculum corroborat : cibi appetentiam excitat : urinam movet, calculos expellit, &c.

CALENDULA unà cum floribus Junio mēſe



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0235-0

diſtillanda eſt, atq; per annũ conſervanda. * Oculis & capitis ferè morbis omnibus conducit.

VENTRICULUM quoq; EXCALFACIUNT, aqua Fœniculi, Cinnamomi, &c. de quibus vide ſuprà.

*De aquis calfacientibus hepar.*

ORIGANUM Majo menſe collige, contunde, atq; in ferventis aquæ balneo, vitreis organis diſtilla, ac conſerva per annum. * Tuſſi, hydropi, & quartanæ medetur, &c.

CENTAURIUM minus Junio menſe tuſum diſtilla in vaſe duplici, & conſerva in vitreo vaſe per annum. * Lumbricos interimit: febres curat: ſtomacho refrigerato competit: cibi appetentiam excitat, &c.

EUPATORIUM menſe Majo vel Junio diſtilla in balneo aquæ calentis, & conſerva per annum. * Icteritiam curat: hepar corroborat, ejusque obſtructiones aperit, hydropem curat, &c.

HEPAR quoque EXCALFACIUNT, aqua Abſinthii, Fœniculi, &c. de quib. vide ʒ. ſuo loco.

*De aquis ſplenem excalfacientibus.*

ARISTOLOCHIAM circa Maji finem colligito, contundito, ac in duplici vaſe diſtillato, & ſervato. * Ad ſpaſmum, podagram valet, ſuperpoſita: tormina ventris bibita curat, nec non epilepſiam, punctiones laterum, &c.

NASTURTIUM Majo menſe diſtilla in balneo Mariæ, & per annum conſerva. Variolas curat cum melle ſuperpoſita: lumbricos expellit: urinam movet, &c.

GENTIANÆ radicem unà cum herba recenti in Majo colligito, contundito, atq; vitreis organis duplici vaſe diſtillato, ac conſerva. Vel radices ſaltem Julio menſe recentes minutatim incidito, atq; diſtilla, ut ſuprà. * Vitam prolongat, quotidie potà ſtomacho jejuno ad ſeſcunciæ quantitatem: febres curat: provocat menſtrua: appetitum excitat: ſtomachum mundificat, atq; hominem in ſanitate conſervat.

SPLENEM quoq; EXCALFACIUNT, aqua Abſinthii, Calamenthi, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

*De aquis excalfacientib. renes & veſicam.*

ERUCAM Majo menſe collige, atq; deſtilla. * Excalfacit: urinam movet: ſemen generat: ventrem laxat: ſtomachum confortat.

URTICAM Julio menſe, cùm floret, colligito, ac diſtillato. * Ad ventris tormina, calculum, tuſſim, aſthma, & lumbricos valet.

SAXIFRAGIAM menſe Majo collige, cõtunde, atq; in balneo Mariæ diſtilla, & conſerva per annum. * Calculum frangit: arenas ex renibus & veſica educit: urinam ciet, &c.

PARIETARIA in fine Maji colligitur, cõtunditur, ac vaſis vitreis in aquæ ferventis balneo deſtillatur, conſervaturq; per annum. * Hepatis & lienis obſtructiones reſerat pota per dies aliquot: renes & veſicam mundat: menſtrua commovet: tormina ventris ſedat.

QUINQUEFOLIUM, ſeu PENTAPHYL- A LUM menſe Majo collige, contunde, atq; in balneo diſtilla, & conſerva per annum. * Calculos expellit: renes mũdificat: ventrẽ laxat: febres putridas radicitùs expellit, pota p aliquot dies, &c.

RAPHANI radices menſe Septembri collige, contunde, atq; in duplici vaſe, vitreis organis deſtilla, & conſerva per annum. * Calculos renum frangit: renes mundificat: urinã promovet: menſtrua ciet: regio morbo prodeſt.

ENULAM unà cum herba & radicibus Majo B menſe contunde, & diſtilla. * Urinam cit: renes & veſicam mundat: calculos & arenas educit: caput & ventriculum roborat, &c.

PIMPINELLA unà cum radicibus & herba menſe Majo colligenda eſt, contundenda, atque in balneo Mariæ diſtillanda, & conſervanda per annum. * Calculos expellit: renes mundificat: menſes ciet: peſtilentiæ medetur, &c.

*De aquis excalfacientibus matricem.*

ARTEMISIAM Majo menſe colligito, contundito, C atque in balneo diſtillato. * Ad tuſſim, menſtruorum ſuppreſſionem valet: ſomnum inducit: ventriculum excalfacit: hydropem curat per 40. dies pota, &c.

PULEGIUM cùm flores profert, legito, contundito, ac diſtillato. * Uterum excalfacit: menſes commovet: ſecundinam expellit: craſſos in pectore humores incidit: tormina ventris ſedat: phlegma conſumit, &c.

SABINAM Septembri menſe collige, D contũde, ac in balneo diſtilla, & per annum conſerva. * Retentos menſes provocat: vertiginem aufert, fronti ſuperpoſita.

LEVISTICUM menſe Majo diſtilla vitreis organis in balneo Mariæ: & cõſerva per annum. * Calculos expellit: dolores capitis mulcet, ſuperpoſita: matricis ulcera curat, &c.

*De aquis alterantib. bilem atram in capite.*

LUPULORUM ſummitates circa Aprilis finẽ E legito, cõtundito, ac in balneo Mariæ diſtillato. * Sanguinẽ ab aduſtis & melãcholicis humoribus purgat: ſcabiei, lepræ cõfert: lienis obſtructiones aperit, &c. Cęterum bilem quoq; atram in capite concoquit aqua fumi terræ: de qua vide ſuprà.

*De aquis concoquentibus bilem atram in pectore.*

In PECTORE bilem atram concoquunt, aqua Meliſſæ, Cardui benedicti, &c. de quibus F vide ſuprà ſuo loco.

*De aquis alterantib. bilem atram in corde.*

BORRAGO, cùm floret, legenda eſt, unà cũ radicibus, herba & floribus contundenda, ac in duplici vaſe vitreis organis diſtillanda eſt. * Cor & cerebrum roborat: ſanguinem mundat, &c.

BUGLOSSA menſe Junio diſtillanda eſt. * Syncopen, mœrorem aufert: lætitiam parit: cor & cerebrum confortat, &c.

In CORDE etiam bilem atram concoquunt, aqua Meliſſæ, Roriſmarini, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0236-6 DFG

### *De aquis concoquentibus bilem atram in hepate.*

Asarum menſe Auguſto, vel Septembri colligito, contundito, ac diſtillato. * Febres omnis generis pellit: partum vivum expellit, &c.

In Hepate quoque atram bilem concoquunt, aqua Cichorii, Fumi terræ, Lupulorum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *De aquis concoquentibus bilem atram in ſplene.*

Cuscuta, cùm nodos vel ſemina profert, diſtillanda eſt. * Lienem, hepar & pulmones mundat: regium morbum curat: lapidem ex renibus pellit, &c.

Scolopendrium menſe Majo colligito, ac diſtillato. *Splenis & hepatis obſtructiones tollit: ſanguinem mundificat: quartanam curat: cor corroborat.

Cortices & folia Tamaricis Majo menſe legito, ac vitreis organis, duplici vaſe diſtillato, & per annum ſervato. * Lienis obſtructiones, & duritiem tollit: ſanguinem mundat: ſplenem roborat, &c.

Thymum Junio menſe diſtillandũ eſt.* Cerebrum, ventriculũ & ſplenẽ roborat: quotidianam febrem curat, cum abſinthii aqua pota, &c.

### *De aquis alterantibus qualitate occulta.*

Aqua ex ſanguine humano. Quod ad deſtillationem ſanguinis attinet, nõ unus eſt ejus deſtillandi modus. *Pleriq; enim accipiunt ſanguinem humanum, ex homine boni temperamenti, & carnoſi, ad annum trigeſimum ſextum, ex eoque aquam lento igne, & organis vitreis eliciunt: idq; nonnulli ter repetũt. Alii ſanguinem ipſum recẽtem, cum aqua ardente commiſcent, indeq; aquam extrahunt, & hunc modum aliis præferunt. Aliqui loco mundo ac pendenti ſanguinẽ locant, ut ab eo ſerum omne percoletur, ac ſeparetur: poſteà optimè conterunt, & lento igne deſtillant aquam: inde aucto nonnihil igne, non tamen admodum, deſtillare ſinunt id omne, quod deſtillare poteſt: mox frigefacto vaſe, quod reliquum eſt in fundo, ſiccum, ponunt in furno reverberationis appellato,* igneq; non multum violento, *in calcem redigunt, cui calci aquam ſuperiùs extractam infundunt,* duabusq; horis *fervere ſupra cineres ſinunt, & quod diſſolutum fuerit,* in aliud vas demittunt. novaq; iterum ſuperfuſa aqua, idem efficiunt, ac repetunt, dum totum ſal detractũ fuerit: tumq; extracta, tepente balneo M. aqua, in fundo ſal candidiſſimum remanet, cujus mirabiles prædicant vires: quas non omninò à veritate abhorrere, naturæ proprietates ac conſenſus ſuadet. Sanguinem alii exiccatum, ac in pulverem redactũ in cucurbita, cujus collum ſit longum, ponunt, appoſitoq; roſtrato pileo, cum recipiente vaſe, igne lento diſtillant, dum omnis exhalet humiditas: aucto mox igne, ſal in ſublime effertur albiſſimum,

A cujus nequaquam minores eſſe vires aſſerunt, *in*
*peſtilentia præſertim, malignisq; febribus, & viribus reſtituendis. Sunt qui cum ſanguine miſcẽt*
medullam Tauri, & Sperma ceti, cujusq; libram,
moſchi ℥ j. cineris olivarum ℥ ij. aquæ vitæ optimæ ℔ ij. & cucurbita retorta aquam eliciunt,
dum ſubſtantia omnis manaverit: quam denuò
ter deſtillant calentis aquæ balneo, ut fœtorem
omnem amittat, ſervantque vitreo vaſe optimè
clauſo, utunturq; intùs atq; extrà, guttam unam,
B aut alteram cum jure, aut vino exhibentes. *Sed*
rerum adeò diverſarum ac diſſentientium conjunctionem nunquam probavi, præterquam
quòd deſtillationem ſuſtinere moſchum vix puto. *Melius fieret, ſi in aqua ardente* Diambram
*Meſuæ infunderemus, & ſanguinis ſal diſſolveremus,* de quo dictum eſt. *Gordonius* ſperma ceti
tantùm & medullam bubulam addebat, & quatuor eliciebat liquores, album, pallidum, flavum,
poſtremò rubrum, craſſiuſculum, cujus ad tuen-
C das vires, reſtituendosq; ægrotos penè deſperatos, quiq; aliàs curari non poſſent, & ad alia complura, incredibiles vires prædicat: eſt tamen incredibilius, quod ait, cum Luna creſcere, & decreſcere. His autẽ ſtillatitiis è ſanguine medicamentis rectè confectis, & interius exteriusq; adhibitis meliùs juvari elephantiaſi, & hujusmodi
morbis laborantes, crediderim, quàm eo balneo,
quod Galen. lib. 10. de ſimpl. med. facult. deridet.
quod tamen, ſi purgato diligenter corpore, ſupe-
D rataq; interna viſcerum malignitate, fiat fortaſſe
ob ſympathiam, qua tolli venenata qualitas partium poſſet externarum, non omninò inutile videretur. *Scribit autẽ egregius Medicus Guainerius,* de febre hectica loquẽs, in reſtituendis, alendisq; ægrotis hujusmodi è ſanguine liquores plurimum facere: Bartholomæumq; Montagnanam Patavii, eo, perinde ac maximo arcano uti
maximè ſolitum: cùm tamen parandi illius rationem ignoraret. quam ſic ipſe docet Guaine-
E rius: Sanguinem è ſanguineis juvenibus, optima
victus ratione utentibus, nuper detractum, ubi
quieſcere permiſeris, ſic ut enatans aqua abjiciatur, eum modico ſale trito agitabis: pòſt ubi 40.
*dies fimo obrutus fuerit,* vaſe accuratè clauſo de-
*ſtilla: aliquot vicibus* aquam fæcibus ſuperinfundens: aquam ſic tandem habueris, è qua, adjecto ſaccharo, Zulapium confici poteſt, maximo auxilio his, qui hectica febre laborant. Quòd
ſi ſtillatitia eadem aqua iterum fimo quadragin-
E ta diebus maceretur, melior adhuc eſſet, fæcibus,
ſi quæ in fundo remanſerint, rejectis. Fiat igitur
in humo fovea, & tritica paſta *circumliniatur:*
in ea fimum, in fimo vas locetur, *ſic tamen, ut*
vaſis dimidium in aëre extet. *Vel loco fimi*, vinaceę adhibeantur: aut *ad Solem* appone, diebus
canicularibus. *Quòd ſi dictamnum*, ſcordium,
tormentillam, *citria mala*, cum radice borraginis, oxalidis, endiviæ, & hujusmodi jungeremus,
mirabiles haberet in peſtilentia vires. Capitis
etiam morbis auxiliari tradunt, & virtutem vitalem roborare. *Hieron. Rubeus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0237-1

AQUA ex ſtercore humano, chimicis organis diſtillata, auro & argento pondus adauget. *Hermes.*

Fit ex humano ſtercore vitreis organis, aqua, præſertimque ex eo, quod homo rufus excreverit: quæ cuniculoſis, exedentibus, ſinuoſis, & contumacibus ulceribus mirificè opem fert: delet & oculorum argemas, ac nubeculas: quinetiam carcinomata ſanat exteriùs adhibita. Intùs verò ſumpta, comitiales juvat, lapidem in renibus ac veſica comminuit, aqua inter cutem laborantibus prodeſt: item & iis auxiliatur, qui non modò à cane rabido demorſi ſunt, ſed etiam ab omnibus aliis animalibus icti, quæ venenum ejaculantur. *Matthiolus.*

AQUA Ceraſorum non multò antè ex arbore decerptorum, vi mediocris ignis extracta, ſi in os epileptici immittatur, quoties eum paroxyſmo corripi contigerit, impetum morbi violentiſſimi inhibebit. Doſis erunt ʒ iv. *Manardus.*

AQUA ſtillatitia ex floribus tiliæ, epilepticis pueris mirandum in modum confert, quocunq; modo miniſtretur. Sunt, qui ei ſocient viſcum quercinum, ſucceſſu admodum fœlici & optato. Caudex betulæ procedente Vere inciſus, vel caſtratus, ingentem copiam aquæ reddit, cui vis ineſt maxima ad comminuendos renum calculos, ſi bibitur. *Matthiolus.*

### *Aqua cancrorum.*

CANCRI aut GAMMARI bulliant cum aqua ſempervivi majoris in vaſe duplici accuratè occluſo per diem integrum: pòſt deſtillentur igne ſubjecto. Aqua ter affundatur capiti mortuo: tum demum reſervetur. Inflammationibus, ambuſtis, & carcinomati multùm confert. *Quercetanus.*

### *Aqua ſpermatis ranarum.*

SPERMA aut ſemen ranarum colligitur menſe Martio. Deſtillatur autem per alembicum vitreum. Elicitur aqua uredini, & inflammationi opportuniſſima. *Quercetanus.*

### *De aquis purgantibus.*

EBULUM, cùm flores profert, legito, contundito, ac in balneo Mariæ vitreis organis deſtillato: & conſerva per annum. * *Ventrem laxat pota ad ℥ iij. quantitatem*: hydropem curat: quotidianam febrem tollit.

AQUA CORTICUM SAMBUCI * ventrem laxat, hydropem curat, &c. Aqua foliorum ſambuci refrigerat, capitis dolorem mulcet. Aqua verò florum ſambuci pectus dilatat, hydropicis confert, hepatis, lienis, ac renum obſtructiones aperit: tertianam febrem curat, ventriculum roborat, ſanguinem mundificat, &c.

## DE AQUIS PURGANTIBUS compoſitis.

### *Aqua purgans.*

℞. Florum Perſicorum, Scammonii, Turpeti ana part. æquales.

A Deſtillentur in balneo Mariæ, & ſervetur in vaſe vitreo ad uſum. Modicè admodum ſolvit. *Hieron. Rubeus.*

### *Aqua purgans, alia.*

℞. Rad. Hellebori nigri, purpureos flores habentis, q. ſ. eſt. Has recentes ardente aqua macera: inde igne primùm levi, mox auctiore, dum liquor aſcenderit omnis, deſtilla. Aquam ardentem deinde ab ellebori ſubſtantia ſepara igne leviſſimo balnei: in eo quod remanet, diſſolve B ſacchari candi, quod ſatis eſſe videbitur. Datur epilepticis ad grana tria cum aqua mulſa, vel communi, in qua hippogloſſum fuerit decoctum. *Idem.*

### *Aqua purgatoria, alia.*

℞. Ligni aloes }
Cinnamomi }
Turpeti } ana ʒ j.
Aloës hepaticæ }
C Colocynthidis }
Caryophyllorum ℈ j.
Croci ℈ j.
Moſchi opt. ʒ j.
Julapii violati ℔ j.
Aquæ ardentis circulatæ ℔ ij.

Macera 12. dierum ſpacio, cola, & ad uſum vaſe vitreo optimè clauſo ſerva. Datur ad ʒ ij. atque etiam tres. *Idem.*

### *Turpetum minerale.*

D ℞. Calcis vivæ, Talci opt. calcinati ana ℔ j. Fiat ex his forte capitellum, cum quo bulliat ſeptem horarum ſpacio libra una Mercurii, quinquies priùs exaltati, ac quaque vice revivificati, ut artis eſt: ſicque obtinebis perfectam Mercurii purificationem, & fixationis veræ initium ad omnia opera. Nam hæ calces adeò ſunt fixativæ, ut ſublimationibus ſuper ipſas reiteratis, tandem figatur Mercurius. Hunc præparatum Mercurium crudum ſolve cum regali fœtido ac proprio E menſtruo. Solve etiam ſeorſum metallinæ Antimonii benè præparatæ ℥ iij. Auri per ſtybium præparati, ut decet, ℥ j. Has omnes ſolutiones in matratium vitreum impone, & obtenebrabitur vas: ſepeliantur in Athanore, dando lentiſſimum ignem, donec clareſcant. Tunc aucto igne, diſtilla per roſtratum alembicum aquam ex fæcibus ad ſiccitatem, reponendo ipſam quater ſuper caput mortuum. Tunc novam aquam fixatoriam denuò affunde, quæ ſupernatet materiæ F quatuor digitos: fac digerantur per duos aut tres dies, tum demùm deſtillentur bis aut ter ſuper fæces, dando etiam ſub finem ignem ſublimationis, ut quæ non ſunt verè mortificata, reſurgant, ac exaltentur: quæ reſerventur ſeparatim: non enim inſerviunt noſtro operi. Maſſam illam mortuam cape, quam in pulverem reduc, huncq; in vaſe convenienti in ſecundo gradu reverberii per duodecim horas examinato, agitando ac movendo baculo pulverem, donec prodeat in Salamandram rubicundiſſimam, ex qua acrimoniam omnem ac totum venenum ſic elicies:

℞. Phle-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0238-7
DFG

℞. Phlegmatis vitrioli, & aluminis ana ℔ ij ß.
Aceti deſtillati ℔ ij.
Calcis terræ noſtræ pellucidæ, ac fixæ ℥ iv.
Salis carneoli criſtallini ℥ j.
Ovorum album N. xx.

Deſtillentur bis ſuper fæces per alembicum. Hu-
jus aquæ miſce ℔ iij. cum libra una pulveris tui
Mercurii, ut ſuprà, præparati: & in alembico de-
ſtilletur aqua à fæcibus quater: ultima vice pelle
B ad ſiccitatem. Hoc facto, pulverem contunde ſu-
per marmore, & nova aqua fixatoria iterum af-
fuſa, deſtillentur adhuc quater, ut ſuprà: tùm de-
mum cum vini alcoole ſupra pulverē quinquies
deſtillato, novum ſemper affundendo, fixabis,
& dulcorabis tuum Mercurium, quem præcipi-
tatum, aut Turbith minerale, quòd viſcidos &
craſſos humores expurget, Chimiatri nuncu-
pant. Hujus exhibentur grana octo cum conſer-
va betonicæ, & aqua theriacali, debitis præceden-
tibus purgationibus, ad curationē luis Venereæ.
C Cum ʒ ij. extracti Cucumeris agreſtis, ℥ j. extra-
cti hermodactylorum, & ℈ ß. dicti præcipitati, fit
mixtura: cujus ℈ ß. miſcetur cum ʒ ij. aquæ the-
riacalis, & fit potio, quæ exhibetur podagricis
quater, & quinquies, pro vetuſtate, ſive duritie
morbi, & ægrotantis viribus, Vere & Autumno.
Nam ſine ulla perturbatione, ſeroſa excrementa
mirum in modum expurgat, & ex ipſis juncturis
educit. Si cum diaphoreticis permiſceatur, ſudo-
res ſolummodò movet, & multis etiam hac ra-
D tione affectibus medetur. Cum butyro ſolus per-
mixtus, cancroſa, & phagedænica, præſertim luis
Venereæ ulcera curat, quemadmodum & fiſtu-
las, & calloſitates omnes. Ex triapharmaco, &
prædicto præcipitato fit emplaſtrum, quod ſi cum
tenui cereo in veſicæ collum imponatur, ut de-
cet, curat ipſius ulcera, & carunculam omnino
ſine ullo dolore & periculo aufert. Aqua fixato-
ria pro dicto opere fit ex Chimia, lapide Sede-
negi, lapide perlato, marchaſitarum ſulphure ru-
E bicundo, lacerta viridi & rubra, halinitro, & ſale
aluminoſo. ignis datur, more ſtygiæ communis.
Inter omnes gradationum aquas hæc eſt præci-
pua, & valdè fixatoria, ſi quis illam verè aſſequa-
tur. *Quercet.*

### *Turpetum minerale.*

℞. Mercurii *vini purificati* ℔ ß.
*Olei vitrioli* ℔ j.

*Miſceantur* & ponantur in cucurbita vitrea. &
*deſtillentur.* Quod cùm bis vel ter factum fue-
F *rit*, Mercurium tuum in fundo invenies indura-
tum & album, quem exime, tere, ſpirituque vini
ablue, diſtillando tamdiu, donec acrimoniam
prorſus exuat. Morbo Gallico unicè prodeſt.
*Innominatus.*

### *Diacatholicum Theophraſti.*

℞. Aloës ſuccocitrinæ ℥ j.
Colocynthidis ʒ vj.
Agarici electi, Hellebori nigri, Scammonii,
Spec. Diarrhod. Abb. ana ℥ ß.

A Eliciatur ſuccus vino rectificatus, more chimi-
co. *Theophraſtus Paracelſus.*

### *Liquor vomitum movens.*

℞. Bryoniæ, Cyclamini ana ℥ iij.
Ellebori albi ℥ vj.

Purgentur accuratè ac redigantur in pulverem:
leniter ſiccentur in aëre: his affunde Aquam vi-
tæ, dum duobus digitis ſupereemineat: digeratur
aliquot diebus in balneo: hinc lentè diſtilletur,
B dum nil ultrà elabatur: quod reſtibile fuerit, ite-
rum in pulverem redige, ac huic nuper extractam
aquam iterum committe: id repetatur ter. Plumę
apicem huic liquori immerges, ac vino malvati-
co elues, quod propinatum illicò vomitum irri-
tabit. *Heurnius.*

## DE AQUIS COMPO-ſitis confortantibus.

### *Aqua ſacchari deſtillata.*

C ℞. Sacchari ℔ iv.
Rhapontici ℔ j.
Rhabarbari ℥ j.
Florum Mercurialis ℔ j.
Vini generoſi tantum, ut emineat parum.

Contundantur omnia, & macerentur ſimul ſex
diebus tepentis aquæ balneo, vel fimo: deinde
eodem balneo vitreis organis deſtillentur: inde
fæces diligenter prælo exprimantur, illisq; aquæ
ſtillatitiæ, ſcabioſę, fumi terrę, borraginis añ ℥ vj.
D affundantur: inde prælo denuò exprimantur: ſtil-
latitiæque hujusmodi aquæ filtro excolentur:
tum perſpicuæ ſint, cum priorique aqua conjun-
gantur. Ad multa morborum genera valet, ſto-
machi præſertim, & lienis imbecillitati, dolori-
busq; dentium, & capitis. Hæc autem eò effica-
ciora reddentur, ſi ad hujus aquæ libram ℈ ß. olei
vitrioli adjeceris. *Rubeus.*

### *Aqua ſacchari deſtillata, alia.*

E ℞. Sacchari ℔ ß.
Fragorum maturorum ℔ j ß.

Terantur ſimul, & octo diebus tepentis aquæ bal-
neo macerentur: inde eodem tepente balneo a-
qua extilletur: exibit aqua ad faciei ictus cum
*inflammatione*, ad lacrymantes oculos, ad viſus
imbecillitatem admodum utilis. *Idem.*

### *Aqua Mellis.*

E' Melle difficilè aqua elicitur, quòd facilè i-
gnis vi ferveat. & totum aſcendat: quamobrem
F alii vitrum commiſcent, alii arenam: pleriq; oleo
cucurbitam interiùs inungunt, ſed meliùs ſince-
rum deſtillatur, præſertim ubi etiam fæcibus uti
conſilium eſt, lineisq; pannis aqua *madentibus*
pileo & cucurbitæ aſſiduè circũpoſitis, exiguoq;
igne inferiùs admoto, *tumenti, ferventiq;* reſiſti-
mus, multum vacui in *ipſa cucurbita* relinquen-
tes, ſic ut quinta ſolùm parte impleatur, aut ad
ſummum quarta. Quoniam autem igne ſatis ve-
hementi tandem opus eſt, idcircò optimè luto
incruſtari debet cucurbita, quam nonnulli etiam
curvam accipiunt. Primò autem aqua exit alba:

auctiore mox igne, flava: & tandem rubra, quæ ſeorſim colligitur, cùm ignis odorem ſapiat, & ad alia adhibeatur, quam duæ priores. Nam ad ulcera profunda, ſerpentia, ſordida, cum unguentis utiliter miſcetur, & capillos tinit. Superiores verò, alba & flava, purgato jam corpore, ſuffuſiones & albugines oculorum ſanat: lenior tamen ea putatur, quæ è melle roſaceo, deinde quæ ex melle communi, pòſt etiam, quæ è ſcillitico. Quòd ſi oculares herbas infuderis, nempe ſeſeli, euphragiam, chelidoniam, rutam, ſummitates atq; etiam ſemen fœniculi, ſagapenum, modicum ſacchari candi, ammoniacum, galbanum, multò efficacius medicamentum effeceris. Caſui pilorum, ipſiſque producendis, ac ruſandis, optime faciunt eædem aquæ, & earum, quas illis infuderis, rerum vires ad ſe trahunt, perinde ac aqua ardens. Sunt qui aquas omnes deſtillantes unico vaſe recipiant, & ubi pars craſſior ad fundum vaſis, in quo ſervantur, deſcenderit, perſpicuaque aqua evaſerit, tepentis aquæ balneo iterum deſtillant: idque ſexies aut ſepties repetunt. Rufo enim colore amiſſo, aureum acquiret hic liquor: cujus in tuenda valetudine producendaque vita admirabiles penè vires prædicant: catarrho, tuſſi, lieni prodeſt: imbecillas vires reſtituit, ſtipationes reſerat: putredinem arcet, venenis reſiſtit, ac urinam ciet. *Rubeus.*

### *De aqua caponis.*

CAPO generoſus in aqua pura decoquitur cum
Foliis Borraginis, Bugloſſæ ana M. j.
Conſervæ Violarum, Roſarum, Borraginis,
Bugloſſæ ana ℥ ij.
Addito modico ex pulveribus cordialibus.

Diſtillentur omnia in balneo M. deinde aromatiza cum pulvere triaſandali, & propina creberrimè. *And. à Lacuna.*

### *Aqua caponis alia.*

PULPA unius capi, detracta pinguedine & pelle, minutim incidatur, & cum aqua bugloſſæ abluatur Deinde addita
Conſervæ violarum, Borraginis,
Bugloſſæ ana ℥ j ß.
Conſervæ roſarum ℥ j.
Foliorum auri N. vj.

Miſceantur omnia diligenter, deinde in duplici vaſe reponantur, & ſecundùm artem diſtillentur. * Hujus liquoris frequenter cochlear unum exhibitum per ſe, aut cum juſculis diſſolutum, collapſas vires reſtaurat. *Geſnerus.*

### *Aqua caponis alia.*

℞. PULPAM unius capi curſu fatigati, & venati antequam juguletur, pelle & pinguedine detractis: & in aquis nenupharis & lactucæ abluatur: addendo
Conſervæ Violarum, flor. Nenupharis ana ℥ j.
Conſervæ Borraginis, Bugloſſæ ana ℥ j ß.
Seminis Papaveris albi, Lactucæ ana ʒ j.
Pul. diamargaritonis frig. ʒ j ß.
Succi pomorum odorat. ℥ ij.

Miſceantur omnia ſimul, & in duplici vaſe repo-

A nantur: diſtillentur ſecundùm artem. Utatur ut ſuprà. * Extremè diſſolutis viribus à febre conveniens eſt. *Geſnerus.*

### *Aqua caponis alia.*

℞. Caponem eviſceratum, atq; in fruſta inciſum, depoſita pinguedine, decoquatur in ſufficiente quantitate aquæ ſecundùm artem.
℞. Brodii colati ℔ ij ß.
Aquæ Borrag. Aquæ Bugloſſæ ana ℔ j ß.
Flor. Roſarum, Violarum, Bugloſſæ,
B Borraginis ana ʒ ij.
Cinnamomi electi ℥ j.

Diſtillentur in Alembico vitreo ſecundùm artem. *Auguſtani.*

### *Aqua caponis alia.*

CAPONI plurimùm à nobis fatigato & occiſo pennæ ſiccæ evellantur citra ullam aquæ immerſionem ſeu macerationem: eumq; caponem ita deplumatum, & exinde eviſceratum, minutim unà cum oſſibus, ſtomacho, hepate & corde
C conſcinde, atq; ad macerandum affunde
Aquæ roſarum ℔ j ß.
Aquæ Bugloſſæ ℔ j.
Aquæ meliſſæ ℔ ß.
Vini malvatici ℔ j. ℥ iij.
Cinnamomi electi ℥ ij.
Croci ʒ j.
Seminum endiviæ ʒ iij.
Galangæ ʒ ij.
Zingiberis, Nucis moſchatæ, Macis,
D Sandali citrini ana ʒ j.
Cort. citri ʒ j ß.
*Florum cordialium ana ʒ j.*
*Coriandri præparati, Sem. melonum ana ʒ ij.*
*Pinearum ℥ j.*
Florum arantiorum conditorum ʒ ß.

Stent hæc omnia in infuſione per horas vigintiquatuor ſuper fornacem, vel in alio loco calido: exinde ſuperimpoſito adaptato alembico diſtilla per balneum Mariæ, & in diſtillato liquore
E extingue aurum candens, præſertim tempore uſurpationis. *Colonienſes.*

### *Aqua caponis alia.*

CAPONES duos generoſos ſumito, quorum unum tam diu, donec ab oſſibus carnes ſeparentur, coquito, exprimito, atq; jus ad uſum ſervato: alterum verò caponem una ſaltem bullitione coquito, deinde minutim ſcindito, quo facto in veſicæ, ſeu cucurbitę vitreæ fundo foliorum bor-
F raginis M. iij. ponito: mox ſupra hæc tantum medullæ panis in ſuprà dicto jure madefactæ, quantum ad ſorbendum totum jus ſufficiat, collocato: demùm caponem indito, atque in cineribus, vel arena, vel balneo ſicco, levi calore diſtillato ac conſervato. *Florentini.*

### *Aqua cochlearum.*

MENSE Martio vel Aprili cochleas quantum voles ſumito, atque in loco aliquo per dies quatuor vel ſex ad purgandum ſinito: poſtea in aqua coquito: extrahito, atque primùm cum aceto,

deinde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0240-7
DFG

deinde cum aqua, demùm cum vino mundato. Quo facto, minutim ſcindito, & ut ſuprà diſtillato, ponendo priùs in cucurbitæ fundo aliquot folia borraginis, ut antè dictum: abſque tamen pane. *Florentini.*

## DE AQUIS ALTErantibus compoſitis.

### *Aqua vitæ aurea.*

℞. Florum liliorum convall. bonam partem: flores infundantur in vino bono veteri per octo dies, deinde deſtillentur per balneum Mariæ lentiſſimo igne: deinde

℞. Aquæ ſtillatitiæ ceraſorum nigr. ℔ j ß.

Miſce ſimul. Quibus aquis infunde

Florum lavendulæ M. j ß.
Florum anthos M. j.
Caryophyllorum ʒ j. vel ℈ ij.
Macis ℥ ß. vel ℈ ij.
Scillæ preparatæ ʒ ij ß.
Diptamni albi ʒ ij.
Cubebarum ʒ ß.
Viſci quercini ʒ ij.
Rad. pæoniæ ʒ ij.

Incidenda incidantur, & conquaſſanda cōquaſſentur, & in vapore aquæ calentis ter diſtillētur: aquaq; in vaſe vitreo optimè clauſo conſervetur. * Eſt optima atq; expertiſſima cōtra epilepſiam. *Joannes Langius.*

### *Aqua alia valdè bona.*

℞. Aquarum Bugloſſæ, Betonicæ,
Aquę florum Tiliæ ana ℔ j.
Aquę ardentis optimæ ℔ ß.
Flor. anthos, Roſarum rub. Majoranę,
Flor. Bugloſſæ ana M. j.
Spec. confectionis Anacardinæ ℥ ij.

Infundantur flores aliquantulum contuſi in aquis, quilibet recens, ſuo tempore, dum haberi poteſt, & tandem ſpecies: ſtent ita ſimul in Sole, vel loco digeſtionis per mēſem, poſtea extrahatur aqua per alembicum in balneo.* Eſt medicina divina ad memoriam cōfortandam. *Langius.*

### *Aqua mirabilis.*

℞. Flor. Primulæ Veris, flor. Roriſmarini,
Majoranæ, Ivæ artheticæ ana M. j.
Spec. Diamoſchi, Diapliris, Diambræ ana ℥ ß.
Spec. confect. Anacardi ℥ j.
Cubebarum, Ligni aloës, Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum, Macropiperis,
Carpobalſami ana ʒ j.
Rad. Acori, Ireos, Ariſtol. rotundæ ana ℥ j ß.
Sem. Sileris montani, Pæoniæ, Fœnic. ana ʒ j.
Aquæ herbę paralyſis, Salviæ, Beton. ana ℔ j.
Aquæ florum tiliæ ℔ j ß.
Serapini, Opopanacis, Myrrhæ,
Gummi juniperi ana ʒ j ß.

Stent omnia ſimul mixta in infuſione per dies octo: poſtea extrahantur per alembicum ter, in cineribus calidis, vel vapore ſive balneo ſicco. * Eſt mirabilis juvamenti in præſervatione ab

A apoplexia, & omnibus ægritudinibus nervorum frigidis, curans paralyſin, torturam, ſpaſmum, & mirabiliter reſtituens loquelam, &c. *Langius.*

### *Aqua vitæ.*

℞. Cinnamomi electi ℥ j ß.
Zingiberis ʒ j.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Granorum paradiſi ana ʒ ß.
Ligni aloës, Macis, Piperis longi ana ʒ ij.
Florum ſalviæ odoratæ ℔ j.
B Cardamomi, Maſticis, Cubebarum,
Calami aromatici, Galangæ ana ʒ j ß.
Florum roſarum rubrarum ʒ ij.
Citrariæ ʒ ß. Corticum citri ʒ vj.
Baccarum lauri,
Stœchadis Arabici ana ℥ ß.
Roriſmarini, Majoranæ ʒ vj.
Lavendulæ, Meliſſæ, Betonicæ ana ʒ vj.
Rutæ ℥ ß. Caſtorei, Spicæ Indicæ ana ʒ j.

Pulverizentur omnia groſſo modo, & infundan-
C tur per decem dies in

Vini malvatici deſtillati ℔ iix.
Vini ſublimati optimi ℔ ij.

Diſtillentur lento igne in alembico benè obturato, & infundantur in petia

Ambræ griſeæ, Moſchi Alexandrini ana ʒ ß.

Servetur optime, ne evaporet. *Auguſtani.*

### *Aqua Bezoartica.*

℞. Chelidoniæ cum rad. lotis M. iij ß.
D Rutæ M. j. Scordii M. ij.
Dictamni Cretici, Cardui benedicti ana M. j.
Zedoariæ. Rad. Angelicæ ana ʒ iij.
Cort. mali citri, Cort. limonum ana ʒ ij ß.
Florum tunicæ, Roſarum ana ʒ ij.
Cinnamomi ʒ ij ß.
Caryophyllorum ʒ ij.

Incidenda incidantur, & triduum macerentur in
℔ iij. vini ſublimati fortiſſimi,
Vini malvatici, Aceti flor. tunicæ ana ℔ ß.

E Tandem lento igne per balneum Mariæ deſtillentur. Cui adde

Theriacæ Alexand. ℥ iij.
Mithridatii ℥ j ß. Caphuræ ℈ ij.
Trochiſcorum de vipera ℥ j.
Macis ℥ j. Cinnamomi ʒ iij.
Caryophyllorum ʒ ij ß.
Conſervæ florum tunicæ ℥ ij.
Cardui benedicti ℥ j.
Specierum liberantis ℈ v.
Unicornu vel cervini cornu ʒ j ß.

F Macerentur in priore diſtillatione per biduum, & lentiſſimo igne per balneum Mariæ diſtillentur bis vel ter. * Optima eſt atque probata contra peſtem. *Joannes Langius.*

### *Elixir, ſive aqua vitæ.*

℞. Caryophyllorum, Nucis moſchatæ, Zingiberis, Galangæ, Piperis longi, Zedoariæ, Granorum juniperi, Corticum arantiorum, Corticum citriorum, Majoranæ, Roriſmarini, Menthæ, Baccarum lauri, Pulegii, Ariſtolochiæ rotundæ, Stichiados, Sigilli beatæ Mariæ, Cardui benedi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0241-3

ſti, Florum cheiri, Flor. primulæ Veris, Roſarum rubrar. Flor. ſambuci, Spicæ nardi, Ligni aloës, Cubebarum, Cardamomi, Cinnamomi electi, Calami aromatici, Salviæ, Baſilici Gentianæ, Calamenti, Santalorum omnium, Rad. acori, Rad. pæoniæ, Granorum pęoniæ, Macis, Nigellę, Cornu Cervini, Raſuræ eboris, Chamędryos, Chamæpityos, Melligetę, Maſticis, Thuris albi, Aloës hepaticæ, Myrrhę, Florum Chamomillę, Anethi, Artemiſiæ, Betonicæ ana ʒ iij. A

Florum borraginis, Florum bugloſſæ, Meliſſę, Seminis aniſi, Fœniculi, Carvi ana ʒ ij. B

Spec. elect. de gemmis, Diarrhodon, Triaſandali, Aromat. roſ. ana ʒ ß.

Spec. Diamoſchi dulc. Diambræ, Diagemmæ, Theriacæ, Diacori, Dianthos ana ℥ ß.

Florum lychnidis altilis rubr. Flor. calendulę, Radicum bardanæ, Radic. filicis ana ℥ ß.

Chelidoniæ majoris cum radiculis à terreſtri immundicia repurgatis, & reſectis foliis marcidis ʒ j. C

Rhabarbari electi ℥ j ß.

Olei terebinthinæ ℔ j.

Omnia ſuprà dicta bene pulverizata ponantur quælibet & ſingula ſuo tempore (incipiendo à Vere, continuandoq; per æſtatem) in aqua vitæ optima, quæ facta ſit ex vino generoſiſſimo, per alembicum vitreum, fermenteturq; in ea toto ſingulorum præſertim florum & herbarum colligendorum tempore, obturando quàm exquiſitiſſimè vas vitreum, operculo vitreo circumlutato. D Aqua autē vitæ, in qua macerabuntur dictæ ſpecies, ſit ad pondus librarum viginti ſex plus minus. Si in tres diverſas botias divideres aquam, ſimiliter ſpecies, & res ad ratam divide: quia ſecuriùs diſtillabis in tribus vicibus, quàm in una. Et pone botiam cum ſuperimpoſito alembico in balneo Mariæ ſub moderato igne. Primùm exibit elixir vitæ: & ſerva illud per ſe, bene obturando vas vitreum, ne reſpiret. deinde ſtillabit aqua groſſior, quæ ſolùm ad viliores uſus valet. E Fæces verò, quæ remanebunt in alembico, cucurbita, vel veſica, æquivalent theriacæ, & ſerviunt pauperibus ad plures infirmitates. *Colonienſes.*

### *Liquor magnus magiſtralis Fioravanti.*

℞. Olei communis ℔ xx.
Vini albi ℔ ij.

Coquantur ſimul uſq; ad vini conſumptionem: deinde addantur

Florum Roriſmarini ℔ iij. F
Ligni aloës ℥ vj.
Olibani, Bdellii ana ℥ x.

Miſceantur in vaſe terreo vitreato, & menſe Auguſto ſub terra maneant ſepelita per ſex menſes: inde eximantur, addanturque

Salviæ, Roriſmarini, Rutæ,
Betonicæ, Millefolii, Rad. conſolidæ major.
Tamaricis, Viticellæ ana M. j.
Galangæ, Caryophyllorum, Nucis moſch.
Spicænardi, Croci ana ℥ j.
Sarcocollæ,

A Sanguinis draconis, Maſticis ana ℥ ij.
Aloës hepaticæ,
Reſinæ pini ana ℥ ix.
Picis Græcæ ℔ j.
Ceræ flavæ, Axungiæ ſuillæ ana ℥ xviij.
Hypericonis ℔ ij. Moſchi ʒ j.

Miſceantur benè & balneo calentis aquæ coquantur, uſque ad herbarum exiccationem: colaturæ adde pro qualibet libra

Balſami artificialis noſtri ʒ vj.
B Fructuum, ſive pomorum herbæ Balſaminæ q. ſatis eſt.

Et ſerva in vaſe vitreo optimè obturato ad uſum. Confert vulneribus omnib. præſertim nervorum, venarum, & oſſium: tineæ, catarrho, tuſſi: capillos auget, eosq; nigro colore tingit, &c.

### *Elixir vitæ, Leon. Fioravanti.*

℞. Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Zedoariæ, Zingiberis,
C Galangæ, Piperis albi,
Piperis nigri ana ʒ ij.
Baccarum juniperi, Cort. mali citri,
Cort. mali aurant. Salviæ,
Baſiliconis, Roriſmarini,
Menthæ, Majoranæ,
Baccarum lauri, Pulegii,
Calaminthę, Flor. Sambuci,
Roſarum rub. & alb. Spicænardi,
Cubebarum, Ligni aloës,
D Cardamomi, Cinnamomi,
Calami aromatici, Stœchados,
Chamædryos, Chamępityos,
Granorum paradiſi, Macis,
Thuris maſculi, Aloës hepaticæ,
Sem. Artemiſiæ,
Sem Majoranæ ana ʒ ij.
Ficuum, Paſſularum,
Dactylorum, Amygdalarum,
Pinearum ana ℥ vj.
E Mellis albi ℔ j. Moſchi ʒ j.
Sacchari albiſſ. ℔ iv.
Aquæ vitæ optimè circulatæ ℔ xv.

Terenda terentur, miſceantur, & macerētur per dies decem in cucurbita vitrea optimè clauſa: inde calore balnej deſtillentur: demum per menſes duos circuletur aqua: & habebis elixir. Quo facto materia in cucurbita relicta eximatur: ac denuo deſtilletur calore cinerum vehementiſſimo, & emanabit aqua rubea, ficut ſanguis, fœtida, F fumoſa, & turbida: quæ etiam circulanda eſt ut prima. Eſt enim pars ignea, & tantę virtutis, ut quaſi mortuos reſuſcitet. Atque hæ duæ aquæ ſeorſim ſervandę ſunt in vaſis vitreis optimè obturatis. Prima à multis morbis hominem pręſervat, ſi bis in hebdomada ʒ j. ſumpta fuerit. Valet ad vulnera: viſum conſervat: Venerem excitat: mulierum ſterilitatem removet. Secunda verò, quæ rubra eſt, cōvenit dolori matricis, pleuritidi, doloribus colicis, dentium: curat & ſanat omnia genera febrium: loquelam amiſſam reſtituit, ſi ʒ j. hujus aquæ ſumatur.

*Elixir*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0242-8

### *Elixir vitæ.*

℞. Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Macis, Zedoariæ, Galangæ, Piperis longi,
Pyrethri, Cort. Citri, Majoranæ, Salviæ,
Ammi, Nardi Indici, Xyloaloës,
Cubebarum, Cardamomi,
Cinnamomi, Menthæ, Lavendulæ,
Coſti, Pulegii, Origani, Calaminthæ,
Calami odorati, Stœchadis, Chamædryos,
Chamæpityos ana part. æquales.

B In pulverem redacta, vino optimo macerentur, inde leviſſimo igne, vitreis organis aqua excipiatur. Primus liquor perſpicuus, optimusque erit: quemadmodum & ſecundus: tertius abjicitur. Poteſt & nonnihil Moſchi lineo panno involuti addi, aſſiduè autem in ipſa aqua moſchi nodulus appenſus maneat. Cochlearis menſura bibitur jejuno ſtomacho: confert autem tremori, paralyſi, coli dolori, quem frigidus humor, aut ſpiritus genuerit. Tardat canitiem, juventutis robur conſervat, calculum in renibus minuit. *Thaddæus Florentinus.*

### *Aqua vitæ optima.*

℞. Cinnamomi electi ℥ x.
Ligni aloes ʒ v.
Cardamomi, Cubebarum,
Caryophyllorum ana ʒ iij ß.
Galangæ ʒ iij.
Santali citrini ʒ ij ß.
Roſ. rub. ſicc. ʒ iij ß.
Nucis moſchatæ,
Macis ana ʒ ß.
Moſchi ʒ j. Ambræ G. xl.
Aquæ vitæ circulatæ ℔ xij.
Syrupi de Cort. mali citri,
Mivæ citoniorum ana ℔ j.

Pulverizanda pulverizentur, & miſceantur in vitro optimè obturato, agitando quotidie bis, vel ter. Et cùm per menſem ſic ſteterint, coletur, & ſervetur ad uſum. Amiſſam memoriam reſtituit, ſenſus, cor, ſtomachum, & cerebrum corroborat: mœſtitiam fugat, præſervat à peſte, & apoplexia: omnibus denique morbis frigidis ſubvenit. *Lucas Ghinus.*

### *Aqua vitæ optima.*

℞. Cubebarum, Cinnamomi, Galangæ, Nucis moſchatæ, Caryophyllorum, Zingiberis ana part. æquales.
Salviæ, ſeu athanaſiæ, aut ambroſiæ, quadruplum.
Aquæ ardentis optimæ, circulatæ, quantum eſt pondus omnium.

Miſce, & diſtilla. Hujus aquæ uſu M. Gallum Caroli Imp. Medicum annos centum viginti quatuor vixiſſe refert *Geſnerus.*

### *Aqua vitæ, vitam prolongans.*

℞. Cinnamomi electi, Cubebarum,
Galangæ, Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ, Zingiberis ana ℥ iij.
Salviæ ℔ j. ℥ ij.

Hæc omnia macera in duabus ℔. & ℥ iv. aquæ
A vitæ opt. & circulatæ, & deſtilla. Hac aqua M. Gallus Caroli V. Imp. Medicus uſus, vixit annos 129. *Ranzovius.*

### *Aqua ſtillatitia odorata valdè.*

℞. Aquæ roſarum ſtillatitiæ ℔ vj.
Roſarum Damaſcenarum recent. ℔ iij.
Flor. Lavendulæ recent.
Flor. Spicæ recent. ana ℥ iv.
Flor. Periclymeni, flor. Jaſmini,
Flor. Liguſtri ana ℔ j ß.
Flor. mali aurantii ſicc. ℥ iij.
Cort. mali citr. exicc. ℥ ß.
Caryophyllorum ʒ j ß.
Cinnamomi, Ireos optimi,
Styracis calamitæ, Belzoini ana ℈ ij.
Nucis moſchatæ ℈ j.
Vini Cretici cyathum j.

C Quæ in pulverem redigi poſſunt, in pollinem adducantur omnia, aliquotq; dierum, nempe unius, aut alterius (ſunt & qui plurium ſpacio) macerentur, inde calentis aquę balneo educatur aqua, cui addunt Moſchi, Ambræ ana ℈ j ß. ſervantque inde in Sole pleroſque dies; inde utuntur. Cordi & cerebro prodeſt exteriùs, interiùsque adhibita, nec non & ſtomacho. Sunt, qui ſantalos addant, & alia hujusmodi, quæ uſus ipſe, & ſcopus utentium ſuadet. *Hieron. Rubeus.*

In Italia fragrantiſſima aqua extillatur ex floribus malorum citriorum, limonum & arantiorum
D quorum cùm apud nos inedia ſit, ita imitabimur.

Accipiemus illam abraſam flavedinem teneram pomorum (in qua fragrantiæ focus reſedit,) ſucco pomorum aſpergemus (modò ad frigidum uſum ducere velimus) aut vino: vel ſi calidioribus uſibus accommodemus, Cretico vino, imò & Aqua vitæ, & diebus quibusdam digerantur, vel ilicò exciſa à pomo flavedo, ſine attritione extilletur balneo: ita cortices cotoneorũ malorum. Utilis hæc aqua præter ſuavem odorẽ, quem
E ſpirat, uſibus quotidianis, & quoq; miſcetur ſaccharo. Veneno & peſti reſiſtit, halitum oris commendat, melancholiam diſcutit, ſtomachi pituitam diſſipat, oculorum craſſitiem extenuat, ictibus venenatis appoſita prodeſt: epithemata cordi gratiſſima inde fiunt in populatim graſſantibus morbis. *Heurnius.*

### *Aqua vitæ precioſa Fuckeri.*

℞. Radicum Oſtrutii, rad. Chamæleonis,
Rad. Roſarum, rad. Valerianæ,
F Rad. Rhapontici, rad. Angelicæ,
Rad. Rhabarbari, rad. Chelidoniæ,
Rad. Morſus diaboli, rad. Pæoniæ, rad. *Satyrii*,
Rad. Polypodii, rad. Petroſelini, rad. *Fœniculi*,
Rad. Glycyrrhizæ, rad. Apii ana ℥ ij.
Rad. Leviſtici, rad. Enulæ,
Rad. Priamiæ Indicæ (*Peti fortè*)
Rad. Ranunculi (Ma[illegible])
Rad. Dictamni, rad. Pimpinellæ, rad. Petaſites,
Rad. Ferulæ, rad. Anethi ana ℥ j.
Rad. Gentianæ ℥ j.
Sem. Pæoniæ, ſem. Anethi ana ℥ j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0243-4

Rad. Ideos (Ireos fortè) ℥ j.
Galangæ, Calami aromatici, Zedoariæ,
Hermodactylorum, Turbith ana ℥ j.
Allii ʒ vj.
Rad. rub. tinctorum,
Akaram wurtz (Acori fortaſſis) ana ℥ j.
Agarici, Mithridatii ana ʒ vj.
Succini albi pul. ʒ ij.
Rad. Pyrethri ʒ vj.
Ein wurtz Werſchia genant ℥ j.
Been albi, Been rubri ana ʒ vj.
Ein wurtz genant Graffert ℥ j.
Stallwurtz ℥ j.
Nucis moſchatæ, Macis ana ʒ vj.
Caryophyllorum ℥ ß.
Spicæ ℥ j. Croci ʒ ij.
Flor. Carthami ʒ ij.
Cinnamomi ℥ j.
Granorum juniperi ℥ j.
Baccarum Lauri ℥ ß.
Cumini Romani, ſem. Cinæ ana ʒ vj.
Sem. Apii ℥ j. Sem. Aniſi ʒ vj.
Sem. Fœniculi ſem. Aquilegiæ,
Die körner von den weinrauten ana ʒ vj.
Abrauten ℥ j.
Sem. Flor. tiliæ ℥ j.
Carpobalſami, Santali rubri ana ʒ vj.
Ligni aloës ℥ ß.
Lap. cancrorum crudorum ℥ j.
Cornu cervini præparati, & pul. ℥ j.
Eboris ℥ j.
Margaritarum perforatarum,
Coralii ana ʒ vj.
Unicornu ℥ ß.
Oſſis de corde cervi ℥ ß.
Flor. frumenti, flor. Tritici ana ℥ j.
Moſchi q.ſ.
Aquę vitę ter deſtillatę ein halb Wiener Schaff.

Ponantur omnia in Phiala magna per 40. dies, &c. cola. & ſerva. Peſti medetur mirifice. & ad omnia venena valet: pectus mundificat: pleuritidi medetur, &c. Capitur cum ſaccharo, vel tabularum forma.

### *Aqua ad juventutem conſervandam, & ſenectutem tardandam.*

℞. Ligni aloës,
Caryophyllorum,
Zingiberis, Galangæ,
Cinnamomi, Macis,
Nucis moſchatæ, Piperis longi,
Calami aromatici, Cubebarum,
Rhabarbari electi, Granorum Paradiſi,
Cardamomi ana ʒ ij.
Roriſmarini, Chelidonii,
Mercurialis, Cardui benedicti,
Imperatoriæ, Dictamni albi ana ℥ j.
Aquæ vitæ optimæ ℔ vj.

Macerentur per dies octo: deinde deſtillentur. Aquæ deniq; adde pro qualibet libra Sacchari albiſſimi in aqua roſ. diſſol. ℥ ij. Moſchi G. iix. & ſerva in vaſe vitreo optimè obturato. *Fioravan.*

A

### *Aqua Theriacalis.*

℞. Theriacæ Alexandrinæ ℥ ij ß.
Myrrhæ electæ ℥ j ß.
Croci ʒ ij. Spiritus vini ℥ vj.

Miſceantur omnia, ac per cineres in alembico vitreo ſubjecto igne lentiſſimo deſtillentur: deſtillata circulentur in baln. Mar. per octo dies, & rurſus deſtillentur. Hæc aqua ſummam contra peſtem. & omnia venenata vim habet, & cor majorem in modum roborat. *Quercet.*

B

### *Aqua Theriacalis alia.*

℞. Scobis ebeni ℔ ij. vino malvatico macera, & vino albo ana ℔ j per duos dies in loco calido, clauſo vaſe, ſæpe agitando.

Adde Cinnamomi, Granorum paradiſi, Carvi,
Caryophyllorum, Piperis ana ℥ j ß.
Rad. Pæoniæ, Nigellæ, Juniperi ana ℥ j ß.
Zingiberis, rad. Angelicæ ana ℥ ij.
Aſari, Viſci recentis ana ʒ ij.

C Croci ʒ ij.
Cort. rad. Capparorum, cort. Tamaricis,
Rad. Enulæ, Rad. Gentianæ, Polypodii,
Lapathi, Cort. rad. Fraxini, Epithymi,
Ceterach ana q.ſ.
Theriacæ Alexand. ℔ ß.

Diſtilla. Da ℥ ij. pro doſi cum ſero lactis caprini, purgato prius corpore. * Valet plurimum in morbo Gallico. *Sylvius.*

### *Aqua vitæ precioſiſſima.*

D ℞. Cardamomi, Piperis albi,
Piperis longi ana ℥ ß.
Galangæ, Macis,
Caryophyllorum,
Granorum paradiſi ana ℥ ß. ℈ j.
Ligni aloes ℥ ij. Zingiberis ʒ iij.
Cinnamomi, Cubebarum ana ℥ ß.
Majoranæ, Roriſmarini, Menthæ, Pulegii,
Rutæ, Salviæ, Nardi Gallicæ, Aſparagi,
Florum anthos, Roſ. rubrarum ana M. ß.

E Sem. cumini ſylveſtris ℥ ß.
Aniſi, Fœniculi ana ℥ j.
Coriandri, Sinapi ana ℥ ij.
Sem. pæoniæ ℥ j.
Sem. cumini Romani ℥ ij.
Rad. enulæ Camp. rad. Iridis ana ℥ j.
Rad. Angelicæ ℥ ß.
Rad. Teucri, vulgò pimpinellæ ℥ ß.
Rad. Pæoniæ, Doronici ana ℥ ß.
Dictamni albi ℥ iij.

F Sacchari candi albi ℔ ij.

Singula inciduntur modiceq; conteruntur, & ex vino generoſo quinquies diſtillato, correctoque macerantur in fimo, vel aqua calente, dieb. quatuordecim, ampulla diligentiſſime obſerata. Deinde operculum roſtratum ſuperimponitur, & commiſſuris luto oblitis, ex balneo cum modico igne diſtillantur. Poſtea ampulla aperitur, & liquor qui effluxit, rurſus ſuper fæces funditur, iterumq; evocatur, ut antea, iſq; labor quinquies repetitur. Tandem aqua ardens diſtillata vitreo conditur, & adjectis

Croci

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0244-0 DFG

Croci Orientalis ℈ j.
Moſchi, Ambræ ana ℥ j.
Fol. auri ℥ ß.

Optimè clauditur, finiturque dum omnis vis extracta fuerit. * Præſtantiſſima eſt aqua vitæ ad morbum attonitum, comitialem, vertiginem, paralyſin tum præcavendam, tum curandam: memoriam confirmat, roboratq; omnes facultates reficit, juvat, & auget. Dantur guttæ tres, vel quatuor, ex aqua tiliæ, betonicæ, meliſſæ, ceraſorum, aut ſimili peculiari. *Andernacus.*

### *Alia minùs ſumptuoſa.*

℞. Calami aromatici ℥ ij.
Cinnamomi, Ligni aloës, Zingiberis ana ʒ j.
Caryophyllorum, Cardamomi, Macis,
Cort. citri ana ʒ ß.
Florum roriſmarini P. ij.
Florum lavendulæ, flor. Salviæ ana P. ij.
Florum ſtœchados P. iij.
Florum lauri, Salviæ ana M. ß.
Nardi ℈ j. Croci ʒ ß.
Moſchi optimi, Ambræ ana G vij.

Omnia inciduntur, conteruntur que, & ex vini ſtillatitii optimi ℔ j ß. macerantur diebus octo, poſtea diſtillantur, exceptis croco, moſcho, & ambra: hæc enim in ſindone ligata orificio operculi, aut vitro, in quo ſervatur aqua diſtillata, imponere præſtat. * Valet ad apoplexiam, paralyſin, alioſq; frigidos capitis morbos: podagræ, & articulorum doloribus ſalubris. *Andernacus.*

### *Aqua vitæ ad peſtem.*

℞. Rad. Angelicæ, Carlinæ, Gentianæ,
Tormentillæ, Zedoariæ,
Genitalis cervi ana ℥ ij.
Santalorum omnium ana ℥ j.
Theriacæ optimæ, Mithridati ana ℥ ij.
Caphuræ ℈ ij. Moſchi ℈ j.

Radices inciduntur, miſcentur cum reliquis: deinde vitro impoſita, vini generoſi optimè diſtillati libris tribus perfunduntur, & vaſe diligenter obſerato, macerantur per menſem, ſic ut quotidie commoveantur: poſtea colantur per linteum triplicatum, & vaſi conduntur ad uſum. Præſervandi gratia ſumuntur guttæ duæ manè cum pane albo: curandi verò datur uncia ex aqua cardui benedicti, hirundinariæ, ſcordii, vel ſimili. *Andernacus.*

### *Alia.*

℞. Rad. angelicæ, rad. tormentillæ, Zedoariæ, Pimpinellæ, Enulę Cãpanæ, Dictamni ana ʒ ij.
Cinnamomi ℥ j ß.
Santali rubri & citrini, cort. mali citri ana ʒ j.

Hæc per biduum macerantur ex vini ſpiritus, vel aquæ fontanæ calentis libris duabus: deinde in duplici vaſe diſtillantur, conduntur que. Ex hac manè cochleare dimidium, vel per ſe, vel ex alio liquore ſumi poteſt: in curatione integrum. *Andernacus.*

### *Aqua ſudatoria ad peſtem.*

℞. Pimpinellæ, Tormentillæ, Dictamni albi,
A Serpentariæ, Gentianæ, Zedoariæ, Galangæ ana ℥ v.
Piperis longi, Caryophyllorum, Macis ana ʒ j.
Theriacæ Alexandrinæ ʒ ij.
Caphuræ ℈ j.
Cornu cervini ʒ ß.

Triduo ex vini generoſi, & aquæ ſcabioſæ æquis partibus macera: in duplici vaſe diſtillantur. Ex hac unciæ tres, aut plures, pro ægri viribus & natura dantur. *Andernacus.*

B

### *Alia facilis.*

℞. Angelicæ, Galangæ, Ligni Guajaci, Zarcæ parillæ, Cinnamomi, Baccarum juniperi contuſ. ana ʒ iij. in vini generoſi, & aquæ ſambuci ℔ j ß. macerantur: deinde in balneo Mariæ diſtillantur. *Andernacus.*

### *Alia efficaciſſima.*

℞. Aquæ theriacalis caphuratæ ℥ j ß.
C Liquoris tartari correcti ʒ j.
Spiritus chalcanthini ʒ ß.
Olei unionum G. vj.
Olei coralliorum rub. ℈ j.
Olei terebinthinæ G. v.
Olei baccarum juniperi G. iij.
Eſſentiæ chelidoniæ ʒ ß.
Aquæ rad. tuſſilaginis, Eryngii ana ℥ j.
Aquę florum ſambuci, Violarũ lutearũ an. ℥ ß.
Vini rubri dulciſſimi ℥ ij ß.

D Omnia miſcentur, paraturq; potio ſudorifera.

### *Vel:*

℞. Theriacæ optimæ ℥ ij.
Myrrhæ ʒ ij.
Caryophyllorum, Zingiberis, Piperis ana ʒ ß.
Cinnamomi, Croci Euphorbii ana ʒ j.
Vini ſtillatitii ℥ x.
Liquoris tartari ʒ ij.

Miſcentur, macerantur, colanturque. Hujus liquoris cochlear ex coralliorum ſucci ℈ j. datur.
E *Andernacus.*

### *Liquor tartari.*

℞. Tartari albi ℔ iv. in pulverem rediguntur: deinde retortæ induntur: hæc in fornacem locatur, & vaſe quod excipit amplo appoſito, juncturæ luteo occluduntur diligenter: poſtea igne per initia exiguo tandem auctiore urgetur, donec nulli amplius ſpiritus appareant. tunc refrigeratis vaſis liquor eximitur, infunditurque ampullæ vitreæ erectæ, & in balneo calente corrigitur, ſeparatq; aqua ab oleo. Extrahitur autem ab una libra tartari liquoris ℥ j. vel ℥ j ß. Hæc drachmæ inſtar ex aqua fumariæ, chelidoniæ, vel ſimili inſtituto conveniente, *rectè ad puſtulas Gallicas, exanthemata, eryſipelas,* arquatum, aquam inter cutem, febres, *menſes, alioſq;* meatus referandos datur. *Andernacus.*

### *Aqua theriacalis.*

℞. Calendulæ, Verbenæ,
Scabioſæ, foliorum recentium ana M. ij.
Rutæ, Salviæ ana M j.
Rad. perſonatæ recent. ℥ ij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0245-5
DFG

Rad. enulæ campanæ recent. ℥ j. A

Incidentur omnia, affunde vini optimi antiquiſſimi fulvi ℔ ij. Eliciatur aqua balneo Mariæ dicto, vel igne cinerum. Servetur ad uſum.

℞. Hujus liquoris ℔ ij.
Elect. peſtilentialis (Medic. Baſilienſium) ſuo loco deſcripti, ℥ ij.
Theriacæ optimæ ℥ j.

Stent in vaſe diligenter obturato vitreo, in loco tepido per dies aliquot, quotidie agitando, donec aqua aureo colore tincta, vim omnem me- B dicamenti in ſe traxerit, tunc ſenſim à fæcibus ſubſidentibus effundatur in aliud vas vitreum, in quo obturato diligenter ad uſum ſervetur. Vel materiem ſuprà dictam mox poſt commiſtionem in balneo Mariæ vel cineribus deſtillato, & aqua ſervetur uſui. Dantur viris & mulieribus ℥ ij. pueris verò ℥ j. ad ſudorem eliciendum. *Medici Baſilienſes.*

*Aqua in peſte ſudorem movens.*

℞. Ligni Guajaci ℔ ß.
Rad. Angelicæ, Imperatoriæ,
Zedoariæ, Iridis, Gentianæ ana ℥ ß.
Cinnamomi ℥ j.
Baccar. Juniperi ℥ ij.
Fol. Dictamni veri ℥ j.

Omnia minutim inciſa macerentur in ſ.q. vini (albi,
Rad. Caryophyllatæ, Helenii,
Valerianæ viridium ana ℥ j.
Rad. Petaſitidis ℥ vj.
Herbarum viridium Scordii, Rutæ, Pulegii,
Meliſſæ, Ocimi ana M. j.
Cardui benedicti, Borraginis, Scabioſæ,
Acetoſæ ana M. iiij.
Limonum, Malorum citri ana P. iij.

Omnia minutim inciſa miſceantur & deſtillentur in balneo Mariæ. *Johan. Bauhinus junior.*

*Alia.*

℞. Rad. Bugloſſæ, Bardanæ, Carlinæ,
Cyperi, Angelicæ, Gentianæ ana ℥ ij.
Seminis Cardui benedicti, Oxalidis,
Citri, Portulacæ ana ℥ ß.
Herbarum Scabioſæ, Pimpinellæ, Roſarum,
Oxalidis, Scordii,
Corticis nuclei, Fraxini,
Morſus diaboli cum toto,
Florum Verbaſci ana M. j.

Contundantur omnia & macerētur in vino albo & aqua Roſarum per noctem, addendo
Coralii rubri,
Cornu Cervi præp.
Raſuræ eboris uſti ana ʒ ij.
Croci ℥ j.
Santali citrini ℥ ß.

Deſtillentur ut artis eſt, deinde exponatur aqua Soli per dies aliquot. Hæc eſt Genevenſiū aqua. *Johan. Bauhinus junior.*

*Aqua vitæ mirabilis, contra graſſantem peſtem probata.*

℞. Rutæ recentis, Salviæ, Lavendulæ,

A Libanotidis, Roriſmarini,
Rad. Tormentillæ, rad. Pimpinellæ,
Rad. Valerianæ, rad. Biſtortæ ana ʒ ij.
Baccarum juniperi, Baccarum lauri ana ʒ j.
Terræ ſigillatæ, Boli armeni ana ℈ iv.
Rad. Pſeudodictamni, ſem. Sancti, ſem. Benedictæ, (næ,
Rad. Caryophyllatæ, rad. Enulæ, rad. Gentia-
Rad. Rhapontici, rad. Ciamber (fortè Zurumbet) ana ℥ iij ß.
B Coriandri præparati, Acetoſæ, Baſilicæ,
Pimpinellæ ana ℈ ij ß.
Trium ſantalorum ana ʒ j.
Flor. Borraginis, flor. Bugloſſæ,
Flor. Roſarum rub. ana P. ij.
Been albi, Been rubri ana ʒ j.

Contuſis & inciſis groſſo modo, deſtillentur ſecundùm artem per alembicum in vino ſublimato & rectificato ad ſufficientiam quantitatis ℔ viij. Poſtea

C ℞. Piperis albi, Cinnamomi, Granorū paradiſi,
Maceris, Nucis moſchatæ,
Cardamomi ana ℥ ß. ℈ iv.
Croci ʒ ij.
Galangæ, Cubebarum, Caryophyllorum,
Calami aromatici ana ℈ iv.
Spec. Liberantis, ſpec. Cordialium,
Spec. contra peſtem ana ʒ iij.
Spec. Diamoſchi dulcis,
Spec. Diagemmæ ana ʒ j ß.

D Inciſis & contuſis, infundantur in præſcripto deſtillato vino, ſtent in loco tepido per horas 48. Deinde deſtillētur ſimul per alembicum ſapientiæ luto prælutatum. Aromatizentur, poſtea
Ambræ griſeæ G. xij.
Moſchi Alexandrini G. xvij.
Croci ℈ v.

In rubra ſindone ligata, projiciātur in vas, & benè obturentur, ad uſumq; ſerventur. *Geſnerus.*

*Aqua vitæ alia contra peſtem.*

E ℞. Caryophyllorum ʒ ß.
Cinnamomi, Zedoariæ, rad. Valerianæ,
Rad. Pimpinellæ, rad. Tormentillæ,
Flor. Roſarum ana ʒ j.
Santali citrini, & rubri, Spodii, Cort. citri,
Doronici, Terræ ſigillatæ, Dictamni,
Seſeleos, Meliſſæ, Majoranæ,
Rad. Enulæ, ſem. Seſeleos, Carabe,
Rhabarbari, Nucis moſchatæ, Macis,
Scabioſæ ana ʒ ß.
F Flor. Bugloſſæ, flor. Borraginis, flor. Anthos,
Cornu Cervi uſti, Rutæ,
Coriandri præparati ana ʒ j.
Specierum Diagemmæ, ſpec. Liberantis,
Spec. Diacameron, ſpec. Lætitiæ Almanſoris,
Spec. Diarrhodon Abbatis,
Spec. Diamargaritonis, Hiacynthi,
Smaragdi, Margaritarū ſplendidarum ana ʒ j.
Mithridati, Theriacæ Venetæ,
Boli Armeni ana ℈ ß.
Folii auri, Folii argenti ana N. vij.

Vini

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0246-1
DFG

Vini ardentis optimi ℔ viij.

Contundátur omnia optimè, & miſceantur cum vino ſublimato, ponantur in vas vitreatum: obturetur ejus orificium optimè, ne quid exhalet. Stent in infuſione tribus diebus, deinde deſtillentur lento igne ſecundùm artem in balneo Mariæ. Detur de ea in peſte cum electuario appropriato. *Geſnerus ex libro quodam manuſcripto.*

### *Aqua cinnamomi contra peſtem.*

℞. Cinnamomi optimi contuſi ℔ j.
Radicum Dictamni, Angelicæ ana q.ſ.
Vini Cretici odorati,
Aquæ roſaceæ ſtillatitiæ ana ℔ iij.

Macerentur, ſtipatis optimè rimis: aqua balneo M. vitreis organis eliciatur. Hæc aqua peſtilentiæ præcavendæ, adverſus item venena, ac venenatorum ictus, & ſtomachi cruditates maximè laudatur. *Rubeus.*

### *Aqua cinnamomi ſimplex.*

℞. Cinnamomi electi, leviter contuſi ℔ j.
Aquæ roſaceæ,
Vini Cretici ana ℔ iv.

Macera, & deſtilla balneo tepentis aquæ: manabit aqua frigidis omnibus affectibus idonea, ſi ad duas trésve uncias, pro ætatis, temperamenti, ac morbi ratione exhibeatur. Stomachum, jecur, lienem, pulmonem, cor, cerebrum, nervosq; roborat: viſum acuit, cordis affectibus opitulatur, venenis, venenatisque ictibus, ac morſibus prodeſt: halitus gratiam commendat: menſtrua ac lotium educit, nauſeam ſedat: & ſi cum ſucco citri bibatur, faſtidientem ſtomachum juvat: omnibus tandem morbis auxiliatur, ubi calefacere, reſerare, attenuare, digerere, roborare velimus. *Matthiolus.*

### *Aqua contra peſtem.*

℞. Tormentillæ recentis ℔ j.
Rad. herbæ tunicæ, Dictamni ana ℔ ß.
Enulæ campanæ ℥ iv.
Oxalidis cum ſeminibus ℔ ij.
Fol. & flor. Borraginis, Buglоſſæ,
Roſarum rubr. ſyl. ana ℔ j.
Theriacæ opt. ℔ ß.
Pimpinellæ, Scabioſæ ana ℔ ß.
Succi Limonum ℔ j.
Aquæ ardentis optimæ & circulatæ ℔ ij.
Sigilli Lemnii,
Boli Armeni ana ℥ ij.
Sandali albi, Sandali rubri,
Spodii, Been albi & rubri,
Margeritarum ſplendidarum ana ℥ j ß.
Oſſis de corde cervi ℥ j.
Raſuræ eboris ℥ ß.
Croci ʒ iij.
Caphuræ ʒ ij.
Fol. auri ℥ ß.

Folia auri minutim forfice inciſa: vel melle in porphyrite lapide diligenter & diu agitata. Nam in tenuiſſimum pulverem redigentur, in aqua ar-
A dente, cucurbita optimè clauſa, per dies xv. ma-
cerentur. Margaritæ tenuiter tritæ in alia cucur-
bita ponuntur, cum ſucco limonũ totidem die-
bus optimè item clauſa. Radices generoſo vino
abluantur: inde ſiccatæ in umbra, in mortario te-
rantur, & ſimiliter herbæ, flores & ſemina: omnia
tamen in vaſe vitreo, cum theriaca miſceas, ad-
dasque ardentem aquam cum aurifoliis, & ſuc-
cum limonum cum margaritis. Mox foſſa tri-
bus pedibus profunda facta, in cujus ſit fundo,
B ad dimidium pedem, calx viva, in cujus medio
vas optimè clauſum, ne reſpiret, equino fimo
circumdatum, & contectum locato: affunditoq;
duas aquæ ſitulas: maneat ibidem per xij. dies,
ſingulis tribus quatuórve diebus, mutato fimo.
Poſtea omnibus in vitream cucurbitam transfu-
ſis, appoſito roſtrato pileo, ſtipatisque accuratè
rimis, igne levi aquam elicias, quam denuò fæ-
cibus affundas & deſtilles: tertiò verò abſq; fæ-
cibus in cucurbita colloces, & rurſus tepente
C balneo deſtillato, ſervatoque vitreo vaſe optimè
clauſam. Hujus cochlear ſatis parvum exhibe-
tur, cum guttis aliquot auri potabilis. *Guainer.*

### *Aqua alia contra peſtem.*

℞. Nucum recentium N. xxxv.
Rad. Helenii, rad. Tormentillæ,
Rad. Chamæleonis albi,
Rad. Zedoariæ ana ℥ ij.
Cardui benedicti ℔ ß.
D Scabioſæ, Hyperici, Rutæ ana M. ß.
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Macis ana ℥ ß.
Calendulæ, Dictamni ana P. ij.
Rad. Borraginis,
Rad. Bugloſſæ, Oxalidis ana ℥ j ß.
Aquæ ardentis ℔ iix.
Vini Cretici ℔ vij.

Terantur, quæ terenda ſunt, macerentur, ore di-
ligenter clauſo, per dies decem: inde aqua igne
E levi extillet, repetita ter diſtillatione, fæcibus
ſemper extillatam aquam affundendo: quarta
vice, rejectis fæcibus, earum loco ponantur

Theriacæ optimæ ℔ ß.
Mithridatii optimi ℥ iij.
Conſervæ Roſarum, conſervæ Borraginis,
Conſervæ è Nymphæa,
Conſervæ Violarum ana ℥ j.

Inde deſtillet liquor: cujus æſtate ℥ ij. cum ℥ iv.
aquæ oxalidis: hyeme verò ℥ iij. cum ℥ iv. juris
F pulli, præberi poſſunt: ſic tamen, ut ne ætatis,
temperamenti, ac cæterarum hujusmodi rerum
ratio prætermittatur. *Hier. Rubeus.*

### *Aqua contra peſtem.*

℞. Angelicæ, Carlinæ,
Gentianæ, Tormentillæ,
Boleti Cervini, Zedoariæ ana ℥ ij.
Trium ſandalorum ℥ j.
Caphuræ ℈ j.
Moſchi ℈ j.
Spiritus vini circulati ℔ iij.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0247-7

Miſce,& macerentur per menſem:coletur & ſervetur aqua ad uſum. *Innominatus.*

### *Aqua Bezoartica, ſeu Alexipharmaca contra peſtem.*

℞.Rad.Angelicæ,
Rad.Valerianæ ana ℥ iv.
Granorum Juniperi.Dictamni albi,
Rad.Tormentillæ,rad.Serpentariæ,
Rad.Gentianæ,rad.Pimpinellæ,
Rad.Ariſtolochiæ rot. ana ℥ ij.
Rad.Enulæ,rad.Aſclepiadis ana ℥ j ß.
Cort.Citri,Boli Armeni ana ℥ j.
Croci,Zedoariæ,
Doronici,Sigilli Lemnii ana ℥ ß.
Coralii albi & rubri,Sem.Thlaſpi,
Sem.Oxalidis ana ℥ j.
Myrrhæ electæ ʒ ij.
Cornu cervini uſti ℈ ij.
Salviæ,Rutæ,Pulegii,
Calaminthæ Italicæ,Scabioſæ,Baſilicæ,
Veronicæ,Majoranæ ana M ij.
Fumariæ,Scordii ana M. j ß.
Flor.Borraginis.flor.Bugloſſæ,
Flor.Violarum,flor.Roriſmarini ana P.j.

Terantur omnia in pulverem craſſiuſculum, & ponantur in vaſe vitreo mundo,addendo
Theriacæ Andromachi ℥ iv.
Michridati ℥ iij.

Miſceantur probè,& affunde
Vini ſublimati,rectificati ℔ iix.
Aquarum Oxalidis,
Aquarum Cardui benedicti ana ℔ iv.

Miſce, & pone ad Solem per dies xiv. deinde diſtillentur per veſicam magna diligentia, vel in balneo M.Poſtea
℞.Cinnamomi electi ℥ ß.
Spec.Diamargaritionis frigidi,Macis,
Nucis moſchatæ ana ʒ ij.
Sandali rubri,Sandali citrini, Zedoariæ ana ʒ j.
Caryophyllorum,Ligni aloës ana ℈ j.
Spec.Lætitiæ Galeni,
Spec.Lætitiæ Rhaſis,
Spec.Diagemmæ ana ℈ j.
Moſchi,Ambræ ana G.ij.

Terenda terantur craſſiuſculè, & probè cum reliquis miſceantur, & in ſindone rubea colligata, cum filo in prædictam aquam dimittantur. Doſis ejus ℥ iij.per ſe. Miſcetur item cum aliis medicamentis. *Jacobus Theodor.*

### *Aqua ad præcavendam peſtem & venena.*

℞.Cinnamomi ℔ j.
Flavedinem Citreorum,
Summitates Meliſſæ,
Semen Angelicæ.

Extilla ex quatuor libris Malvatici, & Rhodoſtagmatis tantundem. *Heurnius.*

### *Aqua theriacalis caphurata.*

℞.Spiritus chalcanthini ℥ j.
Liquoris tartari correcti ℥ iij.
A Aquæ theriacalis ſequentis ℥ v.

Miſcentur, digeruntur que in balneo calido per menſem. Datur ʒ j.ex vino generoſo, vel alio humore idoneo. Ad jam dictos affectus vehementiùs valet. *Andernacus.*

### *Aqua theriacalis.*

℞.Theriacæ Alexandrinæ ℥ v.
Myrrhæ rubræ ℥ ij ß.
Croci Orientalis ℥ ß.

B Mixta ampullæ vitreæ induntur, perfundanturque eſſentiæ, ſive ſpiritus vini optimi ℥ x. operculo diligenter ſuperimpoſito: ſimul macerantur: paraturq; aqua, quæ vitro probè reconditur. *Andernacus.*

### *Aqua theriacalis alia.*

℞.Scobis ligni Guajaci ℔ j.
Theriacæ Alex.optimæ ℥ ij.
Conſervæ Roſarum,Bugloſſæ,
Borraginis ana ℥ ij.
Conſervæ Helenii,Anthos ana ℥ j.
C Spec.Diagemmæ,Lætitiæ Galeni ana ʒ ij.

Fiat infuſio in vaſe oppleto vini albi & aquæ bonæ ana quartariis iij. ſuper cineres calidos diſtillentur in vaſe duplici cum cinnamomo. Dilue in eo quod deſtillatum fuerit, ſacchari quantum ſatis eſt: cola per manicam Hippocratis: dato bibendum his, qui convaleſcunt à morbo Gallico. *Rondeletius.*

### *Aqua theriacalis alia.*

D ℞.Theriacæ veteris ℔ j.
Acetoſæ M.iij.
Florum Chamomillæ,Pulegii,Graminis,
Cardui benedicti ana M.ij.

Temperentur in vino albo, diſtillenturq; : aqua ſervetur uſui: capiat æger ℥ ij.cum ℥ ij.aquæ Acetoſæ,Bugloſſæ: & hoc,cùm ingreditur lectum vel ſtupham. * Hæc aqua curat dolores morbi Gallici, ſi per ſe detur, vel cum decocto milii Solis, vel bardanæ. Ego,inquit, optimo ſucceſſu
E curavi multos pueros, ſenes & debiles hac potione, vel addendo guttas aliquot decoctioni communi Guajaci: propter tenuitatem partium citò penetrat, & ad extra propellit. Hæc aqua cum aqua extinctionis auri omne vitium argenti vivi emundat & caſtigat. *Rondeletius.*

### *Aqua theriacalis alia.*

℞.Ligni Guajaci ℔ ß.
Aquæ ℔ viij.
Vini albi ℔ ij.
F Aquæ Fumariæ, aquæ Cichorii, aquæ Chamomillæ ana ℔ j.

Macerentur ſimul per noctem ſuper cineres calidos. Adde
Polypodii quercini ℔ ß.
Epithymi ℥ ij.
Aſparagi ℥ vj.
Conſervæ Roſarum, Cichorii,
Borraginis, Bugloſſæ ana quart. ij.
Theriacæ bonæ,
Conſervæ Enulæ ana quart.j.

Diſtillentur vaſe duplici benè obturato. Doſis

℥ ij.vel

℥ ij. vel iij. Quòd ſi velis, poteris ℥ iij. aquæ theriacalis addere ſacchari ℥ j. cinnamomi ʒ j. & rurſus per manicam Hippocratis diſtillare. Datur in morbo Gallico manè in lecto ad ſudores provocandos. *Sylvius.*

### *Aqua contra venena lethalia & peſtem.*

℞. Antidoti Matthioli contra venena lethalia ℔ j.
Syrupi de cortic. Citri ℔ j.
Aquæ vitæ optimæ, in vitreis org. diſtill. ℔ v.

Miſce in vaſe vitreo optimè clauſo, magna cum dexteritate aquam in vaſe cum electuario tamdiu agita, donec totũ diſſolvatur. Tum in menſem integrum reponito, bis tamen in hebdomada agitando. Exacto deniq; menſe claram aquam aureoq; colore nitentem, electuario ſupernatare invenies, & quæ jam omnẽ illius vim in ſe contraxerit. Tum itaq; vas ipſum aperias, & in vas aliud vitreum limpidam aquam paulatim effundas, cujus os cum cera & membrana accuratiſſimè obtures. Tanta hæc aqua virtute pollet, (quod millies expertus ſum) ut quatuor drachmarum pondere pota vel per ſe, vel cum pari odorati vini quantitate, vel cujusvis aquæ cordialis, ubi quis ictus, vel demorſus à quocunq; venenato animali, in tanto mortis diſcrimine verſaretur, ut vocem, viſum, ac reliquos ferè ſenſus amiſiſſet, ægrum ingenti adſtantium admiratione à longo veluti ſomno excitet. Quin & vomitione plurimam infectorum humorum copiam exhaurit. Valet etiam contra venena, quæ per os ſumuntur, & peſtem. *Matthiolus.*

### *Aqua vitæ precioſa.*

℞. Vini ſtillatitii, ſeu aquæ vitæ ℔ x.
Succi Mellis, Olei chalcanthini,
Liquoris tartari ana ℥ vj.
Meliſſæ, Chelidoniæ, Salviæ,
Roriſmarini, Majoranæ ana M. j.
Zingiberis, Caryophyllorum,
Piperis albi, Piperis nigri, Piperis longi,
Cubebarum, Cinnamomi, Macis,
Myrrhæ rubræ, Maſticis ana ℥ ij.
Cinerum Fabarum ℥ v.

Aromata leviter conteruntur, herbæ inciduntur, omniaq; miſcẽtur, & ampullæ vitreæ induntur, ipſaq; obſerata diebus duodecim in balneo macerantur: pòſt lentiſſimo igne ex eodem diſtillantur, ſeparanturque. Deinde

℞. Pulveris Zingiberis ℥ j ß.
Pul. Zedoariæ ℥ ij ß.
Pul. Caryophyllorum ℥ ij.
Cubebarum ℥ j ß.
Amomi ʒ ij.
Granorum paradiſi ʒ vj.
Nucis moſchatæ ℥ j ß.
Cinnamomi electi, Macis ana ℥ ij.
Florum Sulphuris,
Florum Auri ana ʒ ij.
Zibetti, Ambræ ana ʒ ij ß.
Moſchi G. v.

A Hæc in pulverem rediguntur, & pomo ſub cineribus cocto imponuntur: poſtea hoc aquæ vitæ ſuprà diſtillatæ injicitur, maceraturq; in calido loco per dies tres, aut quatuor: tum iterum ſeparatur, & ex aqua vaſe optimè recondita ſervatur: dantur guttæ quinque. * Corpus penetrat, roborat & renovat. *Andernacus.*

### *Aqua vitæ optima.*

℞. Chamomillæ, Meliloti,
B Flor. Lavendulæ, Sabinæ,
Flor. Anthos ana M. j.

Hæc in aqua vitæ ℔ iv. macerentur per horas viginti quatuor: deinde ex balneo diſtillentur, ſeparenturque ita, ut ſi *libra* exſtillarit, hæc peculiari vaſe condatur: atque ſic reliquæ deinceps excipiantur, reſerventurque. *Prima omnium eſt* præſtantiſſima: *hinc* ſecunda: *poſtea* tertia. * Multi feliciſſimè hac uſi ſunt in præcavenda apoplexia & paralyſi hoc pacto: Si quis in balneũ
C deſcendens, aquæ hujus guttas tres ex aqua Majoranæ vel Salviæ ſumat, hic à morbis hiſce per menſem integrũ tutus erit, quinetiã eadem naribus admota, tutiorem reddit. ſecurè quoque ſingulis menſibus ſemel guttæ tres, vel quatuor ex vino Cretico manè potui ſumũtur. *Andernacus.*

### *Liquor auri.*

℞. Auri finiſſimi calcinati q. ſ.

Tantum ſpiritus vini ſuper hanc elotam calcem
D funditur, quantum ſex digitos transverſos ſuperemineat: ac juncturis vaſis probè oblitis, macerantur in aqua temperatè calida, ſive balneo Mariæ diebus viginti aut triginta. Tum liquor citrinus, relicto in fundo vaſis pulvere candido effunditur, & ſpiritus vini ex ampulla vitrea per operculum à flavo auri liquore modicè ex balneo ſeparatur. Poſtremò idem liquor auri extractus, ad ſummum gradum uſq; elevari, hoc eſt, quinquies per ampullam incurvatam (retortulam appellant) urgeri debet: atque tunc quinta
E auri eſſentia abſolutè parata, dicitur ſummum Chymicorum myſterium. *Andernacus.*

### *Elixir vitæ.*

℞. *Caryophyllorum*, Nucis moſchatæ,
Zedoariæ, Zingiberis, Galangæ,
Piperis albi, Piperis nigri,
Baccarum Juniperi, corticum Citri,
Corticum Arantiorum, Salviæ,
Baſiliconis, Roriſmarini,
F Menthæ, Majoranæ,
Baccarum Lauri, Pulegii,
Gentianæ, Calamenthi,
Foliorum Sambuci, Roſarum *albarum*,
Roſarum rubrarum, *Spicæ nardi*,
Cubebarum, Aloës *hepaticæ*,
Sem. Artemiſiæ, Sem. *Majoranæ* ana ʒ ij.
Ficuum, Paſſularum, *Dactylorum*,
Amygdalarum, *Pinearum* ana ℥ vj.
Mellis albi ℔ j.
Moſchi optimi ʒ j.
Sacchari fini ℔ iv.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0249-1

Miſce, contuſis omnibus contundendis, & in aquæ vitæ ℔ xv. infundantur. Stent ita in bocia bene obturata, decem diebus, aut ampliùs: poſtea in balneo diſtillentur uſque ad fæcum exiccationem. Poſtea extrahe aquam è recipiente, ponaturque in pellicano, & circuletur in fimo equino per duos menſes continuos. Poſt circulationem tuum elixir habebis paratum. Poſt hæc accipe bociam cum reliquiis fæcum, & diſtillentur in cineribus fortiſſimo igne, & jam exſtillabit aqua rubra inſtar ſanguinis, quæ admodum fœtet, & turbida eſt: quæ & ipſa circuletur, ut prior: & hæc eſt ignea ſubſtantia, quæ etiam ſemimortuos ſuſcitare poteſt. Poſt circulationem ſervetur. * De priori aqua, quæ per balneum eſt extracta, ſi tertio quoq; die per os ʒ j. accipiatur, corporis integritatem conſervat, & à morbis tuetur. Si vulnera eâ madefiant bis térve ad ſummum, curantur: oculorum morbis omnibus apprimè convenit, gutta una inſtillata viſum conſervat. Facies & pectus ſæpiùs hac aqua lota, juventutem conſervat. Per os aſſumpta Venerem ſtimulat: & mulieres infœcundas ad conceptum diſponit. Poſterior aqua ruſo colore prædita, doloribus matricis medetur, per os ſumpta: pondere duarum drachmarum aſſumpta, pleuritidem ſolvit: colicos dolores inunctione curat: ſimiliter & lienis duritiem, dentium dolorem, anhelitus fœtorem, & alia hujusmodi ſanat. Omnis generis febres tollit: quia potenter omnes humores diſcutit & diſſipat. Si cui ægroto vocis acciderit privatio, dabis hujus ʒ j. cum altera ʒ. prioris aquæ intra os, & loquetur: quod ego millies, inquit author, expertus ſum. *Fioravantus.*

### *Aqua precioſa.*

℞. Vini malvatici opt. menſ. vj. ponatur in bocia, & diſtilletur ſuavi igne per cineres ſeptem vel novem vicibus: aquam vitæ ſic benè rectificatam pone in vitro cum ſequentibus.

℞. Sperma ceti,
Ambræ electæ,
Rhabarbari optimi ana ʒ ij.
Moſchi fini ʒ j.

Pone hujusmodi res in ſacculum vel pilam de panno raro ſubtili & benè mundo. Hujusmodi ſacculus poſtea ponatur ad vinum ſuprà rectificatum, & benè claudatur orificium vitri: efficietur tale vinum aurei coloris. Poſſet & cinnamomi aliquid addi, & erit magis delectabile: * virtutes hujus aquæ: venena curat & expellit. Ad præſervandum contra peſtem datur gutta una manè cum modica medulla panis, factis priùs aliis purgationibus & phlebotomia. Infecto verò da teſtam nucis moſchatæ plenam cum mica panis albi: deglutiendo curat. *Euonymus.*

### *Aqua mirabilis.*

℞. Terebinthinæ ℥ j.
Thuris maſculi ℥ ij.
Aloës hepaticæ, Maſticis,
Caryophyllorum, Galangæ,
Cinnamomi, Croci,

A Nucis moſchatæ, Cubebarum ana ℥ j.
Gummi hederæ ℥ v.

Omnia ſubtiliſſimè pulverizentur: deinde in alembico bene lutato diſtillentur lento igne. Prima aqua erit clara & alba, donec incipiat croceari & inſpiſſari: tunc remove ipſam, & collige ſecundam, quæ erit crocea, ſpiſſa, & priori ſupernatat. Cum autem color ille croceus magis intenditur, removeatur ſecunda, quia venit tertia: quæ eſt ſicut mel clarũ, & propriè balſamum vo-
B cabitur, & ejus facultates quoque obtinet. Si ejus guttam cum cuſpide cultelli in fundo cyathi aqua pleni poſueris, non diſſolvitur, quemadmodum verum balſamum: poſtquam ſteterit per unam horam, venit in ſuperficie aqua ſine diſſolutione. Ardet quoque. Deinde congelat lac: ſi in una libra lactis ponatur una gutta tepida, ſtatim congelat illud, ſicut balſamum. * Prima aqua balſamum dicitur, & hæc curat fiſtulam, ſonitum aurium, ſi de ea duas vel tres guttas impoſueris.
C Secunda aqua vocatur oleum balſaminum: quæ curat oculos expalpebratos, leproſos & lacrymoſos ſubitò, ſi cum ea mane & ſerò laveris. Tertia vocatur balſaminum oleum artificiale, quod in facultatibus idem eſt, quod naturale. Curat & ſtringit omnem tineam, ſcabiem & ſuperfluitatem, in quacunq; parte humani corporis acciderit: omnia apoſtemata & omnia ulcera recenter evenientia, omnemq; tumorem oculorum, ſi cum ea laveris. Repercuſſiva eſt magis
D humorum frigidorum, quàm ulla alia medicina. Omnem dolorem dentium, vel ex verme, vel ex humore fluente, ſi cum ea laveris, curat, reſtringit, & interficit. Et in omnibus venenis frigidis, ſicut bufonis, araneæ, ſerpentis, ſcorpionis, optimè valet: nec eſt poſſibile, ut hominem lædant, ſi aliquis ab illis punctus, guttam tepidam hujus appoſuerit. Omnia ulcera quantumcunque profunda ſint, ſive in carne, ſive in nervis & oſſe, & apoſtemata ſanioſa, ſi cum ea laveris, ſine aliqua
E tenta curat intra novem dies, quantumcunque terribilia, ſeu immunda, fiſtulata ſeu cancrata fuerint, etiam Noli me tangere, & morbum Ægidii: habet etiam mirabiles effectus in dulcificatione corporum metallicorum. Omnem guttam frigidam, ſi cum ea laveris, & cum panno lineo ſupra locum doloris emplaſtraveris, curat, & percuſſiones lapide, vel caſu, læſione loci facta, panno lineo in eo tincto & ſuperpoſito deſiccat & reſtringit, nervosq; fortificat, vel con-
F fortat. Et ſcias, quòd eſt calidiſſima ſupra omnem gradum, & nulla res calidior reperiri poteſt: & eſt tantæ penetrationis & caliditatis, quòd ſi unam guttam tepidam poſueris ſuper manum, ſtatim penetrat ſine læſione, & non ſenties. Tumorem pedum, tibiarum & dolorem juncturarum læſione ibi facta, ſuperpoſita, curat ex frigida cauſa, vel ex ſanguine corrupto. Dicitur hic liquor Mater balſami: quem ſi probare volueris, accipias pullum deplumatum, & mundatum à viſceribus: poſtea calefac eum ad ignem tandiu, quòd vix poſſit teneri in manu: poſtea line cum

cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0250-3
DFG

cum dicto oleo, & expone Soli per duas horas ad exiccandum, & iterum iteretur ungendo cum dicto oleo, & deſiccetur: poſtea ubi vis repone, quia nunquam putrefiet, & hujus generis plures habet facultates. *Bertapalia.*

### *Aqua apoplectica, noſtra.*

℞. Roriſmarini, Betonicæ,
Salviæ, Majoranæ ana M. j.
Flor. Anthos, flor. Stœchados,
Flor. Borraginis, flor. Primulæ Veris,
Flor. Lavendulæ ana P. j.
Sem. Sinapi, ſem. Pæoniæ ana ℥ j.
Sem. Fœniculi ana ʒ ij.
Nucleorum Perſicorum ℥ j.
Rad. Pæoniæ ℥ j.
Scillæ ʒ ij.
Viſci quercini ℥ ß.
Cubebarum,
Nucis moſchatæ ana ʒ ij.
Macis ʒ j.
Spec. Diambræ, ſpec. Diamoſchi ana ℥ ß.
Confect. Anacardi ℥ j.
Aquæ vitæ optimæ, atque circulatæ ℔ iv.

Pulverizanda pulverizentur, macerentur, & per veſicam deſtillentur, ut artis eſt.

### *Aqua epileptica.*

℞. Fol. & Flor. Salviæ minoris ℔ j.
Rutæ ℥ j.
Flor. Lavendulæ ℥ ij.
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum,
Zingiberis, Cinnamomi ana ℥ j.
Spicæ nardi, Caſtorei ana ʒ j.
Granorum Paradiſi, Olei Laurini ana ℥ j.
Cort. mal. citri ʒ iij.

Contundantur optimè omnia, vinoq; albo generoſo macerentur aliquot diebus, cucurbita accuratè clauſa: inde igne lento ſtillatitius liquor excipiatur. *Rubeus.*

### *Alia.*

℞. Hirundinum N. lx.
Caſtorei ℥ ij.
Granorum Pæoniæ ℥ ß.
Aquæ ardentis ℔ xv.

Macerentur cucurbita optimè *occluſa, deinde* adde

Liquoris *primi è* Chalcantho *educti,*
*Aceti albi acerrimi ana* ℔ j.

Macerentur *quindecim diebus omnia:* mox i-*gne cinerum* moderato deſtillentur, dum liquor perſpicuus manaverit: cujus mane & veſperi cochlear exhibeatur, dum totum ſumatur. Quòd ſi Caſtorei odor & ſapor ingratus ſit, G. xij. Moſchi adjungantur, & totidem Camphoræ, & ſacchari candi ℔ ß.

### *Aqua epileptica Eraſti.*

℞. Flor. Lilii convallium ℔ j. ß.
Flor. Pæoniæ, flor. Lavendulæ,
Flor. Betonicæ ana ℔ j.
Flor. Tiliæ, flor. Verbaſci odorati ana ℥ ij ß.
Rad. Ariſtolochiæ longæ ℥ j ß.
A Viſci quercini ʒ xiv.
Viſci Coryllorum ʒ iij.
Cubebarum ℥ j.
Piperis nigri, Caſtorei Pontici ana ℥ ß.

Incidenda incidantur, miſceantur, infundantur in vini vel Malvatici, vel alterius generoſiſſimi mēſuris duabus Germanicis, per tres hebdomadas, maneatque loco calido, vel Soli expoſito, & quotidiè agitentur, demùm balneo Mariæ deſtillentur. Uſus eſt, ut in paroxyſmo diducto ore,
B cochlear plenum infundatur, fauces, tempora & nares ea confricentur. Deinde, ut quo tempore inſultus timetur, ſive dum poſt brevia intervalla acceſſiones repetunt, veſperi & manè tantundem ægroto offeratur, unà cum duobus trochiſcis, quorum mentio fiet. *Si mandere ægrotus nequeat, in aqua diſſoluti exhibentur. Poſtremò, ut tempore præſervationis ſingulis ſeptimanis, cùm Luna vel quadrata, vel plena,* vel nova efficitur, cochlear unum ſumatur, cum
C duobus trochiſcis manè & veſperi: & morbo remittente manè tantùm: deinceps metu plenè ſublato, bis in menſe, plenilunii & novilunii tempore accepiſſe ſufficit. Trochiſcorum autem deſcriptio hujusmodi eſt:

℞. Cinnamomi ʒ j.
Rad. Pæoniæ, ſem. Pæoniæ ana ℈ ij.
Zingiberis, Cubebarum,
Caryophyllorum, Macis ana ℈ j.
Spec. Cordialium, ſpec. Aromat.
D Spec. Caryophyllorum ana ℈ ß.
Spec. Diambræ, ſpec. Diamoſchi ana G. v.
*Nucis moſchatæ conditæ* ʒ j.
*Sem. Citri excorticati* ℈ ij.
*Sacchari albiſſimi* ℥ *iix. in* aqua ſuprà dicta diſſoluti.

Ex his fiant juxta artem trochiſci, inſtar eorum, quæ Manus Chriſti vocantur. Pro ditioribus inaurari, & oleo ſtillatitio, vel aniſorum, vel macis, vel alio ſimili aſpergi poterunt, cùm fun-
E duntur ſupra lapidem.

### *Aqua epileptica Langii.*

℞. *Florum Lilii convallium M. iix.*

*Superfundatur menſura vini Cretici*, aut Moſcatelli, aut *aliàs* generoſi, in eoque per dies quinque infuſi maneant, mox vitreis organis tepentis aquæ balneo deſtillet. Mox

℞. Cinnamomi ʒ vj.
Nucis moſchatæ ℥ ß.
F Piperis longi ʒ ij.
Flor. Lavendulæ ℥ j.
Flor. Roriſmarini,
Flor. Stœchadis ana ℥ ß.
Cubebarum ʒ ij.
Viſci quercini,
Rad. Pæoniæ,
Rad. Dictamni *noſtratis* ana ℥ ß.

Omnia craſſiuſculè contrita, rurſus in ſuperiore vino per dies octo macerentur, loco aprico poſtmodùm deſtillentur, ut ſuprà. Trochiſcorum hæc forma eſt:



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0251-8

℞. Sem. Pæoniæ excort. ℥ ß.
Margarit. præparat. ʒ ß.
Macis ℈ j.
Fol. Auri N. vj.
Sacchari albi ß. aquæ jam dictæ diſſoluti ℥ v.
Fiant trochiſci. Uſus ut in præcedente dictum.

### *Aqua ad convulſiones, optima.*

℞. Aquarum Lilii convallii,
Aquarum Juniperi ana ℥ j.
Olei ſuccini ℈ ß.
Miſce. *Quercetanus.*

### *Alia ad idem.*

℞. Aquæ Cinnamomi,
Aquæ flor. Tiliæ ana ℥ j.
Olei Juniperi per ebullitionem aquæ extracti gutt. iv.
Olei ſuccini ℈ ß.
Spiritus Vitrioli gutt. ij.
Miſce, & potui exhibe. *Idem.*

### *Aqua ad melancholiam.*

℞. Zedoariæ, Doronici, Cort. mali Citri,
Macis, Nucis moſchatæ ana ʒ ij.
Coralii rubri, Succini,
Limaturæ Eboris ana ℈ ij.
Been albi & rubri,
Caryophyllorum,
Zingiberis, Piperis longi,
Spicæ, Folii Croci,
Heil, ſive cardamomi ana ʒ j.
Trochiſcorum Diarrhodonis,
Agallochi ana ʒ ß.
Cinnamomi, Galangæ,
Zurumbet ana ʒ j ß.
Fol. Auri, fol. Argenti contuſ. ana aur. j.
Margaritarum ʒ iij.
Frag. Sapphyri, frag. Hyacinthi, frag. Smaragdi, ana ʒ ß.
Moſchi ʒ ß.
Ambræ ʒ ij.
Myrobalanorum emblicorum ℥ v.
Roſarum ℥ j.

Hæc omnia optimo vino macerata octo horarum ſpacio, deſtillatione excipiuntur. Convenit iis, qui abſque manifeſta cauſa triſtantur: qui capite tremunt, aut corde, quibus ſolitudo expetitur. *Savonarola.*

### *Alia aqua ad melancholiam.*

℞. Roſarum ʒ xv.
Glycyrrhizæ mundæ ʒ vij.
Agallochi, Sandalorum ana ʒ iij.
Cinnamomi ʒ v.
Macis, Caryophyllorum ana ʒ ij ß.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ ana ʒ ij. ℈ ij.
Nucis moſchatæ, Cardamomi,
Galangæ ana ʒ j.
Spicæ, Ambræ ana ℈ ij.
Moſchi ℈ j.
Aquæ Roſarum ſtillatitiæ,
Vini optimi ana q. ſ. eſt.

A Macerentur omnia, deinde lento igne excipiatur vitreis vaſis aqua. Quæ ſtomacho jejuno, ob frigiditatem ac humiditatem languenti egregiè ſuccurrit, & coctionem juvat, appetentiam excitat, cordique mirificè opitulatur. Qui tamen calidiori ſunt temperamento, cordis præſertim, aut aliquarum in meſenterio cæteri ſve locis partium inflammatione laborant, ea temerè non utantur. *Rubeus.*

### *Aqua ad loquelam deperditam.*

B ℞. Aquarum Lavendulæ ℥ j.
Salviæ, Pæoniæ, Pulegii, Majoranæ,
Ceraſorum nigr.
Fol. Quercus ana ℥ ß.
Miſce, & teneatur in ore.

### *Alia.*

℞. Aquarum Lavendulæ ℥ j.
Salviæ, Pæoniæ, Pulegii,
Majoranæ ana ℥ ß.
C Miſce. Retineatur in ore, non transglutiendo, vel transſumendo.

### *Aqua ſomnifera.*

℞. Muſci arborei, flor. Nymphææ,
Papaveris albi & nigri,
Lactucarum ana M. j.
Cort. Mandragoræ,
Sem. Lactucæ,
Sem. Papaveris nigri ana ℥ ß.
Sem. Lolii ℥ ij.
D Sem. Papaveris albi ℥ iij.
Sem. quatuor frig. ℥ ij ß.
Cinnamomi, Nucis moſchatæ,
Zingiberis, Caryophyllorum ana ℥ ß.
Ligni aloës, Macis ana ʒ ij.
Myrrhæ, Thuris ana ʒ ij ß.
Croci ʒ iij.
Opii ℥ j ß.
Aqua ex omnibus eliciatur: cujus uſus fuerit ab ℥ ß. ad ℥ j. uti vires ac vigiliæ ægrotantis tulerint. *Guainerius.*

E

### *Aqua ad ſomnum alia.*

℞. Succi Papaveris utriusque ana ℔ j ß.
Succi Hyoſcyami albi & nigri ana ℥ ij.
Succi Portulacæ,
Succi Lactucæ ana ʒ iij.
Succi Fabæ inverſæ ℔ ß.
Succi Nenupharis ℥ iij.
Sem. Papaveris cujusque,
F Radic. Fabæ inverſæ ana ℥ ij.
Sem. Lolii ℔ ß.
Sem. Hyoſcyami albi & rubri ana ℥ ij.
Xyloaloës, Nucis Methel ana ℥ j ß.
Portulacæ, Lactucæ ana ʒ j.
Scariolæ ʒ j ß.
Endiviæ ℥ j.
Contundantur & reponantur per dies tres in vaſe vitreo, & deſtillentur. Detur ʒ j. cum vino & aqua. *Fumanellus.*

### *Alia.*

℞. Lolii, ſem. Hyoſcyami,

Sem. Portulacæ ana ℔ ß.
Mandragoræ ℥ iij ß.
Papaveris nigri, ſem. Craſſulæ majoris,
Cicutæ, Papaveris rubri,
Halicacabi ana ℥ iij.

Unumquodque ſeorſim in pollinem redigatur, inde in cucurbita diebus quinque aut ſex macerentur: poſtea adde
Succi Craſſulæ majoris,
Succi fol. ſeu rad. Hyoſcyami,
Succi fol. Papaveris rubri ana ℔ ß.
Opii ℥ j.

Omnia ſimul miſce, & deſtillet aqua: cujus eſt, ut ſuperioris, uſus. *Rubeus.*

*Alia aqua ſomnifera.*

℞. Opii, ſem. Hyoſcyami ana ʒ ß.
Nucis moſchatæ, Galliæ moſchatæ,
Agallochi ana ℈ j.
Succi Coriandri virentis ℥ iv.

Simul omnia quindecim diebus macerentur, poſtea addantur
Nucis Metellæ ʒ ß.
Lactucæ, per diem ac noctem vino albo generoſo infuſæ M. iij.
Cort. Mandragoræ recent.
Sem. Lactucæ ana ℈ ß.

Vitreis organis aqua eliciatur. *Rubeus.*

*Alia.*

℞. Nucis Metellæ,
Sem. Papaveris,
Sem. Hyoſcyami albi ana ʒ ß. Opii G. j.
Sacchari opt. ʒ iv.
Sem. Lactucæ,
Sem. Papaveris nigri ana ʒ ij.
Sem. Lolii ʒ ß.

Fiat aqua. *Idem.*

*Alia.*

℞. Succi Fabariæ, ſeu Fabæ inverſæ,
Lolii ſucci, ſolani ſucci ana ℥ vj.
Sem. Hyoſcyami, ſem. Fabariæ,
Sem. Endiviæ, ſem. Lactucæ,
Violarum, Roſarum ana ℥ ß.
Opii Thebaici ʒ ij ß.

Quæ teri poſſunt, terantur infundanturque in ℥ iix. aquæ ardentis: mox tepentis aquæ balneo pluribus vicibus liquor deſtillet: cujus exhibent ad ʒ ij. *Idem.*

*Aqua mirabilis ad viſum.*

℞. Succi Fœniculi, Chelidonii,
Rutæ, Euphragiæ ana ℥ ij.
Mellis ʒ x.
Sarcocollæ, Antimonii,
Thutiæ, Aloës ana ℥ ß.
Fellis Caponum, Gallorum,
Gallinarum ana ʒ ij.
Nucis moſchatæ, Croci,
Caryophyllorum ana ℥ j.
Sacchari candi de ſyrupo roſ. ℥ vj.
Hepatis Hircini ſani ℥ ij ß.
Anthos M. ß.

A Contundenda contundantur ſubtiliſſimè, & hepar fruſtatim incidatur: deinde omnia miſceantur, & ponantur in alembico vitreo, & ſecundùm artem bis diſtillentur. * Viſum caliginoſum mirabiliter clarificat, & ſanitatem oculorum conſervat, intra oculos poſita. *Joan. de Vigo.*

*Aqua ad viſum alia.*

℞. Seminis Fœniculi, Petroſelini, Apii, Sileris montani, Aniſi, Carvi, ſem. Gallitrici, Rad. Che-
B lidoniæ, Rad. Acori, Betonicæ, Agrimoniẹ, Tormentillẹ, Rutæ, Verbenæ ana part. æqual. Terantur & ponantur prima die in urina pueri virginis: ſecunda in vino albo: tertia in lacte mulieris, ſive aſinæ: quarta die diſtillentur hæc omnia, & ſerva, ut balſamum, & obtura vas, ne reſpirare poſſit. * Viſum acuit, & oculos clarificat, & maculas & panum delet. *Petrus Hiſpanus.*

*Aqua uſualis ad oculos.*

℞. Aloës Hepaticæ, Sarcocollæ ana ʒ j.
C Caphuræ, Croci orientalis ana ʒ ß.

Pulverizentur omnia per ſe minutiſſimè. adde
Vini Malvatici, Aquæ Roſarum ana ℥ vj.

Bulliant in duplici vaſe ſecundùm artem. *Auguſtani.*

*Aqua confortans viſum.*

℞. Margaritas q. v. quas in tenuiſſimas particulas contuſas excola per linteum cum aqua roſarum. Deinde aquæ iſtius aliquot guttas pluma oculis inſtilla. *Ranzovius.*

D *Alia.*

℞. Aquarum Verbenæ, Betonicæ,
Fœniculi ana ℥ j ß.
Vini albi ℥ j.
Thutiæ præparatæ ʒ j.
Sacchari candi ʒ ij.
Aloës hepaticæ ʒ j.
Lactis mulieris ʒ ij.
Caphuræ ℈ ß.

Pulverizanda pulverizentur, & 24. horis in in-
E fuſione permaneant: deinde colentur, & colatura oculi clauſi abluantur. *Idem.*

*Aqua ad nebulas oculorum & ſuffuſiones.*

℞. Piloſellæ part. x.
Chelidonii part. iij.
Fœniculi part. ij.
Menſe Majo collect. dum rore adhuc madent.

Diſtilla calore cinerum. Sunt qui Aloën addant. *Rubeus.*

F *Alia ad idem.*

℞. Zingiberis, Cinnamomi,
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Granorum Paradiſi ana ℥ j.
Fol. Salviæ ℔ j.
Cardamomi, Cubebarum,
Maſticis, Galangæ,
Roriſmarini, Majoranæ,
Lavendulæ, Meliſſæ,
Betonicæ ana ʒ ij.
Vini optimi, aut aquæ vitæ ℔ ix.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0253-0
DFG

Omnia benè tuſa macerentur per dies decem: mox deſtillet aqua, cujus duæ tréſve guttæ oculis ſuffuſione laborantibus inſtillentur. *Rubeus.*

*Aqua ad oculorum ulcera, ubi materia calida eſt.*

℞. Aquarum roſaceæ, flor. Myrtillorum,
Equiſeti ana ℥ ß.
Sacchari candi è ſyrupo roſaceo ʒ ij.
Sieff albi absque Opio,
Sieff è plumbo ana ʒ j.
Sieff è thure ʒ ß.
Aloës hepaticæ ℈ ß.
Myrobalanorum citrin. ʒ j ß.
Album ovorum N. iij.

Tritis terendis, quaſſentur & miſceantur omnia, inde vitreis organis, ſtipatis accuratè rimis, aqua deſtillet: quæ ulcera purgat, & ad cicatricem perducit. *Joan. de Vigo.*

*Alia ad idem, ubi materia frigida eſt.*

℞. Sieff è thure ʒ j.
Sieff è plumbo ʒ j ß.
Myrobalanorum citrinorum ʒ ij.
Cadmiæ, Stybii ana ʒ j ß.
Myrrhæ ℈ ß.
Sarcocollæ, Aloës hepaticæ ana ʒ j.
Aquæ Plantaginis, Roſarum ana ʒ j ß.

Terantur, quæ terenda ſunt, omnibusque mixtis, eliciatur aqua vaſe vitreo, qua perinde ac collyrio utere. *Idem.*

*Aqua ad oculorum nebulas & ſuffuſiones.*

℞. Succi Fœniculi, ſucci Chelidonii ana ℥ ij.
Mellis roſacei ℥ x.
Rutæ P. j.
Euphragiæ M. ij.
Fellis vervecis ℥ iv.
Sarcocollæ ʒ ij ß. Sagapeni ℥ j.
Caphuræ ℈ ij.

Miſce, ac deſtilla. *Idem.*

*Alia optima Altomari.*

℞. Fœniculi, Rutæ, Euphragiæ,
Verbenæ, Tormentillæ, Betonicæ,
Roſarum, Endiviæ ſylveſtris, Callitrichi,
Anagallidis, Pimpinellæ, Chelidonii,
Papyri, Pæoniæ, fol. Vitis, Apii,
Agrimoniæ, Caprifolii ana part. æquales.

Terantur, & prima die ponantur in vino albo: ſecunda in urina pueri, Venerem non experti: tertia in lacte mulieris: quarta in melle optimo: quo tempore deſtillentur, & quod elicitur, uſui ſervetur. Hæc autem omnia purgato corpore exhibere oportet.

*Aqua viſum conſervans.*

℞. Vini albi ℔ xij.
Panis albi recentis ℔ iv.
Chelidonii, Fœniculi,
Scillæ ana ʒ iv.
Caryophyllorum ℥ ß.

Miſce in alembico, & balnei calore deſtillentur

A donec libræ quinque exierint: quam ſerva ad uſum. *Fioravantus.*

*Aqua ad oris halitum commendandum, atq; item narium.*

℞. Aquæ roſaceæ ℔ j ß.
Aquæ Violarum ℔ j.
Aquæ Majoranæ ℔ ß.
Nucis moſchatæ, Agallochi,
Cinnamomi, Galangæ,
B Zedoariæ ana ʒ ij.

In pulverem redigantur, quæ poſſunt redigi, & cum aquis miſceantur, deſtilletq; aqua, cui addito Moſchi G. iix.

Nam purgato capite, ſi ipſa aqua quotidie ſtomacho jejuno, emunctisque naribus trahatur, mirificè confert, dum è cerebro ortum habuerit malum. *Hier. Rubeus.*

*Aqua ad ſputa cruenta, & phthiſim.*

C ℞. Carnium limacum in vini auſteri, & aquæ plantag. coct. ℔ ij.
Conſervæ Conſolidæ majoris,
Roſarum ana ℔ j.

Cum limacum deſtillatione fiat deſtillatio in alembico. Hæc aqua per manicam Hippocr. coletur, cum ſacchari diſſoluti in aquæ plantag. ℥ ij. ſandali, ſpicæ ana ℈ ß. exhibeatur. *Hier. Rubeus.*

*Aqua noſtra ad phthiſim.*

℞. Limacum, ſeu cochlearum mundatarum, &
D inciſarum ℔ j.
Carnis Caponis inciſæ ℔ ß.
Caudarum Cancrorum mund. & inciſ.
Pinearum mundatarum,
Amygdalarum dulcium ana ℥ iij.
Seminum Melonum, Cucurbitæ,
Citrulli, Cucumeris ana ℥ ß.
Sem. Papaveris albi ℥ ij.
Paſſularum, Ficuum, Sebeſten,
Jujubarum, Glycyrrhizæ ana ℥ ß.
E Gummi Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ʒ ij.
Thuris, Maſticis ana ʒ j.
Boli Armeni, Terræ ſigillatæ ana ʒ vj.
Rad. Conſolidæ majoris ℔ ß.
Herbæ Nicotianæ M. ij.
Conſervæ Roſarum, Violarum, Borraginis,
Ireos, Enulæ ana ℥ j.
Pulmonis Vulpini ʒ vj.
Sanguinis Draconis ʒ ij.
F Spec. Diagemmæ, Diamarg. frig.
Lætitiæ ana ʒ ij.
Oſſis de corde Cervi ℈ j.
Roſarum rubr. ʒ iij.
Aquæ Conſolidæ majoris, Tuſſilaginis,
Nicotianæ ana ℔ ß.
Aquæ Meliſſæ, Bugloſſæ ana ℔ ß.
Aquæ capillorum Veneris ℔ ß.
Medullæ panis albi in vino Malvatico infuſæ q. ſ.

Contundenda contunde, miſce, & in balneo Mariæ, vel cineribus lento igne deſtilla, ac conſerva.

Alia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0254-5
DFG

*Alia ad idem cum virium debilitate.*

℞.Conſervæ Roſarum,Cornorum,
Conſolidæ majoris ana ℥ ij.
Spec.Diarrhod.Abb.ſpec.Diamarg.frig.
Spec.Triaſandali,ſpec.Aromat.roſ.ana ʒ ij.
Spicæ,Cornu cervi,Coralii rubri ana ʒ j ß.
Trochiſc.è Terra Lemnia,è ſuccino,
E'ſpodio ana ℈ iv.
Sem.Acetoſæ,ſem.Portulacæ,
Sem.Plantaginis,Vini granatorum ana ℥ iv.
Decoctionis duarum turturum, & unius perdicis, quarum ventres aſtringere materia infarcti ſint ℔ iv.

Cum mica panis albiſſimi infuſi in vino granatorum, & cum carne unius capi, fiat deſtilatio, quę coletur per manicam Hippocr. *Hier. Rubeus.*

*Aqua pro phthiſicis & hecticis.*

℞.Carnis Gallinæ juvenis inciſi,& cum oſſibus contuſi q.ſ eſt. Medullæ panis tantundem,
Scabioſæ viridis M.j.
Fol.Auri ʒ j.
Aquæ ſtillatitiæ Myrti ad pondus omnium.

Omnibus contuſis & mixtis balneo calentis aquæ deſtillentur: pro qualibet libra aquæ adde
Aquæ ſive quintæ eſſentiæ mellis ℥ j.

Servetur in vaſe vitreo optimè obturato ad uſum. *Fioravantus.*

*Aqua ad phthiſim, alia.*

℞.Conſervæ Borraginis, Violarum,
Roſarum ana ℥ j ß.
Ireos,Helenii ana ℥ ß.
Elect.de Gemmis ſine ſpeciebus,
Spec.Diarrhod.Abb.
Spec.Triaſandali absque caphura,
Spec.Diamarg.frigidi ana ʒ ij.
Margaritarum perforatarum, Coraliorum,
Succini ana ʒ j.
Paſſularum, Ficuum, Myxorum,
Glycyrrhizæ ana ℥ vj.
Pinearum mundat.Amygdal.dulc.ana ℥ ß.
Gummi Tragacanthi,gum.Arabici ana ʒ ij.
Sem.Aniſi,ſem.Fœniculi,ſem.Urticæ,
Quatuor ſem.frig.com.
Sem.Papaveris albi ana ʒ j.
Sigilli Lemnii,Boli Armeni,
Roſarum ſiccarum ana ʒ iv.
Aquarum Pimpinellæ,Tuſſilaginis ana ℥ iv.
Decoctionis Limacum,Cancrorum,
Gallinarum ana ℔ j.
Carnis unius Capi juvenis,
Carnis unius Perdicis,
Micæ panis in vino odorato infuſi ana q.ſ.
Sacchari albiſſimi ℔ j.

Fiat deſtillatio. *Idem.*

*Aqua ad hydropem, noſtra.*

℞.Liquoris Tartari,Aquæ Gentianæ,
Aquæ Theriacalis ana ℥ j.
Spiritus Vitrioli,Olei ſulphuris ana gutt.xv.

Miſce.Capiat à ʒ ij.uſque ad ℥ ß. cum vino ante ingreſſum laconici,& ſudet.

A *Aqua alia ad hydropem, noſtra.*

℞.Eupatorii,Endiviæ,
Scolopendrii ana M.j.
Herbæ Peti M.iij.
Flor.Ireos noſtrat.Flor.Sambuci ana P.j.
Radicum Aſparagi,Apii,Fraxini,
Rubiæ,Tormentillæ,Acori ana ℥ ß.
Ebuli,Ireos noſtrat.ana ℥ j ß.
Sem.Cucurbitæ,Melonum,Citrulli,
Cucumeris,Endiviæ,Scariolæ,
B Lactucæ,Portulacæ, Halicacabi ana ʒ ij.
Corticum Tamaricis, Capparorum ana ℥ ß.
Corticum Sambuci,Ebuli,
Hepatis Lupini ana ℥ ij.
Ventriculorum Gallinæ ſicc. ℥ ß.
*Scillæ* ℥ ß.
*Acinorum Sambuci* M.ij.
Cantharidum ʒ j.
Succi herbæ Peti ℔ j.
Aquæ flor.Sambuci,Ireos,rad.Ebuli,
C Cort.Sambuci ana ℔ ß.
Aceti ℥ ij.
Mellis ℥ iv.
Cinnamomi electi ℥ j.
Spicæ Indicæ ʒ ij.

Contundenda contundantur benè, miſceantur & macerentur per horas 24. deinde in cineribus igne perquàm lento diſtillentur. Aquæ addatur ſalis Abſinthii ℥ ß. & ſervetur. Datur quotidie ℥ j ß.vel ℥ ij.manè ſtomacho jejuno. Hac etiam
D vinum hydropicorum dilui poteſt.

*Aqua hydrotica, noſtra.*

℞.Aquæ florum Sambuci ℔ iv.
Acinorum Sambuci immatur.contuſ. ℔ iv.

Macerentur per horas 24. & deſtillentur. Huic poſtea aquæ adde acinorum Sambuci maturorum contuſorum ℔ iv. macerentur iterum ut priùs, & deſtillentur. Demum

℞.Hujus aquæ ℔ ij.
E Aquæ Theriacalis ℔ j.
Liquoris Tartari correcti ℥ iix.
Olei ſalis Ebulini, vel Juniperini ʒ ij.

*Detur* ℥ *j.* vel ℥ ij. ſtomacho vacuo ad ſudorem eliciendum.

*Aqua Tartarea.*

℞. Cinnamomi electi contuſi ℔ j.
Aquæ Roſarum ℔ iv.
Liquoris Tartari correcti ℥ j ß.

Miſceantur, & macerentur in balneo Mariæ per
F horas 24.& diſtillentur: propria ei facultas ineſt abſtergendi,roborandi vētriculum & jecur, atq; eorum compunctiones ſedandi. *Th. Paracelſus.*

*Aqua ſtillatitia Arthritidi utilis.*

℞.Salviæ,Rutæ,Hyſſopi ana M.j.
Sulphuris,ſalis ana ℥ ß.
Vini optimi ℔ iix.

Macerentur, & deſtillentur: & panni in ea aqua imbuti ſæpè admoveantur. *Ant. Chalmeteus.*

*Alia ad idem.*

℞. Saponis Cyprii q.ſ. Deſtilletur in alem-

bico vitreo: & eſt optima ad arthritidem. *Idem.*

*Aqua ad venena erodentia.*

℞. Theriacæ ℥ ij.
Condit. Helenii, Ireos ana ℥ j.
Succi Baccarum Lauri, ſucci Juniperi,
Succi Betonicæ, ſucci Centaurii minoris,
Succi Verbaſci, ſucci Marrubii ana ℥ iij.
Florum Nymphææ,
Flor. Violarum,
Cortic. rad. Mandragoræ,
Sem. Alterci albi ana ℥ j.
Opii ℥ ij.

Excepta alembico, artificio reſolvuntur, ſed meliùs in diplomatis. Neque ſolùm prodeſt veneno læſis, quod urit corpus, ſed internis doloribus, qui cum febre cruciant. *Rubeus.*

*Aqua ad morbum Gallicum, deſtillata.*

℞. Caryophyllorum,
Cinnamomi ana ℥ ij.
Colocynthidis ℥ j.
Nucis moſchatæ N. j.

Eaque omnia in pulverem redacta, raroq; linteo involuta, bulliant in vini albi optimi ℥ iix. aquæ fontis ℥ iv. ad conſumptionem medietatis, clauſis optimè rimis, foramine in ſummo operculi recluſo, quò ſpirare poſſit. Ubi refrixit, expreſſo in vinum linteo, adde ligni Guajaci inciſi ℔ ß. macerenturq; horis xxiv. mox deſtillet, igne levi, aqua, qua tumores à Gallica lue madeſcant, purgato priùs corpore: & ſi robore virium valido ægrotus fuerit, ſumat manè ad ℥ ij. ſin infirmus, ℥ j. Hoc eodem modo utere ad hydropem, & ad venena: ſudorem enim ciet, neq; admodùm exquiſitam poſtulat victus rationem. *Hier. Rubeus.*

*Alia ad idem.*

℞. Sem. Ebuli,
Olei Sulphuris, vel Chalcanthi ana ℥ j.
Aquæ ardentis ℥ iij.
Fœniculi cum radic.
Petroſelini cum radic. ana partes æquales.
Aſparagorum recent. cum radic. duplum.

Vitreis organis lentiſſimo igne deſtillet aqua: in cujus libra diſſolve ſacchari candi ℥ iij. manè quantum capere cortex nucis poteſt, ex hac aqua, & tantundem ſuperioris ardentis, ſumitur, & per horam in horam in lecto quieſcendum: idque octo diebus: admirabiles celebrant hujus remedii laudes. Quòd ſi ad viginti dies accipiatur, lapidem in veſica & renibus frangere aſſerunt: lieni item prodeſt, & induratis Gallici morbi tumoribus, ſi dolentia aut tumentia loca madeſcant. *Idem.*

*Aqua Philoſophica, ſive theriacalis ad morbum Gallicum.*

℞. Raſuræ ligni Guajaci ℔ ß.
Vini albi ℔ ij.
Aquæ fontanæ ℔ iix.
Aquæ Fumariæ, aquæ Cichorii,
Aquæ Chamæm. ana ℔ j.
Polypodii quercini ℔ ß.

A Macerentur ſimul horas duodecim, adde
Epithymi ℥ ij.
Aſplenii ℥ vij.
Baccarum Juniperi ℥ ij.
Corticis Citri ℥ j.
Conſer. Roſarum, conſer. Cichorii,
Conſer. Borraginis,
Conſer. Bugloſſæ ana ℔ ß.
Conſer. Enulæ, Theriacæ veteris ana ℥ iv.

Deſtillentur in diplomate: poſtea addes ſaccha-
B rum & Cinnamomum ad ſaporis ſuavitatem: dabisque hujusmodi aquæ ℥ iij. aut iv. aut v. pro viribus ægrotantis, ac morbi magnitudine, purgato priùs corpore, juxta humoris peccantis naturam. Nam ea ſua tenuitate humores tenuat, poros aperit, ſudores movet, ac recondita facultate huic morbo adverſatur. Cui poteris addere conſervam Acori, Iridem, aut alia, quæ magis tuæ intentioni accommoda videbuntur. Liberum quoq; erit longè à cœna cùm ibit cubitum,
C totidem uncias illius aquæ ſumere. Interea verò, dum ea utetur, cubiculo non egredietur, niſi à prandio, cœloq; ſereno, & aëre calido: victu utetur tenui & exiccante: vinum bibet oligophorum: menſemque integrum ita vivet cum hujusmodi aqua, vel etiam diutiùs, pro virium & affectus magnitudine: cumq; alvus fuerit adſtricta, clyſtere molliente ſubducetur. Nonnulli in principio paſtus ℥ iij. hujus aquæ exhibent cum tanta vini albi quantitate: nec eam veſperi
D propinant. *Ant. Chalmeteus.*

*Aqua pro leproſis ad faciem, noſtra.*

℞. Sulphuris, Salis toſti ana ℥ ß.
Caphuræ, Thutiæ ana ʒ j.
Olei Tartari ℥ j.
Aquæ Roſarum ℥ xiix.

*Aqua ad ſtrumas.*

℞. Olei Laurini ℔ ß.
Olibani, Maſticis, Gummi Arabici,
E Terebinthinæ ana ℥ iij.

Deſtillet vitreis organis aqua, in qua cineres quercus ponas, denuoque omnibus rectè commixtis, deſtillatione liquor eliciatur, quo utere: prodeſt etiam acrochordonibus, & hujusmodi morbis, ſi ex arte adhibeatur. *Rubeus.*

*Aqua ad ulcera corrodentia & ſordida.*

℞. Ceruſſæ, Lithargyri ana ℥ j.
E Plumbi, Lapidis calaminaris ana ℥ ß.
Boli Armeni ℥ j ß.
Sanguinis draconis,
Terræ ſigillatæ ana ℥ j.
Aluminis combuſti ℥ ß.
Calycum glandium,
Gallarum viridium,
Baccarum Myrti, Pſidiæ,
Balauſtiorum,
Sumach ana M. j.
Coriandri,
Sem. Plantaginis ana ʒ ß.

Roſarum

Roſarum rub. P. ij.
Bulliant omnia in aquæ fabrorum ſufficienti quantitate, & cùm omnia ſubſederint, ulcus ea aqua lavetur, ac foveatur. Hæc aqua mirum in modum ſiccat. *Fioravantus.*

### *Alia ad idem.*

℞. Aquarum Plantaginis,
Aquarum Roſarum ana quart. j.
Aluminis ℥ ij.
Sacchari ℥ j.
Bulliant ſimul, donec alumen & ſaccharum liqueſiant, & lavetur ulcus. *Idem.*

### *Alia ad idem.*

℞. Aquæ Plantaginis ℥ vj.
Sublimati ℥ j.
Salis ammoniaci ʒ j ß.
Salis communis ʒ ij.
Aluminis ʒ j.
Bulliant in phiala vitrea ad conſumptionem quartæ partis. *Idem.*

### *Aqua ad cancroſa ulcera, & faciei ruborem.*

℞. Plantaginem, Solatrum, Agreſtam,
Albumen Ovorum duodecim,
Aluminis ſemilibram.
Mixta ſint invicem, & extilla. *Heurnius.*

### *Aqua ſordidis & corrodentibus ulceribus conferens.*

℞. Succi Rubi, ſucci Sumach,
Succi Virgæ Paſtoris,
Succi Plantaginis,
Succi Solani, ſucci Acetoſæ ana quart. j.
Albumina Ovorum ſex,
Aluminis triti ℥ iv.
Diſtillentur omnia in alembico plumbeo. *Antonius Chalmeteus.*

### *Aqua ad ulcera pudendi.*

℞. Aluminis rochæ ℥ j.
Viridis æris ʒ j.
Aquæ fabrorum ferratæ q. ſ.
Coquantur ſimul per horas duas, deinde coletur, in qua panniculi lieni intingantur, & virgæ ſuperponantur. *A quodam Medico Veneto.*

### *Aqua ad ambuſta precioſiſſima.*

℞. Phlegmatis Vitrioli,
Phlegmatis Aluminis ana ℔ ß.
Florum Thapſi barbati,
Foliorum Hederæ nigræ ana M. j.
Limacum, Ranarum,
Aſtacorum, aut Cancrorum fluviatilium ana N. x.
Deſtillentur in alembico plumbeo, ſatis magno igne. Ex hac aqua fove aduſtum locum quinquies, aut ſexies in die. Aqua quoque ſpermatis ranarum mixta cum phlegmate vitrioli multum etiam confert. *Quercetanus.*

### *Aqua corrodens loco cauterii.*

℞. Salis Nitri ℥ ij.
A Vitrioli Romani ℔ j.
Cinnabaris ℥ iv.
Quælibet per ſe terantur, deinde ſimul miſceantur, & per alembicum diſtillentur, & aquam collige. *Bertapalia.*

### *Alia.*

℞. Vitrioli Romani ℥ vj.
Salis Nitri ana ℥ ij.
Gallarum, ſalis ammoniaci ana ℥ iix.
B Vitrioli non rubefacti ℥ ij.
Omnia diſtillentur alembico, & in vaſe ſerventur vitreo. * Eſt ruptorium, quo omnem contingit incidere tumorem, vel abſceſſum abſque ferro. Uſus quidem eſt, ut Olivæ, ſarmento lignóve acuto in hac madente aqua, tumor incidatur: qua pariter & porri tolluntur. *Fumanellus.*

### *Aqua ad dentes.*

℞. Salis ammoniaci, ſalis gemmæ ana ℥ iij.
Aluminis ſaccharini ℥ j ß.
C Salis communis ℥ j.
Trita diſtillentur in alembico vitreo. Extracto inde liquore dentes cum petra fricentur: deinde abluatur os modico vino albo. *Euonymus.*

### *Aqua fortis.*

℞. Salis Nitri, Vitrioli ana ℔ ij.
Aluminis uſti ℥ iix.
Omnia ſubtiliſſimè terantur: poſtea ponantur in cucurbitam vitream benè lutatam: da ſibi ignem,
D per horas decem ſemper augendo. *Euonymus.*

### *Alia.*

℞. Auripigmenti, Floris æris ana ℥ ij.
Vitrioli Romani ℔ j ß.
Salis Nitri ℔ ij.
Aluminis ℔ iij.
Omnia pulverizentur, & fiat ſecundùm artem diſtillatio. *Euonymus.*

### *Alia.*

E ℞. Salis petræ, Vitrioli Romani ana ℔ ij.
Aluminis uſti ℔ ß.
Pulverizentur omnia, & in cucurbita ponantur, & diſtillentur. *Euonymus.*

### *Alia.*

℞. Aluminis rochæ ℔ ß.
Vitrioli Romani, ſalis nitri ana ℔ j ß.
Contundantur, & in alembico benè lutato diſtillentur. *Auguſtani.*

### *Aqua cum Mercurio.*

F ℞. Mercurii ſublimati ℥ j.
Aquæ fontis ℔ j.
Miſceantur. *Auguſtani.*

### *Lac virgineum.*

℞. Aluminis crudi ℥ iv.
Decoquantur ad tertias in aquæ fontanæ puræ libris duabus. Poſtea
℞. Lithargyri ℔ ß.
Aceti vini ℔ j.
Decoquantur ad remanentiam ℔ j. Colentur, & commiſceantur ambæ aquæ, ac ſpatula tam diù agitentur, donec albeſcant. *Auguſtani.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0257-2

# *De Syrupis, Sectio II.*

SYRUPUS eſt medicamenti forma liquidior, ex ſuccis vel aliis plantarum partibus, cum humore aliquo percoctis, & mellitis vel ſaccharatis ad ſaporis gratiam, & cuſtodiæ diuturnitatem.

- SYRUPI ſunt vel ſimplices, vel ex multis compoſiti, atq; vel
  - Uſuales, *ſeu officinales*
    - Alterantes, *ſeu concoquentes*
      - Bilem *in*
        - Capite:
          - Syrupus *de Nymphæa*,
          - Syrupus *de Papavere*.
        - Thorace:
          - Syrupus *infuſion. Violarum*,
          - Syrupus *de ſucco Violarum*,
          - Syrupus *Violarum*,
          - Syrupus *de Jujubis*,
          - Syrupus *Granatorum dulcium*.
        - Stomacho:
          - Syrupus *acetoſus S.*
          - Syrupus *Granatorum acid.*
          - Oxyſacchara *ſimplic.*
          - Oxyſacchara *de Agreſta*,
          - Syrupus *infuſ. Roſarum*,
          - Syrupus *de ſucco Roſarum*,
          - Miva *Cotoneorum*,
          - Syrupus *de ſucco Myrtill.*
          - Syrupus *Myrtinus*.
        - Corde:
          - Syrupus *de ſucco Acetoſæ*,
          - Syrupus
            - Acetoſit. *Citri*,
            - Arantiorum,
            - Limonum.
        - Hepate:
          - Syrupus *de ſucco Endiviæ*,
          - Syrupus *Endiviæ*,
          - Cichorii.
      - Pituitam
      - Melancholiam.
        - (Pituitam, Melancholiam:) Vide *in ſequentibus literam* A.
    - Purgantes *humores*
      - Simplices,
        - Bilem:
          - Infuſio *Roſarum*,
          - Infuſio *Violarum*,
          - Syrupus *ex floribus Perſicorum*,
          - Syrupus *de Cichorio cum Rhabarbaro*,
          - Syrupus *de Rhabarbaro ſolutivus*,
          - Mel *Mercuriale*.
        - Pituitam:
          - Syrupus *de Bryonia*,
          - Syrupus *de Hermodactylis*,
          - Oxymel *Juliani*,
          - Oxymel *elleboratum*.
      - Mixtos:
        - Syrupus *Diaſereos*,
        - Syrupus *Diacnicon*.
  - Minus *uſuales, &c. Vide literam* B.

A. Syrupi

- A. Syrupi *ſimplices & compoſiti, alterantes, ſeu concoquentes*
  - Pituitam in
    - Capite
      - Syrupus *de betonica,*
      - Syrupus *de Stœchade*
        - Compoſitus,
        - Simplex,
      - Mel *anacardinum.*
    - Thorace: Syrupus
      - de Hyſſopo,
      - de Praſſio,
      - Capillorum *Veneris,*
      - de Betonica,
      - Glycyrrhizæ,
      - de Calamentho,
      - Scabioſæ, *&c.*
    - Corde — Syrupus *Biſantinus.*
    - Stomacho
      - Aqua *mulſa,*
      - Syrupus *de Abſinthio, de Mentha,*
      - Mel *roſarum colatum,*
      - Oxymel *ſimplex,*
      - Oxymel *compoſitum,*
      - Oxymel *ſcilliticum.*
    - Hepate: Syrupus
      - Acetoſus *ſimplex,*
      - de duabus *rad.*
      - de quinque *rad.*
      - de Eupatorio, *&c.*
    - Matrice: Syrupus *de*
      - Artemiſia,
      - Calamentho, *&c.*
  - Melancholiam *in*
    - Corde: Syrupus *de*
      - Pomis,
      - Succo *Borraginis,*
      - Succo *Bugloſſa.*
    - Hepate *&* Splene
      - Syrupus *de Epithymo,*
      - Syrupus *Lupulorum,*
      - Syrupus *Splenicus,*
      - Syrupus *de Fumo terra.*

---

- B. Minus *uſuales*
  - Alterantes
    - Bilem,
    - Pituitam,
    - Melancholiam.
  - Educentes
    - Bilem,
    - Pituitam,
    - Atram *bilem,*
    - Aquas,
    - Mixtos *humores: ut Syrupus domeſticus, ſive de ſpina cervina,*
    - Urinam: *ut* Oxymel *diureticum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0259-7 DFG

## DE SYRUPIS OFFICINALIBUS concoquentibus bilem in capite.

### *Syrupus de Nymphæa ſimplex.*

FLORES Nymphææ, quot voles, macerato, ac ter flores mutato, horũ infuſionis accipies ℔ iv. ſacchari quod ſufficit. miſceantur, & coquantur uſq; ad ſyrupi conſiſtentiam, deinde in vaſe vitreo, vel figulino vitrato ſervetur per annum. Doſis à ſeſcuncia uſque ad uncias duas, cum aquæ appropriatæ dupla quantitate. * Bilis flavæ fervorem extinguit, ideoq; mirifice ardentibus. aliis febribus acutis auxiliatur. Somnũ quoque conciliat. *Nicolaus.*

### *Syrupus de Nymphæa compoſitus.*

℞. Florum Nymphææ albæ ℥ ij.
Flor. Nymphææ luteæ, Sem. Pſyllii integri,
Sem. Acetoſæ ana ℥ j.
Sem. Cucurbitæ, Citrulli, Cucumeris,
Melonum, Lactucæ ana ℥ ß.
Sem. Endiviæ ſat. Endiviæ ſyl.
Portulacæ ana ʒ ij.
Radicum Fœniculi ℥ j.

Coquuntur in aqua hordei ſufficienti: & colaturæ adduntur
Sacchari ℔ j.
Vini granat. acidorum, Aceti albi ana ℥ ij.

Fit ſyrupus, & aromatizatur cum
Sandali citrini, Spicæ Indicæ ana ʒ j ß.

Conſervatur in vaſe vitreo vel vitreato figulino ad annos duos. Doſis & actio, ut præcedentis. *Franciſcus Pedemontanus.*

### *Syrupus de Papavere ſimplex.*

℞. Capitum recentium Papaveris albi, nigri & cum ſeminibus ana ʒ xl.
Aquæ pluviæ ℔ iix.

Decoquantur ad remanentiam libræ unius & dimidiæ, cui adde
Sacchari Penidiorum ana ℥ iv.

Fit ſyrupus. Conſervatur in vaſe vitreato cooperto per annum. * Valet ad catarrhũ & tuſſim, ſomnumque conciliat. *Meſues.*

### *Syrupus de Papavere compoſitus.*

℞. Capitum cum ſeminibus Papaveris albi & nigri ʒ L.
Capillorum Veneris ʒ xv.
Glycyrrhizæ ʒ v.
Jujubas N. xxx.
Sem. Lactucæ ʒ xl.
Sem. Malvæ,
Sem. Cydoniorum ana ʒ vj.

Coquuntur in ℔ iv. aquæ uſque ad duas, & cum Penidiorum Sacchari ana ℥ iix.

Fit Syrupus. Conſervatur in vaſe vitreo, vel figulino vitreato ad annos duos. Datur à ſeſcuncia uſq; ad uncias duas, cum dupla aquæ ſtillatitiæ appropriatæ quantitate. * Valet ad tuſſim ſiccam, phthiſin, catarrhum calidum & acrem, ſomnumq; conciliat. *Meſues.*

A

## DE SYRUPIS CONCOQUENTIBUS bilem flavam in thorace.

### *Syrupus infuſionis Violarum.*

℞. Infuſionis Roſatum ℔ v.
Sacchari clarificati ℔ iv.

Coquantur cum facilitate. Servetur in vaſe vitreato per annum. Doſis ab ℥ j ß. ad ℥ ij. * Eſt
B conveniens ad extinguendam ſitim in febribus acutis, & ad remittendum exceſſum caliditatis in eis, confortans ſtomachum relaxatum, & hepar ſupercalefactum, & cor, reſiſtens putredini, conveniens tempore peſtilentiæ, & reſiſtens venenoſitati.

### *Syrupus de ſucco Violarum.*

℞. Violarum recentium jamjam lectarum quantitatem ſatis magnam, & decerpe ab iis purpurea foliola, & abjice virides eorum cauliculos,
C quoniam herbaceam habent acrimoniam, & floridum colorem hebetant. Contunde deinde decerpta Violarum folia in mortario marmoreo & exprime. Mox
℞. Expreſſi ſucci ℔ ij.
Sacchari ℔ iv.

*Saccharum prius clarificetur, & ad juſtam conſiſtentiam coquatur: amoto deinde ab igne ſaccharo, tepefieri ſinito, & ſuccum infundito, & rurſum lento igni ad ſpiſſitudinem coquito, & emicantem in*
D *coquendo ſpumam continuò auferto. Quidam ſpumam non auferunt, ne color pereat: ſed citò corrumpitur, cum ſpuma repoſitus.*

Conſervatur per annum. Datur à ſeſcuncia ad ℥ ij. * Bilis acrimoniam obtundit, ac ob lentorem thoracis vitiis eſt aptum.

### *Syrupus Violarum.*

℞. Violarum ℥ ij.
Sem. Citoniorum, Sem. Malvæ ana ℥ j.
E Jujubarum, Sebeſten ana N. xx.
Aquæ cucurbitæ ℔ vj. vel quantum ſufficit.
Sacchari ℔ j ß.

Coquantur ſecundùm artem. Conſervetur in vaſe vitreato per annum. Datur à ſeſcuncia uſq; ad ℥ ij. cum aqua ſtillatitia appropriata. * Prodeſt pleuritidi & tuſſi à cauſa calida. *Meſues.*

### *Syrupus de Jujubis.*

℞. Jujubarum N. lx.
Violarum, Sem. Malvarum ana ʒ v.
F Capillorum Veneris ℥ j.
Sem. Cotoneorum,
Sem. Papaveris albi,
Sem. Melonum,
Sem. Lactucæ, Tragacanthæ ana ʒ iij.
Liquiritiæ, Hordei mundati ana ℥ j.

Decoquantur in libris quatuor aut ſex aquæ fontium ſecundùm artem: vel aquæ pluvialis uſque ad conſumptionem medietatis. Deinde colentur, & in colatura addantur Sacchari clarificati ℔ iij. & fiat ſyrupus debito modo decoquendo. Conſervetur ad annos duos. Doſis, ut præcedentium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0260-8
DFG

cedentium. *Syrupus de Jujubis, confert ad raucedinem vocis, & tuſſim, & pleureſin, & in ulcere veſicæ mirè prodeſt. *Meſues.*

### *Syrupus de Jujubis alius.*

℞. Jujubarum N. c.
Aquæ ℔ iv.

Coque ad dimidias: adde Sacchari ℔ j.

Coque iterum ad ſyrupi conſiſtentiam. *Valet ad aſperitatem gutturis, & tuſſim juvat: ſputum tenue incraſſat, & faciliùs expelli facit. Ob id raucitati & pleuritidi confert. *Meſues.*

### *Syrupus Granatorum dulcium.*

℞. Succi Granatorum dulcium ℔ v.
Sacchari albiſſimi ℔ iij.

Coquantur ſecundùm artem. Conſervetur in vaſe vitreo per annum. Doſis, ut præcedentium. *Sitim, tuſſim & pleuritidem juvat. *Meſues.*

ANNOTATIO.

*Malè hodiè faciunt Syrupum granatorum, indifferenter cum dulcibus acetoſa granata miſcentes: oportet enim utrunq; Syrupum, tam acetoſorũ quàm dulcium grandiorum ſeorſim conficere: nam diverſis morbis, morborumq; accidentibus medentur.* Cordus.

## DE SYRUPIS CONcoquentibus bilem flavam in ſtomacho.

### *Syrupus acetoſus ſimplex.*

℞. Aceti vini ℔ iij.
Sacchari clarificati in aqua ℔ v.

Coquantur ſecundùm artem. * Eſt communis ad omnem materiam: digerit choleram, phlegma & melancholiam: rationeq; aceti attenuat craſſos humores, incidit viſcoſos, duros mollit, ineptos evellit, ubique penetrat, oppilationes aperit, provocat urinam, putredini reſiſtit, & corrigit malitiam humorum. idcircò in febribus peſtiferis juvat: ſed ratione remiſſæ frigiditatis, tenues & ſubtiles humorum partes inſpiſſat, adæquat calorem, refrigerat, viſcera lenit, & ſitim ſedat. *Meſues.*

### *Syrupus acetoſus compoſitus.*

℞. Radicum Fœniculi,
Rad. Apii,
Rad. *Endiviæ ana* ℥ *iij.*
*Seminis Aniſi, Fœniculi,*
*Apii ana* ℥ *j.*
*Seminis* Endiviæ ʒ iv.

Coquantur lento igne in libris decem aquæ ad dimidias: adde colaturæ
Sacchari optimi ℔ iij.
Aceti acerrimi ℔ ij.

Coquantur ſecundùm artem. Conſervatur ad annos duos. Doſis à ſeſcuncia ad uncias duas cum aqua aliqua conveniente. * Syrupus acetoſus cum radicibus: cujus operatio eſt ad choleram groſſam, difficilem, & ad phlegma: incidit enim & abſtergit, aperit oppilationes, quæ ſunt in hepate, & ſplene, & in renibus, *Meſues.*

A
### *Syrupus acetoſus Diarrhodon.*

℞. Succi Intybi, Apii ana ℔ ij ß.
Rad. Apii, Fœniculi, Intybi ana ℥ ij.
Roſarum ℥ j.
Glycyrrhizæ ℥ ß.
Spicæ Nard. ʒ ij ß.
Sem. Apii, Fœniculi,
Aniſi ana ʒ vij.
Aquæ ℔ vj.

Coque ad duarum partium conſumptionem:
B adde Aceti ℔ ij. Sacchari ℔ iij.

Coque iterum & fiat ſyrupus. Datur ab ℥ j. uſque ad iij. *Valet ad febres complexas, & eas, quæ formam corporis corrumpunt. Obſtructiones epatis & lienis idem aperit. *Meſues.*

### *Syrupus acetoſus de ſuccis herbarum cum aromatibus.*

℞. Succorum Apii,
Fœniculi, Intybi,
C Lupuli coct. & purg. ana ℔ ij.
Buglоſſi ℔ ij ß.
Roſarum ℥ j.
Spicæ nardi ʒ iij.
Glycyrrhizæ ℥ j.
Seminis Apii,
Fœniculi, Aniſi,
Rhabarbari, Eupatorii,
Abſinthii,
Caſſuthæ ana ʒ v.
D Sacchari ℔ ij ß.
Aceti ℔ ij.

Condiatur galliæ aromaticæ drachmis duabus. * Obſtructiones aperit: ob id febres putridas, & implexas, & morbos alios obſtructionibus ſuccedentes curat. *Meſues.*

### *Syrupus Granatorum acetoſorum.*

℞. Succi Granatorum acetoſorum ℔ v.
Sacchari albiſſimi ℔ iij.

Coquantur ſecundùm artem. * Febres bilioſas,
E & quæ ex pituitoſis flammam multam invehunt, juvat. *Meſues.*

### *Oxyſacchara ſimplex.*

℞. *Sacchari albi* ℔ *j.*
*Succi malorum* Granatorum acetoſorum ℥ iix.
*Aceti* ℥ *iv.*

Coquantur cum facilitate, dum Syrupi craſſamentum adſciſcat. * Digerit materias cholericas phlegmati miſtas, quæ gravant ſtomachum & præcordia, & faciunt tertianas duplas inordina-
F tas, quas vocant erraticas, & ſimiles quartanis duplis. *Nicolaus.*

### *Oxyſacchara compoſita.*

℞. Capillorum Veneris,
Linguæ cervinæ, id eſt, *Phyllitidis,*
Scolopendriæ, id eſt, *Aſplenii,*
Polytrichi, Lichenis ſeu Hepaticæ,
Violarum, rad. *Fœniculi,* rad. Ruſci,
Rad. Aſparagi, rad. Graminis ana ℔ j.

Hoc modo confice: In ſucco malorum granatorum herbas, radices triduum macerato, quarto

die parùm bullire finito, cum forti expreſſione A
percolato, poſtremò addito ſaccharo quod ſatis fuerit, ad juſtam craſſitiem coquito, & conſervato ad annos duos. Doſis, ut præcedentium. * Concalefacta corpora potum juvat: longis febribus, quas ſanguis aut bilis creavit, & calori jecinoris auxilio eſt, & lienis obſtructiones tollit. *Nicol.*

*Syrupus de Agreſta.*

℞. Agreſtæ ℔ v.
Sacchari clarificati ℔ iij ß. B

Coquantur ſecundùm artem. * In magnis æſtibus ad ſitim reſtringendam mirificè confert: vomitum & alvi profluvium bilioſum ſiſtit, febribus bilioſis ſuccurrit, gravidarum vomitum etiam reprimit, ac ventriculum earundem firmat, veneniſque adverſatur. *Meſues.*

ANNOTATIO.

*Agreſta eſt ſuccus uvarum immaturarum, qui Græcè vocatur Omphacium, & inſpiſſatus ſervatur: hoc autem loco recipienda eſt Agreſta nondum ad* C *ſpiſſitudinem decocta.*

*Agreſta exprimi debet ex generoſiſſimis uvis, apud nos paulò ante maturitatem.* Cordus.

*Syrupus infuſionis roſarum.*

℞. Infuſionis roſarum ℔ v.
Sacchari clarificati ℔ v.

Coquantur cum facilitate, & conſerventur per annum in vaſe vitreato cooperto. Doſis, ut præcedentium. * Eſt conveniens ad extinguendam ſitim in febribus acutis, & ad remittendum ex- D
ceſſum caliditatis in eis, confortans ſtomachum relaxatum, & hepar ſupercalfactum, & cor, reſiſtens putredini, conveniens tempore peſtilentiæ, & reſiſtens venenoſitati.

*Syrupus de ſucco roſarum.*

℞. Succi roſarum depuratarum,
Sacchari clarificati ana ℔ j ß.

Fiat ſyrupus ſecundùm artem, ut decet. * Alvum compreſſione ſolvit, unciis tribus ſumptis: ſed E
multò clementiùs, quàm qui ex multis roſarum recentium infuſionibus paratus eſt. *Meſues.*

*Miva Citoniorum ſimplex.*

℞. Succi citoniorum depurat. ℔ xij.

Coquantur ad medietatem: & affunde vini albi veteris opt. ℔ v.
Sacchari ℔ iij.

Coquantur lento igne ſemper deſpumando, ad tertiæ partis conſumtionem. Poſtquam reſede- F
rit, cola, & adde
Sacchari ℔ iij.

Iterum coquantur ad juſtam conſiſtentiã. * Ventriculum roborat, & cibum in eo cõtinet. *Meſues.*

*Miva Citoniorum aromatica.*

℞. *Succi* Citoniorum acetoſorum ℔ xx.
Mellis deſpumati optimi ℔ vj.
Vini veteris optimi ℔ x.

Poteſt tamen etiam cum Saccharo fieri. Coquantur ad perfectionem, poſtea impone ſequentia aromata, in ſindone ligata:

℞. Cinnamomi electi,
Cardamomi majoris ana ʒ iij.
Caryophyllorum ʒ ij.
Zingiberis, Maſtiches ana ʒ j ß.
Croci ʒ ij.
Xyloaloes, Macis ana ʒ j ß.

Omnia præter crocum parùm terantur, & nodulo ligata ſuſpendantur, identidem confricando in ipſo medicamento, donec craſſeſcat. Tolle ab igne, & aromatiza
Moſchi ℈ j.
Galliæ Moſchatæ veræ ʒ ij.

Fiat ſecundùm artem. * Ventriculum, hepar, & cætera viſcera roborat, appetentiam excitat, coctionem juvat, vomitũ & lienteriam juvat. *Nicol.*

*Syrupus de ſucco Myrtillorum, ſeu Myrtinus ſimplex.*

℞. Succi Myrtillorum depurati ℔ viij.
Sacchari clarificati ℔ iv.

Coquantur ſecundùm artem.

*Curandum eſt, ut efferatur ex Italia, aut Narbonenſi Gallia Myrtillorum ſuccus, ſi quis volet hunc Syrupum conficere.*

* Syrupus Myrtillorum ventriculum & viſcera roborat, ob id fluorem alvi antiquatum ſiſtit, & tuſſim mitigat. *Meſues.*

*Syrupus Myrtinus compoſitus.*

℞. Myrtillorum ʒ xx.
Sandali albi, Sumach,
Balauſtiorum, Berberis ana ʒ xv.
Meſpillorum ʒ 50.
Succi Granatorum vel cydoniorum,
Pomorum agreſtium ana ℔ ß.

Omnia, exceptis ſuccis, coquantur in aquæ fontis libris octo, ad medias, coletur, & fiat ſyrupus cum ſacchari ℔ iij. additis in fine ſuccis. * Hic Syrupus ſiſtit ventris fluorem, etiam antiquum, & ſcreatum ſanguinis. *Meſues.*

## DE SYRUPIS CONcoquentibus bilem flavam in corde.

*Syrupus de ſucco acetoſæ.*

℞. Succi acetoſæ depurati ℔ iij.
Sacchari clarificati ℔ ij.

Coquantur ſecundùm artem. * Febribus bilioſis & peſtilentialibus ſaluber eſt, cordis & ventriculi flammeum calorem extinguit, ipſaq; roborat. *Meſues.*

*Syrupus de acetoſitate citri.*

℞. Succi acidi mali citri, per pannum rarum colati ℔ vj.
Sacchari albiſſimi ℔ iij. vel iv.

Coquantur ſecundùm artem. * Ad omnes ægritudines bilioſas ex pura bile valet, & peſtilentes, vel quæ veneni naturam ſapiunt, & ad ſitim extinguendam: ebrietati reſiſtit, vertiginem juvat. *Meſues.*

ANNOTATIO.

*Rarò habent Pharmacopolæ ſyrupũ acetoſitatis citri verũ: nam plerunq; venditur pro eo ſyrupus citriorum con-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0262-0
DFG

*rum conditorum. Porrò cùm quis benè conficere voluerit, oportet ut per filtrum aut pannum deſtilletur acetoſitas citriorũ, ſine ulla vi aut expreſſione: alioquin coagulatur, cùm refrixerit, ſyrupus.* Cordus. A

### *De ſyrupo Aranciorum acetoſorum.*

℞. Succi Aranciorum acetoſorum per pannum aut filtrum diſtillati ℔ vj.
Sacchari albiſſimi ℔ iij. vel iv.
Goquantur ſecundùm artem.

*Ad hunc modum poteſt etiam fieri ex ſucco Aranciorum dulcium.* B

### *Syrupus acetoſitatis limonum.*

℞. Acetoſitatis limonum maturorum, per filtrum deſtillatæ ℔ vj.
Sacchari albiſſimi ℔ iij. vel iv.
Coquantur ſecundùm artem. * Vehementiùs infrigidat, & penetrat, quàm ſyrupus acetoſitatis citri: & valet contra putrefactionem, contra vermes, vehementiam caloris febrilis, & alios crudos humores. C

## DE SYRUPIS CONCOquentibus bilem flavam in hepate.

### *Syrupus de ſucco Endiviæ, vel Endiviæ ſimplex.*

℞. Succi Endiviæ depurati ℔ viij.
Sacchari Tabarzeth ℔ v ß.
Coquantur ſecundùm artem. * Valet principaliter ad omnes ſupercalfactiones hepatis, & aliorum membrorum nutritivorum: & in morbo laterali maximè convenit. D

### *Syrupus de Endivia compoſitus.*

℞. Endiviæ recentis, Borraginis, Scariolæ,
Hepaticæ, Meliſſæ, Bugloſſæ,
Lactucæ, Eupatorii ana M. j.
Seminum frigidorum majorum ana ℥ j.
Sandali albi & rubri ana ʒ j. E
Florum cordialium ana ʒ iij.
Coquantur ſecundùm artem in ſufficienti quantitate aquæ: deinde cola: & colaturæ adde
Succi Endiviæ depurati ℔ v.
Vini Granatorum ℥ iij.
Sacchari albi ℔ iv.
Fiat Syrupus ſecundùm artem. * Valet præcipuè ad ſupercalfactiones hepatis, cordis, & aliorum membrorum nutritivorum: & generaliter confert cuilibet complexioni calidæ, & eſt apertivus oppilationum, & confortativus membrorum debilitatorum à mala complexione calida: eſt etiam digeſtivus materiarum cholericarum acutarum. *Gentilis.* F

### *Syrupus Endiviæ compoſitus.*

℞. Succi Endiviæ, ſucci Hepaticæ ana ℔ iij.
Glarificentur prædicti ſucci ad ignem, ut expedit: addantur
Roſarum, Violarum,
Lenticulæ aquæ, Polytrichi,
Flor. Nymphęæ ana ℥ ß.

A Capillorum Veneris, Hordei mundati,
Sem. frig. majorum ana ℥ j.
Contuſa & per horas 12. in dictis ſuccis macerata coquuntur, & colaturæ adduntur
Sacchari ℔ iij. vel quod ſufficit.
Fiat ſyrupus, & aromatizetur cum ſandalis albis & rubris.
Berberis, Sem. cotoneorum, Ligni aloës, Cinnamomi, Cort. citri ana ℈ j.
Tunde & aromatiza ſecundùm artem. * Valet
B ad ſuprà dicta. *Gentilis de Fulg.*

### *Syrupus de Cichorea ſine rhabarbaro.*

℞. Endiviæ domeſticę & ſylveſtris, Cichoreæ,
Taraxaci, id eſt, ſeridis ſylveſtris, ana M. ij.
Cicerbitæ, Hepaticæ,
Scariolæ, Lactucæ,
Fumi terræ, Lupuſorum ana M. j.
Hordei non excorticati ℥ ij.
Alkekengi, Liquiritiæ,
C Capillorum Veneris,
Ceterach, ſive Scolopendriæ,
Polytrichi, Adianthos, Cuſcutæ ana ʒ vj.
Radicum Fœniculi, Apii,
Aſparagi ana ℥ ij.
Ferveant in aqua ſufficienti, & colentur, & cum ſaccharo albo ſolido fiat ſyrupus. *Nicolaus.*

### *Syrupus de Olibano Rhaſis.*

℞. Aceti veteris ℔ iij.
Succi mal. granat. acet.
D Acetoſitatis citri,
Agreſtæ, Acidulæ,
Mororum, in quo ſumach fuerit decoct.
Berberis ana ℔ j.
Lactucæ, Endiviæ ſylveſt. ana ℥ iij.
Decoctionis Jujubarum,
Infuſionis lentium ana ℔ j ß.
Sacchari ℔ iij.
Fiat ſyrupus. Deinde
℞. Spodii ℔ ß.
E Caphuræ ℥ j.
Terantur in mortario, & incorporentur cum ſyrupo, donec fiat unum corpus, & conſpergatur ter cum fruſto cucumeris. *Oblatus* ante originẽ variolarum & morbillorum abſcindit eorum *emerſionem*: quód ſi fortè apparuerint 20. non perficienter decem refrigerando calorem & putrefactionem prohibendo, niſi quód videatur vehemens materiæ expulſio, quæ tunc juvetur. Idem datus cum calida, confert omnibus ægri-
F tudinibus ſang. choleræ, bubonibus, anthraci, anginæ, & conſimilibus.

## DE SYRUPIS CONCOquentibus pituitam in capite.

### *Syrupus de Betonica.*

℞. Succi Betonicæ *crudi* partes tres. Sacchari boni partes duas.
Coquantur ſimul, & deſpumentur, quoad ſyrupi conſiſtentiã acquirãt. Vires ipſius herbæ retinet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0263-5

### *Syrupus de Betonica compoſitus.*

℞.Betonicæ M.iij. Majoranæ M.j ß.
Thymi,Roſarum ana M.j.
Violariæ,Stœchadis,ana M.ß.
Sem.Fœniculi,Aniſi,ſem.Ameos ana ℥ ß.
Rad.Pæoniæ, Polypodii,rad.Fœnic. ana ʒ v.
Fiat decoctio in ſ.q. aquæ ad medietatis cõſumptionem: colaturæ adde ſucci Betonicæ ℔ ij. ſacchari quantum ſatis eſt.Fiat ſyrupus. * Ad capitis & uteri vitia confert,menſes movet: & ſimplici potiùs utimur,quàm compoſito. *Auguſtani.*

### *Syrupus de ſtœchade ſimplex.*

℞.Florum ſtœchadis ʒ xxx.
Thymi, Calaminthæ,Origani ana ʒ x.
Aniſi ʒ vij.
Paſſularum purgatarum ʒ iv.
Aquæ quod ſatis eſt,Coquantur ſecundùm artẽ,& colaturæ adde mellis, aut ſacchari ℔ iv ß.
Condiatur cum Cinnamomi, Calami aromatici,Zingiberis ana ʒ j ß.
Ligentur in ſindone, & in ſyrupo ſuſpendantur. * Juvat omnes affectus frigidos cerebri & nervorum,ut paralyſin, epilepſiam, convulſionem, ſpaſmum cynicum, tremorem: ac ventriculum firmat.

### *Syrupus de ſtœchade compoſitus.*

℞.Florum ſtœchadis ʒ xxx.
Thymi,Calaminthæ,Origani ana ʒ x.
Aniſi,Pyrethri ana ʒ vij.
Piperis longi ʒ iij.
Zingiberis ʒ ij.
Paſſularum enucleatarum ℥ iv.
Aquæ quantum ſufficit.
Mellis aut ſacchari optimi ℔ v.
Coquantur ſecundùm artem lento igne: & cùm reponis,tum condias ſequentibus ſpeciebus, in ſindone rara & munda ſuſpenſis.
℞ Cinnamomi,Calami aromatici,
Spicæ nardi Indicæ,Croci,
Zingiberis,Piperis nigri,
Piperis longi ana ʒ j ß.
Contundantur groſſo modo. * Idem quod præcedens efficit. *Meſues.*

### *Mel Anacardinum Azaravii.*

Anacardios recentes tere, & in aqua decoque, donec melliginem quandam in rubeo colore fuſcam remittant, eam aquæ innatantem auferto, & reponito. * Memoriæ jacturam reſarcit,labãtes ſenſus reficat, oblivionem diſcutit, & mentem evacuat, morbis cerebri frigidis, & humidis confert,nervorumq; reſolutioni opitulatur.

## DE SYRUPIS CONCOquentibus pituitam in thorace.

### *Syrupus de Hyſſopo.*

℞.Hyſſopi aridi,Rad. Apii,Fœniculi,
Petroſelini,Glycyrrhizæ ana ʒ x.
Hordei mundati ℥ ß.
A Sem.Malvæ,ſem.Citoniorum,
Tragacanthæ ana ʒ iij.
Capilli Veneris ʒ vj.
Jujubarum,Sebeſten ana N.xxx.
Paſſularum enucleatarum ℥ j ß.
Ficuum ſiccarum,
Dactylorum pinguium ana N.x.
Penidiarum albarum ℔ ij.
Confice ſecundùm artem. Conſervatur ad annos duos in vaſe vitreato. * Ad vitia thoracis &
B pulmonis efficax eſt,humoresq; excreatu difficiles extenuat & educit. *Meſues.*

### *Syrupus de Praſſio.*

℞.Marrubii ℥ ij. Glycyrrhizæ ℥ j.
Capillorum veneris,Hyſſopi,
Calaminthæ,Aniſi ana ʒ vj.
Rad.Apii,Fœniculi ana ʒ v.
Sem.Malvæ,Fœnigræci,Ireos,
Sem.Cydoniorum,Lini ana ʒ iij.
Uvarum paſſarum purgatarum ℥ ij.
C Ficus paſſas pingues N.xvj.
Penidiorum, Mellis ana ℔ ij.
Aquæ quod ſufficit. Fiat ſyrupus. * Thoracem & pulmones expurgat pituita craſſa, lenta,putri: hinc aſthmati, & antiquæ tuſſi prodeſt: quales affectus ſenibus & natura frigidis ſunt frequentes: *Meſues.*

### *Syrupus capillorum Veneris ſimplex.*

℞.Infuſionis capill.Veneris recentium ter factæ ſecundum artem ℔ iij. ſacchari albi ℔ ij.
D Coque,& fiat ſyrupus

### *Syrupus capillorum Veneris compoſitus.*

℞.Capillorum Veneris M.ij.
Adianthi,Scolopendriæ,
Polytrichi ana M.j.
Jujubarum,Glycyrrhizæ ana ℥ ij.
Fiat decoctio addendo ſacchari ℔ iij. Fiat ſyrupus.

### *Syrupus alius capillorum Veneris magiſtralis.*

E ℞.Capillorum Veneris ℥ v.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ ij.
Macerentur in aqua horis 24. deinde coque ad dimidii conſumptionem. Colaturæ adde
Sacchari clarificati,Penidiorum,Aquæ capill. Vener.ana ℥ viij.
Coque, fiat ſyrupus. * Ad thoracis affectus calidos, deſtillationes & obſtructiones efficax, uſu creberrimus. Pleuritidis initio convenit, cum
F materia calida, aut calido & frigido miſta, ſua tenuitate gutturis tectorium eludit. Eo ſyrupo ad obſtructiones primorum vaſorum in purgatoriis tentationibus, ſecuritatis gratia utimur. *Antonius Muſa, & Anutius Fœſius.*

### *Syrupus de Glycyrrhiza.*

℞.Glycyrrhizæ raſæ ℥ ij.
Capilli Veneris ℥ j.
Hyſſopi ℥ ß. Aquæ pluviæ ℔ iv.
Macerentur horis xxiv. Deinde coquantur ad dimidias. Colaturæ adde

Mellis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0264-1
DFG

Mellis optimi, Penidiorum, ſacchari ana ℥ viij.
Aquæ roſarum ℥ vj.

Fiat ſyrupus ſecundum artem. * Thoracem & pulmonem expurgat, ideoque diuturnæ tuſſi & pleuritidi auxiliatur. *Meſues.*

*Syrupus de Calamintha.*

℞. Calaminthæ domeſticæ,
Calaminthæ montanæ ana ℥ ij.
Sem. Leviſtici,
Sem. Dauci, Schœnuanthos ana ʒ v.
Paſſularum enucleatarum ℔ ß.
Mellis ℔ ij.

Fiat ſyrupus. In hoc ſyrupo ſex aquæ libræ recipiantur, quæ bulliant: primò paſſulas, deinde alia ſecundum præſcriptum ordinem ponendo, uſq; ad conſumptionem medietatis: denique addito melle fiat ſyrupus ſecundùm artem. * Syrupus de calamintha, lienoſis plurimùm confert, quibus durus eſt lien, & penè irreſolubilis, & his qui frigida viſcera habent, & aſthmate laborant, præſertim in ſenibus, & in habentibus antiquas tuſſes: ſi quis enim vel pectus, vel ventriculum, vel inteſtina, craſſa, tenaci, & irreſolubili materia plena habeat, hoc ſyrupo ſanatur. *Meſues.*

*Syrupus e ſcabioſæ ſucco.*

℞. Succi ſcabioſæ crudi ℔ vj.
Sacchari, Mellis Hiſpanici puriſs. ana ℔ ij.

Coquatur initiò cum ſucco media pars utriusque, mellis ſcilicet & ſacchari: atque cola. Deinde reliqua pars mellis & ſacchari addatur, perficiaturque coctio ad ſyrupi formam. * Ad eadem, ad quæ herba ipſa valet. *Medici Colonienſes.*

## DE SYRUPIS CONCOquentibus pituitam in corde.

*Syrupus Dinarii ſive de Bizantiis ſimplex.*

℞. Succi Endiviæ,
Succi Apii ana ℔ ij.
Succi Lupuli, Succi Buglоſſæ ana ℔ j.

Succi depurentur & deſpumentur, dum maneant ℔ iv.
Sacchari optimi ℔ ij ß.

Coquantur cum facilitate, donec fiat ſyrupus. * Humores craſſos & lentos incidit atque extenuat, obſtructiones aufert, morboque regio ſuccurrit. *Meſues.*

*Syrupus de Bizantiis compoſitus.*

℞. Succi Endiviæ veræ,
Succi apii, ſucci lupuli,
Succi Bugloſſæ ana ℔ j.

In ſuccis decoquantur Flor. roſarum rubr. ℥ ij.
Glycyrrhizæ ℥ ß.
Sem. Aniſi, Fœniculi,
Apii ana ʒ iij.
Spicæ Nardi Indicæ ʒ ij.

Colaturæ adde
Aceti ℔ ij.
Sacchari albiſs. ℔ iij.

A Coquantur ſecundùm artem diligenter. Interdum ad ſingulas ſucci clarificati libras addunt Aceti ℥ vj. Eſt efficacior ſimplici. *Meſues.*

## DE SYRUPIS CONCOquentibus pituitam in ſtomacho.

*Aqua mulſa ſeu Hydromel.*

B ℞. Mellis ℔ j.
Aquæ pluviæ ℔ iix.

Coque lento igne, donec ampliùs non ſpumet: utere. Augetur quandoque mellis quantitas, & decoquitur ad Julapii conſiſtentiam: nempe quando à Medico præſcribitur, aut quòd ita illi viſum eſt, aut quòd diutius ſervanda ſit: & aromatizatur cinnamomo, zingibere, maci, croco, & ſimilibus.

*Aquæ mulſæ alter modus.*

℞. Mellis boni partem j.
C Aquæ fontanæ partes iix.

Fermenti pauxillum pauxillo ejusdem aquæ mellitæ diſſolutum, videlicet in ſingulas centenas factæ mulſæ libras indantur fermenti diſſoluti ℥ iij. quæ omnia ligneo vaſe relicto trium digitorum ſpacio vacuo, in quod, dum muſti modo fervebit, recipiatur. ubi fervere deſierit, obturato vaſe modo doliorum vini, tertio pòſt menſe fit potabile. Durat ad annos aliquot. * Affectus frigidos cerebri, nervorum & juncturarum juvat. ſitim
D ſedat, puris & pituitæ craſſæ expectorationem promovet, colicis prodeſt, & calculum in meatibus urinæ gigni prohibet. *Medici Colonienſes.*

*Hydromel compoſitum.*

℞. Aquæ fontis ℔ xx.
Mellis deſpumati ℔ j.
Salviæ, Origani ana P. ß.
Aniſi, Coriandri ana ʒ j.
Glycyrrhizæ ℥ ij.
Cinnamomi ℥ j ß.

E Bulliant ad conſumptionem quartæ partis, & colentur. *Auguſtani.*

*Syrupus de Abſinthio.*

℞. Abſinthii Romani ℔ ß.
Roſarum rubrarum ℥ ij.
Spicæ Indicæ ʒ iij.
Vini clari veteris opt.
Succi Citoniorum ana ℔ ij ß.

Macerentur in vaſe marmoreo, aut fictili denſo
F per noctem unam: deinde decoquantur. Colaturæ adde
Sacchari ℔ ij.

Confice ſecundùm artem. * Ventriculum roborat & jecur, aliaque inſtrumenta nutritionis, appetentiamque excitat: contra regium morbum prodeſt, flatus diſcutit, humoresque per urinam pellit. *Meſues.*

*Syrupus de mentha major.*

℞. Succi Citoniorum Muzorum,
Citoniorum dulcium,
Granatorum acetoſorum, Granat. dulcium,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0265-7

Granatorum Muzorum ℔ j ß.
In ſuccis macerentur per horas xxiv. ſequentia:
℞. Menthæ ſiccæ ℔ j ß.
Roſarum rubearum ℥ ij.
Coquantur deinde cum facilitate, uſq; ad medietatis conſumptionem: colentur, & colaturæ adde
Mellis vel ſacchari ℔ ij.
Coquantur ad perfectionem: & quum reponis, aromatiza cum Galliæ Moſchatæ tritæ veræ, & in ſindone ligatæ, atque ex orificio vaſi ſuſpenſæ ʒ iij. * Ventriculum frigidum roborat: ob id nauſeam, vomitum, ſingultum, fluorem alvi ſedat. *Meſues.*

### *Syrupus de mentha minor.*

℞. Succi menthæ depurati ℔ j.
Succi Granatorum dulcium,
Granatorum acetoſorum, ad medietatem coctorum,
Sacchari vel mellis ana ℔ j.
Coquantur ſenſim ſecundùm artem.

*In hoc quoq; ſyrupo notandum eſt, quod in proximo ſyrupo de Mentha majore diximus de melle.*

* Eandem ferè cum ſuperiore facultatem habet. *Meſues.*

### *Mel roſatum.*

℞. Roſarum rubearum nondum penitùs apertarum ℔ ij.
Mellis optimi ℔ vj.
Coquantur lento igne ſecundùm artem. * Stomachum confortat & mundificat, & eſt digeſtivum materiarum phlegmaticarum in ſtomacho & meſeraicis contentarum. *Meſues.*

### *Mel roſatum aliud efficacius.*

℞. Foliorum roſarum rubearum nondum explicitarum contuſorum ℔ ij.
Coquantur in aquæ cœleſtis ℔ iv. Colaturæ fortiter expreſſæ adde
Succi roſarum rubearum depurati,
Mellis optimi deſpumati ana ℔ iv.
Coquantur ſecundùm artem.

### *Oxymel ſimplex.*

℞. Mellis optimi deſpumati ℔ iv.
Aceti vini acerrimi, Aquę clariſſimæ ana ℔ ij.
Mel cum aqua deſpumetur iterum diligenter: & cùm aqua fuerit conſumpta, tunc adde acetum, & coque ſecundùm artem. * Humores craſſos, lentos ac pituitoſos incidit, extenuat, & abſtergit, atque adeò obſtructiones aufert, ſputum educit, ſpiritumque faciliorem reddit. *Meſues.*

### *Oxymel compoſitum.*

℞. Radicum Fœniculi, Apii,
Rad. Petroſelini, Ruſci, Aſparagi ana ℥ ij.
Sem. Apii, Fœniculi,
Petroſelini ana ℥ j.
Coquantur in aquæ claræ ℔ vj. aut quantum ſufficit. Colaturæ adde
Aceti acerrimi ℔ j ß.
Mellis optimi deſpumati ℔ iij.
Coquantur ſecundùm artem. * Humores craſſos & pituitoſos incidit, extenuat & abſtergit:

A obſtructiones tollit jecinoris, lienis, ac renum, urinam movet, ſudoremque evocat.

### *Oxymel Scylliticum ſimplex.*

℞. Mellis deſpumati ℔ iij.
Aceti Scyllitici ℔ ij.
Coquantur ſecundùm artem. * Humores craſſos, lentos, avulſu contumaces ſeparat: ob id confert ventriculi & aliorum viſcerum affectibus hos humores ſequentibus: ructum acidum ſanat, & veſicæ mollificationem, ſeu urinæ in-
B continentiam. *Meſues.*

### *Oxymel Scylliticum compoſitum.*

℞. Radicum Apii,
Fœniculi ana ℥ iv.
Radicum Petroſelini,
Ruſci, Aſparagi,
Sem. Apii, Fœniculi ana ℥ j.
Coquantur in aquæ ℔ vj. aut quantum ſufficit. Colaturæ adde
Aceti Scyllitici ℔ j.
C Mellis optimi deſpumati ℔ ij.
Fiat ſecundùm artem. * Id potentiùs multò incidit, tenuat, terget, obſtructa aperit, in diuturnis quartanis, & quotidianis, quàm oxymel compoſitum de radicibus.

### *Oxymel Scylliticum Democriti.*

℞. Origani, Hyſſopi,
Thymi, Liguſtici,
Cardamomi, Stœchados ana ʒ v.
Aquæ ℔ iij.
D Coque ad librarum duarum conſumptionem: adde
Mellis ℔ ij.
*Mellis paſſul.* ℔ ß.
*Succi Bryoniæ* ℥ v.
Aceti ſcyllitici ℔ ß.
Coque iterum ſemper deſpumando. * Epilepſiam, vertiginem, cephalalgiam, hemicraniam cerebri, & pulmonis obſtructiones ab humoribus
E valenter impactis ſanat. *Meſues.*

### *Oxymel noſtrum, compoſitum.*

℞. Radic. Fœniculi, rad. Petroſelini ana ℥ ß.
Sem. Fœniculi, Aniſi, Petroſel. ana ʒ j.
Gentianæ tritæ ʒ ij.
Zingiberis ʒ ij.
Coquantur in aqua ſufficienti uſque ad remanentiam ℥ v. Quibus adde
Mellis ℥ vj.
Aceti ſcyllitici ℥ iv.
F Iterum coquantur ad ſyrupi uſq; conſiſtentiam: * ſanitatem conſervat: febrientibus confert.

### *Oxymel ex Liguſtico.*

℞. Rad. Apii, rad. Fœniculi, rad. Petroſel.
Calaminthes, Dauci ana ℥ j.
Zingiberis, ſem. Liguſtici, ſem. Apii,
Sem. Fœniculi, ſem. Aniſi, ſem. Cari,
Eupatorii, Aſari, Abſinthii ana ℥ ß.
Caryophyllorum, Galangæ ana ʒ iij.
Spicæ Nardi ʒ ij.
Aceti ℔ x.

Coque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0266-2
DFG

Coque ad dimidias: adde Mellis ℔ v.
Coque iterum ad ſyrupi conſiſtentiam. Valet ad pituitam craſſam, lentam, putrem, obſtructiones epatis & ſplenis aperiendas, urinam movendam. *Meſues.*

*Oxymel ex Calamintha.*

℞. Rad. Apii, rad. Fœniculi, rad. Intybi ana ℥ j.
Schœnanthi ʒ ij.
Sem. Apii, ſem. Fœniculi, ſem. Aniſi ana ʒ vj.
Calaminthæ montanæ & domeſticæ,
B Spicæ, Aſari, Caſſiæ, Maſticis,
Dauci, Petroſelini ana ℥ ß.
Caryophyllorum, Liguſtici,
Zingiberis, Galangæ ana ʒ ij.
Aceti ℔ iix.
Aquæ ℔ vj.
Coque ad duarum partiũ conſumptionẽ, adde Mellis deſpumati ℔ v.

Coque. Datur ab ℥ j. uſque ad ℥ ij. Calefacit, incidit, terget humores craſſos, lentos, putres: ob id intemperiem frigidam ventriculi & epatis C corrigit, ſcirrhum lienis, & aliorum viſcerum diſſipat, febres diuturnas juvat. *Meſues.*

## DE SYRUPIS CONCOquentibus pituitam in hepate.

*Syrupus de duabus radicibus.*

℞. Rad. Petroſelini, Fœniculi ana ℥ iv.
Aquæ quantum ſufficit.
Sacchari clarificati ℔ ij.
Coquantur ſecundùm artem.

*Syrupus de quinq; radicibus.*

℞. Radicum Apii, Fœniculi,
Petroſelini, Ruſci,
Aſparagi ana ℥ ij.
Aquæ fontis ℔ vj.
Coquantur ad tertię partis conſumptionem, expreſſum coquatur denuò cum
E Sacchari ℔ iij. Addendo ad finem
Aceti albi ℥ iix.
* Confert febribus pituitoſis & bilioſis, & iis incipientibus.

*Syrupus de Eupatorio.*

℞. Rad. Fœniculi, Apii, Endiviæ ana ℥ ij.
Glycyrrhizæ, Schœnanthi, Cuſcutæ,
Abſinthii, Roſarum ana ʒ vj.
Capilli Veneris, Bedeguaris, Suchahæ, (Spinæ Arab. aut Ægyptiæ) Flor. aut rad. Bugloſſæ, F
Aniſi, Sem. Fœniculi, Eupatorii ana ʒ v.
Ravedſeni, id eſt, Rhabarbari Orientalis,
Maſtiches ana ʒ iij.
Spicæ nardi Indicæ, Aſari,
Folii, pro folio pone ſpicam Romanã ana ʒ ij.
Aquæ quantum ſufficit, aut ℔ iix.
Succi Apii, Endiviæ ana ℔ ß.
Sacchari ℔ iv.

Coquantur ſecundùm artem. * Frigidis jecinoris vitiis, ac ejusdem obſtructionibus, aquæ inter cutem, maloque corporis habitu ſuccurrit: hu-

A mores enim craſſos extenuat, roburq; jecinori adjicit. Urinas movet, & hypochondriorum tenſionem demolitur. *Meſues.*

## DE SYRUPIS CONCOquentibus pituitam in matrice.

*Syrupus de Arthemiſia.*

℞. Arthemiſiæ M. ij.
B Pulegii, Calaminthæ, Origani, Meliſſæ,
Dictamni Cretici, Perſicariæ, Sabinæ,
Amarici, id eſt, Majoranæ, Chamædryos,
Chamæpityos, ſeu Ivæ arteticæ,
Perforatæ, id eſt, Hypericonis,
Comarum Matricariæ, Centaureæ minoris,
Rutæ, Betonicæ, Bugloſſæ, Rad. Fœniculi,
Apii, Petroſelini, Aſparagi, Bruſci,
Rad. Saxifragiæ (ejus loco accipiantur radices Pimpinellæ) rad. Enulæ Campanæ, Cyperi,
C Rad. Rubeę tinct. Ireos, rad. Pæoniæ, ana M. j.
Baccarum Juniperi, Sem. Liguſtici,
Petroſelini, Apii, Aniſi, Nigellæ,
Carpobalſami (aut ſuccedanei ejus) Coſti,
Rad. Aſari, Rad. Pyrethri, Caſię ligneę aromaticæ, Cardamomi, Calami aromatici,
Phu, id eſt, radicis ejus ana ℥ ß.
Aquæ quantum ſufficit.
Sacchari ℔ iv.

Coquantur omnia magna diligentia ſecundùm
D artem, ne plus quàm neceſſe ſit aromata bulliãt.
* Medetur paſſionibus matricis, & retinet eam in proprio loco: reſolvit frigiditatem, ventoſitatem, & dolores, corroborat nervos, aperit poros, ſanguinem corrigit, menſtruis imperat, & provocat. *Matthæus de Gradibus.*

## DE SYRUPIS CONCOquentibus melancholiam in corde.

*Syrupus de pomis.*

℞. Succi pomorum dulcium, *ſucci pomorum* acetoſorum ana ℔ v.
*Coquãtur, deſpumẽtur, & colentur*: deinde adde *Sacchari ℔ iij.*

Coquantur ſecundùm artem. * Cor imbecillum roborat: ob id ſyncopen & cordis tremorem ſanat. *Meſues.*

*Syrupus de pomis aliter.*

℞. Capill. Veneris, Ceterach,
Bugloſſæ, Borraginis ana M. j.
Flor. Bugloſſæ, Flor. Borraginis,
Fumariæ, Summitatum thymi ana *P. ij.*
Senæ, Chani, Stœchados ana *℥ j.*
Chamæd. Squinanthi, *Ellebori albi,*
Flor. Amaranthi, Seſam*oidis* ana ℥ ß.
Succi agrimoniæ, *Fumi terræ* ana ℥ iij.
Succi pomorum *dulcium* ℔ j.
Paſſularum, Polypodii ana ℥ ij.
Croci ʒ j.

Fiat decoctio in *aqua* & *aceto* q. ſ. in qua diſſol-

ve ſacchari q.ſ. Fiat ſyrupus perfectæ coctionis. A
Doſis ab ℥ j. ad ℥ iij. Prodeſt morbo comitiali, melancholiæ, morbo Gallico, & omnibus affectibus, à melancholia & pituita, præſertim ſalſa. *Rondeletius.*

### *Syrupus è pomis regis Saponis.*

℞. Succi pomorum dulcium ℔ ij.
Borraginis, Bugloſſæ ana ℔ j ß.
Folliculorum ſenæ ℥ ij. Croci ʒ j.

Sena contrita horis xxiv. ſuccis maceretur: ſemel aut bis ferveſiat, coletur, expreſſum cum ſaccha- B
ri libris duabus percoquatur in ſyrupum. Crocus panno lineo ligatus inter coquendum inficiatur. *Meſues.*

### *Syrupus de ſucco Borraginis.*

℞. Succi Borraginis depurati ℔ iij.
Sacchari deſpumati ℔ ij.

Coquantur in ſyrupum.

Annotatio.

*Succus Borraginis prius eſt clarificandus cum* C
*albuminibus ovorum: alioquin plus ſatis mucilaginoſus fieret Syrupus.*

* Cor ipſum roborat, ejusq; tremorem & ſyncopen ſanat: maniacos & melancholicos juvat.

### *Syrupus de ſucco Bugloſſæ.*

℞. Succi Bugloſſæ depurati ℔ iij.
Sacchari ℔ ij.

Coquantur uſq; ad ſyrupi conſiſtentiam. * Cor confortat, lætitiamque generat.

Annotatio. D

*Succus Bugloſſæ difficulter exprimitur: nam fit mucilago, dum tunditur bugloſſa: ideò vaſa dimittenda eſt per noctem in frigido loco, & poſtridie exprimendus ſuccus, atq; cum albuminibus ovorum clarificandus.* Cordus.

## DE SYRUPIS CONCOquentibus melancholiam in hepate & liene.

### *Syrupus de Epithymo.*

℞. Epithymi ℥ xx.
Myrobalanorum Citrinorū, Indorū ana ʒ xv.
Cuſcutæ, Fumiterræ ana ʒ x.
Thymi, Bugloſſæ, Calaminthæ,
Myrobalanorum, Emblicorum,
Bellericorum, Glycyrrhizæ,
Polypodii, Agarici, Stœchados ana ʒ vj.
Roſarum, Fœniculi, Aniſi ana ʒ ij ß.
Prunorum N. xx.
Paſſularum enucleatarum ℥ iv.
Tamarindorum ℥ ij ß.
Aquæ ℔ x. vel quantum ſufficit.

Bulliant ſecundùm artem: colaturæ adde
Sacchari ℔ iv. Sapæ ℔ ij.

Fiat ſyrupus.

*Sapa eſt muſtum optimum ad tertias decoctum.*

* Atram bilem, & alios humores uſtos vacuat: ob id morbos ex his naſcentes, elephantiam, cancrum, ulcera maligna, fiſtuloſa, pſoram, lepram præcavet, curatque. *Meſues.*

### *Syrupus de lupulo.*

℞. Succi lupuli depurati ℔ iv.
Succi fumiterræ depurati ℔ ij.
Sacchari ℔ vj.

Coquantur ſecundùm artem.

* Refrigerat, & collectionum impetus lenit, bilem regio morbo laborantibus detrahit, pituitam in aqua inter cutem exigit per alvum.

### *Syrupus de Scolopendrio.*

℞. Scolopendrii veri, ſeu Ceterach,
Phyllitidis, id eſt, Linguæ cervinæ,
Endiviæ Hepaticæ,
Abſinthii, Cichorii ana M. ß.
Cuſcutæ P. ß. ſeu ʒ j.
Sem. communium frig. majorum ana ʒ ij.
Flor. Borraginis,
Flor. Bugloſſæ, Capillorum Veneris ana M. j.
Rad. Fœniculi, rad. Petroſelini,
Rad. Ruſci ana M. ß.

Cum ſufficiente quantitate aquæ & ſacchari, fiat ſyrupus ſecundùm artem, qui aromatizetur cum Laccæ, Caſſiæ ligneæ, Maceris pro Folio ana ʒ ij. Ligentur in panno raro, & bulliant in ſyrupo. Prodeſt in affectibus jecoris, & lienis, eorundem obſtructionibus, & morbis inde enatis.

### *Syrupus ſplenicus.*

℞. Epithymi, Cort. rad. Capparorum,
Linguæ cervinæ, fructuum Tamarici (pro quibus ſubſtitue cort. med. Fraxini) Cort med. rad. Salicis, rad. Rubiæ tinctorum,
Ireos Florentinæ, rad. Acori vulgaris,
Rad. Aſari, Sem. Aniſi, Fœnic, Cymini ana ℥ j.

Macerentur ſimul omnia in ℔ iv. aquæ & libris duabus aceti, horis 24. Deinde coquantur omnia ad conſumptionem tertiæ partis, reducendo ſcilicet ad libras quattuor. Expreſſioni colatæ adde mellis Hiſpanici deſpumati ℔ ij ß. Coquantur ſecundùm artem ad ſyrupi conſiſtentiam. *Franc. Pedemontanus.*

### E *Syrupus de ſucco fumiterræ major.*

℞. Myrobalanorum Citrinarum,
Chebularum ana ʒ xx.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ, Violarum,
Abſinthii, Cuſcutæ ana ℥ j.
Glycyrrhizæ, Roſarum rub. ana ℥ ß.
Epithymi, Polypodii ana ʒ vij.
Prunorum N. c.
Paſſularum enucleatarum ℔ ß.
Tamarindorum, Pulpæ caſſiæ fiſtulæ ana ℥ ij.
F Aquæ fontis ℔ x.

Coquantur omnia præter Caſſiam & Tamarindos ſecundùm artem ad tertias: deinde cola, & colaturæ adde
Caſſiam & Tamarindos, & ſucci fumiterræ depurati, ſacchari albiſſimi ana ℔ iij.

Coquantur lento igne ad juſtam conſiſtentiam, & repone. * Syrupus fumariæ major ventriculum & hepar roborat, obſtructiones aperit, cum morbos, præcipuè ab humore ſalſo vel uſto natos, ut pſoram, lepram, impetiginem, ſerpiginem curat. *Meſues.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0268-4
DFG

*Syrupus fumariæ minor.*

℞. Myrobalanorum flavarum ℥ ij.
Violarum, Caſſuthæ, Abſinthii ana ℥ j.
Aquæ ℔ vij.
Succi fumariæ cocti & purgati, ſacchari ana ℔ ij.

Coque omnia uſque ad partem tertiam. Expreſſum cum ſucco fumariæ & ſaccharo percoque. Quidam ſcammonii ℥ ß. panno lineo raro ligatam in eo ſuſpendunt. * Syrupus fumariæ minor hepatis obſtructionem aperit: ob id icterum ſanat, pituitam ſalſam & bilem uſtam vacuat: proinde pſoram, lepram, pruritum, & alia cutis vitia inde orta ſanat, & corporis colorem floridum reddit. *Meſues.*

*Syrupus è ſucco fumariæ, ſimplex.*

℞. Succi Fumiterræ crudi ℔ iij.
Sacchari boni ℔ ij. vel ℔ ij ß.

Coquantur ſimul, & deſpumentur, quoad ſyrupi conſiſtentiam acquirant. * Ad eadem valet, ad quæ ſupradicti. *Medici Colonienſes.*

## DE SYRUPIS PURGANTIBUS BILEM.

*Infuſio roſarum, ſeu ſyrupus roſatus ſolutivus, ſive Muccharum.*

℞. Infuſionis roſarum ſecundum artem novies iteratæ ℔ x.
Sacchari tantundem.

Coquantur in Syrupi conſiſtentiam. Nonnulli cum melle conficiunt. *Doſis*, ab unciis duabus ad ℥ iij. * Bilem purgat. *Meſues.*

*Infuſio violarum.*

Infuſio violarum eodem modo fit, quo roſarum infuſio.

*Syrupus ex floribus perſicis.*

℞. Florum perſicorum recentium ℔ iij.

In aquæ vel roris majalis calefacti libris ſeptem, & dimidia, per horas octo, ſepties aut novies macerantur, deinde hujus diluti libræ duæ, cum ſacchari ſeſquilibra, aut duabus, ad ſyrupi ſpiſſitudinem incoquuntur. * Hic ſyrupus acres tenuesq; humores in bilioſis febribus, uti roſarum trium unciarum, vel quatuor inſtar exhibitus, educit. *Andernacus.*

*Syrupus de cichorio cum rhabarbaro.*

℞. Endiviæ domeſticæ,
Endiviæ ſylveſtris,
Cichorii, Taraxacon ana M. ij.
Cicerbitæ, Epaticæ,
Scariolæ, Lactucæ,
Fumiterræ, Lupulorum ana M. j.
Hordei non excorticati ℥ ij.
Veſicariæ, id eſt, Alkekengi,
Glycyrrhizæ, Capillorum Veneris,
Aſplenii, Polytrichi,
Adianti ana ℥ vj.
Rad. Fœniculi, Apii, Aſparagi ana ℥ ij.

Coquantur in aqua ſufficienti, & percolentur:
A deinde cum ſaccharo albo clarefacto fiat ſyrupus. pro cujus unaquaq; libra inter coquendum adjiciantur

Rhabarbari optimi ʒ ß.
Spicæ nardi ℈ iv.

Colligato in linteolo raro, quod ſępè exprimatur, dum ſyrupus conſiſtentiam juſtam nanciſcatur. * Valet contra omnem materiam venenoſam in alterando & mundificando eam, & proprię in anthrace, & ſimilibus: valet in febre pe-
B ſtilentiali. Confortat cor & nutritiva, mundificat materias per urinam & ſeceſſum, & facit appetere cibum, ac inducit ſomnum. *Nicol. Florent.*

*Syrupus de rhabarbaro ſolutivus.*

℞. Rhabarbari optimi ℥ ij ß.
Fol. Senæ ℥ j ß.
Florum Violarum M. j.
Cinnamomi ʒ j ß.
Zingiberis ʒ ß.
Aquarum Betonicæ,
C Cichorii,
Bugloſſæ ana ℔ j ß.

Fiat omnium infuſio per noctem, manè ebullitione & expreſſione facta, colatura decoquatur in ſyrupum cum ſacchari albi libra, aut quantum ſufficit. adde

Syrupi roſ. lax. ℥ iv.

Hic paratur Auguſtæ Vindelicorum ad prædicta omnia valentior, citra moleſtiam in pueris, & delicatulis alvum ſubducens, utramque bilem de-
D turbans, & eſt in uſu propemodùm quotidiano. *Auguſtani.*

*Mel Mercuriale, è ſucco herbæ Mercurialis.*

℞. Succi crudi Mercurialis ℔ iij.
Mellis puri Hiſpanici ℔ ij.

ſimul coquendo, deſpumandoque ad ſyrupum. *Medici Colonienſes.*

## E DE SYRUPIS PURGANTIBUS PITUITAM.

*Syrupus ex Bryoniæ radicum ſucco.*

℞. Succi crudi rad. Bryoniæ, Mellis Hiſpanici, vino generoſo deſpumati ana partes æquales.

Coquantur leniter in vaſe terreo vitreato, donec fluxilis ſyrupi conſiſtentiam habeat, continenter deſpumando. Exprimatur autem ſuccus
F tempore Maji, cœli conſtitutione ſicca: ſerius enim expreſſo, in luxuriantem herbam transfuſa fuerit ſuccoſitas radicis.

*Syrupus de bryonia compoſitus.*

℞. Succi bryoniæ ℥ v.
Aquæ decoctionis Origani,
Hyſſopi ſicci, Libyſtici, Seſeleos,
Cardamomi, ſtœchados ana ʒ j.
Sapæ, Uvarum paſſarum ana ℔ ß.
Mellis ℔ ij.

* Syrupus de bryonia idem valet, quod medicamentum. Dantur ℥ ij. *Meſues.*

*Oxymel phlegmagogum.*

Oxymel phlegmagogum fit ut oxymel de radicibus, ſi inter coquendum medulla ſeminis Cnici panno lineo raro ligata mergatur, & identidem confricetur. Potentius vacuabit, ſi etiam Turbith cum Zingibere nodulo prædicto addatur. *Meſues.*

*Syrupus hermodactylis.*

℞. Quinque radicum ana ℥ j.
Sem. 4. frig. majorum ana ℥ j ß.
Hyſſopi, Capillorum Veneris,
Aſpleni ana M. ß.
Violarum M. j ß.
Flor. Roriſmarini, Borraginis ana M. j ß.
Cyperi ʒ iij.
Chamomillæ ʒ ij.
Paſſularum ℥ j.
Senæ ʒ ij. (an potiùs ℥ ij)
Hermodactylorum, Cuſcutæ ana ℥ ß.
Aniſi, Fœniculi, Carvi ana ʒ ij ß.
Polypodii ℥ iij.
Agarici ʒ ij.
Coquantur in aquæ ℔ iij. & colaturæ adde
Sacchari ℔ j ß.
Roſarum ℥ j.
Rhabarbari ʒ iv ß.
Turbith ℥ iij.
Hæc tenuiſſimè trita, inq; panno ligata ſuſpendes in ſyrupo cocto ſecundum artem. *Nicolaus.*

*Oxymel vacuans melancholiam.*

℞. Thymi, Calaminthes, Agarici,
Bugloſſi hortenſ. & erratici,
Glycyrrhizæ ana ℥ j.
Polypodii ℥ iij.
Chamædryos, Chamæpityos,
Stœchados, Spinæ albæ ana ʒ v.
Paſſularum ℔ ß.
Macera 24. horis: adde
Aceti albi, ſucci bugloſſi ana ℔ ij ß.
Aquæ ℔ ij.
Coque igne lento ad dimidias, cola. & adde
Mellis ℔ iij.
Percoque, inter coquendum autem *epithymi* ℥ j.
Ellebori nigri aur. iij. nodulo ligata meriaq; ſæpè confricentur. *Meſues.*

## DE SYRUPIS PURGANtibus humores mixtos.

*Syrupus Diaſereos.*

℞. Intybi, latifolii, Cichorii ana M. j.
Adianti albi, nigri, Agrimoniæ,
Scolopendrii, Lupuli, Fumariæ ana M. ß.
Veſicariæ, id eſt, Alkekengi ʒ iij.
Violarum P. j.
Rad. Apii, Fœniculi, Aſparagi ana ℥ ß.
Polypodii quercini ℥ j.
Glycyrrhizæ ʒ vj.
Sem. Cnici ℥ j ß.

A Sem. 4. frigid. majorum ana ʒ ij.
Hordei non excorticati P. ij.
Sem. Endiviæ, Cichorii ana ʒ j ß.
Uvarum paſſarum ℥ j.
Pruna Damaſcena paria x.
Florum Borraginis, Bugloſſæ,
Violarum ana P. j.
Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum ana ℥ ß.
Omnia in aqua ad tertias decoquantur, & in hu-
B jus decocti jure colati libra & ſemiſſe, macerentur ſeorſim
Rhabarbari electi ℥ ij ß.
Agarici trochiſcati ℥ j.
Foliorum ſenæ ℥ j ß.
Zingiberis, Cinnamomi ana ʒ j.
Expreſſis colatiſque iterum adde
Sacchari optimi ℔ j.
Syrupi roſarum ſolutivi ℥ iij.
Mixta omnia rurſus modice coquantur ad ju-
C ſtam ſpiſſitudinem. * Ex hoc ſyrupo interdum
cochleare unum vel ſemunciam, cum modica
hordei aqua, cui cinnamomi aliquid incoctum
ſit, pueris bile ſuffuſis, vel obſtructionem & du-
ritiem viſcerum expertis, aut lumbricis infeſtatis
ante cibum ſalubriter exhibuimus: provectiori-
bus, tum viris, tum mulieribus, in ſimilibus affe-
ctibus duo cochlearia, cum ſyrupi violacei, aut
roſacei ſolutivi uno & quaternis aquæ intybi,
aut hordei, aut alterius, morbo convenientis, va-
D lentioribus uncias duas, cum una ſyrupi roſ. ſo-
lutivi, & aquæ cichorii duabus. Quòd ſi æger
delicatus ſit, & febri careat, aquæ ex cinnamo-
mo diſtillatæ cochleare unum aut alterum ad-
miſceatur. *Andernacus.*

*Syrupus Diacnicu.*

℞. Adianthi, Hyſſopi, Thymi,
Origani, Chamædryos, Chamæpityos,
Scolopendrii, Bugloſſæ ana M. ß.
E Cuſcutæ, Veſicariæ ana ℥ ß.
Rad. Angelicæ, Glycyrrhizæ,
Fœniculi, Apii, Aſparagi ana ℥ j.
Cort. Tamariſcis ℥ ß.
Polypodii ℥ j ß.
Sem. Aniſi, Fœnic. Ameos, Dauci ana ℥ j.
Sem. Cnici contuſi ℥ iv ß.
Paſſularum enucleatarum ℥ ij.
Decoquantur in aqua ad tertias, colentur: dein-
F de adde
Senæ Alexandrinæ ℥ j ß.
In jure decocti per noctem macerentur. adhæc
Agarici trochiſcati ℥ ß.
Zingiberis ʒ j.
Rhabarbari ʒ vj.
Hæc ſequenti die colentur, valideq; exprimantur. poſtea
Sacchari albiſſ. ℔ j.
Syrupi roſ. ſolutivi,
Syrupi Violacei ſolutivi ana ℥ ij.
Syrupi acetoſi ſimpl. ℥ ij.
Miſceantur, atque iterum modicè coquantur,

dum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0270-4
DFG

dum ſatis ſpiſſeſcant. Ex hoc ſyrupo unciæ duæ adultis cum aqua ſtillatitia hyſſopi aut thymi, aut pulegii unciæ inſtar, cinnamomi ſemuncia, aut cochleari rectè exhibentur. Pueris & delicatis mulieribus ℥ j. cum ſyrupi roſar. ſolutivi ſemuncia, & aqua cinnamomi ſtillatitia ex vino modica. * Idoneus eſt autumno, & hyemis Veriſque initio: febribus longis, quotidianis, quartanis, & obſtructionibus viſcerum, lienis, & jecoris, ex pituita & craſſis humoribus creatis, nec non & aqua inter cutē laborantibus. *Andernacus.* A B

## DE SYRUPIS MINU'S uſualibus alterantibus.

### *Syrupus alterans bilem flavam.*

℞. Scariolæ, Lactucæ, Roſtri porcini,
Bugloſſæ, Borraginis ana M. j.
Prunorum, Sebeſten ana paria v.
Sem. 4. frig. major. ana ʒ ij.
Sem. Aniſi ʒ j. C
Flor. Borraginis, Violarum, Bugloſſæ ana P. j.

Fiat decoctio, & in ℔ j. diſſolve ſacchari quantum ſufficit, & fiat ſyrupus. *Rondeletius.*

### *Syrupus contra pleureſin & peripneumoniam, phthiſicos & hecticos.*

℞. Aquæ ℔ iv.
Violarum ℥ ij ß.
Glycyrrhizæ, papaveris albi ana ℥ ß.
Sem. Citoneorum, ſem. Malvæ, D
Medullæ ſem. bombacis,
Medullæ ſem. Citoneorum,
Melonum, Cucumeris, Cucurbitæ,
Portulacæ, Tragacanthæ,
Gummi Arabici ana ʒ iij.

Omnia in ſacculo benè trita ponantur, & ſacculus in prædicta aqua ponatur, & bulliat ad medietatem, & ſacculo abſtracto ab aqua ℔ ij. ſacchari ponantur, & fiat ſyrupus clarificatus. *Nicolaus.* E

### *Syrupus Ambroſii provocans ſudorem, & ſitim extinguens, utilis in febribus.*

℞. Milii excorticati quantitatem convenientem, decoquatur donec crepet. Deinde ℞. ℥ v. vel circà ejus juſculi bullientis, & infunde vini albi odoriferi ℥ ij. & ſic calidum da patienti, ac benè eum cooperias, tunc mirum in modum ſudabit. F

### *Syrupus contra acutas & peracutas paſſiones.*

℞. Succi Portulacæ,
Melonum ana ℔ j.

Vel cum aqua decoctionis citrull. melon. & cucurb. vel cap. Ven. herbæ hepaticæ, polytrichi, adianti, Ceterach. In aqua iſta, vel in ſucco prædicto fac bullire

Liquiritiæ mundatæ & tritæ,
Tragacanthæ, Violarum ana ℥ j.
Prunorum N. v.
Sempervivæ aut Cotyledonis ℥ j.

Deinde coletur. & colaturæ adde ſacchari ℔ j. & fiat ſyrupus & clarificetur: deinde pſyllium & ſem. Citon. ana ℈ j. In ſacculo mitte ſandali albi & rub. ſpodii, berberis, roſ. pc tul. lact. ſcariol. ana ʒ ß. pulveriſato, & horum pulverem in eodem ſacculo pone, & ibidem Rhabarb. pulver. ʒ j. Hæc ſimul bullire facias uſque ad decoctionem. Datur contra acutas & peracutas ſine Apoſtemate cum aqua frigida. *Nicolaus.*

### *Syrupus contra omnem fluxum ventris.*

℞. Sacchari ℔ j.
*Aquæ roſarum, vel pluvialis* ℔ j ß.
Myrti ℥ j.
Roſarum, *Sumach, Acaciæ,* Balauſtiæ,
Spodii, Hypociſtidis ana ℥ ß.
Sorbarum mundat. N. x.
Meſpilorum viridium N. v.
Cornarum, vel prunorum immatur. N. x.
Tragacanthæ, Glycyrrhizæ,
Gummi Arabici ana ʒ ß.

Terenda terantur, & bulliant in ſuprà dicta aqua, donec ad quantitatem unius libræ deveniant, & colaturæ ponatur ſaccharum prædictum, & fiat ſyrupus: & clarificetur. *Nicolaus.*

### *Syrupus de papavere contra omnem ventris ſolutionem.*

℞. Capita papaveris recent. N. cj.
Plantaginis,
Balauſtiæ, Gallarum,
Prunellarum immatur. ana ℥ j.

Conficitur ſic: Omnia iſta in aquæ pluviæ q. ſ. dimitte per biduum, in tertio verò die coque aquam benè uſque ad conſumptionem medietatis, poſtea cola per pannum fortiter. Cùm autem colata fuerit, admiſce illi colaturæ tertiam partem mellis, & iterum coque, donec ad ſpiſſitudinem mellis redigatur, & tunc conde in vaſe vitreo, & cùm opus fuerit, in ʒ j. aquæ mitte ʒ j. ſyrupi. *Nicolaus.*

## DE SYRUPIS ALTErantibus pituitam.

### *Syrupus ad Epilepſiam.*

℞. Succi cardui benedicti, depurati, & ad ſpiſſitudinem cocti ℥ iv.
Succi millefolii eodem modo parati ℥ ij ß.
Sacchari albiſſ. ℥ iv.

Decoquantur ſ. a. De quo ſumat in *ſeptimana* bis vel ter cochlearium unum: *vel cum* ℈ j. Theriacæ, vel ſine. *Crato.*

### *Syrupus alterans pituitam.*

℞. Rad. Apii, *Petroſelini,*
Fœniculi, Aſparagi ana ℥ j.
Hyſſopi, Betonicæ ana M. j.
Sem. aniſi ʒ iij.
Paſſularum, Ficuum ana paria xx.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0271-9 DFG

Flor. Anthos, Stœchados,
Borraginis, Bugloſſæ ana P.j.
Glycyrrhizæ ℥ j.

Fiat decoctio, & in libra una & ſemiſſe diſſolve mellis deſpumati vel roſ. quantum ſatis eſt. *Rondeletius.*

*Syrupus ex quinta eſſentia Fioravanti.*

℞. Aquæ vitæ optimæ & circulatæ ℥ xij.
Olei ſulphuris ʒ vj.
Olei vitrioli ℥ ß.
Olei Tartarei ℥ vj.
Zulapii roſacei ℔ iv.
Moſchi ℈ ß.
Miſce, & fiat ſyrupus. Magnarum virium eſt.

*Syrupus ſaccharatus.*

℞. Vini optimi ℔ iij.
Sacchari albiſs. ℔ j.

Coquatur ad lentum ignem more ſyrupi: ſerva & utere cum duabus partibus aquæ decoctæ. Senibus frigidis & debilibus convenit, & quibus humor nativus, & calor naturalis minuuntur. Nutrit enim, & ſanguinem generat, & replet partes principales ſpiritibus. *Rabi Moyſes.*

*Syrupus de Cinnamomo, noſter.*

℞. Mivæ Cotoneorum, vel
Syrupi de Cort. mali Citri ℔ ß.
Quintæ eſſentiæ Cinnamomi ℥ ß. vel
Olei Cinnamomi,
Tincturæ auri ana ʒ ij.

Miſce optimè. Ad eadem valet, ut ſuprà dictus.

*Syrupus de Cinnamomo, noſter.*

℞. Syrupi de cort. mali Citri, vel mivæ cotoneorum ℥ iv.
Quintę eſſentię Cinnamomi circulatę ʒ iij. vel ℥ ß. Tincturæ auri vitæ ʒ ij.

Miſce. Senibus debilibus confert.

*Syrupus ad menſes provocandos.*

℞. Rad. Apii, Fœniculi, Petroſelini,
Aſparagi, Ruſci ana ℥ iij.
Radic. Rubiæ major. ℥ ij.
Radic. Quinquefolii, Eryngii ana ℥ j.
Pulegii utriusque, Calaminthæ, Orig. ana M.j.
Semin. 4. frig. major. ana ʒ j.
Florum Anthos, Leucoji ana P.ij.
Flor. Geniſtæ P.j.

Fiat decoctio in aqua & vino, in quibus per noctem radices macerentur: & in colaturæ ℔ ij. diſſolve mellis deſpumati ℥ iv. Sacchari quantum ſatis eſt: fiat ſyrupus aromat. cum Cinnamomi ℥ j. Datur pauló antè quàm fluant menſes, aut cum inſtat tempus purgationis. *Rondeletius.*

ANNOTATIO.

*Notandum, quòd ſi hujuſmodi ſerapia non tam copioſum ſaccharum, ut ſyrupi veri, recipiant, & non ad perfectam ſyrupi uſque conſiſtentiam coquantur, ſed dilutiora parentur, ea rectiùs apozemata appellari.*

A DE SYRUPIS ALTERANTIBUS bilem atram.

*Syrupus alterans bilem atram.*

℞. Endiviæ, Scariolæ, Bugloſſæ, Borraginis, Violarum, Lactucæ, Portulacæ ana M.j.
Paſſularum ℥ ij.
Sem. 4. frig. major. ana ʒ iij.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ ana P.j.
Violarum P.ij.

B Fiat decoctio, & in colatura diſſolve ſacchari quantum ſatis eſt: & fiat ſyrupus. *Rondeletius.*

*Alius.*

℞. Rad. Bugloſſæ, Enulæ, Glycyrrhizæ ana ℥ j.
Rad. graminis, Aſparagi, Apii ana ℥ ß.
Rad. Satyrionis ʒ vj.
Paſſularum ℥ j.
Capillorum Veneris, Violarum, Meliſſæ, Cichorii ana M.j.
C Calaminthæ, Chamædryos, Chamæpityos ana M.ß.
Sem. 4. frig. major. ana ʒ j.
Sem. Bombacis ʒ iij.
Sem. Apii, Petroſelini ana ʒ ij.
Flor. Bugloſſæ, Borraginis, Anthos, Violarum ana P.j.

Fiat decoctio. In colatura diſſolve ſacchari quantum ſatis eſt: & fiat ſyrupus. *Rondeletius.*

*Syrupus ad atram bilem, alius.*

D ℞. Flor. Borraginis, Flor. Bugloſſæ, flor. Meliſſæ, Flor. Violarum, Capillorum Ven.
Endiviæ, Cuſcutæ, Polypodii, Senæ, Epithymi ana M.j.
Prunorum Damaſc. N. xx.
Pomorum odoratorum N. x.
Paſſularum ℥ j.
Glycyrrhizæ ʒ ß.

Coquantur in aqua omnia præter Epithymum & aromata, donec pars tertia conſumatur. Decoctio expreſſa poſtea cum ſaccharo iterum &
E Epithymo moderatè coquatur: poſtremò infundantur aromata, ſcilicet cinnamomum atq; crocus. Hujus ſyrupi aurora calfacti ℥ iij. bibantur ſimulque ℥ ij. aut ℥ iij. aquæ Bugloſſæ. *Marſilius Ficinus.*

*Syrupus ad Melancholiam.*

℞. Aquarum Fumiterræ, Lupulorum, Abſinthii, Capill. Ven. ana ℔ v.
Polypodii Quercini ℔ j.
F Fol. Senæ, Epithymi ana ℥ iv.
Flor. Borrag. Bugloſſi ana M.ij.
Capill. Ven. M.j.
Glycyrrhizæ, Paſſularum, Cinnamomi, Quatuor ſem. frig. ana ℥ ij.

Fiat decoctio ſ.a. de Colatura ℞. ℔ iv. qbus adde
Succi Borraginis, ſucci Bugloſſæ, ſucci Lupulorum ana ℥ ij.
Mellis ℥ vj.
Sacchari albi q.ſ. eſt.

Fiat ſyrupus ſecundùm artem: aromatizetur cum moſcho & ambra. *Fioravantus.*

DE

## DE SYRUPIS PURgantibus.

*Syrupus purgans bilem.*

℞.Rad.Cichorii ℥ j.
Glycyrrhizæ raſæ ʒ ij.
Cichorii,Scariolæ,Buglosſæ,Borraginis,
Roſtri porcini, id eſt, ſonchi, Dentis leonis ana M j.
Prunorum,Sebeſten ana paria xx.
Paſſularum paria x.
Aniſi ʒ ij.
Tamarindorum ℥ j.
Senæ Orient.Medullæ ſem.Carthami ana ʒ iij.
Flor.Borraginis, Buglosſæ, Violarum ana P.j.
Fiat decoctio. In colatura diſſolve ſacchari quantum ſatis eſt: fiat ſyrupus,addendo poſt clarificationem, vel in clarificatione ipſa, ſucci roſarum ʒ ij. vel ſyrupi roſati laxativi ℥ iv. cinnamomi ʒ ij. Miſce,& fiat ſyrupus. *Rondeletius.*

*Syrupus purgans pituitam ex thorace.*

℞.Radicum Apii,Fœniculi,Apii,vel Aſparagi ana ℥ j.
Hyſſopi,Betonicæ ana M.j.
Marrubii M.ß.
Sem.Aniſi ʒ iij.
Paſſularum,Ficuum ana paria xx.
Florum Anthos,Stœchados,Borraginis,
Buglosſæ ana P.j.
Glycyrrhizæ ℥ j.
Fiat decoctio. In colaturæ ℔ ij adde
Polypodii ℥ j.
Medullæ ſem.Carthami contuſi ℥ ij.
Agarici trochiſcati ʒ ij.
Aniſi,Fœniculi ana ʒ j.
Concoquantur: colaturæ adde
Mellis violati,vel roſacei, quantum ſatis eſt: & fiat ſyrupus. *Rondeletius.*

*Syrupus purgans melancholiam.*

℞.Radicum Buglosſæ, Glycyrrhizę raſæ ana ℥ j.
Cichorii,Scariolæ,Borraginis,Buglosſæ,
Fumiterræ,Violarum,Mercurialis ana M.j.
Paſſularum ℥ ij.
Seminis Cucurbitæ,Melonum,Citrulli,
Cucumeris,Aniſi ana ʒ iij.
Senæ Orientalis,Polypodii,Origani,
Epithymi ana ℥ ij.
Tamarindorum ℥ ß.
Flor.Borraginis, Buglosſæ, Violarum ana P.ij.
Miſce, & fiat decoctio. In colatura diſſolve ſacchari quantum ſatis eſt: & fiat ſyrupus. Addantur ſyrupi roſarum laxativi ℥ iv. * Bilem & melancholiam purgat. *Rondeletius.*

*Syrupus de Polypodio fortis.*

℞.Polypodii recentis ℔ j.
Corticum Ellebori nigri præparatorum ℥ ß.
Foliorum ſenæ ℔ ß.
Epithymi,
A Radicum Bugloſs.
Flor.Borraginis,Stœchados,
Paſſularum,Prunorum ana ℥ j.
Liquiritiæ raſæ,
Sem.Fœniculi,
Turbith,Agarici ana ℥ ß.
Fumariæ,Meliſſæ,Betonicæ ana M.j.
Cinnamomi,Nucis myriſticæ ana ℥ j.
Croci ℈ j.
Fiat decoctio ex aqua: macerentur horis duode-
B cim: colaturæ adde
Succi Fumariæ ℔ x.
Lupulorum,Betonicæ ana ℔ ß.
Pomorum ℔ j.
Sacchari optimi quod ſatis ſit.
Fiat ſyrupus: *hic valide Melancholiam purgat,ſi ſumantur ℥ iv. bis aut ter in menſe. Heurnius.*

*Syrupus de Elleboro.*

℞.Ellebori nigri ℥ ß.
Succi pomorum dulcium ℥ x.
C Radicum Bugloſs.Borraginis,Polypodii,
Epithymi ana ℥ j.
Folliculorum & foliorum Senæ,
Chamæpityos,Stœchados ana ʒ vj.
Flor.Borragin.Bugloſs.
Fumariæ,Lupulorum ana P.j.
Capillorum Veneris,Agrimoniæ,
Chamædryos ana M.j.
Schœnanthi ℥ ß.
Fiat decoctio ad libras duas: huic decocto adde
D *Succi pomorum,*
Sacchari albi ana ℔ ij.
Fiat ſyrupus. *Doſis eſt quantitas duarum unciarum. Heurnius.*

*Oxymel elleboratum majus Juliani, purgans phlegma & melancholiam.*

℞.Rutæ, Thymi,Dictamni Cretici, Hyſſopi,
Pulegii,Marrubii,Cardui benedicti,
Spicæ Celt.cort.ſambuci interior.ana M.j.
E Calami montani P.ij.
Sem.Aniſi,Ocymi,urticę Rom.anethi ana ʒ ij.
Rad.angelicæ,althææ,ari,ſcillæ,
*Ariſtolochiæ longæ,rotundæ, Clematitidis,*
*Turbith ana ℥ j.*
*Iridis noſtræ,Coſti,* Polypodii ana ℥ j.
*Ellebori nigri,Eſulæ,*
Cort.rad.Ellebori albi,
Agarici ana ʒ ij.
Omnia trita infunde in aceti acerrimi ℔ vj.vel
F quantum ſufficit: triduo in Sole,vel ad fornacem, in vitreo vaſe obturato. Tum decoquantur in olla vitreata ad dimidium ferè,tum colabis modicè exprimendo, addesq; mellis deſpumati, ſacchari ana ℔ j. ad conſumptionem *aceti decoques* ad ſyrupi conſiſtentiam. *Doſis, ad movendam alvum,* ab ℥ ß.uſq;ad *ʒ vj.* cum decoctione ſenæ & polypodii, *vel ſyrupo* violato, alióve ſolutivo. * Confert *Epilepſiæ*, aſthmati & omnibus morbis, à materia frigida, craſſa, tenaci, à phlegmate & melancholia dependente. *Geſnerus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0273-1

### *Oxymel elleboratum, minus.*

℞. Calamenthi, Thymi, Pulegii, Cardui benedicti,
Roſarum rubr. Menthæ criſpæ ana P. j.
Sem. aniſi, Ocymi, ſem. Urticæ Romanæ,
Sem. Anethi ana ʒ j.
Rad. Angel. rad. Fœniculi, Althææ, Scillæ,
Iridis noſtræ, Turbith ana ℥ ß.
Ellebori albi, Eſulæ præparatæ ana ʒ ij.
Rad. Aſari ʒ j ß.
Galangæ, Cinnamomi,
Calami aromatici ana ʒ j.

Infunde in aceti fortiſſimi ℔ ij ß. ut prædictum eſt, & cùm media pars bulliendo fuerit abſumpta, adde Sacchari, Mellis deſpumati ana ℥ v. Fiat ſyrupus, qui aromatizetur, cum Croci, Cinnamomi, Macis, Zingiberis ana ℈ j. in ſacculo intùs ſuſpenſis. Doſis ac vires, ut in majore. *Geſnerus.*

### *Oxymel compoſitum Geſneri, validè Melancholiam purgans.*

℞. Epithymi ʒ x.
Polypodii ʒ vj.
Bugloſſi ʒ xv.
Thymi, Hyſſopi, Chamæpityos ana ℥ ß.
Capillorum Veneris ʒ v.
Turbith ʒ vj.
Ocymi, Meliſſę, Caryophyllorũ, Spicęnardi,
Malabathri, Cardamomi ana ʒ iij.
Radicis & ſeminis Endiviæ,
Seminis caſſuthæ ana ʒ xij.
Conſervæ roſatæ ad pondus omnium.

Infunde hæc in aceto puro, horis 24. (ſit copia aceti, qua obruantur cuncta) poſtridie adde aquæ libras quinq; : leniter excoquantur, dũ redeat ad aceti primam copiam: fiat colatura, & adjecto ſaccharo coquatur. Datur ad uncias duas cum ſemiſſe. *Geſnerus*, cujus deſcriptio epiſtolis ejus annexa eſt.

### *Syrupus ad aſcitem.*

℞. Paſſularum ℥ ij.
Fol. Braſſicæ marinæ M. j.
Thymelææ vel Chamelææ M. ß.
Seminis Hederæ, ſem. Seſeleos ana ʒ iij.

Fiat decoctio. In libra una diſſolve
Syrupi Endiviæ ſimplicis ℔ j. vel
Syrupi Endiviæ comp. ℔ ß.

Fiat ſyrupus aromatizatus cũ Cinnamomi ℥ ij. vel Spicæ Celticæ ʒ j. Loco ſyrupi poni poſſunt ſpecies cichorii & herbæ capill. atque ſyrupus inde confici hoc modo.

### *Alius ad idem.*

℞. Rad. Valerianæ, rad. Rubiæ major.
Cyclaminis ana ℥ ij.
Rad. Apii, Petroſelini ana ℥ j.
Endiviæ, Scariolæ, Capill. Veneris,
Agrimoniæ ana M. j.
Seminis Hederæ ℥ j.
Braſſicæ marinæ M. j.
Chamelææ, Thymelææ ana ℥ j.

A Paſſularum mundat. ℥ iv.
Aniſi ʒ iij.

Fiat decoctio. & in ℔ j ß. diſſolve ſacchari quantum ſatis eſt, fiatq; ſyrupus aromat. cum ſpicę Celticæ ʒ iij. vel cinnamomi. Dentur ℥ iv. per ſe, ſi ſit mediæ coctionis: vel cum aquis endiviæ & cichorii, ſi ſit coctus ad perfectionem. *Rondeletius.*

### *Syrupus ad anaſarcam.*

Si ſit anaſarca, prædictis adjungenda erunt medicamenta magis incidentia, attenuantia, & al-
B terantia: ut Enulæ camp. rad. Apii, Petroſelini, Rubiæ majoris, in majori quantitate: & pituitam purgantia: ut Agaricus, ſemen Carthami, Sena, Polypodium: aut prædicta medicamenta trahentia aquas, decoquenda in ſyrupis ad pituitam purgandam præſcriptis. *Rondeletius.*

### *Syrupus ad tympanitem.*

℞. Paſſularum ℥ ij.
Sem. Petroſelini, Apii, Seſeleos ana ʒ ij.
C Radicum Aſari, Valerianæ ana ℥ ß.
Menthæ, Abſinthii, Betonicæ ana M. ß.
Marrubii M. j.
Mercurialis, Braſſicæ marinæ ana M. ß.
Senæ Orientalis, ſeminis Carthami ana ʒ vj.
Florum Anthos, Geniſtæ ana P. j.

Fiat decoctio. In ℔ j ß. diſſolve ſacchari quantum ſatis eſt: fiat ſyrupus aromat. cum diagalangæ ʒ ij. vel aromat. roſ. ʒ j. de alternis diebus. *Rondeletius.*

D ANNOTATIO.

*Cæterùm ſi hydrops eſt cum ſcirrho lienis, tunc incidentia & ſplenetica adjungimus: ut cort. rad. Capparorum, Sambuci, vel Fraxini, Populi, aut Tamariſci: ac in aceto macerentur, & decoquantur, ut ſuprà dictum.* Rondeletius.

## DE SYRUPIS PURgantibus mixtos humores.

E *Syrupus Hepaticus ad humores mixtos.*

℞. Hepaticæ nobilis, Acidulæ, Cichorii,
Dentis leonis, Endiviæ, ſonchi lævis ana M. j.
Capillorum Veneris, Eupatorii vulgi,
Linguæ cervinæ, Lupulorum,
Fumi terræ ana M. ß.
(addi poteſt Caſſutha, Aſarum, Aniſum)
Florum cordi ſtudentium ana P. j.
Radicum aperitivarum,
Fructuum alkekengi ana ℥ ß.
F Polypodii quercini recentis ℥ j.
Glycyrrhizæ raſæ ʒ vj.
Seminis carthami ℥ ij.
Semin. quatuor frigidorum malorum ana ʒ ij.
Hordei P. ij.
Sem. Endiviæ, Cichorii ana ʒ j ß.
Paſſularum ℥ j ß.
Pruna N. xij.
Myrobalanorum citrinorum & Chebulorum ana ℥ ß.

Coque ex aqua ad tertias, in colati juris ſeſquilibra, macerentur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0274-6
DFG

Agarici recenter trochiſcati ℥ j.
Foliorum Senæ mundatorum à pulvere & ſtipitibus ℥ j ß.
Zingiberis, Cinnamomi ana ℥ j.
Iterum expreſſis adde Sacchari ℔ j.
Syrupi roſati ſolutorii ℥ iij.

Iterum igni reddantur, dũ lenteſcat ſuccus. Datur ℥ ß. pueris cum aqua hordei, cui cinnamomũ incoxit, in ictero & viſcerũ infarctu ac eorum duritie provectioribus propinatur ℥ j. cum ℥ ij. Syrupi violati, aut roſati ſolutorii: adjecto liquore intybi aut Aqua hordei: robuſtioribus ℥ ij. cũ ana Syrupi roſati: quòd ſi febri implicitus æger non ſit, cum ʒ j. Aquæ cinnamomi ſumi poterit. *Heurn.*

### *Syrupus domeſticus, ſive de ſpina infectoria.*

℞. Baccarum fruticis illitus, quem ſpinam cervinam vocant, circa finem Septembris, aut Octobris initio collectarum, quantitatem ſufficientem. Contundantur in pila lapidea, deinde exprimendo colentur. *Succus expreſſus coquatur lento igne, donec quarta pars abſumatur, atque iterum coletur.*

℞. *Hujus colati ℔ ij.*
*Mellis deſpumati ℥ xvj.*

Coquantur unà, donec ſyrupi benè cocti conſiſtentiam acquirat, adjiciendo in fine Maſticis ʒ iij. ℈ j. Alii Zingiber, Aniſum, Cinnamomum addunt eodem pondere. *Baccas ſemicõctulas quatuor diebus in fictili vitreato per ſe loco calido permittito, & efficacior ſuccus reddetur. Cujus libras duas, ſacchari vel mellis libram unam & ſemis decoquunt ad ſyrupi conſiſtentiam: demum linteolo rariore colato, addunt Cinnamomi, Zingiberis ana ℥ ß. Caryophyllorum ʒ ij. Fiat ſyrupus. Hunc ita Matthiolus in Dioſcoridem, præparat.* * Bilem, pituitam & ſeroſos maximè humores purgat: unde ejus uſus præcipuus in cachexia & hydrope. *Auguſtani.*

### *Syrupus ſolutivus Fioravanti.*

℞. Salviæ, Rutæ, Roriſmarini, Abſinthii, Cichorii,
Cardui benedicti. Urticæ, Origani ana M. j.
Ficuum, Paſſularum, Dactylorum,
Amygdal. dulc. ana ℥ iij.
*Salis gemmæ ℥ iv.*
Colocynthidis. *Aloës hepaticæ,*
Cinnamomi, Myrobal. citrinorum ana ℥ ij.
*Mellis* communis ℔ ij.
*Aquæ fontanæ* ℔ xiix.

Contundenda contundantur craſſè, miſceantur, & macerentur per noctem: deinde coquantur uſq; ad medietatis conſumptionem: coletur, & aromatizetur cum Moſchi ℈ ß. aquæ roſ. ℔ j. & ſervetur in vaſe vitreo optimè clauſo. Doſis ℥ iv. uſq; ad ℥ vj. * Purgat humores craſſos. Confert febribus, morbo Gallico, podagræ, arthritidi, catarrho, tuſſi, capitis dolori, & omnibus infirmitatibus, ab humoribus corruptis & putridis generatis, præſertim ſi quis eo per xv. dies utatur.

A
### *Alius ſolutivus.*

℞. Fol. Senæ ℥ ij.
Fumi terræ, Capill. Ven. Scolopendrii, Hepaticæ,
Epithymi, Polypod. quercini, Flor. borraginis,
Flor. Bugloſſæ, Glycyrrhizæ raſæ ana ℥ iij.
Colocynthidis, Ellebori nigri,
Aloës hepaticæ, Myrob. Indorum ana ℥ j.
Prunorum Damaſc. N. xiv.
Sebeſten N. xij.
B Tamaricis ℥ j.
Aquæ fumi terræ ℔ x.

Contundenda contundantur, miſceantur, & relinquantur in infuſione per noctem, deinde coquantur uſq; ad tertiæ partis conſumptionem: fiatque colatura, cui adde

*Syrupi de ſtœchade ℔ j.*
Mellis roſati col. ℥ vj.
Croci ℈ j.

Servetur in vaſe vitreo obturato. Doſis ℥ ij. uſq;
C ad ℥ iv. * Purgat, & curat morbum Gallicum, *Fioravantus.*

### *Alius in febre Bilioſa cum pituita.*

℞. Endiviæ novæ, Cichorii, Adianthi, Scolopendriæ ana M. j.
Quatuor ſeminum frigid. malorum ana ʒ iij.
Sem. Carthami ʒ j ß.
Polypodii quercini ℥ ij.
Tamarindorum pinguium ℥ j ß.
Semin. Endiviæ, Cichorii,
D *Liquiritiæ raſæ ana ʒ ij.*
Paſſularum mundatarum ℥ j ß.
*Pruna N. xv.*
Trium florum cordialium ana P. j.

Fiat coctio ad libram: cui infunde
Foliorum Senæ ℥ j ß.
Agarici recenter trochiſcati ℥ j.
In expreſſione colata diſſolve
Syrupi violati & capill. Veneris ana ℥ iij.
Sacchari albiſſimi ℥ ij.
E Fiat Syrupus coctus lentiſſimo foco: expreſſioni inde Rhabarbari electi ʒ vj.

Fiat Serapion perfectè coctum, & aroma illi affletur, & Cinnamomi ʒ j ß. & Sandalorum ʒ j. Utile eſt *iſtud Serapion* febribus omnibus, quæ citus ſui principium agnoſcunt bilem pituita remixtam. Accipiant binas uncias cum ſero lactis, vel cum aqua aut decocto endiviæ: ſi ſegniùs alvum evocarit, adjicies diluti Rhabarbari, vel Agarici drachmam. *Heurnius.*

F
## DE SYRUPIS EDUCENTIBUS URINAM.

### *Oxymel diureticum.*

℞. Mellis deſpumati ℥ xv.
Aceti, Aquæ ana ℔ ij.
Rad. raphani ℥ j.
Fœniculi, Apii, Petroſelini, Geniſtæ,
Aſari, Leviſtici ana ʒ iij.
Sem. Fœniculi, Petroſelini, Aſparagi,
Ruſci ana ʒ ij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0275-2

Coriandri præparati, Cumini ana ʒ ß.
Coquantur ſecundùm artem. Noſtris nõ eſt uſui. * Urinam tamen impeditam, & calculos renum promovet. *Ambroſius Jung, ſenior.*

### *Syrupus diureticus.*

℞. Apii, Petroſelini, Fœniculi,
Aniſi, Ameos, Dauci, Bauciæ,
Pentaphylli Alexandrini ana ʒ iij.
Aſparagi, Bruſci,
Peucedani, Meu,
Scolopendriæ,
Capill. Ven. Adianthi,
Polytrichi, Splendilidon,
Capparis,
Tamariſci,
Seſeleos, Fimerinæ,
Grana Solis,
Sem. Melonis,
Sem. Citrullorum,
Sem. Cucumeris,
Sem. Cucurbitæ,
Cretami, Saxifragiæ,
Sem. Citri,
Lapidis ſpongiæ,
Pul. Cicadarum,
Amomi, Thymi,
Chamæpityos,
Oſſium Ceraſorum, Pomorum,
Oſſium Perſicorum,
Cardamomi, ireos,
Spicæ Nardi,
Caryophyllorum, Coſti,
Nucis moſchatæ ana ʒ iij.
A Galangæ, Thymi,
Epithymi, Filipendulæ,
Pimpinellæ.
Ciceris nigri ana ʒ j ß.
Aquæ ſacchari q. ſ.
Fiat ſyrupus ſ. artem.

### *Syrupus compoſitus aquas ducens.*

℞. Radicum Valerianæ,
Quinq; radicum aperitivarum ana ℥ ij.
B Endiviæ, Cichorii, Adianthi,
Eupatorii ana M. j.
Seminis Hederæ ℥ j.
Braſſicæ marinæ M. j.
Foliorum daphnoidis rectè præparatorum ℥ j ß.
Paſſularum mundatarum ℥ iij.
Aniſi ℥ ß.

Fiat decoctio ad ℔ j ß. aſperge ſacchari quantum opus erit ut fiat ſyrupus: aromatiſetur Spicæ Celticæ ʒ iij. vel Cinnamomi ʒ ß. Propinantur ℥ iiij. hujus ſyrupi.
C Pauperes coquant ſuccum baccarum nigrarũ ſambuci cum ſaccharo, ut fiat ſyrupus: & in fine coctionis adjiciant aliquid Cinnamomi, Zingiberis, vel nucis myriſticæ: ſumant duo vel tria cochlearia ex decocto gratiolæ, aniſi & caryophyllorum. *Heurnius.*

### *Syrupus ad calculum.*

℞. Succi fol. & flor. Anthemidis, Mellis colati ana q. ſ.

Miſce, & coquantur uſque ad ſyrupi conſiſtentiam.
D Doſis cochlearium unum, in introitu balnei aquæ dulcis ſtomacho vacuo. *Regina Maria, Caroli V. ſoror.*

## *De Julapiis, Sectio III.*

### *De Julapio roſaceo.*

℞. Aquæ Roſarum ℔ iv.
Sacchari clarificati ℔ ij vel iv.

Fiat Julapium cum diligentia ſecundùm artem. * Febrium, thoracis, & ventriculi incendium, caloremque flammeum extinguit, ſitim inexpletam ſedat.

### *Julapium violarum.*

℞. Aquæ violarum ℔ iv.
Sacchari clarificati ℔ ij. vel iv.

Coque ad Julapii conſiſtentiam. * Febres, phlegmonas, pleuritidem, aſperitatem gutturis & thoracis, ac tuſſim mitigat.

### *Julapium oxalidis.*

Julapium oxalidis fit ter coquendo herbam acetoſæ reiteratam ſeu renovatam ex aqua modica, quantum pro tegenda ſeu mergenda herba ſufficit: & poſtea decoque ad conſiſtentiam, cum æquali portione ſacchari. Hoc album permanet, & eſt jucundum & utile: ſiquidem ſub æſtivis fervoribus aqua vel ſimplici vel diſtillata pro libitu diluitur, grateq; bibitur. *Colonienſes.*

### *Julepus in calore flagrante Italis uſitatus.*

E ℞. Aquæ limpidiſſimæ,
Sacchari optimi ana.

Quæque libra Aquæ accipiat Albumen ovi recentiſſimi, vehementerq; quatiantur: hinc affunde ſaccharum: lentoq; igne coquantur, ut tota ſpuma abjiciatur. Deinde bis terve per filtrum trajiciatur: hinc iterum coquatur dum cerevíſiæ Gedanæ craſſitudinem referat. Aqua autem hæc primò accipit vim Roſarum ex frequenti infu-
F ſione, vel quarumcunque herbarum vim bibit. Ad ℥ ij. hujus Julepi, remiſces aquæ limpidiſſimæ ℥ iv. poterit etiam ex aquis componi, ut aquæ buglosſi & ſacchari libra, eoque dum ſpumant & ſandali lutei drachma imbuatur. *Heurn.*

### *Aliud.*

℞. Aquæ roſarum ℔ j ß.
Sacchari ℔ j.

Ovi albo perpurgetur & ad formam Julepi coquatur. Accipe hujus ℥ j. Aquæ optimæ ℥ iv. Miſce: gratiſſimum in febribus, & ſitim reſtinguit, quo Franciſcus Rex Galliæ utebatur. *Idem.*

*Aliud.*

*Aliud.*

℞. Aq. Cichorei, Endiviæ ana ℔ ß.
Syrupi de acredine citrinorum ʒ iij.
& ut gratius fiat, adde Olei vitrioli guttulas aliquot: quidam aroma afflant cum ʒ ß. ſandalorum. *Idem.*

*Julapium ad ſiſtendum ſanguinem.*

℞. Aquæ pediculi roſ.
Aquæ ſanguinariæ, id eſt, centinodiæ,
Aquæ burſæ paſtoris ana ℥ iv.
Sacchari albi ℔ ß.
Fiat Julapium. *Rondeletius.*

*Julapium ad hepatis refrigerationem.*

℞. Aquæ Cichorii, Lactucæ, Endiviæ, Solani ana ℥ iij.
Sacchari clarificati ℔ ß. vel j.
Coque ad Julapii conſiſtentiam. *Rondeletius.*

*Julapium ad pectus.*

℞. Aquæ Violarum,
Bugloſſæ ana ℥ iij.
Sacchari albi ℔ ß.
Fiat Julapium. *Rondeletius.*

*Julapium ad phthiſin.*

℞. Aquarum Petroſelini, aquarum Helenii,
Aquarum Althææ rad. ana ℔ j.
Sacchari q. ſ.
Fiat Julapium. Modus eſt, ut quolibet die, tribus ante cibum horis ℥ iv. dentur. Valentius redditur, ſi antea in ipſis ebullierint gummi Arabici,

A Tragacanthæ ana ʒ iij. Amyli ʒ ß. Glycyrrhizæ ℥ j. deinde fiat Zulapium. *Rubeus.*

*Julapium ad becticam febrem.*

℞. Glycyrrhizæ raſæ ℥ ß.
Quatuor ſem. frigid. ana ℥ j.
Trium ſandalorum ana ʒ j.
Sem. citoniorum,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ ana ʒ ij.
Coriandrorum ℈ ij.
B Caryophyllorum,
Cinnamomi ana ℈ iv.
Caphuræ ℈ ß.
Pomorum dulcium q. ſ.
Accipe deinde carnem caponis, vel phaſiani, vel perdicis, vel teſtudinum nemoralium, q. ſ. eſt: eamque ubi viſcera ex animali detracta fuerint, cum fructibus optimè terito, mox pulveribus commixtis atque agitatis, deſtillet aqua, è qua conficiatur Zulapium, ut lubet. *Rubeus.*

C

*Julapium Mercuriale.*

℞. Menſe Majo, ſucci herbæ Mercurialis filtrati ℔ j.
Zulapii ſimplicis ℥ ix.
Aquæ vitæ optimæ, circulatæ ℥ vj.
Olei vitrioli ʒ ij.
Moſchi Orientalis ℈ ß.
Miſce, & in vaſe vitreo, optimè obturato ponantur ad Solem, vel calore balnei circulentur:
D & erit factum. Doſis ℥ iv. manè quatuor horis ante paſtum, ſtomacho jejuno, continuando per menſes duos, curat paralyticos. *Fioravantus.*

# *De Succis, ſeu Rob, Sectio IV.*

*Rob de Ribes ſimplex.*

℞. Succi Ribes ℔ ix.
Coquantur per ſe ad ſpiſſitudinem mellis.

*Rob de Ribes compoſitum.*

℞. Succi Ribes ℔ iv.
Sacchari optimi ℔ ij.
Coquantur ſecundùm artem. * Ventriculum firmat, vomitum bilioſum reprimit, ſitim reſtinguit, aliaſq; excreationes bilioſas ſiſtit.

*Rob de Berberis ſimplex.*

℞. Succi Berberis ℔ ix.
Coquantur per ſe uſq; ad mellis ſpiſſitudinem.

*Rob de Berberis compoſitum.*

℞. Succi Berberis ℔ iv.
Sacchari optimi ℔ ij.
Coquantur ſecundùm artem. * Rob ex oxyacantha eaſdem quas præcedẽs facultates obtinet.

*Rob de cornis.*

℞. Succi pulpæ cornorum ℔ j.
Sacchari ℔ j.
Coquantur ſecundùm artem. * Aſtringit: unde influxionibus ventris, dyſenteria, & cœliaca cõfert. *Auguſtani.*

E

*Rob de agreſta.*

Eodem modo paratur ut Rob de cornis. Ejuſdem propemodùm facultatis eſt, ut Rob de cornis. *Auguſtani.*

*Rob nucum.*

℞. Succi corticum viridium juglandium ℔ iv.
Mellis optimi ℔ ij.
Coquantur ſecundùm artem. * Deſtillationi tenuium humorum à capite, & inflammationem
F excitantium confert. *Meſues.*

*Diamoron uſitatum.*

℞. Succi Mororum Celſi ℔ ß.
Succi Mororum rubi,
Mellis optimi deſpumati ana ℔ j.
Sapi ℥ iij.
Coquantur ſecundùm artem. * Contra depaſcentia oris ulcera, ad dentium affectus, & gingivarum noxas, atq; ad omnia oris vitia gargarizatus proficit. *Nicolaus.*

*Diamoron ſimplex Galeni.*

℞. Succi mororum domeſticorum ℔ ß.
Mellis ℔ j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0277-3
DFG

Clarificetur primùm ſuccus, deinde cum melle A coquatur ad juſtam conſiſtentiam.

*Diamoron compoſitum Galeni.*

Præter ſuprà dicta adde
Myrrhæ, Croci ana ℥ j ß.
Omphacii ℥ j.
Coquatur omphaciũ cum ſucco & melle, myrrha verò & crocus ſub finem adjiciãtur, cùm ſcilicet ab igne remotum fuerit medicamentum.

*Diamoron Meſuæ.*

℞. Succi mororum domeſticorum,
Succi mororum rubi ana ℔ j ß.
Mellis,
Sapæ ana ℔ j.
Coquantur igne lento ad ſpiſſitudinem mellis. Reponantur. * Phlegmonas oris partium, ut columellę, faucium, & eas, à quibus impendet ſuffocationis periculum, ſanat. *Meſues,*

## De Emulsionibus, Sectio V.

*Lac amygdalarum dulcium.*

℞. Amygdalarum dulcium ℔ ß.
Mundentur à corticibus, contundantur in mortario lapideo optime: deinde diluantur cum aquæ hordei menſura una, & per pannum linteum mundum exprimantur. * Reficit, ſomnumq; inducit.

*Hordeatum.*

℞. Hordei mundati ℥ j.
Coque ex ſeſquilibra aquæ dum in pulticulam C vertatur: mox trajice per ſetaceum: tunc adde Emulſionis 4. ſemin. frigid. maj. ſem. papav. albi ana ℥ j.
Cum Aquæ hordei ℥ iij. Fiat emulſio: adde Syrupi de papavere, Sacchari albi ana ℥ j. Fiat Hordeatum. *Heurnius.*

*Vel:*

℞. Hordei mundati *cocti dum crepet* ℥ iij.
Amygdalorum *infuſorum* in aq. roſarum ℥ ij.
Sem. melonum & *papaveris albi* ana ʒ j.
Fiat emulſio in aq. Hordei ad ſemilibram; *cui* adde Julepi roſati ℥ j. Miſce: bibat in introitu lecti, in febribus ad ſomnum conciliandum, refrigerãdum, ardorem renum & urinæ acrimoniam temperandam. *Heurnius.*

*Emulſio ad renum & veſicæ affectus.*

℞. Seminis Melonum, Cucurbitæ, Citrulli,
B Cucumerum recentiũ & mundatorũ ana ℥ ß.
Amygdalarum dulcium mundatarum ℥ j.
Contundantur in mortario lapideo, ex aqua fontana priùs cocta: deinde colentur ad libram, quæ vitreo vaſe condatur. * Urinæ ardorem reſtinguit triens hujus, vel ſextans, tribus vel quatuor horis ante prandium aſſumptus. *Andernacus.*

*Vel:*

℞. Seminum frigidorum majorum ℥ ij.
Sem. papaveris ℥ ß.
Sem. lactucæ ʒ j.
Amygdalarum dulc. ℥ j.
Contundantur in mortario lapideo, ex decocto glycyrrhizæ colentur ad ſeſquilibram. *Heurnius.*

*Emulſio alia.*

℞. Seminis Papaveris albi ℥ ß.
Quatuor ſem. frig. major. ana ʒ iij.
Amygdalarum dulcium ℥ ß.
Omnia ex glycyrrhizę decocti quadrãte in mor-
D tario lapideo terantur: *ſyrupi* violacei, adianthi, & myrtorum ſing. ℥ ß. in jure decocti colato diſſolvantur: ac emulſio duabus vicibus manè horis quatuor ante prandium exhibeatur. * Sitim compeſcit, pectoriſq; & pulmonum inflammationes reſtinguit.
*Andernacus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0278-9

# De Vinis Artificialibus, Sectio VI.

- Vina *artificialia*
  - Alterantia *qualitate*
    - Prima: *hoc eſt, calefacientia*
      - Caput
        - Vinum è *betonica, euphragia,*
        - Vinum *roriſmarinatum, ſtœchadites,*
        - Vinum *ſalviatum, fœniculatum,*
        - Vinum *ad memoriam & oblivionem, &c.*
      - Cor
        - Vinum *borraginatum,*
        - Vinum *meliſſatum, bugloſſatum,*
        - Vinum *ſaccharatum,*
        - Vinum *Hippocraticum,*
        - Nectar, *&c.*
      - Thoracem
        - Vinum *hyſſopites, è marrubio,*
        - Vinum *enulatum, ad aſthma,*
        - Vinum *paſſulatum, Hippocraticum, &c.*
      - Ventriculum
        - Vinum *abſinthite,*
        - Vinum *ceraſorum nigr. acetoſ.*
        - Vinum *raſpatitium,*
        - Vinum *Hippocraticum,*
        - Claretum, Nectar, aniſatum, *&c.*
      - Hepar & Lienem
        - Vinum *chamædrytes,*
        - Vinum *tamaricis, &c.*
      - Renes & veſicam
        - Vinum *alkekengi,*
        - Vinum *ſalviatum, &c.*
    - Secunda: *hoc eſt,*
      - Aſtringentia
        - Vinum *cydonites, ex pyris,*
        - Vinum *œnanthinum, ex punicis,*
        - Vinum *roſaceum, myrtites,*
        - Vinum *palmeum,*
        - Vinum *è prunis ſylveſtribus.*
      - Sudorem *provocantia* — Vinum *guajacinum.*
      - Venenis *reſiſtentia*
        - Claretum,
        - Vinum *zedoarticum.*
  - Purgantia *humores*
    - Simplices
      - Pituitam
        - Vinum *ſcillinum,*
        - Acetum *ſcillinum,*
        - Claretum *laxativum, aliud.*
      - Bilem *flavam* — Vinum *ſcammonites.*
      - Bilem *atram* — Vinum *è veratrò nigro.*
      - Aquam
        - Vinum *ebulatum,*
        - Vinum *ex thymelæa,*
        - Vinum *ex chamelæa,*
        - Vinum *Muralti,*
        - Vinum *ad hydropem, &c.*
    - Mixtos
      - Vinum Hippocraticum *laxativum,*
      - Vinum guajacinum *purgans,*
      - Vinum *purgans noſtrum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0279-8

## DE VINIS CALEfacientibus caput.

### *Vinum è betonica.*

HERBAM fœminæ maturò prægnantem, cum ſuis ramulis minæ pondo, congiis duobus vini macerant, & poſt ſeptimum menſem transfundũt. * Ad multa interaneorum vitia, ut frutex ipſe pollet *Dioſcorides.*

### *Vinum euphragiæ.*

℞. Euphragiæ quantum ſatis eſt.

Ponatur in doliolo muſti pleno, & fiat vinum euphragiatum. * Hujus uſu oculi ſenum rejuveneſcunt, & aufert impedimentum eorum, & defectum viſus in quocunque homine de quacunque ætate. *Arnoldus.*

### *Vinum roſmarinatum.*

℞. Roriſmarini quantum voles.

Pone in dolio, ſuperinfundendo muſtum crudum ſive coctum & deſpumatum, & in vinaria
C cella conſerva. * Utile eſt in omnibus ægritudinibus frigidis. Confortat cerebrum, cor & nervos: appetitum rectificat: conſumit phlegma: confortat dentes & gingivas: cancrum ex eo ſæpè lotum ſanat: phthiſicis & hecticis prodeſt. item quotidianæ, quartanæ, lethargo, paralyſi & tremori mirificè confert: juventutem conſervat, & faciem juvenilem reddit, ſi cum eo lavetur. *Arnoldus.*

### *Vinum ſtœchadites.*

D Congiis ſex ſtœchadis minam addere oportet. * Craſſitiem, inflationes, laterum nervorumq; cruciatus, & perfrictiones diſcutit: comitialibus commodè datur cum pyrethro & ſagapeno. *Dioſcorides.*

### *Vinum ſalviatum.*

Salviatum vinum diverſi diverſimodè faciũt. Aliqui enim ſuſpendunt faſciculum ſalviæ in vaſello: aliqui coquunt. * Quocunque modo rum
E fiat, ita ut nec corruptum, nec alteratum, ſed in ſua permanens bonitate, reperitur mirabilis ejus uſus in omni remollitione gingivarum, & dolore dentium, & cõmotione eorum. Nervoſa membra roborat: laxa rectificat, ut paralytica: epileptiæ confert: ſtomachum, matricem, renes & veſicam confortat. *Arnoldus.*

### *Vinum fœniculatum.*

Fœniculatum vinum propriè fit ex ſemine
F ejus. * Valet contra caliginem oculorum: excitat Venerem: hydropem ſolvit, & Elephantiam: obviat venenis: multiplicat lac & ſperma: tuſſi medetur: lateris dolores ſedat, & menſtrua movet. *Arnoldus.*

### *Vinum ad memoriam & oblivionem.*

℞. Zingiberis, Piperis longi,
Galangæ ana ℥ j.
Caryophyllorum, Cubebarum ana ℥ ß.
Nucis Indicæ ℥ iij ß.

Fiat pulvis, qui ligetur lentè in ſacculo, & ponatur in vini boni bullientis ℔ iv. & cooperiatur
A ne reſpiret, & permittatur clarificari: & cùm opus eſt, aſſiduetur: nec ſacculus de vino removeatur. *Arnoldus.*

## DE VINIS CALEFAcientibus cor.

### *Vinum borraginatum.*

Vinum borraginatum & meliſſatum, cordialia ſunt vina. * Valent propriè contra cardiacam,
B maniam, melancholiam & tremorem cordis: mundificant ſanguinem: malas auferunt ſuſpiciones: utiliaq; ſunt in omni ſpecie corruptionis & ſcabiei & lepræ: inducunt lætitiam, & ventrem ad lubricitatem inclinant. Et fiunt hoc modo. In ℔ ipſius ponantur muſti ℔ xiv. & bulliant donec reſideant & clareſcant. *Arnoldus.*

### *Vinum bugloſſatum.*

℞. Rad. Bugloſſę mundatarum quantũ ſatis eſt. Macerentur in muſto, vel vino, donec vinum ſaporem & virtutem ejus ſumat, & aſſiduetur bibere. * Humores melancholicos aduſtos per urinam educit: cerebrum rectificat: dementes & fatuos ſanat, & ad ſenſum & diſcretionem reducit. *Arnoldus.*

### *Vinum ſaccharatum.*

℞. Vini optimi vel Cretici ℔ iij.
Sacchari albiſſimi ℔ ij.

Coquantur ad lentum ignem more ſyrupi, ſerva & utere cum duabus partibus aquæ, vel aliter, ut uſus poſtulabit. * Senibus, frigidis & debilibus convenit, & quibus humor nativus & calor naturalis imminuuntur. nutrit enim, & ſanguinem generat. *Arnoldus.*

### *Vinum Hippocraticum.*

℞. Vini auſteri odorati ſextarium,
Sacchari albi ℔ ß.
Cinnamomi, Zingiberis ana ℥ ß.
Galangæ ʒ j.

Miſce, & cola ſecundùm artem.

Sunt, qui cum lacte amygdalarum dulcium clarificant. * Valet ad cardiacos *Alexand. Benedictus.*

### *Infuſum pro vino Hippocratico.*

℞. Cinnamomi ℥ j ß.
Zingiberis albi ʒ iij.
Caryophyll. Nucis moſchat. ana ʒ ß.
Granorum paradiſi ℈ ij.
Piperis ℈ j.

Pulveriſentur craſſiuſculè, ac macerentur in ſemilibra Aquæ vitæ, & probè obturato vaſe luto ex farina & aqua, fiat infuſio dies ſex: ac in cella vinaria interim ponatur, & quotidie bis concutiatur, ut ſe motu res variæ mixtæ feriant. Guttulæ aliquot hujus liquoris remixtæ cyatho vini, Hippocraticum vinum illicò præbent. Hanc infuſionem Chimici, Cœlum philoſophorum nominant. *Heurnius.*

### *Nectar.*

℞. Cinnamomi ℥ j ß.
Zingiberis ʒ iij.
Cardamomi ʒ ij.

Folii,

Folii, Galangæ ana ʒ j.
Spicæ nardi, Carvi ana ʒ ß.
Piperis longi ʒ iv.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Macis, Granorum paradiſi ana ʒ ij.
Mellis deſpumati pintam,
Vini boni lotum Burgenſe.

Et ſi potes, loco mellis, pone ſacchari libram.
* Valet ad affectus frigidos: utilisq; ſenibus, ac
illis qui imbecilliores ſunt ad Venerem. Con-
venit phlegmaticis & melancholicis mirificè.
Triſtitiam ſolvit, lætitiam confert. Splenis & he-
patis obſtructiones aperit. Hydropem curat: &
lapidem de renibus potenter educit, ſi addatur
parum ſaxifragiæ & lapidis lyncis. *Euonymus.*

## DE VINIS CALEFA-cientibus thoracem.

### *Vinum hyſſopites.*

Vinum hyſſopi virtutem habet diureticā diſ-
ſolvendi, conſumendi, & attrahendi. Eſt vinum
ſenum: * valet in tuſſi humida, & epilepſia, pul-
mones & matricem ſanat, & aperit vias vocales,
facitq; vocem claram: aſthmati cōfert. *Arnoldus.*

### *Vinum è marrubio.*

Marrubii adulti folia tundito, & ſextarios o-
cto in muſti metretam demittito: & reliqua con-
ſimiliter facito. * Convenit pectoris vitiis, & o-
mnibus, quibus marrubium. *Dioſcorides.*

### *Vinum enulatum.*

*Inulæ radices teſſulatim inciſas in olla fictili*
nova vitreata coques, in muſti ſextariis duo-
bus, aut amplius, donec partes aliquot conſu-
mantur. Deinde muſti optimi dulcis ſextarios
vigintiquatuor, aut amplius, in cacabo deco-
ques donec dulceſcat: poſtea inulæ radices unà
muſto, in quo deferbuerunt, affundes, & cùm ad-
huc aliquantulum ſimul bullierint, depones ac
ſervabis. *Aliter* In muſto dulci deſpumato, & ad
tertiæ partis conſumptionem decocto, cùm jam
fere ſatis coctum fuerit, inulæ radices injicies:
(pro cōgiis vigintiquinq; vel circiter, uncias no-
vem) & cùm modicè adhuc bullierit muſtū, de-
poſitum & refrigeratum ſerva: & inulæ radices
(eaſdem ſcil. colando ſeparatas) in ſacculo intra
vas ſuſpende. *Debent autē radices colligi menſe*
*Octobri, creſcente Luna, aut ineunte æſtate, &*
*ſiccari in Sole.* * Confert cerebro, capiti, nervis:
tuſſi medetur: ad affectus thoracis frigidos va-
let: ventriculum roborat: concoctionem juvat:
menſtrua & urinam movet. *Euonymus.*

### *Vinum ad aſthma.*

Vinum in quod tranſivit virtus aniſi, fœniculi,
& liquiritiæ, ita ut liquiritia in duplo aliorum
ſit, * valet contra ventoſitatem, raucedinem, tuſ-
ſim & aſthma. *Arnoldus.*

### *Vinum paſſulatum.*

Vinum paſſulatum fit paſſulis in vino vel mu-
ſto decoctis, donec dulceſcat, quod mox in va-
ſe conditur: & paſſulæ contuſæ in idem conji-

A ciuntur. ſubſidunt autem illæ in fæces. *Arnoldus.*

### *Vinum Hippocraticum.*

℞. Cinnamomi optimi ℥ j.
Caryophyllorum ʒ j ß.
Aniſi, Fœniculi ana ʒ j.
Glycyrrhizæ ʒ iij.
Macis, Cardamomi, Ireos ana ʒ ß.
Sacchari albiſſ. ℥ iij.

Singula diligenter trita infundantur cum ſe-
quentibus:

B ℞. Vini Malvatici ℥ ix.
Aquæ Borraginis ℔ j.
Aquæ roſaceæ ℥ j ß.
Aquæ Meliſſæ ℥ iij.

*Per tres horas juxta fornacem relicta, tandem*
*ſæpius per ſaccum filtri colato. fiat* Hippocrati-
cum vinum *clarum.* * *Valet ad thoracis & pul-*
monis vitia. *Euonymus.*

## C DE VINIS EXCALEFA-cientibus ventriculum.

### *Vinum abſinthite.*

Abſinthium in dolio vini ſeu muſti pleno im-
mitti debet antequam ferveat, ut per ejus fervo-
rem in vaſe, herbæ vis ei commiſceatur, deinde
per hyemem in vaſe relinqui, ſemper implendo
iterum vas, ſi quod inde exhauſtum fuerit. Alii
diverſas herbas admiſcent: ut, carduum benedi-
ctum, meliſſam, centaurium minus, hyſſopum,
D & borraginem. * Stomacho frigido prodeſt, fla-
tus diſcutit, colicam phlegmaticam, & ex flati-
bus natam ſanat: febribus omnibus, & regio mor-
bo confert: ventriculum confirmat: vermes ne-
cat, &c. *Arnoldus.*

### *Vinum pro ſenibus, noſtrum.*

℞. Vini optimi defæcati menſ. xv. Syrupi cy-
toneorum, cum melle facti, menſ. ij.
Uvarum paſſarum ℔ ij.

E Ponantur in dolio parvo.

### *Vinum ceraſorum nigrorum ace-toſorum.*

*Alii per æſtatem nigra ceraſa acida integra,*
alii trita imponunt in vas, quartam partem re-
linquendo vacuam ſuperfuſo veteri vino albo,
quod brevi rubeum colorem trahit. Solent au-
tem, cùm aliquid inde hauſerint, mox iterum vas
implere. * Cor & ſtomachum roborat, ſitim mi-
F tigat, refrigerat, ſiccat, aſtringit. Poteſt & quovis
anni tempore ex aridis fieri. *Euonymus.*

### *Vinum raſpatitium.*

Vinum raſpatitium (noſtri vocant Reppot) id
eſt, linguā quadam acuta ſtypticitate mordens,
* provocat appetitum, villos ſtomachi aſtringen-
do. Medetur corpori ob calorem diſſoluto, po-
tiſſimùm æſtate, cholericis, & ſanguineis utile.
Fit autem ſic Ponantur aliquę uvæ acerbæ cum
maturis in torculari, ut ſimul exprimantur. Vel,
quod melius eſt, reſerventur uvæ, & conterantur
unà cum raſpatiis ſuis, & immittantur vaſi cum

muſto. Contrahet autem muſtum illud à ſucco raſpatiorum illorum, & vinaceorum in uvis, quæ ſunt acetoſa, ponticitatem quandam & attri-ctionem. *Arnoldus.*

*Aliud.*

Noſtri racemis integris benè maturis dolia implent, & muſtum, vel vinum vetus ſuperin-fundunt, & quotiescunq; vinum inde hauſerint, rurſus implent. * Stomachum recreat, ſuum re-mittit. *Euonymus.*

*Vinum Hippocraticum.*

℞.Cinnamomi electi ℥ ij.
Zingiberis vel Galangæ ʒ j.

Non quaſſentur, ſed itidem tenuiſſimè ceu lami-natim conſcindantur, ſtentq; per noctem in infu-ſione duorum ſextariorum vini, & inde percole-tur per manicam Hippocratis, cui inſint ſacchari albi ℥ viij. ſubinde reaffunde percolatū. *Colonienſ.*

*Aliud.*

℞.Cinnamomi electi ℥ ß.
Zingiberis albi ʒ ij.
Caryophyllorum, Piperis longi,
Nucis moſchatæ ana obolos iv.

Benè tuſa cum albi ſacchari ſelibra, in meri albi congio commiſceto, ac percolabis. * Summum diſſolutis ſtomacho remedium eſt. *Alexander Benedictus.*

*Aliud.*

℞.Cinnamomi ℥ j.
Zingiberis ℥ ß.
Galangæ,
Granorum paradiſi ana ʒ ij.
Caryophyllorum ʒ j.
Sacchari albi ℥ viij.
Vini optimi quantum ſufficit.

Miſce, cola, & cum lacte amygdalarum dulcium clarifica ſecundùm artem. *Euonymus.*

*Aliud.*

℞.Cinnamomi electi ℥ j. ʒ v.
Zingiberis ʒ vj.
Caryophyllorum, Galangæ ana ʒ j.
Macis, Nucis moſchatæ ana ℈ ij.
Granorum paradiſi, Cardamomi, Coriandri ana ℈ j.
Aniſi ℈ ß.
Sacchari ℔ ij.
Vini rubri menſuras ij.

Fiat ſecundùm artem vinum Hippocraticum. *Joannes Langius.*

*Vinum Hippocraticum aliud.*

℞.Cinnamomi electi ℥ j.
Galangæ ʒ iij.
Zingiberis ʒ j.
Caryophyllorum ℈ ij.
Nucis moſchatæ ℈ j.
Sacchari ℔ j.
Vini menſuram j.

Fiat vinum Hippocraticum, ut artis eſt. *Joannes Langius.*

A *Potus Hippocraticus.*

℞.Cinnamomi ℥ j ß.
Zingiberis ℥ ß.
Caryophyllorum ʒ ß.
Cardamomi, Macis, Granorū paradiſi ana ʒ j.
Galangæ ʒ j ß.
Sem. Aniſi ʒ ß.
Vini ℔ x.
Sacchari albi ℔ j ß.

Fiat potus ſecundùm artem. *Auguſtani.*

B *Alius.*

℞.Cinnamomi electi ℥ j ß.
Zingiberis ℥ ß.
Caryophyllorum ʒ ij.
Granorum paradiſi, Galangæ ana ʒ j.
Sacchari ℔ j ß.
Vini rubri menſuras ij.

Miſce, & fiat Hippocraticum. *Euonymus.*

*Claretum.*

C ℞.Zingiberis, Galangæ ana ℥ j.
Cinnamomi ℥ ij.
Caryophyllorum ʒ ij.
Granorum paradiſi,
Piperis longi ana ʒ j.
Mellis ℔ j ß.
Sacchari ℔ ij.
Vini albi menſuras iv.

Alii cum ſolo melle parant, & aliquid ſpicæ & nucis moſchatæ addunt, & cum albumine ovi
D clarificant. *Euonymus.*

*Aliud.*

℞.Vini albi optimi ℔ iv.
Sacchari albi ℥ iv.
Cinnamomi ℥ j.
Coriandri præparati ʒ iij.
Caryophyllorum ʒ ij.
Granorum paradiſi, Zingiberis albi ana ʒ j ß.
Piperis longi ℈ ij.
Zedoariæ ʒ ß.

E Omnia trita ſubtiliſſimè, & colata reſerventur in vaſe ſtanneo. *Philippus Ulſtadius.*

*Aliud.*

℞.Zingiberis ʒ ij.
Cinnamomi ℥ ß.
Caryophyllorum ʒ j.
Vini albi menſuras iij.
Mellis ℥ j.
Sacchari albi ℔ ß.

Fiat claretum ſecundùm artem. *Arnoldus.*

F *Aliud.*

℞.Zingiberis ℥ ij.
Cinnamomi ℥ iv.
Caryophyllorum,
Galangæ ana ℥ ij.

Singula ſubtiliter trita, cribrataque miſceantur. Deinde croci Orientalis unciā benè tritā ſeorſim ſervabis. Claretū facturus, mellis ℔ ij. ad ignem, in fictili novo fervefacies: & cùm bullire cœpe-rit, aufer ab igne, & parva mora interpoſita de-ſpumato. Deinde menſuras duas vini optimi ac-

cipies,

cipies,& admiſcebis ei de ſpeciebus prędictis ℥ ij. & croci ʒ j. aut amplius. Deinde per ſacculum colabis, cujus pars ſuperior linea ſit, inferior lanea per unam tertiam totius ſacci, aut pauló plus. Cùm vinum ſatis colatum fuerit, fęces infundere poteris in hydromeli ſive apomeli, ut vulgò paratur, ut quod reliquum viriũ eſt, in id deponat. Hoc vino ſi mulier uti debeat, aut delicatus aliquis, pro melle ſaccharum pones. *Euonymus.*

### *Species pro Clareto.*

℞. Zingiberis ℥ vij.
Cinnamomi ℔ ß.
Caryophyllorum, Piperis longi,
Nucis moſchatæ ana ℥ ß.
Cardamomi, Melegetæ ana ʒ j.
Vini menſ. ij.
Sacchari ℔ j.
Fiat Claretum.

### *Aliæ ſpecies pro Clareto.*

℞. Cinnamomi electi ʒ x.
Nucis moſchatæ ʒ ij.
Zingiberis albi ℥ j.
Caryophyllorum, Granorum paradiſi ana ʒ j.
Macis, Galangæ ana ℈ j.
Cardamomi, Coriandri præparati ana ℈ ß.
Fiat pulvis: de quo ℞. ʒ x. ad menſ. ij ß. vel iij. vini boni.

### *Aliæ ſpecies pro Clareto.*

℞. Cinnamomi electi, Zingiberis albi ana ℥ ij.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ ana ʒ iij.
Granorum paradyſi ℥ ij. aliàs ʒ ij.
Macis, Cardamomi ana ʒ ß.
Galangæ, Coriandri præparati ana ℈ j.
Fiat pulvis.

### *Aliæ ſpecies pro Clareto.*

℞. Cinnamomi electi ʒ vj
Zingiberis ʒ iij.
Granorum paradyſi, Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ ana ʒ ij.
Calami aromatici, Macis,
Cardamomi ana ʒ j.
Fiat pulvis: de quo ℞. ʒ vj.
Sacchari albi ℔ ß.
Vini boni ℔ ij.
Per manicam *Hippocratis* fiat Claretum.

### *Aliæ ſpecies pro Clareto.*

℞. Cinnamomi electi ℥ ij.
Zingiberis ʒ ij.
Caryophyllorum, Galangæ ana ʒ j.
Granorum paradyſi ʒ ß.
Sacchari ℔ j ß.
Vini menſ. ij ß.
Fiat Claretum.

### *Aliæ ſpecies pro Clareto.*

℞. Zingiberis ℥ ij.
Cinnamomi ℥ j ß.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ ana ℥ j.
A Granorum paradyſi ʒ ß.
Galangæ ℈ ij.
Sacchari ℔ j ß.
Vini opt. ℔ ij ß.
Miſce, & fiat Claretum.

### *Aliæ ſpecies pro Clareto.*

℞. Cinnamomi electi ℥ ij.
Zingiberis ʒ iij.
Galangæ ʒ j ß.
B Caryophyllorum ʒ iij.
Granorum paradyſi ʒ ij.
Nucis moſchatæ ʒ j.
Sacchari albi ℔ j ß.
Vini opt. menſ. iij.
Per manicam Hipp. fiat Claretum.

### *Claretum vel Nectar bonum.*

℞. Cinnamomi ℔ j.
Galangæ, Zingiberis,
C Cardamomi, Granorum paradyſi,
Caryophyllorum, Cubebarum,
Macis ana ℥ ij.
Piperis longi, nigri ana ℥ ß.
Spicæ nardi, Nucis moſchatæ ana ℥ iij.
Squinanthi, Croci ana ℥ j.

Terantur omnia minutiſſimè, & miſceantur. Sic habes ſpecies pro medietate oneris unius equi, id eſt, pro barili uno. Nectar autem ſic facies: Pone vinum totum in vaſis. Deinde ſpecies po-
D ne in aliquo panno lineo ſatis amplo: & in barili, in quo Nectar facere volueris, pannum intromitte cum ſpeciebus, ita quòd latera panni ſupereminent aliquantulum ſupra os barilis. Poſtea in aliquo vaſe pone ℔ iv. mellis, & fortiter cum vino miſce, ita ut totum ſatis clarum ſit. Tum vinum ſupra ſpecies colando infunde, & poſtremò vinum cum melle. Demùm clauſo barili ſpecies in eo relinque cum panno per biduum. Tandem aufer fortiter comprimendo: &
E habebis Nectar optimum. Si verò pro Principe aut prædivite aliquo parare volueris, adde ſupradictis ligni aloës optimi, *folii* ana ℥ ß. moſchi ʒ ß. & loco mellis pone ſaccharum minutiſſimè tritum in mortario, deinde ſolutum in vino. *Euonymus.*

### *Aliud Nectar optimum.*

℞. Cinnamomi ℔ ß. ʒ ß.
Zingiberis, Galangæ,
F Granorum paradyſi,
Caryophyllorum, Cubebarum,
Macis, Cardamomi ana ʒ ij.
Piperis longi ℈ j.
Spicæ nardi, Squinanthi,
Nucis moſchatæ ana ℈ ß.

Croci ad pondus denarii *Turonenſis.* Hæc omnia minutiſſimè trita miſce, & habebis ſpecies abundè pro loto Nectaris civitatis Burgenſis. Deinde accipe libram mellis cum pinta aquæ fontanæ decoctam, uſq; ad conſumptionem aquæ: & refrigerandã ſepone. Tunc accipe



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0283-6
DFG

circiter lotum boni vini, & ſucco cum prædictis A ſpeciebus in vas immiſſo, vinum percolando, infundito paulatim, mel etiam cum vini parte priùs mixtum paulatim infundendo, ita ut ſuccus non comprimatur. Quòd ſi precioſius facere voles, ſaccharum pro melle pones in vino diſſolutum, ſimiliter pondere libræ, aut ampliùs. Percolabis autem ter vel quater, ut fortius & melius evadat vinum. Addes etiam prædictis agallochi optimi, folii ana grana duo, & moſchi aliquantulum. *Euonymus.* B

*Nectar aliud.*

℞. Cinnamomi ʒ ix.
Zingiberis ʒ iv.
Nucis moſchatæ, Piperis longi ana ʒ iij.
Galangæ, Granorum paradiſi, Macis,
Cubebarum,
Caryophyllorum ana ʒ ij.
Spicæ nardi ℈ j.
Croci ℈ ß.
C Sacchari ℔ j. vel Mellis pintam j. quod bullierit in pauca aqua aliud ad conſumptionem aquæ, benè deſpumati.
Miſce in ſeſquilotum vini. *Euonymus.*

*Aliud.*

℞. Ariſtolochiæ rotundæ, Cinnamomi ana ℥ j.
Zingiberis ℥ ß.
Galangæ, Granorum paradiſi, Caryophyllorum,
Cubebarum, Macis, Nucis moſchatæ ana ʒ ij. D
Piperis longi ʒ iij.
Spicæ nardi ℈ j.
Croci ℈ ß.
Sacchari ℔ j.
Vini, lotum.
Quòd ſi pro divite fuerit, adde agallochi optimi grana duo, & moſchi granum unum. Vel ſecundùm alios,
℞. Cinnamomi electi ℥ ij.
Zingiberis ʒ j. E
Granorum paradiſi, Piperis longi ana ℥ ß.
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum, Macis ana ʒ ij.
Cubebarum, Cardamomi ana ʒ j.
Spicæ nardi, Squinanthi, Calami aromatici ana ℈ j.
Trita commiſce cum ℔ iij. mellis, & loto vini, ut dictum eſt. *Euonymus.*

*Claretum cum melle.*

℞. Cinnamomi ℥ j.
Zingiberis, Granorum paradiſi ana ℥ ß.
Caryophyllorum, Cardamomi,
Nucis moſchatæ ana ʒ ij.
Fiat pulvis: cujus ℞. ℥ j ß.
Mellis opt. ℥ xx.
Vini ℔ iv.
Miſce, & fiat Claretum per ſacculum.

*Aliud Claretum cum melle.*

℞. Zingiberis, Cinnamomi electi,
Granorum paradiſi ana ʒ ij.

A Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum ana ʒ j.
Macis, Cardamomi ana ʒ ß.
Coriandri præparati ʒ j.
Mellis ℥ x.
Vini boni ℔ ij.
Miſce, & fiat Claretum, ut artis eſt.

*Aliud cum ſaccharo.*

℞. Cinnamomi electi ʒ vj.
Zingiberis ℥ ß.
B Caryophyllorum ʒ iij.
Nucis moſchatæ ʒ ij.
Macis, Cardamomi ana ʒ ß.
Coriandri præparati ʒ j ß.
Sacchari albi ℔ j.
Vini opt. ℔ iv.
Miſce, & ſ. a. fiat Claretum.

*Aliud cum melle & ſaccharo.*

℞. Cinnamomi electi ℥ j.
C Zingiberis ℥ ß.
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Cardamomi ana ℥ j.
Vini albi odoriferi ℔ vj.
Sacchari ℔ j.
Mellis albi deſpumati quart. iij.
Miſce, & fiat Claretum ſecundùm artem.

*Vinum aniſatum.*

Vinum de aniſo * aperit oppilationes meatuū
D & viarum interiorum: præſervat à colica, à ventoſitate: & rectificat digeſtionem, & ructuationem ventoſam tollit uſus ejus: & propriè competit mulieribus nutricibus: quoniam aperiendo poros, & ſubtiliando ſanguinem, atq; calefaciendo multiplicat lac: & ipſum lac aquoſum rectificat: & quandoq; maceratur, & eſt melius. Tollit dolorem renum: & ipſum quidem vinum poteſt fieri cum igne, & abſq; igne. *Arnoldus.*

## E DE VINIS EXCALEfacientibus hepar.

*Vinum chamædrytes.*

Foliorum chamędryos tuſorū libra in amphoram muſti cōjecta, linteolò raro cum quibusdam lapillis folia involvuntur, ut degravatus ponduſculo faſciculus ſidat: vinū poſt quadraginta dies defæcatum eluttriatur. * Excalfacit, diſcutit: convulſis, regio morbo, vulvæ inflationibus, tardæ
F cōcoctioni, incipienti aquæ inter cutem ſubvenit. Inveteraſcens melius redditur. *Dioſcorides.*

## DE VINIS EXCALEfacientibus ſplenem.

*Vinum tamaricū.*

Corticibus tamaricis in doliolo poſitis, muſtum recens dulce ſuperinfunditur, atq; ad uſum ſervatur. * Sanguinem à melancholia mundat: quartanæ, ictero nigro confert: hepatis & lienis obſtructiones tollit.

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0284-2
DFG

## DE VINIS EXCALEFACIENTIBUS renes & veſicam.

### *Vinum Alkekengi.*

Vinum alkekengi eodẽ modo fit, ut abſinthite, ſuper iis contritis vinũ colando. Pro doſi una accipies à quinq; ad decem. * Educit materiam calculoſam à renibus & veſica manifeſtè, & urinam retentam ducit. Sunt, qui integra halicacabi grana in muſti ponant vaſe parvo, ut ſimul bulliant: & ad uſum ſervant. *Euonymus ex Arnoldo.*

### *Vinum ſalviatum.*

Salviæ unciã unã in muſti amphorã, quod idẽ cum ceramio eſt, mittito. * Valet contra renum, veſicæ & laterũ dolores, rejectiones ſanguinis, tuſſim, rupta, vulſa, & ſuppreſſos menſes. *Dioſcor.*

### *Vinum noſtrum, ad calculum.*

℞. Rad. Ononidis ℥ ij.
Ruſci, Aſparagi, Rubiæ tinct. ana ℥ j.
Fol. Betonicæ, Fol. Saxifragiæ ana M. iij.
Flor. Ononidis, Flor. Saxifragiæ ana P. ij.
Sem. Alkekengi ℥ iij.
Sem. Urticæ ℥ j.
Baccarum juniperi, Cicerum rub. ana M. j.
Vini, vel muſti menſ. xv. vel j ß. Ohmen.

Incidenda incidantur, contundenda cõtundantur, & ferveant ſimul in dolio parvo. Doſis, hauſtus unus, ſtomacho jejuno.

## DE VINIS ASTRINGENTIBUS.

### *Vinum cydonites.*

Mala cotonea exemptis ſeminibus, fruſtatim rapi modo ſcinduntur, & duodecim minarum pondo, in muſti metretã, triginta diebus macerantur: poſtea deſęcatũ vinũ reponitur.* Aſtringit: prodeſt ſtomacho, dyſenteriæ, hepaticis, renum vitiis, & urinæ difficultati. *Dioſcorides.*

### *Vinum ex pyris.*

Fit & è pyris perinde atq; cotoneis, vinũ apytes nomine, ſed ita ut pyra non magnopere matureſcãt. Ex ſiliquis etiam, meſpilis, *ſorbis, ſimili* modo temperatur. * Omnia hæc genera acerba ſunt, & aſtringunt. *Stomacho utilia ſunt,* atque inteſtinas fluxiones cohibent. *Dioſcorides.*

### *Vinum œnanthinum.*

Fit è feraci vite ſylveſtri, quod vocatur Oenãthinum. Sicci flores minis duabus muſti cado macerati, poſt triginta dies mutantur: mox colatum vinum reconditur. * Facit adverſus ſtomachi imbecillitatem, cibi faſtidia, cœliacos & dyſentericos. *Dioſcorides.*

### *Vinum ex punicis.*

Fit è punicis malis maturis, ſucco expreſſo ab acinis eorum, quibus lignoſus nucleus abeſt, ac decocto ad tertias, & ita repoſito. * Efficax eſt contra fluxiones internas, & febrim cũ alvi profluvio exortam: ſtomacho utile, aſtringit alvum, & urinam movet. *Dioſcorides.*

A

### *Vinum roſaceum.*

Rhodites ſic fit. Roſarum ſiccarum, tuſarumq; minam linteolo deligatam in ſextarios octo muſti demergito, & poſt tres menſes defæcatum vinum transfundens recondito. * Utile iis qui febri carent, & ad ſtomachi coctiones, & dolores à cibo potum: & contra humidas alvos & dyſenterias. *Dioſcorides.*

B

### *Vinum myrtites.*

Myrtites vinum fit, baccis nigris, quæ maturitatẽ exceſſerint, tuſis, & organo expreſſis. Aliqui ad tertias coquunt. Alii baccas prius Sole torrent, & quaternis ſextariis contuſarum, ternas aquæ heminas adjiciunt, & vini veteris parem modũ: poſtea exprimunt, & ſervant. * Magnopere adſtringit: *ſtomacho utile: fluxionibus ventris ac ſtomachi prodeſt, & contra inteſtinas ulcerationes* & profluvia: denigrat capillos. *Dioſcorides.*

### *Vinum palmeum.*

C Palmulas maturas in urceolum in imo pertuſum, & obſtructum picata arundine, demittito: lino foramen ſit obturatum, & quadragenis ſextariis ternos aquæ congios infundito. Quòd ſi ipſum ita dulce eſſe non libeat, quinq; congios infudiſſe ſatis eſt. Poſt decem dies detracto ab arundine linteo, aſſumito vinum craſſum & dulce, & reponito. Suave illud quidem, ſed capiti noxium. *Contra fluxiones, propter adſtrictoriã vim efficax: ſtomachicis, cœliacis, ſanguinem

D expuentibus convenit. *Dioſcorides.*

### *Vinum è prunis ſylveſtribus.*

Vinum è prunis ſylveſtribus eodem modo fit, ut ceraſorum, per autumnum, ubi jam ſatis mollia & benè matura fuerint. * Aſtringit vehementer, alvi fluxiones cohibet. *Euonymus.*

## DE VINIS SUDOREM PROVOCANTIBUS.

### *Vinum Guajacinum.*

E ℞. Ligni guajaci præſtantiſſimi, lima in ſcobem tenuiſſimam attriti ℔ iv.
Corticum guajaci ℔ ij.
Cardui benedicti ℔ j ß.
Adianti, Aſpleni, Florum borraginis,
Florum bugloſſæ ana ℔ j.
Caſſiæ odoratæ ℥ vj.
Seminis aniſi ℥ j ß.
Sacchari ℔ v.

Conjiciantur omnia in cado vinario mũdo aptæ

F capacitatis, deſuper affuſis vini albi quàm optimi & ferventis, bis centum & quinquaginta, mox diligenter vas operculetur, omniaque *ſic macerari* triduo dimittatur. Poſt triduũ *verò linteo* percolentur, aſſerveturq; hujuſce *macerationis* vinũ in alio vaſe ad ægrotantium potum. *Siquidẽ* bibitur hoc tam *in prandio* quàm *in cœna*, ſecundi guajaci decocti loco: non manè, neq; veſperi, ſerapii vice, quemadmodum temerè multi facere conſueverunt. Hoc idem vinum longè etiam melius, & majore quantitate vindemiarũ tempore confici poteſt, admixtis ligno, cortice, cæ-

teriſq; aliis recentibus uvis albis in muſtũ compreſſis: ibiq; tamdiù dimiſſis, quouſque muſtum effervеſcere deſinat, & pellucidũ clarumq; reddatur: veruntamen multiplicanda ſunt omnia, quæ conveniunt medicamenta, pro uvarũ quantitate. * Hoc vinum non modò medetur cuique acerrimo Gallicæ peſtis incommodo: ſed etiam diuturnis articulorum, capitis, nervorum, ventriculi, jecinoris, lieniſq; morbis à pituita genitis mirificè ſuccurrit. Nec minus etiam podagra laborantibus opem fert, modò diuturna admodùm non fuerit ægritudo. Iis tantùm exhibendum eſt, qui pituita abundant, Vere vel Autumno, temporibus: præcedentibus prius evacuationibus decentibus. *Matthiolus.*

## DE VINIS RESISTENTIBUS VENENIS.

### *Claretum.*

℞. Vini optimi menſuram j.
Angelicæ ℥ ß.
Boli Armeni ʒ j.
Nucis moſchatæ ʒ ij.
Galangæ, Piperis longi, Coriandri ana ʒ ß.
Zingiberis ℥ j ß.
Cinnamomi ʒ vj.
Sacchari ℔ ß.

Miſce, & fiat claretum, ſecundùm artem. * Præſervat à peſte. *Euonymus.*

### *Vinum zedoarticum.*

℞. Zedoariæ, Cinnamomi ana ℥ ß.
Galangæ ℥ ij.

Miſce, fiat pulvis in ſacculo ligandus, atq; in doliolo muſti cocti pleno ſuſpendendus. *Euonymus.*

### *Species pro vino zedoartico, quæ ſufficiunt pro menſura vini, quæ Oma vulgò in Alſatia vocatur.*

℞. Cinnamomi ℥ iij.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Granorum paradyſi,
Cardamomi ana ℥ ß.
Zedoariæ ʒ vj.
Cubebarum, Piperis longi ana ʒ ij.

Contunde craſſiuſcule, miſce pro ſacculo. *Euonymus.*

### *Species pro vino zedoartico aliæ.*

℞. Cinnamomi ℥ ij.
Zingiberis ℥ ß.
Caryophyllorum, Piperis longi,
Cardamomi, Cubebarum,
Zedoariæ ana ʒ j.
Galangæ, Granorum paradyſi ana ʒ ß.

Trita craſſiuſculè miſce pro ſacculo. *Euonymus.*

## DE VINIS PURGANTIBUS PITUITAM.

### *Vinum ſcilliticum.*

Vinum ſcillinũ potui datum * omnem ſanitatẽ adfert: humores enim attenuat, ſed maximè pi-
A tuitã, neq; ipſam in ſtomacho, aut ventre, aut capite, aut jecore, aut liene, aut nervis, aut oſſibus cõſiſtere permittit, neq; aliũ id genus humorem tenacem obſtructiones facientẽ: ſed omnia diſſolvit, & ventrem lenit, atq; ita ſubducit, & urinã movet, & per ipſam cauſas attenuat, excernitq;. Adeò verò caput purgat, ut nares humiditate vacent. Commodum eſt podagræ articulari, & comitiali morbo: deniq; omnis ſanitatis eſt author. Ex his conſtat: Scillam albam, montanam, circiter canis ortum accipito in libræ pondere, per
B dies decem in umbra refrigera: deinde ſcillæ laminas refrigeratas in vitreum vas mitte, & vini albi veteris ſextarios duodecim ſuperinfunde, & ſuſpenſum vas per 40. dies habeto: poſtea ſcillam exime, & abjice. & vino ad antedicta vitia utere, & ejus vim percipies. Subinde ante cibum, vini ℥ ij. exhibe: ſin à cibo, unciam mediam. Quòd ſi ipſum potui commodum efficere velis, ut magis delectet, mellis ſextarios duos aut tres admiſceto. *Galenus.*
C

### *Acetum ſcillinum.*

Salubre optimum acetum ſcillinum à Pythagora ſcribitur, quo omnes Imperatores uſi ſunt. * Ab ipſius authore fertur, quicunq; hoc utatur, longæ vitæ fore, & ejus extrema integra uſq; ad finem permanſura. Et ipſe quidem Samius ſenex hujusmodi extitit: quantũ enim tẽporis vixerit, haud ignoras. de ipſo in libro traditum eſt, quòd cũ ſuis cõſanguineis hãc facultatem cõmunica-
D vit, cumq; hoc medicamento uti incœpit, 50. annum natus erat, & uſq; ad centeſimum decimum ſeptimũ vitam produxit integer, & nulla unquã adverſa valetudine tentatus. Hæc ſanè medicamenti author diſſeruit, quòd fortaſſe vir philoſophus erat, mentiri neſcius. Nos verò viri hujus fidei periculum fecimus, ac firmam conſtantemque hujus medicamenti facultatem eſſe teſtamur. Oportet igitur ſumere Scillam montanam libræ unius ponderis, & dura circumcidere,
E & mollia minutatim concidere, & aceti acerrimi ſextarios octo in vitreum vas mittere, atque obturare, ac per triginta dies in Caniculæ caloribus, ut maceretur, permittere: deinde ſcillam extractã exprimere. Id genus aceti parum manè ſorbeto. Tibi autẽ hęc eveniẽt, ut ne fauciũ oriſq; partes unquam remolleſcant, os ventriculi benè valebit, facilè ſpiritum duces, vox rectè habebit, oculi acutiſſimè cernent, aures in officio manebunt, nulluſq; flatuoſus vapor in ventre unquam
F excitabitur, nullum viſcus ſuſpenſum erit, & benè ſpirans, benè coloratus deges. Ad civilia negocia rectè affectus, non acidum, non ſalſum ructabis, ſi aliquid aceti hujus aſſumſeris: & jejunus ut aſſumas præcipio, ſeptemq; poſtea ſtadios deambules, ita enim diſſolvetur. Hoc aceto qui utitur, in victu quamvis licentioſus eſto: omnia enim cibaria conficiet, & à nullo unquam offenſam patietur: neq; valdè implebitur, ſed in melius proficere videbitur. nihil ſupervacui in corpore reſidebit, non flatus, non bilis, non ſtercus, non urina, ſed omnia facilè excernit, atq; educit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0286-3

Alvus lubrica omninò eſt, totiusq; corporis purgatorium medicamẽtum, etiamſi in oſſibus ſordes inhæreant. Item phthiſicos ab omnibus deploratos, hoc medicamento ſanitati reſtitutos novimus. Morbo comitiali diuturno efficaciter profuit, ut niſi poſt longa temporis intervalla, non redierit: incipientem verò ac novum perfectè diſcutit, neq; reverti ampliùs hunc affectum permittit. Ad podagras præterea, & articulorum morbos, jecoris, lienisq; duritias vehementer facit. Et particulares quidem aceti ſcillini effectus hi ſunt. Communes autem quàm plurimi, quibus nos commoti, ſalutare hoc medicamentum, ſanitatis integritatisq; cauſa, tibi tradidimus. *Galen.*

*Claretum laxativum.*

℞. Galangæ ʒ vj. Cinnamomi ℥ j.
Turbith, Eſulæ, Cataputiæ,
Hermodactylorum ana ʒ ß.
Tere, fiat claretum cum melle & ſaccharo. * Pituitam purgat. *Euonymus.*

*Aliud pro epilepticis.*

℞. Radicis pæoniæ,
Seminis pæoniæ decort. ana ʒ j ß.
Cinnamomi, Macis, Galangæ,
Zingiberis, Caryophyllorum ana ʒ j.
Foliorum ſenæ ℥ j. Turpeti ʒ vj. vel
Rhabarbari ʒ iij. vel Agarici ʒ v.
Sacchari ℥ vj.
Vini ʒ xij. Aquæ ℥ viij.
Macerata per horas 24. deinde addito ſaccharo quantum ſatis, per filtrum ſæpius colentur. *Thomas Eraſtus.*

*Vinum purgatorium in epilepſia.*

℞. Abſinthii, Cardui benedicti,
Verbenæ, Betonicæ, vel Agrimoniæ,
Eupatorii, Aſpleni, Tamariſci,
Rad. Capparorum ana M j.
Cinnamomi, Macis, Galangæ,
Zingiberis ana ʒ j vel ʒ ij.
Flor. pæoniæ, vel rad. & ſem. pæoniæ ana ʒ j ß.
Sem. citri ʒ ß. Fol. ſenæ ℥ ij.
Turpeti inciſi, Agarici ana ʒ ß.
Vini veteris menſ. iij.
Miſceantur in vaſe diligenter clauſo. Capiat æger alternis diebus poculum unum initio paſtus. *Eraſtus.*

## DE VINIS PURgantibus bilem flavam.

*Vinum ſcammonites.*

Scammonite vinum ſic fit: Radices ſcammoniæ per meſſes effoſſæ, tritæ, & linteo colligatæ drachmas quinque in muſti congium mittito ad dies triginta. * Alvum purgat: bilem & pituitam extrahit. *Dioſcor.*

## DE VINIS PURgantibus bilem atram.

*Vinum è veratro nigro.*

℞. Veratri ʒ xx. Junci odorati ℥ xij. ſpicæ Syriacæ ℥ xiij. cribratas, & linteolo colligatas, in ſeptem vini Coi ſextarios, diebus quadraginta macerandas indito, poſtmodum colato, dabis in potu ſeſquiheminam. * Partus enecat. Atram bilem purgat. *Dioſcor.*

## DE VINIS PURgantibus aquam.

*Vinum ebulatum.*

B Grana ebulorum quando ſunt matura, decoquantur, & propriè tempore vindemiarum cum muſto: & removeatur ſpuma ebullitionis, donec tertia pars fuerit abſumpta. In nocte ponatur ad aërem: in craſtinum verò per colatorium lineũ *diſtilletur, vel per filtrum:* demùm recipiatur quantitas *iſtius colati, & ponatur in alio muſto albo, donec tibi placeat color & ſapor:* & mittatur in vaſe, & expectetur donec deferveſcat, & tunc clarificetur cum malaxatione clari ovo-
C rũ, & ſale, ſecundùm artem. Eſt ſimile in operationibus vino de radicibus ebulorum, & magis amabile: ſed non ſic operoſum. Ventrem laxat: aquam hydropicorũ per inferna ducit. *Arnoldus.*

*Vinum è thymelæa.*

Ramorum thymelææ cum ſuis foliis & fructu triginta drachmas mittito in congios tres muſti, & levi igne coquito, donec congii duo ſuperſunt: defæcatumq; recondito. * Aquoſa purgat excrementa, & lienem abſumit. *Dioſcor.*

D *Vinum è chamelæa.*

Chamelæa dum floret, cum foliis tuſa, & cribrata, decem drachmarum pondere in muſti cõgium additur: poſt duos menſes vinum in vas transfertur. * Aquæ inter cutem, hepaticis, & laſſitudine confractis, efficax eſt: item mulieribus, quæ à partu ægre purgantur. Chamæpityinum ſimili modo fit, ad eadem conveniens. urinam quoque ciet. *Dioſcor.*

*Vinum Muralti ad hydropem.*

E ℞. Rad. quinque aperientium,
Glycyrrhizæ, Cort. rad. Cappar.
Cort. med. Fraxini ana ℥ j.
Rad. Iridis recent. Calami aromat.
Cinnamomi ana ℥ ß.
Capil. Veneris, Ceterach, Fol. Tamariſci,
Flor. cordialium ana M. j.
Abſinthii Pontici, Cardui benedicti,
Hyſſopi, Praſſii ana M. ß.
F Sem. Aniſi, Apii, Ameos, Fœniculi ana ℥ j ß.
Senæ ℥ ij. Ligni guajaci limati ℔ j.
Sacchari ℔ ij.
Vini generoſi ℔ xl.
Miſce, & ſerva in vaſe obturato. *Muraltus.*

*Vinum abſinthite purgans aquas.*

℞. Abſinthii M. j ß.
Cardui benedicti,
Agrimoniæ ana M. j.
Aſplenii, Ericæ, Verbenæ ana M. ß.
Rad. Ireos Florent. ℥ j ß.
Rad. Capparorum, Aſari, Polypodii ana ℥ ß.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0287-9
DFG

Rad. Cichorii ℥ j ß.
Rad. Fœniculi ℥ j. Rad. Apii ℥ ß.
Sem. Fœniculi, Apii, Petroſelini,
Aniſi ana ʒ j.
Calami aromatici, Cinnamomi ana ʒ ij.
Senæ ℥ j ß. Soldanellæ M. iij.
Rad. Iridis conciſæ ℥ iij.
Turpeti conciſi ʒ v.
Vini albi generoſi, in quo chalybs ignitus ſæpius fuit extinctus ℔ xviij.

Miſce. Utere alternis diebus, initio paſtus poculum unum. *Eraſtus.*

## DE VINIS PURGANTIBUS humores mixtos.

### *Vinum Hippocraticum laxativum.*

℞. Eſulæ ℔ j. Epithymi ʒ vj.
Polypodii, Cinnamomi, Paſſularum ana ℥ ß.
Maſticis, Zingiberis, Zedoariæ,
Caryophyllorum ana ℥ j.
Sacchari quantum ſufficit.

* Contra quartanam, quotidianam & tertianam notham valet: concoquit & præparat humores, & eosdem mox per alvum educit. *Arnoldus.*

### *Nectar laxativum.*

℞. Rhabarbari electi ℥ ß.
Agarici opt. ℥ j.
Cinnamomi electi ℥ iij.
Cubebarum ʒ j.
Sem. Fœniculi, Aniſi ana ʒ ij.
Spicæ Indicæ ℈ j.
Zingiberis ʒ ß.
Vini optimi ℔ vij.

Ferveant omnia lege artis in duplici vaſe per horas ſex. Deinde permaneant in infuſione per horas duodecim. Poſtea fiat fortis expreſſio, & colentur per ſaccum mundum ſexies, aut ſepties. Tandē adde ſacchari puri, & albi diſſoluti ℔ j ß. & fiat in modum Nectaris. Doſis poteſt eſſe pro adultis ad ℥ iv. Pro infantibus ad ℥ ij. Una autem uncia hujus ſyrupi ſumitur duobus cochlearibus mediocris magnitudinis. *Ranzovius.*

### *Vinum noſtrum guajacum purgans.*

℞. Ligni guajaci inciſi ℔ iv.
Cardui benedicti M. vj.
Adianti, Scolopendrii, Flor. Borraginis,
Bugloſſæ, Rad. Cichorii ana M. iij.
Betonicæ, Lupulorum, Cort. Tamaricis,
Epithymi ana M. j ß.
Polypodii ℥ ij.
Seminis Carthami ℔ j.
Seminis Aniſi ℥ iij.
Foliorum Senæ ℔ j.
Hellebori nigri ℥ j.
Turbith ℥ iij.
Cinnamomi electi ʒ vj.
Macis ʒ j.
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum ana ʒ ß.
Calami aromatici ʒ ij.

Incidenda incidantur, contundenda contundantur craſſè, in ſacculo ligentur, ſuſpendantur in
A cado vinario mundo aptæ capacitatis, ſuperinfundendo muſti optimi ℔ c. omniaq; ſic macerari ſinito, donec deferveſcat, clarumq; evadat, &c. * Curat morbum Gallicum, & alios innumeros morbos. Dantur ℥ v. vel ℥ vj. manè ſtomacho jejuno.

### *Vinum purgans, noſtrum.*

℞. Abſinthii M. j.
Centaurii, Cardui benedicti,
Quinquefolii ana M. ß.
B Gentianæ rad. ʒ j ß.
Senæ ℥ ij.
Rhabarbari ʒ vj.
Agarici ℥ ß.
Rad. Mechoacæ ℥ j.
Spicæ Indicæ,
Zingiberis ana ʒ j.

Inciſa omnia in ſacculo linteo mundo ponantur, ſuperinfundendo vini albi boni menſuram unam. Capiat æger poculum dimidium, ſtoma-
C cho jejuno. * Febres tertianas ſpurias radicitùs tollit.

### *Claretum purgans.*

℞. Ruſci, Aſparagi, Acori,
Fœniculi ana ʒ iij.
Sem. 4. frig. majorum ana ʒ ij.
Sem. Endiviæ, ſem. Cichorii, ſem. Scariolæ, ana ʒ j.
Turpeti ℥ ß.
Hermodactylorum ʒ x.
D Polypodii quercini, Fol. ſenæ ana ℥ ij.
Zingiberis ℥ j.
Vini albi ℔ iij.
Sacchari, ad placitum.

Fiat claretum. *Henricus Wolffius.*

### *Claretum laxativum.*

℞. Fol. ſenæ Alex. mundat. ℥ j.
Rhabarbari electi ʒ ij.
Agarici opt. ʒ iij.
E Cinnamomi electi ℥ j ß.

Hæc omnia miſceantur in duobus ſextariis vini optimi, ac in loco calido ponantur per horas 12. Deinde colentur per laneum ſaccum ſepties, & poſtea addatur ſacchari albi ℔ ß. & benè miſceatur. Quotieſcunq; igitur qui ſe purgare voluerit, ſumet dimidium ſextarium hujus potionis. Reliquum in vitro benè obturato ſervabit. *Fridericus N. Medicus Regis Daniæ.*

### *Claretum laxativum pro delicatis.*

F ℞. Vini optimi ℔ iv.
Polypodii, Mellis ana ℔ ß.
Galangæ, Caryophyllorum,
Cinnamomi, Zingiberis ana ℥ ß.
Agarici ʒ ij.
Senæ ʒ vj.
Piperis, Cardamomi ana ʒ j.

Bulliat polypodium coctum cum vino & melle ad conſumptionem tertiæ partis: deinde alia purgantia addantur, colentur per ſaccum bis, vel ter.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0288-5
DFG

# De Decoctis, *Sectio VII.*

**Decocta** ſeu apozemata, ex herbis, ſeminibus, fructibus, radicibus, & aliis quibusdã parantur. Si abſq; ſaccharo, decocta; ſi cum ſaccharo, licèt non tam copioſo ut in ſyrupis, apozemata rectius dicuntur. Sunt autem hæc vel

- Magis *uſualia ſeu officinalia: atque vel*
  - Reficientia
    - Aqua *hordei,*
    - Aqua *cicerum,*
    - Decoctum *ptiſanæ.*
  - Alterantia *qualitate*
    - Prima: *Sic alia alterant*
      - Communiter
        - Temperatè
          - Decoctum *florum & fructuum.*
          - Decoctum *commune magiſtrale.*
        - Intemperatè — Decoctum *commune refrigerans.*
      - Particulariter
        - Caput — Decoctum *cephalicum.*
        - Pectus
          - Decoctum *pectorale primum.*
          - Decoctum *pectorale ſecundum.*
          - Decoctum *pectorale tertium.*
        - Cor — Decoctum *cordiale.*
        - Flatus — Decoctum *carminativum.*
    - Secunda: *Sic alia*
      - Sudorem *movent*
        - Decoctum *guajaci ex aqua.*
        - Decoctum *guajaci ex vino.*
        - Decoctum *zarzæ parillæ.*
        - Decoctum *chinæ.*
      - Purgant *humores*
        - Simplices
          - Sanguinem
            - Decoctum *adianti.*
            - Decoctum *fumariæ.*
          - Bilem — Decoctum *fructuum.*
          - Pituitam
            - Decoctum *thymi.*
            - Decoctum *ſtœchados.*
          - Bilem *atram*
            - Decoctum *epithymi.*
            - Decoctum *ſenæ, &c.*
        - Mixtos
          - Decoctum *myrobalanorum.*
          - Decoctum *eupatorii.*
- Minùs *uſualia: atque vel*
  - Alterantia
    - Pectus: Decoctum *pectorale.*
    - Cor: Decoctum *cordiale.*
    - Bilem: Decoctum *ex adianto.*
    - Pituitam: Decoctum *ex thymo.*
    - Atram bilem: Decoctum *ex fumaria, &c.*
  - Purgantia
    - Bilem: Decoctum *alvum emolliens, bilemq; educens.*
    - Pituitam: Decoctum *pituitam educens.*
    - Atram bilem: Decoctum *atram bilem educens.*
    - Humores *mixtos: ut*
      - Decoctio *aperitiva lenitiva major.*
      - Decoctio *aperitiva lenitiva minor.*
      - Decoctio *aperitiva major cum rhabarbaro.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0289-3
DFG

## DE DECOCTIS OFficinalibus reficientibus.

### *De aqua hordei.*

℞.Hordei integri fricati cum panno aſpero uſq; ad excuſſionẽ tenuium corticum, id eſt, *paleatum*, partem unam, verbi gratia libram unam. Et ſit hordeum ſubſtancia laudabili, ætatis mediæ inter antiquum & novum, ſuper quod non cecidit de odore corruptionis aliquid, nec de contagione fumi, aut pulveris, & conſervatum fuerit in loco aëris liberi, & jam habuerit perfectionem in maturitate ſua, & pone illud electum in olla nova, mundata, lota, & exquiſitè abſterſa, ut non remanſerit in illa de odore quidquam omninò: & projice ſuper ipſum aquæ circiter partes viginti: verbi gratia ℔ viginti: & ſit aqua fontana leviſſima, dulciſſima. Stet tamen prius hordeum in aqua per quatuor horas infuſum: & inde facias cum igne claro & ſuavi ipſam fervere, primam abjiciẽdo ſpumam. Et eſto hordeum ſemper integrum, leviter quidem fricatum panno aſpero, & quaſi depaleatum, ſi multam quæris abſterſionem, atque exoppilationem valentiorem: integrè verò ab utroq; cortice mundatum, ſi aquam hordeaceam habere volueris ad ſitim mitigãdam, aſperitatemq; leniendam, nec non inflammationem extinguendam. * Unde talis aqua hordei convenit in leniendo pectore atque pulmone, humectandisq; præcordiis. Coctio præterea continuetur ad crepaturaam hordei, perfectam quidem in priore illa intentione: perfectiorem verò & diuturniorem plus minus in poſteriore hac intentione. *Colonienſes.*

### *Aqua cicerum.*

Decoque libram unam cicerum conſervantiũ adhuc nitroſitatem ſuam, cum libris viginti aquę facili decoctione, uſque dum redeant ad libras decem. Tunc erit aqua eorum potus medicinalis. Et ſi ulteriorem excipiat coctionem, & quidem cum plurima aqua, uſq; dum acquirat mediocritatẽ inter tenue ſeu liquidum & unctum, eſt cibus bonus, præſertim colatus. *Meſues.*

### *Decoctum ptiſanæ hordei.*

Sed quando ptiſana hordei, ac edulii vel ſorbitionis uſum decoqui debet, tunc ſemper accipere oportet hordeum exquiſitè excorticatum, quod vulgò mundatum dicitur: idque vel integrum, vel confractum, quod far hordei Latinis dicitur. Satius tamen fuerit, integrum quàm confractum ſumere, ut evitemus metum Manardi: quandoquidem in hordeo integro abſolutam perfectamque coctionem animadvertere commodius eſt, quàm in confracto: quia coctio ejus ſemper perfici debet uſque ad diſperditionem & veluti tabem ipſius hordei, nunc in largiore, nunc in pauciore aqua, pro vario intẽtionis Medici ſcopo. Nam quando non admodùm tenui victu utendum erit, ſed aliquando plenius cibare licebit, quum ſcilicet totam ptiſanam exhi-
A bemus, (nam ptiſana tota Galeno non eſt exquiſite tenuis victus, niſi omninò pauca aſſumpta fuerit) tunc verbi gratia ſuffecerint ad partem unam hordei partes quinq; aquæ, ſecundùm placitum Avenzoar: ſed ſi tenuiùs cibare propoſitum eſt, ut quando cremorem ſive ſuccum exhibemus colatorio manibus vel cochleario expreſſum, tunc copioſiore aqua ptiſanam decoquimus: verbi gratia, decem partes aquæ ad unam hordei accipiendo. plus autem aquæ acci-
B pimus, quando tenuiſſimè nutrire volumus, aut ſaltem ſervata proximè aſſignata aquæ quantitate, percoctam ptiſanam ſua ſponte ſenſim per colatorium eliquari ſinimus, ſine adminiculo expreſſionis. unde vulgus practicantium, hanc vocant ptiſanam colatam: illam verò, quæ expreſſa eſt, vocant ptiſanam hordei non colatam. Hac deciſione conſtituta, putamus omnem caliginem & nubem Arabicæ perplexitatis ſeu confuſionis diſcuſſam iri *Colonienſes.*

## C DE DECOCTIS ALterantibus communibus.

### *Decoctio florum & fructuum.*

℞.Caricarum N.v.
Prunorum Damaſcenorum N.xv.
Jejubarum, Sebeſten ana N.xx.
Tamarindorum ℥ j.
Flor. Roſarum, flor. Violarum,
D Flor. Borrag. flor. Bugloſſæ ana ʒ ij.
Capil. Veneris, Lupulorum, Endiviæ ana M.ß.
Glycyrrhizæ ʒ ij.
Incidantur, & contundantur pro uſu. *Auguſtani.*

### *Decoctum commune magiſtrale, ad medicamenta maceranda.*

℞.Prunorum N.xij.
Sebeſten N.x.
Paſſularum ℥ j.
E Hordei decorticati ℥ ß.
Glycyrrhizæ raſæ, Violarum,
Foliorum Senæ, Polypodii,
Epithymi, Carthami, Aniſi,
Dauci, Cinnamomi ana ʒ ij.
Coque in aquæ cõmunis ℔ ij. donec dimidium abſumatur: cola, & utere. *Florentini.*

### *Decoctum commune refrigerans.*

℞.Prunorum N.xij.
F Hordei mundi ℥ j.
Tamarindorum, Paſſularum ana ℥ ß.
Sem. communiũ majorum, Violarum ana ʒ ij.
Coque in ℔ ij. aquæ, ut ſuprà.

## DE DECOCTIS ALterantibus caput.

### *Decoctum cephalicum calefaciens.*

℞.Stœchadis, Betonicæ, Salviæ ana M.ß.
Rad. Pæoniæ ʒ ij.
Paſſularum ℥ j.

Glycyr-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0290-9
DFG

Glycyrrhizæ, Aniſi, Dauci ana ʒ iij.
Nucis moſchatæ ʒ ß.
Coque, ut ſuprà.

## DE DECOCTIS ALterantibus pectus.

### *Decoctum pectorale.*

℞. Paſſularum ℥ j.
Sebeſten, Jujubarum ana N. xv.
Dactylorum N. vj.
Caricarum pinguium N. iv.
Hordei purgati ℥ j.
Glycyrrhizæ ℥ ß.
Adianti M. ß. Hyſſopi ʒ ij.

Coque, ut ſuprà. * Valet in vitiis pectoris, catarrho, tuſſi, aſthmate, pleuritide, & id genus aliis. *Auguſtani.*

### *Decoctum pectorale aliud.*

℞. Hyſſopi ſicci, Adianti albi, Ficuum, *Palmularum*, Myxariorum, Ziziphorum, Uvarum paſſarum, Hordei mundi, Glycyrrhizæ raſæ ana partes æquales. In aqua fontana, quanta convenit, coquantur. * Horum jus ad excrementa pectoris, & defluxiones pituitoſas, ſputaque educenda ſingulare eſt remedium. *Andernacus.*

### *Decoctum pectorale aliud.*

℞. Aniſi, Fœniculi, Adianti ana partes æquales.
Cinnamomi, Maſticis ana ʒ j.

Omnia coquantur in aqua, donec quarta ejus pars abſumpta fuerit. * *Hujus decocti jus, faucium & thoracis aſperitates lenit: excrementa ad excretionem promovet: nec non robur viſceribus addit: ventriculi vires excitat, flatusq; inteſtinorum diſcutit. Andernacus.*

## DE DECOCTIS alterantibus cor.

### *Decoctum cordiale.*

℞. Prunorum N. xij.
Paſſularum ℥ j. Sebeſten N. xvj.
Jujubarum N. x.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ, Violarum,
Meliſſophylli, Capill. Vener. ana M. ß.
Seminis Baſilici, Glycyrrhizæ,
Dauci ana ʒ ij.

Coque, ut ſuprà. DECOCTUM verò cordiale refrigerans fit, *additis ſeminibus communibus*, iisque ſeminibus, quæ decoctum refrigerans ſuprà deſcriptum ingrediuntur. *Florentini.*

## DE DECOCTIS ALterantibus ventriculum.

### *Decoctum flatus pellens, ſeu Carminativum.*

℞. Aniſi, Dauci, Fœnic. Cumini, Carvi ana ʒ iij.
Glycyrrhizæ ℥ ß.
Flor. Chamomillæ M. ß.
Paſſularum ℥ j ß.

Coque in libris duabus aquæ ad medietatem ferè. *Florentini & Auguſtani.*

A

### *Potio muſcata major.*

℞. Spicæ, Folii Piperis longi,
Zingiberis, Zedoariæ, Confitæ rub.
Confitæ muſcatæ, Caryophyllorum,
Ligni aloës, Roſarum, Violarum,
Anacardi, Acori, Coral.
Coſti, Leviſtici, Nucis moſchatæ,
Raſuræ eboris, Margaritarum,
Antofili, Rhabarbari, Amomi,
B Oſſis de corde cervi, Croci,
Piperis albi, Oſſium dactylorum,
Beliculi marini, Spodii,
Sandali albi & rub. Macis, Liquiritiæ,
Cinnamomi, Alyptæ, Aniſi,
Tragacanthi, Blactæ byzantinæ, Cardamomi,
Ocymi, *Limaturæ auri & arg.* ana ℈ ij.
*Moſchi, Ambræ, Caphuræ* ana ℈ j.
*Sacchari candi* ʒ ij.
Syrupi roſ. q. ſ. eſt.

C Datur manè & meridiè & ſerò, ſtomachicis, & debilitatis cochlearium unum cum vino, patientibus in pulmone, cum aqua hordei. *Nicolaus.*

### *Potio moſchata.*

℞. Moſchi, Caphuræ, Ambræ ana ℈ j.
Spicæ nardi, Folii Piperis longi,
Zingiberis, Zedoariæ, ſtyracis rubei,
Alyptæ moſchatæ, Caryophyllorum,
Ligni aloës, Roſarum rub. Violarum,
Anacardi, Rad. acori, Coralii rub.
D Coſti, Sem. leviſtici, Nucis moſchatæ,
Raſuræ eboris cum aqua roſ. lotæ,
Margaritarum perforatarum, & non perforat.
Peucedani, Rhabarbari, Amomi,
Oſſis de corde cervi, Croci, Piperis albi,
Oſſium dactylorum, Lapidis berillorum,
Spodii, Sandali albi & rub. Macis,
Glycyrrhizæ raſæ, Cinnamomi, Aniſi,
Tragacanthi, Blattæ byzantinæ,
Cardamomi, ſem. baſiliconis,
E Limaturæ auri, Limaturæ argenti ana ℈ ij.
Sacchari candi ʒ ij.
Syrupi roſ. q. ſufficit.
Doſis ejus eſt à ʒ ij. uſque ad ℥ ß.

*Servatur annis duobus.* Reſpicit propriè virtutem naturalem primę digeſtionis: confortat cor, & ſubtilitat materiam groſſam. Data cum vino remollitionis citri, confert cardiacis, & confert cardiacæ calidæ cum ſaccharo roſ. Datum cum decoct. praſſii, confert paſſioni pectoris frigidæ, & pulmonis. Data bis in die cum decoctione nu-
F cis moſchatæ, & caryophyllorum, confert valdè ſtomachicis, & ad omnem debilitatem ſtomachi ex cauſa frigida, & digerit materiã frigidam fœtoris oris, confert appetitui canino, & frigido. *Arnold. Villanovanus.*

## DE DECOCTIS SUdorem provocantibus.

### *Decoctum ligni guajaci, absq; cortice.*

℞. Ligni guajaci optimè inciſi ℔ j.
Aquæ fontanæ ℔ xij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0291-4
DFG

Infundatur lignum in aqua calida per horas 24. in vaſe figulino vitreato obturato: deinde coquantur igne lento uſq; ad librarum octo conſumptionem: coletur, & ſervetur in vaſe vitreo pro ſyrupo, ad ſudorem movendum.

*Decoctum ligni guajaci, pro potu.*

℞. Lignum guajacum prioris decoctionis,
Aquæ fontanæ ℔ xij.

Iterum coque uſque ad conſumptionem tertiæ partis: cola, & ſerva pro potu, in prandio & cœna ſumendo.

*Decoctum ligni guajaci cum corticibus.*

℞. Ligni guajaci optimè inciſi ℥ x.
Cort. ligni guajaci inciſi ℥ ij.
Aquæ fontanæ ℔ xij.

Fiat, ut ſuprà.

Poteſt major vel minor corticis quantitas addi, & cum aqua betonicæ vel fumiterræ, pro medici ſcopo decoqui.

*Decoctum ligni guajaci cum vino.*

℞. Ligni guajaci ℥ x.
Cort ligni guajaci ℥ iv.
Aquæ fontanæ ℔ xij.

Infundantur, ut ſuprà: & decoquantur uſque ad conſumptionem librarum novem: deinde addantur vini optimi ℔ iij. & iterum fervere modicè ſinito, poſtea refrigeratum colato, & in vaſe vitreo, pro ſyrupo ſervato. *Florentini.*

*Decoctum ligni guajaci cum vino, pro potu ordinario.*

℞. Præcedentis decoctionis lignum,
Aquæ fontanæ ℔ ij.

Coquantur uſque ad conſumptionem ſeptem librarum: deinde addantur vini albi optimi ℔ iv. & facta unica ſola bullitione, ab igne auferatur, coletur, & in vaſe vitreo ſervetur, pro potu ordinario cibis aſſociando. *Florent.*

*Decoctum guajaci Fioravanti.*

℞. Cortic. ligni guajaci triti ℔ j.
Aquæ fontanæ ℔ xiv.

Macerentur horis 24. deinde coquantur uſq; ad quatuor librarum conſumptionem; poſtea adde
Polypodii quercini ℥ ij.
Cichorii M. j.
Aloës hepaticæ ℥ ß.

His iterum per horam decoctis, adde
Fol. Senæ, Epithymi ana ℥ j.
Colocynthidis ʒ vj.
Sacchari ℥ iix.

Denuò coquantur, dum pars dimidia fuerit conſumpta, & libræ octo remanſerint: coletur & ſervetur in vaſe vitreo obturato, ad uſum. Doſis cyathus unus manè & ſerò, & ſudet: ſicq; continuet per dies xx. & liberabitur. Pro potu autem utatur ſequenti decocto:

℞. Ligni Guajaci inciſi ℔ j.
Vini albi ℔ x.

Macerentur per noctem: deinde cùm per horam unam bullierint, adde aquæ ℔ xv. Denuò coquantur non diù: & erit factum.

A *Decoctum ligni guajaci cum corticibus.*

℞. Scobis ligni Indici ℔ j.
Corticis ejusdem ℥ iv.
Aquæ puriſſimæ ℔ x.

Macerentur in fictili vitreato horas 24. coquantur ad medias prunis luculentis quinque aut ſex horas, & percolentur: poſtea quotidie in aurora illius aquæ dabis ℥ vj. & ægrum cooperies ut ſudores moveantur: moderatè tamen, ne vis corporis diſſolvatur: ſubinde ſudor detergatur: corB pus fricetur, & caput: cibum non ſumat, niſi horis ſex à potu exactis. Ejusdem aquę totidem uncias afferes quinq; horis à cœna: ſudores tamen tunc non movebis. Cæterùm hujusmodi potum poſt univerſales purgationes ſolemus exhibere. *Antonius Chalmeteus.*

*Decoctum ligni guajaci cum corticibus, pro potu ordinario.*

℞. Remanentiam prioris decoctionis,
C Aquæ puriſſimæ ℔ xv.

Iterum coques ad tertias: ſub decoctionis finem addes
Glycyrrhizæ raſæ, & contuſæ ℥ ß.
Paſſularum mundatarum ℥ ij.

Abſoluta decoctione, addes
Cinnamomi ʒ v. ad ſaporis jucunditatem.

Eoque decocto utetur in paſtu. Nonnulli ſub finem primæ decoctionis addunt
Fumariæ, Lupulorum, Borraginis, Buglossæ
D ana M j.

Alii verò addunt
Cyclaminis, Cardui benedicti, Olibani ań ℥ j.

Alii rad. enulæ in pul. redactæ, mumiæ ſing. ℥ ß. carabæ ʒ ij ß. pulveris hermodactylorum ʒ ij. ſenæ orientalis ℥ ß. Alii mediam partem vini albi: alii tres partes vini, & unam aquæ injiciunt: quod profuturum putaverim corporibus pituitoſis, ac robuſtis, atq; cùm nervi ac tendines non afficiuntur. Cùm verò corpora ſint imbecilla, ſa-
E tius duxerim, magisq; profuturum, ſi decoctio in ſola aqua fiat: imò cùm corpus imbecillum bilioſum, aut ad tabem propenſum, ſæpè guajaci uſu ipſum contabeſcit: inflammantur urinæ, dolores augentur. Itaque cùm corpus eſt bilioſum, loco aquæ communis, utor aquis cichorii, buglosſę, violarum, fumariæ in decoctione, quarum uſu ſæpè ſum expertus rem fœliciùs ſucceſſiſſe. *Idem.*

F *Decoctum ligni guajaci cum corticibus, aliter.*

℞. Ligni ſancti ℔ j.
Corticis ejusdem ℔ ß.
Aquæ puriſſimæ ℔ x.

Macerentur, ut dictũ eſt, 24. horas, atq; coquantur ad tertiæ partis conſumptionem. Præterea
℞. Enulæ campanæ,
Dactylorum ab oſſib. ſeparatorum ana ℥ j ß.
Senæ orientalis ℥ j. Vini albi ℔ vj.

Macerentur horas 24. ſuper cineres calidos, ita ut propemodùm vinum ferveat: deinde exprimantur:

mantur: & huic vino miſceatur præcedens deco-
ctio: poſtea adde ſacchari ℔ ß. cinnamomi ℥ j.
& exactis quatuor horis ab eamixtione, trajicia-
tur per colatorium vini aromatitis, ac ſingulis
matutinis capiat ℥ v. aut vj. & ante cœnam, vel
cum ſe in lectum recipiat, tantundem. *Idem.*

*Decoctum ligni Guajaci cum corticibus, pro potu ordinario.*

℞. Præcedentis decocti remanentiam,
Aquæ puriſſimæ ℔ xv.

Bulliant ad tertias: adde ſacchari & cinnamomi,
quantum videbitur ad ſaporis gratiam. Animad-
vertendum verò, nō unam eandemq; decoctio-
nem omnibus temperaturis eſſe parandam, ſed
interdum valentiorem, interdum verò imbecil-
liorem, habita virium, ac morbi, & cæterarum
rerum, tum naturalium, tum contra naturam, ra-
tione. *Idem.*

*Decoctum Zarzæ parillæ.*

℞. Rad. zarzæ parillæ ℥ iv.
Aquæ fontanæ ℔ xij.

Radices primè vino albo laventur, deinde minu-
tatim incidantur, & in ſupradicta aqua calida per
horas duodecim infundantur, in vaſe figulino
benè operculo & pannis obſtructo: mox co-
quantur igne lento, uſque ad conſumptionem
librarum octo: poſtea coletur atq; in vaſe vitreo
optimè cooperto pro ſyrupo ſervetur. Secũdum
decoctum pro potu ordinario fit, ut ligni guajaci
potus. *Florentini.*

*Decoctum guajaci cum zarza parilla pro ſyrupo.*

℞. Zarzæ parillæ, Cort. ligni guajaci ana ℥ ij.
Polypodii quercini ℥ j ß.
Cinnamomi electi ℥ j. Aquæ ℔ xij.

Coquantur uſq; ad librarum octo conſumptio-
nem, coletur, & ſervetur pro ſyrupo *Incertus.*

*Decoctum zarzæ parillæ cum guajaco, pro potu.*

℞. Materiam prioris decoctionis,
Aquæ menſ. octo.

Coquantur uſque ad duarum menſurarum con-
ſumptionẽ, coletur & ſervetur pro potu ordina-
rio. In fine adde Cinnamomi electi ℥ ß. vel ℥ j.

*Aliud, quo Hiſpani utuntur.*

℞. Zarzæ parillæ ℥ iij.
Cort. ligni ℥ j. Rad. chinæ ʒ ij.
Hermodactylorum ℥ j.
Polypodii, Rhapontici, Turbith, Cap. Ven.
Rad. liliorum alb. Apii, Aſparagi,
Fœniculi, Petroſelini, Glycyrrhizæ ana ʒ ij.
Fol. ſenæ ℥ ß.

Decoquantur omnia ſ. a. in ℔ xx. aquæ ad ℔ v.
& hoc pro ſyrupo. Capiat bis in die manè & ve-
ſperi ℥ vj. calidè. In reſiduo infunde ℔ xx. aquæ:
& decoquantur ad ℔ xij. Et iſtam aquam bibat
loco vini, & de octo in octo dies purgat humo-
rem peccantem: & debet ſumi per dies xv. ad
minus. *A quodam Hiſpano.*

A *Decoctum radicis chinæ.*

℞. Radicum chinæ opt. ℥ j.
Aquæ fontanæ ℔ xij.

Radices incidantur minutatim, & in prædicta a-
qua tepida per horas duodecim infundantur in
vaſe terreo vitreato: deinde igne lento coquan-
tur uſq; ad conſumptionem tertiæ partis: poſtea
cola, & ſerva pro ſyrupo. Aliqui uſq; ad librarum
octo, aliqui ad medietatis conſumptionem co-
quunt. *Florentini.*

B *Decoctum radicis chinæ.*

Alia ratione curatur morbus Gallicus, quæ nō
eſt præcedenti admodum diſſimilis. Fit autem
decocto radicis chinarum, quæ apios dicitur.
Itaque poſt univerſales purgationes præſcribi-
mus victum tenuem, non tamen uſque adeò ſic-
cum atque cum decocto guajaci. Siquidem de-
coctum radicis chinarum vehementius ſiccat,
quàm guajaci, quod ex ſiti facilè deprehenditur.
C Sic autem parabitur:

℞. Radicum chinarum, in tenues orbiculos ſe-
ctarum ℥ j vel ℥ j ß.
Aquæ puriſſimæ ℔ x.

Coquantur in vaſe terreo vitreato ad medias.
Vas verò tam exactè cooperiatur, ut nihil exha-
let. Deinde coletur decoctum, ac ſuper cineres
continuò calidum ſervetur. Hujus decocti den-
tur ℥ viij. vel ix. pro viribus ægrotantis, ac ſudet
tres horas: ſudor diligenter abſtergatur: prandeat
D hora nona, vel decima. & rurſum hora tertia à
meridie eandem decocti doſin ſumat: lectum in-
grediatur, & ſudet: cœnabit autem hora ſexta:
ac frugalior erit cœna, quàm prandium. *Anto-
nius Chalmeteus.*

*Decoctum radicis chinæ, pro potu ordinario.*

℞. Fæces ſuperioris decocti,
Aquæ puriſſimæ ℔ xij.

Coquantur ad tertias Poteſt tertiũ & quartum
E fieri decoctum, ſi addideris radicis chinæ ʒ ij. Si
tamen vino abſtinere non poſſit, eo ſaltẽm de-
cto vinum diluatur. *Idem.*

## DE DECOCTIS purgantibus ſanguinem.

*Decoctum adianti.*

℞. Adianti veri recentis ℥ j ß.
Summitatum fumariæ, ſummitatum lupuli,
F Violarum ſiccarum ana ℥ j.
Prunorum Damaſ. N. xl.
Zizipharum N. x.
Jujubarum N. xx.

Coque libris tribus aquæ lento *igne ad duarum
librarum conſumptionem: infunde tandem*

Pulpæ caſſiæ ſolutivæ ℥ iij.
Tamarindorum ℥ ij.
Mannæ ℥ j. Rhabarbari boni ʒ iij.

Frigidum manibus frica, cola & propina * San-
guinem purgat, clarumque reddit, ardoremque
ipſius ac flavæ bilis compeſcit. *Meſues.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0293-6
DFG

*Decoctum fumariæ.*

℞.Succi Cichorii, ſucci Endiviæ, ſucci Lupulorum, ſucci Borraginis ana ℥ iv.
Succi Fumiterræ ℥ viij.
Quibus coctis & purgatis, adde
Myrob.citrinorum, Myrob.Indorum ana ʒ ij.
Paſſularum mundat. ℥ j.
Tamarindorum ℥ iij.

Frica, cola, & ſerva. * Sanguinem bile flava & aduſtis humoribus purgat, hepatis obſtructiones aperit, ac inde natum icterum ſanat. *Meſues.*

## DE DECOCTIS PURGANTIBUS BILEM FLAVAM.

*Decoctum fructuum.*

℞.Prunorum N.xl.
Sebeſten, ſive Myxariorum N.xxx.
Jujubarum N.xxx.
Tamarindorum ℥ ij.
Caſſiæ recens extractæ ℥ iij.
Mannæ ℥ j.

Macerentur fructus in aquæ libris tribus: deinde adde caſſiam, tamarindos, & mannam: fiat, ut ſuprà. * Sanguinis & bilis flavæ fervorem reprimit, ſanguinem clarum reddit, & bilem clementer educit. *Meſues.*

## DE DECOCTIS PURGANTIBUS PITUITAM.

*Decoctum thymi.*

℞.Thymi, Caſſuthæ, Hyſſopi ana ℥ j.
Paſſularum purg. ʒ xx.
Myrobal.Emblicarum, Chebularum ana ℥ j.
Turbith ʒ iv.
Stœchados, Polypodii ana ʒ v.
Eupatorii Meſuæ ʒ iij.
Rad.Apii, Fœniculi ana ʒ vij.
Abſinthii, Aniſi, Dauci ana ℥ iij.

Coque omnia in libris tribus aquæ, ad librarum duarum conſumptionem: cola. Colato adde
Turbith, Agarici ana ʒ j.
Zingiberis ʒ ß.

Macerari noctem ſine: poſtridie cola, & utere. * Phlegmagogum eſt: ob id ſenibus, & aliter pituitoſis ſalubre: ventriculum firmat, coctionem juvat, flatus à viſceribus & hypochondriis diſſolvit. *Meſues.*

*Decoctum galli ad colicam.*

Gallinaceum veterem quatuor annorum interficito, exinanitoque, & repleto ſalis foſſitii drachmis tribus, ſem.cnici, polypodii, hyſſopi ana ℥ j. ſem.dauci, anethi, ameos ana ℥ ß. turpeti ℥ iij. Deinde reſarto ventre, in xij. aquæ libris ad dimidias coquito, juris decocti ℥ iv. aut ſex potui exhibeto. *Andernacus.*

*Decoctum ſtœchados.*

℞.Stœchadis, Origani Cretici ana ʒ iv.
Sem.Apii, Fœnic.Eupatorii Meſuæ ana ʒ iij.
Schœnanthi, Hyſſopi ana ʒ ij.
A Paſſularum mund. ʒ j.
Turbith ʒ iv.

Coque ut ſuprà, & utere. * Confert pituitoſis affectibus, ut febrib. quotidianis, juncturarum & nervorum dolori, & frigidæ intemperiei. *Meſues.*

## DE DECOCTIS BILEM ATRAM PURGANTIBUS.

*Decoctum epithymi.*

B ℞.Myrobal.Indarum,
Stœchados Arabici, Epithymi,
Paſſularum mundat. ana ℥ j.
Myrobal.chebul. ſummitatũ fumariæ ana ʒ iv.
Folliculorum ſenæ ℥ j.
Polypodii ʒ vj.
Turbith ʒ iv.
Agrimoniæ ʒ v.

Omnia præter epithymum coquantur in ſeti
captini libris tribus, ad duarum librarum con-
C ſumptionem: tunc adde epithymum, & ſemel
fervefac, tolle ab igne, & adde
Hellebori nigri ʒ j.
Agarici ʒ ß.
Salis Indi ʒ j ß.

Frica, cola, & utere. * Bilem atram vacuat: ob id affectibus melancholicis, ut cancro, elephantiaſi, & cæteris confert. *Meſues.*

*Decoctio ſenæ D.Gereonis.*

℞.Folliculorum ſenæ ℥ j ß.
D Foliorum ſenæ ℥ j.
Zingiberis ʒ j.
Flor.Borraginis, Violarum,
Roſarum rub. Arantiarum ana ʒ ij.
Polypodii quercini ℥ ß.
Paſſularum purgatarum ℥ ij.
Sebeſten, Prunorum ana N.xij.
Aquæ fontis ℔ iv.

Fiat decoctio ſ.a. Modò ſena parùm ebulliat, &
vas optime obturatum per ſex horas dimitta-
E tur, deinde exprimatur. * In affectibus Melancholicis, Quartanis, Cancro, Lue Venerea valet. *Auguſtani.*

## DE DECOCTIS PURGANTIBUS HUMORES MIXTOS.

*Decoctum myrobalanorum.*

℞.Myrobal.Citrinarum, Chebularum, Indorum ana ℥ j.
F Tamarindorum ℥ j ß.
Comarum fumariæ ℥ j.
Abſinthii ʒ ij.
Prunorum N.xx.
Paſſularum mundatarum ℥ j.

Coque in libris tribus aquæ, ad duarum librarum conſumptionem: cùm imbecillum voles medicamentum, reliquæ libræ dimidio adde
Pulpæ caſſiæ ℥ ij.
Cùm autem valentius, adde
Pulpæ caſſiæ ℥ j.
Turbith, Agarici ana ʒ ß.

Frica, cola. Præſtantius fiet, ſi in ſero lactis caprini coquantur. * Bilem utramq; & pituitam purgat. *Meſues.* A

*Decoctum Eupatorii.*

℞. Eupatorii, Abſinthii,
Aſari, Nardi Indicæ,
Capill. Veneris, Cypri, Rhabarbari,
Comarum Fumariæ ana ʒ iv.
Bedeguar, Secacul ana ʒ iv.
Myrobal. Chebularum, Indarum ana ʒ iix.
Paſſularum purgatarum ℥ j.

Coque, & utere. * Hepatis & lienis obſtructiones, & inde naſcentes dolores, & febres compoſitas juvat. *Meſues.*

## DE DECOCTIS MInùs uſualibus.

### DE DECOCTIS ALTErantibus pectus.

*Decoctum pectorale.*

℞. Hyſſopi, Capill. Veneris ana M. ß.
Ficuum, Palmularum, Zizipharum,
Myxariorum ana N. iv.
Uvarum paſſarum, Hordei,
Glycyrrhizæ, Aniſi ana ʒ j.

Decoquantur in aquæ menſura quanta convenit, ad tertias. Quincunx una vice datur * ad pectoris vitia, ut tuſſim, raucedinemque, donec totum abſumatur. *Andernacus.*

*Potio pro phthiſicis, noſtra.*

℞. Cort. ligni Guajaci ℥ j.
Tuſſilaginis, Virgæ aureæ,
Plantaginis ana M. j.
Conſolidæ majoris ℥ j.
Paſſularum, Jujubarum,
Sebeſten, Glycyrrhizæ,
Cinnamomi electi ana ℥ ß.
Aquæ ferratæ menſ. iv.

Coquantur ad conſumptionem quartæ partis, cui adde olei ſulphuris, quantum ad acorem inducendum ſufficit. Uſus in prandio & cœna loco vini.

### DE DECOCTIS ALTErantibus cor.

*Decoctum cordiale.*

℞. Prunorum Damaſc. N. vj.
Palmularum Indicarum,
Paſſularum ana ℥ ß.
Glycyrrhizæ ʒ j ß.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ, Violarum,
Hordei ana P. j.
Sem. 4. com. frig. ana ʒ ß.

Aquæ fontanæ quantum alia medicamenta tres digitos ſuperare poſſit: in qua reliqua omnia coquuntur ad tertias: deinde ex jure colato datur triens, aut quincunx. Si ſæpiùs exhiberi debet, major tum aquæ, tum medicamentorum modus adhibeatur. *Andernacus.*

### DE DECOCTIS alterantibus bilem.

*Decoctum Adianthi.*

℞. Adianthi albi, Fumariæ,
Lupuli ana M. j.
Violarum ſiccarum P. j.
Prunorum N. xx.
Zizipharum N. x.

B In aqua fontana, quanta ſufficit, ad tertias uſque coquuntur: unaque vice unciæ quinque exhibentur. Vel

℞. Adianthi M. ß.
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana ℥ ß.
Cinnamomi,
Maſticis ana ʒ j.

Coquantur, ut ſuperiùs. * Hoc etiam viſcera roborat. *Andernacus.*

C *Decoctum contra urinæ ardorem.*

℞. Althææ, Malvæ,
Petroſelini rad. part. j.

Coquantur in aqua fluminis uſque ad tertiæ partis conſumptionem. coletur. Doſis ℥ ix. cum butyro recenti, ſtomacho vacuo. *Fiaſcus Eques Ferrarienſis.*

### DE DECOCTIS ALTErantibus pituitam.

D *Decoctum ex Thymo.*

℞. Thymi, Caſſuthæ,
Hyſſopi ana ℥ ß.
Radic. Apii,
Fœniculi ana ʒ vj.
Sem. Aniſi, Dauci ana ℥ j.
Paſſularum enucleatarum ℥ ij.
Glycyrrhizæ ʒ ij.

In aqua ad dimidias coquantur. In jure decocti, E Zingiberis minutim inciſi drachma ſemiſſis maceretur: mane unciæ quinque ſingulis vicibus exhibeantur. *Andernacus.*

*Decoctum provocans menſtrua.*

℞. Arthemiſiæ, Meliſſæ,
Cardui benedicti, Pulegii,
Serpylli ana M. j.

Bulliant in una menſura vini, & mane bibatur hauſtus.

### F DE DECOCTIS ALterantibus bilem atram.

*Decoctum ex Fumaria.*

℞. Succi Fumariæ ℥ iij.
Succi Bugloſſæ, Lupuli,
Endiviæ, Cichorii ana ℥ ij.
Paſſularum enucleatarum contuſarumq; ℥ j.
Glycyrrhizæ ʒ ij.

Coquantur ad tertias, colenturque. Juris unciæ duæ, cùm recens eſt, aut quatuor, cùm vetuſtior, propinantur. *Andernacus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0295-8

## DE DECOCTIS vulnerariis.

### *Decoctio vulneraria, noſtra.*

℞. Virgæ aureæ, Saniculæ,
Polygonati, Plantaginis, Salviæ minoris,
Pulegii, Ariſtolochiæ rotundæ,
Centaurii minoris ana M. j.

Coquantur in vino & aqua ana menſ. j ß. uſque ad conſumptionem duorum digitorum, coletur, & utatur mane ſtomacho jejuno, hauſtu uno.

### *Potio vulneraria, qua vulnera mirum in modum curantur.*

℞. Cereviſiæ menſ. ij.
Clematis M. j.
Arthemiſiæ rub.
Pervincæ ana parum.

Decoque ad medietatem in vaſe fictili cooperto. Deinde excola in ollam lapideam, ſive lagenam, ſic ut orificium ejus probe obſtrui poſſit, ne aër ingrediatur, poſtea uſui ſerva. Ex hac potione dabis homini vulnerato mane jejuno vêtriculo, in meridie poſt ſumptum cibum, à veſperi cùm diſceſſurus eſt cubitum: ſingulis vicibus ad quantitatem trium cochlearium, jubebisque ut læſus poſtea duabus aut tribus horis abſtineat à cibis: & quoties inde biberit, paululum inſtillet in vaſculum, & hoc vulnus abluat. Folium etiam braſſicæ rubrum liquore hujus potionis imbutum vulneri imponat, ita tamen, ut aſperius folii latus verſus vulnus ſit coaptatum, quod linteolo firmiter involvatur. *Ranzovius.*

### *Potio alia vulneraria.*

℞. Limonii ſylveſtris,
Betonicæ ana ℥ j.
Saniculæ, pedis leonis ana ʒ ß.
Vini opt. menſ. ij.

Coquantur in olla vitreata, benè obturata, per ſpacium duarum horarum. Ex hac potione homini ſauciato ſingulis diebus mane & veſperi ad quantitatem unius cochlearis exhibe bibendum: & loco affecto braſſicæ folia, vel aliquod emplaſtrum vulnerarium impone. *Ranzovius.*

### *Potio vulneraria.*

℞. Conſolidæ utriusque,
Veronicæ,
Cyclamini ana M. j.
Aſtacorum expurgatorum N. iv.
Vini albi menſ. ij.

Circulentur in balneo per triduum. Exhibeatur primis ſeptem diebus manè cochlear unum. *Quercetanus.*

### *Alia potio vulneraria.*

℞. Oculorum Cancri pulveriz. ℥ ß.
Mumiæ ʒ ij.
Boli Armeni ʒ j ß.
Herb. Agrimoniæ, Ophiogloſſi,
Veronicæ, Cyclamini ana M. j.
Spermatis Ceti ℥ j.

A Temperêtur in vino albo per noctem in balneo Mariæ. Capiat hujus cochlearia duo mane & veſperi, ſi opus ſit. Inflammationes plurimum arcent, atque ambuſtis conveniunt. *Idem.*

### *Potio vulneraria, pro reliquiis morbi temporibus.*

℞. Macis, Oculorum Cancri,
Zedoariæ ana ʒ iij.
Mumiæ, Galangæ minoris ana ʒ ij.
Nucis Vomicæ ʒ j ß.

B Craſſiuſculè contuſa imponantur in vas vitreū, affundendo vini albi menſ. j ß. macerentur lentiſſimo calore per biduum. Doſis eſt cochlear unum manè, & veſperi tantundem. Hujus potionis vis tanta eſt, ut laudari vix ſatis poſſit. *Idem.*

### *Potio vulneraria.*

℞. Herb. Saniculæ, Virgæ aureæ,
Polygoni, Plantaginis, Salviæ,
Pulegii, Centaurii minoris,
C Ariſtolochiæ ana M. j.

Coquantur in vino & aqua ana menſ. j ß. uſque ad conſumptionem duorum digitorum, coletur, & utatur mane ſtomacho jejuno. *Innominatus.*

### *Potio venenatis vulneribus ſclopetariis conveniens.*

℞. Flor. Vincæ pervincæ,
Flor. Lilii convall. ana P. j.
Galangæ, Zedoariæ ana ʒ ij.
Mumiæ, Boli Armeni veri ana ʒ j.
D Spermatis Ceti ʒ ß.
Vini albi menſ. ij.

Digerantur & circulentur in balneo Mariæ per quatuor dies. Doſis eſt cochlear unum mane & veſperi. *Idem.*

### *Potio vulneraria in fracto oſſe, ab ictu ſclopetario.*

℞. Ariſtolochiæ, Cyclamini, Serpentariæ,
Conſolidæ utriusque, Geranii ana M. j.
E Sabinæ M. ß.
Macis, Zedoariæ, Oculorum Cancri ana ℥ ß.
Mumiæ, Galangæ min. ana ʒ j ß.

Conquaſſatæ, ac minutatim conciſæ herbæ, & reliqua in pulverem craſſiuſculum redacta coquantur in duplici vaſe horis quatuor cū menſ. j vini. Utatur manè & veſperi. *Idem.*

### *Potio vulneraria cephalica.*

℞. Flor. Lilii convallii,
Betonicæ ana P. j.
F Galangæ, Macis ana ʒ iij.
Perſicariæ, Chelidoniæ,
Vincæ pervincæ, Veronicæ,
Centaurii ana M. ß.

Macerentur ut ſuprà, & ad uſum ſerventur. *Idem.*

### *Potio ſanguinem ex vulneribus erumpentem cohibens.*

℞. Olei Croci Martis,
Eſſentiæ Coraliorum ana ℈ j.

Cum aqua ſpermatis Ranarum, vel Roſarum fiat potio. *Quercetanus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0296-3
DFG

*Potio vulneraria pectoralis.*

℞.Succi Verbenæ, Betonicæ,
Veronicæ ana ℥ ij.
Aquæ Cinnamomi ℔ j.

Macerentur. *Idem.*

*Potio inferioris ventriculi vulneribus conducens.*

℞.Boli Armeni ℥ ß.
Conſolidæ utriusque ana M.j.
Galangæ ʒ ij.

Temperentur cum vino ut ſuprà, & ad uſus ſerventur. *Idem.*

*Alia pro gregariis, ſed approbata.*

℞.Croci Martis, noſtro modo præparati ℈ j.
Calcis teſtarum Ovorum ʒ j.
Syrupi Roſarum ſiccarum,
Syrupi Myrtillorum ana ℥ j.

Cum aqua florum Papaveris rubri, fiat potio, aſſumenda tribus horis ante cibum: pro quo capiat hordeatum cum aqua Roſarum, & ſemine C Papaveris, præſertim hora ſomni. *Idem.*

*Potio alexipharmaca, contra vulnera ſclopetica venenata.*

℞.Mithridatii, Theriacæ opt. ana ʒ ß.
Margar. præpar.
Coralii rub. præpar anā ℈ j.
Boli armeni ʒ ß.
Syrupi de Limonibus ℥ j.
Aquarum Bugloſſæ, Scabioſæ ana q.ſ. D

Fiat potio. Reiteretur bis, vel ter, ſi opus videatur. *Quercetanus.*

*Alia pro ditioribus.*

℞. Auri vitæ,
Eſſentiæ Margaritarum ana G.vj.
Eſſentiæ Coraliorum G.iix.
Terræ ſigillatæ electæ ℈ j.
Aquæ theriacalis noſtræ ℥ ij.

Fiat potus, ſtatim ſumendus. Cor mirificè ab omni veneno & contagione tuetur. *Quercetanus.* E

## DE DECOCTIS PURGANTIBUS BILEM FLAVAM.

*Decoctum bilem educens.*

℞.Intybi, Cichorii,
Eupatorii, id eſt, Agrimoniæ M.ß.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ,
Violarum ana P.ß.
Tamarindorum ℥ j. F
Prunorum Damaſc. N.v.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ j ß.

Decoquantur, ut ſuprà, in aqua ad tertias. *Andernacus.*

*Decoctum ſeu Apozema in febri tertiana utile.*

℞.Cichorii cū radice, Aceroſę, Endivię ana M.j.
Semina quatuor frig. maj. ℥ ß.
Rad. Graminis,
Aſparagi maceratarum in aceto ana ʒ iij.

A Fiat decoctio ex aqua, ad ℔. unam colaturæ claræ adde
Sacchari albi,
Succi Arantiorum, vel Granatorum, aut
Syrupi de acredine Citriorum ana ℥ iij.

Vel in fine decoctionis, adde Aceti acerrimi & Mellis optimè deſpumati ana ℥ iij.

Fiat Apozema clarum, quod Aroma trahat ex Sandal alborum ℈ ij. Æger ter vel quater ex hoc bibat. *Heurnius.*

B *Aliud mixtos potiùs educens humores.*

℞.Paſſularum ℥ ß.
Galangæ inciſæ ʒ j.
Flor. Borraginis, Violarum ana ʒ j.
Senæ ʒ vj.

*Horum decoctio & infuſio ſtet per noctem, & manè rurſus ebulliat, & fortiter exprimatur. Poſt*

℞.Expreſſi ℥ iv.
Syrupi Roſ. lax. Mannæ ana ℥ j.
Syrupi conſervæ Zingiberis ʒ j.
Aquæ Cinnamomi cochlearium unum.

Miſce, & fiat potus. *Crato.*

## DE DECOCTIS PURGANTIBUS PITUITAM.

*Decoctum pituitam educens.*

℞.Hyſſopi, Thymi ana P.ß.
Sem. Cnici ℥ vj.
D Sem. Aniſi. Fœniculi ana ʒ j ß.
Polypodii ℥ ß.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ ij.

Decoquantur in aqua ad tertias, ut ſuprà. *Andernacus.*

## DE DECOCTIS PURGANTIBUS ATRAM BILEM.

*Galli decrepiti decoctum.*

℞.Hyſſopi, Calaminthæ ana M.j.
E Paſſularum mundatarum ℥ j ß.
Aniſi, Fœniculi,
Carvi ana ʒ vj.
*Sem. Carthami ℥ ij.*
*Polypodii quercini recentis ℥ j ß.*
Trium florum cordi dicatorum ana P.j.
Flor. Chamæmeli, Meliloti ana P.ß.

Includantur omnia in ventre galli decrepiti, præparati ut decet: in fine coctionis adde
Foliorum Senæ ℥ ij.
F Agarici trochiſcati ʒ x.

Fiat colatura ad ℔ ij. ac reponatur. Accipiemus præſcripti decocti ℥ iv. Serapii violati ℥ j. Fiat hauſtus: ſi robuſtior fuerit æger, adde ʒ ij. *Diaphœnici aut Benedictæ laxativæ. Heurnius.*

*Decoctum atram bilem vacuans.*

℞.Bugloſſæ, Scolopendrii ana M.ß.
Senæ Alexandrinæ ℥ j.
Flor. Violarum, Thymi,
Epithymi ana P.j.
Sem. Aniſi, Fœniculi ana ʒ ß.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0297-9 DFG

Zingiberis ℈ j ß.
Paſſularum ℥ ß.
Prunorum Damaſc. N. x.

Decoquantur in aqua ad tertias. Ex jure hoc ſumantur ℥ iv. *Andernacus.*

### *Decoctum Hellebori nigri.*

℞. Cort. rad. Hellebori nigri præparati ʒ ij.
Aniſi, ſem. Fœniculi ana ʒ j.
Cinnamomi,
Caryophyllorum ana G. iij.

Fiat decoctio ſ. a. cujus doſis ℥ iij. cum confectionis Hamech ℥ ß. *Auguſtani.*

### *Aliud.*

℞. Myrobalanorum omnium ana ℥ ß.

Comminuantur craſſe, & macerentur per diem & noctem in Aquæ Fumariæ ℔ vij. & adde
*Polypodii, Grithymi*, Senæ ana ℥ j.
Glycyrrhizæ, Sem. Citri,
Hermodactylorum ℥ ß.
Caryophyllorum ana ʒ ij.
Corticum præparatorũ Hellebori nigri ℥ ß.

Coquantur ad medietatis exhauſtionem cum tenui expreſſione. Accipe hujus decocti partem ſextam,
Syrupi de Fumaria compoſiti,
Syrupi Roſati ſolutivi ana ℥ j.
De corticibus Citriorum ℥ ß.

Miſce, bibat. * Medetur Hypochondriacis & laborantibus ex malo Venereo. *Heurnius.*

## DE DECOCTIS PURgantibus humores mixtos.

### *Decoctio aperitiva lenitiva major.*

℞. Herbarum Endiviæ,
Cichoreæ, Fumi terræ ana M. j.
Herbarum Eupatorii,
Borraginis, Bugloſſæ, Cuſcutæ,
Scolopendrii veri ana M. ß.
Glycyrrhizæ raſæ,
Rad. Fœniculi,
Rad. Apii, rad. Petroſelini,
Paſſularum ana ℥ ß.
Sem. Aniſi, Fœniculi ana ʒ ij.
Comarum Thymi,
Epithymi ana ʒ j ß.
Cort. rad. Tamariſci,
Cort. rad. Capparorum ana ʒ ij.
Fol. Senæ ℥ ij.
Polypodii quercini ℥ j.
Agarici electi ℥ ß.

Incidenda incidantur, & quæ contundi debent, conterantur, & miſceantur omnia ſimul, ſerventurque pro uſu. * In viſcerum obſtructionibus, & contumacibus eorum affectibus valet. *Auguſtani.*

### *Decoctio aperitiva lenitiva minor.*

℞. Herbarum Agrimoniæ,
A Lupulorum, Cichoreæ,
Cuſcutæ, Betonicæ,
Ceterach, Endiviæ,
Fumi terræ ana ℥ ij.
Rad. Apii, Fœniculi,
Petrolelini, Acori,
Glycyrrhizæ ana ℥ iv.
Aſari ℥ j.
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana ℥ j.
B Polypodii quercini ℥ xij.
Prunorum Damaſcenorum,
Ficuum pinguium ana N. xxxij.
Paſſularum ℥ iv.
Senæ Alexandrinæ ℥ j.
Florum Borraginis,
Bugloſſæ, Violarum,
Roſarum rub. ana ℥ j.

Incidantur & contundantur, & miſceantur omnia ſimul. *Auguſtani.*

### C *Decoctio aperitiva major cum rhabarbaro.*

℞. Specierum decoctionis aperitivæ majoris,
Specierum decoctionis lenitivæ minoris ana ℥ iij.

Decoquantur in aquæ libris ſex, ad conſumptionem duarum librarum. Colaturæ fervidæ infunde
Rhabarbari electi ℥ ß.
D Cinnamomi ʒ ij.
Salis gemmæ ℈ j.
Spicæ Indicæ ℈ ij.
Spec. Diarrhodon Abbatis ℈ iv.
Sacchari ℥ xij.

Miſceantur pro uſu. * Valet in hydrope, & cæteris morbis diuturnis, frigidis, pituitoſis, ac bilioſis, aut mixtis. *Idem.*

### *Decoctum laxativum in Majo.*

E ℞. Fumi terræ M. iij.
Lupulorum,
Hyſſopi,
Rad. Cichorii ana M. ij.
Abſinthii M. j.
Senæ ℥ j ß.
Polypodii ℥ j.
Seri caprini menſ. ij.

Bulliant ad conſumptionem tertię partis. * Prodeſt ſcabioſis & delicatis.

### F *Potio purgans pro delicatis.*

℞. Cinnamomi,
Zingiberis ana ʒ ij.
Nucis moſchatæ ʒ j.
Aniſi ℥ ß.
Fol. Senæ ℥ j ß. vel ℥ ij.
Sacchari ℥ iij. vel q. ſ.

Stent ſimul per noctem in vino antiquo quantum ſatis pro tribus doſibus. poſtea bulliant parum, & fiat hauſtus.

### *Alia.*

℞. Senæ pulverizatæ ℥ j ß.

Liquiritiæ,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0298-5
DFG

Liquiritiæ, Zingiberis ana ℥ ß.
Aniſi ʒ ij.
Contundantur, & bulliant in dimidia vini menſura parum, addaturq; ſacchari q.ſ. *D. Meching.*

*Alia.*

℞. Senæ ℥ ij ß. vel ℥ iij.
Sacchari ℥ ij. vel Liquiritiæ ℥ j.
Aniſi ℥ j ß.
Zingiberis ℥ vj.
Vini, Aquæ ana quart. ij.
Bulliant ad hauſtus quatuor ultra tertiam partem. *Idem.*

*Potio purgatoria.*

℞. Mannæ Calab. opt. ℥ vj.

A Rhabarbari electi ℈ ij.
Spec. Hieræ ſimpl. ℈ ß.
Aquæ Endiviæ ℥ iv.
Syrupi de Bugloſſa ʒ ß.
Miſce diligenter. *Ranzovius.*

*Potio vomitoria ſine moleſtia.*

℞. Corticis mediani juglandis juxta radicem ʒ ij. vel iij.
Vini albi ſcyphum dimidium.

B Macerentur per totam noctem. Bibatur manè poſt cibum, aut paulò ante cibum. Si verò poſt dimidiam horam non ejicitur, tunc digitus aut penna oleo tincta in fauces demittatur, & ſtatim ſequetur vomitus. *Ranzovius.*

# De Infusionibus, *Sectio IIX.*

Infusio, quæ & dilutio, & maceratio, & irrigatio nonnunquam appellatur. Infunduntur autem eædem materiæ, quæ in apozematibus concoquuntur, pulveratæ, confuſæ vel ſolidæ: idque in humore ſimili, ſed ferè calfacto cineribus calidis, vel Sole, vel ſuper fornacem, ut medicamenti vires promptiùs trahat. Sunt autem infuſa vel

- Simplicia, cùm *materia ſimplices irrigantur, vel in*
  - Aqua: *ut* — *Infuſio Roſarum, Violarum. De quibus vide ſuprà in tractatu Syruporum & Vinorum.*
  - Aceto: *ut* —
    - Acetum *Scillinum,*
    - Acetum *Roſatum,*
    - Acetum *Salviatum,*
    - Acetum *Sambucatum,*
    - Acetum *Roſmarinatum,*
    - Acetum *Lavendulæ.*
- Compoſita, *quando materiæ diverſæ macerantur. Atq; horum alia purgant*
  - Bilem: *ut* —
    - Infuſum *ſeri lactis,*
    - Aliud *ſerum lactis,*
    - Infuſum *ſucci herbarum,*
    - Infuſio *ad bilem prima,*
    - Infuſio *ſecunda,*
    - Infuſio *tertia,*
    - Infuſio *quarta,*
    - Infuſio *quinta, &c.*
  - Pituitam: *ut*
    - Infuſio *Hieræ,*
    - Infuſio *ad pituitam prima,*
    - Infuſio *ad pituitam ſecunda,*
    - Infuſio *ad pituitam tertia,*
    - Infuſio *ad pituitam alia,*
    - Infuſio *ad colicam alia.*
  - Melancholiam: *ut* — Infuſio *ad atram bilem.*
  - Sanguinem: *ut* Infuſio *ad ſanguinem mundandum.*

## DE CLYSTERIBUS nutrientibus.

*Clyſter nutriens.*

℞. Aquæ deſtillationis Capi, vel decoctionis ℔ j ß.
Sacchari roſati ℥ ß.
Miſce, & injiciatur poſt rejecta excrementa, vel cùm dormituri: alioqui excrementa miſcerentur, & inficeretur id quod injicitur. *Rondeletius.*

*Clyſter nutriens, alius.*

℞. Lactis vaccini ℔ j ß.
Mellis ℥ iij.
Injiciatur, ut ſuprà. *Rondeletius.*

*Alius nutriens.*

℞. Decoctionis Hordei mundati, in cremorem converſi ℔ j ß.
Vini quart. j.
Miſce, & injiciatur, ut ſuprà. Vinum addendum eſt ad diſtribuendum cremorem Hordei, tumq; augenda eſt ipſius vini quantitas, pro craſſitudine cremoris. *Rondeletius.*

*Alius nutriens.*

℞. Decoctionis Pulli, vel Hordei perfectè cocti ℔ j ß.
Vitellorum Ovorum N. iij.
Vini ℥ iij.
Miſce, injiciatur, ut priùs admonui. Optimè ægrotos nutrit. *Rondeletius.*

ANNOTATIO.

*Ad nutriendum clyſteres aliquando ſunt ex uſu, cùm ægri ob imbecillitatem ætatis, vel morbi, vel teneram ætatem cibum devorare, aut devoratum retinere non poſſunt.* Rondeletius.

## DE CLYSTERIBUS calfacientibus.

*Clyſter ad morbos capitis frigidos & inteſtinorum.*

℞. Mercurialis,
Origani, Calaminthæ, Rutæ ana M. ij.
Fol. Centaurii minoris, Anthos,
Stœchados, Chamomillæ ana P. j.
Agarici in panno ligati ʒ ij. vel
Colocynthidis ℥ ß.
Aniſi, Fœnugræci ana ʒ iij.
Fiat decoctio in aqua maris vel fontis. In ℔ j ß. decoctionis diſſolve
Benedictæ ℥ j.
Olei communis ℥ ij.
Fiat clyſter. *Rondeletius.*

*Clyſter ad pituitam alterandam.*

℞. Rutæ Pulegii, Calaminthæ,
Origani ana M. j.
Sem. Fœnigræci, Carvi,
Cumini, Seſeleos ana ℥ j ß.
Flor. Chamomillæ, Meliloti,
Anthos, Stœchados ana P. ij.

A Decoquantur ex jure pingui interaneorum ℔. huic vini malvatici, vel albi veteris, aut rufi triēs, olei Anethini tantundem addatur, mixta alvo, quando opus eſt, injiciantur. *Andernacus.*

## DE CLYSTERIBUS refrigerantibus.

℞. Malvæ, Violarum, Lactucæ.
Fol. Cucurbitæ, vel Cucumeris, vel
B Peponum ana M. j.
Sem. Cucurbitæ, Cucumeris,
Citrulli, Melonum ana ℥ ß.
Prunorum Damaſc. N. xx.
Flor. Violarum, Bugloſſæ ana P. j.
Decoquantur in aqua ad libram. In hac Mellis vel Sacchari rubri ℥ j. diluitur, olei Violacei ℥ iij.
Miſce, & injiciantur. *Andernacus.*

*Clyſter ad bilem alterandam.*

℞. Hordei excorticati,
C Sem. Lini ana ℥ ij.
In aqua coquantur. Juris hujus decocti libræ, Olei communis ℥ iv. addantur, & per inferiora indantur. *Andernacus.*

*Clyſter ad bilem contemperandam, alius.*

℞. Malvæ, Violarum,
Hordei ana M. j.
Fiat decoctio in aqua, de qua accipe libram u-
D nam: cui adde
Sacchari rubri ℥ j ß.
Vitell. Ovorum N. j.
Olei Violacei ℥ iij.
Salis parum.
Miſce, & fiat clyſter.

## DE CLYSTERIBUS emollientibus.

*Clyſter emolliens.*

E ℞. Rad. Malvæ, rad. Biſmalvæ,
Rad. Liliorum ana quart. j.
Malvæ, Biſmalvæ ana M. j.
Sem. Lini ℥ j.
Ficuum paria xx.
Flor. Meliloti, Violarum ana P. j.
Aniſi ʒ iij.
Decoquantur in jure pingui, vel in aqua fontis, & in ℔ j. diſſolve
F Olei communis, vel Butyri recentis, vel axungiæ porci ℥ iij.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

*Clyſter emolliens alius.*

℞. Parietariæ, Atriplicis,
Mercurialis, Malvæ ana M. j.
Rad. Liliorum alb. rad. Ebuli ana ℥ j.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ ß.
Aniſi ʒ ij.
Ficuum N. iv.
Flor. Chamomillæ, Violarum ana P. j.
Prunorum N. v.

Decoquun-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0300-0

Decoquuntur uſq; ad libram. In jure diluuntur
Caſſiæ, Diapruni S. ana ℥ j.
Hieræ picræ ʒ v.
Mellis Violacei,
Butyri recentis,
Olei Violacei, Liliacei ana ℥ j ß.
Injiciatur clyſter tribus horis ante cibum. *Andernacus.*

### *Clyſter emolliens & ſtimulans.*

℞. Herbarum quatuor emollientium ana M. j.
Sem. Carthami ℥ j.
Fœniculi, Aniſorum,
Cari ana ʒ iij.
Fiat decoctio ex aqua.
℞. præſcripti decocti ℔ j.
Hieræ ſimpl. vel Diaphœnici, vel
Benedictæ laxat. aut elect. Indi majoris, aut de Citro ℥ ß.
Mellis deſpumati ℥ j.
Salis communis ʒ j. vel
Salis gemmæ ℈ j. vel ʒ ß.
Olei Chamomelini & Violarum ana ℥ j ß.
Miſce, & fiat clyſter. *Heurnius.*

### *Clyſter ad ſcirrhum uteri, emolliens.*

℞. Rad. Althææ ℥ ij.
Cort. rad. Ulmi ℥ ij.
Malvæ M. ij.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ ß.
Ficuum par. xx.
Sem. Apii, Petroſelini,
Althææ ana ʒ ij.
Florum Chamomillæ, Meliloti,
Violarum, Malvæ ana P. j.
Fiat decoctio in aqua, vel jure inteſtinorum porci vel vervecis, vel jure pingui. Decoctioni adde
Pinguedinis porci, vel Butyri recentis, vel Olei ℔ ß.
Injiciatur ℔ ß. frequenter. *Rondeletius.*

## DE CLYSTERIBUS aſtringentibus.

### *Clyſter aſtringens & conſolidans.*

℞. Hordei integri aſſi P. j.
Biſtortæ ℥ iij.
Plantaginis, Linguæ paſſerinæ,
Sumach ana M. j.
Fiat decoctio. In ℔ j. diſſolve
Sevi hircini ℥ ij.
Miſce, & fiat clyſter. Detur poſt clyſteres deterſorios, vel purgationem excrementorum. *Rondeletius.*

### *Alius aſtringens & conſolidans.*

℞. Rad. Tapſi barbati ℔ ß.
Sumach, Plantaginis, vel Myrti, vel
Caudæ equinæ, vel Herniariæ, vel
Polygoni ana M. j.
Cort. Mali granati, Balauſtiorum ana ℥ j.
Roſ. rubr. P. j.
Fiat decoctio in aqua ferrata. In ℔ j. diſſolve

A Succi Plantaginis ℥ ij.
Sevi hircini ℥ j ß.
Miſce. *Rondeletius.*

### *Clyſter ad lienteriam & diarrhœam.*

℞. Rad. Tapſi barbati,
Rad. Biſtortæ ana ℥ iv.
Hypericonis, Myrti,
Summitatum rubi ana M. j.
B Pyrorum ſylveſtrium, vel Pomorum, vel
Caſtanearum paria xx.
Roſarum P. j.
Fiat extractio in aqua ferrata. In ℔ j. diſſolve
Acaciæ, vel Hypociſtidos ℥ ß.
Miſce: injiciatur poſt aliquam deterſionem, per medicamentum purgans & aſtringens, ut Rhabarbaro, vel Myrobalanis. *Rondeletius.*

### *Clyſter ad lienteriam.*

℞. Rad. Cyperi. Tapſi barbati,
Biſtortæ ana ℥ j.
C Abſinthii, Fol. Cupreſſi ana M. j.
Nucum Cupreſſi N. iij.
Flor. Roſarum,
Flor. Anthos, Stœchados,
Salviæ ana ℥ j.
Fiat extractio in aqua ferrata, & vino aſtringente. In ℔ j. diſſolve
Hypociſtidos, Ladani ana ℥ ß.
Fiat clyſter: injiciatur. *Rondeletius.*

### D *Clyſter aſtringens & ſiccans.*

℞. Hordei toſti P. ij.
Verbaſci, vel Polygoni, vel utriuſque Plantaginis, vel Myrti, vel Lentiſci P. ij.
Roſarum P. j.
Coquantur in aqua pluviali, aut ferrata. In libra una diſſolve
Mellis roſacei colati ℥ j.
Succi Plantaginis ℥ ij.
Sevi hircini ℥ j.
E Miſce: & per inferiora infundantur. *Andernacus.*

## DE CLYSTERIBUS detergentibus.

### *Clyſter detergens in principio dyſenteriæ & teneſmi.*

℞. Hordei integri P. ij.
Fiat decoctio in aqua. In ℔ j. diſſolve
Sacchari rubri, vel Mellis communis ℥ j.
F Miſce, ac fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Clyſter detergens ac ſiccans.*

℞. Hordei integri aſſi P. ij.
Roſarum rub. P. j.
Fiat decoctio. In ℔ j. diſſolve
Mellis roſ. ℥ ß.
Sacchari roſati tabulati ℥ j.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Clyſter detergens valdè.*

℞. Lentium, Lupinorum ana P. j.
Fol. Myrti, Oleæ, Abſinthii ana M. j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0301-6 DFG

*Infuſio ad pituitam alia.*

℞. Decocti ad pituitam educendam, quantum ſatis eſt,
Agarici trochiſcati ʒ j. vel ℈ iv. vel ʒ j ß. macerato.

Ex eodem jure colato, Diacnicu, vel Diaphœnicon, vel Benedictæ ʒ iij. vel ℥ ß. cum ſyrupi Violacei ℥ j. dilues, potuiq; propinabis. *Andernacus.*

*Infuſio ad colicam.*

℞. Hyſſopi,
Calaminthæ ana M. j.
Paſſularum ℥ j ß.
Aniſi, Fœniculi,
Carvi ana ℥ vj.
Sem. Cnici ℥ ij.
Polypodii ℥ j ß.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ,
Violarum ana P. j.
Flor. Chamomillæ P. ß.

C Omnia gallinacei curſu agitati defatigatique, & præparati, ut decet, ventri impoſita, ex aquæ ſextariis quinq; ad tertias decoquito. In fine, dum adhuc fervent, injicito fol. Senæ ℥ ij ß. Agarici trochiſcati ʒ x. finito per noctem macerari: deinde jus coletur ſerveturq; uſui. Cùm neceſſitas poſtulat, ℥ iv. ſumito, additoq; ſyrupi Violacei ℥ j ac potui exhibeto. Si parum proficere medicina videbitur, quòd æger forte alvum habeat difficilem, Diaphœniconis, aut Benedictæ ʒ j ß. aut ʒ ij. adjicito. * Hæc potio ad morbos, tum
D ex pituita, tum ex atra bile ortos plurimum valet: verùm præcipuus ejus uſus eſt ad colicos dolores, partim ex pituita, partim ex flatuoſi materia creatos. *Andernacus.*

## DE INFUSIS PURgantibus bilem atram.

*Infuſio ad atram bilem prima.*

℞. Confectionis Hamech ℥ ß.
E In aquæ Fumariæ, aut Mercurialis, aut Cyrſii unciis quatuor diluito, addito ſyrupi Lupulorum ℥ j. & potui dato. *Andernacus.*

*Infuſio ad atram bilem ſecunda.*

℞. Catholici ℥ ß. vel ʒ vj.

In decocti proprii unciis quatuor dilues, addesque ſyrupi Violacei ℥ j. & potui dabis. Confectio Hamech etiam ex aquis idoneis, vel decocto Mercurialis aſſumi poteſt. *Andernacus.*

F *Infuſio ad atram bilem tertia.*

℞. Fumi terræ,
Lupulorum ana M. ß.
Fol. Borraginis, Bugloſſæ,
Violarum ana P. j.
Paſſularum ʒ iij. vel ℥ ß.
Polypodii ʒ ij.
Caſſuthæ,
Epithymi ana ℥ iij.
Aniſi Glycyrrhizæ ana ℥ j ß.

In aquæ libra ad dimidias incoquentur. In jure

A decocti fol. Senæ ʒ iij. Catholici ℥ j. macerabuntur, ſyrupi Violacei tantundem adjungetur. Tota potio una vice propinabitur. *Andernacus.*

*Infuſio alia ad ſcabiem.*

℞. Braſſicæ marinæ M. j.
Paſſularum ℥ j.

In juſculo gallinacei, vel pulli coquito, & confectionis Hamech ʒ iij. ſyrupi de Fumo terræ ℥ j. in juris prædicti triente diluito, datoque potui. *Andernacus.*

B *Infuſio alia ad atram bilem, ex ſero lactis.*

℞. Foliorum Senæ ℥ ß.

Macerentur in ſero lactis per noctem. In jure expreſſo colatoque, diluito Diacatholici ℥ j. vel ʒ x. vel ℥ j ß. ac potui aſſumantur. *Andernacus.*

*Infuſio alia ad idem.*

℞. Epithymi Cretenſis ℥ j.

Inferveſcat in ſero lactis caprini. Hoc deinde
C coletur, & exprimatur valde, addita ſyrupi Violacei ℥ j. quæ ſi parùm ſolvere ventrem videatur, nonnihil Catholici reliquis adjici poterit. *Andernacus.*

*Infuſio vel potio alia ad idem.*

℞. Cort. Ellebori nigri ʒ j ß.
Sem. Aniſi, Fœniculi,
Citri ana ʒ ß.
Cinnamomi,
Zingiberis ana G. vij.
D Paſſularum ℥ ß.
Seri Caprilli ℥ iix.

Fiat infuſio: expreſſio bibatur cum Manna, vel ſyrupo Roſato ſolutivo. *Heurnius.*

*Alia.*

℞. Epithymi, Senæ ʒ j ß.
Fol. Lupuli, Aſpleni ana P. j.
Pruna N. x.

Infunde ſero, factaque forti expreſſione, adde
E Confectionis Hamech ʒ iij.
Syrupi de Polypodio ℥ ij.

Bibatur ad idem. *Heurnius.*

## DE INFUSIS SANguinem puriorem reddentibus.

*Infuſio purgans ſanguinem.*

℞. Capill. Veneris M. j.
F Violarum P. j.
Glycyrrhizæ raſæ ʒ ij.
Paſſularum ℥ ß.
Ficuum N. iix.
Myxariorum N. vj.

In aqua decoquantur ad dimidias. In jure decocti per noctem macerentur
Rhabarbari electi ʒ j.
Spicæ nardi ℈ j.
Senæ ʒ iij.

Manè leviter exprimantur, colenturq; : addatur Julapii Violacei ℥ j potuiq; detur. *Andernacus.*

DE CLY-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0302-2

# *De Clysteribus, Sectio IX.*

- **Clyster**, Latinis Ablutio, Enema, Injectio dicitur. Sunt autem alii
  - Nutrientes: *ut*
    - Clyſter *ad nutriendum.*
    - Clyſter *ad nutriendum alius.*
    - Alius, *alius, &c.*
  - Alterantes, *qualitate*
    - Prima. *Sic alii*
      - Calefacientes: *ut*
        - Clyſter *ad morbos capitis calefaciens.*
        - Clyſter *ad pituitam alterandam, &c.*
      - Frigefacientes: *ut*
        - Clyſter *refrigerans.*
        - Enema *humores biliosos alterans, &c.*
    - Secunda: *Sic alii*
      - Emollientes: *ut*
        - Clyſter *emolliens*
          - Unus.
          - Alter.
        - Clyſter *ad ſcirrhum uteri, &c.*
      - Aſtringentes: *ut*
        - Clyſter *aſtringens & conſolidans.*
        - Clyſter *ad lienteriam.*
        - Clyſter *ad diarrhœam.*
        - Clyſter *aſtringens & ſiccans.*
      - Detergentes: *ut*
        - Clyſter *detergens in dyſenteria,*
        - Clyſter *detergens & deſiccans,*
        - Clyſter *ad ulcus uteri, &c.*
      - Conſolidantes: *ut* — Clyſter *glutinatorius.*
      - Urinam *provocantes: ut* — Clyſter *ad retentionem urinæ.*
      - Calculum *comminuentes: ut* — Clyſter *ad comminuendum calculum.*
      - Vermes *necantes: ut*
        - Clyſter *ad necandos vermes.*
        - Clyſter *ad aſcarides.*
        - Clyſter *ad vermes in ventriculo,*
        - Clyſter *ad vermes cum febri, &c.*
      - Dolorem *ſedantes: ut*
        - Clyſter *ad colicum dolorem,*
        - Clyſter *ad colicũ dolorem ex pituita vitrea,*
        - Clyſter *ex Hippocratico,*
        - Clyſter *ad dolorem nephriticum,*
        - Clyſter *ad paſſionem iliacam,*
        - Clyſter *ad dolorem coxendicum,*
        - Clyſter *ad dolores dyſentericos, &c.*
      - Purgantes
        - Bilem: *ut* — Enema *ad bilem.*
        - Pituitam: *ut* — Enema *ad pituitam.*
        - Bilem *atram: ut* — Clyſter *ad humores melancholicos.*
        - Aquam: *ut*
          - Clyſter *ad aſcitem,*
          - Clyſter *ad tympaniten,*
          - Clyſter *ad anaſarcam, &c.*
      - Flatus *diſcutientes: ut*
        - Clyſter *ad flatus,*
        - Clyſter *ad flatus uteri, &c.*

## DE ACETIS.

A

### *Acetum quomodo fiat ſtatim.*

℞. Ovorum aſſatorum uſque ad duritiem N. ij.
Zingiberis, Spicæ, Piperis ana G. xx.
Hordei G. v.
Butyri ℥ ß.

Paſtæ de fermento acri iij. vel x. balotos ad quantitatem nucis communis, ponantur ſimul ad amphoram in vino, & ſtatim in acetum forte convertitur.

### *Ad faciendum acetum ſtatim.*

℞. Tartari, Zingiberis,
Piperis ana part. j.

Pone per octo dies in aceto optimo: tunc ſicca: & quando vis habere acetum, pone in vino, & ſtatim erit acetum.

### *Aceti conficiendi ratio.*

℞. Vini optimi, Farinæ ſiliginis q. ſ. eſt.

Miſce, & fiat paſta, ex qua fiant panes parvi in clibano cocti. Poſtea extrahe, & infunde in aceto fortiſſimo, & acutiſſimo: iterum fiat paſta: iterumque coquantur in clibano: idque toties reiteretur, quouſque panes non amplius diſſolvantur in aceto. De iſtis panibus pone in vino, & ſtatim convertetur in acetum.

### *Acetum deſtillatum.*

Acetum contrario modo ac vinum deſtillatur. Quod enim è vino primùm exit, tenuius & melius eſt: at ex aceto, nequaquam. Itaque priores duæ partes, quæ exeunt, rejiciuntur, quòd minus habeant acrimoniæ, tertia pars colligitur, quæ ut acrior, ita minus frigida, quàm acetum eſt. Tertiam partem, quam collegerunt, quidam ter, aut quater ſupra fæces reponunt, ac deſtillant, ut evadat acrior, tum ipſarum fæcum, tum ignis ratione. *Rubeus.*

### *Acetum theriacale, deſtillatum.*

Deſtillatur & acetum cum theriaca, addita aqua vitæ: exitque aqua multarum virtutum, mirabilis ad ulcera faucium & gutturis, cùm ex pravis deſtillationibus, in morbo Gallico eroduntur: præcipuè autem valens, ubi profundiùs deduci vis medicamenti debet. Quòd ſi bolum Armenum, aut ſphragida in ea diſſolveris, ac eroſas partes tetigeris, ſeminaria ejus contagionis abſumuntur, & ſanatur omnis eroſio. Valet optimè, ſi loca oblinantur, unde pili cadunt, barba præſertim, ſupercilia, & caput. *Fracaſtorius.*

### *Acetum deſtillatum, vomitorium.*

Acetum vomitorium fit, ſi pileo plumbeo, patinaque ærea, ut communis officinarum deſtillandi uſus invaluit, acetum deſtilletur, nulla rejecta parte, & ejus aquæ ſtillatitiæ, quæ dulcem ſaporem præ ſe fert ad ℥ iv. exhibeatur, cùm vomitum ciere animus eſt. Mirificè enim & nullo labore aut moleſtia id ciet: in pueris, ac debilioribus duæ unciæ ſatis ſunt: ſtomachum optimè purgat. *Rubeus.*

### *Acetum roſaceum.*

℞. Roſarum rubr. mediæ maturitatis, præſectis & abjectis unguibus, hoc eſt, imis foliorum partibus, abſque rore ſine pluvia lectarum, in umbra extra Solem ad triduum, aut quatriduum expanſarum & reſiccatarum ℔ j.
Aceti ſextarios iix.

Inſolentur diebus quadraginta. Deinde reponantur, vel (quod melius eſt) abjectis foliis corruptis, acetum coletur, ac reponatur. B Quidam ſæpiùs mutant folia roſarum, nec ita diu ſtare in Sole ſinũt, (verbi gratia ad dies triginta, vel pauciores) ut elegantius colore aſpectuq; , & ſapore odoreque validius fiat acetum. Ad normam & exemplum aceti roſati parari etiam poſſent,

Acetum Salviatum, ex floribus ſiccatæ Salviæ:

Sambucatum, ex floribus ſiccatis Sambuci:

Rosmarinatum, vulgò Anthosatum

C dictum, ex floribus ſiccatis Roriſmarini:

Acetum Lavendulæ, ex floribus ſiccatis Lavendulæ:

Acetum Caryophyllatum, ex floribus Caryophyllorum. *Medici Colonienſes.*

## DE DILUTIS SEU INfuſis purgantibus bilem.

### *Infuſum ſeri lactis.*

D ℞. Fol. Roſarum recentium, completarum, mundatarum ℥ ij.
Rhabarbari electi ʒ ij. G. xij.
Nardi Indicæ ʒ j ß.

Rhabarbarum & Roſæ minutim incidantur, aut terantur, ſpica inciditur: macerentur per noctem in ſeri lactis, præſertim caprini, libris duabus. Cola leviter exprime & propina. *Bilem flavam clementer educendo, ſanguinem purgat. *Meſues.*

E

### *Aliud ſerum lactis.*

℞. Florum Borraginis,
Buglosſæ, Fumi terræ,
Epithymi ana M. ß.
Polypodii quercini ʒ vj.
Fœniculi ʒ ij.
Folliculorum Senæ ℥ ß.
Aquæ lactis ℔ iij.

Fiat decoctio ad tertiæ partis conſumptionem: addantur

F Mellis Roſati ℥ ij. *Auguſtani.*

### *Infuſum ſucci herbarum.*

℞. Succi Intybi, Succi Lupuli,
Succi Borraginis, purgatorum ana ℥ iix.
Myrobalanorum citrinorum ℥ j.
Rhabarbari electi ʒ iij.
Tamarindorum ℥ j ß.
Pulpæ Caſſiæ ſolutivæ ℥ iij.

Myrobalani & Rhabarbarũ teruntur, & per noctem in ſuccis macerantur: deinde manu compreſſum colatur, & propinatur. * *Idem quod præcedens præſtat. Meſues.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0304-3
DFG

*Infuſio ad bilem prima.*

℞. Rhabarbari electi ℥ ij.
Cinnamomi,
Myrobalanorum citrinorum ana ʒ ß.

Macerentur in aquarum ſtillatitiarum Abſinthii & Fumariæ ana ℥ ij. In jure colato Syrupi roſati laxat. ℥ j. additur, daturq; ægrotantibus potui. *Andernacus.*

*Infuſio ad bilem ſecunda.*

℞. Palmularum Indarum ℥ j.
Flor. Borraginis, Buglоſſæ,
Violarum ana P. ß.
Glycyrrhizæ raſæ ʒ j ß.
Prunorum Damaſc. N. vj.

Decoquantur in aquæ libra. Palmulæ è jure decocti valide exprimantur, & ubi id colatum fuerit, Caſſiæ fiſtularis recentis ℥ vel ʒ x. in eo diluantur, denturq; potui.

*Infuſio ad bilem tertia.*

℞. Diaprunon ſimplicis ℥ ß. vel ʒ vj.
Diaprunon ſolutivi ʒ j ß. vel ʒ ij.
Syrupi Adianthi ℥ j.

Sin autem metuas offenſionem ex Diagrydio, Rhabarbari expreſſi ʒ j. vel ℈ iv. in locum illius ſurrogare poteris, & ex jure communi dilutum potui exhibere. *Andernacus.*

*Infuſio ad bilem quarta.*

℞. Caſſiæ fiſtularis recent. ℥ j.
Rhabarbari minutim inciſi ℈ ij.
Spicæ nardi G. iij.

Ex decocti communis, vel aquæ Intybi ℥ iv. diluito, additoq; Serapii ex aceto ſimplicis ℥ j. & propinato. *Andernacus.*

*Infuſio ad bilem quinta.*

℞. Uvarum paſſarum ℥ iij.
Glycyrrhizæ raſæ, Aniſi ana ʒ j.
Prunorum Damaſc. N. iij.
Palmularum Indarum ℥ ß.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ, Violarum,
Intybi recent. Latifolii,
Cichorii ana P. j.

Decoquantur in aqua, colenturque. In jure hujus decocti ℥ iv. Rhabarbari electi ʒ j. vel ℈ iv. macerato per noctem: mane exprimito, ac in jure eodem Caſſiæ fiſtularis recentis ℥ vel ʒ vj. diluito: cui *Syrupi violacei* ℥ ß. vel ℥ ij. admiſceas: quinque vel ſex horis ante prandium exhibeto. *Andernacus.*

*Infuſio ad bilem alia.*

Catholici unciam ex aqua Hordei, aut Violarum ℥ iij. diluito, additoq; Syrupi violacei ℥ ij. ac propinato. Interdum licet Syrupum Roſ. laxativum copioſiorem addere, ubi alvum ſolvere cogitamus. *Andernacus.*

*Infuſio purgans bilem ac phlegma.*

℞. Rhabarbari ʒ j ß.
Agarici recent. trochiſ. ℈ ij.
Cinnamomi ℈ j.
Zingiberis ℈ ß.

Infunde aquæ Endiviæ ℥ ij. Vini ℥ j ß.

A Macerentur tota nocte: mane expreſſioni colatæ, adde Caſſiæ, vel Electuarii lenitivi, vel Diacatholici, vel Diaphœnici ℥ ß.
Syrupi Roſ. vel Violati, vel
Capil. Veneris ʒ vj.

Miſce, fiat hauſtus. *Heurnius.*

*Infuſio in febribus ardentibus.*

℞. Fol. Endiviæ, Acetoſæ,
Bugloſſæ ana P. j.
Aquæ Hordei q. ſ.

B Fiat infuſio in aqua Hordei fervente, & ilicò vas occludatur, ac cineribus tepentibus, aut furfuribus imponatur: poſtquam aqua vim cepit herbarum, fiat expreſſio diligens: hujus
℞. ℥ iv. & *Syrupi* de acredine Citrorum ℥ ij.
Miſce. *Heurnius.*

## DE INFUSIS PURGANtibus pituitam.

C *Infuſio Hieræ ſimplicis.*

℞. Hieræ ſimplicis, Aloes ana ℥ v.

Macera decocto Eupatorii vel Epithymi ſuprà deſcripto ad libram unam. In vaſe vitreo inſola ad dies decem. * Ventriculum & caput purgat: proinde amborum doloribus aſſiduis & hemicraniæ confert, ac febribus antiquis. Macerantur etiam decocto Epithymi & Thymi. *Sic* purgat humorem craſſum & melancholicum, & phle-
D gmagogum eſt. *Meſues.*

*Infuſio ad pituitam prima.*

℞. Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroſelini,
Aſparagi, Ruſci ana ʒ j.
Rad. Ebuli ʒ ij.
Polypodii ʒ v.
Chamæpityos M. ß.
Flor. Sambuci,
E Stœchados ana M. j.

Decoquuntur in aquæ libra ad dimidias. In jure decocti ſeminis Cnici ʒ iij. *foliorum Senæ* ʒ ij. Cinnamomi ʒ j Zingiberis ʒ ß. per noctem macerantur. Mane percolatis ſyrupi Diacnicu ℥ j ß. additur, & horis duabus ægro ante cibum propinatur. *Andernacus.*

*Infuſio ad pituitam ſecunda.*

Ex communi decocto Glycyrrhizæ, Uvarum
F paſſarum. Aniſi ſingulorum unciarum quatuor inſtar: Diaphœnicon unciam ſemiſſem, vel (ſi valentior aſſumet) drachmas ſex: Syrupi violacei unciam diluito, datoque potui. *Andernacus.*

*Infuſio ad pituitam tertia.*

℞. Diaphœniconis ℥ ß.
Syrupi violacei ℥ j.

In jure decocti cōmunis, vel aquæ Hyſſopi, vel Menthæ pro una doſi *dilues*, dabiſq; potui. Doſis autem juris magna ex parte præter ſyrupum & electuarium, unciarum quatuor eſſe debet. *Andernacus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0305-9
DFG

Flor.Centaurii minoris,
Roſarum rubr.ana P.j.
Fiat extractio in aqua ferrata, vel lixivio debili.
In libra una diſſolve
Mellis Roſ.℥ iij.
Miſce:capiat manè.*Rondeletius.*

## DE CLYSTERIBUS conſolidantibus.

### *Clyſter glutinatorius.*

℞.Succi utriusque Plantaginis,
Succi Portulacæ ana ℥ iv.
Boli Armeni,ſanguinis Draconis,
Amyli ana ʒ ß.
Sevi hircini vel caprilli ℥ j.
Mixta injiciantur.*Andernacus.*

### *Clyſter conſolidans ulcera inteſtinorum.*

℞.Rad.Verbaſci,
Conſolidæ majoris ana ℥ ij.
Caudæ equinæ,Plantaginis ana P.j.
Roſarum rubrarum P.j.
Fiat decoctio in aqua ferrata.In ℔ j.diſſolve
Sevi hircini ℥ ij.
Miſce,capiat redditis alvi excrementis, & præcedente clyſtere deterſorio.*Rondeletius.*

### *Clyſter conſolidans.*

℞.Hordei integri torrefacti P.j.
Plantaginis,Fol.Myrti ana M.j.
Flor.Roſarum P.j.
Fiat decoctio.In libra una diſſolve
Trochiſcorum alborum Rhaſ.℥ j.
Amyli ℈ ß.
Miſce,& injiciatur.*Rondeletius.*

## DE CLYSTERIBUS urinam provocantibus.

### *Clyſter ad urinæ retentionem.*

℞.Rad.Althææ ℥ iij.
Violarum M.ij.
Malvæ P.ij ß.
Paſſularum, Jujubarum ana ℥ ß.
Sem.Melonum,Cucurbitæ,Citrulli,
Cucumeris,contuſorum ana ʒ iij.
Flor.Chamomillæ,Violarum ana P.j.
Coquantur in aqua Hordei.In ℔ ß.diſſolve
Olei Violacei ℥ iij.
Adipis Cuniculi,vel butyri recentis ana ℥ j.
Miſce,& fiat clyſter.*Andernacus.*

## DE CLYSTERIBUS comminuentibus calculum.

### *Clyſter ad comminuendum calculum.*

℞.Rad.Graminis,Apii,Petroſelini,
Aſparagi,Althææ,Glycyrrhizæ ana ℥ ij.
Betonicæ,Saxifragiæ,
Fœniculi marini,Lunariæ ana M.j.
Sem.Alkekengi,Milii Solis,
A Sem.Palyuri ana ℥ j.
Fiat decoctio.In libra una diſſolve
Succi Parietariæ,vel Fœniculi marini,vel
Raphani ℥ j.
Olei Scorpionum ℥ iij.
Miſce,injiciatur.*Rondeletius.*

## DE CLYSTERIBUS vermes necantibus.

B ℞.Abſinthii,Abrotani ana M.j.
Lupinorum P.ß.
Flor.Centaurii minoris part.j.
Fiat decoctio.In libra una diſſolve
Olei Amygdalarum amar.
Olei Lamini ana ℥ iij.
Miſce,injiciatur.*Rondeletius.*

### *Clyſter ad aſcarides.*

℞.Rad.Gentianæ,
C Ariſtolochiæ rotundæ,
Clematitidis,vel Piſtolochiæ ana ℥ j.
Flor.Marrubii,Fol.Perſici,
Abſinthii ana M.j.
Lupini vel Orobi P.j.
Fiat decoctio in lixivio & aqua, æquis partibus.
Injiciatur,ſed ſenſim & bis eadem hora.*Rondel.*

### *Ad vermes in ventriculo.*

℞.Hordei mundati P.j.
Ficuum paria x. Aniſi ʒ j.
D Fiat decoctio.In ℔ ß.diſſolve
Mellis,vel Sacchari ℥ iij.vel Sapæ ℥ iv.
Fiat clyſter ſine oleo & ſale.*Rondeletius.*

### *Clyſter ad vermes cum febri.*

℞.Endiviæ,Cichorii,
Scariolæ,Portulacæ ana M.j.
Fiat decoctio in ſero lactis, vel decoctione pulli.
In libra una diſſolve
Mellis Roſ.col.ʒ ij.
E Succi Roſarum ʒ ß.
Miſce,& fiat clyſter.*Rondeletius.*

### *Clyſter ad vermes cum alvi fluore.*

℞.Summitatum Oleæ,
Myrti ana M.j.
Roſarum rubi P.j.
Centaurii minoris P.ß.
Fiat decoctio,& injiciatur.*Rondeletius.*

### *Clyſter ad vermes cum alvi fluore, alius.*

F ℞.Cort.mali Granati ℥ j.
Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum ana ℥ ß.
Fiat decoctio in aqua Hordei perfectè cocti, & colaturæ libra una injiciatur.*Rondeletius.*

### *Alius.*

℞.Summitatum Portulacæ M.ij.
Cichorii M.j.
Lentium P.j.
Fiat decoctio,de qua libra una injiciatur.*Rondel.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0306-4
DFG

## DE CLYSTERIBUS dolorem ſedantibus.

### *Clyſter dolorem mitigans.*

℞. Chamomillæ, Meliloti,
Sem. Anethi ana P ij.
Rad. Althææ ℥ j.
Fiat decoctio ex lacte: in colatura diſſolve
Sacchari albi ℥ j ß.
Vitellos ovorum N. ij.
Olei Anethini, Chamomillæ ana ℥ j. vel ℥ j ß.
Miſce, fiat Clyſter, diu retineatur. *Heurnius.*

### *Clyſter ad colicum dolorem.*

℞. Rad. Althææ ℔ ß.
Malvæ, Branchæ urſinæ,
Abſinthii ana M j.
Ficuum N. xx.
Sem. Lini, vel Fœnigræci ℥ j. vel ij.
Aniſi, Carvi, Fœniculi,
Cymini ana ʒ ij. vel ℥ ß.
Flor. Chamomillæ, Meliloti,
Sambuci ana P j.
Fiat decoctio. In ℔ ß. diſſolve
Benedicta ℥ j.
Olei Chamomillæ, vel Anethi ℥ iij. vel
Butyri ℥ ij.
Vini ℥ iij.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Clyſter ſedans dolorem colicum.*

℞. Sem. Aniſi, Fœniculi ana ℥ j.
Sem. Apii, Petroſelini,
Anethi ana ℥ ß.
Florum Chamomillæ,
Meliloti, Sambuci ana P. ij.
Fiat decoctio in aqua & vino. In ℔ ß. diſſolve
Olei Chamomillæ, Rutacei ana ℥ iij.
Fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Clyſter ad dolorem colicum à pituita vitrea.*

℞. Fol. Myrti, Pulegii utriusque,
Marrubii, Calaminthæ ana M. j.
Fœnigræci ℥ j.
Sem. Seſeleos, Carvi,
Cymini ana ℥ ß.
Flor. Chamomillæ, Lavendulæ, Sambuci,
Anthos, Stœchados ana P. ß.
Fiat decoctio. In ℔ j. vel ℥ x. decocti diſſolve
Vini malvatici, vel Vini albi veteris ℥ iij.
Olei anethini ℥ iv.
Miſce, & fiat clyſter. Injiciatur bis in die. *Rondeletius.*

### *Clyſter ex vino Hippocratico.*

Mulier quædam nobilis, graviſſimo dolore coli cùm teneretur, ut nihil aliud ad manum eſſet, vinum Hippocraticum injiciendum imperavi: & paulò poſt curata fuit. Ruſticus etiam, qui vinum emerat aromatites ex melle ad hylaria celebranda, curatus fuit. Vina autem hæc vel ſaccharũ, vel mel ad deterſionem: Hippocraticum
A verò vinum cinnamomum, piper, zingiber, grana paradiſi recipit. *Rondeletius.*

### *Clyſter ad dolorem nephriticum.*

℞. Rad. Althææ, rad. Graminis,
Rad. Aſparagi,
Glycyrrhizæ raſæ, vel
Pedis columbini ana ℥ ij.
Betonicæ, Linariæ,
Fol. Fœniculi marini ana M. j.
B Aniſi, ſem. Lini, Fœnigræci ana ℥ ß.
Flor. Chamomillæ, Meliloti ana P. j.
Fiat decoctio. In hujus ℔ j. diſſolve
Butyri recentis, vel axungiæ porci recentis ℥ ij.
Olei Scorpionum,
Mellis communis ana ℥ ij.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Alius clyſter ad dolorem nephriticum.*

C ℞. Malvarum cum rad. M. ij.
Ficuum, Paſſularum ana par. xxx.
Sem. Lini ℥ j.
Sem. Malvæ, ſem. Alkekengi,
Milii Solis, Sem. Apii,
Petroſelini ana ℥ iij.
Baccarum Lauri, Juniperi ana ʒ ij.
Flor. Hypericonis, Chamomillæ,
Geniſtæ ana P j.
Fiat decoctio in aquæ & vini æquis partibus. In
D ℔ ß. diſſolve
Olei Liliorum, Amygdalarum amar.
Scorpionum ana ℥ iij.
Terebinth. abietis ℥ j.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Clyſter ad paſſionem iliacam.*

℞. Rad. Althææ ℔ ß.
Malvæ cum rad M ij.
Violarum M. j.
Flor. Violarum, Chamomillæ ana P. j.
E Fiat decoctio in aqua hordei. In ℔ j. decoctionis diſſolve
Mel. Violarum, vel
Caſſiæ noviter extractæ, vel
Cymini cum ſaccharo ℥ j.
Olei Violacei ℥ iij.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Clyſter ad paſſionem iliacam, ſi maximus ſentiatur æſtus.*

F ℞. Malvæ, Violarum ana M. j.
Sem. Melonum, Cucumeris,
Cucurbitæ, Citrulli ana ʒ iij.
Pomorum acidorum par. x.
Flor. Violarum, Nenupharis, Bugloſſæ ana P. j.
Fiat decoctio. In ℔ j. diſſolve
Mucilaginis ſem. Pſillii ℥ j.
Olei Violarum, vel olei Nenupharis,
Album. Ovorum fortiter agitatorum ana ℥ j.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Clyſter ad dolorem coxendicum.*

℞. Pulegii utriusq;, Eryſimi, Iberidis ana M. j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0307-0
DFG

Fœnigræci, Rutæ, Aſari ana ℥ j.
Flor. Chamomillæ, Meliloti, Sampſuci,
Lavendulæ ana P. j.
Fiat decoctio. In ℔ j. decoctionis infunde
Agarici trochiſcati ʒ iij.
Benedictæ lax. ℥ ß.
Olei Liliorum, Amygdal. ana ℥ ij.
Olei de Spica ℥ ß.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

*Clyſter ad dyſentericos magnosq; dolores.*

℞. Lactis vaccini ℔ ß.
Medullæ ℥ ij.
Olei communis, vel
Olei Violacei ℥ iij.
Miſce, & fiat clyſter. *Andernacus.*

*Alius ad dolores dyſentericos.*

Cremorem ptiſanæ, aut lac tepidum, aut oleum roſaceum & butyrum cum albumine ovorum, aut decoctum ſeminis lini ſubter dato. Si vigiliæ urgeant, decoctum roſarum foliorum cum vitellis ovorum alvo injiciantur. *Andernacus.*

*Alius clyſter dolores dyſentericos ſedans.*

℞. Tragacanthi ʒ ij.
In Roſarum decocti ℥ iv. ſolvuntur. His cremoris Oryzæ tantundem per clyſterem infundatur. *Andernacus.*

*Alius.*

℞. Lactis caprini cyathos vij.
Amyli ℥ ß.
Lycii ʒ ij.
Miſta omnia alvo indantur. *Andernacus.*

## DE CLYSTERIBUS purgantibus bilem.

*Enema ad bilem.*

℞. Hordei excorticati, ſem. Lini ana ℥ ij.
In aqua coquatur. Juris hujus decocti libræ adde
Olei communis ℥ iv.
Miſce, & fiat clyſter. *Andernacus.*

*Clyſter purgans pituitam.*

℞. Rad. Enulæ, Pyrethri ana ℥ j.
Marrubii, Pulegii,
Calaminthæ, Rutæ ana M. j.
Agarici trochiſcati, in panniculo ligati ℥ ß.
Flor. Chamomillæ, Roriſmarini ana P. j.
Fiat decoctio. In hujus ℔. diſſolve
Benedictæ laxat. ℥ j.
Mellis ſcillitici ℥ ij.
Diaphœniconis, vel Indi majoris ℥ ß.
Salis foſſilii ʒ j.
Olei Nucum, vel olei Rutæ ℥ iij.
Vini malvatici ℥ ij.
Miſce, & fiat clyſter. *Andernacus.*

*Clyſter humores melancholicos purgans.*

℞. Malvæ, Biſmalvæ,
A Parietariæ, Mercurialis ana M. j.
Epithymi, Scolopendrii, Betæ ana M. ß.
Rad. Apii, Petroſelini, Fœniculi,
Aſparagi, Ruſci ana ʒ ij.
Polypodii ℥ j.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ,
Lupulorum, Fumariæ, Meliloti,
Chamomillæ, Anethi ana P. j.
Sem. Carthami, Aniſi, Fœniculi ana ℥ j.
Fiat decoctio. In cujus libra una diſſolve
B Hieræ Ruſi, vel Confectionis Hamech, vel Diacatholiconis ℥ j.
Sacchari rubri, vel Mellis Violacei vel anthoſati ℥ j.
Olei anethini, Liliorum alborum, Violacei ana ℥ j.
Miſce, & fiat clyſter. *Andernacus.*

## DE CLYSTERIBUS purgantibus aquam.

C

*Clyſter ad aſciten.*

℞. Parietariæ, pedis Columbini, Rutæ,
Fol. Sambuci, Ciclæ ana M. j.
Chamelææ, vel Braſſicæ marinæ, vel Thymelææ ana M. ß.
Aniſi, Fœniculi ana ℥ ß.
Apii, Petroſelini ana ʒ j.
Flor. Anthos, Geniſtæ ana P. j.
Aſari ℥ ß.
D Fiat decoctio in aqua fontana. In libra una hujus decocti diſſolve
Benedictæ laxat. ℥ j.
Urinæ pueri ℥ ij.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

*Alius ad aſciten.*

℞. Rad. Apii, rad. Petroſelini,
Rad. Graminis, rad. Aſparagi,
Rad. Rubiæ, rad. Pentaphylli ana ℥ ij.
Rad. Aſari, rad. Iridis recent. ana ℥ j.
E Mercurialis, Braſſicæ marinæ,
Rutæ, Ciclæ, vel
Cucumeris ſylveſtris ana M. j.
Flor. Geniſtæ P. ij.
Fiat decoctio. In libra una diſſolve
Urinæ pueri ℥ iij.
Benedictæ laxat. ℥ ß.
Salis parum.
Miſce, & fiat clyſter. *Rondeletius.*

*Clyſter ad tympanitem.*

F ℞. Fol. Rutæ M. j.
Aniſi, Fœniculi,
Carvi, Cymini,
Baccarum lauri ana ℥ ß.
Flor. Anthos,
Stœchados ana P. j.
Aſari, vel Agarici ℥ ß.
Fiat decoctio. In libra una diſſolve
Benedictæ laxat. ℥ j.
Olei Rutacei, vel Anethini ℥ iij.
Vini ℥ iv.

Miſce,

Miſce,& fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Clyſter ad anaſarcam.*

℞.Pulegii utriusque,Calaminthæ,
Majoranæ ana M.j.
Agarici in panno ligati ℥ j.
Sem.Aniſi,Fœniculi,
Sem.Rutæ ana ℥ ß.
Flor.Anthos,Stœchados ana P.j.
Fiat decoctio. In libra una diſſolve
*Muriæ piſcium,vel urinæ pueri* ℥ j.
Benedictæ laxat. ℥ ij.
Miſce,& fiat clyſter. *Rondeletius.*

### *Alius ad anaſarcam.*

℞.Rad.Enulæ campanæ,
Rad.Ireos recent.ana ℥ ij.
Aſari ℥ j.
Fœniculi,Carvi,Majoranæ,Rutæ,Pulegii,
Chamæpityos,Mercurialis ana M.j.
Sem.Apii,Petroſelini ana ℥ ij.
Flor.Lavendulæ,Geniſtæ ana P.j.
Fiat decoctio. In libra una diſſolve
Benedictæ laxat. ℥ ß.
*Mellis Roſ.col.* ℥ *ij.*
*Salis communis* ℥ *iij.*
Miſce,& fiat clyſter. *Rondeletius.*

## DE CLYSTERIBUS flatus diſcutientibus.

### *Clyſter ad flatus.*

℞.Decoctum Origani,Calaminthæ,
Rutæ,Chamæmeli,Anethi,cum ſem.Aniſi,
Fœniculi,Carvi,Cumini,
Apii,Leviſtici,Seſeleos,Baccis lauri.
In decocto ſolvatur Mel Roriſmarini, Elect.de baccis Lauri,cum oleo Rutæ,Lauri, Anethi, vel Chamæmeli,vel ex oleo nucum ſincero,cum vino malvatico,Hiera,Benedicta. *Heurnius.*

*Vel.*

℞.Aniſi,Fœniculi,
Apii,Petroſelini,
Seſeleos ana ℥ ß.
Flor.Chamomillæ,
Meliloti,Roriſmarini,
Stœchados ana *P.j.*
Omnia ex vino & oleo decoquantur. Juris libra alvo injiciantur. *Andernacus.*

### *Clyſter ad flatus uteri.*

℞.Mercurialis,
Arthemiſiæ,
Matricariæ ana M.j.
Flor.Anthos,Stœchados,
Chamomillæ ana P.j.
Sem.Apii,
Petroſelini ana ℥ iij.
Fiat decoctio. In libra una diſſolve
Benedictæ laxat. ℥ j ß.vel
Hieræ ℥ j ß.
Olei Nardini ℥ iij.
Miſce,& fiat clyſter. *Rondeletius.*

A
## DE INJECTIONIBUS in uterum.

### *Injectio in uterum menſes provocans.*

℞.Quinque rad.aperient.
Rad.Rubiæ majoris ana ℥ ij.
Rad.Eryngii,Cyclaminis,
Juniperi ana ℥ iij.
B Matricariæ,Sabinæ,
Mercurialis ana M.j.
Cinnamomi,Spicæ utriusque,
Aſari ana ℥ ij.
Seminis Nigellæ ℥ ß.
Fiat decoctio in aqua & vino albo,vel in vino & oleo Chamomelino. Ex colatura fiat injectio per metrenchytam. *Rondeletius.*

### *Injectio in uterum ad deterſionem ulceris poſt fœtum mortuum.*

C ℞.Fol.Plantaginis,
Agrimoniæ,
Ceterach,Myrti,
Lentiſci ana M.j.
Fiat decoctio in aqua fontis, vel extinctionis plumbi,& in colatura diſſolve pro libra
Sacchari rubri, Mellis roſ.col.vel Syrupi de Roſis ſiccis ℥ iij.
Miſce, & fiat injectio per metrenchytam. *Rondeletius.*

D
### *Injectio in uterum ad ſcirrhum ipſius.*

℞.Rad.Biſmalvæ,Liliorum ana ℥ iv.
Pulegii,vel Origani,vel Arthemiſiæ M.ß.
Sem.Lini,Fœnigræci ana ℥ j.
Flor.Chamomillæ,
Violarum ana M.j.
Fiat decoctio in jure pingui inteſtinorum,vel in aqua & in vino albo dulci, non aſtringente, aut ſapa.Fiat injectio per metrenchytam. *Rondelet.*

E
### *Injectio in uterum ad ſuffocationem ejus.*

℞.Galbani, Opopanacis ana ℥ j.
Olei Amygdal.dul.
Olei Violarum ana ℥ ß.
Vini albi dulcis,vel
Sapæ ℥ j ß.
Macerentur in ſapa, vel vino per noctem: deinde liqueſcant, & colentur: rurſus liqueſcant in
F oleis,& injiciantur. *Rondeletius.*

### *Injectio in veſicam ad ulcus ejus.*

℞.Rad.Conſol.majoris ℥ j.
Caudæ equinæ,Plantaginis,
Ceterach,Piloſellæ,
Herniariæ,Polygoni ana M.ß.
Flor.Roſ.P.j.
Hypericonis P.ß.
Fiat decoctio in aqua hordei, vel extinctionis plumbi, aut ferri: fiat injectio per metrenchytam. *Rondeletius.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0309-4
DFG

# De Gargariſmatis, *Sectio X.*

Gargariſmata ex diverſis rebus, pro varia affectuum ratione inſtituuntur. Horum autem alia vel

- Adſtringunt
  - Primum, *ad oris inflammationem, per initia exhibendum.*
  - Secundum.
  - Tertium.
  - Quartum.
  - Quintum.
  - Sextum.
  - Septimum.
  - Octavum.
- Diſcutiunt
  - Gargariſma *ad inflammationem oris.*
  - Aliud.
  - Gargariſma *ad anginam, &c.*
- Detergent
  - Gargariſma *ad ulcerum oris deterſionem.*
  - Gargariſma *ad deterſionem pituitæ.*
  - Gargariſma *deterſorium commune, &c.*
- Conſolidant
  - Gargariſma *ad oris ulcera exiccanda.*
  - Gargariſma *ad oris ulcera in morbo Gallico.*
  - Gargariſma *ad putrida oris ulcera.*
- Dolorem *ſedant*
  - Gargariſma *ad dolorem dentium.*
  - Aliud.
  - Aliud, *&c.*
- Odorem *oris gratum conciliant.*

*Gargariſma ad inflammatas tonſillas per initia exhibendum.*

A

℞. Plantaginis, Oxalidis, Portulacæ ana M. ß.
Cort. mali Granati, Rhus ana ℥ ß.
Roſarum rubrarum P. j.
Cort. Glandium ʒ iij.
Decoquantur in aqua ad tertias. Juri colato addantur
Diamoron ℥ ß.
Syrupi Myrtini,
Syrupi de papavere,
Aceti ana ℥ j.
Miſce, & fiat gargariſma. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Lentium, Roſarum,
Palmularum ana quantum ſatis eſt.
Decoquantur in aqua, ut ſuprà, & fiat gargariſma. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Aceti communis, vel Aceti Roſati ℥ iv.
Aquæ ciſternæ ℔ ß.
Miſce, & fiat gargariſma. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞. Aquæ Solani, Plantaginis,
Caprifolii ana ℥ iij.
Syrupi roſ. lax. ℥ ij.
Miſce, & fiat gargariſma. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞. Succi Cotoneorum, vel
Succi mali Granati ℔ ß.
Aquæ communis ℥ iv.
B Miſce, & fiat gargariſma. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞. Aquæ peculi Roſarum, vel aquæ Plantaginis, vel aquæ Caprifolii ℥ iij.
Aceti Roſati parum.
Miſce, & fiat gargariſma. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞. Ceraſorum acidorum, vel
Ceraſorum immaturorum M. ij.
Decoquantur in aquæ ciſternæ ℔ ij. Juri colato
C adde
Aceti ℥ ij.
Miſce, & fiat gargariſma. *Andern. ex Rondeletio.*

*Aliud.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0310-6

*Aliud.*

℞.Summitatum Rubi,vel Myrti,vel
Vitis,vel Pyri ſylveſtris M.j.
Piloſellæ,Ceterach,Plantaginis ana M.ß.
Roſarum rubr.P.j.
Fiat decoctio in aqua pluviali. In ℔. una ß.diſſolve
Sacchari ℥iij. vel Syrupi roſati,vel Mellis roſati,vel Diamoronis.
Miſce,& fiat gargariſma.*Rondeletius.*

## DE GARGARISMATIS diſcutientibus.

*Gargariſma ad oris inflammationem.*

℞.Hyſſopi,vel Saturejæ,vel Origani M.j.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ j.
Paſſularum,Ficuum ana paria xx.
Fiat decoctio in aqua hordei integri. In ℔ j ß. diſſolve
Mellis roſati col. ℥ iv.
Miſce,& fiat gargariſma.*Rondeletius.*

*Gargariſma ad anginam.*

℞.Spinæ Ægyptiæ ℥j.
Iridis,
Glycyrrhizæ ana ʒ ß.
Furfuris frumenti P.ß.
Palmularum N.vij.
Ex ſapa vel aqua decoquantur. Juri paululum mellis imponatur. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞.Diamoronis ℥j ß.
Mellis roſati,
Aquæ plantaginis,
Aquæ caprifolii ana ℥ iv.
Ex his mixtis fiat gargariſma: eoque ſæpius æger quotidie utatur. *Andernacus.*

## DE GARGARISMATIS detergentibus.

*Gargariſmai ad ulcerum oris deterſionem.*

℞.Agrimoniæ,Ceterach,Plantaginis,
Summitatum rubi,Fol.Arbuti,
Fol.Pyri ſylveſt.Myrti,Lentiſci M.ß.
Fiat decoctio in aqua hordei. In ℔ j ß.diſſolve
Mellis roſ.col.℥ iv.
Miſce,& fiat gargariſma.*Rondeletius.*

*Gargariſma ad deterſionem pituitæ,quæ partibus oris adhæret.*

℞.Hyſſopi,Origani ana M.j.
Glycyrrhizæ ʒ iij.
Fiat decoctio in aqua. In ℔ j ß.diſſolve
Mellis ſcillitici,vel Oxymellis ſcillitici, vel Syrupi de Glycyrrhiza , vel Syrupi de Stœchade ℥ iv.
Miſce,& fiat gargariſma. *Rondeletius.*

*Gargariſma deterſorium commune.*

℞.Piſorum P.ij.

A Decoquantur modicè. In ℔ ß. adde
Mellis roſati ℥ j.
Miſce,& fiat gargariſma. *Andernacus.*

*Gargariſma ad pituitam lentam detergendam.*

℞.Hyſſopi,Salviæ,Thymi ana M.ß.
Decoquantur in aqua ad tertias. In ℔ j.diſſolve
Oxymellitis ℥ iv.
Miſce,& fiat gargariſma. *Rondeletius.*

B *Aliud.*

℞.Majoranæ,Salviæ,
Hyſſopi,Origani ana M.j.
Paſſularum ℥ j.
Cort.rad.Ebuli,
Cort.capparorum ana ʒ ij.
Ex aqua decoquantur ad tertias. In ℔ ß.adde
Sem.Nigellæ,Condyſi ana ℈ ij.
Syrup. de praſſio,
Mellis roſati col.ana ℥ j.
C Miſce,& fiat gargariſma. *Andernacus.*

## DE GARGARISMATIS conſolidantibus.

*Gargariſma ad oris ulcera putrida.*

℞.Plantaginis utriusque,Prunellæ,
Fragariæ,Liguſtri,
Roſarum rub.Malvæ,
Flor.Intybi ſylveſt.ana æqualis modus.
D Decoquantur omnia in vaſe fictili novo ex aqua, fiatq; gargariſma. *Andernacus.*

*Gargariſma ad oris ulcera exiccanda.*

℞.Plantaginis,Myrti,
Roſarum rub.
Pyri ſylveſtris ana M.j.
Fiat decoctio ad conſumptionem tertiæ partis. In ℔ j.diſſolve
Aluminis ℥ j.vel ℥ ij.
Vini albi parum.
E Miſce, & fiat gargariſma.*Rondeletius.*

*Ad ulcera oris in morbo Gallico.*

In morbo Gallico frequenter utimur emplaſtris aut unguentis ex argento vivo paratis, unde dentes, lingua, aliæq; partes inficiuntur. Ad horum autem affectuum præcautionem utimur gargariſmatis ex oleo amygdalarum dulcium, butyro,aut juſculo pingui. Prohibent enim hæc gargariſmata exulcerationem , & pituitæ defluxum non impediunt.*Rondeletius.*

F

## DE GARGARISMATIS dolorem ſedantibus.

*Gargariſma ad dolorem dentium in principio.*

℞.Rad.Pentaphylli ℥ ij.
Hederæ M.j.
Radicum Cyperi,
Nucum cupreſſi ana ℥ ß.
Fiat decoctio in aqua & aceto , fiatque gargariſma : quod in ore retinendum eſt. *Rondeletius.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0311-2

*Gargariſma ad dolorem dentium, fluxione jam facta.*

℞.Pyrethri ℥ ß.
Radicum Quinquefolii ℥ j.
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Piperis longi ana ʒ ij.
Hederæ M.ij.

Fiat decoctio in vino aſtringente & aqua,fiatq; gargariſma: quo, ut priore,utendũ eſt. *Rondelet.*

## DE GARGARISMATIS odoratis.

*Gargariſma ad oris fœtorem.*

℞.Hordei integri torrefacti P.j.
Roſarum P.ß.

A Corticis citri ℥ j ß.
Caryophyllorum,Cinnamomi ana ʒ iij.

Fiat decoctio in aqua ciſternæ,& pauco aceto, qua colluatur os. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞.Rad.Cyperi ℥ j.
Roſ.rub. P.j.
Sandali citrini,Cinnamomi ana ʒ ij.

Fiat decoctio in aqua ciſternæ, vel chalybeata. Colluatur os. *Rondeletius.*

B *Aliud ad oris fœtorem.*

℞.Aquæ myrti,Aquæ roſarum ana ℥ ij.
Aquæ flor.Geniſtæ,vel Aquæ Citri ℥ ß.
Moſchi,vel Ambræ G.vj.
Salis parum.

Quòd ſi ditiori paretur gargariſma, major portio moſchi vel ambræ poterit dari. *Rondeletius.*

# De Errhinis, *Sectio XI.*

Errhina ſunt, quæ naribus inſeruntur: vulgus caput-purgia vocat. Sunt autẽ vel

- Purgantia
  - Bilem,
  - Pituitam,
  - Melancholiam.
- Detergentia: *ut*
  - Errhinum *detergens pituitam.*
  - Errhinum *ad ulceris eroſionis deterſionem.*
  - Errhinum *ad ulcera narium detergenda & exiccanda.*
- Conſolidantia: *ut* Errhinum *ad ulcera purganda, & conſolidanda.*
- Erodentia: *ut* Errhinum *carnem excreſcentem auferens.*
- Dolorem mitigantia: *ut*
  - Errhinum *ad capitis dolorem à pituita.*
  - Errhinum *ad vetuſtum capitis dolorem.*
  - Aliud. Aliud.
- Aſtringentia: *ut* Errhinum *ad ſanguinem reprimendum.*
- Odorata: *ut* Errhina *ad fœtorem narium.*

## DE ERRHINIS PURgantibus bilem.

*Errhinum purgans bilem.*

℞.Succi roſarum ℥ ß.
Diagridii ʒ j.
Mellis parum. Miſce.

Si nimium liquida ſint,adde ad inſpiſſationem farinæ lupinorum parum, aut hordei,aut orobi. Si autem ex ſyrupo roſ.laxativo parare velis,mel erit ſuperfluum. *Rondeletius.*

C
## DE ERRHINIS PURgantibus pituitam.

*Errhinum purgans pituitam.*

℞.Rad.Pyrethri,Ireos ana ℥ j.
Pulegii,Calaminthæ,
Origani ana M.j.
Agarici trochiſcati ʒ iij.
Flor.Anthos,Stœchados ana P.j.

Fiat decoctio. In ℔ j.diſſolve
Mellis Anthoſati,Mellis ſcillitici ana ℥ iij.

Fiat caput-purgium. *Rondeletius.*

*Aliud.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0312-7
DFG

*Aliud.*

℞. Succi Ciclæ,
Anagallidis depuratorum ana ℥ iij.
Vini albi ℥ iv.
Mellis ℥ ij. Miſce.
Quod ſi efficaciora optes, adde
Diagridium, vel Agaricum, vel Colocinthidem, vel Veratrum. *Rondel.*

*Aliud purgans pituitam.*

℞. Succi Cucumeris aſinini, vel Ciclæ, vel
Mercurialis, vel Ciclaminis ℥ ij.
Agarici trochiſcati ʒ ij. Vini parum.
Fiat decoctio, quæ coletur. In colatura diſſolve
Mellis quantum ſatis ad inſpiſſationem: aut mel in decoctione ponatur ſine vino, cõtritumq; ſit agaricum, & decoquantur ſimul. Decoctio inſpiſſetur ad mellis conſiſtentiam. *Rondeletius.*

## DE ERRHINIS PURgantibus melancholiam.

Errhina ad melancholiam ex iiſdem parantur, quæ pituitam eliciunt: verùm iis adduntur ſena, polypodium, thymum, epithymum, & veratrum nigrum. *Rondeletius.*

## DE ERRHINIS DEtergentibus.

*Errhinum detergens pituitam.*

℞. Hordei integri P. j.
Lentium, vel lupulorum P. ß.
Marrubii, vel Pulegii M. j.
Majoranæ M. ß.
Fiat decoctio. In ℔ j. diſſolve
Mellis Anthoſati, Mellis Squilliticí ana ℥ j ß.
Miſceantur, & per nares attrahantur. *Rondeletius.*

*Ad ulceris eroſionis deterſionem.*

℞. Decoctionis hordei ℔ j.
Mellis roſacei col. ℥ iij.
Miſce, & attrahantur per nares. *Rondeletius.*

*Errhinum ad ulcera narium detergenda & exiccanda.*

℞. Summitatum Myrti, vel
Lentiſci M. j.
Malorum punicorum integrorum, immaturorum, contuſorum N. ij.
Fiat decoctio cum aqua & vino, ſi non adſit inflammatio: quę ſi adſit, cum aceto contundantur, deinde fortiter exprimantur. Colaturæ adde
Mellis roſati col. ℥ iv.
Fiat errhinum, quo utatur in tumoribus & ulceribus malignis narium. *Rondeletius.*

*Errhinum ad ulcera purganda & conſolidanda.*

℞. Succi Plantaginis, Solani,
Roſarum ana ℥ iv.
Vini albi, aut Succi mal. punicorum,
Mellis ana ℥ j ß.
Miſceantur, fiatq; errhinum. *Andernacus.*

A *Errhinum ad carnem excreſcentem.*

Omphacii in æneo vaſe parati quantum morbi magnitudo, & partis affectæ ſenſus poſtulat, humoribus jam ſuprà dictis diluatur, adhibeaturque: * detergit, & carnem imminuit. *Rondelet.*

## DE ERRHINIS DOLOrem mitigantibus.

*Errhinum ad capitis dolorem ex pituita.*

B ℞. Succi Betæ, vel Ireos, vel Helenii,
Succi Majoranæ ana ℥ j ß.
Vini albi ℥ j.
Zingiberis, Pyrethri ana P. j.
Miſceantur diligenter, utitorq; ut ſuperioribus. *Andernacus.*

*Errhinum ad vetuſtum capitis dolorem & lippitudinem.*

℞. Nigellæ ʒ ij ß.
C Salis Ammoniaci ℈ j. Elaterii ℈ iv.
Trita excipiuntur oleo Sicyonio, aut Irino, ut cerati ſpiſſitudinem habeant. Hoc medicamento nares ſubungentem attrahere ſurſum jubeto. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Decocti Majoranæ ℥ j ß.
Mannæ granatæ ʒ vj.
Mixta ante cibum per nares attrahantur. *Andernacus.*

D *Aliud.*

℞. Succi Majoranæ ℥ j ß.
Nigellæ torrefactæ ʒ j.
His tepefactis ante cibum manè utendum eſt. Quòd ſi narium ulcera ægrum infeſtent, eaque ſordida & fœdi odoris fuerint, commiſcebuntur ſucci anagallidis, aut betæ, aut ciclaminis quadrans, vini ℔ j. Mellis anthoſ. ℥ iv.
Mixta naribus indentur. *Andernacus.*

E *Caput-purgium Avicennæ.*

℞. Nigellæ,
Salis ammoniaci, aur. ij.
Succi cucum. aſinini, aur. j.
Terantur, & cum oleo nigellæ q. ſ. vel donec perveniat ad ſpiſſitudinem ceræ liquefactæ, fiat caput-purgium, quo nares illinantur. Confert ophthalmiæ longæ, dolori capitis. Ex ipſo namque plurimùm humiditatem trahit.

F
## DE ERRHINIS aſtringentibus.

*Errhinum ad ſanguinem reprimendum.*

℞. Thuris ℈ ij. Aloës ℈ j.
Contrita in pulverem, ex albumine ovi ſubigantur, & molliſſimis pilis leporinis adjectis, in penicilli formulam redigantur, quod naribus indatur, tanquam peculiare parti affectæ remedium.
Vel:
℞. Succi Polygoni,
Plantaginis ana ℥ j ß.

Succi ſtercoris aſinini ℥ ij.
Pollinis ℥ j ß.

Benicillum ex panno lineo formetur, quod his imbutum, naribus indatur. *Andernacus.*

## DE ERRHINIS odoratis.

### *Errhinum ad fœtorem narium.*

℞. Succi roſarum, vel Majoranæ ℥ ij.

A Aquæ roſ. vel flor. Aranciorum, vel Myrti ℥ j.
Mellis roſar. colati, ad adhæſionem, parum: vel adde modicum gummi tragacanthi & Arabici ad inſpiſſationem: naribus admoveantur. Quòd ſi fœtor narium ſit cum ulcere, ex ſucco roſarum tantùm, & aqua roſacea, vel aqua myrti parari debet. Si verò à nimia humiditate, aqua ex floribus citri, ſuccus majoranæ, & alia ca[illegible]ra ſunt uſurpanda.

*Rondeletius.*

# *De Fomentis, Sectio XII.*

FOMENTA à fovendo dicta ſunt, quòd ſcilicet ſuo calore partes corporis, quibus applicantur, foveant. His ſepe utimur, antequam vel cataplaſmate, vel unguentis utamur, quò pori aperiantur, partes relaxentur, & quodammodo viam muniât aliis remediis. Horum autem alia alterant vel qualitate

- Prima. *Sic alia reſiſtunt*
  - Calori vehementiori: *ut*
    - Fomentum *in febribus ardentibus.*
    - Fomentum *ad ſtomachum in febribus biliosis, &c.*
  - Frigori: *ut* Fomentum *ad ſtomachi frigus, &c.*
- Secunda *Sic alia*
  - Aſtringunt: *ut*
    - Fomentum *ad alvi fluxiones.*
    - Fomentum *pro ventriculo roborando, &c.*
  - Aperiunt: *ut*
    - Fomentum *ad menſtrua provocanda.*
    - Fomentum *ad urinæ retentionem, &c.*
  - Diſcutiunt: *ut*
    - Fomentum *reſolvens, & flatus diſcutiens.*
    - Fomentum *ad lienis inflammationes.*
    - Fomentum *relaxans.*
    - Fomentum *ad ophthalmiam.*
    - Fomentum *diſcutiens pro œdemate, &c.*
  - Emolliunt: *ut*
    - Fomentum *ad lienem induratum.*
    - Fomentum *ad tumores emolliendos, &c.*
  - Dolorem leniunt: *ut*
    - Fomentum *ad dolorem pleuriticum.*
    - Aliud.
    - Fomentum *ad colicum dolorem ex frigido.*
    - Fomentum *ad dolorem nephriticum.*
    - Fomentum *ad dolorem lateris. &c.*

### *Fomentum in febribus ardentibus.*

REFRIGERATO lactucæ ſucco, uvæ acerbæ, portulacæ, ſolani, & umbilici Veneris, ſtomachum aut aliam partem inflammatam, præſertim in febri marcorem experta, linamentis tinctis foveto. *Andernacus.*

### *Fomentum in febribus bilioſis.*

℞. Olei Roſacei, Chamomelini ana ℥ ij.
Succi malorum aranciorum ℥ iij.
Vini auſteri ℥ j ß.

B His commixtis, calefactiſque, ſtomachus per linteum aut ſpongiam expreſſam foveri debet. *Andernacus.*

### *Fomentum in febribus quotidianis.*

℞. Olei Chamomelini, Maſtichini ana ℔ ß.
Vini ℥ iv.

His calentibus ſtomachus foveatur. *Andernacus.*

### *Aliud ad ſtomachi frigus.*

℞. Chamomillæ ℥ ij.
Maſticis, Nardi Gallicæ,

Abſinthii,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0314-9

Abſinthii, Anethi ana ʒ j.
Coquantur in quinq; unciis vini, olei omphacini unciis quatuor. *Andernacus.*

## DE FOMENTIS aſtringentibus.

### *Fomentum ad alvi fluxiones.*

℞. Gallæ, Malicorii,
Quinquefolii,
Rad. Baccarum cupreſſi ana ℥ ß.
Olei communis ℔ j.
Coquantur ad tertias. Spongia jure decocti madida ano admoveatur. *Andernacus.*

### *Fomentum ad ventriculum roborandum.*

℞. Foliorum Althææ, Menthæ,
Abſinthii ſiccorum ana M. j ß.
Cort. Citri ℥ ß.
Spicæ nardi, Squinanthi ana ʒ ij.
Roſ. rub. P. ij.
Decoquantur omnia in vino ſtyptico, ex quibus ventriculi regio foveatur. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

℞. Menthæ, Abſinthii, Labruſcæ.
Sumach ana M. j.
Sem. Plantaginis, Portulacæ ana ʒ ij.
Balauſtiorum, Roſarum ana P. ij.
Cort. mali granati ℥ ß.
Fiat decoctio in vino ſtyptico, quo foveatur regio ventris inferioris. *Rondeletius.*

### *Fomentum pro ſtomacho eructuoſo.*

℞. Roſarum, Abſinthii,
Menthæ, Serpylli,
Flor. Sambuci, Caryophyllorum,
Zingiberis ana q. ſ. eſt.
Bulliant in vino rubro, fiatq; fomentatio.

## DE FOMENTIS aperientibus.

### *Fomentum ad menſtrua provocanda.*

℞. Rad. Rubiæ majoris, rad. Eryngii,
Rad. Fœniculi, rad. Apii,
Rad. *Petroſelini*, rad. Graminis ana ℥ iv.
Rad. *Liliorum*, rad. Althææ ana ℥ ij.
Pulegii, Matricariæ ana M. j.
Sem. Apii, ſem. Petroſelini, ſem. *Seſeleos*, Fœnigræci,
Sem. Althææ ana ℥ j.
Flor. Chamomillæ, Leucoji ana P. ij.
Fiat decoctio in aquæ duabus partibus, & una vini albi. Foveatur uterus. *Rondeletius.*

### *Fomentum ad urinæ retentionem & calculum.*

R. Rad. Althææ ℥ ij.
Calamenthi, Origani ana M. j.
Sem. Fœnigræci, Lini ana ℥ j.
Sem. Apii, Petroſelini, Seſeleos ana ℥ ß.

A Flor. Chamomillæ, Meliloti ana P. j.
Rad. Apii, Petroſelini, Graminis, Aſparagi ana ℥ ij.
Fiat decoctio in aqua & vino vel oleo, fiatq; fotus cum ſpongiis vel filtro macerato in decoctione. *Rondeletius.*

## DE FOMENTIS DISCUTIENTIBUS.

B
### *Fomentum emolliens ac diſcutiens.*

℞. Rad. Althææ, Liliorum alborum ana ℥ ij.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ʒ iij.
Ficuum pinguium N. vj.
Flor. Chamæmelorum, Meliloti,
Summitatum Anethi ana P. j.
Summitatum Majoranæ M. ß.
Bulliant in vino & aqua ana: vel in duabus partibus aquæ & una vini, vel in lixivio ſarmenticio vitis ad tertiæ partis conſumptionem. Fiat fo-
C mentum. *Heurnius.*

### *Fomentum reſolvens ac flatus diſcutiens.*

℞. Malvæ cum rad. M. j.
Florum Chamæmeli,
Meliloti ana P. j.
Sem Lini ℥ j. Aniſi ℥ ß.
Ficuum N. xl.
Decoquantur in aqua ad tertias. Veſicam jure
D hoc calente repletam, lateri affecto ſemel atque iterum admoveto. *Andernacus.*

### *Fomentum ad lienis inflammationes.*

℞. Thymi, Origani ana M. ß.
Decoquantur ex oleo nardino, & vino: aut ex roſaceo cum vino, & aceto, aut auſtero vino, aut dulci, aut ſapa, ne caput offendatur. Quod ſi ex frigido humore prodierit inflammatio, pulegium, thymum, & origanum in oleis & vino decoqui, & lienem ex jure illorum foveri opor-
E tet. *Andernacus.*

### *Fomentum relaxans.*

℞. Rad. Liliorum, Althææ ana ℥ iv.
Rad. cucumeris ſylveſtris ℥ ij.
Ficuum N. xx.
Sem. Lini, Fœnigræci, Althææ ana ℥ j.
Sem. Apii, Petroſelini ana ℥ ß.
Flor. Chamæmeli, Meliloti ana P. ij.
Fiat decoctio in aqua, qua foveatur pars affecta calida. *Rondeletius.*

F
### *Fomentum ad ophthalmiam.*

℞. Fol. Euphragiæ M. j.
Paleæ avenæ M. ij.
Fœnigræc. in aqua fœniculi lot. ʒ ij.
Sem. Aniſi, Fœniculi ana ʒ j ß.
Flor. Stœchados P. ß.
Fiat pulvis: ex quo fiant duo ſacculi quadrati, qui infundantur in modico vini albi, & aquæ fœniculi: deinde foveantur oculi. *Rondeletius.*

### *Fomentum diſcutiens œdemata.*

℞. Calamenthi, Origani, Betonicæ,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0315-4
DFG

Flor. Roriſmarini, Roſ. rubr. ana P. j.
Fol. Lauri, Salviæ ana M. ß.
Lupinorum,
Calami odorati, Squinanthi,
Spicæ nardi ana ℥ ij.
Flor. utriusque Stœchados,
Fol. Roriſmarini, Roſ. rub. ana P. j.
Fiat decoctio in aqua pluviali: deinde adde aceti modicum: ſpongia fiat fotus. *Rondeletius.*

## DE FOMENTIS emollientibus.

### *Fomentum ad lienem induratum.*

℞. Florum Chamomillæ,
Stœchados, Meliloti ana M. j.
Flor. Geniſtæ, Anethi,
Scolopendrii ana M. j ß.
Fiat decoctio in vino albo & aqua: fiatq; fotus. *Rondeletius.*

### *Fomentum ad tumores emolliendos lienis.*

℞. Rad. Althææ ℥ ij.
Rad. Ireos ℥ ß.
Fol. Althææ, Malvæ ana M. j.
Abſinthii M. ß.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ ß.
Sem. Tamariſci, Stœchadis ana P. j.
Fiat decoctio in tribus aquæ partibus, una vini albi, addendo aceti modicum: deinde foveatur lien. *Rondeletius.*

## DE FOMENTIS DOLOrem ſedantibus.

### *Fomentum ad dolorem pleuriticum.*

℞. Malvæ, Salviæ, Abſinthii, Abrotani, Scabioſæ ana M. ß.
In ſextario aquæ ad tertias decoquito: ſpongia ex jure decocti expreſſa partem affectam foveto. *Andernacus.*

### *Aliud ad dolorem lateris.*

℞. Malvæ cum radice M. j ß.
Ficuum N. xl.
Flor. Chamomillæ, Meliloti, Violarum ana P. j.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ j.
Aniſi ℥ ß.
Fiat decoctio in aqua pro fotu. *Rondeletius.*

### *Aliud in materia frigida.*

℞. Malvæ cum rad. M. j ß.
Calaminthæ M. j.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ j.
Aniſi, Fœniculi ana ℥ ß.
Flor. Anthos, Chamomillæ,
Meliloti, Sambuci ana P. j.

A Fiat decoctio, quæ veſicæ, aut cucurbitæ, aut vaſi æneo infundenda, deinde parti applicanda. Veſica commodiùs lateri applicatur, vel ſpongia mollis expreſſa, pannoq; raro ſicco involuta, ne odor ægrotantis nares feriat. Frequenter autem mutandi ſunt fotus, ne refrigerati lædant. *Rondeletius.*

### *Fomentum ad dolorem colicum.*

℞. Radicum Althææ ℥ ij.
B Calamenthi, Origani ana M. j.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ j.
Sem. Apii, Petroſelini, Seſeleos ana ℥ ß.
Flor. Chamomillæ,
Meliloti, vel Flor. Sambuci ana P. j.
Fiat decoctio in aqua & vino, vel oleo: fiatq; fotus cum ſpongiis, vel filtro macerato in decoctione. *Rondeletius.*

### *Fomentum ad dolorem nephriticum.*

Fomentum ad dolores nephriticos ex panniculis laneis nunc oleo dulci, nunc chamæmelino madidis paratur, lumbisque imponitur. *Andernacus.*
C

### *Aliud ad dolorem nephriticum.*

℞. Rad. Althææ ℥ ij ß.
Parietariæ, Malvæ, Althææ,
Petroſelini Macedonici ana M. j.
Sem. Milii Solis ℥ ß.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ j.
Flor. Chamomillæ, Meliloti, Anethi ana P. j.
D Fiat decoctio in tribus partibus aquæ, vel una vini albi: ex qua foveatur regio renum, & ureterum dolentium. *Rondeletius.*

### *Aliud fortius.*

℞. Rad. Saxifragiæ, rad. Raphani,
Rad. Liliorum alborum, Althææ ana ℥ j.
Senecionis, Parietariæ, Violariæ,
Siſymbrii aquatici ana M. j.
Malvæ, Branchæ urſinæ, Althææ ana M. ß.
Sem. Saxifragiæ, Milii Solis ana ℥ ß.
E Fiat decoctio, ut ſuprà. His enim ad frangendos calculos vis non mediocris ineſt. *Rondeletius.*

### *Fomentum emolliens, doloresq; ſedans.*

℞. Foliorum viſci pomorum, minutim conciſorum cum fructibus M. iij.
Rad. Althææ cum foliis,
Malvarum, Violarum ana M. ij.
Sem. Lini, ſem. Fœnigræci ana ℥ ij.
F Flor. Chamæmeli, flor. Meliloti ana P. ij.
Decoquantur cum lacte, fiatq; fomentum. Inflammationes arcet, dolores mirum in modum ſedat, partisque ſubſtantiam fovendo, pus exquiſitum citiſſimè movet.
*Quercetanus.*

DE EPI-

# *De Epithematibus, Sectio XIII.*

Epithemata, Malagmata dicuntur, quæ viſceribus, aliiſque partibus applicantur. Hodie irrigationem, vel humectationem vocant: fotus modò ſupra cor, hepar & pectus totum accommodantur: in hecticis quidem & febribus ardentibus, peſtilentialibus, palpitatione & cardiaca. Fiunt autē ex aquis ſtillatitiis & pulveribus: ita ut pro qualibet libra aquarum, ponantur ℥ ij. pulveris ſeu ſpecierũ, vel ℥ j ß. Horum autem alia alterant

- Univerſaliter *partes omnes: ut* Epithema *commune omnium partium.*
- Particulariter
  - Cerebrum: *ut*
    - Epithema *ad frontem*
      - Primum.
      - Secundum.
      - Tertium.
    - Epithema *ad ſomnum*
      - Primum.
      - Alterum.
    - Epithema *ad capitis dolores.*
    - Epithema *ad faciei eryſipelata, &c.*
  - Cor: *ut*
    - Epithema *in febri continua*
      - Primum.
      - Secundum.
    - Epithema *ad virium imbecillitatem.*
    - Epithema *in febribus ardentibus.*
    - Epithema *ad febres ardentes & ſiccas.*
    - Epithema *ad palpitationem cordis ex bile.*
    - Epithema *ad frigidos cordis affectus, &c.*
  - Pectus: *ut* Epithema *ad hecticam*
    - Primum.
    - Alterum, *&c.*
  - Ventriculum: *ut*
    - Epithema *ad ventriculum corroborandum.*
    - Epithema *ad ventriculum bilioſum.*
    - Epithema *ad ventriculum pituitoſum.*
    - Aliud.
    - Epithema *ad dolorem ex frigido.*
    - Epithema *ad dolorem ex calore.*
  - Hepar: *ut*
    - Epithema *ad calidam jecoris intemperiē, &c.*
    - Epithema *ad hepatis obſtructionē & calorem.*
  - Arterias *juxta manum: ut* Epithema *in febri continua.*
  - Teſticulos, *&c.*

## DE EPITHEMATIBUS ad omnes partes.

### *Epithema commune omnium partium.*

℞. *Succi* Lactucæ, Uvæ immat. Portulacæ,
Solani, Umbil. Vener. ana ℥ iij.

His ſpongia aut linteum imbutum partibus, quæ febris veluti fomites ſunt, imponi debet. *Andernacus.*

## DE EPITHEMATIBUS alterantibus cerebrum.

### *Epithema ad frontem, primum.*

℞. Roſarum rub. P. ij.

Macerentur in vino, ponanturque inter duo linteola tres digitos lata, longitudine autem ab

A una aure ad alteram tendentia: & fronti applicetur. *Galenus.*

### *Secundum.*

℞. Roſarum rubr. Flor. Nymphææ,
Flor. Violarum ana P. j.
Betonicæ, Meliloti ana P. ß.

Reponantur inter duos ſindones, vel duo linteola, fiatque ſplenium interſutum, quod fronti ac temporibus applicetur. *Andernacus.*

### *Tertium.*

B ℞. Aquæ Roſarum ℔ ß.
Olei roſacei ℥ ß.
Albuminis ovorum N. j.
Aceti roſati ℥ j.

Miſce, ac fiat epithema frontale.

### *Epithema frontale, commune.*

℞. Olei roſacei ℥ j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0317-6

Aceti roſ.℥ iij.
Aquæ roſ.℥ ij.
Album ovorum N.j.
Agitentur ſimul,& temporibus applica.

*Aliud.*

℞.Olei roſati completi,ol.violacei,
Olei nymphææ ana ℥ ij.
Aquæ lactucæ,nymphææ ana ℥ iij.
Aceti (vel,ſi vigiliæ urgent,ſucci citri) ℥ j.
Fiat frontale. *Heurnius.*

Vel:

℞.Farinæ hordei M.ß.
Cum lacte muliebri & aceto roſaceo, paucoque oleo roſato, pultis in forma, duabus ſindonibus excepta admove fronti. *Heurnius.*

*Epithema ad ſomnum,primum.*

℞.Florum Nymphææ, Violarum,
Meliloti ana P.j.
Fol.Lactucæ,Papaveris albi ana M.ß.
Sem.Papaveris,Lactucæ,
Anethi ana ʒ j.
Sem.Alterci ʒ ß.
Contundantur omnia, & fronti inter duo lintea, vel pannos ſericos interſutos,appoſitis ligaculis applicentur. *Andernacus.*

*Alterum.*

℞.Aquæ Roſarum ℥ iij.
Aquæ Lactucæ,
Papaveris ana ℥ j ß.
Olei violati,vel roſ.℥ ß.
Aceti roſati ℥ j.
Albumen ovi unum.
Miſce,& fiat epithema, quo ſpongia vel linteum imbutum fronti applicetur tepidum.

*Epithema ad capitis dolores à frigore.*

℞.Salviæ, Roriſmarini, Chamomillæ, Meliloti,Betonicæ,Bryoniæ ana M.j.
Coquantur in aqua: & fronti applicetur cum linteo imbuto in ea decoctione. *Andernacus.*

*Epithema ad faciei eryſipelata.*

Epithemata ex aceto & aqua dulci, vel roſarum, vel plantaginis, vel myrti, vel nenupharis fiunt. Ex ſuccis permixtis aceto vel aqua ad augendam molẽ,vel ne nimis ſpiſſi ſint ſucci. Tinguntur panni rari, & applicantur. *Rondeletius.*

## DE EPITHEMATIBUS alterantibus cor.

*Epithema in febri continua,primum.*

℞.Aquæ roſarum ℥ iix.
Aquæ Acetoſæ,Nymphææ,
Buglosſæ ana ʒ iij.
Sandalorum omnium,
Corallii utriusque ana ʒ j ß.
Croci ℈ ß. Aceti ℥ ß.
Caphuræ G.iij.
Miſce, & fiat epithema, cordis regioni applicandum. *Andernacus.*

A *Epithema in febri continua,ſecundum.*

℞.Aquæ Roſarum,aquæ Intybi,
Aquæ Bugloſſæ ana ℥ ij ß.
Aquæ Cichorii ℥ j ß.
Spec.Diamarg.frig. ʒ ß.
Spec.Diagemmæ,Sandali citrini,
Coralii rubri ana ℈ j.
Ramenti eboris ℈ ß.
Marg.præparat. G.xij.
Croci G.ij.
B Vini,Aceti roſati ana ℥ ß.
Linteum vel ſpongia his omnibus imbuta, hora una vel ſeſquihora ante cibum, cordis regioni applicetur, per æſtatem frigidum, ſæpiusq; mutetur. *Andernacus.*

*Epithema in febribus ardentibus.*

℞.Aquæ Bugloſſæ.
Aquæ Roſarum ana ℥ iij.
Aquæ Violarum ℥ vj.
C Spec.Diamarg.frig. ʒ j.
Cryſtalli ʒ j ß.
Succi citri ℥ ß.
Miſce,& fiat epithema. *Rondeletius.*

*Epithema aliud in vehementi febre.*

℞.Aquæ Bugloſſæ,aquæ Acetoſæ ana ℥ iij.
Aquæ roſarum ℥ ij. Vini albi ℥ ß.
Spec.Diamarg frig.Oſſis myrobalani ana ʒ j.
Cinnamomi G v.
Miſce ſimul cum pauco ſcarlatæ granatæ: fiat
D epithema, quod tepidum admoveatur regioni cordis. *Rondeletius.*

*Aliud in febribus ardentibus circa ſtatum.*

℞.Aquæ Violarum,aquæ Acetoſæ,
Aquæ Bugloſſæ ana ℥ iv.
Aquæ Scabioſæ,Meliſſæ ana ℥ ß.
Spec.Diamarg.frig.oſſis de corde cervi añ ℥ j.
Cinnamomi G.v.
E Fiat epithema, quod eo tempore admoveatur, quo majus incendium ab ægroto percipitur. *Rondeletius.*

*Epithema ad virium imbecillitatem.*

℞.Aquæ Meliſſæ,aquæ flor.Aranciorum,
Aquæ Bugloſſæ ana ℥ ij.
Aquæ ex flor. Myrti,vel
Aquæ Roſarum ℥ ij.
Vini Cretici ℥ j.
F Spec.Diagemmæ,vel
Spec.Diamarg.calid.℥ j.
Trochiſcorum de caphura ℈ j.
Mixta cordi applicentur. * Valet etiam ad palpitationem ex flatibus contractam. *Rondeletius.*

*Epithema ad febres ardentes & ſiccas.*

℞.Hordei mundati P.ß.
Sem.Melonum,Cucurbitæ,
Citrulli,Cucumeris ana ℥ ij.
Flor.Violarum P.j.
Flor.Nenupharis P.ß.
Fiat decoctio. In colaturæ ℔ iij. diſſolve

Olei

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0318-1 DFG

Olei Amygdalarum dulc. Violarum ana ℥ iij.
Agitentur ſimul, & fiat epithema: ſupra totum thoracem applicetur. Maximè convenit febribus hecticis & ſqualidis. *Rondeletius.*

*Epithema ad palpitationem cordis ex bile.*

℞. Roſarum rubrarum,
Flor. Bugloſſæ, Borraginis ana ʒ j.
Sandalorum omnium ana ʒ ij.
Coralii rubri,
Been albi, rubri ana ʒ j ß.

Hæc minutim contuſa, ſacculo ex ſerico panno raro, qui pyramidis formam referat, inſuuntur, & aqua roſarum & bugloſſi modicè irrigatur, cordique admoveatur. *Andernacus.*

*Epithema ad frigidos cordis affectus.*

℞. Flor. Roriſmarini, Stœchados ana ℥ ij.
Sem. Ocymi, Cort. Mali citri, Macis,
Caryophyllorum ana ℥ iij.
Spec. Diamarg. cal. vel Diagemmæ, vel
Diathamaron ʒ ij.

Redacta in pulverem excipiuntur goſſipio. Hoc deinde ſacculo indatur ex ſerico panno interſuto. Hic poſtea vino & aqua meliſſæ irroretur, & tepidus cordi admoveatur: ſiccatus removeri debet. In cordis palpitatione trochiſci de caphura addantur. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Aquæ Roſarum ℥ j.
Aquæ Bugloſſæ ℔ ß.
Succi Meliſſæ, vel Scabioſæ, vel
Cardui benedicti ℥ ij
Pulver. Diamargariti frigidi ʒ j ß.
Corticis ſicci Citriorum ʒ ß.
Moſchi & Croci ana gran.
Vini albi ℥ j.

Fiat epithema. *Heurnius.*

*Epithema cor frigidum alterans, & corroborans.*

℞. Aquæ Meliſſæ, florum vel flavedinis Arranciorum Bugloſſæ ana ℥ iij.
Aquæ ex foliis Myrti ℥ ij.
Vini Cretici ℥ j.
Pulveris Diamargariti calidi ʒ j.
Trochiſci de Caphura ℈ j.

Fiat epithema. *Idem.*

*Vel:*

℞. Caryophyllorum, Cinnamomi ana ʒ ij.
Oſſis de Corde cervi, Corticis citri,
Ligni Aloës ana ʒ j.
Specierum lætificantis Galeni ℥ ij.
Moſchi, Croci ana gran. iij.
Fol. Meliſſæ M. ß.
Vini odoriferi ℥ vj.
Aquæ Meliſſæ, Cardui benedicti,
Majoranæ, Bugloſſi ana ℥ iij. vel iv.

Miſce, fiat epithema, poſtquam infuſa fuêre per duodecim horas & expreſſa, & reſiſibilis materia in ſacculum conſocietur, qui madeſcat ab in-

A fuſo, & calidus cordi imponatur. Confert etiam in Peſte & Palpitatione cordis. *Idem.*

## DE EPITHEMATIBUS alterantibus pectus.

*Epithema ad hecticam febrem.*

℞. Hordei mundi P. ß.
Flor. Violarum P. ij.

Fiat levis decoctio, & in ℔ j. diſſolve

B Olei violacei ℥ iv.

Agitentur ſimul, & fiat epithema: ſupra totum thoracem applicetur. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞. Hordei mundi P. ß.
Flor. Violarum P. j.
Quatuor ſem. frig. major. ana ℥ ij.
Flor. Nenupharis P. ß.

Fiat decoctio. In ℔ iij. diſſolve
Olei Violati, Amygdal. ana ℥ iij.

C Miſceantur bene, & fiat epithema ſupra totum thoracem. Frequenter autem utendum ſerò & manè. *Rondeletius.*

## DE EPITHEMATIBUS alterantibus ſtomachum.

*Epithema ad ventriculum corroborandum.*

℞. Roſarum rubr. P. ij.
D Plantaginis utriusque,
Comarum Abſinthii ana M. ß.
Sandalorum omnium ana ʒ ij.
Coralii rubri ℥ iij.

Omnia ſacculo impoſita ex aqua cum momento aceti, cui aliquid vini adjectum ſit, coquantur: linteum duplicatum hoc jure calido imbutum ventriculo admoveatur. *Andernacus.*

*Epithema ad ventriculum bilioſum.*

E ℞. Acetoſæ, Endiviæ ſativæ ana M. j.
Althææ cum rad.
Abſinthii ſicci ana M. ß.
Roſarum rubr. P. j.
*Coriandri præparati* ℥ ß.
Sandalorum omnium ana ʒ j ß.
Baccarum berberorum ʒ ij.

Decoquantur ex aquæ libris duabus in ſacculo ad tertias: poſtea addantur ſucci cotoneorum ℥ iij. utitor ut ſuperioribus. *Andernacus.*

F *Epithema ad ventriculum pituitoſum.*

℞. Meliloti, Chamomillæ, Malvæ,
Althææ, Menthæ, Abſinthii,
Nardi ana M. j.

Omnia ex aqua in ſacculo coquantur. Juris decocti libræ addatur
Olei roſacei ℥ j.
Olei abſinthini,
Maſtichini ana ℥ ß.
Adipis anſerinæ ʒ ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0319-0
DFG

His omnibus commixtis lintea aut ſpongiæ imbutæ ventri applicentur. *Andernacus.*

### *Aliud ad ventriculum pituitoſum.*

℞. Origani, Calaminthæ, Siſymbrii ana M. j.
Menthæ, Abſinthii ana M. ß.
Sem. Cumini, Aniſi, Fœniculi ana ʒ ij.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Cinnamomi ana ʒ j ß.

Decoquantur omnia in vino meraco, ac manè veſperique ante cibum ventri imponantur, vel ſpongia, vel linteo. *Andernacus.*

### *Epithema ad dolorem ſtomachi ex frigido.*

℞. Menthæ, Pulegii, Calaminthæ,
Anethi ana M. j.
Flor. Chamomillæ, Meliloti ana P. ß.
Flor. Roſ. rubr. P. j.
Nardi, Junci odorati ana ʒ ij.
Sem. Aniſi, Carvi, Dauci,
Anethi, Fœniculi ana ʒ j.
Sem. Lini ʒ iij.
Galangæ, Zedoariæ ana ʒ j.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Ligni aloës ana ℈ j.

In aquæ & vini æquis partibus decoquantur. Jure ipſorum calido lintea duplicia imbuta, aut ſpongiæ madentes, expreſſæque ſtomacho applicentur. *Andernacus.*

### *Epithema ad dolorem ſtomachi ex calore.*

℞. Acetoſæ, Endiviæ ana M. j.
Althææ cum rad. M. ß.
Abſinthii P. ß.
Roſarum rubr. P. j.
Coriandri præparati ℥ ß.
Sandalorum omnium ana ʒ j ß.
Berberis ʒ ij.

Decoquantur ex aquę libris duabus ad dimidias. Spongiæ, aut lintea jure iſto madida, & expreſſa, ventriculo imponantur. *Andernacus.*

## DE EPITHEMATIBUS alterantibus.

### *Epithema ad calidam hepatis intemperiem.*

℞. Aquæ Endiviæ,
Aquæ Scariolæ ana ℥ iij.
Aquæ Abſinthii ℥ j ß.
Aceti, Vini albi ana ℥ ß.
Sem. Acetoſæ, Portulacæ ana ʒ ß.
Pulv. Sandalorum omnium ana ʒ j.

Miſce, & fiat epithema pro regione hepatis. *Rondeletius.*

### *Aliud ad calidam hepatis intemperiem.*

℞. Aquæ Scariolæ, Aquæ Solatri ana ℥ j ß.
Aquæ Acetoſæ, aquæ Endiviæ,
A Aquæ Bugloſſæ ana ℥ iij.
Aceti, Vini albi ana ℥ j.
Trochiſcorum de Spodio ℈ ij.
Spicæ Nardi ʒ ß.
Sandalorum omnium, ut priùs. *Rondeletius.*

### *Epithema ad hepatis obſtructionem & calorem.*

℞. Cichorii cum rad. Intybi recentis,
Agrimoniæ ana M j.
B Abſinthii M. ß.
Flor. Cichorii P. j.
Quatuor ſemin. frigid. majorum & minorum ana ʒ j ß.
Cyperi ʒ ij.
Lupinorum ʒ iij.
Sandalorum omnium ana ʒ j.
Junci odorati ʒ ß.

Hæc omnia in ſacculum conjecta ex octo aquæ unciis, vini & aceti utriusq; unciis duabus, in va-
C ſe fictili cooperto ſimul ad ignem infervescant, & epithematis modo applicentur. *Andernacus.*

## DE EPITHEMATIBUS alterantibus corpus per arterias juxta manum.

### *Epithema in febri continua arteriis juxta manum applicandum.*

D ℞. Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Ligni aloës, Cinnamomi ana ℈ j.
Aquæ Roſarum, Cyrſii, Bugloſſæ ana ℥ j.
*Aceti roſati ℥ ij.*

*His commixtis linteum aut pannum ſericum duplex imbutum obducitur. Andernacus.*

## DE EPITHEMATIBUS teſticulos alterantibus.

E
### *Epithema ad teſticulos refrigerandos.*

℞. Aquæ Nymphææ & Plantaginis ana ℥ iv.
Vini ℥ j. Miſce & linteo admoveantur. *Heurn.*

*Vel:*

℞. Aquæ Roſarum ℥ ij.
Aquæ Solani ℥ j ß.
Vini albi ℥ j.
Trochiſcorum de Caphura ℈ j.

F Miſce, & fiat epithema: admoveatur teſticulis, & ex decocto refrigerãtium & adſtringentium vel decocto florum nymphææ, vel roſarum rubr. balauſtiorum, & ſimilium, quibus in aqua decoctis paretur epithema. * Sanguinem & univerſum corporis habitum refrigerant: ſanguinem inhibent, & minus reddunt fluxilem: unde in profluvio ſanguinis immoderato competunt. *Rondel.*

### *Epithema contra ulcera virgæ.*

℞. Aluminis rochæ ℥ j.
Æris viridis ʒ j.

Aquæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0320-1
DFG

Aquæ fabrorum q.ſ.
Coquantur ſimul per horas duas: fiat colatura, in qua panniculi linei intinguntur, & virgæ applicantur. *A quodam Italo.*

*Epithema ad coitum.*

℞. Scammoniæ ℥ vj.
A Euphorbii ʒ j ß.
Ceræ albæ ʒ ix.
Coque modicùm, agita fortiter, repone: & cùm opus fuerit, reductum in pannum, teſticulis & virgæ ſuperpone, cùm calefacta fuerit, tollatur: & excitabitur coitus.
*Arnold. Villan.*

# *De Embrochis, Sectio XIV.*

Embrocha, Latinis Irrigatio dicitur: eſtq; propriè, ubi ex alto, pluviæ inſtar, in partē aliquam fit deſtillatio. Utimur iis in capitis malis, aliarumq; partium fracturis & contuſionibus. Componuntur ex herbis, radicibus, ſeminibus, floribus, & id genus aliis, decoctis in aqua aut vino. Irrigationum autem aliæ alterant qualitate

- Prima. *Sic aliæ*
  - Calefaciunt
    - Caput: *ut*
      - Embrocha *ad lethargum.*
      - Irrigatio *alia ad morbos capitis frigidos.*
    - Stomachum, *&c. ut* Embrocha *ad ſtomachum imbecillem.*
  - Refrigerant
    - Caput: *ut*
      - Embrocha *ad phrenitidem.*
      - Embrocha *ad cōciliandum ſomnum, &c.*
      - Aliud.
    - Alias *partes.*
- Secunda. *Sic*
  - Dolorem *mitigant.*
  - Embrocha *ad dolorem podagricum.*

## DE EMBROCHIS CALEFACIENTIBUS caput.

*Embrocha ad lethargum.*

℞. Hyſſopi, Origani, Calamenthi,
Pulegii ana M. ß.
Sem. Aniſi, ſem. Fœnugræci,
Coriandri præparati ana ʒ ij.
Flor. Stœchados, Roriſmarini ana P. j.
Decoquantur ad ℔ j. fiatq; embrocha, qua irrigetur caput. *Rondeletius.*

*Irrigatio alia ad morbos capitis frigidos.*

℞. Rad. Acori, rad. Cyperi, rad. Ireos ana ℥ ij.
Betonicæ, Majoranæ, Salviæ,
Origani, Calamenthi ana M. ß.
*Cort. Citri ſicci ʒ iij. Sem. Aniſi ℥ j ß.*
*Coriandri præparati,*
*Granorum tinctorum ana ʒ j ß.*
*Flor.* utriusque Stœchados ana P. j.
Coquantur in ſufficienti quantitate aquæ, uſque ad conſumptionem partis dimidiæ, fiatque embrocha, qua caput irrigetur, addendo, ſi ſit contumax morbus, aquæ vitæ ℥ ß. *Rondeletius.*

*Irrigatio calefaciens caput, alia.*

℞. Betonicæ, Chamomillæ,
Majoranæ, Serpylli ana M. ß.
Lavendulæ, Origani,
Calaminthæ,
Hyſſopi ana M. ß.
Coquantur in libris duabus aquæ fontanæ, do-
B nec dimidium abſumatur, fiatque embrocha. *Fuchſius.*

## DE EMBROCHIS ALTErantibus ſtomachum.

*Embrocha ad ſtomachum imbecillem in febri quotidiana.*

℞. Vini ℥ v.
Omphacii ℥ iv.
C Olei Chamæmelini ℥ ij.
Olei maſtichini ℥ j.
Miſce, & fiat embrocha. *Andernacus.*

## DE EMBROCHIS REFRIgerantibus caput.

*Embrocha in initio inflammationum.*

℞. Violarum, Roſarum, Nymphææ ana P. j.
Fol. Nymphææ, Solatri, Plantaginis ana M. ß.
D Sem. frigid. majorum & minorum ana ℈ ij.
Fiat decoctio ex aqua Plantaginis vel Endiviæ ad libram: in fine coctionis adde Auri acerrimi ℥ iij. inſtilletur inflammationum initio. *Heurn.*

*Embrocha ad phrenitidem in principio.*

℞. Lactucæ, Violarum, Plantaginis,
Solatri, Sempervivi,
Portulacæ ana M. j.
E Flor. Violarum, Nenupharis, Roſarū ana P. j.
Fol. Myrti M. ß.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0321-7 DFG

Fiat decoctio, quæ per clepſydram parva in caput inſtilletur. *Rondeletius.*

*Alia embrocha in augmento.*

℞. Violarum, Lactucæ,
Solatri, Plantaginis,
Portulacæ ana M.j.
Roſarum, Flor. Violarum,
Nenupharis ana P.j.
Fol. Myrti M.ß.
Flor. Chamomillæ, Anthos,
Meliloti ana P.j.

Coquantur ad dimidium, fiatque embrocha. In declinatione verò additur huic decoctioni, betonica, ſpondylium, origanum, & calaminthum. *Rondeletius.*

*Embrocha ad ſomnum conciliandum.*

℞. Lactucæ, Violarum, Plantaginis,
A Solatri, Sempervivi, Portulacæ ana M.j.
Flor. Violarum, Nenupharis, Roſarum ana P.j.
Flor. Myrti M.ß.
Sem. Lactucæ, Papaveris albi ana ʒ ij.
Cort. Mandragoræ ʒ j.

Decoquantur in ℔ ij. aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis, fiatq; embrocha. *Rondeletius.*

*Embrocha ad ſomnum inducendum.*

℞. Aquæ fontanæ q.ſ. eſt, pone in gutturnium, juxta lectum, & vaſe alio ſuppoſito, aquam gut-
B tatim ſtillare permitte. * Somnum conciliat, ut ait Doctor im Gießfaß.

*Embrocha ad dolorem podagricum.*

℞. Thymi, Origani, Salviæ, Calaminthæ ana M.j.

In aqua decoquantur, jure eorum partes affectæ perfundantur, aut foveantur. *Andernacus.*

## *De Inseſſionibus, Sectio XV.*

INSESSUS eſt quaſi balneum ventris, partiumq; infernarũ. Fiunt ex decoctione herbarum, radicum, florum, ſeminum, quorũ reſidentia ſacco imponitur, cui reſideat æger. Utimur his in affectibus veſicę, coli, uteri, ani, renum, ventris, ob ægri imbecillitatem, ob balneorum defectum. Horum autem alii

- Aſtringunt: *ut*
  - Inſeſſus *ad anum prolapſum.*
  - Inſeſſus *ad nimium uteri fluorem.*
  - Inſeſſus *ad hæmorrhoidas.*
  - Inſeſſus *ad alvi fluorem.*
- Emolliunt: *ut* Inſeſſus *ad teneſmum.*
- Aperiunt: *ut*
  - Inſeſſus *ad menſtrua provocanda.*
  - Alius.
  - Alius.
- Diſcutiunt: *ut*
  - Inſeſſus *ad inflammationes uteri.*
  - Inſeſſus *ad renes inflammatos.*
- Calculum *frangunt*: *ut*
  - Inſeſſus *ad calculos.*
  - Alius.
  - Alius.
- Dolorem *ſedant*: *ut*
  - Inſeſſus *ad dolores colicos.*
  - Inſeſſus *ad dolorem nephriticum & colicum.*

## DE INSESSIONIBUS aſtringentibus.

*Inſeſſus ad anum prolapſum.*

℞. Plantaginis M.j.
Roſarum rubr. M.ß.

Decoquantur in aqua, cui chalybs antea extincta fuerit. *Andernacus.*

*Inſeſſus ad nimium uteri fluorem, & ani hæmorrhoidas.*

℞. Plantaginis, Polygoni, Equiſeti,
Rubi foliorum ana M.j.
Roſarum P.iv.
Malicorii ℥ ij.
Rad. Symphyti ℥ j.
Calycum glandium ℥ ſ.

C Decoquantur in aqua chalybeata, fiatque inſeſſus. *Andernacus.*

*Inſeſſus ad hæmorrhoidas.*

℞. Verbaſci, Plantaginis ana M.j.
Flor. Verbaſci P.j.
Sem. Lini ℥ ij.
Cort. Malorum Punicorum,
Balauſtiorum, Rhus obſoniorum,
Baccarum Myrti ana ℥ ß.

D In aqua & vino auſtero decoquantur ad inſeſſum. *Andernacus.*

*Inſeſſus ad fluorem alvi.*

℞. Rad. Biſtortæ,
Rad. Conſolidæ major. ana ℥ ij.
Nucum Cupreſſi, Nucum Pini,
Cort. Mali granati ana ℥ ij.

Roſarum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0322-3

Roſarum rubrarum, Balauſtiorum,
Granorum myrti ana ℥ j ß.
Decoquantur omnia in vino rubro aſtringente. *Rondeletius.*

*Alius.*

℞. Plantaginis, Polygoni,
Burſæ paſtoris, Equiſeti ana M. ij.
Fol. Rubi, Lentiſci, Sumach ana M. j ß.
Aluminis rochæ ʒ ij.
Roſarum rubrarum ana ℥ j ß.
Decoquantur omnia ſimul in vino rubro, aut aqua chalybeata: deinde huic decocto inſideat æger. *Rondeletius.*

*Inſeſſus ad alvi, uteriq; nimium fluorem, deſcenſum, hæmorrhoidas, exitum ani, aliaq; ejus vitia.*

℞. Fol. Quercus M. v.
Roſarum rub. M. ij.
Glandium quercus ℥ iij.
Decoquantur in aqua pluviali, vel fontana. In decocta reſtinguatur chalybs, aut ferrum candens ter, vel ſæpius. Inſeſſus fiat mane ac veſperi. *Rulandus.*

## DE INSESSIONIBUS emollientibus.

*Inſeſſus ad teneſmum.*

℞. Malvæ, Althææ, Violariæ,
Verbaſci ana M. j.
Flor. Verbaſci P. j.
Sem. Lini ℔ ß.
In horum decocto ex aqua, æger ad umbilicum uſque ſedeat. *Andernacus.*

*Inſeſſus ad teneſmum alius.*

℞. Folia tapſi barbati M. iv.
Calculorum ſem. lini ℔ ß.
Fiat ex his in ſ. q. aquæ decoctio, & inſeſſus. *Rulandus.*

## DE INSESSIONIBUS aperientibus.

*Inſeſſus ad menſtrua provocanda.*

℞. Arthemiſiæ, Roriſmarini,
Thymi, Marrubii,
Calaminthæ ana M. ij.
Sabinæ M. j.
Fol. Lauri P. iij.
Flor Roriſmarini, Sambuci ana P. ij.
Rad. Cyperi ℥ ij.
Granorum Juniperi contuſ. ℥ j ß.
Omnia inciſa, ſacculoque condita, coquantur ex aqua fluviali, quanta ad inſeſſum requiritur. *Andernacus.*

*Alius ad eadem.*

℞. Arthemiſiæ, Salviæ, Betonicæ, Calaminthæ, Origani, Pulegii, Chamæmeli, Meliloti, Hyperici, Abrotani ana M. ß.

A Rad. Iridis, Petroſelini ana ʒ j.
Coquantur pro inſeſſu. *Fuchſius.*

*Alius ad menſtrua provocanda.*

℞. Nepetæ, Arthemiſiæ, Thymi,
Salviæ ana M. j.
Fol. Lauri, Filicis ana M. ij.
Flor. Sambuci P. j.
Rad. Valerianæ, rad. Apii, rad. Petroſelini,
Rad. Fœniculi ana ℥ ij.
Ex his in aqua decoctis fiat inſeſſus, quo manè
B & veſperi ante cibum utendum eſt. *Andernacus.*

*Alius ad menſtrua indurata, tumoresq; & dolores naturalium.*

℞. Fœnigræci, ſem. Lini, Pulegii,
Arthemiſiæ, Cucumeris ſylveſtr.
Rad. Liliorum alb.
Fol. Dendromalachæ ana q. ſ.
Decoquantur omnia in aqua, fiatq; inſeſſus, vel balneum ſimplex dulcis aquæ emolliens & hu-
C mectans. Antea verò quàm utaris, alvus ſubduci, levarique veſica debet. nam his oppletis, & uterum, qui medius inter illa conſiſtit, prementibus, menſtrua nimia anguſtia cohibentur, tardanturque. *Andernacus.*

*Inſeſſus ad menſes ciendos.*

℞. Pulegii, Sabinæ ana M vj.
Rad. Aſari ℥ iv.
In ſacculo incluſa coquantur ex aqua pluviali,
vel fontana, quantam poſtulat inſeſſus. Utendum
D hoc ante cibum mane, ac veſperi tempore menſtruationis.

## DE INSESSIONIBUS diſcutientibus.

*Inſeſſus ad uteri inflammationes.*

℞. Rutæ, Pulegii, Nepetæ, Marrubii, Thymi,
Arthemiſiæ, Althææ, &c. ana q. ſ.
E Decoquantur ad inſeſſum. Poſt hujus uſum, uterus oleo laurino, vel nardino, vel anethino inungatur. *Andernacus.*

*Inſeſſus ad renes inflammatos.*

℞. Malvæ, Althææ ana M. iv.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ ij.
Decoquantur in aqua. Hæc poſtea vaſi ligneo altitudinis pedalis immittantur ad inſeſſum. *Andernacus.*

F

## DE INSESSIONIBUS frangentibus calculum.

*Inſeſſus ad calculoſos.*

℞. Fragmentorum Raparum,
Fragment. Paſtinacæ,
Siſeris, Chamomillæ, Flor. Verbaſci,
Betonicæ, Prunellæ,
Aquilegii, Rutæ murariæ,
Arthemiſiæ ana M. j.
Coquantur in aqua pluviali, quantum ad inſeſſum ſatis eſt. *Andernacus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0323-8

### *Inſeſſus ad calculum.*

℞.Saxifragiæ,Oenanthes,Helxines,
Malvæ,Althææ ana M.j.
Cicerum rub.℥ ij.
Sem.Petroſelini,Lini,
Fœniculi ana ℥ j ß.

Coquantur in aqua juſtæ quantitatis ad tertias pro inſeſſione. *Fuchſius.*

### *Alius ad calculum.*

℞.Malvæ,Althææ,Chamomillæ,Meliloti,
Parietariæ,Scolopendrii ana M.ij.
Rad.Malvæ ℔ ß.
Rad.Fœniculi,
Sem.Lini ana ℥ iij.
Fœnigræci ℥ ij.
Rubeæ tinctorum ℥ j.

Inciſa omnia, ſacculoque lineo indita, ad inſeſſum coquantur. *Andernacus.*

### *Alius ad calculum.*

℞.Radicis Althææ ℥ iv.
Fol.Althææ,Malvæ,
Parietariæ ana M.ij.
Rad.Nardi M.ß.
Origani,Calamenthi,
Betonicæ,Abrotani,
Arthemiſiæ,Roriſmarini,
Petroſelini ana P.ij.
Sem.Lini,Fœnigræci,Aniſi,
Fœniculi ana ℥ ij.
Furfuris craſſi P.iv.

Sacculo indita ex aqua communi coquantur, quanta ad inſeſſum ſufficere poterit. *Andernacus.*

### *Inſeſſus ad arenam,renumq́; calculos.*

℞.Raparum N.v.
Naſturtii aquatici,Polygoni ana M.iv.

Inciſa lineo ſacculo indantur, ac incoquantur aquæ, quantum ſatis eſt inſeſſui. Utatur æger tempore paroxyſmi, & ubi ingens ſurget dolor. *Rulandus.*

### *Inſeſſus ad veſicæ calculum & ſtranguriam.*

℞.Raphani N.x.

Incidantur, ſacculo imponantur, aquæ quanta neceſſaria eſt, incoquantur, ut fiat inſeſſus, cujus frequens ſit uſus.

A

## DE INSESSIONIBUS dolorem mitigantibus.

### *Inſeſſus ad dolores colicos mitigandos, curandosq́;.*

℞.Althææ,Rutæ,Majoranæ,
Arthemiſiæ ana M.ij.
Fol.Lauri ℥ ij ß.
Seminis Apii,Aniſi,Cumini ana ℥ ij.

B In aqua decoquantur, quanta ſolium dimidium repleat. *Andernacus.*

### *Inſeſſus ad colicam paſſionem, ventriúq́; torſiones.*

℞.Florum Chamomillæ,Meliloti,
Anethi,ſem.Lini ana M.ß.
Menthæ,Calamenthi,Abſinthii,Pulegii,
Origani,Cumini,Granorum Juniperi,
Baccarum Lauri ana M.j.
Spicæ M.ß.
C Sulphuris vivi ℥ j.
Salis nitri ℥ ß.

Sacculo indita coquantur in ſ. q. aquæ fluvialis ad tertias, ut fiat inſeſſus, quo utatur æger mane ac veſperi, &, ſi opus ſit, noctu ac ſæpiùs, donec ex toto remittat dolor. *Rulandus.*

### *Inſeſſus ad colicum & nephriticum dolorem.*

℞.Origani,Calaminthæ,Anethi,
D Chamomillæ,Sinonis,Lauri ana M.iv.
Fœnigræci,Sem.Carvi,Cumini,
Aniſi,Fœniculi ana ℥ ij.
Baccarum Lauri ℥ ß.

Quòd ſi varii ſint affectus, eorumque cauſæ diverſæ, plura medicamenta inſtituto idonea adjicere licebit: ut, ſi emollitione opus ſit, folia malvæ, althææ, parietariȩ, ac violarum addes. Sin autem inciſio quædam, aut meatuum apertio requiratur, radices aſparagi, ruſci, apii, adjungen-
E tur. Ad veſicam calculoſam eiſdem utendum, ita tamen ut ruta addatur. *Andernacus.*

### *Inſeſſus ad uteri dolores & præfocationes.*

℞.Meliſſæ M.x.
Pulegii M.iv.
Roriſmarini M.iij.

Coquantur in ſ. q. aquæ fontanæ. Uſus ejus eſt ante cibum manè atque veſperi. *Rulandus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0324-4
DFG

# *De Balneis, Sectio XVI.*

- Balneum remedium eſt totius corporis. Horum alia alterant qualitate
  - Prima. *Sic*
    - Calida : *ut* Balneum *ad intemperiem frigidam, &c.*
    - Frigida : *ut*
      - Balneum *ad intemperiem calidam.*
      - Balneum *pro hecticis, &c.*
  - Secunda. *Sic alia*
    - Aſtringunt : *ut*
      - Balneum *ad juvandum conceptum.*
      - Balneum *ad inflammationem, cùm fluxus adeſt.*
    - Emolliunt : *ut*
      - Balneum *emolliens.*
      - Balneum *ad inflammationem & duritiem, &c.*
    - Aperiunt : *ut* Balnea *ad movenda menſtrua.*
    - Abſtergunt : *ut*
      - Balneum *ad cutis affectus.*
      - Aliud. Aliud. Aliud.
      - Balneum *pro leproſis, &c.*
    - Dolorem *mitigant : ut*
      - Balneum *ad dolorem colicum.*
      - Balneum *ad dolorem nephriticum.*
      - Balneum *ad laſſitudinem, &c.*

## DE BALNEIS EXCA-lefacientibus.

### *Balneum ad intemperiem frigidam.*

℞. Pulegii, Origani, Hyſſopi, Thymi,
Saturejæ ana M. j.
Salviæ, Fol. Lauri, Roriſmarini,
Chamæpityos, Pyrethri ana M. ß.

Hæc, vel omnia, vel plura ex eis, in aqua fontana vel vino mixta coquantur, quanta ad balneum ſatis ſunt. *Andernacus.*

### *Balneum ad paralyticos.*

℞. Baccarum Juniperi contuſarum M. xv.

Decoquantur in aqua fluviali, quanta opus ſit ad lavacrum. In decocta aqua reſtinguatur ſepties chalybs candens, ac renovetur hoc modo tertio quoque die. *Inſideat ægrotus miſto balneo ad collum uſque tot horis, quot ferre manè & veſperi quotidie poteſt. Rulandus.*

### *Balneum ad contractos & convulſos.*

℞. Sambuci M. xx.

Decoquantur (pro divitibus) in vino, pro pauperibus verò in aqua quantum ſufficit. Inſideant quotidie diutiùs in hoc lavacro, & poſt egreſſum, in calido lecto benè contecti ſtragulis ſudent diù multumque. Poſt ſudorem perunganturm membra contracta iſto unguento.

℞. Pinguedinis taxi ℥ iij.
Pinguedinis vulpis ℔ j.
Maſticis ℥ ß.

A Euphorbii ʒ ij.
*Piperis utriusque* ʒ x.
Vini boni menſ. ij.

Fiat decoctio juxta artem. *Rulandus.*

## DE BALNEIS refrigerantibus.

### *Balneum ad intemperiem calidam.*

℞. Flor. Violarum, Bugloſſæ ana P. iv.
Flor. Nymphææ P. ij.

B In aqua coquantur, quanta pro balneo ſufficit. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

℞ *Succi Solatri, Succi Cucurbitæ,*
*Succi Melonum* ana ℔ iv.

Miſce aquæ balnei, quanta pro balneo ſatis eſſe poteſt. *Rondeletius.*

### *Balneum pro hecticis.*

In febribus hecticis conveniunt balnea ex
C aqua tepida, humectantia: quæ ut magis humectent, addimus libram unam olei violati: aut butyrum recens in prædicta aqua diſſolvimus, quod humiditatem aëream partibus *externis* infundit. *Rondeletius.*

### *Aliud pro hecticis.*

℞. Radicum Biſmalvæ ℔ ij.
Malvæ, Branchæ urſinæ,
Bugloſſæ cum rad ana M. iv.
Flor. Violarum, Bugloſſæ, Borraginis ana P. iv.
Roſarum rubr. P. ij.

Humectantibus balneis admiſceantur decocta pedum vervecis, & inteſtinorum: quamvis illa ad remolliendum potius uſurpentur. *Rondeletius.* A

## DE BALNEIS aſtringentibus.

### *Balneum ad juvandum conceptum.*

℞. Rad. Valerianæ ℔ j ß.
Rad. Cyperi, Galangæ, Rad. Enulæ ana ℥ ij.
Fol. Lentiſci, Arthemiſiæ, Calamenthi, B
Origani, Lavendulæ, Majoranæ,
Fol. Lauri ana M. iv.
Summitatum Lentiſci, Myrti,
Cupreſſi ana M. ij.
Sem. Ameos, Lentiſci, Fœniculi ana ℥ j ß.
Cort. Mal. granat. ℥ ij.
Aluminis ʒ ij.
Roſ. rub. Stœchados, Flor. Sampſuci ana P. iij.

Coquantur omnia in ſufficienti aquæ quantitate, addendo vini rubri ſtyptici modicum: & utatur balneo. *Rondeletius.* C

### *Balneum ad conceptum perutile, calefaciens & roborans uterum.*

℞. Arthemiſiæ, Abſinthii, Leviſtici, Avenæ,
Granorum Juniperi, Origani, Chamomillæ ana M. ij.

Decoquantur hæc ſimul in aqua pluviali, quanta opus eſt. Inſideat in iſto balneo mulier ſterilis, ſtatim poſt fluxum menſtruorum quotidie bis, D manè ſcilicet per horam, & tamdiu veſperi, idq; continuet octo diebus, ac renovet tertio quoque die. *Rulandus.*

### *Balneum ad inflammationem, cùm fluxus adeſt.*

℞. Plantaginis, Polygoni, Fol. Rub. ana M. iij.
Malicorii ℥ ij.

Coquantur in aqua, quantum ad balneum ſatis eſſe putas. *Andernacus.* E

## DE BALNEIS EMOLlientibus.

### *Balneum emolliens.*

℞. Malvæ cum radicibus, Branchæ Urſinæ,
Violariæ ana M. iij.
Mercurialis, Parietariæ, Betæ ana M. ij.
Sem. Lini ℥ j.
Flor. Chamomillæ P. ij.

Fiat decoctio pro balneo, in quo æger bis quotidie natet ad horam unam. Hoc balneum valet F etiam in affectibus cutis cruſtoſis, ſquamoſis, ſiccis & ſqualidis. *Rondeletius.*

### *Balneum ad inflammationem & duritiem membrorum.*

℞. Malvæ domeſticæ, ſylveſtris,
Meliloti ana M. ij.
Seminis Lini ℥ iij.
Fœnigræci ℥ ij.

Ex his in aqua coctis balneum paratur. *Andern.*

## DE BALNEIS aperientibus.

### *Balneum menſtrua provocans.*

℞. Rad. Ireos ℔ ß.
Galangæ craſſæ, Rad. Rubiæ major. ana ℥ ij.
Rad. Althææ, Cyclaminis ana ℥ iij.
Arthemiſiæ, Nepetæ, Matricariæ,
Origani, Mercurialis ana M. iv.
Pulegii, Pſyllii, Majoranæ,
Fol. Lauri ana M. ij.
Sem. Petroſelini, Seſeleos,
Ameos, Cinnamomi ana ℥ j ß.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ iij.
Flor. Sampſuci, Anthos, Stœchados,
Cicerum rub. Sabinæ ana P. iv.

Coquantur omnia in duabus partibus aquæ, & una vini albi: deinde ſedeat in balneo, frequenter admovendo ventri inferiori plantas in prædicto balneo decoctas. *Rondeletius.*

## DE BALNEIS ABSTERgentibus cutem.

### *Balneum primum, ad cutis affectus: hoc eſt, cruſtas & ſquamas duras emolliens, & detergens.*

℞. Malvæ cum rad. Branchæ urſinæ,
Violariæ ana M. iv.
Mercurialis, Parietariæ, Betæ ana M. ij.
Sem. Lini ℥ j.
Chamomillæ P. ij.

Decoquantur pro balneo, in quo bis quotidie ſedeat ad horam unam. *Rondeletius.*

### *Balneum ſecundum, cutis affectus detergens & exiccans.*

℞. Rad. Bryoniæ, Lapathi acuti,
Cucumeris ſylveſtr. Ari, Serpentariæ ana ℔ j.
Rad. Aſphodeli, vel Gentianæ, & Squillæ ℔ ß.
Saponariæ, Parietariæ, Abſinthii,
Scabioſæ, Fumariæ, Borraginis ana M. j.
Lupinorum, Fabarum ana ℥ ß.
Flor. Centaurii min. P. iij.
Roſarum P. ij.

Fiat decoctio pro balneo: de qua decoctione adde plus vel minus, pro morbi natura, vel corporis habitu & viribus, & diutius utatur. *Rondeletius.*

### *Balneum tertium, cutim detergens, ac leviter aſtringens ſeu corroborans.*

℞. Fol. Myrti, vel Fol. Lentiſci, vel Plantaginis,
Tapſi barbati, Piloſellæ, Hippuris,
Polygoni ana M. ij.
Roſarum part. xx.
Rad. Iridis, Biſtortæ, Pentaphylli ana ℥ ij.

Fiat decoctio: in qua diſſolve
Salis communis ℔ iij.
Aluminis ℥ iv.

Miſce, & fiat balneum tepidum, & ſpongiis novis detergatur diligenter. Ex lixivio etiam fieri poſſunt, modò non ſit nimis acre. Hoc autē bal-

neo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0326-5
DFG

neo non utendum , niſi priùs materia per præce- A
dentia balnea fuerit inſenſibiliter reſoluta , vel
evacuata. *Rondeletius.*

*Balneum ad majores cutis affectus.*

℞. Rad. Lapathi acuti ℔ ij.
Rad. Enulæ ℔ ß.
Fumariæ, Lupinorum, Borraginis, Bugloſſæ,
Parietariæ, Betæ, Saponariæ ana M.iv.
Sem. Cucurbitæ, Cucumeris,
Melonis, Citrulli ana ℥ ij. B
Acetoſæ, Lapathi acuti,
Lentiginis aquaticæ ana M.ij.
Miſce ſimul, & pro balneo decoquantur, in quo potes addere farinæ fabarum ℔ ij. Sedeat in hoc balneo æger.

*Aliud ad idem.*

℞. Rad. Bryoniæ, Cucumeris ſylveſtr. an. ℔ ß.
Rad. Aſphodeli ℥ iij.
Rad. Lapathi acuti, rad. Enulæ ana ℔ ß.
Mercurialis, Betæ cum rad. Saponariæ, C
Parietariæ ana M.iij.
Lupinorum, Fumariæ ana M.ij.
Sem. Raphani ℥ j.
Sem. Melonum, Citrulli, Cucurbitæ,
Cucumeris ana ℥ j ß.
Lumbricorum per media diſſectorum N.iv.
Fol. Senæ ℥ iij.
Fol. Borraginis, Violarum, Bugloſſæ ana P.iij.
Reponantur omnia pro balneo, in quo diſſolve farinæ lupinorum, & ciceris rubr. ana ℔ ß. fiat D balneum, ut dictum eſt. *Rondeletius.*

*Aliud ad præduram prætumidamq́ ſcabiem.*

℞. Rad. Bryoniæ, Cucumeris ſylveſtr. ana ℥ iij.
Rad. Althææ, rad. Liliorum alb.
Rad. Lapathi acuti ana ℔ iij.
Rad. Serpentariæ, Haſtulæ regiæ ana ℥ ij.
Malvæ, Bismalvæ, Branch. urſinæ ana M.iv.
Lupinorum, Fumariæ, Lapathi acuti, E
Saponariæ, Acetoſę, Endiviæ, Cichorii an. M.j.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℔ j.
Sem. Raphani ℥ j.
Sem. Cucurbitæ, Melonum,
Citrulli, Cucumeris ana ℥ ij.
Flor. Chamomillæ, Meliloti ana P.ij.
Flor. Borraginis, Bugloſſæ, Nymphææ,
Hordei integri, Cicerum rubr. ana P.ij.
*Miſce ſimul*, & decoquantur in ſufficienti aquæ quantitate pro balneo, quo præſidio utimur ad F diſcutiendam ſcabiem cruſtoſam & contumacem, & emollienda tubercula elephanticorum, quibus tota cutis ſcatet. Poſt hoc balneum utendum erit tertio balneo, ſuperiùs deſcripto in cutis affectibus. *Rondeletius.*

*Balneum ad morbum Gallicum.*

℞. Flor. Chamomillæ,
Flor. Meliloti ana ℔ j.
Caudæ equinæ, Lavendulæ, Malvæ,
Ariſtolochiæ longæ, Centaureæ ana M.iij.
Fœnigræci P.iv.
Ligni Guajaci, vel Juniperini ℔ iij.
Bulliat in ſufficienti quantitate aquæ, ſecundùm artē, deinde coletur, uſuíq; ſervetur. Poſt egreſſum ſcabies abluatur mixtura præſcripta, ex oleo ligni, & aqua plantaginis facta. Et ſic æger ſanabitur, corpore priùs rectè purgato. *Rulandus.*

*Balneum abſtergens, purgans, rareſaciens, digerens, pro leproſis.*

℞. Bryoniæ, Cucumeris aſinini, Serpentariæ,
Enulæ ana ℔ ß. cum radicibus,
Lapathi acuti, Acetoſæ, Borraginis, Bugloſſæ,
Saponariæ ana M. iij. cum radicibus,
Fumariæ, Lupulorum, Endiviæ,
Cichorii, Plantaginis ana M.iij.
Lupinorum, Cort. Fabarum,
Hordei integri ana P.ij.
Roſarum rubr. Flor. Nenupharis,
Trium flor. cordial.
Tamariſci ana M.iv.
Flor. Chamomillæ, Flor. Meliloti ana M.ij.
Fiat decoctio in aqua fontana & pluviali pro balneo, quod ingrediatur mane ventriculo vacuo. Bis aut ter in ſecunda vice ſumat tabellam unam Diamarg. frigid. ſuperbibendo ℥ ij. aquæ borraginis. Item à prandio ingrediatur longè à cibo. Continuis tribus diebus peragat idipſum. *Rondeletius.*

*Balneum ad ſcabiem, lepram, ulcera, & omnia cutis vitia, expertum.*

℞. Fol. Quercus, Piſorum ana M.x.
Coquantur in aqua fluviali q.ſ. In hoc balneo inſideat æger quotidie mane & veſperi. Et quando egreditur, cutis infectiones penna in ſequenti mixtura intincta laventur, & per ſe ſiccentur:
℞. Aquæ Plantaginis ℔ j ß.
Olei ligni Guajaci ℥ ij.
Miſce. Ulcera verò Emplaſtro Diaſulphuris vinciantur. Hoc enim modo ſanavi omnē ſcabiem, ulcera quæcunque, ac lepram recentem, non ex parentibus contractam, cutisq; vitia cuncta. Renovandum eſt autem tertio quoque die, ut reliquæ artificiales balneæ. *Rulandus.*

*Balneum Theophraſti Paracelſi, certò ſanans (ut ipſemet edoctus experientia teſtatur) omnes morbos chirurgicos, eosq́ qui per cathartica, abſtinentiam, ſudationes, & balneas curari ſolent aut poſſunt.*

℞. Aluminis ℔ x.
Salis ℔ xx.
Aceti ſtillatitii q. ſufficit.
Commiſceantur ſimul optimè, ſtetque per quatuor dies in infuſione, poſtea decoquatur ad conſumptionem aceti. Cocta hæc maſſa, ſeu lapis, incoquatur in aqua pluviali, quanta ſufficit, quoad oleoſitas quædam appareat. Deinceps



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0327-1
DFG

inſideat æger in hoc lavacro pro vulgari modo, & conſuetudine, nec ulla utatur medicina.

## DE BALNEIS DOlorem mitigantibus.

### *Balneum ad dolorem colicum.*

℞. Rad. Althææ ℔ ij.
Mercurialis, Parietariæ, Violariæ,
Branchæ urſinæ ana M. j.
Origani, Calamenthi,
Pulegii, Rutæ ana M. iij.
Aniſi, Fœniculi, Petroſelini ana ℔ ß.
Flor. Anthos, Sampſuchi,
Stœchados, Meliloti ana P. iij.
Cort. Citri ſicc. ʒ ij.
Lavendulæ, Fol. Lauri ana M. iij.

Decoquantur omnia in duabus partibus aquæ, & una vini. Quòd ſi vini Malvatici copia ſuppetit, illius modicum permiſceri poterit. *Rondeletius.*

### *Balneum ad dolorem nephriticum.*

℞. Rad. Liliorum alb.
Biſmalvæ ana M. iv.
Parietariæ, Saxifragiæ, Petroſelini,
Fœniculi marini, Fœnigræci ana M. ij.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℔ ß.
Milii Solis ℥ ij.
Fol. Siſymbrii, Violariæ,
Borraginis, Buglоſſæ ana P. iv.

Quibus addere potes
Rad. Raphani ℥ iij.
Fol. Senecionis M. ij.
Flor. Chamomillæ,
Flor. Sambuci ana P. ij ß.

Decoquantur omnia in ſufficienti aquæ quantitate: deinde permiſceantur vini albi ℔ iv. olei liliorum, & butyri ana ℔ iij. paretur balneum, in

A quo ſedeat æger tantiſper, dum vehementibus doloribus torquetur. Quo uti poſt alias evacuationes eſt ſaluberrimum: & eo ipſo tempore, quo æger in balneo reſidet, potiones calculum frangentes exhiberi poſſunt. *Rondeletius.*

### *Balneum ad laßitudinem.*

℞. Hyſſopi, Origani, Pulegii,
Thymi, Saturejæ ana M. ß.
Salviæ, Fol. Lauri,
Roriſmarini, Chamæpityos,
B Pyrethri ana M. ß.

Coquantur in aqua fontana, quanta ad balneum ſatis eſt. *Andernacus.*

### *Aliud balneum ad laßitudinem.*

℞. Origani, Pulegii,
Chamomillæ ana M iij.
Salviæ, Baccarum lauri ana M. ij.

Coquantur in aqua, quanta opus eſt. *Rulandus.*

### C *Balneum ad dolorem.*

℞. Raparum N. vj.
Rutæ M. v.
Salis M. iij.

Incoquantur ſimul in aqua, quanta fuerit opus. Inſideat æger manè ac veſperi, ubi non adeſt inflammatio. *Rulandus.*

### *Balneum ad podagram, chiragram, & ſciaticam.*

℞. Salis ℔ ij.
D Aluminis ℔ j.
Sulphuris vivi ℥ iij.
Baccarum lauri ℔ ß.

*Bulliant ſimul in aquæ duobus ſextariis.* Atque ex hoc unicuique balneo tertio quoque die renovando infundatur portio à ℔ ß. ad ℔ j. Ac inſideat in hoc lavacro æger quotidie per horam, mane & veſperi. *Rulandus.*

## DE LOTIONIBUS, *Sectio XVII.*

PARTIUM quarundam fiunt ablutiones, quæ balnei vicem gerunt, videnturq; balnea particularia. Unde lotiones

- Trunci: *videlicet*
  - Capitis: *ut*
    - Lotio *ad ſordes auferendas.*
    - Lotio *ad ulcera.*
    - Lotio *ad pediculos.*
    - Lotio *ad tingendos capillos.*
    - Lotio *ad alopeciam*
    - Lixivium *ad cerebrum memoriamq;*
    - Aliud *in frigido affectu.*
    - Aliud.
    - Lixivium *ad deſtillationem ſiſtendam, &c.*
  - Axillarum: *ut* Lotio *ad axillas.*
- Artuum: *ſcilicet*
  - Manuum: *ut* Lotio *ad manus.*
  - Pedum: *ut*
    - Lotio *ad ſomnum ciendum in febribus.*
    - Lotio *pedum polychriſtos.*
    - Lotio *ad podagram, &c.*

DE

# DE LOTIONIBUS capitis.

### *Lotio ad ſordes capitis auferendas.*

Caput ad ſordes auferendas lixivio, ex cineribus ſarmentorum facto, lavatur, corpore recrementis vacuo, & manè ante cibum: ſic tamen, ut ſtatim caput abſtergatur linteis calidis, & exſiccetur: capilli ſi adſint, extricentur: non autem expectandum, donec caput, capillique per ſe exſiccentur. *Andernacus.*

### *Lotio ad ulcera.*

In capitis ulceribus lixiviis deſiccantibus utimur: ut abrotani, betonicæ, &c. *Rondeletius.*

### *Lixivium ad Achoras.*

℞. Piſorum M. iv.
Decoquantur in ſ.q. aquæ. Horum juri admiſceatur tantundem lixivii fortis: & facta ebullitione reſervetur uſui. Caput eo lavetur quotidie ante cibum, & mox ſiccetur. *Rulandus.*

### *Aliud ad pediculos.*

℞. Agarici ℥ ß. Coquatur in lixivii dulcis ℔ iij. & ex ea irrigetur, aut lavetur caput in dies. Si ulceratæ capitis partes illinantur parum oleo Balſami, commoriuntur uno die omnes pediculi *Idem.*

### *Lotio ad pediculos.*

In pediculari morbo, amaris, ut lupinis, nitro, & fellibus, ſtaphide agria, & ad vermes occidendos, & furfures detergendos, & pilos tingendos. In furfuribus detergentibus: ut melle, ſiccis herbarum amararum, aut herbis ipſis decoctis, ut cicla, parietaria, ſaponaria. *Rondeletius.*

### *Lotio ad tingendos capillos.*

Capillis tingendis palea avenæ utimur, cortice & ligno berberis, & floribus geniſtæ, & hyperici. *Rondeletius.*

### *Lotio ad Alopeciam.*

Ad Alopeciam fit ex alcyonio potentiſſimum lixivium, quod ſiccat & digerit potenter, & morbum curat. *Rondeletius.*

### *Lixivium ad melancholiam, inſaniam, ac vigilias.*

℞. Majoranæ, Flor. Betonicæ,
Chamomillæ ana M. ß.
Condantur ſacculo, & decoquantur in ſ.q. vini, quo crebrò lavetur caput. *Rulandus.*

### *Lixivium roborans cerebrum, nervos, oculos, ſenſusq; reliquos.*

℞. Fol. Senæ ℥ j.
Roſarum rubr. P. j.
Lavendulæ P. ij.
Fiat ex his decoctio in ſ.q. aquæ, qua caput manè lavetur. *Rulandus.*

### A *Lixivium ad cerebrum memoriamq; juvandam.*

℞. Chamomillæ, Salviæ,
Origani, Betonicæ ana M. j.
Submittantur cineri in fundum, & lixiviū ſuperfundatur, cum aqua pluviali: & pridie quàm caput lavetur, madeſcat in eo ſacculus lineus ex
Roſarum rubr. Majoranæ,
B Lavendulæ, Roriſmarini, Spicæ,
Betonicæ ana P. j. modice inciſorum,
Agarici ʒ ij.
Inter lavandum ſapo odorus in pomi figuram (pomarium vocant) addatur. *Andernacus.*

### *Aliud lixivium ad frigidos affectus.*

℞. Salviæ, Roriſmarini, Origani,
Calaminthæ ana M. j.
Fol. Lauri M. ß.
Flor. Stœchados, Heliochryſi ana P. j.
Ex jure decocti caput irrigetur laveturque. *Andernacus.* C

### *Aliud ad memoriam.*

℞. Majoranæ, Roriſmarini, Meliſſæ ana M. j ß.
Fol. Lauri M. j.
Flor. Chamomillæ, Flor. Stœchados,
Pſeudonardi ſeu Lavendulæ ana P. ij.
Coquantur in lixivio, ſacculo condita horum jure caput, manè ante cibum, corpore purgato, lavetur: mox ſiccetur contegaturque. *Andernacus.*

### *Aliud ad deſtillationem ſiſtendam.*

D ℞. Majoranæ, Betonicæ, Meliſſæ ana P. j.
Flor. Chamomillæ, Stœchados, Anthos,
Heliochryſi ana P. iij.
Nigellæ ʒ ij.
Coquantur in lixivio ex bucci cinere, & hoc caput rurſum lavetur.

### *Lixivium ad aſthma, ſiccans & ſiſtens deſtillationes ex capite ad ſubjectas partes.*

E ℞. Salviæ, Betonicæ, Hyſſopi ana M. ß.
Flor. Chamomillæ, Roſarum rubr.
Granorum Myrti contuſ. ana M. j.
*Bulliant in q. ſ. lixivii dulcis, condita ſacculo.* Ex *hoc caput ſingulis ſeptimanis lavetur*, ſemel aut bis ante cibum. *Rulandus.*

### *Lixivium aquas ducens, quod in potu exhibetur.*

℞. Cinerum Geniſtæ virgineæ,
F Stipularum fabarum,
Vitis albas uvas proferentis ana M. j.
Vini Rhenenſis ℔ iv.
Ter cola per cineres: fiat lixivium: adjice
Nucem myriſticam N. j.
Cinnamomi ad ejus pondus,
Baccarum Lauri N. vj.
Cymini, Fœniculi,
Aniſi ana ʒ ij.
Craſsè contuſa ſint ſemina, & adjice ſacchari ℥ iv. ter die de hoc lixivio bibat ſpacio mẽſtruo. *Leviathan Rabi.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0329-6
DFG

## DE LOTIONIBUS axillarum.

### *Lotio ad axillas.*

Axillæ abluuntur lixivio parato ex aſtringentibus, ut oleaſtro, lentiſco, additis quibusdam odoratis conſtringentibus, ut roſis. *Rondeletius.*

## DE LOTIONIBUS manuum.

### *Lotio ad manus.*

Manus abluuntur aqua & ſaponeo odorato, vel aqua & medulla panis, vel aqua & furfure: additis quibusdam odoratis, ut aqua roſarum, vel naphæ, vel oleo ſpicæ. *Divitum* verò manus abluuntur aqua, cui aqua roſata moſchata fuerit permixta.

### *Lotio ad manus tempore peſtis præſervationis cauſa.*

℞. Rad. Angelicæ, Zedoariæ ana ℥ j ß.
Caryophyllorum ʒ ij.
Calami aromatici vulgaris ℥ ij.

Omnia macerentur in ℔ ß. aceti roſacei optimi, poſtquam craſſiuſculè erunt contuſa. *Johannes Bauhinus Junior.*

## DE PEDUM LOTIONIBUS.

### *Lotio ad ſomnum.*

℞. Malvarum, Lactucæ ana M. ij.
Capitum papaverum alborum N. x.
Corticum radicum Mandragoræ,
Fol. Meliſſæ ana ℥ ß.
Aquæ q. ſ.

Fiat decoctio ad quintæ vel ſextæ partis conſumptionem. Addi poterunt flores nymphææ, meliloti: folia ſalicis, vitis, cucurbitæ, ſemen Anethi. *Heurnius.*

### *Lotio ad ſomnum ciendum in febribus.*

℞. Malvæ recentis, Lactucæ,
Fol. Cucumeris,
Cucurbitarum, Violarum ana M. j.
Flor. Nenupharis,
Violarum ana P. j.

Fiat decoctio, qua abluantur pedes, cùm ibit dormitum: nec tergantur, aut panno humido involvantur. *Rondeletius.*

### *Lotio pedum polychriſtos.*

℞. Chamomillæ, Roſarum rubr.
Betonicæ, Origani, Salviæ,
Rutæ, Aſari ana M. j.

Condita ſacculo coquantur in lavacro pedum:
A ubi verò jam ſatis inferbuerint, ſextarius nitri, & ſalis P. j. addatur. Utitor in ſeptimana ſemel vel bis, mane aut veſperi ante cibum, vel etiam ante ſomnum, in uſum adhibeto. Capiti, pedibus, ſanguini, & omnibus nervis ſalubris, multos morbos alioqui futuros arcet. *Andernacus.*

### *Lotio ad podagram.*

In multis uſitata podagricis valdè profuit. Lixivium ex fagi cineribus paratur, & ter aut
B quater colatur: deinde tantum vini admiſcetur: aluminis ℥ ij. adduntur: omnia in fictili vitreato conjuncta calefiunt ad ignem, ſed ita ut non efferveſcant. Deinde transfunduntur in vas, in quo pedes conſiſtere poterunt: hi autem tam altè lavacro inſiſtent, ut aqua ſupra talos excedat. Extrahit humidam pituitæ materiam in articulis hærentem: quam deinde linteo puro abſterges. Tam calidum autem erit lavacrum, quàm pedes ferre poſſint: maneque & veſperi
C ante cibum adhiberi debet. Quin etiam cum malum hoc acceſſionem minatur, & poſt ipſam utile eſſe poteſt, idque in ſeptimana quater aut quinquies: ne deterreat te, ſi pedes tumidos, rubentesque fieri conſpicias. *Andernacus.*

### *Lotio ad podagram, noſtra.*

℞. Roſarum rubr. Balauſtiorum,
Flor. Myrti, Plantaginis,
Verbaſci, Fol. Lauri,
D Origani, Pulegii,
Calamenthi, Salviæ,
Thymi, Flor. Roriſmarini ana M. j.
Baccarum Juniperi ℥ iij.
Aluminis rochæ,
Salis communis ana ℥ iij.

Bulliant omnia in aqua ſufficienti, fiatq; lotio. In hac immorandum ad horas duas vel tres. Continuetur autem triduum vel quatriduum
E manè ſtomacho jejuno.

### *Lotio pedum ad dolores, & podagram.*

℞. Salis M. iij.

Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ: eaque utatur æger mane, ac veſperi ante cibum. Poſtea abſtergantur pedes linteo. *Rulandus.*

### *Alia ad laſſitudinem.*

F ℞. Origani,
Pulegii ana M. j ß.
Salviæ M. j.

Decoquantur in aqua, quantum requiritur. Uſus ejus eſto ante ſomnum. *Idem.*

### *Alia ad fœtorem pedum.*

℞. Aluminis M. j.

Bulliat in ſufficienti quantitate aquæ: in qua uſq; ad talos immittantur pedes manè atque veſperi, & diù multumque fricentur, laventurque.

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0330-7
DFG

# *De Oleis, Sectio XIIX.*

- **Olea** *parantur modo*
  - Craſſo: *ſaq; vel*
    - Alterãt *qualitate*
      - Prima: *Sic alia*
        - Calefaciunt
          - Ventriculum: *ut* Oleum — Menthæ, de Abſinthio, Maſtichinum, Nardinum, *&c.*
          - Hepar: *ut* Oleũ — Amygdalarum *amararum*, Nucleorum *perſicorum*, de Abſinthio, Nardinum, Maſtichinum, *&c.*
          - Lienẽ: *ut* Oleũ — de Capparibus, de Spica, de Behen, Liliorum, *&c.*
          - Uterũ: *ut* Oleũ — Irinum, Anethinum, Cheyrinum, de Croco, Nardinum, de Caſtoreo, *&c.*
          - Articulos: *ut* Oleum — de Sulphure, Nardinum, Rutaceum, Nucum, de Nuce *Indica*, Nucis *Moſchata*, *&c.*
          - Nervos: *ut* Oleum — Coſtinum, de Piperibus, Maſtichinum, de Euphorbio, Enulatum, Lumbricorum, Sampſuchinum, Liguſtrinum, *&c.*
        - Refrigerant
          - Caput: *ut* Oleũ — de Papavere, Mandragoræ, *&c.*
          - Ventriculum: *ut* Oleum — Citoniorum, Myrtinum, Myrtillorum, Lentiſcinum, Omphacinum, Roſaceum, *&c.*
          - Pectus: *ut* Oleũ — Violarum, Nenupharinum.
          - Hepar: *ut* — Olea, *quæ vẽtriculo cõveniunt.*
          - Renes: *ut* — Oleum Nenupharinum.
          - Uterum: *ut* Oleum — Citoniorum, Nymphææ, Lentiſcinum, Myrtillorum, Cucurbitarum, *&c.*
          - Nervos: *ut* — Oleum Lentiſcinum, *&c.*
        - Siccant: *ut* Oleum — Nardinum, Nucum, Ricinum, *&c.*
        - Humectant: *ut* Oleum — Olivarum *recens*, Amygdalarum *dulcium*, Seſaminum, Violaceum, Cucurbitarum, Melonum, Cucumeris, *&c.*
      - Secunda. *Vide literam* A.
    - Purgant: *ut* — Oleum Cnicinum, Oleum Thymelææ.
  - Subtili: *Vide literam* B.

A.
Olea *alterantia qualitate ſecunda: aut*

- Aſtringunt: *ut* Oleum
  - De abſinthio, De mentha,
  - Lentiſcinum, Maſtichinum,
  - Myrtinum, Myrtillorum, Oenanthinum, *&c.*
- Emolliunt: *ut*
  - Oleum Lini,
  - Oleum Narciſſinum,
  - Styracis, *&c.*
- Laxant: *ut* Oleum
  - Amygdalarum *dulc.*
  - Olivarum, Jaſminum,
  - Seſaminum, *&c.*
- Rarefaciunt: *ut* Oleum
  - Anethinum,
  - Chamamelinum, *&c.*
- *Digerunt*: *ut* Oleum
  - Amygdalarum *amararum*,
  - Nucum, Olivarum *antiquarum*,
  - Rutaceum, &c.
- Detergunt: *ut* Oleum
  - De myrrha, De tartaro,
  - De frumento,
  - Ovorum, Sambucinum,
  - Balaninum, Ricinum,
  - Raphaninum, *&c.*
- Glutinant: *ut* Oleum
  - Myrrhæ,
  - Nicotianæ,
  - Balſaminæ,
  - Liquidambar,
  - Balſamum, *&c.*
- Somnum *inducunt*: *ut* Oleum
  - Mandragoræ,
  - Malorum *aureorum*,
  - De papavere,
  - Nenupharinum,
  - Hyoſcyaminum, *&c.*
- Calculum *frangunt*: *ut* Oleum
  - E' granis *Citri*,
  - Scorpionum,
  - De ceraſis, *&c.*
- Coitum *juvant*: *ut* Oleum
  - Formicarum,
  - Ex piſtaciis, *&c.*
- Dolorem *ſedant*: *ut* Oleum
  - Sambucinum,
  - Cheyrinum,
  - Chamæmelinum,
  - Anethinum,
  - Liliorum *alborum*,
  - Laurinum,
  - Hyperici,
  - Liliorum *convallium*,
  - Moſchelinum,
  - Populinum,
  - Vulpinum,
  - Ex granis ebuli, *&c.*

B. *Olea præparata ſubtili modo, ſunt olea deſtillata ex rebus vel*

- Simplicibus: *ſcilicet*
  - Herbis.
  - Floribus: *ut* — Oleum Spicæ.
  - Fructibus: *ut* Oleum —
    - Ex baccis *juniperi*,
    - Ex baccis *lauri*,
    - E' baccis *hederæ*,
    - E' nucleis *pineis*, E' cepa,
    - Ex nucibus *cupreſſi*.
  - Seminibus: *ut* Oleum —
    - Aniſi,
    - Fœniculi,
    - Cumini,
    - Petroſelini,
    - Ex granis *ebuli*, *&c.*
  - Lignis: *ut* Oleum ex ligno
    - Guajaco, Juniperi,
    - Fraxini,
    - Hederæ, *&c.*
  - Corticibus: *ut* Oleum —
    - Cinnamomi,
    - Ex cort. *mali aurantii*,
    - Ex cort. *nucum*, *&c.*
  - Aromatibus: *ut* Oleum —
    - Caryophyllorum, Macis,
    - Nucis Moſchatæ,
    - Maceris, Piperis, *&c.*
  - Reſinis: *ut* Oleum —
    - Maſticis, Thuris,
    - Myrrhæ, Succini,
    - Caphuræ, Belzoinum,
    - Ammoniaci, Ladani,
    - Terebinthinæ, *&c.*
  - Liquoribus: *ut* —
    - Vino,
    - Aceto.
  - Metallicis: *ut* Oleum —
    - Auri, Argenti, Perlarum,
    - Coralliorum, Salis, Sulphuris,
    - Vitrioli, Tartari, Stibii,
    - Cupri, Æris, Stanni,
    - Plumbi, Ferri,
    - Hydrargyri,
    - *Lithargyri*,
    - *Auripigmenti*, Talci,
    - Calcinum, De lateribus,
    - Cryſtallorum.
  - Animalibus, *& eorundem partibus*: *ut* Oleum
    - Ex ſanguine
      - Humano.
      - Cervino.
    - Ex oſſibus *humanis*,
    - Ex maxillis *equorum*,
    - Ex cornibus *cervinis*,
    - Ex calvaria *humana*,
    - Ex ſtercore *humano*,
    - Taxi, Caſtorei,
    - Ex melle, Scorpionum,
    - Ceræ, *&c.*
- Compoſitis: *ut* Balſama, *&c.*

## DE OLEIS CRASSO modo paratis. A

### *Oleorum officinariorum vera præparandi methodus.*

℞. Oleum omphacinũ, quod ablue aqua communi diſtillata, ipſumque purifica in bal. M. donec nullas amplius fæces ſeponat: deinde hujus olei ſic præparati cape ℔ j. roſarum rubr. recent. unguibus expurgatarum, & tritarum in marmore ℔ j ß. indantur omnia in matratio vitreo bené obturato, ut putreſiant in fimo præparato & calenti per xij. dies: poſt expreſſis omnibus, & abjecto magmate, recentia & trita in marmore folia oleo reſervato, denuò immittantur, ac in matratio obturato putreſiant, ut prius in putri utero calido per xij. dies: idque reiterabis tertió, ut perfectum & optimum oleum aſſequaris. Sic cætera olea refrigerantia pro topicis medicamentis optimè conficies. Sic olea citoniorum, & myrtillorum, quæ refrigerant & aſtringunt, anoque, ventriculo, jecori, cerebro, & inteſtinis imbecillioribus accommoda ſunt. Eadem via olea Chamæmeli, & Liliorum, quæ nervos corroborant, modicè reſolvunt, & dolores apprimè ſedant, niſi quòd cum oleo dulci maturo præparato fiunt. Ex Mentha autem, Abſinthio, Nardo, Lentiſco, & reliquis, quæ modicè calefaciunt, ventriculum, & alias partes illita corroborant, concoctionemque juvant, cum omphacino extrahitur eodem modo oleum: ſed prius præparatur, cum propria ipſorum aqua, & vino aſtringente, & ab omnibus fæcibus depurari debet in balneo Mariæ per aliquot dies, ut dictum eſt. Quòd ſi quis potentiùs per ipſa olea calefacere, attenuare, & digerere velit, ſumat æquas partes olei in balneo M. depurati, & ſpiritus vini. Sic ex baccis Lauri, & ſimilibus, præſtantiora elicies olea, ſi per menſem in fimo calido omnia digerantur, deinde exprimantur, & ad uſus reſerventur. Conferunt autem frigidis cerebri, & nervorum affectibus, flatusque diſcutiunt. Præſtantiora autem multò omnia hæc calidæ qualitatis olea fient, ſi per ſe cum ſolo vini ſpiritu per baln. Mar. vaporoſum extrahantur, ſine olei additione. *Quercetanus.*

B C D E

## DE OLEIS CALEFACIENTIBUS ventriculum.

### *Oleum menthæ.*

℞. Menthæ criſpæ ℥ iv.
Olei omphacini ℔ j.

Macera & inſola per dies octo: mentham exemptam benè exprime, atque aliam recentem impone, ut ſuprà: atque ita tertiùm fac: cola, & ſerva. Nonnulli in tertia infuſione mentham relinquunt. * Ventriculum refrigeratum & imbecillum calefacit, firmat, nauſeam vomitumque reprimit, appetentiam excitat, coctionemque juvat. *Innominatus.*

### *Oleum abſinthinum.*

℞. Comarum Abſinthii ℥ iv.
Olei Omphacini ℔ j.

Inſolato in vaſe vitreo, Abſinthiumque permutato ter, veluti de mentha in oleo menthæ dictum eſt. * Calefacit ac roborat ea, quæ ſunt refrigerata, potiſſimum verò ventriculum: excitat appetentiam, obſtructiones aufert, lumbricosque enecat. *Innominatus.*

### *Oleum maſtichinum.*

℞. Olei roſati omphacini ℔ j.
Maſtiches ℥ iij.
Vini odoriferi ℥ iv.

Omnia in vaſe vitreo impoſita coquantur in duplici vaſe ad vini conſumptionem. * Cerebrum, nervos, juncturas, ventriculum, hepar corroborat, tumores duros lenit, dolores ſedat. *Meſues.*

### *Oleum nardinum ſimplex.*

℞. Nardi Indicæ ℥ iij.
Vini, Aquæ ana ℥ ij ß.
Olei loti ℔ j ß.

Minutim inciſam macera, & coquantur in duplici vaſe, donec vinum & aqua per vaporem reſolvantur: coletur deinde oleum, & reponatur. * Calfacit, tenuat, digerit, modicè adſtringit: proinde affectus omnes frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, veſicę, uteri, magnoperè juvat: naribus injectum caput purgat, corporis colorem & odorem commendat. *Meſues.*

### *Oleum nardinum compoſitum.*

℞. Nardi Indicæ ℥ iij.
Majoranæ ℥ ij.
Ligni aloës, Enulæ,
Folii Indi, vel macis,
Calami aromatici, Fol. Lauri, Cyperi,
Schœnanthi, Cardamomi ana ℥ j ß.

Contundantur omnia leviter: & illis adfunde
Vini, Aquę ana quantum ſufficit, id eſt, utriusque circiter ℥ xiv.
Olei loti ℔ vj.

Macerentur horis duodecim: deinde coquantur in duplici vaſe, ſecundùm artem. * Idem, quod præcedens, poteſt. *Meſues.*

## DE OLEIS EXCALEFACIENTIBUS hepar.

F

### *Oleum amygdalarum amararum.*

℞. Amygdalarum amararum, ſiccarum, non tamen rancidarum: contundantur minutiſſimè: poſtea in ſartagine aliquantulum torrefacias, affuſo aquæ roſaceæ modico: poſtea prælo exprime. * Aperit oppilationes, & diſcutit ventoſitates & vapores: ſed potiſſimùm medetur ſurditati, ſibilo, & dolori aurium: lenit duritiem nervorum, & delet maculas faciei. *Innominatus.*

Hepar quoque excalfaciunt, oleum abſinthinum, nardinum & maſtichinum: de quibus vide ſuprà.

*Oleum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0334-0

*Oleum nucleorum Perſicorum.*

Oleum nucleorum Perſicorum eodem modo fit, quo ex dulcibus amygdalis. * Obſtructa aperit, aurium, & ſedis hæmorrhoidibus dolores ac tumores ſanat, lumbricos necat. In renum affectibus injectũ & epotũ valere aſſerit. *Manardus.*

## DE OLEIS EXCALEFACIENTIBUS lienem.

*Oleum de Capparibus.*

℞. Cort. radic. Capparis ℥ j.
Cort. Tamariſci, Fol. Tamariſci,
Sem. Agni caſti,
Ceterach, ſive Aſplenii, Cyperi ana ʒ ij.
Rutæ ʒ j.
Olei olivarum ℔ j.
Aceti albi fortis, Vini albi ana ℥ ij.

Trita leviter coquantur in duplici vaſe, uſque ad vini conſumptionem & aceti. * Ad duritiem, obſtructionem, & dolorem ſplenis utile eſt, & omnem ejus ægritudinem. *Innominatus.*

*Oleum de Beben.*

Oleum de Ben, ſeu Balaninum, fit ex tuſo, aſſatoq;, affuſa roſacea aqua, fructu iſto. * Repurgat maculas, varos, lentigines, cicatricum nigritias, fucos, alvum ſolvit, ſed ventriculo adverſatur: dolores aurium emendat. Item ſi ſonant aures, vel ſtrepitum aut ſibilum edunt, cum adipe infuſum auxiliatur. *Innominatus.*

*Oleum Liliorum ſimplex.*

℞. Flor. Liliorum alborum, abjecto quod croceum eſt, ℥ iv.
Olei veteris ℔ j.

Fit, ut oleum menthæ: ter lilia renovanda ſunt. * Calfacit, reſolvit, ob id à frigore dolores thoracis, ventriculi, coli, uteri, renum, veſicæ ſedat, lenit, & coquit. *Innominatus.*

*Oleum Liliorum compoſitum.*

℞. Foliorum Liliorum alborum ℥ ix.
Maſticis, Calami aromatici,
Coſti, Carpobalſami ana ℥ ß.
Caryophyllorum,
Cinnamomi ana ℥ ß.
Croci ʒ iij.

Omnia, præter liliorum folia, aqua ſufficiente viginti quatuor horis macerentur, deinde paululum coquãtur, & additis liliis, oleiq; veteris ℔ ij. aliquantulum bulliant: tunc omnia injecta in vas vitreum in ſola dies quadraginta: pòſt colatum & benè obſtructum reponatur. *Innominatus.*

LIENEM quoq; excalfacit oleum Spicæ ſive nardinum.

## DE OLEIS EXCALEFACIENTIBUS uterum.

*Oleum Irinum.*

℞. Rad. Ireos ℔ j.
Florum ejuſdem ℔ ij.

A Macerentur in decoctione aliarum radicum ireos, quantum ſufficit.
Olei veteris ℔ ij.

In vaſe duplici coque, exprime, radiceſq; novas, & flores immitte, coquantur denuò, & tertium: colatum ſervato, & obturato. * Terget, tenuat, coquit, reſolvit potenter: ob id à frigido dolores aurium, hepatis, ſplenis, uteri, articulorum ſedat, phlegmonas coquendo ſuppurat, materias thoracis & pulmonis coquit: ſtrumas diſſi-
B pat, & alios tumores duros: ſpaſmum emendat, & narium fœtorem. *Meſues.*

*Oleum Irinum aliud.*

℞. Olei veteris ℔ xiv.
Aquæ ℔ iv. ℥ ij.
Rad. Iridis ℔ iij. ℥ iv.
*Flor. Liliorum* alborum ℥ xv.
Rad. Cyperi recent. ℥ vj.
Rad. Helenii ℥ iij.
Rad. Bugloſſæ ℥ ij.
C Cinnamomi, Nardi Indicæ, Aſæ odoratæ ana ℥ j.

Contundantur radices, & aliæ ſpecies, & macerentur in oleo & aqua diebus quinq; ad Solem, vel loco calido: poſtea in duplici vaſe coquito, donec aqua cõſumpta fuerit. Refrigerate finito, colato, exprimito, & reponito. * Uſurpatur ad diuturnum catarrhum, naribus illitũ. Ozænas & putredines narium aufert, tinnitum aurium cum aceto & ruta ex amygdalis amaris commixtum,
D & auribus injectũ tollit, aſthmaticis gargariſmo adhibito opitulatur: hæmorrhoides veteres inunctum ſive colo injectum educit. *Nicolaus.*

*Oleum anethinum.*

℞. Fol. & flor. Anethi contuſ. ℥ iv.
Olei veteris ℔ j.

Macera ad Solẽ, vel in loco aliquo, diebus quindecim: deinde in duplici vaſe coquito: & abjecto anetho, recens injicito, & iterum quindecim
E diebus macerato: poſtea ſimili modo coquito & exprimito, & tertiò recens anethum injice: macera, coque, & cola. * Sedat dolores, aperit poros, & reſolvit vapores & apoſtemata, tumores & *durities*: mitigat dolores & rigores febrium: provocat ſomnum & ſudorem. *Innominatus.*

*Oleum Cheyrinum.*

Oleum Cheyrinum fit ex leucojis luteis, hoc eſt, ex Cheyris citrinis, & oleo veteri claro, ut o-
F leum Anethinum. * Dolores nervorũ, aliarumq; partium corporis mitigat, eaq; quæ in thorace, renibus, veſica & utero ſunt, diſcutit.

*Oleum Crocinum.*

℞. Croci ℥ j.
Myrrhæ puræ ℥ ß.
Cardamomi ʒ ix.
Calami aromatici ʒ iix.

Infundantur medicinæ in aceto diebus quinque, præter cardamomum. Die vj. projiciatur ſuper ea cardamomum, & dimittatur die una. Deinde fundatur ſuper ea olei ℔ j ß. & coquatur igne:

lento uſque ad aceti conſumptionem. Et ſunt, qui loco aceti vinum ponunt. * Confert doloribus nervorum, & confortat eos, & lenit duritiem eorum: confert ſpaſmo, & dolori matricis: coloremque efficit bonum. *Meſues.*

### *Oleum de Caſtoreo.*

℞. Caſtorei, Styracis calamitæ, Galbani,
Euphorbii, Caſſiæ ligneæ veræ, Croci,
Opopanacis, Carpobalſami,
Spicæ nardi Indicæ,
Coſti ana ʒ ij.
Cyperi, Schœnanthi, Piperis longi, nigri,
Sabinæ, Pyrethri ana ʒ ij ß.
Olei ℔ iv.
Vini ℔ ij.

Galbanum & opopanacem in vini parte ſeorſim diſſolves: deinde reliqua omnia contuſa cum oleo, & reliqua vini parte coques ad vini conſumptionem in duplici vaſe: poſtea cola, & gummi diſſoluta oleo adfundes, & iterum coques in duplici vaſe, ad conſumptionem vini, & ſæpius miſcens repone. * Optimum eſt ad frigidos affectus partium omnium, præſertim nervoſarum: medetur paralyſi, ſpaſmo, tetano: & ſedat acerrimos rigores & frigora febrium, ſi ſpina dorſi liniatur. *Jacobus de Manliis.*

## DE OLEIS EXCALEfacientibus articulos.

### *Oleum Sulphuris.*

℞. Sulphuris flavi, Terebinthinæ ana ℥ iij.
Olei roſacei ℔ j.
Vini boni ℥ iij.

Coquantur igne lento, uſque ad vini conſumptionem. * Extenuat & attrahit admodum: hydrargyron corpore demerſum foràs elicit, ſtatim à balneis illitum: ſcabiem, lepras, & cutis fœditates ſanat: morbo Veneteo commodè adhibetur: fiſtulis & malignis oris ulceribus, aliarumque partium vitiis primo aut ſecundo contactu prodeſt. *Braſſavolus.*

### *Aliud ad Podagram.*

℞. Sulphuris vivi ℔ ij.
Vitellorum ovorum N. xxv.

Terantur ſimul, & ponantur in patella ferrea, & lento igne coquantur, & quando incipit ardere, inclina patellam ferream ad alteram partem, & quod liquidius eſt, effluet. *Euonymus.*

### *Aliud oleum Sulphuris.*

Accipe lixivium forte clavellatum, aut etiam ex calce exſtincta confectum, ita ut ovum ei innatet. In hoc lixivio decoquatur ſulphur tandiu, quoad pinguedo in ſuperficie lixivii apparuerit, & fæces fundum petierint, tum deſpumando quaſi pinguedo auferatur. *Euonymus.*

### *Oleum Rutaceum.*

℞. Rutæ recentis, inciſæ & contuſæ ℥ iv.
Olei veteris clari ℔ j.

Macera ad Solem, aut in loco calido aliquo diebus quindecim, deinde in duplici vaſe coquito,

A & abjecta ruta recentem injicito, & iterum quindecim diebus macerato, poſtea ſimili modo coquito, & exprimito, & tertiò recentem rutam injice, macera, coque, & cola. * Eſt calidum aperitivum, reſolutivum, & mitigativum dolorum: calfacit renes, veſicam, matricem: & ſedat dolores eorum, & maxime colicam, ſi venter ungatur, & fiat ex eo ſolo clyſter: præterea opitulatur nervis, confert ſpaſmo, & expellit frigidos humores. *Innominatus.*

B

### *Oleum Nucum.*

Ex nucibus vetuſtis oleum prælo exprimitur, ut ex amygdalis. * Flatus craſſos diſſipat, tumores diſcutit, nervis attritis vel punctis, præſertim cum calce lota confert, ſcabiem emarginat. *Meſues.*

### *Oleum de nuce Indica.*

Oleum ex nuce Indica, dolori nervorum confert, thoracem & pulmonem lenit, & inde cla-
C ram vocem facit: impinguat etiam, & ſperma auget. *Meſues.*

### *Oleum nucis Moſchatæ.*

℞. Nucum moſchatarum ℔ j.

Contunde craſsè, easq; ita contuſas illiga arctè panno lineo, eumque in vaſe vitreato appende: quod demittatur ſeu demergatur in ahenũ ferventis aquę, unde percaleſiat aroma: deinde pręlo ſubjectum fortiter exprime. nam hoc pacto copioſius emanat oleum. * Extrinſecùs lentis
D aut piſæ inſtar ori ventriculi inunctum, mirificè ipſum corroborat. *Colonienſes.*

### *Alius modus.*

Quidam nucem moſchatam, macem vel crocum, vel caryophyllos craſſum in pulverem redigunt, & aqua vitæ aſpergunt, diu balneo in longo vaſe coquunt: ſetaceo excepta laminis calidis exprimunt. *Heurnius.*

### *Oleum ex Beniovino.*

E ℞. Beniovini quantum voles, maceretur balneo cum oleo ex nucleis ceraſorum: deinde miſce ambram, muſcum & zibettam, ferreis laminis candentibus binis exprime: hoc eſt oleum, quo chirothecæ imbuuntur. *Heurnius.*

## DE OLEIS EXCALEfacientibus nervos.

### *Oleum Coſtinum.*

F ℞. Coſti amari ℥ ij.
Caſſiæ ligneæ veræ ℥ j.
Summitatum Samp|uchi ℥ iix.
Vini quantum ſufficit.
Olei olivarum, vel ſeſamini ℔ iij.

Trita macerentur biduo: deinde coquantur in duplici vaſe, ad conſumptionem vini. * Calfacit, obſtructa aperit, nervoſum genus roborat, ut nervos, muſculos, tendones, ligamenta, ventriculum: præter hæc, hepar & capillos: canitiem ob id moratur, & corporis colorem ac odorem commendat. *Meſues.*

Oleum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0336-1
DFG

### *Oleum de Piperibus.*

℞.Piperis longi,nigri,albi,ana ℥ iij.
Myrobalanorum,Chebulorum,Belliricorum, Emblicorum,Indorum ana ʒ v.
Radicum Apii,Fœniculi ana ʒ iij ß.
Sagapeni,Opopanacis, Hyoſcyami albi ana ʒ ij ß.
Turbith ʒ ij.
Zingiberis ʒ iij.
Surculorum hyſſopi,Rutæ viridis ana M.j.

Coquantur ſecundùm artem in aquæ quantitate ſufficienti ad tertias. Colaturæ adde olei de Cherva ℔ ij.& iterū coque ad conſumptionem. * Juvat morbos nervorum frigidos, ut paralyſin, ſpaſmum, ſpaſmum cynicum, tremorem, epilepſiam : ad hæc iſchiadem,& cæteras arthritidis differentias,& uteri,coli,renum,veſicę affectus frigidos,quia calefacit, tenuat,terget, ob id obſtructiones aperit,calculum frangit. *Meſues.*

### *Oleum Piperis,noſtrum.*

℞.Piperis Indici,contriti, Olei communis, vel amygd.dulcium ana q.ſ.eſt.

Miſceantur, & digerantur in loco aliquo calido per menſes duos. * Partibus refrigeratis mirum in modum conducit.

### *Oleum de Euphorbio.*

℞.Euphorbii ℥ ß.
Olei Cheyrini,
Vini odoriferi ℥ v.

Coque ſecundùm artem,uſq; ad cōſumptionem vini. * Juvat maximè frigidos cerebri & nervorū affectus,cephalalgiam, hemicraniam,lethargum,naribus immiſſum: articulorum quoque,& hepatis,& ſplenis dolores illitum juvat. *Meſues.*

### *Oleum Enulatum.*

℞.Rad.Enulæ contuſarum,Succi ejuſdem,
Olei ſeſamini ana ℔ ß.
Vini odoriferi ℥ iij.

Fiat ut oleum myrtinum. * Calfacit,tenuat, digerit : ob id affectibus nervorum,uteri,& veſicæ frigidis prodeſt, & febrium rigori, ac colo à flatibus dolenti. *Meſues.*

### *Oleum Lumbricorum.*

℞.Lumbricorum terreſtrium ℔ ß.
Probè laventur in vino : deinde immittantur in
Olei roſati omphacini ℔ ij.
Vini ℥ ij.

Coquantur in duplici vaſe ad vini conſumptionem: colatum repone.* Nervos infrigidatos cōfortat,& utile eſt doloribus juncturarum.

### *Oleum Sampſuchinum.*

℞.Fol.Sampſuchi,id eſt, Majoranæ M.iv.
Serpilli M.ij. Folior.Myrti M.j.
Abrotani,Siſymbrii,ſeu Menthæ aquaticæ ana M.ß.
Caſſiæ ligneæ veræ ℥ ij.
Olei omphacini quantum ſufficit.

Concidito, & contundito omnia, & impone in vitreum vas,& inſola diebus octo : poſtea exprime,& alias ſpecies infunde : coque rurſus, & ter-

A tium idem facito : deinde colatū repone. * Laſſitudini utile eſt, & morbis cerebri & nervorum frigidis prodeſt: ob id ſpinę in balneo inunctum, paralyſin juvat,& ſpaſmum cynicum, vulgò torturam oris,naribus injectum : ut auribus immiſſum,à flatu tinnitum diſſipat, menſes ciet,morſui ſcorpionis prodeſt.

### *Oleum Liguſtrinum, ſive de Alcanna, ſive Cyprinum.*

B ℞.Florum Liguſtri ℥ iv.
Olei veteris ℥ x.

Macera & inſola per octo dies. Flores liguſtri exemptos bene exprime, atque alios impone, ut ſuprà : atque ita tertiùm fac,cola,& ſerva. * Partes nervoſas roborat : capillos à canicie vindicat. *Meſues.*

### *Oleum,ad gravitatem auditus, noſtrum.*

C ℞.Rutæ,majoranæ,hellebori albi ana part.j.
Olei ſcillini,olei de colocynthide ana q.ſ.
Vini q.ſ.

Miſceantur,& coquantur, uſq; ad conſumptionem vini. Utere evacuato prius corpore.

### *Oleum Regis David.*

℞.Bdellii ʒ x.
Ammoniaci,Serapini,Opopanacis,
Carpobalſami,Opii,Polypodii,
Hellebori albi, Zarur,Feliemati,Caſſiæ,
D Amygdal.amar. ana ℥ vj.
Caryophyllorum,Nucis moſchatæ,
Zingiberis,Galangæ,Cinnamomi,
Ladani,Caſtorei ana ʒ iij.
Keſile,Sem.hyoſcyami albi,Seſeleos,
Olibani,Nigellæ,Sem.Erucæ,
Sem.porri,Ameos,Coſti ana ʒ v.
Cyperi,Gran.Harmel,Gran.myrti,
Gran.virid.Gran.alkerva,Sampſuchi ana ℥ ß.
Eupatorii,Uſneæ ana ʒ v.

E Terantur contritione groſſa, & projiciantur in vaſe,& fundantur ſuper eas ℔ vj. ſucci caulis, & decoquantur igne levi,donec redeat ad ℔ ij.& removeatur ab igne, & coletur, & exprimatur ita,ut non remaneat in eo aliquid de virtutibus harum medicinarum,& reducatur ad vas,& fundatur ſuper ipſum
Olei olivarum ℔ vj.
Butyri vaccini,Olei arazaki,
Olei de kerva ana ʒ x.
F Olei addemeſt, decocti cum ſpeciebus (& affertur hoc oleum de Ægypto) ʒ x.
Farinæ amygdal.amar. ʒ ij.
Granorum Lauri,Pinearum ana ʒ vj.
Olei de Lilio,Olei de eruca ana ʒ v.
Gran.viridium ʒ x.
Olei Seſamini,aut arazaki, in quo decoctæ ſunt rutæ,
Uſneæ ana ʒ iij.
Olei de Alkanna ʒ v.
Mellis anacardi ʒ iij.

Et addātur ſuper olea in vaſe, & diſſolvatur cum

pauco illius aquæ de Sagzenea ʒ x. Decoquantur lento igne, donec remaneat aquæ quantitas ſacrajati j. & auferatur ab igne, & coletur cum mantili ſpiſſo, & reducatur ad vas, & projiciatur

Ammoniaci,
Mellis ana ʒ x.

Et ponatur ſupra prunas, donec liqueſiat, & miſceantur cum eo

Styracis liquidæ, Naphthæ albæ, Olei balſami ana ʒ x.

Ponantur in ampulla optimè obturata. Doſis ejus à quarta ʒ j. uſque ad aur. j. cum aqua ciceris tepida. Eſt juvativum ad paralyſin, torturam, podagram, tremorem, ad dolores juncturarum, & dorſi fiſtulas, hæmorrhoidas, colicam, & elephantiam. *Avicenna.*

## DE OLEIS REFRIGERANTIBUS CAPUT.

### *Oleum de Papavere.*

℞. Capitum Papaveris,
Fol. Papaveris,
Flor. Papaveris ana partes æquales,
Olei quantum ſufficit.

Inſola in vaſe vitreo per octiduum: deinde cola, & nova rurſus immitte: idem tertiò facito: poſtremò colatum repone. *Intemperiem calidam ſanat, & inde ortum dolorem: ſomnum quoque conciliat. *Meſues.*

### *Aliter.*

E ſemine utriuſq; papaveris, tàm albi quàm nigri, exprimitur oleum eodem modo, quo ex Amygdalis, Balano Myrepſica & Cherva. * Impinguat, aſperam arteriam lenit, febrium ardorem mitigat, & inſomnium. *Meſues.*

### *Oleum Mandragoræ.*

℞. Olei communis ℔ ij.
Succi pomorum Mandragoræ ℥ iv.
Succi Hyoſcyami albi ℥ ij.
Succi capitum Papaveris nigri ℥ iij.
Succi Violarum, ſucci Cicutæ ana ℥ j.
Opii, Styracis calamitæ ana ℥ ß.

Succi cum oleo decem diebus ad Solem macerentur, deinde coquantur in duplici vaſe ad ſuccorum conſumptionem: cola, & opium cum ſtyrace diſſolutum cum pauculo oleo probè miſceto, & repone. * Ad nimios capitis dolores valet, & phreneticis, male dormientibus, fronti illitum, & naribus injectum, vehemẽter opitulatur: pulſibus brachiorum & plantis pedum illitum, quocunque modo vigiliis fatigatum, celerrimè obdormiſcere facit. *Nicolaus.*

ANNOTATIO.

*Quia non habentur apud nos Mandragoræ poma, ergo loco ſucci Mandragoræ pomorum, accipienda eſt corticum rad. Mandragoræ ℔ j. qui contundendi & coquendi in aqua ſufficienti, & colato decocto, reliqua addenda.*

### *Oleum Mandragoræ, aliter.*

℞. Olei ℔ v.
A Succi malorum Mandragoræ ℥ viij.
Succi capitum Papaveris ℥ vj.
Succi Hyoſcyami albi ℥ iv.
Succi Violarum, Cicutæ ana ℥ ij.
Opii, Styracis ana ℥ j.

Eodem modo, quo præcedens, conficitur. *Nicolaus Alexandrinus.*

## B DE OLEIS REFRIGERANTIBUS, CORROBORANTIBUSQ; VENTRICULUM.

### *Oleum Citoniorum.*

℞. Citoniorum præmaturorum cum cortice,
Succi Citoniorum ana ℥ vj.
Olei olivarum immaturarum ℔ iij.

Omnia in vas vitreum obturatum immittito, & diebus quindecim inſolato: deinde horis quatuor coquito in duplici vaſe. Cola, & exprime: in expreſſione caro & ſuccus mutetur: rurſum inſole-
C tur, coquatur, & exprimatur, ut diximus: tertium ſic facito: poſtremò colatum reconde, ne perſpiret. * Refrigerat, adſtringit: ob id ventrem totum inferiorem, & nervos laxiores cogendo roborat, ſudores immodicos ſiſtit. *Meſues.*

### *Oleum Myrtinum.*

℞. Foliorum Myrti ℥ iv.
Olei Omphacini ℔ j.

Macera ad Solem, aut in loco aliquo calido diebus octo, deinde in duplici vaſe coquito, & abje-
D ctis foliis, recentia injicito, & iterum diebus octo macerato, poſtea ſimili modo coquito, & exprimito, & tertiò recentia myrti folia injice, macera, coque, & cola. * Cerebrum, nervos, cor, & ventriculum roborat. *Actuarius.*

### *Oleum Myrtinum, aliter.*

℞. Succi foliorum Myrti ℔ j.
Olei communis ℔ ij.

Coquantur in duplici vaſe ad ſucci conſumptio-
E nem: & adde
Ladani ℥ j.

Miſce, & repone. * Idem, quod præcedens, poteſt. *Meſues.*

### *Oleum Myrtillorum.*

Oleum Myrtillorum fit ex Myrtillis, hoc eſt, baccis veræ myrti, & oleo Omphacino, eodem modo, quo myrtinum. * Refrigerat & aſtringit, ideoque cœliacis affectibus ſubvenit: ſanat igne ambuſta: puſtulas erumpentes illitu emendat:
F attritus hyeme concitatos, & intertrigines illitum corrigit: ſedis rimas, condylomata, laxatos artus perſanat, & ſudores coërcet.

### *Oleum Lentiſcinum.*

℞. Racemoſas lentiſci baccas, à putaminibus cunctis expurgatas, quot voles: permittito aliquot diebus ſimul flacceſcere: deinde magnum in ahenum collocato, affuſa aqua: & igni tandiù fervere ſinito, donec baccæ dehiſcant: demùm eas extrahito & ſaccis includito, prælóq; ſubjicito, expreſſumq; oleum aſſervato. * Oculorum aciem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0338-2
DFG

aciem acuit, caligineſq; delet, cibis cõmixtum. A Scabiem jumentorum, canumque ſanat: utiliſſimum peſſis, acopis, & leprarum medicamentis: ſudores cohibet, dyſentericos juvat. *Matthiolus.*

*Oleum omphacinum.*

Oleum Omphacinum ex immaturis olivis exprimitur. Præſtat recens, odoratum. *Stomacho utile eſt: gingivas contrahit, dentes firmat, ſi in ore contineatur: ſudores cohibet. *Dioſcor.*

*Oleum roſaceum vulgare.*

℞. Olei communis ℔ iv.
Roſarum rubrarum purgatarum ℥ xvj.

Macera & inſola per dies octo. Roſas exemptas bené exprime, atq; alias impone, ut ſuprà, atque ita tertium fac: cola, & ſerva. Nonnulli in tertia infuſione roſas relinquunt. * Refrigerat & adſtringit, inflammationibus præſidio eſt, æſtuantem ventriculum reſtinguit: eroſiones inteſtinorum clyſteribus inditum, & dolores dentium, ſi eo colluantur, ſanat.

C *Oleum roſatum completum.*

℞. Olei ex olivis maturis, aqua fontana multoties loti, quantum voles: deinde immitte folia roſarum rubrarum apertarum repurgata, quantum ſatis eſt, in vitreum vas: obturatur vas, ac per dies ſeptem inſola: coque tribus horis in vaſe duplici. Expreſſis foliis, & abjectis, nova immitte: inſola iterum, coque in balneo, & exprime, ut prius: tertiò nova immitte roſarum fol a, quibus addes aquæ infuſionis roſarum (eo modo confectæ, ut in ſyrupo roſato dictum eſt) quartam partem: miſce, inſola dies quadraginta in vaſe vitreo obturato: pòſt excola, exprime, & addito roſarum ſucco, iterum diù inſola. Alii partem infuſionis ſumunt, & ſucci roſarum partem alteram, & eo, quo ſuprà dictum eſt, modo cõficiunt. * Roborat, reſolvit commodè, lenit & ſedat. *Meſues.*

*Oleum roſatum aliter.*

℞. Roſarum exemptis unguibus ℥ iij.
Olei Omphacini ℥ vj. E

Immitte in vas vitreum obturatum, ne expiret: dies quadraginta inſolato. Alii non inſolant, ſed puteo imponunt, ſuſpenſum proximè aquam dies quadraginta. * Inflammationes extinguit, roborat, cogit, denſat, fluxiones ſiſtit, & materiarum per corpus fluxum cohibet. *Paulus.*

*Oleum roſatum Omphacinum.*

℞. Olei olivarum immaturarum loti ℔ j.
Roſarum rubrarum purgatarum ℥ iv.

Tritis roſis, & oleo impoſitis, fac, ut dictum eſt, F ter roſas permutando. * Ejusdem cum ſuperiori facultatis.

## DE OLEIS REFRIgerantibus pectus.

*Oleum Violaceum.*

Oleum Violaceum paratur Vere, ex floribus violarum, & oleo Omphacino, quemadmodum Roſaceum, & Rutaceum. * Refrigerat, incandeſcentibus inflammationum fervoribus utile eſt.

*Oleum nymphæatum, ſeu nenupharis albi.*

℞. Flor. Nymphææ alb. ℥ iv.
Olei Omphacini ℔ j.

Macerentur in Sole diebus decem: deinde exprime, & novos flores immitte: tertiò idem facito. * Vires habet Violati: refrigerat tamen magis, quàm Violatum: minus, quàm Papaverinum: hypnoticis, & intemperiem partium (ut renum) calidam ſanantibus utiliter miſcetur, & Veneris B tentiginem prohibet, genitali inunctum: ſomnum etiam conciliat.

*Oleum nenupharis citrini.*

Hoc oleum fit ex luteis, ſive citrinis Nymphææ, hoc eſt, Nenupharis floribus, & oleo Omphacino, ut præcedens. * Ad eadem ferè, ad quæ præcedens, valet.

## DE OLEIS REFRIgerantibus hepar.

Hepar refrigerant, oleum Citoniorum, Myrtinum, Myrtillorum, Lentiſcinum, Omphacinum, Roſaceum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS REFRIgerantibus uterum.

*Oleum cucurbitarum.*

Oleum hoc ex ſemine cucurbitæ fit excorticaD to, quemadmodum oleum Seſaminum. * Phlegmonis viſcerum, & ab his febribus ardentibus confert: urinæ ardorem valdè mitigat. *Meſues.*

UTERUM quoq; refrigerant, oleum Citoniorum, Nymphææ, Lentiſcinum, Myrtillorum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS SICcantibus.

*Oleum ricinum, ſive de cherva.*

Oleum hoc fit ex pingui quodã ſemine, quod Arabes Cherva, Græci Crotona, Latini Ricinum vocant: fit autem eodem modo, quo oleum Amygdalarum. * Prodeſt ploris, ulceribus capitis erumpentibus, ſedis inflammationibus, vulvis, quæ occluſę converſæq; ſtrangulant, cicatricibus fœdis, aurium doloribus: potu alvum ciet, quæ aquis gravatur: lumbricos ejicit. *Dioſcorides.*

SICCANT etiam, oleum Nardinum, oleum Nucum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS HUMEctantibus.

*Oleum olivarum recens.*

Oleum olivarum ex maturis olivis exprimitur. * Humectat & moderatè calefacit. Datur in clyſteribus ab ℥ iij. ad plures. In unguentis pro ʒ ij. ceræ, ℥ j. olei ponitur. In ceratis pro ℥ ij. ceræ, ℥ ß. olei. In emplaſtris verò ferè æqualis menſura olei & ceræ. *Dioſcor. & Galenus.*

*Oleum Amygdalarum dulcium.*

℞. Amygdalarum dulcium ſiccarum, non tamen rancidarum, quantum voles: contundantur minutiſſime: poſtea in ſartagine aliquantulum torrefacias affuſo aquæ roſaceæ modico, poſtea prælo exprime. *Lenit aſperitates pectoris, gutturis & pulmonis, duritiem & ſiccitatem juncturarum: eſt ſuave in cibis, & confert hecticis & phthiſicis: impinguat, auget ſperma, ſedat tuſſim, & ardorem urinæ, veſicæ, & vulvæ excoriatæ, cum fiſtula injectum.

*Oleum Seſaminum.*

Oleum Seſaminum extrahitur, ut Amygdalinum, niſi quòd priùs ſemen excorticandum ſic eſt. Id ſemen ab excrementis purgatum, aqua parum ſalſa irrigetur, manibus fricetur: iterum irrigetur, donec madeſiat: ſiccetur modicè, aſſetur, ſacculo aſpero multùm diuq; confricando excorticetur, corticibus expurgetur, molatur in farinam, oleum exprimatur, ut ex amygdalis. Ex eodem ſemine non excorticato, ſed aſſato & molito in farinam, oleum quoq; extrahitur, ut priùs. * Impinguat, ſemen auget, aſperam arteriam lenit, & vocem ob id claram reddit: multorum pręterea oleorum aliorum eſt materia. *Meſues.*

*De oleo Melonum & Cucumeris.*

Hoc oleum ex ſemine exprimitur, ut ſeſaminum, &c. *Refrigerat atq; humectat. *Meſues.*

HUMECTANT quoq; oleum Violaceum, Cucurbitarũ, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS ASTRINgentibus.

*Oleum Oenanthinum.*

Oenanthe è labruſca, optimè olens poſtquam emarcuit, dejecta in omphacinum oleum movetur, volviturque: & cùm biduo manſerit, exprimitur, & reconditur. * Aſtringit, proximum roſaceo effectum præbens: ſed alvum non reſolvit, aut mollit. Probatiſſimum eſt, quod odore Oenanthen reddit. *Dioſcor.*

ASTRINGUNT quoq; oleum Abſinthinum, Menthę, Lentiſcinum, Maſtichinum, Myrtinum, Myrtillorum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS EMOLlientibus.

*Oleum Lini.*

Oleum lini fit, ut oleum Seſami: ſed lini ſemen non excorticatur. Paratur hodie à candelariis & olearis molitoribus, non à pharmacopolis. * Spaſmo, duritiei nervorum & juncturarum, hæmorrhoidibus, ſedis phlegmonis & rimis confert, ac dolori pulſatorio. Pleuritidi, tuſſi & dyſpnœæ medetur, ſi tres aut quatuor unciæ bibantur. *Meſues.*

*Oleum Narciſſinum.*

Oleum Narciſſinum fit primo Vere ex recentibus floribus narciſſi, ut Roſaceum, vel oleum

A Menthæ. * Valet ad emolliendas vulvæ duritias, præcluſioneſque: ſed capitis dolores facit. *Dioſcorides.*

*Oleum ex Styrace.*

℞. Styracis ℥ iij.
Olei communis ℔ j.
Vini quantum ſufficit.

Coque in duplici vaſe ad vini conſumptionem. * Calfacit: ob id confert dolentibus à frigore renibus, veſicæ, utero, nervis, muſculis, tendoni-
B bus, juncturis.

## DE OLEIS LAXANtibus.

*Oleum Jaſminum.*

Oleum Jaſminum, quod Arabes vocant Jeſeminum, & oleum de Zambach, fit ex floribus Jaſminis ſive Jeſeminis ſive Zambachi, & oleo veteri claro, ut oleum Roſaceum, vel Menthæ.
C * Opitulatur corporibus, quæ calfactionem laxationemque deſiderant.

LAXANT quoq; oleum Amygdalarum dulcium, Olivarum, Seſaminum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS RAREfacientibus.

*Oleum Chamæmelinum.*

℞. Flor. Chamæmeli, demptis foliis albis ℥ iv.
D Olei olivarum ℔ ij ß.

*Siccentur flores in umbra horis viginti quatuor, deinde immitte cum oleo in vas vitreum anguſti oris, bene obturatum, & quadraginta dies inſolato.* * *Initio colici, arthritici, & aliorum dolo*rum, præſtantiſſimum eſt: parum enim repellit, & modicè digerit. *Aperit* poros, reſolvit vapores, ſiſtit fluentes humores, corrigit malas qualitates, confert nervis, & membris nervoſis. *Paulus.*

E RAREFACIT quoq; oleum Anethinum, &c. de quo vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS DIGErentibus.

Digerunt, oleum Amygdalarum amararum, Nucum, Olivarum antiquum, Rutaceum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS DETERgentibus.

F

*Oleum de Myrrha.*

℞. Ova per decoctionem indurata N. x. & ſcindantur per medium, & vitellum extrahe: & ejus loco impone myrrham, quantum eſt medietas vitelli, aut minus. Tum rurſus duas partes ovi conjunge, & pone in vaſe vitreato, & reconde in cella vinaria, & ibidẽ permitte per dies quindecim, aut plus: & exibit liquor, quem ſerva in vaſe vitreo, pro inunctione. * *Virtutes* habet balſami: nam conſervat & tuetur à *putrefa*ctione

ctione omnia ea, quæ ei imponuntur. ſimiliter A faciei inunctum, pulcherrimam conſervat, & faciem juvenilem conciliat, vulnera citiſſimè conſolidat, &c. *Euonymus.*

### *Oleum Tartari.*

℞. Tartari puri ℔ iv.

Pone in ollam, & ure in fornace cum lateribus, aut tegulis, aut fictilibus, vel per ſe, donec omninò excandeſcat tartarum. Poſtea impone in ſacculum laneo panno factum, & ſuſpende in cellario: tum deſtillabit ex eo clarus quidam liquor, B quem repone. * Valet ad faciem detergendam, & erugandam.

### *Oleum frumenti.*

Frumento inter laminas ferreas modicè candentes preſſo, oleum excipitur: vel triticum cortice detractum, in vaſe duplici deſtillatur. * Cutem impetigine & aſperitate infectam ſanat. *Meſues.*

### *Oleum Ovorum.*

℞. Ova recentia N. c.

Coquito, donec penitùs *indurentur. Poſtea* vitellos eorum *exime*, & *comminutos aſſa* in ſartagine, *donec rufeſcant*, & pinguedinem quandam *remittant: deinde* offam ferventem inde in *ſacculum pilis* contextum, & exprime, quodque expreſſum fuerit oleum, repone. * Experientia plurima probatum eſt, cutim expurgare, impetiginem, ſerpiginem, & alia cutis vitia perſanare, capillos regignere, & ulcera maligna & fiſtuloſa curare.

### *Oleum Sambucinum.*

℞. Olei veteris ℔ j.
Florum Sambuci ℥ iv.

Fit ut oleum Roſatum, ter flores innovando. * Lenit, abſtergit, & mundificat cutim, medetur icteritiæ, & maximè hepati infirmo, obſtructo: & plurimùm confert doloribus juncturarum.

### *Oleum Raphaninum.*

Oleum Raphaninum è raphani ſemine fieri ſolet, cæterorum more. * Phthiriaſes mala valetudine contractas tollit: ſcabritias cutis in facie emendat. *Dioſcorides.*

### *Oleum Gentianæ, noſtrum.*

℞. Pulv. rad. Gentianę, Olei communis añ. q. ſ.

*Macerentur in loco calido per menſem: deinde exprimatur oleum.* * Vermes necat, atq; educit. *Sic quoque oleum ſcillinum & de colocynthide parari poterit.*

DETERGUNT quoq; oleum Balaninum, ſive oleum de Been, Ricinum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

### *Oleum ad ſcabiem expertum.*

℞. Succi Oleandri ℔ j.
Olei roſati ℔ ß.
Sulphuris pulverizati ℥ j.

Bulliant lentè, donec oleum remaneat, & coletur, & reſervetur. * Curat ſcabiem & pruritum. *Arnoldus Villanovanus.*

## DE OLEIS GLUTI-nantibus.

### *Oleum Nicotianæ.*

℞. Succi Nicotianæ, Olei communis ana ℔ j.

Miſceantur, & coquantur uſq; ad ſucci conſumptionem. * Scabiei, vulneribus & ulceribus confert, dolorem capitis aufert.

### *Oleum Balſaminæ.*

Fructus Balſaminæ, exempto ſemine, inſolantur diù in oleo Omphacino, aut macerantur eodem Oleo in balneo calentis aquæ, aut equino calente fimo: fitque inde oleum. * Oleum hoc eſt pręſtantiſſimum ad arcendas vulnerũ, mammillarumq; *inflammationes, doloreſq: mulcendos. Valet idem ad exulceratos, inflammatoſq; uteros ſiphone injectum. Doloribus hęmorrhoidum* mirè auxiliatur: in quem uſum *macerantur fructus* oleo amygdalino dulci, aut è ſemine lini ex- C preſſo, addita ad unamquamq; olei libram, liquidæ vernicis uncia. Medetur hoc ambuſtis tam igne, quam aqua. Punctis, ſauciatiſq; nervis utiliter illinitur: quin & vulnerum cicatrices tum attenuat, tum etiam protiùs delet. *Matthiolus.*

### *Oleum Liquidambar.*

Liquidambar ex America Hiſpalim advehitur ſubrufi coloris, cujus mirabiles prædicant effectus in omnibus uteri morbis: ejus ſanè odoris fere, qui ſtyracis odorem æmuletur. D Id verò ex eo liquore exprimitur, quem de Ocoſotl arbore ſtillare, Mexicana hiſtoria tradit in hunc modũ. Inter arbores Mexicanas memoratur & Ocoſotl arbor prægrandis & venuſta, foliis hederæ ſimilibus. Hujus liquor, quem Liquidambar vocant, vulnera curat, atque cum corticis ipſius polline permixtus, elegans odoratumque ſuffimentum præbet. *Carolus Cluſius.*

### *Balſamum.*

E LAUDATISSIMUS ille liquor, qui ob excellentes, & mirabiles effectus, Balſamum, ad veri Balſami (quod in Ægypto naſcebatur) imitationem, nuncupatur, in *Hiſpania* nova elicitur ex arbore *Punica malo majore*, cujus folia urticæ ſimilia, ſerrata & tenuia ſunt, Indi Xilo (Gomora Zilo) vocant. Fit autẽ duobus modis. Uno, multis inciſuris vulnerato arboris cortice, qui tenuis eſt, è quib. liquor emanat, tenax, ſubalbidus, excellentiſſimus & perfectiſſimus, F ſed adeò pauca quantitate, ut ad nos non inferatur. Altero, Indis admodum familiari, in eliciendis ſuccis ex quavis arbore ramos, atq; etiam truncos arboris aſſulatim, & minutim conciſos, in lebetem ampliſſimum injiciunt, multa deſuper affuſa aqua bulliunt omnia ac fervent, quantũ *ſatis eſſe* putant, igne ſublato frigeſcere ſinunt, & conchyliis oleũ ſupernatans colligunt. *Id verò eſt*, quod in has regiones advehitur, & quo vulgò utimur, colore ex nigro rubente odoris ſuaviſſimi. Vaſculis argẽteis, vitreis, ſtanneis, aut fictilibus vitratis aſſervatur, aliam omnem materiem penetrans. In

medicina hujus uſus receptus eſt, nō nuperrimè, ſed ſtatim eo ferè tempore, quo Hiſpania nova nobis patefacta eſt: nam cùm Hiſpani Indos ſua vulnera hoc ſucco glutinare animadverterēt, illos ſtatim imitari cœperūt. Cùm primùm in Hiſpaniam allatum eſt, ob ejus inſignes facultates magna fuit,ut decet,æſtimatione: jus uncia nūc viginti,nunc decem ducatis æſtimabatur: at nūc temporis ejus libra non pluris, quàm tribus aut quatuor ducatis ęſtimari ſolet. Romam primum delatum,ejus uncia centū ducatis vænijt: poſtea, tanta ejus quantitate illata, vileſcere cœpit, & etiam gratis quodammodò dari,ut ſolet in rerum abundantia ſive raritate plerunque contingere. Nam cùm magno væniret, omnes ejus virtutes admirabantur, atq; requirebant: poſtquàm verò ejus imminutum eſt precium,nō æſtimatur,cùm tamē idem Balſamum ſit,quod fuit,cùm centum ducatis uncia venderetur. Et ſane,licèt nihil aliud nobis intuliſſent Indæ, quàm hoc mirabile Balſamum,Hiſpanorum tamen labor in illis inveſtigandis non inutilis exiſtimandus eſt: etenim jam multis annis perijt id Balſamum, quod in Ægypto naſci ſolebat, nec uſquam gentium ampliùs invenitur: idcircò nobis Deus Opt.Max.ejus loco Balſamum novæ Hiſpaniæ dedit, quod meo judicio inferius non eſt Ægyptiaco, ſi mirabiles ejus effectus & utilitates cōſideremus. Trifariam verò in medicum uſum recipitur: nam aut interiùs aſſumitur, aut exteriùs inducitur,aut medicamentis Chirurgicis admiſcetur. Intùs aſſumptum manè jejuno ventriculo aſthmaticis utile eſt,& veſicæ doloribus: menſes etiam ciet, ut & peſſi modo ſubditum. Ejus quatuor aut quinque guttulæ, vino aut aqua roſacea in cochleari exceptæ,& diluculo ſenſim in guttur inſtillatæ, ſic ut linguam non contingant. (nam Balſami ſapor diutiùs in ore hærens forſitan nauſeam etiā moveret) veteres ſtomachi dolores finiunt,eumque roborant, coloremque commendant, & anhelitum. Jecinori prodeſt, obſtructiones aperit, atq; juventam conſervat. Magnæ exiſtimationis vir, mihi probè notus, ab ejus uſu nullos dolores ſenſit,& tametſi ſenex, tam validus eſt, ut juvenis videatur. Phthiſicos levat, & ſterilium uterū expurgat,peſſi modo adhibitum. Foris,calidum cum plumula illitum,omnes cruciatus ex humoribus frigidis provenientes tollit,præſertim ſi linteum Balſamo delibutum adponatur. Tumores œdematodes diſcutit, & abſumit:quamlibet corporis partem roborat. Capiti illitum, cerebrum reficit, & fovet, omnemque humorem noxium abſumendo,dolores tollit. Paralyticis ſuccurrit, cerebro, cervice, ſpina & ea parte,quæ paralyſi tentata eſt, inunctis: eadem ratione ad omnes nervorum morbos,& cōtractiones utile eſt. Stomacho illitum,eum roborat,concoctionem adjuvat,& à flatibus obſtructionibusq; liberat,ſicuti & Lienem,quem etiam emollit.Nephritidem, nec non ventriculi dolores à cauſa frigida, aut flatibus ortos,calidum, loco dolenti impoſitum, ſedat:idem præſtat pani calido inditum,ſicq; ap-

A poſitum. Urinam ciet,& expellit,illitum. Summe laudatur in articulorum doloribus, præſertim coxendicum,quòd omnem duritiam & tumorem reſiduum diſcutiat. Chirurgicis remedijs inditum,valdè utile eſt: & quia moleſtum eſſet omnia enumerare, ejus judicio ea relinquo, qui eo utetur, ut id ſcilicet aliis medicamentis cōmiſceat,quæ ad rem utilia eſſe judicabit. Vulgare ſanè admodum eſt,eo in recentibus vulneribus uti: nam ſtatim ea ſine ſuppuratione gluti-
B nat. Quin etiam in iis utile,ubi contuſio adglutinationem impedit,quòd ſtatim digerat, & reliqua præſtet, quæ ad vulneris uſque glutinationem neceſſaria ſunt, ut non abs re pauperū Chirurgia cenſeri poſſit:eaq; de cauſa paucæ ſunt in hac urbe ædes, in quibus nō ſervetur Balſamum. Nervorum, juncturarumq; vulnera præ reliquis medicamentis ad cicatricem perducit, contractionemq; prohibet. Capitis vulnera curat, modò cranium illæſum ſit: ſic etiam omnia recentia
C vulnera in qualibet corporis parte, modò ſint ſimplicia. Antiqua vulnera per ſe, aut cum alio unguento impoſitum, mundificat, & ad cicatricem perducit. In diuturnis febribus, ſpina eo calente inuncta dimidia hora ante paroxyſmum, & illicò quinque aut ſex guttis ejus in vino ſumptis modo prædicto, horrores diſcutiuntur,ſi ter aut quater id remediū repetatur. Guſtu eſt acuto,& aliquantulum amaro: unde colligere licet adſtrictionis particeps eſſe, calidum & ſiccum in
D ſecundo gradu. Nunc ex novi Orbis continenti magna quantitate inferri cœpit Balſamum per inciſionem extractum,*ex arboribus iis ſimilibus, quæ in nova Hiſpania naſcuntur*, ubi Balſamum decoctione colligitur. Sunt autem eæ arbores vaſtæ magnitudinis, & ad radicem uſque ramoſæ,duplici ſeptæ cortice, altero craſſo Suberini modo, altero tenui, interno materiem arboris amplectente. Ex eo quod inter utrumque corticem eſt ſpacio, inciſione Balſamum inducitur,
E alba limpidiſſimaque lachryma,ſuaviſſimi odoris,qui inſignes ejus facultates ſtatim prodit. Et certum eſt,ejus guttulam potiorem eſſe,alterius quod decoctione extrahitur libra, tametſi miraculoſos viderimus ejus effectus. Hujus fructus (qui penes me eſt) exiguus pro arboris magnitudine: etenim ciceris aut piſi grano major non eſt,amari guſtus aliquantulum,incluſus extrema ſiliqua anguſta,digitum longa,alba,& tenui. Eo fructu ſeſe ſuffiunt Indi, ad capitis dolores,& de-
F fluxiones. *Nicolaus Monardes.*

Glutinat etiam oleum Myrrhæ: de quo vide ſuprà ſuo loco.

### *Oleum balſaminum precioſum.*

℞. Olei roſati ℥ ix.
Rhabarbari minutim contuſi ℥ vj.

Hæc firmiter contecta in lagena ſtannea per tres dies ſtare facito. Deinde lagenam unà cum prædictis in balneum Mariæ immittito, & ad horæ medietatem probè bullire ſinito. Poſtea in lagenam injice

Maſticis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0342-4 DFG

Maſticis ſubtiliter contuſi ʒ vj. A
Thuris. Bdellii,
Opopanacis. Caphuræ ana ℥ ß.

Poſtea illud oleum per mundum panniculum laneum excolato, ita ut omnis virtus prædictarum ſpecierum inde exprimatur, habebisque in hunc uſum paratum oleum præſtantiſſimum ad vulnera, quæ non capiti, ſed alioqui corporis partibus ſunt inflicta. *Ranzovius.*

### *Oleum Medicinale.*

℞. Olei communis veteris ℔ iij. B
Terebinthinæ Abietinæ ℔ ij.
Vini albi veteris, & electi,
Olibani triti ana ℔ ß.
Frumenti purgati ℥ iv. vel ℥ vj.
Hypericonis ℔ ß.
Valerianæ,
Cardui benedicti ana ℥ iv.

Infundantur herbæ in vino per 6. vel 8. horas, deinde addatur frumentum & oleum, & coquantur lento igne uſq; ad conſumptionem vini: poſtea coletur, & exprimatur. Huic demum expreſſioni addatur Terebinthina & Olibanum, iterumq; coquantur leviter, donec omnia perfectè miſceantur: & ſerventur in vaſe vitreo ad uſum. * Ad vulnera & contuſiones plurimum valet. *Aparitius de Zubia chirurgus Italus.* C

### *Oleum Vulnerarium inſigne.*

℞. Olei Olivarum ℔ ij.
Vermium terreſtrium M. j.

Vivi hi vermes muſco quercino immittantur per diem: nam eo evomunt quicquid fœdi à terra ſorpſere: adde D
Flor. Hyperici, vel potiùs hos nondum emicantes ℔ ß.
Flor. Centaurei minoris & capitum Trifolii odorati ana ℥ ij.
Gummi Elemi ℥ ij.

Tota æſtate Sole æſtuanti exponatur: ac ſingulis annis flores recentes, abjectis antiquis, remiſceantur: quidam & aliquid Terebinthinæ addunt: nonnulli quid Aquæ vitæ, in qua quid Benzovini ſolutum eſt, addunt. *Heurnius.* E

### *Oleum vulneri à machinis bellicis perutile.*

℞. Olei Violarum ℔ iv.
Caniculos recèns natos N. ij.

Coquãtur ſimul perfectiſſimè, addito vermium terreſtrium præparatorum ℔ j. deinde percolato, & ad uſum ſervato. *Ant. Chalmeteus.* F

## DE OLEIS SOMNUM inducentibus.

### *Oleum Malorum aureorum.*

℞. Mala aurea, quæ Italis *Pomi d'oro* vocantur, quantum voles: macera, & inſola in oleo Omphacino per dies quadraginta. * Somnum inducit, dolores omnes mitigat apprimè, modicè refrigerat, & digerit: ulcera antiqua, ſcabiem & impetiginem perſanat. *Zuingerus.*

### *Oleum Hyoſciami.*

Hoc oleum exprimitur ex Hyoſciami ſemine, eodem modo, quo ex papavere. * Febrium ardores mitigat, & inſomnium.

SOMNUM etiam INDUCUNT, oleum Mandragoræ, de Papavere, Nenupharis: de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE OLEIS FRANgentibus calculum.

### *Oleum è granis Citri.*

Oleum è granis Citri eodem modo fit, quo ex dulcibus amygdalis. * Dolori arthritico, & ſuccedenti tumori confert: calculum veſicæ, & renum detradit. In peſtilenti ſtatu, alexiterium optimum, lumbricos necat potum, ante illitum.

### *Oleum Scorpionum ſimplex.*

℞. Scorpiones N. xxx.
Olei Amygdal. amar. ℔ ij.

Macerentur in vaſe vitreo ſtricti orificii, probè obſtructo, & inſolentur per dies triginta caniculares, vel aliàs tota æſtate calidiſſimis diebus: poſtea colatum ad uſus repone. * Lapidem renum & veſicæ frangit, & expellit, lumbis, pubi, perinæo illitum aut per meatum urinarium injectum. *Meſues.*

### *Oleum Scorpionum compoſitum.*

℞. Ariſtolochiæ rotundæ,
Gentianæ, Cyperi,
Cort. rad. Capparis ana ℥ j.
Olei Amygdal. amar. ℔ j ß.

Macerentur in oleo contuſæ radices ad Solem fervidum diebus viginti, in vaſe vitreo probè obturato: deinde coquantur aliquantulũ in duplici vaſe, injectis ad ultimum ſcorpionibus vivis N. xx. Iterum ſerenis diebus xxx. inſolentur: poſtremò excolatum oleũm reponatur. * Hoc efficacius eſt priore: præterea mirandarum eſt virium contra venena omnia & peſtilentiam. *Meſues.*

### *Oleum de Ceraſis.*

Oleum de Ceraſis eodem modo fit, quo oleũ ex Amygdalis dulcibus. * Articulariis morbis confert, terget & expurgat, calculum è renibus & veſica pellit, pannos faciei, lentigines, & cætera fœdæ cutis vitia delet. Efficacius eſt, quod ex nucleis Ceraſi ſylveſtris paratur.

## DE OLEIS JUVANtibus coitum.

### *Oleum Formicarum.*

℞. Formicarum alatarum quantum voles.
Olei quantum ſufficit.

Macerentur æſtate ad Solem diebus quadraginta, poſtea excolatum oleum repone. * Valet ad confortandum coitum. *Nicolaus.*

### *Oleum ex Piſtacis.*

Oleum ex Piſtaciis eodem modo fit, quo ex Amygdalis dulcibus. * Hepatis & renum dolo-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0343-0 DFG

res potenter lenit, impinguat, ſemen auget. Ventriculo non ingratum. Tuſſim & thoracis dolorem mitigat, & intemperiem frigidam emendat.

## DE OLEIS SEDANtibus dolorem.

### *Oleum Sambucinum.*

Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci, & oleo veteri clariſſimo, quemadmodum etiam oleum Rutaceum. * Lenit, abſtergit, cutim expurgat, ictero & hepati obſtructo confert, articulorum & nervorum doloribus utile, eos namque roborat. Epotum, aut injectum, alvum irritat, ſeroſaq; excrementa per inferna educit. Fit quoq; ex medio Sambuci cortice ſimiliter macerato oleum, quod ad ambuſta Italis uſui eſt. *Anguſtani.*

### *Oleum Laurinum.*

Oleum Laurinum apud nos non facilè fieri poteſt: quoniam verò in magna copia affertur ex Italia & aliunde, ideò facile emitur à materialiſtis. * Calidum eſt, & aperitivum: mitigat colicam & frigidos dolores ventris, ſtomachi, capitis, hepatis, ſplenis, renum, matricis, nervorum, juncturarum: deniq; omnibus ægritudinibus frigidis confert.

### *Oleum Hyperici.*

℞. Summitatum Hyperici ℥ iij.

Macerentur in vino odorifero diebus tribus & noctibus: bulliant deinde in vaſe duplici, obturato orificio vaſis: poſtea exprime, & recentis Hyperici ſummitatum benè tritarum par pondus injice, & iterum macera dies tres ac noctes, coque, & exprime, tunc etiam tertiò recens Hypericum adde, & ſi vinum minuetur, adde aliquid. Poſtea adde

Terebinthinæ,
Olei veteris ana ℥ iij.
Croci ℈ j.

Coquantur in duplici vaſe uſq; ad vini conſumptionem: cola, & repone. * Calidum eſt, & ſiccum, & tenuium partium: vulnera inciſorũ nervorum conſolidat, & combuſtionem ignis: ſedat dolores femoris & veſicæ, & provocat urinam.

### *Oleum Hyperici magiſtrale.*

℞. Olei veteris ℔ iv.
Vini albi potentis ℔ j.
Flor. Hyperici cum ſemine recentium M. iv.

Tere, & macera in vaſe vitreo, obturato ejus orificio, duos dies: coque in duplici vaſe, & fortiter exprime: in colaturam injice alios flores, ut dictum eſt, & tertiò idem facito: deinde colato, & ad ſingulas colaturæ libras adde

Terebinthinæ ℥ vj.
Olei Abſinthii ℥ iij.
Dictamni, Gentianæ, Cardui benedicti,
Tormentillæ, Carlinæ,
Calami aromatici ana ʒ ij.
Lumbricorum in vino pluries lotorum ℥ ij.

Terantur omnia, & inſolentur, triginta aut qua-

A draginta diebus, & benè obturatum reponas. * Ad eadem utile: ſuperiori tamen efficacius eſt. *Medici Florentini.*

### *Aliud.*

Accipe cacumina (cùm ſe ex flore in ſemẽ colligere cœpit) Hyperici, contundantur: vino albo maturo infunde, quò mergatur Hypericum, Soli per decem dies expone: hinc adde olei, quo pondere æquet & vinum & Hypericum, inſolentur dies decem: adjice Terebinthinam, nempe ut
B quæq; libra olei binas uncias Terebinthinæ accipiat, & Croci drachmam: Nucis myriſticæ, Caryophyllorum, Myrrhæ cujusq; ſemunciam, reſinæ Pini ſemunciam addat libræ, Rubiæ tinctorum unciam, bulliant in balneo obturato vaſe: vinum exſtilletur: mox cola. Vulnera glutinat, mundat, nec cicatricem fœdat, putredinem arcet, contuſa recreat, venenis reſiſtit. Sunt qui Antimonium addant, Millefolium, Caudam equi, Beniovinum & Conſolidam, Axungiam
C porci, Cuminum, Roſas. Et quidam terræ infodiunt dicta ſemeſtri ſpacio. *Heurnius.*

### *Hyperici inſigne Balſamum, quod per os ſumitur, in capitis & internis vulneribus.*

Accipe Olei baccarum Juniperi libram: Olei extuſi ex ſemine Hyperici ℥ iv. his adde flores Hyperici, vitroq; clauſo inſolentur dies duodecim, agitato quotidie vaſe: his exactis, novi flo-
D res injiciantur, abjectis effœtis, idq; ſæpiùs repetendum. Rubia hic addi poterit, vel Haloſanthos. *Idem.*

### *Oleum Liliorum convallium.*

Fit ex floribus Liliorum convallium, & oleo veteri dato, ut oleum Liliorũ ſimplex. * Privatim cõmendatur ad puerulorũ tormina. *Anguſtani.*

### *Oleum Moſchellinum.*

℞. Olei puri ℔ iix.
E Aquæ ℔ iij.
Folii (pro eo Macis) Nardi Indicæ,
Coſti, Maſticis ana ℥ iij.
Styracis calamitæ,
Croci, Myrrhæ,
Cinnamomi,
Caſiæ ligneæ veræ ana ℥ j ß.
Carpobalſami, Caryophyllorum,
Bdellii ana ℥ j.
Moſchi ʒ vj.
F Nuces moſchatas N. iv.

Folium, Myrrham, Caſiam, Carpobalſamum & Bdellium tere, & per biduũ in aqua & oleo macera: poſtea coque ſuper lentum ignem in duplici vaſe, uſque ad conſumptionem aquæ: deinde cola, & reliqua in tenuiſſimum pulverem redacta inſperge, præter Moſchum: iterũ macera, & coque parumper: ultimò Moſchũ addito: probe omnia miſceto, & repone, & interdum vas agitato. * Eſt optimum ad omnem frigiditatem corporis, potiſſimùm ventriculi, & ad dolorem lateris foris inunctum, ſtranguria & colico vexa-

tis, &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0344-5
DFG

tis, & ad omne nervorum vitium illitum optimè facit: miſcetur epithematibus & emplaſtris, quæ ad ſtomachi & renum affectiones aſciſcuntur. *Nicolaus Alexandrinus.*

### *Oleum Populinum.*

℞. Olei communis ℔ vij. ℥ ij.
Vini ℔ iv.
Gemmarum Populi arboris recentium, Veris initio collectarum ℔ iij.

Gemmæ Populi diutiſſimè terantur & macerentur in vino & oleo diebus ſeptem: pòſt coquantur in duplici vaſe uſque àd conſumptionem vini: deinde exprimatur oleum, & reponatur. *Expedit ad capitis dolorem, arthriticis, nephriticis, & podagricis, & ubicunque dolor ſit. *Nicolaus.*

### *Oleum Vulpinum.*

℞. Vulpem integram, exemptis interaneis,
Aquæ fontanæ, Aquæ marinæ ana ℔ j ß. vel quantum ſufficit,
Olei veteris clari ℔ iv.
Salis ℥ iij.
Coquantur: *& inter coquendum adde*
Anethi, Thymi ana ℔ j.

Coquantur *autem*, *donec ab* oſſibus recedat *caro*, *& aqua* conſumatur: deinde excoletur oleum, *& reponatur.* * Ad podagras reliquasque arthritidis ſpecies, ac dorſi, renumque dolorem eſt efficaciſſimum *Meſues.*

### *Oleum ex ſemine Ebuli.*

Semen ſuis folliculis & ſordibus probè repurgatum in mortario paſtę inſtar contunditur, deinde in caldarium juſtæ magnitudinis ponitur, tantumque aquæ fluvialis ſuperfunditur, quantum ad facilem ebulitionem ſatis fuerit. Poſtea igne luculento coquitur tandiu, donec ſuper aquam bona quantitas ſpumæ apparuerit: quæ cochleari colligitur, & vaſi vitreo oblongo, quales ſunt calices vitrei, baſin anguſtam habentes, inditur, relinquiturque in loco tepido per triduum aut quatriduum, dum reſideat, & oleum à ſpuma paulatim ſeparetur. Quod ſi intra dies tres aut quatuor non fiat, ſignum eſt, ſemen non ſatis coctum fuiſſe. Tunc itaq; rurſus in vas conveniens ponetur, & aqua fluvialis affundetur, ac denuò per quartam horæ partem mediocriter ebullire ſinetur: atq; ſic percocta, rurſus ab aqua cochleari removeri reponiq; debet, ut dictum eſt, donec oleum à ſpuma ſeparatum ad fundum vaſis ſubſideat viride, pellucidum, & pingue. Notandum verò eſt, ſemen colligendum eſſe permaturum, & intra annum: poſtquam collectum illud eſt, parare oleum convenit. Nam vetuſtate plurimum oleum amittit. * Præſtantiſſimũ balſamum eſt ad dolores arthriticos. *Incertus.*

### *Oleum Avellanarum.*

Oleum Avellanarum fit eodem modo, quo ex dulcibus Amygdalis. * Dolores nervorum, & arthriticos ſanat: teſte quoque Manardo, alii ad venena & morſus ſerpentum valere contendunt. *Auguſtani.*

A

## DE OLEIS PURGANTIBUS.

### *Oleum Cnicinum.*

Cnicinum oleum fit ex ſemine Carthami purgato, & tuſo. * Aqua intercute laborantibus, viſcerum obſtructionibus, ventriculi & coli cruciatibus flatuoſitate genitis, efficax eſt. Suſpirioſis mirificè prodeſt, & vocem clarificat. Epotum
B pituitam tum vomitionibus elicit, tum per inferna ducit. *Meſues.*

### *Oleum Thymelææ.*

℞. Fol. Thymelææ,
Succi Thymelææ ana ℥ iv.
*Vini albi* ℥ *iij.*
*Olei Amygdalarum amararum* ℔ *j.*

Macerentur per horas 24. deinde coquantur uſque ad conſumptionem vini & ſucci: colatum reponatur. * Hydropi confert, ac ulceribus ma-
C lignis: cutis fœditatem terget: ſudores elicit: urinam retentam provocat. *Rondeletius.*

*Meſues loco vini aquam, & loco olei amygdalarum amararum ponit oleum Seſaminũ, & lac, &c.*

## OLEA EX BACCIS exprimendi elegans ratio.

### *Oleum ex baccis Juniperi.*

D ℞. Baccas Juniperi mediæ ætatis: miſce parum aquæ vitæ, contunde in maſſam, adde & aliquid olei Terebinthinæ limpidiſſimæ: immitte vaſi ſtanneo, ac claudatur, balneoq; imponatur ut æſtuet. Ab horis tribus prælo ſubde, ac laminis ferreis tepentibus exprimatur oleum. Id cochlearis copia ſumptum, excludit fœtum, ſtomachum firmat, nervorum convulſionibus ac reſolutionibus medetur, colicos uterique dolores ſolvit, calculoſis utile: ſcabiem & fiſſuras curat.
E Similiter baccæ Lauri, Hederæ, Sabinæ exprimuntur. *Heurnius.*

### *Secretus modus extrahendi olea ex omnibus floribus.*

Accipies nucleos Ceraſorum: ſiccentur in calido furno, quò mador vaneſcat: deinde cultro craſſiuſculè incidantur: mox ſtratis viciſſim & his & floribus vitro, in calido loco (ut in balneo) dies quinque foveantur, hinc contundantur minutim, ilicoque raro linteo leniter adducto torcu-
F lari exprimantur. *Idem.*

## *De Oleis Subtili modo paratis, ſeu diſtillatis.*

## DE OLEIS HERBARUM & FLORUM.

HERBÆ vel flores earum inciduntur, contun-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0345-1 DFG

dunturq́; : deinde induntur vitro, miſcenturque: poſtea ſi ſiccæ valdè ſunt, aqua fontana perfunduntur: ſin humidæ & aquoſæ fuerint, per ſe vaſe occluſo, in Sole, aliόve loco calido macerantur, quoad in ſuperficie oleum appareat, quod inverſo vitro, & cera perforata relictis fæcibus ſejungitur. Hoc deinde cum aqua effluente ſimul ampullæ imponitur, & ex ferveſcente evocatur rurſus. Aliâs herbę & flores ita macerati ex balneo pariter deſtillantur: poſtea oleum ſeparatur.* Eaſdem, quas herbæ, unde fiunt, vires obtinent, ſed multò efficaciores. *Andernacus.*

### *Eſſentia ſive oleum Chelidoniæ, Meliſſæ, Salviæ, Valerianæ.*

Chelidoniam contuſam indas cucurbitæ vitreæ optimè obturatę ad digerendum per quindecim dies, in putri calido utero: poſt appoſito roſtrato alembico, primò lento igne aquam ſeparabis ad ſiccitatem capitis mortui, quod contundes, ipſi reaffundendo elementum aquę prius diſtillatum, ut ſupernatet quatuor digitis: obturato vaſe putrefiant omnia in balneo Mariæ per octo dies, pόſt diſtillentur rurſus, dando ignem per gradus, donec nulli prorſus prodeant ſpiritus. Hac autem ſecunda diſtillatione aquam & aërem obtinebis, phlegma, ſi voles, ſeparabis per balneum Mariæ, & deſtilla per alembicum, donec materia in lapillos albos prodeat: qui reiteratis ſolutionibus, & coagulationibus cum aqua propria, cryſtallini fiunt: ſicque terra optimè purificata, quæ quamvis alba ſit, ignem tamen & tincturam intrinſecam cōtinet. *Huic ergo ſuperinjicito priora duo elementa, ut ſuprà reſervata, & circulentur ſimul in balneo,* donec appareat & ſupernatet oleum, quod vera dicitur eſſentia, infinitis prædita facultatibus. Eadem methodo Meliſſæ, Salviæ, Valerianæ, & reliquarum ejuſmodi omnium veras poteris aſſequi præparationes. *Quercetanus.*

### *Oleum Spicæ.*

Oleum Spicæ ex majori Lavendula fit, quæ Spica vocatur, in vino priùs macerata, deinde per alembicum deſtillata. * Renibus inunctum gonorrhœam ſanat: lumbricos expellit, guttæ duæ ex vino ſumptæ. In ſumma, multis facultatibus præditum eſt. *Evonymus.*

### *Oleum ex floribus quomodo eliciatur.*

Contuſas frondes, aut flores, ſimul, ſeorſúmve, ut libuerit, ponimus in matula, cucurbitáve recta, aut curva: ad ſingulas florum libras, addimus olei Amygdalarum dulcium recentis parum, nempe ut exempli cauſa dicam, ℥ j ß. aquæ etiam ardentis, quantum videbitur: poterit autem apponi ℥ j. clauſoq; optimè vaſe, macerentur omnia decem, quindecimve horarum ſpacio, fimo equino, aut balneo tepentis aquæ: inde impoſito pileo, vaſeq; ad cineres admoto, deſtillet lento igne. Nam aqua manabit, quę ubi cœperit rubeſcere, vaſe, quod recipit, mutato, augebitur ignis: aqua enim & oleum ſimul deſtillabunt: auctiore autem facto adhuc igne, alio vaſe recipies ſolum oleum. Quod autem cum aqua ſimul deſtillavit, ſeparari facile poteſt. Oleo hac arte ex Abſinthio, aut Mentha, collecto, mirificè congenitus hepatis & ventriculi calor, atque aliarum partium juvatur: mirum enim in modum penetrat. Poſſemus etiam alio modo operari: Maceratis enim calentis aquæ balneo floribus, prius eodem balneo aquam ſolam elicere, inde quod remanet, ad cineres admovere: auctoq; ſenſim igne, elicere aquam & oleum. Quanquam autem abſque aqua ardente elici hujuſmodi è floribus ac herbis oleum poſſet: tamen ſi addatur, magis odorem retinet: licet in floribus frigidis, cujuſmodi ſunt Violæ, Nymphææ, Papaveriſque, melius aqua ardente abſtineremus, ob qualitatem adverſam naturæ, qua efficitur, ut aqua ipſa ardens aut nihil, aut certè parum recipere ac retinere earum virium, odoriſque poſſit. *Hieron. Rubeus.*

### *Oleum Chamæmeli, Meliloti, Anthos, Betonicæ, Menthæ, Abſinthii, &c.*

Ex floribus omnibus eodem modo, quo ex Chelidonia eſſentiæ extrahantur: vel hac via: Si addideris pro libra florum, libras ſex aquæ pluvialis, vel diſtillatæ, digerendo omnia per aliquot dies, poſtea illa diſtillando per alembicum cum ſuo refrigeratorio. Præſertim autem eſſentiam elicies ex floribus, qui ſequuntur: Chamæmeli, *Meliloti, quæ olea valde anodyna ſunt: Stœchados, Anthos, Betonicæ, hæc cerebri affectibus medentur: Abſinthii, Menthæ, iſta* ventriculo proſunt: Geniſtæ, *Tamaricis, quæ lienis* affectibus conducunt: Thymi, Epithymi, Origani, quæ melancholiam domant: & ex ſimilibus priùs ad Solem, ut decet, exiccatis, quorum proprietates omnes facillimè medicus aſſequetur. *Quercetanus.*

### *Oleum è Roſis præſtantiſſimum.*

Roſarum folia in umbra aliquandiu aſſervata, in matula vitrea magna ponuntur, cujus ſit fundus latus, & ad dimidium vas impletur: inde affunditur ipſis Roſarum *foliis* tantum aquæ roſaceæ ſtillatitiæ, quantum ſatis fuerit, ut optimè madeant: appoſitoque pileo vitreo cæco, ſtipatiſque optimè rimis cera gummata, quindecim diebus equino fimo macerantur: ſic tamen, ut mutato, cùm frigeſcere cœperit, fimo, calor æqualis ſervetur. Appoſito mox matulæ roſtrato pileo, igne moderato cinerum, aqua omnis elicitur: quę rurſus in eadem matula, optimè priùs à fæcibus mundata, ablutaq; ponitur, & calentis aquæ balneo lentiſſimo igne elicitur, dum tota in vas recipiens abeat. Nam in fundo matulæ remanebit oleum roſarum, colore rubrum, perſpicuum, & molli odore ſuaviter fragrans: viribus cordis, ac cerebri roborandis apprimè utile. *Hieron. Rubeus.*

DE O-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0346-7 DFG

# DE OLEIS EX fructibus.

### *Olea fructuum.*

Ex fructibus eodem modo olea, ut ex ſeminibus, vel herbis eliciuntur, ut ex nuce Cupreſſi, baccis Lauri, Juniperi, quæ moderate calefaciunt & roborant. Ex amaris & dulcibus quoque amygdalis, idque per balneum pro Aſthmaticis, Nephriticis, Iliacis, & ardoribus urinę curandis, ſi ipſius aur. ij. aut iij. exhibeantur. Quæ quidem olea noſtri Pharmacopolæ præparant, vel ignis expreſſione, aut ſaltem cum aquæ vaporibus. *Quercetanus.*

### *Oleum è baccis Juniperi.*

℞. Baccarum Juniperi modium plenum: contundantur minutiſſimè: iisq; affundatur aqua pura, ea quantitate, ut optime cooperiantur: poſtea in veſica cuprea, ut vinum ſublimatum, per aquam frigidam deſtillantur: *poſtremò* oleũ ab aqua ſeparetur, ſerveturque. * *Valet* ad multa: ad tormina, *ad gonorrhœam*, ad coli dolores ex *catarrho*. *Hoc oleum* balſamo comparatur, guttarum *trium* aut quatuor inſtar aſſumptum, *reſolutionem* nervorum, morbum attonitum, & alios cerebri affectus præcavet: corpus ab omni veneno & peſtilenti aëre tuetur: ſtomachum debilitatum ex frigore reſtituit: vomitiones cohibet: viſcerum abſceſſibus medetur: renes purgat: calculos frangit: urinam promovet: colicos & uterinos dolores compeſcit: difficultati inteſtinorum, ſanguiniſq; rejectioni, & pectoris pulmonumq; vitiis conducit: morbo arquato, & aquæ inter cutem prodeſt: vermes necat. In ſumma omnibus membris læſis, vi ſua penetrandi medetur, foris inunctum: convulſis tremore & convulſione infeſtatis ſubvenit: ſcabiem, ulcera inveterata, malignaque, nec non condylomata curat: dolores lumborum, coxarum, podagræ & colicæ, umbilico illitum, ſedat: fiſſuras manuum ſanat. *Euonymus & Andernacus.*

### *Aliter.*

℞. Baccas Juniperi, contunde in maſſam, *ligneo* vaſi impone, affunde aquam æſtu *bullientem*, ut obruatur maſſa: *junge fæcis vini* eam copiam, qua medii pedis altitudinem ſuperet: cooperto vaſe, diebus quatuordecim *illis* otium ſit, *dum* nempe acorem inſtar fermenti ducat maſſa: quotidie bacillo hæc maſſa agitetur. Tandem fiat diſtillatio ex eo vaſe, quo Terebinthina eliquatur, excipulum amplum ſit. Ignis lentior initio excludet ſpiritum Juniperi: hinc ſubſtantiam vini, & granorum: hoc vinum apud Colonienſes maximi uſus & pretii eſt. Cochlear hauſtum ejus partum accelerat, ſtomachum firmat, convulſionibus ac reſolutionibus medetur, colicos uterique dolores compeſcit, ab inquinato peſte aëre tuetur, calculoſis expeditum remediũ, fiſſuras ulceraque manuum ſanat. *Heurnius.*

### *Oleum è baccis Lauri.*

Oleum è baccis Lauri eodem modo, quo oleum ex baccis Juniperi, deſtillatur. Ex ℔. una baccarum, ℈ j. olei communiter extrahitur. * Valet contra colicam & iliacam, & ſciaticam paſſionem.

### *Oleum è baccis Hederæ.*

Oleum e baccis Hederæ eodem modo, quo oleum e baccis Juniperi, deſtillatur. Vel etiam per deſcenſum ſic:

℞. Ligna ſicca Hederæ,
Granorum Hederæ,
Gummi Hederæ q. ſ.

Fruſtatim deciſa, ponantur in vas terreum perforatum in *fundo*, duobus vel tribus locis, & tunc *ſupponatur alia* olla, & *ponatur* in terra, & *ligetur fundus ſuperioris cum orificio inferioris*: benè *ſigillabis* cum argilla, vel paſta: & ita *diſponantur*, ut olla ſuperior tota ſit ſuper terram, cooperto orificio: & fiat ignis circumquaque, & deſtillabit oleum nigrum in vas interius. * Frigidis articulorum morbis ſingulariter prodeſt: menſtrua provocat, calculos expellit, & ulcera expurgat, ſanatque. *Rogerius.*

### *Oleum è nucleis Pineis.*

Oleum e nucleis pineis per deſcenſum, ut oleum e baccis Hederæ deſtillatur. * Valet ad erugandam mulierum cutem. *Manardus.*

### *Oleum è Cepa.*

Accipiatur Cepa alba, in medio evacua: cujus vacuitas theriaca impleatur, & foramine obturato, circundata panno lineo madente, per horæ dimidium cineribus calidis obrũta, alembico deſtilletur, & liquoris ſtillatitii dentur patienti ℥ ij. * Sudorẽ evocat in peſte. *Fumanellus.*

### *Oleum è nucibus Cupreſſi.*

Nuces primùm in pulverem rediguntur: deinde ex aqua Betonicæ, vel aqua Vitis deſtillantur: poſtea oleum, quod inde manavit, in balneo Marię corrigitur, & ab aqua ſeparatur. * Hoc cervici, vel capitis vertici inungitur ad catarrhos retinendos, quos ſpinam verſus ſingulari quadam vi *retrahit*, quare etiam anteriùs oculis applicari non debet, ut quod illos attrahendis humoribus offendat. *Andernacus.*

# DE OLEIS EX ſeminibus.

### *Olea Seminum.*

Seminum olea eadem methodo, ut olea ex floribus, eliciuntur, in pulverem priùs redactorum: ut Aniſi ad flatus diſcutiendos: Fœniculi ad affectus oculorum, & ſuffuſiones. *Quercetanus.*

### *Oleum Aniſi.*

℞. Aniſi ℔ j. vel ij.
Aquæ fontanæ ℔ x. vel xx.

Contundatur *Aniſum* minutiſſimè, & maceretur in aqua per *horas* aliquot: deinde in veſica



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0347-2

ærea primò igne lento, deinde fortiori deſtilletur per aquam frigidam: poſtremò oleum ab aqua ſeparetur. Libra una Aniſi dat communiter ℥ ij. olei. * Ad vertiginem, anguſtiam pectoris, capitis defluxu natam, præfocationem, vomitionem, cruditatem ſtomachi ex flatibus, aquam inter cutẽ, aliosq; affectus qui ex frigore & ventis proveniunt: præcipuè omnibus membris exanguibus & nervoſis opitulatur, ut ſtomacho, inteſtinis, veſicæ, utero: cujus fluorem albũ exiccat, & omnes in totum actiones, quæ de Aniſo B dicuntur, obit: oris halitusq; fœtorem emendat. Uſus ejus eſt, ſi aliquot guttarum inſtar ex vino, vel juſculo manè aſſumatur, vel quando neceſſitas poſtulârit: quin etiam tabellis ad pectoris vitia rectè additur. *Andernacus ex Euonymo.*

### *Oleum Fœniculi.*

℞. Fœniculi contuſi ℔ ij.
Aquæ fontanæ ℔ xx.

Miſce, macera, & in veſica, balneo aëreo ſicco C deſtilla per aquam frigidam: deinde oleum ab aqua ſeparatum repone. Fit etiam à quibusdam hoc oleum ex ſemine ſicco extractum ſine ulla alia additione, perquàm odoratum & ſuave: colore autem eſt album, quod primò deſtillat. Deſtillatur autem ex ℔ j. Fœniculi, ℥ ß. olei. * Capiti conducit, præcipuè autem oculis, renibus, veſicæ: pectoris anguſtiæ & difficultati ſpirandi ſuccurrit: ſtomachũ juvat: flatus diſſipat: calculos arenoſos comminuit: urinam & menſtrua promovet. D Fieri ex eo tabellæ poſſunt ad eosdem uſus, aut per ſe quocunque tempore manè & veſperi aliquot guttæ ſumi poſſunt. *Euonymus.*

### *Oleum Aniſi & Fœniculi.*

Semina Aniſorum cucurbita curva locantur, ad eorumq; libram adduntur aquæ fontis puriſſimæ ℥ iij. & tepentis balnei calore macerantur: inde educitur oleum odoratum, quod ſtomacho roborando, flatibus diſcutiendis, orisque halitui commendando, plurimùm præſtat. E Hujus ſi guttæ aliquot cum iis pharmacis miſceantur, quæ ad coli dolores, pro dejicienda alvo, adhibemus, multùm proſunt. Quòd ſi loco aquæ in deſtillando vinum addideris, calidius oleum evadet, ſed minùs ſuave, minusque odoratum. Sic quoque è ſemine Fœniculi oleum extrahitur. *Rubeus.*

### *Oleum Cumini.*

Cumini oleum eodem modo, quo Aniſi oleũ F conficitur. Libra autem una Cumini dat ℥ ß. olei. * Utile eſt vulneribus ad lienem pertingentibus, inflationibus corporis ex frigiditate, quæ aliquãdo cauſa exiſtit, cur urina retineatur: tuſſi medetur: anhelationi conducit: colicis doloribus ſubvenit: urinæ ſtillicidiũ impedit. Ad hunc uſum gutta una aut altera, in aqua filicis ſumi poteſt, aut etiam in tabellis. *Euonymus.*

### *Oleum Petroſelini.*

℞. Sem. Petroſelini ℔ ij.
Aquæ fontanæ ℔ xx.

A Semina contunde, macera, atq; in veſica, balneo aëreo ſicco, vel arena deſtilla. Ex libra autem una ſeminis Petroſelini extrahitur communiter ℈ j. vel ʒ ß. olei. * Obſtructiones aperit: mẽſtrua & urinam movet.

### *Oleum ex granis Ebuli.*

Oleum ex granis Ebuli quomodo fiat, vide ſuprà. * Podagricos dolores mirum in modum lenit, curatque.

### *Oleum ex granis Cataputiæ.*

B ℞. Sem. Cataputiæ ℔ ij.
Contundantur, & in retorta per arenam deſtillentur. * Purgat mirabiliter. Idem facit oleum Cnicinum.

### *Oleum Frumenti.*

Frumentum in retortam impoſitum cum ſpiritu vini diligenter per octo dies digeratur, tum demùm igne violento pellatur. Quod deſtillatum eſt, capiti mortuo reddatur, denuò digeC ratur, ac deſtilletur. Id ſi ter iteraveris, prodibit oleum præſtantiſſimum ad gangrænam & carcinomata. *Quercetanus.*

### *Oleum è ſemine Lactucæ & Hyoſcyami.*

Semina Lactucæ aut Hyoſcyami cucurbita curva locantur, ad eorumque libram adduntur aquæ Roſarum ſtillatitiæ ℥ iij. vel paulò plus: & tepentis balnei calore macerantur: inde educitur oleũ. * Prodeſt autem Lactucæ oleum, potũ ad duas vel tres drachmas, cum jure aut vino, D manè, ſex aut ſeptem diebus, gonorrhææ. Hyoſcyaminum idem facit, ſi eo inungantur renes: & ſi mulier eſt, peſſi modo ſubdatur. *Rubeus.*

## DE OLEIS EX radicibus.

### *Olea radicum.*

Una eademq; prorſus via, ut herbarũ, florum & ſeminum, eſſentia radicum extrahitur: E Angelicæ ſcilicet, Biſtortæ, Gentianæ, Tormentillæ, Caryophyllatę, quæ peſtilentibus affectibus conferunt: Cyperi, Acori, Coſti, ad roborandum ventriculum: Dictamni, ad ſedanda parturientium tormina: Helenii, Eryngii, Glycyrrhizę, Iridis Illyricæ, ad pulmonum affectus: Pæoniæ, epilepticis conducens. *Quercetanus.*

## DE OLEIS EX lignis.

F

### *Olea ex lignis & baccis.*

E lignis odoratis, ac reſinoſis, nec non ex eorum baccis, elici oleum poteſt, ipſis nonnihil cõtuſis, affuſo vini albi modico, aut etiam aqua: inde per noctem in cineribus calentibus, vitrea cucurbita maneant: augeatur manè ignis, quoad deſtillabit oleum. *Rubeus.*

### *Oleum ligni Guajaci.*

Ex Guajaco ligno oleum hoc modo elicitur: Guajacum aqua ardente, in qua ſal *Tartari* diſ-

ſolutum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0348-8 DFG

ſolutum fuerit, maceretur tandiù, dum colorem aqua contrahat: tũc enim ipſa in aliud vas tranſfuſa, nova adjiciatur, & maceretur, ut colorem contrahat: idque repetatur, dum non ampliùs coloretur aqua. Has omnes aquas conjunctas ſimul deſtillatione excipe: & in fundo cucurbitæ remanebit oleum. Ulceribus malignis, doloribusque probatur. E' Junipero ejusq; baccis ſimili modo educitur, ad eadem utile, & ad faciei vulnera ac maculas. E' Corno arbore qui educitur, pari ratione liquor, per ſe ſolus ſtrumas diſcutit: maturat, aperit, purgat, glutinatq; nulla alterius medicamenti ope: ſi pili barbę capitisq; cani eo liquore calido madeſcant, præſertim ſi adjungatur ſecunda aqua, qua utuntur mulieres ad flavos reddendos capillos, eos tingit rubro colore, in obſcurum vergente: duratq; color hic ſex menſes.

### *Idem, aliter.*

℞. Ligni Guajaci quantum *ſufficit.*

Incide in fruſta, & *imple ollam. vel dolium* magnum vitreatũ intùs, *cujus orificium ſit arctum:* & fac foveam in terra, *& præpara* parietes ejus *cum terra figuli: deinde pone ollam vitreatam in fundo ex directo foveæ*, habentem orificium *magnum, & cooperiatur* lamina ferrea ſubtiliter perforata: deinde prępara iſta duo vaſa cum terra figuli, ne ex utriusque orificiis reſpiret: deinde cooperi terra, & adde ignem per tres horas, vel ampliùs: finaliter reſudabit oleum de ligno Guajaco. * Ad ulcera & dolores ex morbo Gallico ortos valet. *Euonymus.*

### *Oleum ex lignis Juniperi.*

Oleum e lignis Juniperi eodem modo fit, quo oleum è lignis Guajaci. * Frigiditatis cauſas removet, vel reprimit, & typũ quartanæ. Sed magis ſingulare & ſpeciale, facta inunctione ab umbilico uſque ad muliebria, eſt, renes & matricem confortare, & ejus humiditatem exiccare, & ad conceptionem præparare. *Rogerius.*

### *Oleum è lignis Fraxini.*

Oleum è lignis Fraxini eodem modo fit, quo oleum è ligno Guajaco. * Uſus ejus eſt in arthetica frigida: excoriationes cicatrizat, morpheam albam propriè *ſolvit*, & ipſam denigrat. Curat præterea paralyticos: lienicis confert, non ſolùm inunctum, ſed etiam ebibitum. *Rogerius & Manardus.*

### *Oleum è lignis Hederæ.*

Oleum è lignis Hederæ quomodo fiat, dictum eſt ſuprà, ubi docuimus oleum extrahere è baccis Hederæ. * Contra artheticam frigidam valet. *Rogerius.*

## DE OLEIS EX corticibus.

### *Oleum Cinnamomi.*

℞. Cinnamomi electi quantum ſufficit.

A Contunde craſsè: macera in aqua Roſacea, vel Citoniorum, vel Vino albo, per horas vigintiquatuor: deinde in vapore aquæ calentis, vel in balneo, vel in veſica per aquam frigidam diſtilla. Ex una libra Cinnamomi extrahitur communiter ℥ ß. olei. * Oleum Cinnamomi, in univerſum balſamum naturali reſpondet, intùs putrefactionẽ arcet, extrinſecus omnia recentia vulnera, ſive ulcera conſolidat. Hujus guttæ ſingu-

B læ, vel duæ, per ſe ori inditæ in animi parturientis deliquiis præſentiſſimum ſunt remedium, ſicut etiam in accelerando partu, & ſenio debilibus reficiendis. Stomachi concoctionem juvat, bonumque ſuccum generat. * Cæterùm e Cinnamomo parum (ut antea dictum) olei diſtillatione extrahitur. quare ejus loco utplurimùm utimur aqua ejusdem, quæ primo loco exſtillaverit. *Euonymus.*

### *Aliter.*

℞. Vini Malvatici optimi menſuras tres, & bis

C diſtillato. Poſtea rurſus tertia vice diſtillato, ut tamen una tantùm menſura in cucurbita relinquatur. Rurſus diſtilletur alia vice, ut in cucurbita minus remaneat. Tum rurſus alia vice diſtilletur, ut menſura una tantùm ſuperſit: ſicq; habebis vinum optime rectificatum, quod ſervandum. Quo facto, accipias de Cinnamomo quantum videbitur: concidas minutim, & in cucurbitam ponas unà cum vino rectificato, ut excedat

D Cinnamomum duobus digitis. Cucurbita cæco alembico diligenter claudatur, & in balneo Mariæ tribus diebus, lento igne ponatur. Peracto hoc termino, effunde vinum, cavendo ne quid fæcum unà effluat: & vinum ſeorſum ſerva. Tum aliud vinum rectificatum affundito, & ut priùs pergito. His peractis, utramque aquam vitæ in cucurbita commiſce, & cum capitello claudatur diligenter, & in balneo lentiſſimè diſtillatio inchoetur, ut ad novem tactus, guttæ diſtillent:

E idq; continuabis, quoad vinum aſcenderit: tum in fundo alembici habebis oleum, quod ſerva. *Euonymus ex ſchedis manuſcriptis.*

### *Aliter.*

*Matula fictilis*, vitro interiùs oblinita impletur ad dimidium aqua fontis ſtillatitia, inde cortex Cinnamomi leviter tritus imponitur, rimisque optimè ſtipatis, igne vehementi ſic, ut aqua bulliat, fumique in ſublime tollantur, oleum educitur. Nam aquæ, quæ deſtillaverit, innatabit

F oleum album, ut lac, dulceq;, & admodum odoratum, & nonnihil acre, cordi, cerebro, ac ſtomacho maximè ſalubre, halitumque oris commendat. *Rubeus.*

### *Aliter.*

Oleum Cinnamomi etiam alia via fieri poterit: ut Sacchari candi, & Cinnamomi æquas portiones accipiamus, teramusq;, & in recurva cucurbita brevi ponamus: inde ipſi affundamus aquæ Roſaceę ſtillatitiæ ℥ vj. ſi Sacchari & Cinnamomi cujusq; acceperimus: macerentur per



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0349-7
DFG

noctem, manè, moderato igne cinerum habebitur oleum triplex. Primum album eſt. Secundum colore flavum, ſapore acerbum: pars eſt ſacchari tenuior, cum aqua roſacea mixta. Tertium, quod eſt rubrum, acre, odore Cinnamomi, licet exiguo: partes igneæ ſunt Sacchari & Cinnamomi. *Idem.*

### *Aliter.*

℞. Cinnamomi ℔ j.
Aquæ Meliſſæ, vel
Borraginis, aut
Endiviæ ℔ ij.

Infunde ac macera dies quinq;, per arenam diſtilla: in ultima confectanea aqua Cinnamomi iterum infundi poterit novum. Ita Caryophyllorum, Piperis, Angelicæ, Galangæ extorquentur olea. Ab aromatibus diſtillandis abſit vinum: nam antequam aromatum oleum ſeſe ſurrigit, vinum exigitur: quare reſtibile aroma ſuo vehiculo defraudatur. At aqua non ſine aromate effertur. *Heurnius.*

### *Olea corticum & lignorum.*

Ex corticibus & lignis omnibus, præſertim calidis, ut ex Guajaco, Junipero, Sambuco, & ſimilibus per deſcenſum oleum extrahitur, fœtidum tamen, quo utimur in externis affectibus. *Quercetanus.*

### *Oleum ex corticibus mali Aurantii.*

Cortices malorum Aurantiorum priùs ex humore aliquo macerantur: deinde vitreis organis vel in veſica per aquam frigidam diſtillantur, ut oleum Cinnamomi: demum oleum aqua ſeparetur, conſerveturq;. * *Eſt albicans & odoratum* valde. *Euonymus.*

### *Oleum ex corticibus Nucum.*

℞. Cortices Nucum aridas: contunde in mortario, pone in retortā benè perlutatam, illam impone igni non nimiùm magno, & extrahes oleū & aquam è corticibus. Deinde ſeparabis oleum ab aqua per balneum Mariæ. Poſtremò ter aut quater purgabis oleum, in arena diſtillando in vitro parvo. * Hoc ferè melius eſt oleo Vitrioli, maxime in peſte & veneno. *Euonymus.*

## DE OLEIS EX aromatibus.

### *Olea aromatum.*

Quemadmodum ex herbis vel floribus eliciuntur, ſic quoq; ex Cinnamomo, cujus oleum cor roborat, proſtratasq; vires reficit: ex Nuce moſchata, Pipere, quorum olea aſſumpta, vel admota, imbecilliori ventriculo conducunt, matricemq; confortant: & ex Caryophyllis elicies olea, quæ una prorſus & eadem methodo cum aqua deſtillantur, ipſique ſupernatant: ſeparantur autem per infundibulum: ſolum oleum Caryophyllorum fundum petit. Quoniam eſt inter reliqua minùs tenuum: aquam tamen membrorum pellit, & melancholicum purificat ſanguinem, & convenit imbecillitati viſus, ſi hujus gut-

A tula una, aut altera manè primo vini hauſtu aſſumatur. *Quercetanus.*

### *Oleum Caryophyllorum.*

Oleum Caryophyllorum paratur, ut oleum de baccis Juniperi. Multò citiùs & faciliùs oleum habebitur, ſi cum aquis diſtillatio fiat, ut pluviali, vel lacuſtri, aut aliis mollioribus. * Calidum eſt & ſiccum, tertio gradu: confert ſtomacho, hepati, cordi, diarrhœæ à cauſa frigida, & ſtomachi morbis omnibus frigidis. Spiritus melan-
B cholicos diſſipat, & clarificat craſſos. Omnes virtutes habet Balſami. Extrinſecùs vulnera recentia ſanat: vulnerum ſanguinem fluentem & aquam ſiſtit. Intrinſecùs partes naturales confortat, ſanguinem melancholicum purgat, confortat cor & caput: præſertim convenit vertigini & debilitati viſus, ſi manè tres vel quatuor guttæ à jejunis in cochleari cum offa aut vino ſumantur: iterum colicę & uteri paſſionibus, eodem modo ſumptum. Tabellæ ex eo paratæ,
C maneq; & ſerò comeſtę, capiti conferunt robur, & catarrhos ſiſtunt. *Euonymus.*

### *Oleum Macis.*

℞. Macis quantum ſufficit.

Contunde, macera in aqua fontana, quanta ſufficit: deinde in cucurbita vitrea, vel veſica ærea per aquam frigidam (ut vinum ſublimatum) deſtilla: & ita cum aqua aſcendet oleum, quod poſtea ſeparabis. * Calidæ eſt facultatis: ideoque
D commodus ejus uſus eſt in colica à cauſa frigida, & à catarrho in capite deſcendente: confortat cor, ventriculum, & matricem. In tremoribus *cordis ex timore, aut ex veſicæ obſtructione, aut matrice maximum auxilium præſtat:* valet in ſtranguria, & quicunq; à frigiditate ortum habuerint, morbis. Poſſunt ejus tres vel quatuor guttæ per os ſumi in cochleari ferreo cum offa, aut in primo hauſtu vini. *Euonymus.*

### *Oleum Nucis moſchatæ.*

E Oleum Nucis moſchatæ eodem modo fit, ut oleū Macis. * Ventriculum frigidum calefaciendo roborat, ſuperfluosq; ejus humores conſumit, & inflationem tumoremq; prohibet: flatus diſcutit: colicos dolores ſedat: oris halitum commendat: veſicæ affectibus ſuccurrit, trium aut quatuor guttarum inſtar ex primo cochleari juſculi, aut vino Cretico aſſumptum. *Andernacus.*

### *Oleum Nucis moſchatæ, aliter.*

F ℞. Tertiam vel quartam partem Aquæ vitæ deſtillatæ, & Nuces moſchatas minutim cōſcinde: imponantur bociæ omnia, ita ut per tres digitos Aquę vitæ, Nucis moſchatæ partes cooperiantur: relinquantur in infuſione horis vigintiquatuor, & Aqua vitæ colorem flavum acquiret, quam in aliud vitrū effunde: tunc aliam Aquam vitæ de novo affunde, ut priùs, idq; repetito toties, quoad colore nō inficiat Aquam vitæ. Quo facto, Aquam vitæ ſic coloratam omnem, in bocia, in balneo Mariæ ſecundùm artem *diſtilla*, ut aſcendat Aqua vitæ, & oleum Nucis moſchatæ remaneat

remaneat in priore bocia in fundo: & ſic habebis oleum Nucis moſchatæ paratum. Eodem penitùs modo poteſt ex omnibus aromatibus oleum deſtillari. *Euonymus ex quodam incerto.*

*Aliter.*

℞. Nuces moſchatas quot voles, pulveriza, & affunde duas menſuras aquæ ſimplicis: pone in cucurbita vitrea, luto ſapientiæ optimè perlutata, ut ſolent ii cucurbitas perlutare, qui aquam fortem parant: poſtea capitello impoſito, eodem luto perluta, ſimiliter & recipientem (tantum in junctura) ne ſpiritus evaneſcant. Tum ita ad ignem pone, & primò fac ignem lentum, ſecundò majorem, tertiò fortem, eo modo, quo ſolent aquam fortem diſtillare: & habebis oleum optimum, ſupernatans aquę in recipiente, quod collige, & eſt magnæ virtutis. *Euonymus.*

*Oleum Maceris.*

℞. Maceris quantum videbitur, piſtetur groſſo modo, & maceretur in aqua roſacea tamdiu, quoad facultates Maceris penitùs aqua extraxerit. Tum accipe *Amygdalas decorticatas* cultro: incide leviter, *easque in prædictam aquam* impone, *ut odorem & ſaporem* Maceris imbibant, *tum exiccentur ſeorſim*: quibus exiccatis, *rurſus in eandem* aquam ponantur, denuoque exiccentur; idq; eſt quater iterandum. Tum demum oleum exprimẽdum: quod ubi expreſſum fuerit, in Sole rectificetur. Et hoc quoque modo multa alia olea non incommodè fieri poſſunt, ut ex Moſcho, Ambra, Belzoino, *Storace*, Cinnamomo, Caryophyllis. *Euonymus ex libro manuſcripto.*

*Oleum Piperis.*

Oleum Piperis eodem modo fit, quo oleum Macis & Caryophyllorum. * Omnibus facultatibus, quibus & ipſum Piper, præditum eſt: niſi quòd ignea illa vis, quam linguæ imprimit Piper, in oleo ejusmodi non ſentitur. Eſt enim oleum Piperis nihil aliud, quàm elementum aëreum, ſeparatum à reliquis elementis, quemadmodum etiam in oleo Vitrioli & Sulphuris diſtillato, idem probavimus. Eodem planè modo oleum Piperinum à ſuo igne eſt ſeparatum, & majoribus facultatibus ipſo Pipere conſtat: penetrandi facultatem habet eximiam. *In colicis, & partibus multa tenaci pituita & lenta repletis, dantur duæ vel tres ejus guttæ cum juſculo, ad incidendã eam, & diſſipandam. Exhibui (inquit quidam)* in tertiana febre, poſt purgationem, & venæ ſectionem, dando hujus olei guttas tres, cum ℈ j. Myrrhæ, duabus horis ante paroxyſmum, frigus & tremorem, ipſamque etiam febrem prohibuit invadere, ſi non prima vice, at ſaltèm ſecunda. Cæterùm ℔ j. Piperis dat ʒ ß. olei. *Euonymus.*

*Eſſentia ſive oleum Croci & Camphuræ.*

Croci eſſentia, quæ ad omnes roborandos ſpiritus conducit, fit cum vini ſpiritu, qui ſuper

A ipſum injici debet toties, donec tincturam totam attraxerit, & remaneat terra ſubalba, cui calcinatę priùs, ut decet, indas eſſentiam extractam cum ſuo menſtruo, omniaq; circulato in balneo Marię, tum demum pelle per cineres. Quo facto, ſepara vini ſpiritum in matratio, & in fundo remanebit Croci eſſentia, infinitas habẽs proprietates, ſi guttula cum liquore aliquo, vel juſculo, aut vino permiſceatur: ſpiritus proſtratos reficit, & roborat mirum in modum. Sic elicitur eſ-
B ſentia Camphuræ. *Quercetanus.*

*Olea aromatum, lachrymarum, lignorum & gummi.*

℞. Caryophyllorum pulveratorum ℔ j.
*Aquæ ſimplicis*, vel, quod melius eſt, Aquæ vitæ ℔ vj.

*Infundantur in vas vitreum ad digerendũ in balneo vel fimo equino per quatuor dies: poſt* appoſito roſtrato alembico cũ ſuo refrigerio deſtil-
C lentur ex artis præſcripto: oleum autem ab aqua ſeparetur per infundibulum, & ad uſus ſervetur. Eadem methodo elicies olea Salviæ, Juniperi, Succini, Terebinthinæ, Myrrhæ, Thuris, Sarcocollæ, Maſtiches, Euphorbii. *Quercetanus.*

## DE OLEIS EX RESINIS & gummi.

*Oleum è Gummi.*

D Ut è Gummi oleũ eliciatur, accipito ad Gummi libram, Aquæ ardentis ℥ j ß. & in vitrea cucurbita macerentur ſub fimo diebus 4. vel 5. inde lento igne pileo cucurbitæ impoſito, ſtillet oleum. Fieri etiam faciliùs poſſet cucurbita recurva. Alii ad ℔. Gummi, addunt Aquæ roſaceæ ſtillatitiæ ℔ ij. inde lutatis optimè rimis, deſtillant: primò enim exit aqua: aucto mox igne, oleum, quod alio vaſe excipitur. Sunt qui oleum Tartari, cum aqua roſacea pari pondere miſcent.
E Hacq; ratione Ladani, Belzoini, Styracis & cæterorum hujusmodi oleo eliciuntur. In Styrace tamen Calamita, non clauduntur vaſorum rimę, cùm in deſtillando reſpiratione indigeat. Quandoque etiam plura commiſcentur, & oleum optimum emanat. Nec deſunt, qui gummi tuſo, aquam ardentem addant, ſive aquam mellis, acetùmve ſtillatitium, aut aquam communem ſexies deſtillatam, ſic ut quatuor digitis pulveres
F ſuperet. Duabus diebus aquæ tepentis balneo macerant: inde aquam inclinato vaſis ore, excolant, aliamq; ſuperfundunt, id toties repetentes, dum aqua nullum ampliùs colorem contrahat. Omnes hæ aquæ coloratæ ſimul commiſcentur in vitrea matula, pileoq; roſtrato impoſito, eodem balneo deſtillat aqua, & in fundo vaſis oleum remanet: quod ſi fortè tenacius eſſet, quàm velles, ſuperfuſa denuò illi aqua, quam extraxiſti, deſtillet. Evadet enim fluidum, ceu oleum Olivarum. Cum Gummi quovis miſcent alii ſal tartari æquis portionibus: inde fimo, aut balneo ad tres dies macerant: mox igne cinerum, vaſe re-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0351-4 DFG

curvo oleũ elicitur. His modis extractum, oleum Thuris, vulneribus conducit, partium nervoſarum, ac membranarum, ligamentorumq;. Quod verò ex Aloë, vulneribus capitis & pectoris optimum eſt. Ex ſuccino doloribus colicis, atq; uteri, cæterisq; frigidis affectibus cõducit. Eſt enim perſpicuum, aureoq; colore, ita calidiſſimum, & cum tetro odore ſit, ad excitandos epilepticos & ſoporoſos utiliter adhibetur. Qui è Sagapeno & Galbano deſtillat, liquorem, cicatricem extenuare, ut vix appareat, ſi in vulnere ponatur, ſcribũt. Qui omnium ſimul oleũ cuperet, curandis vulnerib. aptiſſimum, idq; citò, ea cõtundat, agitetq; cum quarta parte Ceræ virgineæ, retortaq; parva cucurbita, igne cinerũ deſtillet. Mirificum enim oleũ manabit ad omnia ulcera fere ac vulnera. E' Myrrha qd' elicitur oleũ, opobalſami vires ſupplet in cõficienda theriaca Andromachi. *Rubeus.*

*Aliter.*

Nonnulli qui dura Gummi diſtillant, ut Thus, Maſtix, Myrrha, duplum addunt Aquæ vitæ, & olei Terebinthinæ quadrantem ad gummi: & balneo maris decem dies macerant, aut fimo equorum. *Heurnius.*

*Oleum Maſtichis.*

Maſtiche primùm in vino coquitur: deinde reponitur, maceraturq; ex eodem per dies aliquot: poſtea ampullæ erectæ, luto diligenter oblitæ inditur, oleumque & aqua per operculum ex nudo igne proliciuntur. Hæc denuò cucurbitę vitreæ imponitur, & in balneo Mariæ diſtillantur, dum aqua ab oleo ſejungatur: hoc deinde per cineres calidos à craſſiore materia ſeparatur, idemque effluit tenue, flavum & ſubtile: tandem quod craſſius exiſtit, à fæcibus ſuis in arena evocatur, & in Solis calore corrigitur. Nobile eſt oleum propter vim penetrandi, qua omnia membra reficit: ſtomachum corroborat, ejusq; concoctionem juvat: viſcerum inflammationibus convenit: abſceſſus lenit: dolores ſedat: omnes denique nervos confirmat. *Andernacus.*

*Aliter.*

Oleum è maſtiche fit per deſcenſum in retorta, ita ut ignis ſuprà infraq; ſit, & habebis oleum maſtichis, quod poſtea rectificetur. Auguſtę Vindelicorum quidam diſtillat, accipiendo Maſtichē integram & ſolam in retorta lutata, uſq; ad partem eminentem extra fornacem, quæ quatuor ventilia habet, & ſuperiùs tegatur, lento igne deſtilletur. * Balſamum eſt mirificum ad vulnera. *Euonymus.*

*Oleum Maſtichis & Thuris.*

Reducatur ℔ j. Maſtichis in pulverem, quem indas vaſi vitreo, ſuperfundendo aquæ cõmunis diſtillatæ, & aquæ vitæ ana ut ſupernatent quatuor digitis, occluſo vaſe, putrefiant in fimo per aliquot dies, pòſt diſtillentur ſepeliendo alembicum intra arenam, aut batturam ferri, dando ignem per gradus: primò diſtillabit cũ menſtruo oleum flaveſcens: illud ſeorſum reſerva, & augendo ignem prodibit oleum rubicundum: tum demum fortiori igne, craſſum & aduſtũ ſapiens. Quod ſi cum vini ſpiritu à priori ſeparato circuletur, & rurſus diſtilletur, tum habebis verum oleum, affectibus externis utiliſſimum, præſertim ad corroborandum ventriculum & inteſtina imbecilliora. Oleum autem flaveſcens, quod primò diſtillatum eſt, exhibetur cum vino, aut proprio decocto, ad eosdem affectus, & ad defluxiones prohibendas. Separatur facillime tota aqua vitæ, & poteſt ablui oleum, ſi velis. Et ſi timeas empyreuma illius, cum aqua Roſarum, aut ſimplici, præſtantiſſimum parabis medicamentum. Et ex ℔ j. elicies hac via olei puri ℥ x. *Sic* ex Thure oleum facies vulnerarium. *Quercetanus.*

*Oleum Thuris.*

℞. Thuris in pulverem redacti ℔ ß. Ampullę orificio magno præditæ indatur: deinde vitrum calicis modo formatum, quali in potu quotidiano uti cõſuevimus, imponatur, ut in medio ampullæ conſiſtat, idemq; aqua calida impleatur: poſtea operculum in vertice perforatum applicetur: cujus foramini infundibulum coaptetur, & oleum commiſſuris oblitis evocetur. Inter diſtillandum verò aqua calida per illud in vitrum, quod dixi, guttatim ſtilletur: ita tamen, ne hoc repleto, ita effluat. atque ſic cum aquæ vapore oleum ſimul aſcendit ſuaviſſimum, & odoriferum, odore Thuris, quod alioquin ſine hoc vapore peſſimè olet. *Andernacus ex Euonymo.*

*Oleum Myrrhæ.*

℞. Myrrhæ electæ, & non adulteratæ ℥ vj.
Aquæ vitæ ſine phlegmate ℥ xij.

*Hæc duo in bocia vitrea conjunge, quæ in fimo equino calido diebus ſex quieſcant: poſtea diſtil*la in balneo, uſquequò aqua tota aſcenderit, tum in fundo bociæ videbis oleũ Myrrhæ, quod per pannum lineum eſt colandum, ſicq; ſervandum. * Virtutes habet balſami: nam cõſervat & tuetur à putrefactione omnia ea, quæ ei imponuntur. ſimiliter faciei inunctum, pulcherrimam conſervat, & faciem juvenilem cõciliat: vulnera citiſſimè conſolidat, & omnes alios morbos internos curat, exhibendo per os ʒ ij. ad aurium ſurditatem, &c. Ad faciei ſplendorem & colorem conſervandum ſic eſt procedendum. Fiat decoctum urticæ in aqua communi, & dum ebullit, vapor in faciem recipiatur, ut ſudet: poſtea exiccetur optimè: & poſtea ſtatim unge faciem oleo Myrrhæ. Et hic modus eſt ſervandus in inungendis manibus, pectore, & aliis partibus, *Fioravantus.*

*Aliter.*

℞. Myrrhæ in pulverem redactæ q. ſ. include induratis ovorum aluminibus, abjecto vitello, ac iterum ſectas partes committe: crati impone, vel ſtanneo in vaſe foraminibus pervio, & cellæ include. Manabit liquor oleoſus, qui vitro exceptus, & cum Aquæ vitæ pari quantitate remixtus, in equino fimo digeratur menſes 3. vel 4, hinc vitro inclinato effundatur liquor, quod craſſamẽtum reſtat, balneo maris imponatur, ut evaneſcat quicquid Aquæ vitæ ineſt, vel *liquoris*

ab ovo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0352-9
DFG

ab ovo eliquati: etenim in fundo remanebit oleum Myrrhæ. Hoc Anchuſæ radice admixta vehementiùs eniteſcit, ac guttulis aliquot affuſis olei Salviæ, Caryophyllorum, vel Cinnamomi, gratum odorem afflabis. *Heurnius.*

*Aliter.*

Qui in theriaca & cæteris antidotis vice opobalſami oleo Myrrhæ utuntur, ii ſic illud conficiunt: Myrrham optime tuſam, in maſſam cum ſucco Roſarum cogunt, & loco calido, duobus diebus, totidemq; noctibus macerant: inde vaſe vitreo, ſtipatis diligenter rimis, ſabulo optime circundato, deſtillant, igne ſatis valido: exit primò aqua, colore flavo, odore Myrrhæ, & ubi interior ſiccari humiditas incipit, minuitur ignis, ne tetro odore inficiatur: ubi refrixerint vaſa, iterum tepentis aquæ balneo deſtillatur, & oleũ elicitur, quo ad ulcera colli veſicę derugandamq; faciem utuntur. *Rubeus.*

*Aliter.*

℞. Myrrhæ, Aloës, Styracis utriusque ana ℥ j.
Mumiæ, baccarum Lauri ana ℥ ß. mediocriter terito, & in alembico vitreo lento igni diſtillato: eoq; liquore utitor ad cicatrices, poſt vulnera, reparandas. *Ant. Chalmeteus.*

*Oleum Myrrhæ, Sarcocollæ, Cancami, Styracis, Belzoini, & Euphorbii.*

Ex Myrrha, Sarcocolla & Cãcamo, ſive Lacca, quæ vulneribus conſolidandis, & carne replendis conducunt, parantur etiam præſtantiſſima, variaq; Balſama vulneraria, cum oleo Terebinthinę & Hypericonis. Item facies olea ex Styrace Calamita & Belzoino, quod prodeſt iſchiadicis. Eodem modo oleum Euphorbii, quod cerebri & nervorum affectibus multùm conducit, ſurditati, aurium tinnitui, paralyſi, tremori, ſpaſmo: cujus præterea, ſi guttula cum convenientibus immittatur naribus, pituitam elicit. *Quercet.*

*Oleum Succini.*

Succinum modice conteritur, & ampullæ incurvatæ (Retortam vocant) luto probe obductæ imponitur, ſilicibus parvulis interim commixtis: hæc deinde in fornace locatur deorſum vergens, & oleum igne mediocri extructo elicitur. hoc poſtea aceto calido perfunditur, & ex cineribus calidis, vel arena per retortulam rurſus evocatur. Alii panis cibarii cruſtam veſicæ primùm indunt: deinde ſuccino injecto acetum affundunt: poſtea ex igne diſtillant, & à fæcibus ſejungunt. Alii ſuccinum in pulverem redactum ex vino ſtillatitio macerant in cineribus calidis, mox extillant: tum rurſus fundunt: idq; tandiu repetunt, donec in fundo oleum appareat. Alii, licèt nunc per deſcenſum, nunc his, nunc aliis inſtrumentis eliciant: tu tamen, ſi diligentem ignis curam habueris, juxta illum quem antea recitavimus modum, oleum odore, ſapore & colore præſtantiſſimum parare poteris, quod ipſum ſuccinum longè viribus ſuperat.

A Unciæ ſedecim ſuccini dant ℥ x. olei. * Capitis affectibus, nervorum reſolutioni, morbo attonito & comitiali occurrit, guttæ unius inſtar manè ex aqua Betonicæ, Lavendulæ, vel Tiliæ potui ſumptum: ab omni veneno & aëre peſtilenti præſervat, naribus inunctum, vel medicamentis in id idoneis commixtum: ſingulare eſt remedium in renum & veſicæ morbis diſcutiendis, calculis educendis, urinariisq; meatibus reſerandis, ex vino Malvatico, aqua Petroſelini, vel ſimili humore exhibitum: colico morbo B medetur: uteri ſtrangulatui prodeſt, naturalibus illitum: fœtum evocat, partumq; facilem reddit, ſi gutta ejus ex aqua Verbenæ parturienti propinetur: omnes corporis facultates imbecilles reficit, roboratq;: humores conſumit, & cerebrum cõfirmat, aperitq;: unde oleum hoc, medicinis ad capitis defluxiones feliciter, ſicut & aliis corporis partibus inſcriptis, miſcetur. *Andernacus.*

*Oleum Caphuræ.*

C Caphura in aqua calida diſſolvitur, & oleum quod ſupernatat, ſejungitur: hoc vitro imponitur, vinoq; ſtillatitio perfuſum in balneo digeritur: tandem igne diſtillatur. Alii ova ad duritiem uſq; percoquunt, & vitellis exemptis Caphuram non adulteratam includunt, reconduntq;, & in cella vinaria ſuſpendunt filo, ut oleum in vas ſubjectum defluat. * Datur ex humore idoneo ad febres ardentes, continuis, peſtilentesque, & laterum inflammationes: extrinſecus expurgan- D dis curandisque ulceribus malignis, cum oleo Caryophyllorum, aut baccarum Juniperi, utiliter adhibetur. *Andernacus.*

*Aliter.*

℞. Oleum Amygdalarum dulcium, cui miſce Camphoram, & in maſſam coge, Sole digeratur: hinc exprime oleum, cui ſpiritus vini affundes quaternûm digitûm altitudinem, & octo dies alembico cæco digeratur. Hinc favillis ſurrigatur E ſpiritus vini: etenim fundus retinet oleum Amygdalarum. Tandem tum eliquatum vini ſpiritum repente balneo auferes: nam fundus tenuiſſimum oleum habebit. *Heurnius.*

*Oleum Belzoinum.*

℞. Aquæ vitæ,
Belzoini pulverizati ana partes æquales.

Ponantur in retortam latam, & unà cum ſuo capitello in junctura clauſam, diſtillentur in cine- F ribus lento igne, quoad extracta fuerit aqua: quæ reſervanda eſt ad ſuos uſus. Poſtea fortificetur ignis paulatim, ubi oleum apparuerit, magis magisq;, uſquequò totum oleum extraxeris. Tandem in fine ſequetur gummi quoddam, inſtar mannæ: quod valet ad faciendam aquam odoriferam, unà cum aqua puteali, aut Roſarum. *Fallopius.*

*Aliter.*

℞. Belzoini ℔ j.

Pulveriza ſubtiliter: pone in alembicum ad diſtillandum: tunc affunde pulveri, aquæ Roſarum

℔ ij. obtura diligenter alembicum, & lento igne ſubtus accenſo primò, quoad aqua cœperit diſtillare, deinde augmentetur paulatim, uſquedum oleum conſpexeris. Quo apparente mutetur recipiens, & fortiori igne elice oleum, quod in Sole rectificandum. Eodem penitus modo diſtilletur oleum Styracis calamitæ & liquidæ. *Euonymus.*

### *Aliter.*

℞. Beniovini contuſi ℥ vj.
Styracis calamitæ ℥ j.
Ladani ℥ ß.
Nucis myriſticæ ℥ ij.
Moſchi G. iv.
Aquæ vitæ ℥ ij.

Fimo macera, ac deſtilla oleum: omnes vires firmat. *Heurnius.*

### *Oleum Ammoniaci.*

℞. Gummi Ammoniaci quantum ſufficit. Diſſolve ex vino ſtillatitio, vel ex aceto: deinde lapillis injectis per cineres aut arenam diſtilla: poſtea corrige. * Valet ad tophos podagricos diſcutiendos. Sic etiam paratur ex Colophonia, vel pice. *Andernacus.*

### *Oleum Ladani.*

℞. Ladani pulverizati quantum ſufficit. Pone in vas cupreum inſtagnatum: cui admiſce aquæ Roſ. ℔ j. vel ℔ ß. pro quantitate Ladani, & olei Amygdalarum dulcium medietatem. Poſtea capitello ejusdem materiæ cooperi vas, & claude juncturam: & ſic in fornace ebulliat aliquandiu: id quod tuo relinquendum judicio eſt: prout enim multa fuerit materia, ita etiam diutiùs erit coquendum. Antequam auferas materiam, refrigerare permittito, ac tandem ſerva. Quò autem meliùs conſervetur, adde aliquid aluminis uſti aut ambræ. *Fallopius.*

### *Oleum Terebinthinæ.*

Oleum Terebinthinæ per cineres ex ampulla erecta, non alta nimis, vel ex incurvata potiùs optimè diſtillatur, addita arena lota, ne ebulliat. Alii Terebinthinæ libras tres, Salis manipulum, & Vini ſtillatitii modicum priùs macerant: deinde diſtillant. * Frigidis nervorum affectibus, ac omnibus ægritudinibus frigidis ac flatuoſis convenit: in aſthmate & anhelitus difficultate mirificum eſt, ſi duæ drachmæ ſingulo mane ſumantur. Eſt & in empyemate proficuũ, & in omni prava thoracis affectione ex pituita: colicis etiam doloribus & omnibus flatuoſis convenit, cicatrices decorat, & corrigit. Penna illitum naribus valet ad ſcabiem, & rimas earum: cerebrum hoc modo calefacit, & pituitam absque ſternutamentis detrahit: ſanat & rimas uberum in mulieribus. Ad memoriam, ſurditatem & ſpaſmum principatum obtinet. Ut vulnera citiſſimè conſolidentur: recipe oleum Terebinthinæ, & calefactum juxta ignem, commiſce ei viridis æris partem æqualem, & ſerva uſui. *Andernacus & Euonymus.*

A

### *Aliter.*

℞. Terebinthinæ ℔ xij.
Aquæ fontanæ ℔ xxx. (ne urantur ſpiritus) ex organis Aquæ vitæ eliquetur oleum. Lentè exardeſcat primò ignis: unam olei libram præbent libræ quatuor: etenim quod relictum fuerit, illicò antequam refrixerit, in aquam frigidam effunditur, ac in Colophoniam abit. Hæc in oleũ vertitur hac arte: Libra ejus remiſcetur unciis duabus Butyri, ac tenui igne liquantur, inditaq;
B retortæ extillantur, efferetur oleum rubrum, ac parum fæcis reſtibile erit. *Heurnius.*

### *Oleum Terebinthinæ aliter.*

℞. Terebinthinæ claræ, quantum videbitur: & pro qualibet libra accipe cineris è ligno duro ℥ iij. & in retorta fornaci accõmoda. A' principio fiat ignis lentus, ad humiditatis diſtillationem: poſtea augeatur ignis ad olei deſtillationem. * Vulnera ſimplicia intra horas 24. ſanat.
C Valet nervis contractis à frigiditate, accipiendo ℥ j. cum vino: urinam movet, & omnes diſſolvit corporis ventoſitates. Punctiones lateris curat: mirabiliter febribus peſtilentibus cõfert eodem pondere, per os accipiendo: & ungendo ſtomachi orificium, digeſtionem promovet. *Fallopius.*

### *Aliter.*

℞. Terebinthinæ ℔ ij. inde retortæ, ac quartam ſaltèm partem ejus impleat: arenæ ſicciſſi-
D mæ ℥ iix. lenſim foco caleſcant, nec efferveſcãt. Primò, limpidus ac acidus liquor fluet. Secundò, oleum limpidum, aqueo candore. Tertiò, fulvum manabit, majori vi ignis tollendum. Quartò, æſtu foci, ſtillat craſſum rutilans, plurimum olei Terebinthina fundit. Sed uſui interno melius id, quod ab affuſa aqua elicitur. Similiter ex qualibet Reſina elici poteſt. *Heurnius.*

### *Aliter.*

Maximum ſecretum eſt apud quosdam oleum
E ex Terebinthina extrahere absq; periculo effuſionis: ab effuſione enim ingentis incendii eſt metus. Deſtilletur itaq; in veſica ænea, ſemiplena aqua, ut aromata extillantur: album fundit oleum: ſed cinis unde Sapo coquitur, vocant *Vueaſche*, remiſceri debet. Hujus enim duo vel tres manipuli aquæ injici debent, in qua diſtillari debet Terebinthina. *Idem.*

### *Aliter.*

F Oleum Terebinthinæ elicitur leviſſimo etiam calore, præſertim per balneũ vaporoſum, quem ego diſtillandi modum magnoperè probo. Hoc oleum eſt calidũ, ac tenue altéq; penetrans, plus quàm ipſa Terebinthina: frigidisq; nervorum & articulorum affectibus medetur. *Quercetanus.*

### *Oleum Colophoniæ, Picis, & Hederæ.*

Olea quæ ex Colophonia & Pice parantur, valent ad eosdem affectus, ut Terebinthinæ oleum. Fiunt autem, ut oleum Ceræ. Sic etiam ex



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0354-1
DFG

Hederæ lachrymis oleum elicies, ad urinas potenter movendas. *Idem.*

### *Oleum Bdellii, & reliquorum gummi.*

Ex Bdellio autem ſic oleum parabis: Bdellium tẽperetur in aceto deſtillato per duodecim horas, ut totum diſſolvatur. Quo facto, per ſetaceum transcoletur, & ſeponantur ipſius fæces. Quod purum eſt, inde retortæ vitreæ, addendo pulveris ſilicum calcinatorum mediam partem, & appoſito recipiente, dabis ignem per gradus duodecim horarum ſpacio: atque inde prodibit oleum efficaciſſimum. Sic de Ladano, Galbano, Opopanace, Sagapeno, & Ammoniaco, olea cõficies, quæ podagricos tophos emolliunt, & durities omnes hepatis, lienis & cæterorum membrorum potenter diſſolvunt, ſi ſimul omnia vel diſtillentur, vel per ſe ſingula præſcripta methodo parentur. *Quercetanus.*

### *Oleum ex gummi compoſitum, optimum.*

℞. Belzoini contuſi ℥ vj.
Styracis calamitæ ℥ j.
*Ladani* ℥ ß.
*Nucis moſchatæ* ℥ ij.
*Moſchi G.iv.*
Aquæ ardentis ℥ ij.

Macerentur fimo: & inde eliciatur oleum, igne primùm moderatiſſimo, mox auctiore, quod odoratiſſimum eſt, celebrumque & cor, ac ſtomachum plurimùm roborat, & ignavam excitat Venerem. *Rubeus.*

## DE OLEIS EX liquoribus.

### *Oleum Vini.*

Albertus Magnus lib. 4. Meteor. ſcribit, quòd ſcilicet, ubi pars aquea è vino educta eſt, remanent partes terreſtres vini, infuſę humiditati pingui oleagineæ: & ſi ſubſtantia illa ultrà ſublimetur lento igne, egreditur oleum.

### *Oleum Vini, aliter.*

Ex vino per reiteratas deſtillationes, & phlegmatum ſeparationes oleum ſpiritui ſupernatans elicitur, *multis* rebus conducens, & corpora prius, ut decet, calcinata ſolvens, ſi in proprio ſale ſeminetur, digeratur & inde tandem deſtilletur. Aliud autem vel proprio etiam ſale, vel melle acuitur, aptiusq; ad ſolvendum redditur. *Quercetanus.*

### *Oleum Aceti.*

Deſtillato aceto per alembicum, reſident fæces ipſius in fundo vaſis: quæ priùs igne violentiſſimo exiccatæ, ſi repellantur per retortam, exibit oleum rubicundiſſimum, & acerrimum. *Quercetanus.*

### *Oleum Sacchari Mercuriale.*

℞. Sacchari, Herbæ Mercurialis ana partes æquales.

A Contundatur herba cum ſaccharo optimè: & in curva cucurbita octo diebus macerentur: inde duplici vaſe deſtillentur. Manat enim oleum album, quod optimum colorem faciei conciliat, epilepſiæ conducit, ſi quadraginta diebus, quotidie manè ℥ j. exhibeatur. Quod ſi cum Caſtoreo ſumatur, nervorum contractiones removet cujuscunque loci: ſanat quoq; ſtuporem membrorum, viſus hebetudini confert, in oculis poſitum. *Rubeus.*

B

## DE OLEIS EX metallicis.

### *Oleum Auri.*

*Aurum per acetum in ſuccum ſolvitur, ſeparaturque: deinde maceratur in ſucco Chelidonii, & aqua vitæ præparata: poſtea per balneum* exſiccatur, dum in fundo oleum craſſum reſideat. * Hujus grana decem ex aqua vitæ dantur.
C *Andernacus, ex Paracelſo.*

### *Aliter.*

Aurum per regale cæmentum ex plumbo in calcem redigitur: deinde purgatur, poſtea horis viginti quatuor in aqua vitæ digeritur: atq; tunc oleum provenit, præſtantiſſimum Chemiæ magiſterium. *Paracelſus.*

### *Oleum Auri egregium.*

D Folia auri macerata in ſucco Limonum (an & aceto, præſertim deſtillato?) & aqueo humore diſtillatione detracto (quid, ſi Margaritæ & Coralia addantur?) remanet in fundo quaſi butyrum. Id vino miſtum, aureum colorem ei conciliat, & acetoſum facit. * Mirificè putredini reſiſtit. Purgat etiam multos, & ſudorem movet: prodeſt leproſis, & qui inunctionibus Mercurialibus ab iſtis hominibus, qui imperitia pecuniam lucrantur, ſunt perditi. *Geſnerus.*

E

### *Oleum Auri, aliter.*

Quod ad oleum auri attinet, poteſt & alio ingenio haberi. Nam in aqua ardente, quam acriorem efficacioremq; reddiderit ſal è fæcibus vini, *ſeu aquæ vitæ in ſublime* elatus, diſſolvitur aurum, in calcem redactum, ſic ut aqua videatur perſpicua: hanc tepentis aquæ balneo, aut fimo, per menſem coquunt, & circulo agunt, dum aurum in fundo aſcenderit, perinde ac calx, quam,
F detracta aqua, fimo equino diſſolvunt, id toties repetentes, dum non ampliùs cogatur, cujus non eſt dubium vires eſſe plurimas in tuenda valetudine, roborandoq; corde, & adverſùs venena, ſi rectè adhibeatur, ajuntque his, qui elephantiaſi laborant, plurimùm prodeſſe. *Quercetanus.*

### *Aurum potabile.*

Aurum in folia redactum cum aceti ſpiritu diſtillatur, ſeparaturque, & ex aqua vitæ præparata, per menſem digeritur, dum ſiccus appareat. * Hujus ſcrupulus ex ſpiritu, vel humore alterius rei propinatur. *Andernacus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0355-6
DFG

### *Idem aliter.*

Auri per regale cæmentum ſive ſtibium pur-
gati lamellæ, ex viridi ſalis liquore in pulverem
reſolvuntur: is deinde aqua pluviali ſtillatitia
tamdiu abluitur, donec nulla ampliùs ſalſedo
ſubeſſe percipiatur. Aut ſi celeriùs idem expe-
dire cupias, auri laminæ cum plumbo in lamel-
las redacto obteguntur, & per horas 24. cæmen-
tantur, ut vocant, læviganturque, dum calx au-
ri ſubtiliſſima fiat. Poſtea tantum ſpiritus vini
ſuper elotum pulverem, vel calcem repurgatam
funditur, quantum ſex digitos transverſos ſu-
peremineat: ac juncturis vaſis probè oblitis ma-
cerantur in aqua temperatè calida, ſive balneo
Mariæ, diebus viginti, aut triginta. Tum liquor
citrinus, relicto in fundo vaſis pulvere candido,
effunditur, & ſpiritus vini ex ampulla vitrea per
operculum à flavo auri liquore modicè ex bal-
neo ſeparatur. Poſtremò idem liquor auri extra-
ctus, ad ſummum uſque gradum elevari, hoc eſt,
quinquies per ampullam incurvatam urgeri de-
bet: atque tunc quinta auri eſſentia abſolutè pa-
rata dicitur, ſummum Chymicorum myſterium.
*Andernacus, ex Paracelſo.*

### *Aliter.*

℞. Limaturam auri puriſſimi, & combure in
furno reverberationis in ſulphure & argento vi-
vo, & extingue cum aceto vini deſtillato, & co-
la acetum. Hoc fac toties, donec totum ſolvatur,
deinde deſtilla acetum, & ſolve aurum in furno,
& congela. Hoc fac toties, donec non congela-
tur. Et pone in unam unciam auri mellis libram
unam deſtillati, & miſce ut dictum eſt, & *erit bo-
num ad omnes infirmitates corporis humani.*
Eodem modo fac de *lapidibus precioſis*, non
ponendo argentum vivum, ſed ſulphur tantum.
*Ex libro manuſcripto antiquiſſimo.*

### *Aliter.*

Sunt, qui ſuccum Limonum perſpicuum cum
melle ac ſale miſcentes, tamdiu fervere ſinunt,
dum ſpuma omnis è melle abierit, idque deſtil-
lant, aucto ad extremum igne. Fæces vitrario-
rum igne, aut hujusmodi fornacum, tribus die-
bus in calcem redigunt: mox conterunt, illisque
tertiam partem mannæ, & *ſacchari candi* ad-
dunt, ſuperfuſaque quam extraxerant aqua, &
aquæ ardentis optimæ duplo, ſtipatis optimè
rimis, moderato igne deſtillant: mox auctiore
igne, quicquid elici poteſt, detrahunt. Hujus a-
quæ ſtillatitiæ partem, auro in calcem redacto,
affundunt, mox deſtillant: denuò partem aliam
aquæ ſuperfundentes, & detrahentes, dum tota
aqua deſtillatione excepta ſit: quo tempore to-
ta ſimul ipſi auro imponitur, maceraturque te-
pente balneo ad viginti dies: mox deſtillatur, &
in fundo liquor auri videbitur. Qui ſi fortè craſ-
ſior fuerit, aqua eadem denuò ſuperfuſa, ac de-
ſtillata, tenuior evadet, præſertim ſi id pluribus
vicibus repetatur. Quod autem de auro dictum
eſt, idem de argento dictum puta. Porrò ſi rectè
conficiatur Aurum potabile, mirabiles utilitates

A affert. Nam tenuitate ſubſtantiæ ſolidas fibra-
rum partes altiùs penetrare poteſt, & per omnes
expandi: ſinceritate verò temperamenti, calo-
rem nativum excitare, ac tueri, denſitate, ac te-
nacitate, humidum radicale, ac primogenium
ſolidius & fortius reddere, ne citò abſumatur.
Cùm enim longitudinis vitę cauſa ſit calor mul-
tus, itemq; temperatus, nec non & primigenium
ipſum humidum, ſolidum ac copioſum, nulla ra-
tione iis conſuli meliùs poteſt, quàm ipſis auri
B qualitatibus. *Quercetanus.*

### *Aliter.*

E' melle, cucurbita vitrea, *pileoque* roſtra-
to, aquam elicias, ut moris eſt, *fæces* verò in cal-
cem redigas, mox in pulverem: inde aquam ar-
dentem optimam, acrioremque redditam ſolu-
tis in ea fæcibus vini, in ſublime elatis, ut infe-
riùs docebo, affundas ipſi pulveri, ſic ut qua-
tuor digitorum ſpacio ſuperet: poſitaque in te-
C pentis aquæ balneo cucurbita, totum diſſolve-
tur: quater aquam deſtilla, ſemper aquam de-
nuò fæcibus, ſi in fundo remanſerint, affundens,
habebisque aquam optimam, quam cum aqua
prima mellis conjunge, & denuò deſtillet. In hac
deſtillatitia aqua ſolves aurum, in calcem cum
hydrargyro adductum, ut dicemus: & cucurbi-
tam locabis in tepente balneo, aut fimo, qua-
tuor dierum ſpacio: inde eodem balnei calore
bis deſtillet, totidemque vicibus igne cinerum
D vocato: nam cum aqua deſtillabit aurum, quod
cogi ampliùs nullo ingenio naturali poterit:
quod ſummum hac in re quæritur. Nam ſi aqua
*Cinnamomi & Endiviæ deſtillatitia, Cinnamo-
mum, ac Endiviam, partes ſcilicet illorū tenuio-
res ſecum devehit: idemque de ea, in qua fer-*
rum, aut aurum ſæpiùs fuerit extinctum, quæ de-
ſtillata, poſtea nunquam fæces aliquas derelin-
quit, & tamen eorum metallorum vires retinet,
cur id in auro fieri non poterit, hac arte in maxi-
E mam tenuitatem adducto? Fęces autem vini ma-
gno artificio in ſublime attolluntur. Ipſæ enim
ſive aquæ etiam vitæ, ſæpiùs deſtillantur: inde
ignis adhibetur vehemens, ut quaſi in calcem
adducantur: illis ſuperfunditur aqua ardens, ut
ſolvantur: atque id ter repetitur. Deſtillata dein-
de aqua vitæ, augetur ignis, & fæces ipſæ in ſub-
lime evolant, ad collum cucurbitæ, albæ, ut nix:
è quibus parum ponas in aqua ardente, & ma-
jores vires acquirit, poteritq; cum fæcibus mel-
F lis conjungi, & illæ diſſolventur: indeque acci-
piatur, quod perfectius eſt. Sunt etiam, qui è tar-
taro ſalem hunc albiſſimum educant, dum tar-
tarum in calcem redactum, aquæ vitę primæ de-
ſtillationis ſolvunt, repetita ſæpiùs deſtillatione:
oleoque, quod tandem in matulæ fundo reman-
ſerit, aquam ardentem ſuperfundunt, ac ter de-
ſtillant, ſic ut puriſſima tantùm pars accipiatur
ſeorſum, quam deinde fæci ipſi, ac potiùs calci
albiſſimæ paulatim combibendam infundunt,
ut è ſiccata tandem fæce ſal ad collum ac latera
matulæ aſcendat vi ignis vehementioris. *Sed de*

his

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0356-2
DFG

his tot dixiſſe ſatis ſit. Aurum in calcem reducitur, malagmate ex ipſius foliis & hydrargyro conflato, diù agitando in vaſe ligneo, aut vitreo, modico mellis addito: mox vaſe vitreo, luto incruſtato, vi ignis moderata, evolet hydrargyron, & in fundo remanebit calx auri. Hunc modum auri potabilis conficiendi, omnibus præſtare crediderim, ſed optimo artifice indiget, quique plura, quàm hic ſcripſerimus, cognoſcat: cum tamen omnia invenerimus. *Hieronymus Rubeus.*

### *Aliter.*

Aurum potabile aceto quoque ſtillatitio conficitur. Ipſum autem acetum antequam deſtillet, bulliat, dum ejus medietas abſumatur: poſtea bis térve deſtillet, mox addatur Euphorbii in pulverem redacti, octava pars, ac iterum deſtilletur. In hoc aceto extinguatur auri calx, igne reverberatorio candens: ſtatimque vas, in quo acetum eſt, diligenter operculo contegatur, ne quid exhalet: ubi autem *refrixerit, acetum* detrahatur, mox auri calx *candens denuò in eodem* aceto extinguatur: *idque toties repetatur*, dum acetum optimè *redditum ſit ipſo* auro pręgnans: tum *novum acetum capias*, in eoq; candentem *calcem auri extinguas*, donec eam auri partem *ſolutam videas*, quam poſtulas. Acetum hoc omne in unum collectum, ac perſpicuum (ſi quid enim craſſioris fæcis in fundum demittetur, nequaquam accipiendum eſt) tepente balneo deſtilles: & in fundo cucurbitæ remanebit aurum, inſtar mellis: cui communem aquam ſtillatitiam affundes, aut rorem deſtillatione exceptum, qui melior habetur, ea quantitate, ut totum aurum in ipſo diſſolvatur, quod noveris, cùm nihil petit fundum: tunc deſtilles aquam balnei calore, & in fundo cucurbitæ reliquus erit ſal auri, qui in quocunque liquore facilè diſſolvetur, æquè ut ſal communis. Atq; eadem ratione ex omnibus metallis, ac vitro fieri ſal poterit: cujus eſt in medicina uſus. Quòd ſi ſalem hunc in oleum convertere velimus, ipſi denuò acetum ſuum affunditur, mox detrahitur deſtillatione: qua peracta, aqua communis ſtillatitia affunditur, mox detrahitur: inde ad acetum revertimur, mox ad aquam hac ratione progredientes, nunc acetum alternis *vicibus affundendo, ac deſtillatione* detrahendo, *dum in fundo oleum maneat*, quod vere ole*um ſit: cujus fuerit ſignum*, ſi argenteæ lamellæ candenti impoſitum, non concreſcat, ac potiùs fluat. Nam ſi concreverit, repetundum eſt aceti, & aquæ negotium: quod idem in argento, atque in cæteris metallis contingit. *Idem.*

### *Aurum vitæ.*

Aurum vitæ fit multis modis. Calcinatum enim more ſpagyrico, leviſſimum, ſpongioſum, & quod reduci non poteſt, redditur, à quo cum aceto deſtillato elicitur ſemen, idque in balneo Mariæ: cujus vires circulationibus cum vini ſpiritu ita augentur, ut ad innumerabiles mor-
A bos ſanandos propè incredibiles videantur. *Quercetanus.*

### *Idem, aliud.*

Aurum in tenues bracteolas redactum calcinetur toties cum ſale præparato (calcinatione philoſophica) donec impalpabile reddatur. Salem ex alcoole Sole ſeparato ſolutionibus, tum ipſum rurſus calcinato ſale candidiſſimo, & ſaccharino: huic mixturæ affunde ſpiritus vini alcooliſati cũ proprio ſale, ut ex artis pręceptis tra-
B ditur, tantum ut quatuor digitos ſupernatet: fac deinde ut accendatur, & exardeſcat vini alcool: hocq; ſæpius reiterabis. Deinde novum affunde vini alcool, ac ritè & decenter omnia circulentur quatuor *dierum ſpacio*: tum demum ſeparetur *deſtillatione competenti menſtruum*: novum*que rurſus affundendo*, totieſque circulando, & deſtillando, ut *factum eſt* prius, donec auri tota ſubſtantia per alembicum efferatur. Separato menſtruo, ut decet, remanebit in fundo Aurum
C vitæ, arcanorum omnium ſummum & præſtantiſſimum. *Quercetanus.*

### *Tinctura Auri.*

Tinctura Auri eſt ipſius color à corpore ita ſeparatus, ut album omnino remaneat: fit autem ipſius præparatione per ſtybium, ut moris eſt, mortificatione reiterata per ſpiritum acertimũ, & ſanguinem hydræ, ut in furno reverberii reddatur corpus leve, ac ſpongioſum, & irreducti-
D bile, quod rurſus reverberatur, donec in purpureum prodeat colorem. Ex quo cum glaciati corneoli alcoole, ipſi quatuor digitos ſupernatante, in matratio hermeticè clauſo, & per menſem in balneo digeſto, ſeparatur color, qui ſpiritui commiſcetur: illoque ſeparato, ut artis eſt, remânet in fundo optatus liquor, qui poſtea tandiu circulari debet, donec fixetur. Hujus tincturæ drachma una, mixta cum uncia una aquæ theriacalis optimæ, ad ſcrupuli unius quantitatem
E manè ſtomacho jejuno ſumitur, continuandumque eſt decem dierum ſpacio: hoc medicamentum diaphoreticum eſt, per ſudores, ſuperfluos & noxios expurgans univerſi corporis humores. *Quercetanus.*

### *Oleum ſeu liquor Argenti.*

℞. Salis nitri ℔ ij.
Terræ luteæ ℔ iv.

Miſcentur, deſtillanturque, ut oleum ſalis viride, igne primùm modico, deinde paulatim adau-
F cto, donec ſpiritus promanare deſierint. Hujus liquoris ℥ vj. ſuper argenti puriſſimi, in lamellas redacti uncias duas funduntur, & vitro occluſo in cinerem modicè calidum, vel *Solem* ponuntur, dum illæ exolvantur: poſtea quod ſolutum eſt, fæcibus relictis, *in aliud* vas percolando effunditur, & cum aqua pluviali ſtillatitia abluitur tandiu, quoad nulla amplius ſalis acrimonia percipiatur: hinc ſpiritu vini diluitur, rurſuſque ſejungitur & exiccatur. Tandem aqua vitæ correcta perfunditur, & vaſculo benè obturato, in loco calido per dies quatuordecim

digeritur, paraturque liquor ea ratione, qua ex auro. Aliàs argentum ad calcem reducitur: deinde ex aqua vitæ in viſcoſum ſuccum redigitur: poſtea is balneo per menſem digeritur, uſque dum liquor viridiuſculus exurgat. * Singulare remedium in morbis ex cerebri inflammatione ortis, nervorum convulſione, morbo attonito, mania, inſania: nec non lienis, jecoris, menſtruorumq; vitiis, ex obſtructionibus natis. *Andernacus.*

### *Oleum Argenti, aliter.*

℞. Argenti calcinati quantum volueris: pone in acetum diſtillatum, & intra aliquot dies ſolvetur, & fiet cæruleũ, tum lentè in balneo Mariæ evaporet acetum, & fiet oleum pulcherrimum. *Euonymus.*

### *Aliter.*

℞. Lunam fulminatam, quam calcina quater cum aqua ſalis metallici cryſtallini, donec in corpus rurſus reduci non poſſit: pulverem dulcoratum reverbera, ex quo extrahe proprium Alcali in balneo Mariæ, cum cœleſti menſtruo (nobis ſic dicto) & vini alcoole, omnia ſimul circula in pellicano, quindecim dierum ſpacio ad perfectam uſq; graduationem: ſeparato menſtruo in balneo, remanet in fundo oleum Lunæ fixum: cujus exhibentur guttulæ duæ aut tres cum aqua florum Betonicæ, Salviæ & Meliſſæ, ad morbum caducum, & ad cerebri omnes affectus. *Quercetanus.*

### *Oleum Perlarum.*

Margaritæ primùm in pulverem rediguntur, & vitro oris anguſti induntur, perfunduntur aceto deſtillato optimo, ita ut hoc ad duos digitos ſupereminent: deinde in cineres calidos ponuntur, donec ſolvantur, poſtea quod ſolutum eſt, in balneo extillatur ad ſiccitatem uſque, & ſuper calcem hanc unionum aqua pluvialis ſtillatitia funditur, rurſusq; diſtillatur, dum omnis humor emanârit: tunc iterum affunditur recens aqua ſtillatitia, rurſusque detrahitur ut antea: atque is labor ter quatérve repetitur, quoad nihil aceti ſubeſſe percipiatur. Tandem pulvis, ſive calx unionum, aut in loco humido ſupra marmor diſſolvitur, aut ex ſpiritu vini maceratur, diſtillaturque, dum in liquorem olei inſtar redigatur. * Hujus grana ſena ex humore aliquo ad reſolutionem nervorum, convulſionem, marcorem ſenilem, & phrenitidem dantur: corpus ſanum conſervat: læſum priſtinæ ſanitati reſtituit: lac muliebre emendat, augetq; naturalium partium vitia, & ſemen corrigit: abſceſſibus, ulceribusque exedentibus, cancro & hæmorrhoidibus medetur. *Andernacus.*

### *Eſſentia Margaritarum.*

Margaritas ſolves vera ſolutione cum prædicto menſtruo: ſed ſi eo careas, uteris acido menſtruo alcooliſato cum debita proportione vini ſpiritus etiam alcooliſati, ſucco etiam Limonum & Berberis *depuratis*, *filtratis*, & *præpara*- A tis, ut decet; eadem enim præſtant. Ablutionibus auferes ex Margaritarum anima aciditatem, ſi aliqua remanſerit ratione menſtrui. Exhibentur autem hujus eſſentiæ grana duo, aut tria cum juſculo competenti, quod ſtatim lactis inſtar dealbatur, ad cordis corroborationem, & vires reficiendas. Earum etiam eſſentia putredini cor obſidenti, peſtiq; & venenis obſiſtit. Eadē ratione ex Hyacintho, Sapphyro, Smaragdo, Granatis, Sarda, id eſt, Corneola & Jaſpide, eſ- B ſentiam propriam elicies, veramque ipſarum præparationem poteris aſſequi ad multos curandos morbos. Hoc etiam modo præparabis Spongiarum lapillos, lapidem Judaicum, Lyncis & Cryſtallos, ad calculos renum conterendos. *Quercetanus.*

### *Oleum Coraliorum.*

Coralia eodem modo, quo Margaritæ in liquorem rediguntur. Alii vel Uniones, vel Cora- C lia minutim contuſa in aqua ardenti, ſive viridi ſalis liquore ſolvunt prius in calcem: deinde hanc abluunt ſtillando, donec nulla ampliùs ſalſedo percipiatur: poſtea pulverem vini ſpiritu excipiunt, & per balneum ſexies aut ſepties refundendo abſtrahunt. Alii Coralia in calcem ſubigant: hanc reſolvunt, & ex vini ſpiritu novies extillare ſinunt, dum ſalis inſtar diſſolvantur: quicquid autem in fundo remanet, id recenti vini ſpiritu perfundunt, & priore modo evo- D cant, uſque dum tinctura Coraliorum perveniat: quam ipſi Animam appellant, ſummum medicæ facultatis myſterium. * *Omnes interiorum partium affectus radicitus evellit, & corpus cœleſti quadam vi in temperatum habitum abſolutamque & exquiſitam commoderationem reſtituitur.* Sic igitur quinta Coraliorum eſſentia quemlibet morbum comitialem à pueris, & ætate provectioribus in quinq; ſeptimanis prorſus ſubtrahit. Sic etiam omne alvi profluvium à E quacunque cauſa ortum, tam in pueris, quàm in adultis cohibet, etiamſi morbus ad extremum pervenerit. Ita ſanguinem à quacunque parte manantem coërcet, quovis modo adhibita. Sic denique fluores uterinos quoscunque ſiſtit, & ad probam naturæ temperationem reducit, ne quid mali recidivi in reliquis corporis partibus unquam, quemadmodum ex aliis medicamentis omnibus, conſequatur. *Ad hæc idem oculis* ſuperimpoſitum, eorum dolores ſedat: defluxio- F nes mirificè compeſcit, & puſtulas diſcutit. Intra corpus ſumptum eadem propemodùm, ſed non tam efficaciter præſtat, ut tinctura. hæc enim decem guttarum inſtar ex liquore aliquo idoneo exhibita, mirabilia tam in viris, quàm fœminis, junioribus & adultis efficit. *Andernacus.*

### *Oleum Coraliorum ad tremorem cordis.*

℞. Coraliorum ℔ j.
Salis communis M. ij.

Conterantur in ſubtiliſſimum pulverem, & in vitrum

vitrum ponantur luto munitum, ex ſequenti de-
ſcriptione. Commune ſume lutum, vel argillam,
cineres oſſium capitum animalium quadrupe-
dum, limaturam ferri, vitrum pulverizatum, ſal
commune, ceruſſam, &c. quæ humectata miſce-
to ſimul, &c. Lutatum vitrum cum ſua materia
ponas in cineres cupella contentos, ut noſti: ſuc-
cende primò lentum ignem, & augeto ſenſim,
donec & ſpiritus & fumi ſe recipiant in vas ſub-
miſſum: & poſtmodum ignem urgeto vehe-
mentiùs, donec ampliùs nullus humor exeat.
Hoc oleum eſt excellentiſſimum ad tremorem
cordis remedium, per ſe ſumptum ſine quavis
additione. *Paracelſus.*

### *Oleum Salis.*

℞. Salis communis ℔ iij.
Terræ luteæ ℔ vj.
Salis nitri purgati ℥ xij.

Simul miſcentur optimè, & ampullæ collo *lon-
giore* præditæ, argillaq; probè *oblitæ induntur:*
deinde hæc in fornace ad *latus locatur*, & *vaſe*,
quod liquorem excipiat, *ſatis amplo appoſito*,
commiſſurisq; *diligentiſſimè cõglutinatis*, ignis
per initia *exiguus extruitur, donec* quod aquo-
ſum ineſt, *ſtillare*, & *ſpiritus* colorati apparere
cœperint: *poſtea calore* vehementiſſimo, reple-
to *nimirum fornace* carbonibus, in modũ aquæ
*validæ*, quod reliquum eſt expellitur. Tandem
*vaſis refrigeratis*, omnis eximitur liquor: qui in-
*fuſus* cucurbitæ vitreæ, ex calidis cineribus di-
ſtillatur, dum phlegma ab oleo ſive ſpiritibus ſe-
paretur. Hoc vitro reconditur ad uſum. * Foris
cum oleo terebinthinæ, ceræ, chamæmelino,
verbaſcino, & ſimilibus commixtum, dolores po-
dagricos egregiè ſedat, tophosque diſcutit. Per
os guttatim datur, ſicut etiam illud præcipuè,
quod purpurei citrinive coloris per aquam ro-
ridam, ad ſolvendum aurum, morbosque infini-
tos curandos paratur. Trium guttarum inſtar ex
aqua vitæ ſingulis ſeptimanis aſſumptum, homi-
nem renovat: aquam inter cutem conſumit,
morbum comitialem diſcutit, febres abigit, ar-
quatum ſanat, membra convulſa ſi eo perfricen-
tur, reſtituit, dolores podagricos mitigat, abſceſ-
ſibus medetur, ramices curat. *Andernacus.*

### *Idem, aliter.*

Sal aceto ſtillatitio *ſæpiùs irrigetur*, moreque
olei *chalcanthini* deſtilletur. Utile eſt ad diſſol-
vendum aurum, pro auro *ſcilicet* potabili paran-
do. *Andr. à Glauuen.*

### *Aliter.*

Sal igne liqueſcat, in quod laterum fragmen-
ta candentia injiciantur, & cucurbita curva oleũ
deſtilletur. Plerique raphanum excavatum ſale
replent, qui loco humido in aquam abit, in qua
fragmenta laterum candentia extinguunt, & ſi-
mul deſtillant. Admiſcent nonnulli cum ſale,
æquis portionibus, ſal nitrum, hæcque exiccata,
eliquataq; ſimul deſtillantur. Alii cum rore mi-
ſcent ſalem, quo ſtillatitio aurum ſolvunt, varia-
que morborum genera curant. *Rubeus.*

A
### *Aliter.*

Fac muriam ex ſale, in quam injice calculos
ignitos, ut ipſa imbibantur: eos autem ſic imbu-
tos indas retortæ, & dando ignem per gra-
dus, prodit oleum ſalis ferventiſſimum. *Quer-
cetanus.*

### *Oleum Sulphuris.*

Vitreum vas tintinnabuli non abſimile, illi-
tum figulari luto, à terra unius cubiti menſura,
B æneo vel ferreo filo ſuſpendes, ſub quo metre-
tam vitream majoris circumferentiæ, in cujus
medio inverſus fuerit cyathus, ſtatues. Porrò
cyathi fundus ferream bracteam digitorũ qua-
tuor latitudinis *ex igne candentem* ſuſtineat, ex
*qua ſulphur accendatur. Hoc dum comburitur,
recentius ſuperaddatur. Inde fiet*, ut ex fumo
aſcendente *ſuſpenſum* vas *brevi temporis inter-
vallo* guttatim in *inferiorem paropſidem diſtil-*
let oleum: quod diligenter collectum, vitrea cõ-
C ſervabis ampulla, ℔ j. ſulphuris dat. ℥ j. olei.
* Valet præcipuè ad fiſtulas, & ad curanda oris
ulcera, quæ gangrænas appellant: in quibus cu-
randis maximè excellit, &c. *Matthiolus.*

### *Idem, aliter.*

Ad partem unam ſulphuris *triti*, addunt par-
tem alteram ſilicum, in pulverem itidem reda-
ctorum. Hanc mixturam in retorta ad leviſſi-
mum ignem apponunt, & oleum optimum eli-
D ciunt. * Uſurpatur in morbis frigidis, quorum
cauſa ſunt *humores* vel frigidi, vel putrefacti,
aut in quibus flatuum eſt copia: ut in febribus
putridis, tertianis, quotidianis, quartanis, in pe-
ſte, in vulneribus, in ulceribus maximè cavis &
ſinuoſis, in affectibus pleriſque cerebri, oris, den-
tium, ventriculi, hepatis, lienis, matricis, veſicæ,
inteſtinorum & articulorum, iis videlicet, qui ex
humoris abundantia, aut putrefactione prove-
niunt. Datur autem pauxillum hujus olei, cum
E deſtillatitio liquore, vel decocto herbæ conve-
nientis, pro cujusq; partis & affectus qualitate.
Menſuræ modus hic eſt. *Gallinæ* penna in o-
leum *intingitur*, atque inde mox extrahitur, &
quod *adhæret pinguedinis ſeu olei* pennæ, id in
*liquore*, ſeu decocto diluitur, & datur biben-
dum ægroto. In febre quidem quotidiana in vi-
no decoctionis roriſmarini aut menthæ, paulò
ante acceſſionem. In tertiana, cum decocto cen-
taurii in vino. In quartana, cum aqua bugloſſi.
F In peſte, cum vino decoctionis raphani, cui ad-
mixtum ſit parum theriacæ & mithridati. In ul-
ceribus & puſtulis oris, penna aut goſſipium
oleo madens loco ulcerato admovetur *leviter:*
ita contactu olei aliquoties repetito, perſanatur
malum. Epilepticis in decocto betonicæ & pæo-
niæ propinatur. Tuſſientibus, cum ſemine urti-
cæ & hyſſopo coctis in vino. In anorexia, quæ
redundantia phlegmatis exiſtit, cum aqua ab-
ſinthii. In dolore ventriculi & coli ex flatu, cum
aqua chamomillæ. In hepatis frigiditate & hy-
drope, cum aqua iridis, chelidoniæ, & melle. In

obſtructionibus & dolore lienis, cum aqua tamaricis. In morbo Gallico, cum aqua fumiterræ & florum geniſtæ. Contra vermes, in aqua graminis aut abſinthii. In dolore matricis, cum vino decoctionis betonicæ, & matricariæ. In urinæ ſuppreſſione, cum vino decoctionis allii. Ad podagram frigidam, cum aqua chamæpityos. Atque in his omnibus idem utendi modus eſt: is videlicet, qui ſuprà eſt expoſitus, de penna oleo imbuenda, & mox diluenda in idoneo liquore. B In vulneribus autem & ulceribus, locus affectus oleo linendus eſt cum penna leviter. Dens cùm dolet, eodem leviter attingendus. Sed ſi pariter omnes doleant, decoctum menthæ calidum, cui immixta ſit olei guttula una atq; altera, ore continendum eſt. *Euonymus.*

*Idem, aliter.*

Oleum Sulphuris facilè quidem & citò cum vitrea cāpana paratur, ſed melior modus & perfectior hic eſt. Pulverizetur ſulphur ſubtiliter, & de pumice tantundē piſtetur: quæ duo miſceantur C ſimul, & ponantur in retortam, cui adjunctum ſit ſatis amplum & magnum recipiens: & bidui ſpacio, leviſſimo igne, oleum ſulphuris diſtillabis, quod Ital. dicitur *Oleum degrata overo de regeſtro.* Additur autem pumex, ne ſulphur aſcendat, ac etiam citiùs vapores ſurſum mittat. * Eædem penè facultates aſſignantur ei, quas modò ſuprà recenſuimus: niſi quòd in pauciſſimis hanc diverſitatem notavimus. Valet ad vulnera, D accipiendo pulverē ex foliis quercus, pimpinellæ, agrimoniæ, conſolidæ majoris, hyperici: quibus omnibus benè contuſis, decoquantur in vino: & colaturæ admiſceatur pauxillum hujus olei, aut ſaltem quantum ſatis ſit pro malitia & magnitudine plagæ. Cum hoc decocto lavetur vulnus recēs, aut inveteratum ulcus, & ſubitò curantur. In morbo Gallico poſt ſufficientem purgationem, valet oleum eodem modo, quo ſuprà. Atq; hæc quidem, & alia ſuprà ſcripta, quæ huc referenda, perhibentur experta à Medico E Imperatoris Bononiæ, & ab alio Romæ. *Geſnerus à quodam Romano.*

*Ego Sulphuris oleum ſic parare ſoleo.*

Pecciolas ſulphure obductas ferreo vel æreo filo affixas, atq; igne accenſas in vitream cucurbitam amplam conjicio, ita tamen, ne fundum attingat ſulphur, mox alembicum brevi roſtro, cui recipiens vas amplum, aquæ vitæ ſemiplenū ſit appenſum, ſuperimpono, ut fumi partim in F recipiente colligantur, partim in fundo & lateribus cucurbitæ tanquam ſal ſive calx adhæreſcant: idque toties repeto, donec ſufficiens calcis quantitas fuerit collecta. Quo facto, materiam in recipiente in cucurbitam infundo, ut omnem ſalem imbibat: mox per pannum linteum colo: deinde in retorta, primò quidem igne lento, poſtea vehementiore deſtillo, quouſq; ſpiritus omnes exierint: demum aquam ab oleo per balneum Mariæ (ut in vitrioli oleo fieri ſolet) ſeparo, atque ſic acerrimum & non ingratum oleum A (ex libra ſcilicet una ſulphuris, drachmas duas olei ad minus) colligo.

*Idem, aliter.*

℞. Sulphuris calcinati ℔ ij.

Infundatur in aceto, quod quatuor vel ſex digitis ſupernatet acetum in cucurbita: hinc in fimo equino ſepeliatur quatuor hebdomadis: pòſt diſtilletur igne forti, tunc aſcendit ſpiritus ſulphuris B cum aceto: quod iterum ſepeliatur in fimo equino per duos aut tres dies: poſt in vaſe lato, non ſtricti orificii evaporetur acetum; tunc manebit ſpiritus & oleum ſulphuris in fundo. Idem oleum iterum ſepeliatur in fimo ad octo dies, pòſt diſtilletur per alembicum, & tunc ultimò in fine abſcondatur per menſem unum: & ſic purificabitur oleum ſulphuris. * Eſt magnæ virtutis. Exhibeantur guttæ tres ad ſummum. Idem fimus equi ſemper eſt renovandus. *Euonymus.*

*Idem, aliter.*

C ℞. Sulphuris triti ℥ ij.
Fæcularum vini in pulverem contuſarum ℥ j.
Calcis vivæ & contuſæ ℥ ix.

Miſcentur ſimul, & in ampulla incurvata urgentur. *Andernacus.*

*Aliter.*

℞. Sulphuris ℔ j ß.
Salis Ammoniaci ℥ iv.
Calcis vivæ ℔ j.

Miſcentur, & aqua, in qua ſalis modicum ſolutum D ſit, perfunduntur, oleumq; ex retorta diſtillatur: quod à phlegmate ſejunctum, vitreo probe reconditur. Efficaciſſimum quoque oleum ex ſulphure provenit, quando totius eſſentia per acetum ſtillatitium, & fæcularum vini in calcem redactarum ſalem, ita extrahitur, ut poſtea balſami inſtar ex operculo deſtillet: * quod non ſolum externis corporis vitiis, verùm etiam ad interna potu aſſumptum ſaluberrimum exiſtit. *Andernacus.*

E *Aliter.*

Plerique oleum ſulphuris ita eliciunt, accipientes urinæ puerorum ℔ xvj. antea deſpumatæ, calcis vivæ recentis ℔ iij. ſimul ferveant ad tertias: mox per filtrum excolentur: tum addentes ſulphuris vivi, optimè in pulverem redacti ℔ j. ſimul ferveant, dum medietas abſumatur, in vaſe vitreo, aut vitro oblinito: inde per filtrum percolatur: poſtea vaſe vitreo, pileoque roſtrato impoſito, deſtillat liquor, primò perſpicuus, F deinde oleum aureo colore, quo ad nervos contractos, ad cancrum, malignaque & antiqua ulcera, & ad frigidos affectus exteriùs utuntur.

*Aliter.*

Sulphur ignem non expertum cum urina pueri octo diebus in fimo equino calido macerato; habeas deinde catinum magnum, valdè cavum, in quo collocetur cucurbita, ad latus, luto incruſtata, quæ ſulphur continet, priùs tamen inſtrato fundo catini cinere calidiſſimo, & prunæ

addantur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0360-4

addantur, dum tota humiditas egreſſa ſit: addatur deinde recipiens vas, & rimæ ſtipentur glutine, ex farina, & candido ovi, linteo circunducto. Poſtea carbones flagrantiſſimi aſſiduè ſupra cinerem illum calidum aggregentur, donec ſpiritus atque oleum egrediantur, quod colligendum eſt, ut oleum chalcanthi: & ſimilis eſt uſus. *Fallopius.*

### *Aliter.*

Sulphur præparatum decoquatur cum oleo lini, lentiſſimo igne ſubjecto: & fiat concreti ſanguinis inſtar. Refrigerata materia injiciatur in retortam, & ſubjiciendo ignem deſtillabit oleum ſulphuris rubicundiſſimum. Fit etiam, ſi ſulphuri furfur commiſceatur, & deſtilletur. *Quercetanus.*

### *Oleum Sulphuris vitriolatum.*

Cape ſulphuris vivi P. j. cum quo miſceas, lento igne, liquefacti vitrioli puri tantundem, ut unum fiat corpus. Hoc depellatur per deſcenſum: & oleum rubicundum in receptaculum deſcendit. *Quercetanus.*

### *Oleum Sulphuris terebinthinatum.*

Si florum ſulphuris ℔ j. admiſceatur duabus aut tribus olei terebinthinæ, in calore ſicco ſolventur flores in oleum rubicundiſſimum: tum ritè & artificioſè ſeparato menſtruo, ſulphuris rubinus circuletur cum vini alcoole per octo dies: & habebis oleum ſulphuris, quod naturalis balſami vires obtinebit. *Idem.*

### *Oleum Sulphuris acidum.*

Acidum autem ſulphuris oleum fit ipſo accenſo, & ſuperpoſita campana, aut vitro ſatis capaci, ad retinendos vapores, qui in oleum illud acidum convertuntur. *Idem.*

### *Oleum Vitrioli.*

℞. Fæces ſive caput mortuum, quod reſidet in fundo vaſis, à quo phlegma vitrioli extractum eſt: ipſo contuſo, ſi ſalices permiſcueris, igne violentiſſimo, oleum rubicundum emanabit. Fiat etiam cum ſimplici colcothare, pulſo igne violentiſſimo trium dierũ ſpacio, ac prodibit oleum ferventiſſimum, quod dulcificatur circulatione cum vini ſpiritu tartariſato. *Idem.*

### *Oleum dulce Vitrioli.*

Separato phlegmate ex colcothare rubro, vi ignis fit oleum acidum, quod dulcoratur circulatione cum vini ſpiritu, febribusque putridis cum aqua cichorii, aut ptiſana exhibetur. Aciditate enim putredinem arcet, quemadmodum & ſyrupus e ſucco limonum, & obſtructiones pellit partium tenuitate. Quapropter ad delendas viſcerum obſtructiones, hepatis nempe, & lienis, valdè efficax eſt. Miſcentur aliquando hujus guttæ aliquot cum conſerva florum cichorii, fitq; gratiſſimi ſaporis medicamentum ad extinguendam ſitim immodicam. Febrium ardentium putredinem, peſtilentiumq; malignitatem cohibet aciditate. *Idem.*

A

### *Aliter.*

℞. Vitrioli quantum volueris.

Vaſi vitreo luto obducto inditur, & ex igne phlegma extillatur: deinde illud eximitur, contunditurque, & phlegmate rurſus perfunditur, idemq; evocatur ut antea, uſq; dum nihil amplius emanet, & ſpiritus proſiliant: poſtea ab igne removetur, & calx rubicunda, in pulverem redacta, vel per ſe ſola, vel laterum fruſtulis adjectis ampullæ incurvatæ imponitur, & vaſe amplo, quod B excipit, adaptato, commiſſuriſq; diligentiſſimè luto obſeratis, noctu dieq; luculentiſſimo igne urgendo oleum diſtillatur. (Ego ℔ v. vitrioli rubificati quinq; diebus & noctibus perficio.) Ubi omnia refrixerint, totus liquor eximitur, infunditurque ampullæ vitreæ & ex arena calida primùm aqua inſipida, deinde acida acriſq;, quam oleum appellant, ſeparatur, purgaturque à ſedimento. Ex ℔ j. vitrioli rubificati ℥ iij ß. haberẽ poſſunt, ſi ritè paretur. Hoc oleũ ſi ſæpiùs phle- C gmate perfuſum diſtilletur, dulce redditur.* Valet ad apoplexiam, paralyſim, epilepſiam, febres ardẽtes, peſtilenteſq;: item ad ſitim, ſtomachum bile æſtuantem, morbos uterinos, alioſq; innumeros, ex humore idoneo guttarum inſtar potione aſſumptum. quinetiam medicamẽtis tum purgantibus, tum corroborantibus immutantibuſque, vel illorum actionum promovendarum, vel ſaporis commendandi gratia, rectè admiſcetur. *Andernacus, & alii.*

D

### *Aliter.*

Chalcanthum (Romanum mitius eſt, Germanicum acrius) in olla exuritur igne fornacum, vel inter carbones, dum omnis exierit humiditas, & colore rubro evadat: inde ubi refrixit, in mortario optimè tunditur, moxq; in cucurbita, vel pomo vitreo, ſeu leuco appellato, luto ſapientum incruſtato, in reverberatoria fornace, ſic ut collum deorſum parum vergat, ponitur: adhibe- E tur ignis primò lentus, vel ex carbonibus, vel ex lignis ſicciſſimis, primum tenuioribus, mox ſolidioribus, craſſioribusque, dum omnis ſiccetur humiditas, ſi qua fuerit, aut niſi antea fortè fuerit ſiccata: cujus illud fuerit ſignum, ſi deterſum, ſiccatumque gladiolum ori cucurbitæ appones. Nam ſi adhuc quidquam fuerit humiditatis, reddetur gladioli ſuperficies humida: ſin verò ſicca permaneat, nihil humiditatis inerit. Tunc apponatur vas recipiens ſatis magnum, F ne vis vaporum, quæ vehemens eſſe ſolet, illud frangat: optiméque ſtipatis rimis, ignis augeatur, ut fumus ac ſpiritus ex chalcantho in recipiens vas transmittantur. Cumque egredi halitus cœperit, ſtatim eſt recipiens vas linteo, aqua frigidiſſima madente, contegendum: & cùm ſiccatum fuerit, repetendum, donec egredi ſpiritus deſierit. Poteſt etiam lintei hujus madentis uſus omitti, ſi metus ſit, ne fortè ob tenuitatem vas recipiens frangatur. Quamobrem qui oleum hoc conficiunt, furnum exigunt loco humido, & ſub dio, ut ambiens aër illud, absque



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0361-9 DFG

fractionis periculo, agat, quod linteum faceret, A halituſq; denſet ac colligat. Ubi nullus ampliùs halitus ſeu ſpiritus egredietur, quod aliquibus biduo contingit, ſubtrahendus ignis, dimittendaque ut frigeſcant omnia: ſummaq; diligentia disjungenda vaſa, & colligendum oleum: quo inciduntur abſceſſus, & quævis duriſſima caro. Uſus eſt, ut conficiamus gladiolum ex ligno oleæ, & cum illo, tacto vix oleo, ſecando, perforandoq; reliqua opportuna agamus. In peſtilentia, peſtilentibusq; febribus, ephemera excepta, B egregium certè remedium habetur, atque ubi opus eſt corpora, phlegmate, maliſq; referta ſuccis, à morbis tueri, idq; cùm purgata priùs fuerint, ſic ut vix quidquam poſſit efficacius reperiri, ac valentius. Sic liquore indiget, quo cum miſceatur, quiq; ejus acrimoniam ac vehementiam corrigat: ſtomachum roborat, appetentiam excitat, infarctus expedit, putredini reſiſtit, & renum affectibus prodeſt, qui ex ſtipatione ortum ducant. Pueris duæ, tréſve guttæ cum aqua ace- C toſæ præberi conſueverunt: grandioribus natu ad quinque, & ſex guttas exhibent. His qui ſeſe à morbo reficiunt, mirificè convenit, caloremq; inſtaurat. Sunt qui oleum hoc aqua ardente ſæpiùs perfundant, & aquam abſtrahant, ut efficiatur minùs acre, ac magis tenue. Pleríque ad chalcanthi jam igne rubentis libram, aquæ vitæ optimæ libras quatuor addunt, & per tres dies balneo tepente macerant: igne mox cinerum molli, aquam eliciunt: deinde auctiore, oleum, D quod quinque, aut ſex horarum ſpacio, niſi erraveris, prodibit. *Rubeus.*

### *Oleum Tartari.*

℞. Tartari albi, in pulverem redacti ℔ iv. Ampullæ incurvatæ, vel etiam erectæ, argillaq; obductæ induntur: hæc in fornacem locatur, & vaſe quod excipit amplo appoſito, juncturæ luto occluduntur diligenter, (facilè enim expirare ſolet:) poſtea igne per initia exiguo, tandem au- E ctiore urgetur, donec nulli ampliùs ſpiritus appareant: tunc refrigeratis vaſis liquor eximitur, infunditurque ampullæ vitreæ erectæ, & in balneo calente corrigitur, ſeparaturq; aqua ab oleo. Idem ex cineribus vel arena iterum evocatur à ſedimento craſſo, & oleum aurei coloris provenit. Ex libra autem una tartari communiter extrahitur olei ℥ ß. * Ad curanda ulcera, præſertim ex lue Venerea orta, efficaciſſimum eſt: cui mumia ſive oleum fæcularum dulce annumera- F ri debet. hæc enim ulcera manantia ita curat, ut ipſorum malitia nocere ampliùs non poſſit. Ex vino hauſta calculos renum & veſicæ conterit, expellitque: urinam movet: ulcera purgat. *Andernacus.*

### *Aliter.*

Salem Tartari cryſtallinum, ſi vitro imponas & in cella vinaria alióve humido loco colloces, intra perpaucos dies in oleum reſolvatur limpidum, & ad faciei maculas, & ulcera detergenda præſtantiſſimum. *Quercetanus.*

### *Aliter.*

℞. Tartarum crudum, aqua vitæ optima affuſum, & per vigintiquatuor horas ibidem maceratum, deſtilletur, vaſe recurvo, igne primùm levi, mox vehementi, ut in oleo chalcanthi extrahendo fieri conſuevit, ſeparando tamen, quæ primò exit, aquam. Hoc pacto oleum habebitur & copioſum, & pulcherrimo colore, phthiſicis maximè probatum, ſi in jure ranarum optime coctarum, hujus olei gutta exhibeatur. Curandis expurgandisque ulceribus mirabile ſcribitur. Multum etiam facit, ut peſtilentiam præcaveamus, ſi ſummæ nares eo inungantur. Sunt etiam, qui tartarum in calcem redactum aqua communi calida diſſolvant, quod facilè fit: diſſolutum igne lento exiccant: idq; quinquies repetunt, ſemper tamen, ubi diſſolutum eſt, filtro colant. quodq; poſtremò ſiccum remanet, affuſa aqua ardente optima, tribus diebus equino fimo, aut tepentis aquæ balneo, macerant: inde aquam deſtillatione excipiunt, manente in fundo vaſis, oleo, quod urinæ ciendæ maximè probatur, ad drachmam exhibitum, cum ℥ ij. vini malvatici acerbioris. Tabidos etiam præſervat. Alii Tartarum è vino albo perſpicuũ accipiunt, adduntque reſinæ terebinthinæ, & herbæ aloës, æquas portiones: conterunt, conjiciuntq; in matulam vitreã: mox addito pileo roſtrato, aquam extrahunt, quam fæcibus tritis affundunt, inde deſtillant, igne ſemper vehementer aucto in fine deſtillationis: repetunt id vigeſies ferè, dum totam fæces aquam combiberint, nulluſq; exeat humor, & ipſæ ſint fæces albiſſimæ: quæ loco humido ſupra marmor poſitæ, in aquam abeunt, cujus ingentes vires prædicant. Nam ejus ℈ j. cum Julepi violati ℥ ij. potum, valetudinem, vireſq; firmat, lumbricos enecat, jecoris ac lienis infarctus expedit, urinam ciet, deſtillationibus prodeſt. *Quercetanus.*

### *Oleum Tartari, fœtens.*

Tartarum crudum in pulverem redactum, imponatur in retortam vitream, aut terream cum ſuo recipiente. Subjiciatur ignis per gradus, qualis ad aquam fortem conficiendam adhibetur. Producet magnam copiam ſpirituum alborum, qui & in aquam, & in oleum craſſum ac fœtens convertuntur. Separetur oleum illud per infundibulum, atque ad uſum reſervetur. *Idem.*

### *Oleum Tartari.*

℞. Tartari ad albedinem calcinati q. ſ. eſt. Solvatur aqua ardente ſeptem dierum ſpacio balneo tepentis aquæ: inde igne primùm levi, mox vehementiſſimo, eliciatur cum aqua ardente oleum, quæ poſtea baln. M. invicem ſeparentur. Quod reliquum eſt in fundo, in calcem iterum redigatur, mox diſtilletur, ut ſuprà: idq; repetatur, dum totum tartarum in oleum abierit. Hoc autem oleum calore Solis in pulverem exiccatur, quamobrem tunc ſpiritus ab eo, uti ſuprà factum eſt, elicitur: & hujus gra numunum cum ʒ ß. Mithridati, & ℥ j. aquæ plantaginis, vel ci-

chorii

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0362-5 DFG

chorii ſtillatitiæ omnes funditùs ulcerum radices tollit. Sed quo labore tartarum aqua ardente diſſolvatur, ſentient, qui experientur. Non deſunt, qui ut idem efficiant, illud diſtillent chalcanthi modo. Alii huic diſtillatitio oleo aquam vitæ addunt, labore penè immenſo, ne dicam inani, cùm faciliùs haberi res poſſit. *Rubeus.*

*Spiritus Tartari.*

Tartarum crudum ſi pellatur per retortam vitream, cum ſuo recipiente more ſtygiæ, producit magnam copiam ſpirituum alborum, qui tandem in aquam, & oleum craſſiſſimũ & fœtidum convertuntur. Separatur autem oleum ab aqua per infundibulum: quod quidem ulceribus exiccandis & curandis confert. Aqua autem, ſi cum colchotare bis aut ter diſtilletur, ita purificatur, ut fœtorem prorſus amittat: ad pellendas autem omnium viſcerum obſtructiones, lienis præſertim, & hepatis, atq; ad omnes morbos tartareos valde conducit. Cui medicamento, ſi vim & facultatem adaugeri velis, ipſum *circulabis* cum vini ſpiritu in baln. M. per quatuor dies: deinde ſeparato menſtruo per *Baln.* remanebit tibi ſpiritus tartari, *ad prædicta optimus. Quercetanus.*

*Oleum Stibii.*

*Antimonium* in tenuiſſimum pulverem redactum, ac cucurbitæ vitreæ impoſitum, aceto vini acerrimo & diſtillato maceratur ſuper levi ignis calore tantiſper, donec rubro colore acetum inficiatur. Coloratum in aliud vitrum transfunditur, novumque fæcibus ſuperaffunditur, donec rurſum rufum colorem concipiat. Iſtæ autem transfuſiones & additiones novi aceti ſuper fæces toties ſunt repetẽdæ, donec nullam ampliùs rubedinem pulveres ex ſe emittant. Acetum verò collectum levi igne diſtillari debet, donec rubedo paulatim condenſari incipiens, alembicum petere videatur. Tunc refrigeranda ſunt vaſa, ac liquor rubeus, quadraginta diebus fimo calido macerari debet, donec perfectã olei formam acquirat. * Illud ſacchari inſtar, dulce affirmant, omnesq; vulnerum dolores ſedare, ac perfectè ſanare dicitur: ac plures admirandas facultates in ulceribus contumacibus ac cancroſis præſtare. *Quidam ad Geſnerum.*

*Oleum, ſeu potiùs eſſentia Stibii.*

Stibium in pulverem contuſum, per dies decem *lævigatur* igne, donec primum flos albus, mox *luteus* appareat: qui tandem è rubro in purpureum colorem tranſit. Hujus ℥ ij. in vini ſpiritu, quantum viginti digitos ſuperet, dieb. duodecim, vaſe diligenter occluſo macerantur: poſtea ſeparantur per balneum: atque tunc eſſentia ſtibii, inſtaurandis renovandisq; viribus dicata, fundo vaſis ſubſternitur. * Hujus grana quatuor ex aqua meliſſæ, chelidonii, aut vino generoſiſſimo dantur: febres curat: aquam inter cutem diſcutit: morbis uterinis, arquato, comitiali, & ſimilibus medetur: morbum Gallicum, omniaq; hinc orta vitia, mirabiliter ſanat: humores per alvum educit, ſuperfluos per cutis habitum expellit. *Andernacus.*

*Oleum Antimonii, aliter.*

Oleum Antimonii ex aqua rorida, vel cum ſulphure & ſale foſſitio paratur. * Hujus grana tria ex vino vel liquore fæcularum vini & chalcanthi potui ſumptæ, aquam ſubter cutem intra dies paucos curant: grana duo ex theriacę drachmis duabus devorata, peſti morbisq; venenatis medentur: trium guttarum inſtar, vel ampliùs, ex aqua vitæ ſumptum, convulſioni, morbo attonito, aliisq; cerebri affectibus ſuccurrit: dolores podagricos, colicosq; ſedat: febres diſcutit: veſicæ ulceratæ opitulatur: ulcera maligna, cancrum, fiſtulas, phagedænam, herpetem, omniaq; cutis vitia mirabiliter ſanat. *Andernacus.*

*Aliter.*

Ex pulveris ſtibii, ſalis foſſitii, utriusque libris tribus: hæc ſuper ignem in fictili uruntur ſemper agitando, uſquedum vireſcant: deinde tritis aceti ſtillatitii optimi additur, quantum ad uniendum ſatis eſt: poſtea macerantur, & per ampullam incurvatam igne acerrimo oleum rubrum extillatur, quod à phlegmate ex balneo ſeparatur. Vel ſtibii in pulverem detriti libra, cum ſalis communis torrefacti æquali portione conteritur, inditurq; retortæ luto obductæ, & ex igne vehementiſſimo oleum evocatur: quod licèt externis corporis vitiis magis conveniat, non pauci tamen per os etiam exhibere non dubitant. *Andernacus.*

*Aliter.*

Ex ipſo Antimonio extrahitur rubicundiſſimum ſulphur cum tartaro & nitro, aut cum ſolo capitello ex calce viva & cineribus parato, eliciturque oleum multis modis, quæ omnia ad curanda cancroſa ulcera multum proficiunt. *Quercetanus.*

*Aliter.*

Antimonium ſaccharo & alumine miſceatur, imponanturq; omnia in retortam vitream. Subjicies ignem per quatuor aut quinque horas leniſſimum, quem poſtea augebis. Manabit oleum ſanguinis inſtar rubicundiſſimum. Fit etiam cum Mercurio ſublimato: ſed cautio adhibenda erit, ne quis in gradu ignis error admittatur. *Quercetanus.*

*Idem, aliter.*

℞. Sacchari candi, Stibii ana part. j.

Terantur ſuper marmore, ponanturq; in retortam luto obductam, deſtillenturque igne vehementiori, nullo cinere ſuppoſito, & manabit oleum rubrum, ſanguinem referens. * Epilepticis, omnique cerebri affectui prodeſt, bibitum. *Rubeus.*

*Idem, aliter.*

℞. Mercurii ſublimati, Antimonii crudi ana part. j.

Terantur ſubtiliſſimè, & deſtillentur in retorta. Oleum collige, & iterum atq; iterum deſtilla, &



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0363-1

* habebis oleum optimum, ad ulcera maligna. *Ex* A
*lib. manuſcripto.*

### *Aliter.*

℞. Stibii ℔ j. adde
Sublimati ℥ ij.

Retorta diſtillentur vehementi igne, ex cineribus tamen: malignis ulceribus cauſticum fœlix. Inferunt fæcibus aquam vitæ, & quod reſtibile eſt oleum diſtillant: aqua illa herpetes, verrucas, canceros, tophos arthriticos curat impoſita. B
*Heurnius.*

### *Aliter.*

℞. Antimonii crudi, cui miſce Acetum forte, & oleum Chamæmelinum & hyperici: digeratur in fimo, & per retortam deſtilletur. Primo effluat aqua ab aceto: ulcera Venerea, & maligna rubrum hoc oleum mirè curat. *Idem.*

### *Aliter.*

℞. Antimonii ℔ j. adde
Tartari crudi ℔ ß. C

Macerentur aceto diſtillato, & oleum hoc exſtillatum lepram eximere ajunt; primò manat aqua, ſecundò oleum vulnerarium. *Idem.*

### *Oleum Cupri.*

℞. Æris adufti ℔ ij.

Subtiliſſimè teratur, & ponatur in vitreā cucurbitam optimè lutatam, & aceto imbibatur fortiſſimo: fac diſtillare per horas xxiv. & habebis oleum fortiſſimum coloris rubri, & viridis. *Gal-* D
*lus quidam empiricus.*

### *Oleum Æris.*

*Oleum æris conficitur, quando illud in chalcanthum redigitur, reſolvitur, & ex terra, colcothar vocant, oleum rubicundum paratur.* * Ad cancrum, phagedænam, gangrænam, fiſtulas, & reliqua ulcera maligna valet.

### *Aliter.*

Æs calcinetur communi modo, tum ex ipſo E
cum acida mutta, ut decet, præparata, & alcoolisata, extrahes viridem animam in Baln. M. donec amplius menſtruum non vireſcat. Ipſum ſepara in Baln. quod relictū eſt reſolve in humido, proditq; in oleum Smaragdinum: ipſum circulato cum vini dulcedine, ut acrimoniam ipſius menſtrui totam abſtrahas, & habebis medicamētum præſtāntiſſimum ad ulcera phagedænica, chironica, cacoëthica, putridaq; omnia ulcera curanda, ſi cum butyro miſceatur. *Quercetanus.* F

### *Oleum Stanni.*

Oleum ex ſtanno trium guttarum inſtar ex vino potum, alvum ſine difficultate movet, humoresq; educit: oculis membrana obductis per pennam illitum opitulatur: morbum Gallicum, ex eoque orta vitia: item vulnera curatu difficilia, ulceraque maligna ſanat. Quinetiam ſtannum per ignem in calcem reductum levigatumque, ſingularem efficaciam in arquato, aſcite, & vermibus curandis obtinet, ad hunc modum præſcriptum:

℞. Stanni præparati ʒ j.
Sem. Colocynthidis, Plantaginis ana ʒ vj.

In pulverem rediguntur, miſcenturq;. hujus uncia datur ad lumbricos enecandos, expellendosque. In aſcite ſtanni lævigati ʒ ß. ſanguinis draconis ʒ ij. liquoris tapſi ℥ j. miſcentur, danturq; ʒ ß. pondere. Stanni in calcem redacti ℈ v. aliptæ moſchatæ ℈ j. bdellii ℈ ij. ſimul ſubiguntur, arquatoque infeſtatis exhibentur à ſcrupulo ad ſeſquiſcrupulum uſque. *Andernacus.*

### *Aliter.*

Stannum in calcem ſive cinerem redigitur, perfunditurq; aqua valida, & dum lapilli cryſtallini proſiliant, in ampulla ſinitur: deinde humor omnis per arenam modicè extillatur: poſtea acetum diſtillatum affunditur, & in balneo macerantur omnia, donec ſolvantur, horisq; decem aut duodecim coquūtur, & ubi refrixerint, quod clarum eſt, eximitur, deſtillaturq;: materiæ exiccatæ aliud acetum admiſcetur, coquiturque ut antea, donec omnis eliqueſcat: atq; tunc acetum ſtillare ſinitur: idque iteratur, uſquedum illa olei modo in fundo ſubſiſtat: quod dum adhuc calet, eximi debet, ne mellis inſtar fiat ſpiſſum. * Singulari quadam facultate ulcera & vulnera recentia adhuc, intra horas vigintiquatuor ſanare dicitur. *Andernacus.*

### *Oleum è Stanno.*

E ſtanno oleum elicitur in calcem redacto, & aqua forti ſoluto, ea ratione, ut lapilli gignantur: quos aceto ſtillatitio macerant, in aquæ repentis balneo: *inde acetum deſtillant, aliudque ſuperfundunt: mox macerant, inde detrahunt, dum in fundo maneat, ceu oleum:* * ad vulnera recentia, & ulcera citò ſananda efficaciſſimum. Idem in plumbi calce effici poteſt, ſed acui acetum debet. *Rubeus.*

### *Oleum Plumbi.*

Plumbum in calcem vel in cinerem aduritur, & ſuper hunc aceti optimi ſtillatitii, quantum ſatis eſt, funditur, maceraturq; per biduum in cineribus calidis: deinde hoc relictis fæcibus effunditur, & recens admiſcetur, finiturque, & eximitur ut antea. idq; toties repetitur, donec omnis dulcedo extracta fuerit: poſtea acetum quod collectum eſt, ampullæ inditur, & ex balneo diſtillatur uſque dum in fundo materia, ſive ſal plumbi album remaneat: quod in oleum tandem ſic deducitur. Sal plumbi in pulverē redigitur tenuiſſimum, ac in retorta vehementiori igne deſtillatur, quouſque ſpiritus omnes exierint, deinde aqua ab oleo per balneum ſeparatur, ac oleum in cucurbitę fundo colligitur. Libra una ſalis dat circiter ℥ ß. * Vulnera & ulcera quævis etiam deplorata intra dies paucos carne implet, ſanatque: oleo terebinthinæ permixtum ac membris convulſis, reſolutisq; inunctū, brevi ea reſtituit: tumorem ex calida intemperie natum ex oleo chamomelino & olivarum diſcutit: inflammationes quovis modo ortas, & ambuſta reſtinguit, ſi pannus cæruleus eo imbutus ſuperdetur.

Sunt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0364-6
DFG

Sunt qui hoc oleum granorũ trium aut quatuor pondere in colicis, aliisq; inteſtinorum doloribus, ex humore aliquo potui propinare ſoleant.

### *Oleum & Balſamum Saturni.*

℞. Plumbum optime calcinatum, ex quo cum cœleſti acido alcooliſato, præparato, ut decet, extrahes eſſentiam in Baln. M. idq; tantiſper facies, donec totum plumbum ſolvatur, & à lepra, & omnibus ſuis impuritatibus hoc modo expurgetur. Separato per Baln. menſtruo, quod remanebit in fundo vaſis, rurſus ſolves in vini alcoole tartariſato, & circulabis omnia ſimul per aliquot dies, ut menſtrui acrimoniam tantum auferas: & hoc modo conficies ex plumbo dulciſſimum ſaccharum & temperatum, ac noſtræ naturæ amiciſſimum, infinitis affectibus inſerviens. Id autẽ ſolvitur in oleum humidum, ad quævis ulcera maligna curanda præſtantiſſimum medicamentum. Ex ipſo etiã fit Balſamus precioſus ad ophthalmiam, & oculorum inflammationes, dummodò prius optime dulcoretur. *Sic facies de ſtãno: de Lithargyro: de Tuthia: de cadmia vera: de Spodio & Pompholyge: quæ omnia ita rectè poſſunt præparari, atq; mitia adeò reddi, ut citra morſum, maculas, & excreſcentias etiam oculorum tollant, inflammationes, doloresque ſummos ſedent:* ulcera omnia ſine dolore ullo curent, eaq; cicatrice obducant. *Quercetanus.*

### *Oleum Ferri.*

℞. Limaturæ ferri quantum vis. Imbibe urina, poſtea calcina toties in fornace reverberationis, donec impalpabilis reddatur, colorisque ſanguinei: tunc pone in cucurbitã vitream optimè lutatam: imbibas quoq; urina, & fac diſtillare more aquæ fortis per horas vigintiquatuor, ſemper ignem augendo: & habebis oleum ſpiſſum rubicundiſſimum. * Experientia illius olei: rubificentur laminæ cujusvis metalli, ſi extinguantur in iſto oleo, ſtatim accipient auri colorem. *Gallus quidam empiricus.*

### *Oleum Ferri, aliter.*

Ferrum vel Chalybs in reſinam ſive oleum rubicundiſſimum per aquam aluminis redigitur: vel ſi chalybs per acetum ſtillatitium *lævigetur* in pulverem, croco ſimilem*: atq; hinc ſal armeniacus octies aut novies elevetur: poſtea in oleũ reſolvatur, idemque aqua ſtillatitia diligenter lavetur, dum dulceſcat.* * Hoc oleum etſi majorem in Chymia, quàm in Medicina uſum habeat, feliciter tamen in alvi profluviis etiam trium aut quinq; guttarum inſtar cum olei nucis moſchatæ ſcrupulo dimidio ex vino rubro potui datur. *Andernacus.*

### *Oleum Martis.*

℞. Limaturam chalybis, quam ablues pluries cum muria, pòſt cum aqua dulci, tùm demum ſuperfunde acetum acerrimum, ut ſupernatet quatuor digitos: ſtent omnia ad Solem per aliquot dies, novum ſubinde infundendo acetum, quo limatura ſubtilietur: hanc reverberabis per

A diem integrum aperto vaſe, donec prodeat ut ignis in pulverem rubicundiſſimum, & leviſſimum, quo poteris uti. Vel ex illo, cum menſtruo ſuo acerrimo, aut vini ſpiritu optime præparato, elicies animam, ut ex ea conficias oleum: cujus guttula una tantum exhibetur cum decocto cõvenienti, aut permiſcetur cum aliqua conſerva aſtringenti. Eſt præſtantiſſimum medicamentũ ad diarrhœam, lienteriam, hepaticum fluxum, ad ventriculi corroborationem, & ad omnes hæ-

B morrhagias internas, & externas. *Quercetanus.*

### *Oleum Martis, aliter.*

Ex ipſo Martis balſamo, cum vini ſpiritu alcooliſato circulationibus conficies oleum rubicundum ad omnes *hæmorrhagias interiores*, & *viſcera nutritionis corroboranda preſtantiſſimum, ſi guttula conſervæ roſarum, aut ſymphyti permiſceatur, aut cum vino exhibeatur.* Hac etiam ratione conficies oleum Veneris. *Quercetanus.*

C

### *Oleum Croci Martis.*

℞. Limaturæ Martis q. ſ. ponatur in cucurbita vitrea, cui adde olei ſulphuris part. j. aquæ fontanæ part. iij. quæ cùm in arena calida ſoluta fuerit, exiccetur, donec rubicundiſſima fiat: mox oleo ſalis ſolvatur, rurſusque exiccetur: demum igne fortiori ſublimetur crocus. Quod ſublimatum eſt, ſuper lapidem porphyrium in cella vinaria collocetur, donec in oleum tranſeat. *A quodam Chymico.*

D

### *Oleum ferri.*

Solvunt aliqui ferri elimatam ſcobem aqua ſeparationis, ſeu quam fortem appellant, e chalcantho potiſſimum educta, qua abſtracta calcem illam ferri aqua communi toties abluunt, dum omni prorſus acrimonia deſtituatur. Exiccatæ calci, affundunt acetum ſtillatitium, & tepente balneo macerant: inde deſtillant: iterum affundunt, macerant, deſtillant: idque toties re-

E petunt, dum ferrum in fundo inſtar olei reſideat: ad ulcera manantia, & pleraque alia præſtantiſſimum: & ſi rectè temperetur, multò quàm ferrum ipſum efficacius, ad ea omnia, quæ à Dioſcoride, Galen. & Aëtio de ferro ſcribuntur, pręſertim languenti ſtomacho. *Hieron. Rubeus.*

### *Oleum Hydrargyri.*

Oleum hydrargyri fit, dum hydrargyrum ex calce fæcularum vini exiccatarum purgatur: deinde per chalcanthum, ſalem nitri, & alumen in

F altum elevatur: poſtea à vini ſpiritu correcto digeritur, donec in mucoſam pinguedinem tranſeat: hinc liquor abſtrahitur, & in arena igne fortiſſimo urgetur, quoad humor lactis inſtar extillet: hic iterum affunditur, & oleum albiſſimum ſuaviſſimumque, omnis erodentis facultatis expers provenit.* Omnium metallorum olea præſtantiſſima ſuperat: auri balſamo viribus reſpondet: ulcera & vulnera quævis purgat, implet & percurat: per os aſſumptum veſicæ, faucium, aliarumque partium abditarum exulcerationes perſanat: adhæc vi ſua penetratoria renum mor-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0365-2

bos per ſudores, urinamque diſcutit. *Andernacus ex Paracelſo.*

### *Oleum Mercurii corporale.*

Fac amalgama cum Mercurii crudi ℥ iv. & Jovis optimi ℥ j. Illud ipſum ſuper laminam Martis extendito, & in humido collocato. Totum in oleum diſſolvetur. Fit etiam cum ſolo Mercurio & lamina Jovis. *Quercetanus.*

### *Oleum Mercurii ſublimati.*

Mercurius cum chalcantho & ſale, ut moris eſt, ter ſublimatus, miſceatur ad extremum cum æquali portione ſalis ammoniaci, & rurſus ſublimentur ſimul ter aut quater. Totum illud ſublimatum in oleum reſolvitur, ex quo ſpiritus ſalis ammoniaci eximendus eſt, omnia circulando cum vini eſſentia: ipſaq; tamdiu deſtillando, donec oleum fervorem & acrimoniam amittat, & ammoniacus ſeparetur. Reducitur etiam per ſe in oleum lentiſſimo calore Athanoris, longoq; temporis intervallo. *Idem.*

### *Oleum Lithargyri.*

℞. Lithargyri pulverizati q. ſ.

Diſſolve per decoctionem in aceto forti, pluribus vicibus, ſucceſſive: deinde evapora acetum ad ignem, & remanet oleum nigrum in fundo, quod diſſolvatur cum aqua calida per agitationem cum baculo parvo & mundo: tunc diſtilla per linguam laneam, & remanet oleum in fundo, quod ab aqua ſeparatum, eſt ſingulare. * Mirabile eſt in delendis maculis, panis faciei, & ſubtiliat cicatricem, & rubedinem eorum delet. *Geſnerus ex libro manuſcripto.*

### *Oleum Auripigmenti.*

Auripigmentum cum duplo ſalis nitri pondere conteritur: deinde carbonibus ſub dio accenſis catinus imponitur, ſinitur que dum excandeſcat: huic poſtea Chymicus aſſiden, auripigmentum immittit: quod lento igne liqueſcere ſinit, donec non ampliùs ebulliat: mox rurſus tantum injicit, deinque ut priùs exurere permittit: hoc tamdiu agit, uſq; dum ſatis injectum fuerit: atq; tunc conſumpto jam ſale nitri, igne vehementiore per horas quatuor aut quinq; urget, quoad auripigmentum in fundo, butyri inſtar, liquefactum reſideat, refrigeratumq; aërio nitore inalbeſcat: pòſt conteritur, imponiturq; marmori, & in loco humidiore ad liquorem reſolvitur: qui tandem ſingulari artificio ex ampulla diſtillatur. * Hoc cum melle illitum craſſitiem extenuat: terebinthina exceptum elephantiaſim abigit: ani ulceribus, & iis quæ cicatricem ægrè ducunt, prodeſt: purgat, extrahit, ſiccat, ſuppurationes diſcutit: adipi aut oleo commixtum, concoquendi emolliendique vim obtinet, cruſtas urendo excitat: quæ excreſcunt, reprimit: pilos evellit: reſina exceptum, alopecias explet: phthiriaſi medetur: narium, oriſque ulceribus, & puſtularum eruptioni cum roſaceo conducit: ulcera ſerpentia & maligna ad cicatricem perducit: carnoſas partium excreſcentias abſumit, oculorum cicatrices emendat, & lachrymas ciet: callos, ſordidaq; ulcera purgat: inveterata, & manantia, quæ cicatricem non admittunt, nec non fungis ſimilia ſanat: luxuriantem carnem conſumit, cava explet: contra graveolentia narium ulcera auxiliatur. In ſumma, fiſtulis, carbunculis, gangrænis, nervis præciſis, ramicibus humore contractis, carcinomati & fluxionibus ſubvenit, ſive unguentis, ſive linimentis & oleis miſceatur, vel ulcerum labia bis térve eo circumlinantur: quòd ſi ulcus idipſum fluere incipiat, & cruſta obducatur, hæc unguento ex butyro majali (quod calidum ſuper aquam fabarum, & decoctum lupinorum ſigilliq; Salomonis effuſum ſit) perunctа reſolvitur. Quinetiam ad ulcera & vulnera hunc in modum uti licet: Olei auripigmenti, olei myrrhæ, terebinthinæ ſingulorum ℥ ij. ad ulcera quævis purganda, & carne implenda miſcentur applicanturque. Sic olei arſenici, hydrargyri utriusque ʒ ij ß. olei ex vitellis ℥ j. terebinthinæ lotæ ℥ ij. lithargyri acetoſi ℥ ß. ſubiguntur, & cancro, fiſtulis, ulceribusque narium expedite curandis bis quotidie adhibentur: vel olei auripigmenti ʒ ij. olei vitellorum ʒ x. terebinthinæ diſtillatæ ʒ j. miſcentur, imponunturque ulceribus. *Andernacus.*

### *Oleum Arſenici.*

Arſenicum qualitate ſua maligna, & acrimonia venenum eſt. Prava vero illa qualitas in ſpiritu, ſive in aura illa fœtida, & atro fumo, quem minimo calore emittunt, conſiſtit: at acrimonia in ſolo ſale. Igitur prorſus fixanda eſt. Fixatione enim, ut etiam in capite de præcipitato diximus, venenum omne ex ſpiritibus, ut Arſenico, Mercurio, Auripigmento, & reliquis adimitur: acrimonia verò pellitur, ſalis extractione: quod propriis fit ablutionibus. Verùm hujus Arſenici præparatio hujusmodi eſt: Arſenicum ter ſublima cum ſale præparato, & lacerta rubra, & ſtomomatis ſcamate, ut ipſum purifices: quod deinde cum terrea muria fixabis, dando ignem per gradus, vigintiquatuor horarum ſpacio: fietque maſſa nive candidior & perlarum referens colorem, quam in calida ſolves, ut alkali inde extrahas: remanebit autem in fundo pulvis albiſſimus, quem exiccatum fixabis cum æquali pondere olei inceratìvi ex talco confecti, eaq; omnia in reverberio colloca per diem integrum: rurſus in calida ſolve, ut remaneat pulvis albiſſimus, fixus, & dulcis, qui fluet in humido in oleum pingue, butyri inſtar, anodynum. Nam quemadmodum Arſenicum, ſi non præparetur, dolorificum eſt, & qualitate ſua maligna venenum: ſic contrà fixatione hanc amittit, & doloris eſt prorſus expers, ac venenatis curandis vulneribus conducens medicamentum, ſi hujus admiſceatur uncia una cum duabus unciis olei myrrhæ. Nonnulli etiam Arſenicum ter ſublimant cum calce fixa, & colchotare, idq; diſſolvunt in aqua ſtygia fixatoria, & convenienti, diſtillantq; aquam à fæcibus multoties, tum demum caput

mortuum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0366-8 DFG

mortuum reverberant : quod prodit in pulverem albiſſimum, & fixum: à quo extrahitur alkali cum vini alcoole, & ſic dulcoratur. Hujus medicamenti uſus eſt ad fiſtulas, & cancros curandos. *Quercetanus.*

### *Oleum Talci.*

Talci libra catillo imponitur, & in igne luculento horis quatuor excandeſcere ſinitur: deinde ubi refrixerit, fornaci, in quo panis jam coctus eſt, immittitur, & refrigeſcere modicè permittitur: poſtea eximitur, humectaturque oleo olivarum, & fictili inditur, atque per deſcenſum oleum extillatur. * Valet ad ulcera putrida ſordidaq; curanda, eorumq; tumores diſcutiendos, & dolores leniendos. *Andernacus.*

### *Oleum Talci, aliter.*

Ex Talco ritè & artificioſè calcinato elicitur anima cum aceto deſtillato: hæc ipſa reſolvitur in oleum precioſum, humido in loco collocatum. *Quercetanus.*

### *Oleum Calcinum.*

Calx integra oleo communi reſtinguatur, alembico vitreo diſtilletur, & manabit oleum. *Ad oſſa corrupta valet. *Sylvius.*

### *Idem, aliter.*

*Calcis vivæ* fruſtum integrum infundatur in *oleo* communi, donec calx in pulverem reducatur: tum deſtilletur in alembico vitreo, & emanabit oleum calcinum. *Leonardus de Pradapalta.*

### *Oleum de lateribus.*

℞. Laterem aut tegulam ruffam antiquiſſimam, ex ruffo luto ductam: eam confringe in fruſta mediocria, & in prunis urito, donec tota excanduerint: deinde è prunis exempta fragmẽta reſtinguito in oleo claro veteri, & dimittito quouſq; ſe oleo impleverint: poſtea oleo exempta in tenuiſſimum pulverem contundito, atque in retortam aut cucurbitam vitream indito, & ſecundùm artem luto chymiſtico juncturas vitrorum claudito, & ſubtus accenſis prunis oleum elicito, & elicitum reponito. * Convenit omnibus morbis frigidis. Eſt enim calidum penetrativum, reſolutivum: mollit dura, & diſcutit tumida: opitulatur qui patiuntur epilepſiam, vertiginem, oblivionem, paralyſim, ſpaſmum, dolorem dorſi, genuum, podagram, vel alios juncturarum & nervorum morbos: medetur ſpleni, veſicæ, & renibus. *Meſues.*

### *Oleum cryſtallorum.*

Cryſtalli ſubtiliſſime conteruntur, & vel ęquali nitri, vel duplo ſulphuris pondere commixti in calcem aduruntur: hæc deinde ex aqua pluviali ſtillatitia lavatur aliquoties: rurſusq; ſiccatur: poſtea ſpiritu vini perfunditur, maceraturq;: tum extillatur rurſus, & quod in fundo remanet, iterum calcinatur, lavatur, deſtillaturque toties, donec in vino eliqueſcat nivis inſtar: tandem in coquendo ſal provenit, quod in loco humido reſolvitur in liquorem. * Hujus drachma dimidia potui aſſumpta, ſingulare eſt remedium ad re-

A num & veſicæ calculos atterendos, comminuendos, expellendosque, & urinam promovendam. Atq; ad hunc modum oleum ex omnibus gemmis paratur. Ex Sarda quidem & Hæmatite ad ſanguinis profluvia: ex Sapphyro, ad inſaniam, peſtilẽtiam, carbunculum, cordis palpitationem: ex granatis autem, ad tremorem ejus, ſputumq; ſanguinis. *Andernacus.*

### *Oleum è lapide Pyrite.*

Lapidem Pyritem, ubi prunis incanduerit, in
B oleum vetus projiciunt, idque quinq; aut ſex vicibus repetunt: inde lapidem optime tritum, vitreo vaſe diſtillant, & ubi manare liquor ceſſaverit, fæces conterunt, illisq; eductum liquorem ſuperfundunt, mox deſtillant: & quò ſæpiùs id effecerint, eò efficacior reddetur qui elicitur humor, ad offuſam oculis caliginem, & ſuffuſionẽ admodum laudatus: ſed non imprudenter adhibendus eſt, cùm ſit vehemens, & oleum oculis inimicum habeatur. *Hieron. Rubeus.*

## C DE OLEIS EX ANIMALIBUS, & eorundem partibus.

### *Oleum ex ſanguine humano, & cervino.*

Sanguinis hominis ſani & juvenculi, vel cervi jam capti dum adhuc calet, ampullæ incurvatæ inditur, & igne ex cineribus urgetur, quoad omnis extillarit aqua: deinde ampulla refrigeſcere ſinitur, lutoq; obducta, in arenam locatur, & alio vaſe quod excipit appoſito, ignis augetur, donec
D oleũ emanare deſierit: hoc poſtea in aqua calida corrigitur macerãdo, ſeparandoq;. Sal quod inter diſtillandum lateribus vaſis adhæreſcit, cum oleo abluitur, & vitro conditur. Alii ſanguinem pellicano, quod appellant, infundũt, & in balneo digerunt, dum tertia pars vaſis adimpleatur: deinde ex eodem balneo aquam à ſubjecta materia abſtrahunt: poſtea ſedimentũ ex ampulla incurvata diſtillant novies. * Oleum ſanguinis humani, ad comitialem morbum, alioſq; infinitos hu-
E mani corporis affectus abigendos efficax. Oleum verò ſanguinis cervini, ſingulare in podagra diſcutienda eſt remedium. *Andernacus.*

### *Oleum ex oſſibus humanis.*

Ex oſſibus magnis mortuorum hominum, cõcidantur fruſtatim: ſine, ut excãdeſcant in igne: ignita pone in caſſula aut olla, in qua ſit oleum cõmune antiquiſſimum, & ea extingue: & quamprimùm injeceris fruſtum in ollam olei, mox illicò operculo claude, ut vidimus in oleo Philo-
F ſophorum. Hæc oſſa aliquot horis imbibita contunde per ſe (abſque illo oleo quod ſuperfuit in olla) & pone in cornutam, & deſtilla ut oleum Philoſophorum: ſerva, ac utere. *Res magna eſt ad omnes dolores juncturarum. *Euonymus.*

### *Oleum ex maxillis equorum.*

Maxillæ equorum in pulverem rediguntur: is aqua modica humectatur, & igne luculento urgetur eò uſq;, donec oleum craſſum & fœtidum effluat. Hoc aqua calida perfunditur, & ex cinere aliquoties extillatur: * peculiare in doloribus

podagricis ſedandis remedium. *Andernacus.*

### *Oleum ex cornubus cervinis.*

Cornua in menſe Auguſto collecta, lima in ſcobes rediguntur, coquunturque ex aqua, quod ſatis eſt: deinde per balneum aqua detrahitur: poſtea illi eximuntur, laterumq; fruſtulis adjectis ampullæ incurvatæ induntur, & ex arena oleum clariſſimum evocatur, quod ſingulari artificio colligitur. *Andernacus.*

### *Eſſentia cornu cervini, monocerotis, oſſium de corde cervi, & Eboris.*

Oſſa vel comburuntur, vel decoquuntur cum vehiculis convenientibus, ut ex ipſis tandem elici poſſit purior eſſentia cum vini ſpiritu: quod fiet eadem methodo, qua Cranium humanum, ſuo loco, præparandum eſſe ſcripſimus. Igitur ſic extrahes eſſentiam ex oſſe cordis cervi, quod hominis cor quadam ſubſtantiæ ſimilitudine roborat, & ad cardiacam affectionem, ſyncopenq; inprimis utile eſt. In eo differt ejus præparatio C à ſuperioribus, quòd cum alcoliſato Chelidoniæ ſpiritu fiat, tanquam cum proprio menſtruo. Pro illo oſſe in eoſdem uſus cornu cervi ſubſtituitur, cujus eſſentia cum Hypericonis alcoole extracta, infantulis, lumbricis laborantibus exhibetur. Cornu Monocerotis, omnium præſtantiſſimum, eodem modo præparabis: tuetur enim cor & omnem veneni vim obtundit: peſtilentibusque morbis confert. Proprium ipſius menſtruum eſt alcool Meliſſæ. Ebur etiam ſic præ- D paratur, cujus vires ſunt, cordis robur tueri, & conceptionem juvare. *Quercetanus.*

### *Oleum ex calvaria humana.*

Calvaria in pulverem cõtunditur: is vino ſtillatitio, vel aqua betonicæ irrigatur paululùm: deinde vaſi fictili vitreato imponitur, quemadmodum ſuprà de lignis diſtillandis diximus: & per deſcenſum ſuper aquam pæoniæ, quæ ſubjecto vaſi infunditur, oleum extillatur. hoc poſtea E in fimo digeritur, corrigiturq;: & per cineres calidos rurſus evocatur, dum clarũ fiat. * Peculiare ad morbum comitialem auxilium. *Andernacus.*

### *Oleum Cranii humani.*

Elimantur primò tria aut quatuor oſſa cranii, aut conteruntur ferreo piſtillo, cùm difficile admodum terantur, & in recurva cucurbita ponũtur, ſexq; diebus fimo equino aut balneo calentis aquæ obruuntur, deinde per retortam, igne primùm mediocri, mox vehementi. Oleum poſt F aquam exit colore quidem aureo, ſed tetro odore: quod doloribus etiam ventris, coli præſertim, maxime laudatur. *Rubeus.*

### *Eſſentia Cranii humani.*

℞. Raſuram Cranii hominis non humati, cui affunde ſpiritum vini ſalviati, ut ſupernatet ſex digitos, digerantur ſimul in balneo per dies quatuordecim, vaſe clauſo, deinde deſtillentur per retortam, dando ignem per gradus, more aquæ ſtigiæ, rurſus infunde diſtillationem capiti mortuo prius contuſo, putreſiant per dies octo, & de-

A ſtillentur, ut priùs, idq; ter facias. Demum circulentur omnia ſimul per aliquot dies, ſeparatoque tuo ſalviato menſtruo, in fundo remanebit cranei eſſentia, coaguli inſtar: cujus exhibeas ℈ ß. cum aqua florum tiliæ in paroxyſmo, & ante paroxyſmum epilepticum. *Quercetanus.*

### *Eſſentia Cranii hominis, aliter.*

℞. Raſuram non humati cranii: decoque cum meliſſæ ſpiritu, & betonicæ decocto, effunde ſeorum aquam, iterumq; novam affunde, donec B nulla vis cranii amplius remaneat. Tum aquas omnes in Bal. M. evapora. Remanet in fundo coagulum, quod iterum reſolve, evapora, & coagula, tantiſper dum igne lentiſſimo materia in fundo remanens, ſublimari poſſit. Hoc ſublimatum multum confert epilepticis, & alvum ſine perturbatione (quamvis copioſe) movet. *Idem.*

### *Tinctura Mumiæ ſiccæ.*

℞. Mumiæ electæ, contuſæ, & in fruſtula diſſectæ ℔ j.

C Spiritus vini alcooliſati, Terebinthinati clari menſtrui ana ut ſupernatet 4. digitos.

Indantur omnia convenienti matratio hermeticè clauſo, & putreſiant in calore primi gradus per quindecim dies, donec menſtruum inſtar rubini tingatur: ſeparabis per balneum menſtruũ, quod reſervabis ad eoſdem uſus, & in fundo remanebit tibi mumiæ ſiccæ vera tinctura, quam circulare poteris, ſi voles, cum vini ſpiritu per aliquot dies, & hac ratione puriorẽ ex ipſa mumia eſſen- D tiam elicies: quæ ſummopere conducit ad curationem omniũ venenorũ per ſe: aut ſi cum theriaca permiſceatur, *in peſte præſtantiſſimum eſt remedium, quod ſatis laudari non poteſt.* A' corruptione omnia corpora tuetur: cõmode etiam ad curationẽ phthiſis, & Aſthmatis exhibetur, ſi cum conſerva helenii, & violarum permiſceatur: prodeſt etiam pluribus aliis affectibus. Fæces vero quæ remanent, ad ſedandos dolores pro topicis in unguentis apponuntur. *Quercetanus.*

### *Tinctura Mumiæ liquidæ.*

℞. Mumiæ liquidæ puræ & electæ, Alcoolis vini ana ℔ j.

Mixtis optimè, & vitro inditis, digerãtur in fimo calenti, aut Bal. M. per duodecim dies, pòſt diſtillentur, ut decet, reiterata bis deſtillatione: rurſum digerantur per xx. dies, & diſtillentur tertia vice, relinquatur deinde vas in calore Balnei, aut fimi, donec binæ eſſentię percipiantur, una aurei F coloris, & albi altera. Hæ eſſentiæ eligantur, circulenturq; cum ſimili menſtruo, in pellicano per plures dies, ſeparando ſemper fæces, & impurum à ſubtili & puro, reiteratis digeſtionibus, & rectificationibus, præſtantiſſimum medicamentũ fiet. Hujus exhibetur ℈ j. ſingulis menſibus in plenilunio Epilepticis. Morbum enim mitigat, & pellit, eſtq; illius proprium alexipharmacum: ſanguinem quoque purificat. *Idem.*

### *Tinctura Mumiæ recentis.*

Mumiam autem recentem, & electam ſcinde per minima quantum fieri poterit: indatur matratio

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0368-9
DFG

tratio oblongo collo, affundendo menſtruũ oli- A
varum: putrefac omnia per menſem integrũ, va-
ſe clauſo hermetice, ut fiat ſolutio. Deinde aper-
to vaſe, transfunde materiam cucurbitæ vitreæ,
quam collocabis in Baln. M. ut vaſe aperto exha-
let Mercurius, quod fit cum incredibili fœtore:
ſic remaneat, donec nullus exeat fœtor, & Mu-
mia tota diſſoluta ſit. Solutionẽ infunde in aliud
vas, quod ſupereſt, digeratur denuò in Baln. M.
donec prodeat in oleum craſſum, & fuſcum in-
ſtar ſyrupi. Quo facto, circulabis omnia cum vi- B
ni ſpiritu optimo in Baln. M. per xx. dies: ſepara-
to tandem ſpiritu, remanebit in fundo rubicun-
dum & odoriferum oleũ, omnes Balſami natu-
ralis habens proprietates: quodq; venenatis o-
mnibus, & peſtilentibus affectibus valdè condu-
cit. Cape hujus ſic præparatæ Mumiæ ℥ ij. vini al-
coolis optimi ℔ j. Circulentur in vaſe circulato-
rio per menſem integrum: Menſtruũ deſtilletur
per alembicũ: denuò digerantur in vaſe herme-
ticè clauſo, atq; ut ſuprà quater reitera, donec ſui C
corporis naturam omnimodò materia prædicta
amittat, & in tincturã prodeat: *quæ quidem tan-
ta pollet facultate vivifica, ut nulla ſit particula,
quam ipſa non penetret, nullum ulcus, nulláve
corruptio, quam non curet, ſi ipſius exhibeas bis
quotidie per aliquod tempus grana quatuor*, aut
*quinque* cum decocto convenienti. *Idem.*

### *Oleum ex ſtercore humano.*

℞ Stercoris puerorum, vel hominis rubei, q. ſ.
Diſtilla bis in alembico vitreo, & oleum emana- D
bit: quod repone. * Curat cancrum, & mortificat
fiſtulam: confert alopeciæ, &c. *Euonymus.*

### *Oleum ex ſtercore humano, aliud.*

Oleum, quod poſt ſtercoris ſtillatitiam aquam
ab organo emanare ſolet, carcinomata, ſinus,
aliaque ulcera, quæ Græcis cacoëthe dicuntur,
etiam valentiùs ſanat. *Matthiolus.*

### *Oleum ex taxo.*

℞. Taxum, cui corium detrahe, abſciſſoq; ca- E
pite & pedibus, & rejectis interioribus, in ollam
inferiùs perforatam pone: quam alteri ollæ im-
pones. Ollam inferiorem in terram abſcondas, &
altera impoſita olla, utramque optimè claude in
commiſſura, ne quid tranſpiret: idq; facies etiam
parte ſuperiore ollæ ſuperioris. Quo facto, ignis
fiat ex carbonibus circumcirca, ita ut pinguedo
omnis ex ſuperiori olla in inferiorem diſtillet:
ubi totum diſtillarit, quod conjecturare licet,
* ad membra contracta ex nervorum retractione F
valet. *Geſnerus è libro Germanico.*

### *Oleum de ranis.*

Ranas virides in arboribus, vel aquis puris de-
gentes in vas fictile vitro illitũ, multisq; exiguis
in fundo foraminibus pertuſum, conjicito: ea-
rumq; ora butyro impleto: vas, ne quid exhalet,
luto diligẽter oblinito, & cooperito: cui alterum
effoſſa terra concluſum ſupponito, ignẽ in am-
bitu ad diſtillandum accendito: oleum ſeu li-
quorem illum ſtillatitium colligito: & cum pul-
vere ranarum viridium, ſi vis, ad linimentum cõ-
ficiendum miſceto. * Cancrum abſumit. *Anton.
Chalmeteus.*

### *Eſſentia Viperarum.*

Menſe Junio cape quatuor aut ſex viperas, ex
quibus & caudam, & caput abjicies, cutem inte-
ſtinaq; detrahes: carnem vero minutim præci-
ſam, indas cucurbitæ vitreæ, per tres aut qua-
tuor dies, ut in calore Balnei vaporoſi, vel fimi
calidiſſimi ſudorem ipſarum pellas: (cave tamen,
ne fumi hujus aërem è viperarũ exhalatu vitia-
tum, & venenoſum inſpires.) Quofacto, ſuper-
funde ſpiritus vini alcooliſati, & terebinthinati
ſolutivi ana ut ſupernatet octo digitis: digerãtur
vaſe occluſo hermeticè in Baln. M. vel fimo cali-
diſſimo xij. dierum ſpatio, donec tota caro vipe-
rarum diſſolvatur in prædicto menſtruo: abjectis
*fæcibus, ſeparetur menſtruum in calore Baln.* &
*fiet coagulum*, cui denuò affunde ſpiritum vini
Caryophyllatum: fac circulentur in pellicano
x. dierũ ſpatio: & ſeparato menſtruo, remanebit
caro viperarum optimè præparata, ac eſſentifi-
cata, cui miſce ſub blandum ignem, olei anethini,
& cinnamomi ana ℈ j ß. eſſentiæ croci, & mar-
garitarum ana ℈ j. cum mucagine gummi tra-
gacanthi finge pilulas: vel ſi vis, cum pane tri-
titio arido, & trito, more veterum paſtillos. Hu-
jus medicamenti exhibetur ℈ j. ad lepram, peſtẽ
& ad omnes venenatos affectus. Ex viperarum
cute, aut etiam ſerpentum ſpoliis exiccatis, &
præparatis ſecundùm artem, pulvis vulneribus
ſerpentum, & beſtiarum virulentatum appoſi-
tus multùm confert. Item vulneribus cancroſis,
& malignis curandis. *Quercetanus.*

### *Oleum Scorpionum.*

℞. Olei antiqui quantum ſufficit.
Pone in eo de ſcorpionibus, menſe Julio colle-
ctis quot habere poteris. quibus adjunge
Diptamni albi, Abſinthii, Betonicæ, Verbenæ,
Roriſmarini ana quantum ſufficit.
Stent omnia per plures dies ſimul in infuſione:
poſtea in alembico diſtilla, & diſtillatum ſerva.
*Geſnerus.*

### *Oleum Caſtorei.*

Caſtoreum in aceto diſſolvitur, aut ex vino
ſtillatitio maceratur, & igne lento oleum excil-
latur: hoc poſtea ex aceto corrigitur. Inter di-
ſtillandum interdum materia operculo adhære-
ſcere ſolet, caphuræ inſtar: hæc carbone canden-
te admoto, liquatur. * Egregium eſt oleum ad
membra reſoluta, & ea quæ alimentum non ſen-
tiunt: Venerem excitat: colicos dolores ſedat:
uteri ſtrangulatum diſcutit: partes naturales ro-
borat. *Andernacus ex Euonymo.*

### *Eſſentia Moſchi, Zibettæ, & Caſtorei.*

Ex Moſcho, qui languidas partes firmat &
roborat, lipothymiamque & vires reſolutas ſar-
cit, extrahitur precioſa quædam eſſentia cũ vini
ſpiritu terebinthinato, tanquam cum proprio ſuo
diſſolutivo. Sic ex Zibetta, Caſtorei quoq; eſſen-
tiam extrahes eadem ratione: cujus guttula,
tremori, convulsioni, & omnibus nervorum vi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0369-8

tiis, ſumma cum utilitate exhibetur, cum decocto fiorum anthos, ſalviæ & betonicæ. Et foris apponitur in convulſione, præſertim ſi fiat non ex inanitione, ſed plenitudine, & quando, quæ in nervis continentur præter naturam, evacuare oportet. * Cum aqua pulegii menſes movet, partus & ſecundas ejicit: optimque alias mortiferum emendat. *Quercetanus.*

### *Oleum ex luteis ovorum.*

Lutea ovorum centum priùs cocta injice in cucurbitam: ſubjice ignem per gradus. Primò aqua exibit, pôſt oleum flaveſcens aquæ ſupernatans, poſtremò oleum craſſiuſculum. Aqua maculis omnibus prodeſt: olea autem doloribus ſedandis conferunt. *Idem.*

### *De oleis pinguedinum & axungiarum.*

Ex animalium omnium axungiis Chymiatri olea extrahunt per alembicum æneum igne lentiſſimo, in quibus major reperitur vis attenuandi, reſolvendi, & leniendi, quàm in ſolis axungiis non præparatis, quòd videlicet ſubtilium & tenuium partium magis reddantur. Sic extrahuntur olea ex axungiis Hominis, Taxi, Urſi, Vulpis, Cervi, Cati, Anguillæ, Capi, Gallinæ, Anſeris, Anatis, Vituli, Porci, & ex omnibus medullis, quę omnia reſolvunt, leniunt & multis affectibus curandis proſunt. Ex Butyro eodem modo extrahitur oleum valdè anodynum ad eosdem uſus & dolores omnes ſedandos. *Quercetanus.*

### *Oleum butyri & lardi.*

Butyrum priùs in vino albo liquefactum injiciatur in alembicum, ſubjiciaturq; ignis mediocris. Deſtillabit oleum valdè anodynum. Ex ℔ j. habebis ℥ x. Sic facies laridi, & axungiarum omnium. *Quercetanus.*

### *Oleum Butyri.*

Butyrum deſtillatum majorē tenuitatem acquirit ac penetrationē, qua expectorare humores, pulmonemq; expedire, & coquere etiā cruda poſſit. Deſtillatur autem cucurbita retorta, cùm parum poſſit aſcendere: faciliusq; aſcendit, cùm aliis rebus jungitur, ut ii faciunt, qui nimia macie extenuati pingueſcere ſtudent. Accipiunt enim butyri recentis ℔ ij. anatis & capi carnem, quæ in ℔ xiix. aquæ ad dimidias decocta fuerit, unà cum ipſo jure, in quo albiſſimi panis medulla infunditur, modicoq; ſacchari adjecto, vitreis organis aquam eliciunt: pleriq; plura addunt, ut res magis minúsve poſtulat. Ipſæ etiam mulieres ſtillatitio butyro faciem, manus, pectusque inungūt, ut ne rugas contrahant, cutemq; emolliant: tametſi ipſę quoq; oryzam in pedum vitulorum jure decoctam, panisq; micam lacti infuſam, ovorumque candida cum corticibus, & hujusce generis nonnulla adjungunt, ſimulque deſtillant, ut juventutis ſpeciem mentiantur. Plurimùm autem ſtillatitius butyri liquor venenis, præſertim erodentibus adverſari creditur, quòd ob tenuitatem penetret, facileq; cum veneno miſceatur, & ejus acrimoniam, ac malignitatem, motumq; ob pinguedinem, atq; unctuoſitatem

A compeſcere poſſit. * Ad nervorum ulcera, & vulnera utiliter etiam adhibetur. *Rubeus.*

### *Oleum mellis.*

Mel cum favis vaſi fictili imponitur, & in fimo equi calido maceratur, dum cera à melle ſeparata ſupernatet: qua ablata, melli ſilices minutiſſimi permiſcentur, & ampullæ induntur, diſtillaturque primùm aqua acerrima, deinde oleum. * Singulare eſt ad podagricos dolores ſedandos, vulneraq; curanda, remedium. *Andernacus.*

B

### *Oleum & aqua mellis.*

Ex melle in vitreum alembicum impoſito aquā eximiam primùm elicies per Baln. M. pôſt capiti mortuo, aut fæcibus relictis, arenam vel ſilices calcinatos addes, ne regurgitet materia, quam per retortam vitream pelles, ſubjiciendo ignem per gradus: ita deſtillabit oleum pellucidum & flaveſcens ſimul cum oleo craſſo, & impuro. Omnia digerantur per quatuor aut quinq;
C dies: pôſt rurſus deſtillentur per alembicum intra arenam, manabitque oleum purum, & rubicundum aquæ ſuæ ſupernatans. Hæc aqua aciduliſſima eſt propè ad inſtar aceti diſtillati: & plurimùm adverſus gangrænam conducit. Oleum autem, quod inſtar aquæ vitæ ardet, vires habet admirandas, præſertim ſi per dies aliquot circuletur cum vini ſpiritu. Separato enim illo poſtea, remanet oleum dulce & gratiſſimi ſaporis, vulneribus ſclopetariis, & phagedænicis ulceribus
D plurimùm conducens. *Quercetanus.*

### *Aliud oleum mellis præſtantiſſimum.*

℞. Mellis à ſua cera non ſeparati ℔ ij.
*Tartari in pulverem redacti* ℔ j.

Putrefiāt ſimul in fimo quindecim dierū ſpacio, & deſtillentur per retortā. Emanabit primò aqua candida, tum flaveſcens. Hanc redde capiti mortuo, & putrefiant rurſus per quindecim dies. Pôſt depelle iterū per retortam, idq; ter facito: ac tum oleum mellis præſtantiſſimū conſequêris. *Idem.*

E

### *Oleum ceræ.*

Ceræ novæ odoratę, in ſartagine liquatæ, permiſcetur arenæ à pulveribus repurgatæ quod ſatis eſt: ubi refrixerit, ampullæ erectę imponitur, & igne primùm lento, poſtea auctiore urgetur dum nihil effluat. * Præſtantiſſimum eſt oleum, ad dolores præſertim podagricos ſedandos, vulnera ulceraq; curanda. Ex gummi elemi, eodem modo quo ex cera oleum precioſiſſimum elici-
F tur. Similiter etiam ex pinguedinibus animalium olea parantur. *Andernacus ex Euonymo.*

### *Oleum ceræ, aliter.*

Ceræ oleum ad reſolvendum, & attenuandum conducit: ſcirrhoſis, frigidisq; omnibus affectibus confert. Debet priùs liquari ad ignē, donec nullos ampliùs crepitus emittat, antequam vaſi imponatur. Si ad ſingulas ℔. addideris ſalſuginis terræ priùs exiccatæ ℔ ß. extrahes prima vice oleum candidum aquæ ſupernatās. *Quercetanus.*

### *Aliter.*

Liquefiat ad ignē cera, & decoquatur cum vino ad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0370-9 DFG

no ad conſumptionem ipſius: idque tandiu, donec nullos crepitus amplius edat. Hujus ſic præparatæ

℞. Ceræ ℔ j.
Aluminis calcinati ℔ ß.
Salviæ M. j.

Injiciantur omnia in alembicum cupreum, cui receptaculum ſit ſubjectum, & deſtillentur igne mediocri. Prodibit primò craſſiuſculum oleum, quod rurſus deſtillandum eſt, ut antea, idq; ter iterandum: atq; ita fit oleum Ceræ præſtantiſſimum ad omnes nervorum affectus. Eodem modo ex reſina, & pice oleũ conficitur. *Quercetanus.*

### *Aliter.*

Eliquata cera in aquam communem projiciatur: idq; ad octo aut decem vices repetatur, manibus ſemper agitando, macerandoq;: inde retorta cucurbita, abſque cineribus lento igne eliciatur oleum: quod cùm primò exeat butyri modo, quinquies, ſexiésve eſt repetenda deſtillatio, dum oleum exeat, quod non concreſcit, nec cogitur: atq; id ſignũ perfecti olei, repetitis deſtil-

A lationibus expectandum eſt. Confert doloribus ſtomachi, & præcordiorũ, tuſſi, humoribus craſſioribus è pectore expurgandis, vulneribus quoq; cruentis, & partium nervoſarum optimè conducit. Sunt qui, ubi mel ac cera diligenter ex apibus expreſſa ſunt, apes ſiccant, & cum cera miſcent, oleumq; deſtillatione eliciunt, podagricis utile. Ut tamen oleum è cera efficacius ad ulcera habeatur, pleriq; eliquatam ceram, vino albo gene-
B roſo ſepties, octiesq; extinguunt: nam magis vinum extenuat, & ad partium ſeparationem conducit, eodemq;, uti ſuprà dictum eſt, modo oleũ deſtillant. Ceram alii eadem ratione eliquatam, in urinam conjiciunt, laterumq; pulverẽ addunt, ac recurva cucurbita, optimè ſtipatis rimis, deſtillant, moderato primum igne, mox auctiore, vulneribusq; magno ſucceſſu imponunt, præſertim ubi ter repetita fuerit deſtillatio, ſingula deſtillatione, quod manat oleum, ſeorſim aſſer-
C vantes. Alii ad ceram adjungunt thus, myrrham, & aloem, æquis portionibus, & oleum eliciunt ad ulcera, ac vulnera optimum. *Rubeus.*

## *De Balsamis, Sectio XIX.*

### *Balſamum artificiale.*

℞. Terebinthinæ finiſſimæ ℔ j.
Olei laurini ℥ iv.
Galbani ℥ iij ß.
Gummi Arabici ℥ iv.
Thuris, Myrrhæ, Gummi hederæ,
Ligni aloës ana ℥ iij.
Galangæ, Caryophyllorum,
Conſolidæ minoris, Nucis moſchatæ,
Cinnamomi, Zedoariæ, Zingiberis,
Dictamni albi ana ℥ j.
Moſchi, Ambræ ana ʒ j.

Contundantur omnia ſimul, & retortæ imponantur. quibus adde

Aquæ vitæ optimæ ℔ vj.

In aqua vitæ madefiat pannus, qui accenſus imponatur retortæ, ut aqua ardeat, commiſcendo materiam, ſicq; relinquantur omnia in infuſione novẽ diebus, ac tandem in cineribus fiat diſtillatio: ita diſtillabit aqua candida*, unà cum oleo, ſemper procedendo cum igne lento, donec colorem olei mutatum animadverteris ad nigredinem quandam. Quo viſo mutetur recipiens, & adaucto igne diſtillatio perficiatur. Finita diſtillatione, aqua ab oleo ſeparanda, & ſingula ſeorſim ſervanda: id quod etiam de prima aqua eſt intelligendum. Aqua prima candida, vocatur aqua balſami: & oleum primum ſeparatum, dicitur oleum balſami. Secunda aqua nigricans, vocatur mater balſami: liquor verò ſeparatus ab aqua nigra, eſt id, quod balſamum artificioſum vocant: quod ceu precioſiſſimum, eſt diligenter cuſtodiendum. * Prima aqua clarificat oculos, & viſum conſervat. Facies lota ea aqua, reddit eam pulchram, & conſervat juventutem, calculos renum rumpit, urinam propter carnoſitatem impeditam, movet: omnis generis vulnera partium qualiumcunq; ſanat mirabiliter, ſi ea laventur & plumaceoli in eadem made-
D fiãt & imponãtur. Hecticis, catarrhoſis, tuſſientibus ſubvenit: dolorem iſchiadicũ aufert ſubitò fomento. Altera aqua, mater balſami dicta, ſcabiem ſanat facillimè: idẽ facit in tinea, lepra, & omnib. ulceribus, modò ſine corroſione ſint. Oleum balſami infinitis morbis ſuccurrit, imprimis capitis vulneribus cum oſſium læſione, & membranarum, idoneũ eſt. Mirabiliter pleuriticis prodeſt, ſi cum aqua bibatur ʒ j. pro vice. Balſamum verò ipſum, miraculum eſt hujus mundi. Dolorẽ illo-
E rum, pondere duarũ drachmarũ ſumtum, ſubitò levat, tuſſi, catarrho, capitis refrigerationi & ſtomachi, vulneribus capitis, ſemel in die perunctoto capite, prodeſt: penetrat enim facilè etiam ad partes longiùs remotas. Tumores corporis omnes diſſolvit. Quartanam curat, unctione totius corporis, ita ut nulla pars intacta relinquatur. Infirmitates omnes tũ calidas, tum frigidas, proprietate quadam occulta ſanat. *Fioravantus.*

### *Balſamum artificiale aliud.*

F ℞. Reſinæ Terebinthinæ, Abiegnæ ana ℔ j.
Thuris albi, Laudani ana ℥ vj.
Nardi Indicæ ʒ ij.
Rad. Valerianæ, rad. Iridis, rad. Acori,
Rad. Aſari, Cyperi ana ʒ j.
Maſticis, Galangæ, Caryophyllorum,
Caſiæ odoratæ, Zedoariæ ana ʒ vj.
Nucis moſchatæ ℥ iv.
Macis ℥ j.
Agallochi ℥ ij.
Lacrymæ, oleæ Æthiopicæ ʒ vj.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0371-5
DFG

Aloës hepaticæ, Myrrhæ ana ℥ j ß.
Caſtorei ℥ x.
Oſſium cariotarum, Styracis calamitæ,
Laſeris odorati ana ℥ j.
Lacrymæ ſang. draconis ℥ j ß.
Florum Lavendulæ ℥ iv.
Olei glandis unguentariæ ℥ vj.

Arida in pulverem teruntur, liquoribusq; miſcentur, & diligentiſſimè vi ignis commenſurati diſtillantur. Primùm aqua clariſſima effluit, admodum ſubtilis, quæ igni admota, admirabili quodã modo flagrat, atq; balſami aqua vocatur: mox oleum coloris aurei emanat, quod balſamũ appellant: deinde profluit, ruffo colore præditum. * Aqua quę priùs extillavit, hauſta, ventriculi imbecillitatem mirificè juvat: nam tum pituitã, tum flatus valenter conſumit: quia verò acerrima exſiſtit, ſola per ſe dari nequit, niſi ex vino, aut juſculo aliquo. Liquor qui ſecundò diſtillavit, cæteris præfertur: nervorum vulneribus, articulorũ cruciatibus, convulſis, reſolutis, comitialibusq; mirabili modo ſuccurrit. Oleũ poſtremò hęc omnia ſimiliter pręſtat, ſed imbecilliùs. *Andernacus.*

### *Balſamum artificiale aliud.*

℞. Terebinthinæ ℔ xiij. cum aqua ardente rectificata: & excipiatur illud oleum, quod per balneum aſcendit, clariſſimum, tenuiſſimum, & leviſſimum.

℞. Hujus olei ℔ j. ℥ iij.
Florum Borraginis, Roſarum,
Bugloſſæ, Stœchados, Spicæ,
Roriſmarini, Lavendulæ,
Chamomillæ ana P. j.
Sem. Fœniculi, Aniſi, ſem. Baſiliconis,
Sem. Pæoniæ ana ℥ ß.
Rad. Angelicæ, Enulæ, Phu, Ireos,
Acori veri, Dictamni, Glycyrrhizæ,
Rad. Pæoniæ, Spicæ Ind. ana ℥ j.
Corticis Citri, Arantiorum ana ℈ ij.
Salviæ, Majoranæ, Lavendulæ,
Roriſmarini, Hyſſopi, Menthæ, Betonicæ,
Fol. Lauri ana P. j.

Hæc omnia contundantur, & incidantur ſecundùm artem: projiciantur in bociam vitream perlutatam, aut bociam cupream, unà cum diſtillato jam terebinthinæ oleo: hisq; omnibus affunde aquam aniſi aut caryophyllorum; aut poſtremam illam in cinnamomi diſtillatione, ita ut repleatur quaſi bocia. Deinde huic capitellum impone, & juncturam luto obline. Tum exiccato igne fiat diſtillatio eo modo, quo aniſum, aut aqua cinnamomi, tranſeunte canali per aquam, diſtillatur. Quo facto, hoc eſt, ubi aqua aſcenderit, auferantur fæces herbarum, florum, & radicum: & denuò in bociam immittantur ſtyracis liquidæ ℥ iij. eiq; affunde, quidquid proxima diſtillatione extraxeris: & rurſus diſtilletur ut priùs. Quòd ſi aqua prioris diſtillationis in quantitate fuerit imminuta, plus erit affundendum. Ubi jam ſecundò ita diſtillatio fuerit peracta, bocia rurſus mundetur, & imponantur

A Styracis calamitæ,
Myrrhæ ana ℥ ij.
Laccæ, Succini albi,
Maſticis, Thuris, Aſſæ dulcis ana ℥ j ß.

Quibus pulverizatis, & impoſitis, affundatur jam diſtillatum oleum & aqua. Si non ſufficiant, adde aquam, ut ſuprà, donec ſatis videbitur, & fiat diſtillatio, ut ſuprà de herbis dictum. Quo facto, auferantur quę in bocię fundo fuerint, & ſequentia in locũ reponantur. Notandũ tamen hoc obiter,
B quòd nonnulli ſtyracem liquidam ſimul cum gummis jam dictis commiſceant, ut peculiari diſtillatione non ſit opus. Sunt autem hæ ſpecies:

℞. Zingiberis, Zedoariæ, Galangæ ana ℥ ij.
Rhabarbari ℥ ß.
Gentianæ, Cubebarum ana ℥ j ß.
Croci ℥ ß.
Cinnamomi ℥ j.
Nucis moſchatæ, Macis,
Caryophyllorum ana ℥ vj.
C Calami odorati ℥ ß.

Pulverizentur, & cucurbitæ imponantur, unà cũ oleo & aqua poſtremæ ſeparationis, & diſtillentur ut prima vice. Quo ſic peracto, ſepara oleum ab aqua, & ſerva oleum balſami in vitro. * Vim habet confortandi omnes nervoſas & exangues partes, quales ſunt ſtomachus, inteſtina, veſica, uterus. Peculiariter ſtranguriæ admodũ confert, & calculoſis, ſi de eo octo vel decem guttæ, in aqua ſilicis, aut vino bibantur. Omnes internas
D oppilationes aperit, ſanitatem præſentem tuetur in ſtatu, qualibet ſeptimana bis manè aliquot guttæ in brodio ſumptæ. *Joannes Mag.*

### *Balſamum magiſtrale.*

℞. Terebinthinæ ℔ j. Olei veteris ℥ vj.
Olei laurini ℥ iv.
Cinnamomi, Spicæ nardi ℥ ij.
Tegularum recentium bene coctarum ℥ viij.

Tritis triturandis per alembicum diſtilla. * Urinã movet, lapidem frangit, vermes enecat, aurium
E tinnitui à flatu craſſo, paralyſi, ſpaſmo cynico, iſchiadi, gonagræ, podagræ, & cęterarum juncturarum doloribus prodeſt, potum aut inunctum: ſed parva ejus portio, aquæ affectui aptæ miſta bibatur. *Medici Florentini.*

### *Oleum balſami.*

℞. Myrrhæ, Aloës, Spicæ nardi,
Sanguinis draconis, Thuris, Mumiæ,
Opopanacis, Carpobalſami, Bdellii,
F Ammoniaci, Sarcocollæ, Croci, Maſticis,
Gummi Arabici, Styracis liquidæ ana ℥ ij.
Ladani, Caſtorei ana ℥ ij ß.
Moſchi ℥ ß.
Terebinthinæ ad pondus omnium.

Tritis conterẽdis, miſceantur omnia, & alembico diſtillentur ſecundùm artem. * Eadem poteſt, quæ præſcriptum, & efficaciùs. *Petrus Aponenſis.*

### *Aliud ſimile.*

℞. Rad. Angelicæ, Chamæleonis albi, Valerianæ,
Chelidonii, Enulæ, Cichorii ana ℥ j ß.

Herb.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0372-1
DFG

Herb. Chelidonii, Meliſſæ, Adianthi,
Chamædryos, Majoranæ, Verbenæ,
Roriſmarini, Salviæ, Chamæpityos, Menthæ,
Hyſſopi, Stœchados, Fol. Lauri ana P. j.
Flor. Verbaſci, Hyperici, Centaurii min.
Violarum lutearum, Betonicæ, Chamomillæ,
Nardi Celticæ, Flor. Roſarum ana P. j.
Sem. Aniſi, Ocymi, ſem. Card. benedicti,
Sem. Pæoniæ ana ʒ j.
Baccarum juniperi, Cort. Citri ana ℥ ß.

Omnia inciduntur, & mixta induntur ampullæ, maceranturq; ex olei è reſina abiegna libra una, ℥ iiij. aquæ cinnamomi ſtillatitiæ ℔ iv. deinde diſtillantur ut oleum è ſemine aniſi: poſtea

℞. Styracis liquidæ ℥ iij.
Styracis calamitæ, Myrrhæ ana ℥ ij.
Thuris, Maſticis, Laſeris ana ℥ j ß.

Hæc liquore ſuperiore ſtillatitio perfunduntur, urgenturq; ex ampulla. Tum

℞. Rhabarbari ʒ j.
Gentianæ ℈ iv.
Zedoariæ, Galangæ ana ʒ ij.
Cinnamomi ℥ j.
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum ana ʒ vj.
Cubebarum ℈ iv. Croci ʒ ß.

Hæc conteruntur, imponunturq; ampullæ mundatæ, & oleo diſtillato permixta, iterũ per operculum evocantur, tandem ſeparata aqua, oleum reconditur vaſi. * Dantur guttæ ſex vel octo, ex jure, manè aut veſperi: in colicis nephriticisque doloribus cochlearis dimidii inſtar ex vino generoſo, vel olei amygdalarum amararũ vel dulcium recentis ℥ ij. interdum vomitum movet: qui ſi, admoto ovo collo ſub mento, impediatur, alvum aliquoties ducit: vertigine, nervorum reſolutione infeſtatis cochlear ex aquæ vitæ ſemuncia, cum guttis aliquot liquoris chalcanthini exhibetur utiliter. humores namq; reſolvit, & per narium meatus expellit: membrum autem reſolutũ balſamo perfricatur: hinc ſi cutis exulceretur, adipe taxi eam inungere prodeſt. In renum & veſicæ calculo guttæ octo aut decem ex aqua raphani propinantur, dum æger inſeſſu fovetur. *Andernacus.*

*Balſamum Romæ factum.*

℞. Terebinthinæ ℥ ß.
Olibani ℥ vj.
*Aloës ſuccocitrini, Maſticis, Galangæ,*
Cinnamomi, *Croci*, Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum, Cubebarum ana ℥ j.
Gummi hederæ ℥ ij.

Pulverizentur, & miſceantur cum terebinthina, exponantur in alembico vitreo: & addantur
Caphuræ, Ambræ griſeæ ana ℥ ij.
& deſtillentur lento igne. Prima aqua eſt alba & clara, & vinum balſami: ſecunda crocea, & vocatur oleum: tertia magis crocea, & eſt balſamum verum. *Enonymus.*

*Balſamum aliud.*

℞. Terebinthinæ ℔ j.
Mellis puri ℔ ß.

A Aquæ vitæ ℔ ij.
Ligni aloës triti, Sandalorum omnium,
Olibani, Gummi hederę, Oſſis de corde cervi,
Zedoariæ, Piperis longi ana ʒ iij.
Gummi Arabici ℥ j.
Nucis moſchatæ, Galangæ, Cubebarum,
Cinnamomi, Carvi, Maſticis,
Caryophyllorum, Spicæ nardi,
Croci, Zingiberis ana ʒ iij. ℈ j.
Moſchi fini, pondus denarii.

B Deſtillentur, ut lento igne elicias primã aquam, quæ clara eſt, ut aqua fontis: ſecunda erit ignita, ut carbo: & tum auge ignem, & tertia elicitur nigra. * Reviviſcere & juveneſcere facit. *Enonymus.*

*Balſamum aliud.*

℞. Terebinthinæ abiegnæ ℥ xviij.
Ceræ optimæ ℥ vij.
Cinerum vitis ℥ vj.

Ponantur ſingula in retortam lutatam, diſtillen-
C tur in cineribus, donec nihil ampliùs ſequatur. Ubi diſtillatio fuerit finita, videbis ceram circa retortæ collum: & hoc ipſum ſignum eſt finitæ diſtillationis. Quòd ſi diſtillavit, ſervetur in vitro diligentiſſimè clauſo. * Juventutem conſervat, ſi quis bis in menſe hoc oleo fuerit inunctus: omnia impoſita à corruptione aut putredine cuſtodit. Vulnera qualiacunque, ter quaterq; eo illita ſanat. Cui urina fuerit retenta, drachmæ duæ datæ per os, urinam provocant: & ſimili modo da-
D tur contra vermes, puncturas lateris, tuſſim, catarrhũ, febres peſtilentes, & ſimilia. *Fioravantus.*

*Balſamum aliud.*

℞. Terebinthinæ ℥ iv.
Thuris ℥ ß.
Ligni aloës,
Maſticis, Caryophyllorum, Galangæ, Cinnamomi,
Zedoarię, Nucis moſchatę, Cubebarũ ana ʒ ij.
Gummi elemi ℥ j ß.

E Miſce, & diſtilla ſecundùm artem. * Lepram curat intrà & extrà ſumptum: & multos alios morbos incurabiles, ut cancrum & fiſtulas, &c. *Enonymus à quodam empirico.*

*Balſamum aliud.*

℞. Terebinthinæ ℔ ij.
Myrrhæ, Caſtorei, Maſticis ana ℥ iij.
Olibani, Aloes ſuccocitrini ana ℥ iv.
Rad. Conſolidæ minor. ℥ j.
F Tormentillæ, Gummi hederæ, Nucis Indicæ,
Zedoariæ ana ℥ ß.
Cubebarum ʒ j.

Macerentur ad ignem lentum per biduum: deinde diſtillentur. * Vulnera curat, cum linteo impoſitum, febres, ventriculum infra coſtas tumentem, aſthmaticos, phthiſicos, tumores. Contuſiones ſedat, ſpaſmum & paralyſim ex frigore, moribundos data gutta recreat. *Enonymus à quodam Anglo.*

*Balſamum aliud.*

℞. Galbani ℔ j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0373-6 DFG

Gummi hederæ ℥ iij.

Minutim conterantur, & miſceantur terendo ſimul, & mittantur in bociam vitreatam cum ſuo alembico, & diſtillentur in balneo Mariæ: hoc diſtillatum commiſce cum

Olei laurini ℥ j.
Terebinthinæ ℔ j.

Diſtillentur, & aqua ab oleo ſeparetur. * Mirabiliſſimæ virtutis eſt in tremoribus, paralyſi. Uſus eſt, ut collocetur patiens paralyſim, contractionem, ſpaſmum, & tremorem, reſupinus, & infunde de hoc oleo calido temperate in fundo umbilici ſui: & videbis mirabiliſſimam operationem, potiùs divinam quàm naturalem: & B confert valdè paralyſi poſt colicam. *Euonymus, & Villanovanus.*

*Balſamum aliud.*

℞. Ligni aloës ℥ j.
Opopanacis, Reſinæ pineæ, Bdellii, Galbani,
Myrrhæ, Maſticis, Sarcocollæ ana ℥ ß.
Olei benedicti ℥ j ß.
Ladani ℥ j.
Carpobalſami, Xylobalſami, Opobalſami ana ℥ ß.
Olibani, Daphnelæi, Sanguinis drac.
Caſtorei, Spicæ nardi, Galangæ, Cubebarum,
Maceris, Cinnamomi, Cardamomi,
Melicetorum, Corticum Citri ana ℥ ß.
Olei terebinthinæ ad pondus omnium,
Olei veteris ℔ j ß.

Piſtentur gummi ſubtiliter: deinde ſuperinfunde tantum vini aduſti, ut alia obruat, aut obtegat: poſtea ponatur in balneo Mariæ per triduū ad digerendum: pôſt reliqua adde, pulverizanda pulverizentur: & addito oleo terebinthinæ, & oleo communi, iterum digerantur in balneo, vel fimo equino per dies quatuordecim: demum deſtillentur in cineribus igne lento, ſecundùm artem. * Precioſiſſimum eſt ad paralyſim, & alia permulta. *Leonellus.*

*Balſamum ad morbos diverſos.*

℞. Vini albi optimi menſ. ij ß.
Lactis recentis ℥ iij.
Mellis,
Rad. Gentianæ ana ℥ iix.
Aſtrantiæ ℥ iij.
Angelicæ ℥ ij.
Baccarum Lauri ℥ j ß.
Rutæ, Juniperi, Roſ. rubrarum ana M. j.
Enulæ campanæ ℥ j.
Caryophyllorum, Cort. Citri,
Calami aromatici, Cinnamomi, Aniſi,
Fœniculi, Maſticis, Belzoini ana ℥ ß.

Conciſa & contrita macerentur in phiala vel phialis vitreis, lutatis, per dies 7. vel 8. loco calido. Deinde diſtillentur cum alembico lutato: cucurbitæ pars tertia aut ampliùs vacua ſit. Diſtillentur in cineribus cribratis, lento igne: demum augeatur ignis. Puto tamen in alio vaſe ſeorſim & primò vinum & lac ſimul diſtillanda. Ex hac diſtillatione tres quoque liquores colliguntur.

A * Valet contra venena, peſtem, calculum, quartanam, quotidianam, ad ſudorem movendum, &c. ad aſthma, & viſcerum obſtructiones, ad omnes phlegmaticos, ad epilepſiam quoque, & præſervandū ab apoplexia. Pro conficienda theriaca non incommode ſubſtitui poteſt. *Geſnerus.*

*Balſamum aliud.*

℞. Thuris, Maſticis ana ℥ ij.
Ligni aloës ℥ j.
Caryophyllorum, Galangæ, Cinnamomi,
Zedoariæ, Nucis moſchatæ, Cubebarum ana ℥ vj.
Myrrhæ, Aloës, Ladani, Sarcocollæ,
Caſtorei ana ℥ ß.
Baccarum Lauri, Nucleorum Pini ana ℥ j.
Gummi elemi, Opopanacis, Belzoini ana ℥ ij.
Succi Ivæ, ſucci Herbæ paralyſis ana ℥ iij.
Terebinthinæ ad pondus omnium.

Exibit primò aqua, ſecundò oleoſum quid, tertiò quaſi mel. *Hollerius.*

C

*Balſamum Mumiæ.*

Pars humani corporis inciſa, ex olivarum oleo per menſem digeri ſinitur: deinde ampullæ incurvatæ imponitur, ſeparaturque: poſtea hujus liquoris libra j.

Theriacæ optimæ ℥ vj.
Moſchi ʒ j.

Miſcentur, maceranturque diebus 30. atque tunc theriaca à mumia præſtantiſſima provenit. * Hujus uncia ex oleo amygdalarū feliciter datur iis, D qui venenū hauſerunt, aut peſte correpti ſunt, ſic ut in lecto ſudent: laterum inflammationibus, abſceſſibus, carbunculo, & ſimilibus medetur: ad venena præcavenda, manè drachmæ unius pondere ſumitur. *Andernacus ex Paracelſo.*

*Balſamum Chriſti.*

℞. Olei olivarum ℔ j.
Vini nigerrimi Pontici ℔ iij.

Diſtilla: deinde adde

E Hypericonis ℥ vj.
Liquoris de mumia ℥ iv.

Iterum diſtilla ad menſem, & ſerva. * Valet articulorum vulneribus. *Paracelſus.*

*Balſamum ad vulnera.*

℞. Galbani, Ammoniaci,
Maſticis, Myrrhæ,
Gummi elemi, Bdellii ana ℥ ß.
Terebinthinæ ℥ j ß. vel ℥ ij.
Olei olivarum ℔ ij.
F Viridis æris ℥ ij ß.

Pulverizentur omnia, & imbibantur in aceto fortiſſimo per ſex vel octo dies: pôſt diſtillentur per alembicum, prima die per balneum Mariæ, pôſt per arenam: & ſi vis fortius habere, & melioris ſaporis, tum adde ſubſcripta, & fiat eo modo, quò ſuprà.

℞. Styracis calamitæ, Gummi hederæ,
Spicæ nardi, Carabæ, Colophoniæ,
Tragacanthę, Serapini, Opopanacis ana ℥ ß.
Euphorbii ʒ ß.
Viridis æris ℥ iij.

Terebin-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0374-2 DFG

Terebinthinæ ℔ j.
* Curat omnia vulnera antiqua in cauſa frigida & calida. Valet etiam contra ariditatem membrorum, & contractionem, ſi hoc fuerint inuncta. *Euonymus.*

*Aliud.*

℞. Galbani ℥ ß.
Gummi hederæ ℥ v.
Terito, & alembico diſtillato, & cum ℔ j. ſebeſten commiſta denuò diſtillato. * Expertum eſt ad nervorum mollificationem, ſeu paralyſin, & ipſorum contractionem, ſpaſmúmve, morbum comitialem, vel epilepſiam, tremorẽ, omnemq; morbum frigidum: memoriam etiam auget, atque intellectum, ſi occiput, cervixq; ſomni tempore, ejus momento liniatur. *Fumanellus.*

*Balſamum ſeu oleum benedictum.*

℞. Olei abietis,
Albuminis ovorũ ad duritiẽ coctorũ ana ℔ j.
Reſinæ pini ℥ vj.
Gummi elemi ℥ ij.
Ponantur omnia ſimul in retorta perlutata, & fiat in cineribus diſtillatio, quæ horis triginta ſex perficitur. * In vulneribus contuſis, maximè capitis, valet. *Fallopius.*

*Aliud.*

℞. Terebinthinæ claræ ℔ j ß.
Ceræ flavæ ℔ j.
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum ana ℥ j.
Cineris communis ℥ vj.
Ponantur ſimul in retortam lutatam, & fiat lento igne diſtillatio. Poſt diſtillationem ponatur in bocia cum capitello & recipiente: eiq; impone de lateribus tritis ℥ iv. & rurſus diſtilla: & habebis oleum coloris rubini. * Mirabile eſt in vulneribus nervorum: curat omnes catarrhos frigidos: prodeſt tuſſientibus pectori inunctum, &c. *Fallopius.*

*Aliud.*

℞. Terebinthinæ claræ ℔ ij.
Olei lini ℔ j.
Reſinæ pini ℥ vj.
Thuris, Myrrhæ, Aloës,
Maſticis, Sarcocollæ ana ℥ iij.
Macis, Ligni aloës ana ℥ ij.
Croci ℥ ß.
Ponantur hæc omnia in retortam, diſtillentur primò lentiſſimo igne, & exibit aqua clara: paulò pòſt verò ſequetur oleum rubicundum: tum augmenta ignem ſemper magis magisq; intendendo ad finem diſtillationis. Quo facto, ſepara oleum ab aqua, & utrumq; ſeorſim ſerva. Aqua ſuccedente tempore rubeſcit, & oleum acquirit rubini colorem. Oleum valet vulneribus, præcipuè verò partium nervoſarum, oſſium, venarũ: citò enim & ſine dolore conſolidat. *Fallopius.*

*Aliud.*

℞. Terebinthinæ ℔ j.
Thuris, Myrrhæ, Maſticis, Sarcocollæ ana ℥ j.
Aquæ vitæ ℥ iix.

A Ponantur omnia in retortã lutatam, & diſtillentur in cineribus: & oleum ab aqua ſepara. * Curat & cõſolidat breviſſimo tempore ſine dolore omnia vulnera, præſertim capitis, claudendo eo vulnus, & in ſuperficie imponẽdo, &c. *Idẽ Fallop.*

*Aliud.*

℞. Terebinthinæ ℔ j.
Euphorbii, Sulphuris ana ℥ ß.
Salis ℥ j.
Olei ℔ j.
B Coquantur per horas duas lento igni, colentur, & eo oleo calenti vulnus fovebis. * Vulnera glutinat. *Anton. Chalmeteus.*

*Balſamum pro vulneribus conglutinandis.*

℞. Terebinthinæ ℔ j.
Galbani,
Gummi elemi,
Gummi hederæ,
C Thuris, Maſticis, Myrrhæ ana ℥ ij.
Aloes, Xyloaloës,
Galangæ, Cinnamomi,
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Cubebarum ana ℥ j.
Aquæ vitæ ℥ iij.
Simul per diem macerentur & noctem: poſtea bis diſtillentur: & oleum illud ſtillatitium tanquam balſamum precioſum ſervabis. *Idem.*

*Aliud.*

D ℞. Terebinthinam & Vinum rubrum, ſit æqualis utriusq; copia, bulliant: & nondum abſumpto Vino effundantur in Aquam Cyclaminis, ſæpiusq; laventur dum frigeſcant: hinc miſce mediæ quantitati Vitellorum ovorum. * Efficax eſt in vulneribus. *Heurnius.*

*Balſamum arte factum, inſigni vi excellens.*

℞. Olei Terebinthinæ ea qua dixi arte extillati ℔ iij.
E Florum lavendulæ, majoranæ, Stœchados,
Fl. trium cordialium, ſpicæ,
Foliorum lauri, meliſſæ, hyperici,
Betonicæ, ſalviæ, rutæ, menthæ,
Abſinthii Romani ana M. j.
Scordii, dictamni ana M. ß.
Radicum Zedoariæ, Peucedani, Angelicæ,
Enulæ, Iridis, Pæoniæ utriusque,
Calami aromatici, Valerianæ, Struthii,
F Seminis citri, ocymi ana ℥ ß.
Corticum citri, Cinnamomi, Galangæ,
Nucis moſchatæ, Macis, Caryophyli ana ℥ j.
Gentianæ, Rhabarbari, Cubebarum ana ʒ iij.
Croci ʒ ij.
Styracis, Myrrhæ ana ℥ iij.
Maſticis, Thuris, Beniovini ana ℥ j.
Camphoræ ʒ ij.
Moſchi ʒ j.
Primò cucurbitæ impone herbas, flores & oleum terebinthinæ, adde Spiritus vini ℥ iv. digere ac ſtilla per balneum maris. Hinc injice huic liquo-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0375-8
DFG

ti aromata, radices, ſemina & cortices, ac à di- A
geſtione, citra empyreuma, ſurrige arenoſo i-
gne. Ac huic liquori inde gummi præſcripta ac lachrymas, iterumq; ad ignem revoca. Moſcus & Camphora linteo commendari debent, ac in medium cucurbitæ ſuſpendi; ignis enim æſtum reformidant. Hoc plurimis malis confert, ſanitatem ſtabilit, ac rationi incomperta vi, contumaciſſima mala perſanat. Finita diſtillatione, ſpiritus vini balneo evocetur. Fæces à prima & ſecunda diſtillatione reſtibiles aſpergantur hoc B
ſpiritu, digerantur, ac vi ignis oleum per alembicum extundantur: rubicundum illud ac empyreuma redolens, in ulceribus deploratis mirificam efficaciam habet. *Heurnius.*

*Balſamum ad Paralyſin.*

℞. Rad. Ireos, rad. Ariſtolochiæ ana ℥ ij.
Conſolidæ majoris, Ivæ artheticæ,
Herbæ paralyſis, Pimpinellæ,
Rutæ, Salviæ ana M. j.
Baccarum lauri, Baccarum juniperi ana ʒ vj. C
Florum ſtœchados, Flor. roriſmarini ana P. j ß.
Galangæ, Zedoariæ, Zingiberis, Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ, Cinnamomi ana ʒ iij.
Ligni aloës ℥ j.
Thuris, maſticis ana ʒ v.
Myrrhæ, Aloës, Sarcocollæ, Bdellii,
Galbani, Ammoniaci ana ℥ j ß.
Caſtorei ℥ ß.
Gummi elemi ℥ ij.
Diachylonis ireati ℥ iij.
Aquæ vitæ ℥ iv.

Conjiciantur omnia in alembicum, & deſtillentur lento igni, donec liquor craſſus effluat, veluti balſamum. *Anton. Chalmeteus.*

*Aliud.*

℞. Rad. angelicæ, acori, azari, cyperi ana ʒ j.
Maſticis ℥ j ß.
Galangæ, Caryophyl. Cinnamomi ana ʒ iij.
Nucum myriſticarum ℥ iv.
Ligni aloës ℥ ij.
Gummi elemi ℥ vj.
Aloës optimæ, Myrrhæ ana ℥ ß.
Caſtorei ʒ x.
Styracis calamitæ, Benjovini ana ℥ j.
Sanguinis draconis ℥ ß.
Florum lavendulæ ℥ iij.
Olei nucis unguentariæ ℔ ß.

Trita hæc aliquot dies macerentur in Aqua vitæ, fiat diſtillatio, ut diximus in oleo terebinthinæ. *Heurnius.*

*Balſamum pro contuſis capitis vulneribus.*

℞. Olei terebinthinæ,
Ovorum induratorum albuminum ana ℔ j.
Reſinæ ʒ vj.
Gummi elemi ℥ ij.

Fiat diſtillatio per cineres ex retorta: horis 36. abſolvitur diſtillatio. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Terebinthinæ ℔ j ß.
Ceræ flavæ ℔ j.
Nucis myriſticæ, Caryophyl. ana ℥ j.

Retorta lentè extillentur: diſtillato adde Laterum ℥ iv. & iterum diſtilla. *Idem.*

*Balſamum pro vulneribus Nervorum & tuſsi.*

℞. Terebinthinæ ℔ ij.
Olei communis ℔ iij.
Olei laurini ℥ vj.
Cinnamomi ℥ ij.
B Euphorbii, Caryophyllorum, Baccarum lauri,
Gummi hederæ, Sagapeni, Ammoniaci.
Opopanacis, Galbani ana ℥ j.
Thuris, Maſtiches ana ʒ ij.

Fiat ut prius deſtillatio: * nervorum prodeſt vulneribus, & tuſsi pectori illitum. *Idem.*

*Balſamum ad articulorum dolores.*

℞. Reſinæ terebinthinæ ℔ j.
Opopanacis, Galbani, Sagapeni ana ℥ ß.
C Granorum juniperi M. ij.
Thymiamatis ℔ j.

Igne primum levi, mox auctiore, tandem vehementi deſtillentur. *Rubeus.*

*Balſamum aliud.*

℞. Reſinæ terebinthinæ ℔ j.
Thuris, Maſticis, Myrrhæ ana ℥ ß.
Ladani, Nucis moſchatæ, Caryophyllorum,
Galangæ, Zedoariæ, Carpeſii ana ℥ ß.
Fol. Daphnoidis P. j.
D Succi ebuli, Succi cucumeris agreſtis ana ℥ iij.

Rediguntur in pulverem, quæ redigi apta ſunt, omnibus deinde mixtis, deſtillatione excipitur aqua. * *Apum, veſparum, canum rabidorum, & reptilium venenoſorum ictibus, ſi inunguntur,* plurimum conducens: magna autem utilitate Hydropicorum ventres inungi tradunt. *Hieronymus Rubeus.*

*Aliud.*

E ℞. Reſinæ terebinthinæ ℔ ij.
Olei laurini ℥ iij.
Cinnamomi, Spicæ ana ℥ ij.
Caryophyllos 50.
Folii ℥ ij.
Euphorbii, Baccarum lauri, Gummi hederæ ana ℥ ß.
Galbani, Caſtorei, Cyperi ana ℥ vj.
Tegularum bis coctarum, in oleo communi extinct. ℔ ß.

F Ponatur hic tegularũ pulvis in fundo cucurbitę, reliqua miſceantur, & ſuperponantur illi pulveri, appoſitoq; roſtrato pileo, ac rimis accuratè ſtipatis, igne levi adhibito, primò exibit aqua, quam ſeorſim ſervare debemus: aucto mox igne, habebitur oleũ, quod Balſami vires æquare creditur. Calidum enim & ſiccum eſt, & mirificè penetrat, frigidisq; omnibus morbis, nervorum præſertim, apprimè conducens. Nam linguæ paralyſim, & oris, ac virgæ, adhęc epilepſiam, membrorum tremorẽ, frigida ortum cauſa, dolorem dorſi, renum, artuumq; potum, & illitum, *pluri-*

mùm

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0376-3
DFG

mùm juvare ſcribunt: adverſus morſum ſcorpio-
num,ſerpentum , canis rabidi, & venenatorum,
quæ virus ejaculantur,utiliter adhibetur : eadem
ratione, ſi quis hyoſcyamum,opium,cicutam,&
venena hujusmodi ſumpſerit, hoc oleum, vino
tepido hauſtum,& illitum conducet : vocē amiſ-
ſam reſtituit,ſtrumis, & carni in ulceribus ſuper-
creſcenti reſiſtit: memoriam auget,occipite op-
portunè inuncto:ad ſurditatem facit,ad uteri do-
lores ac dentiū,quos frigiditas,aut flatus craſſio-
res pepererint. Quæ primo loco manavit aqua,
melior cenſetur potu, ſed ſola non exhibenda
eſt,quemadmodum neque oleum, ſed cum ali-
quo liquore,morbis,quorum quærimus curatio-
nem,proprio. *Hieronymus Rubeus.*

### *Balſamus Sulphuris.*

Ex ſulphuris floribus & Terebinthinato pro-
prio menſtruo, in calore ſicco per aliquot dies
digeſtis,extrahitur color inſtar rubini. Menſtruū
ſeparatur,& remanet oleum ſulphuris rubicun-
diſſimum, quod circulari debet cum vino diſtil-
lato, & alcoolisato. Et hoc modo balſamus ex
ſulphure extrahitur : cujus guttulæ tres,aut qua-
tuor exhibentur cum aqua hyſſopi ſuſpirioſis, &
purulenta extuſſientibus. *Quercetanus.*

### *Balſamus Tartari.*

℞. Tartari crudi ℔ ij.
Salis petræ,Salis fuliginis,
Salis fæcum aceti ana ℥ iv.
Calcis vivæ ℥ vj.

Omnia minutiſſimè contuſa injiciantur in vas
non vitreatum,ac ritè obturatum. Calcinentur
xij.horarum ſpatio: calcinata ſolvantur in cali-
da,ac per filtrum deſtillentur, pòſt coagulentur,
& deinceps calcinentur: ter denique calcina-
tiones, ſolutiones, & coagulationes fiant. Tum
injiciantur omnia in alembicum,ſimulq; acetū
deſtillatum infundatur,ut digitos quatuor ſuper-
natet. Deſtilletur acetum in bal.Mariæ ac liquor
dulcis emanabit. Tum infunde iterum acetum,
ut deſtilletur,idq; tamdiù, dum non ampliùs ſit
dulce,ſed acidum fiat,& quale priùs infudiſti,per
alembicum efferatur. Tunc omnia valido igne
deſtillato per retortam, & prodibit oleum fer-
ventiſſimum, cujus vix ſatis prædicari utilitas
poſſit. Hoc eodem modo,ſi voles, totum ſalem
tartari per alembicum pelles: ex quo præſtan-
tiſſimum,& ſaluberrimum oleum efficies. *Quer-
cetanus.*

### *Balſamus Mercurii.*

Sublimetur Mercurius toties cum ſimplici cal-
ce ovorum optimè præparata, donec omninò
ſit extinctus. Huic mixturæ affunde acetum de-
ſtillatum alcooliſatum, ut ſupernatet quatuor
digitos. Deſtilletur liquor à fæcibus quater, aut
quinquies, donec Mercurius in pulverem rubi-
cundiſſimum evadat: quem cum vini alcoole
circulabis in pellicano per octo dies. Separato
vini alcoole per alembicum,remanebit in fundo
balſamus Mercurii precioſiſſimus, & dulciſſi-
mus.*Deſperata omnia ulcera,atq; etiam carun-
A culam in veſica ſanat, & vulneribus iſtis ſclope-
tariis ſummoperè conducit. *Quercetanus.*

### *Balſamus & Oleum Mercurii.*

Balſamus fit ex Mercurio cum aqua calcis
teſtarum ovorum & tartari: itemque oleum,ad
fiſtulas, ulcera omnia, & calloſitates præſtantiſ-
ſimum. *Idem.*

### *Balſamus Martis.*

Limaturæ Martis lotæ pluries cum muria,ſu-
perfundes acetum acerrimū, ut ſupernatet qua-
B tuor digitos: ponantur ſuper cineres calidos o-
cto dierum ſpatio quotidie movendo materiam,
& ſeparando acetum, quod colorabitur: & iterū
novum affundendo: idq; tamdiù,donec acetum
non ampliùs coloratur. Quo ad ignē evaporato,
pulverē,qui ſubſidebit, ſumito, eumq; cū æqua-
li portione ammoniaci ſublimato. Eundem ſub-
limatū toties ſuper fæcibus repones,iterūq; ſub-
limabis,donec rubini appareat color. Poſtea to-
tum in aquam fervētem injice,ut ſal diſſolvatur:
C tum apponendo ſtatim frigidam, ſubſidebit in
fundo Martis balſamus, calcis Solis inſtar. Aqua
autem ſeparetur,ac denuò recens affundatur, ut
dulcis balſamus efficiatur. Hac etiam methodo
conficies balſamum Veneris. *Quercetanus.*

### *Balſamum artificiale Fioravanti.*

℞. Terebinthinæ puriſſimæ ℔ j.
Olei laurini ℥ iv.
Galbani ℥ iij.
Gummi Arabici ʒ iv.
D Olibani,Myrrhæ,
Gummi hederæ,Ligni aloës ana ℥ iij.
Galangæ,Caryophyllorum,
Conſolidæ min.Cinnamomi,
Nucis moſchatæ,Zedoariæ,
Zingiberis,Dictamni albi ana ℥ j.
Moſchi.Ambræ ana ʒ j.
Aquæ ardentis optimæ ℔ vj.

E Terenda terantur, miſceantur, & macerētur per
dies novem: inde calore cinerum eliciatur li-
quor: primò igni mediocri, deinde aucto,quo-
uſque omnis liquor emanaverit: oleum ab aqua
ſeparetur,& ſervetur ad uſum. * Ad vulnera ca-
pitis potiſſimum valet,aliaq; infinita.

### *Balſamum Vigonis.*

℞. Olei omphacini ℔ ij.
Styracis calamitæ,Ladani,Croci,
F Thuris maſculi,Gummi Arabici, Rubeæ tin-
ctorum,
Gummi hederæ, Aloës ſuccocitrini,Maſticis,
Caryophyllorum,Galangæ,Cinnamomi,
Nucis moſchatæ,Cubebarum ana ℥ ij.
Gummi elemi ℔ j.
Myrrhæ,Bdellii ana ℥ j.
Sagapeni,Ammoniaci,
Opopanacis ana ʒ x.

Terantur omnia & cum oleo miſceantur,roſtra-
to pileo cucurbitæ impoſito, ſtipatisq; optimè
rimis,initiò ad horas xij,ignis ſit lentus: inde qui-
buslibet ſex horis augendo, totus humor deſtil-
let: quem humorem fæcibus tritis denuò affun-

des,& deſtillabis: idq; tertia vice. Hoc oleũ Balſami vires ac notas omnes habet. Nam doloribus à morbo Gallico mirificè opitulatur: Epilepſiæ quoque, ſi ſutura coronalis ungatur, & triginta diebus cum modico vini, & pulveris pæoniæ, ad cochlearis menſuram ſumatur: quæ fortè quantitas major videri poteſt, quàm deceat, tametſi eadem menſura, quartana laborantibus præbeatur, quatuor vicibus, imò ad dimidiam unciam, cum vino generoſo, iis, qui cor & pulmonem roborare ac exhilarare ſtudent: frigidis omnibus affectibus conducit: & pannus purpureus hoc liquore madefactus, ſi ad tempora adhibeatur, hemicraniæ, vertigini, ſtipationi venarum cerebri plurimùm conducit: vulneribus item recentibus, ſurditati, convulſioni, reſolutioni, & hujusmodi frigidis morbis.

*Oleum miræ potentiæ polychreſton.*

℞. Olei communis, Terebinthinæ, olei Laurini ana ℔ j.

Miſce, & cucurbitæ immittantur, lentoque igne diſtillentur: quæ prima emanat aqua, inutilis eſt: reſtibili materiæ adde

Cinnamomi, Caryophyllorum ana ℥ j ß.
Euphorbii, Galbani, Ammoniaci,
Gummi hederæ Opopanacis, Thuris albi,
Maſticis, Baccarum lauri detruſis corticibus ana ℥ iij.
Caſtorei, Ligni aloës, Ladani,
Olei ſpicæ, vel diſtillati ex Lavendula ana ʒ ij.

Miſceantur cuncta ac digerantur. Hinc lapidem laterinũ in fabaceas partes confringes, & in prunis urito, donec excanduerint, ac oleo reſtinguito, & paulatim aucto igne diſtillentur. * *Studet* cerebro frigore madenti: nam memoriã roborat illitu, ac potu guttulis vino mixtis: refrigerato cerebro narib. immittitur, illinitur hepati frigido, Bombace utero immiſſum, fœtum mortuum extrahit, & menſtrua evocat, grumoſum ſanguinẽ illitu & potu diſſipat: craſſam pectoris materiã attenuat, fiſtulas palpebrarũ ſanat, morſibus venenatis cõvenit, epithematis modo ex vino impoſitũ, vulnera antiqua ſanat. Lienem illitu abſumit, podagrę frigidę ac lumborum doloribus opitulatur, convulſionibus ſuccurrit: ſurditati ex frigore medetur gutta auribus immiſſa, ac earũ vermes necat, & ſuſurra diſſipat: urinæ difficultati medetur, quæ à craſſa eſt materia: calculum abſumit: vermes necat: mollit dura, diſcutit tumida, epilepticis prodeſt ac morbis frigidis. *Heurnius.*

*Balſamus Pæti precioſus, ſarcoticus.*

℞. Viſci herb. Pæti, Viſci conſolid. major. ana ℥ iv.
Olei terebinthinæ ℔ j.
Flor. Hyperici, flor. Verbaſci ana M. ij.
Pomorum Ulmi ℥ iij.
Acinorum populi arb. ℥ iv.
Spiritus vini ℔ j ß.

Digerantur in fimo equino, vel relinquantur in calido hypocauſto, in vaſe vitreo optimè clauſo A per menſem integrum, deinde exprimantur, & colentur: adde

Thuris, Maſticis,
Myrrhæ ana ℥ ij.
Sanguinis drac. ℥ ß.
Mumiæ ʒ vj.
Terebinthinæ ℔ ß.
Beniovini ℥ j.

Circulentur ſimul in pellicano octo dierum ſpacio, deinde moderato calore deſtilletur vini ſpi-
B ritus, & remanebit in fundo precioſus balſamus. *Quercetanus.*

*Balſamum optimum.*

℞. Myrrhæ, Aloës hepaticæ, Nardi Indicæ,
Thuris albi, Sanguinis draconis, Croci,
Mumiæ, Opopanacis, Bdellii,
Carpobalſami, Ammoniaci, Sarcocollæ,
Maſticis, Styracis calamitæ, Gummi Arabici ana ʒ ij.
Ladani, Caſtorei ana ʒ ij ß.
C Moſchi ʒ ß.
Reſinæ terebinthinæ ad pondus omnium.

Deſtillet oleum, ut ars poſtulat. * Corroborat, ipſius vires reſtituendo: cadavera à putredine præſervat: febrium rigores pellit, ſi ante acceſſionem, eo tepente, ungatur ſpina. In uteri ſtrangulatu, epilepſia, & hujusmodi aliis morborum generibus cum vino odorato præbetur: melancholicis quoq;, & iis, qui abſq; cauſa triſtantur, languidisque ſunt viribus, & bello debilitati, ac
D laſſitudine laborant. *Petrus Aponenſis.*

*Balſamus Hypericonis ſimplex.*

℞. Flor. Hypericonis minutatim conciſorum ℔ ij. Olei terebinthinę ℔ j. Vitel. ovorum N. xx. aquæ vitæ ℔ ß. Mixtis omnibus putrefiant in fimo calenti per menſem integrum: pòſt exprimantur, & ponantur ad Solem per duos menſes. *Quercetanus.*

*Balſamus Hypericonis compoſitus.*

E ℞. Flor. Hyperici ℔ j.
Viſci rad. ſymphyti major. ℥ iv.
Florum chamæmeli,
Florum Verbaſci ana P. ij.
Olei ovorum,
Olei terebinthinæ ana ℔ ß.
Aquæ vitæ ℔ j.
Thuris, Myrrhæ,
Maſticis, Mumiæ ana ℥ ij.
Sacchari rubri ℥ vj.

F Putrefiant ſimul in vaſe accuratè occluſo in fimo per menſem: deinde exprimantur, & circulentur in Balneo per triduũ: tum demum lentiſſimo calore decoquantur ad Balſami conſiſtentiã. *Idem.*

*Balſamus Viſci pomorum.*

Balſamus viſci pomorũ eadem methodo fiet, ut Balſamus Hypericonis ſimplex: vel cum oleo olivarum prius depurato in Balneo. *Idem.*

*Balſamus Viſci pomorum compoſitus.*

℞. Foliorum viſci pomorũ minutatim conciſorũ ℔ ij. injice in matratium vitreum, addendo

Acinorum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0378-5 DFG

Acinorum populi arboris ℔ ß. A
Olei axungiæ taxi,
Olei butyri ana ℥ iv.
Olei Terebinthinæ ℥ vj.
Olei lumbricorum ℔ ij ß.
Vini albi generoſi ℔ ij.

Digerantur omnia recte occluſa in fimo calidiſſimo per duos menſes: pòſt prælo exprimantur: tum circulentur, & ad ignem lentiſſimum decoquantur ad liquorum conſumptionem. Ad dolores ſedandos nullum præſtantius inveniri medicamentum poteſt. *Quercetanus.* B

*Oleum divinum.*

℞. Sanguinis humani, Spermatis ceti,
Medulli tauri ana ℔ j.
Moſchi ℥ j.
Cineris olivarum ℥ ij.

Miſce, & deſtilla per retortam: & primùm manabit aqua alba: mox oleum citrinum: demum oleum rubrum, maximarum virium: cujus guttula una aut altera exhibita ferè mortuos reſuſcitare facit. *Fioravantus.* C

*Oleum ad capitis dolorem à cauſa frigida.*

℞. Reſinæ terebinthinæ ℔ j.
Maſticis, Cinnamomi,
Nucis moſchatæ ana ʒ j.
Caryophyllorum, Galangæ,
Zedoariæ, Ladani ana ℥ j ß.
Succi ebuli, ſucci Cucum. ſyl. ana ℥ j. D

Terenda terantur, & vitreis organis diſtillentur ſecundùm artem. *Rubeus.*

*Oleum optimum ad memoriam augendam.*

℞. Aquæ ex flor. Roriſmarini ℔ j.
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum,
Granorum Paradiſi, Cinnamomi,
Cubebarum, Macis, Zingiberis ana ℥ j.
Moſchi ℈ ß. E
Piperis longi ʒ j.
Croci ʒ iij.
Galangæ ʒ ij.

Terantur, quæ teri poſſunt, miſceantur & macerentur per dies tres in loco aliquo calido: inde calore cinerum deſtillentur, augendo ignem donec fæces comburantur. Huic deinde aquæ adde aquæ ex foliis Roriſmarini ℔ j. & coquantur ſimul in vaſe vitreo ad ignem, donec dimidia pars fuerit conſumpta. Quo facto, adde F

Olei veteris ℔ j.
Olei de Been ℥ j.
Euphorbii, Caſtorei ana ℥ iv.
Sinapi ℥ vj.
Olei Seſamini, Olei hypericonis, Olei Citri,
Olei Spicæ, Olei de Zibetto ana ℥ ß.

Miſceantur omnia in cucurbita vitrea optimè obturata, & macerentur ad Solem per menſes tres: & erit factũ. Amiſſam memoriam mirabiliter reſtituit, ungendo cum eo caput totũ, & ſtomachũ, veſperi, cùm itur dormitum. *Fioravantus.*

*Oleum ad paralyſin.*

℞. Terebinthinæ ℔ ij.
Laterum antiquorum in oleo Jaſmino extinct. q. ſ.
Macis, Styracis ana ℥ j.
Belzoini ℥ ß.

Fiat deſtillatio in alembico vitreo. Tres fluent liquores, quorum tertius erit optimus. *Rubeus.*

*Aliud cujusdam eremitæ.*

℞. Olei è coſto, è nucibus ana ℥ iij ß.
Pinguedinis vulpis ℔ ß.
Pinguedinis viperarum ℥ iij.
Primulæ Veris virentis,
Salviæ virentis ana ℔ ß.

Herbas contuſas cum pinguedinibus, miſce cum oleis, addendo

Caſtorei ℥ ß.
Reſinæ Terebinthinæ ℔ j.
Piperis, Pyrethri, Euphorbii ana ʒ iij.
Vini optimi ℔ ij ß.

Macerentur omnia: inde deſtillentur, cumq; tres liquores emanent, poſtremus omnium efficaciſſimus habetur. *Guainerius.*

*Aliud ad idem.*

℞. Galbani, Gummi hederæ ana ℔ ß.
Olei Laurini ℥ ij.
Terebinthinæ ℔ ij.

Deſtilla: & tertio liquore utere.

*Oleum ad paralyſin & contracturas præcipuum.*

℞. Olei hypericonis ℔ j.
Terebinthinæ ℔ ß.
Olei Laurini ℥ iv.
Olei ſpicæ ℥ j ß.
Granorum juniperi ℔ ß.
Caſtorei ℥ j.
Euphorbii ℥ ij.
Caryophyllorum, Macis,
Nucis moſchatæ,
Cinnamomi ana ℥ j ß.
Florum Lavendulæ, Flor. Salviæ,
Flor. Lilii convallii ana M. ij.
Maſticis, Myrrhæ, Thuris ana ℥ ij.
Mumiæ ℥ j ß.
Pingued. taxi ℥ iij.

Digerantur omnia per menſem in fimo, deinde deſtillentur in alembico æneo ſecundùm artem. Hoc oleo inungantur membra paralytica, & contracta. Eſt enim medicamentum efficaciſſimum. *Quercetanus.*

*Oleum benedictum Fioravanti.*

℞. Albuminum ovorum ad duritiem coctorum ℥ xij.
Terebinthinæ claræ ℥ xiv.
Myrrhæ electæ ℥ iij.

Miſce, & deſtillentur in retorta, primò calore levi, deinde aucto quouſq; omnis liquor manaverit. Oleum ab aqua ſeparetur, & ſervetur in vaſe vitreo, optimè obturato. * Valet ad omnis generis vulnera, præſertim capitis, nervorum, &c.

### *Oleum Philoſophorum.*

℞. Terebinthinæ claræ ℥ xiix.
Ceræ flavæ ℥ xii.
Cineris vitium ℥ vj.

Miſce, & calore cinerum per retortam deſtillentur. * Confert vulneribus: tuſſi, catarrho, vermibus: laterum puncturis. *Fioravantus.*

A

### *Oleum ad fiſtulas, optimum.*

℞. Antimonii ℥ iij.
Mercurii ſublimati ℥ j ß.
Mellis ℥ vj.

Mixtis omnibus, ut artis eſt, deſtillentur per retortam vitream, mediocri igne: exibit oleum ad calloſa & maligna omnia ulcera, fiſtulas, cancrum, & gangrænam curandam præſtantiſſimum. *Quercetanus.*

## *De Pulveribus, Sectio XX.*

Pulveres Arabibus Suffuf dicuntur. Quòd ſi pulvis ex variis aromaticis rebus (quas Species peculiariter vocant) conſtet, Tragea dicitur, ſive illa ſit craſſiùs, ſive tenuiùs trita.

B Differunt Species & Pulveres, ſicut compoſitum & ſimplex. Sunt enim ſpecies, pulveres compoſitorum medicaminum mixti, ſed nondum humida aliqua materia uniti. Cæterum

- **Pulverum alii**
  - Intrinſecùs *ſumũtur: horũ alii*
    - Alterant *qualitate*
      - Prima. *Sic*
        - Calefaciunt
          - Caput: *ut* Tragema *ad morbum capitis.*
          - Pectus: *ut* — Pulvis *ad tuſſim.*
          - Cor: *ut*
            - Pulvis *contra peſtem.*
            - Pulvis *de bolo.*
            - Pulvis *griſeus Cæſaris.*
            - Pulvis *rubeus Cæſaris, &c.*
          - Stomachũ: *ut*
            - Tragema *ad ſtomach. frig.*
              - Primum.
              - Secundum.
              - Tertium.
            - Pulvis *imperialis.*
            - Pulvis *ad juvandam concoctionem.*
            - Species *inciſ. & ſacharo obducta.*
            - Tragea *groſſa.*
            - Tragea *ad flatus ſtomach.*
            - Pulvis *aromatum, &c.* —
              - Primus.
              - Secundus.
              - Tertius.
          - Hepar: *ut* — Tragema *ad hydropem, &c.*
        - Refrigerant
          - Stomachum: *ut* Tragema *ſtomachũ adſtringens, &c.*
          - Hepar: *ut* Tragema *ad hepar calidum, &c.*
      - Secunda. *Sic alii*
        - Aſtringunt: *ut*
          - Pulvis *ad conſtringendum os ſuperius ventriculi.*
          - Pulvis *ad vomitum & fluxum ventris, &c.*
        - Menſes *& urinam movẽt: ut*
          - Pulvis *ad menſium provocationem.*
          - Pulvis *ad urinas movendas, &c.*
        - Calculum *frangunt: ut* Pulvis *ad calculum.*
        - Venerem *ſtimulant: ut* Tragema *ad ſtimulandam Venerem.*
        - Partum *provocant: ut* Pulvis *partum provocans.*
        - Alius.
        - Conſolidant: *ut*
          - Pulvis *pro ulceribus gutturis.*
          - Tragema *ad pulmones exulceratos.*
        - Diſſolvunt *ſanguinem concretum: ut* Pulvis *contra caſum.*
        - Impinguant: *ut* Pulvis *impinguans.*
        - Dolorem ſedant: *ut* Pulvis *ad ſuppoſitoria dolorem ſedans.*
    - Purgant humores, Fæces, *&c. Vide literam* A.
  - Extrinſecùs applicantur, *&c. Vide literam* B.

A. Purgant

- A. Purgant
  - Humores
    - Simplices: *ut*
      - Bilem: *ut*
        - Pulvis *rhabarbari.*
        - Pulvis *violarum.*
      - Pituitam: *per*
        - Nares: *ut*
          - Pulvis *ſternutatorius.*
          - Pulvis *ad naſalia.*
        - Alvum: *ut*
          - Pulvis *è turbith.*
          - Pulvis *alius Avicennæ.*
      - Melancholiam: *ut* Pulvis *ſenæ præparata, &c.*
      - Aquam: *ut* Pulvis *ad hydropem.*
    - Compoſitos: *ut*
      - Pulvis *laxativus magiſtralis, &c.*
      - Pulvis *laxativus alius, &c.*
      - Laudanum *Mercuriale.*
      - Hydrargyrum *metallorum.*
  - Fæces, *&c. ut*
    - Pulvis *contra lumbricos.*
    - Pulvis *ad ſuppoſitoria communia.*
    - Pulvis *ad ſuppoſitoria ſicca.*
    - Pulvis *ad ſuppoſitoria auctior.*

---

- B. Pulveres, *qui extrinſecus applicantur, ex variis commiſcentur medicamentis ſimplicibus: atq; vel alterantibus quantitate*
  - Prima. *Sic alii*
    - Temperati
      - Capitales: *ut* Pulvis *capitalis temperatus, &c.*
      - Cordiales: *ut* Pulvis *pro epithemate cordis temperatus, &c.*
    - Intemperati. *Sic*
      - Calefaciunt
        - Caput: *ut*
          - Pulvis *capitalis calidus.*
          - Pulvis *ad calefaciendum caput, alius.*
        - Cor: *ut*
          - Pulvis *pro epithemate cordis cal.*
          - Pulvis *adverſus peſtem.*
        - Ventriculum: *ut*
          - Pulvis *ad ventriculum calefaciendum.*
          - Pulvis *ad ventriculum calefaciendum & conſtringendum, &c.*
          - Pulvis *ad flatus diſcutiendum, &c.*
        - Hepar: *ut*
          - Pulvis *pro epithemate hepatis calefaciens, &c.*
      - Refrigerant
        - Caput: *ut*
          - Pulvis *pro epithemate capitis refrigerans.*
        - Cor: *ut*
          - Pulvis *pro epithemate cordis refrigerãs.*
          - Pulvis *adverſus peſtem refrigerãs, &c.*
        - Hepar: *ut*
          - Pulvis *pro epithemate hepatis refrigerans, &c.*
  - Secunda. *Sic alii, &c. Vide literam* C.

C. Secunda. Sic alii
- Aſtringunt: *ut*
  - Pulvis *conſtringens Galeni.*
  - Pulvis *alius ejusdem.*
  - Crocus *Martis, &c.*
- Abſtergunt
  - Dentes: *ut*
    - Pulvis *ad dentifricia.*
    - Alius.
    - Alius, *&c.*
  - Cutim in
    - Toto: *ut*
      - Pulvis *contra ſcabiem commun.*
      - Alius, *Nicolai.*
    - Parte; *videlicet capite: ut*
      - Pulvis *cephalicus Lucii.*
      - Alius *Galeni.*
      - Alius *Xenocratis.*
      - Alius *Triphonis, &c.*
- Incarnant: *ut* Pulvis *incarnans.*
- Cicatricem *inducunt: ut* Pulvis *ad cicatricem inducendam, &c.*
- Carnem *auferunt: ut*
  - Pulvis *cauſticus Galeni.*
  - Alius *ejusdem.*
  - Alius *carnis excreſcentias minuens.*
  - Præcipitatum *Joannis de Vigo.*
  - Mercurius *præcipitatus.*
  - Aurum *præcipitatum.*
- Strumas *diſſolvunt: ut* Pulvis *ad ſtrumam.*
- Dolorem *mitigant: ut*
  - Pulvis *ad capitis dolorem ex frigore.*
  - Pulvis *ad capitis dolorem ex calore.*
  - Pulvis *ad capitis dolorem à vaporibus.*
  - Pulvis *ad dolorem lateris, &c.*

## *De Pulveribus Intrinſecùs ſumendis.*

### DE PULVERIBUS CALEFACIENTIBUS & ſiccantibus caput.

℞. Cranii ℥ iv.
Cineris cuculi, Hirundinis ana ℥ ij.
Cineris priapi tauri, vel Caſtorei ℥ ß.
Galangæ ʒ ß.
Sacchari quantum ſatis eſt.

Miſce, & fiat pulvis. * Detur manè ſorbendo parum vini albi diluti aqua betonicæ vel gallitrici. *Rondeletius.*

*Pulvis epilepticus.*

℞. Seminis Pæoniæ,
Viſci quercini ana ʒ ij. Cardamomi ʒ j.
Cantharidum præparatarum ℈ ij.

Pulverizentur omnia, & cum melle conficiatur bolus. *Hieronymus Mercurialis.*

*Pulvis contra morbum caducum Regis Daniæ.*

℞. Cranii hominis furis ſuſpenſi, toſti ac triti ʒ j.
Sem. Pæoniæ *Gr.* iij.

A Miſce, & fiat pulvis. Detur cum aqua lavendulæ ad quantitatem unius cochlearis ægroto tempore matutino. Poſtero & tertio die fac idem.

*Pulvis epilepticus noſter.*

℞. Coriandri præparati. Sem. ſinapis,
Nucis moſchatæ ana ℥ ß.
Sem. Pæoniæ ʒ vij.
Diptamni albi ʒ ij.

Fiat pulvis. * Contra epilepſiam puerorũ valet.

B *Alius, noſter.*

℞. Cranii hominis, Coralli rubri,
Sem. Pæoniæ ana ʒ j.

Miſce, & fiat pulvis, de quo detur tribus vicibus, manè, meridie, & veſperi, cum brodio, vel aqua appropriata.

*Alius.*

℞. Cranii hominis, ſem. Pæoniæ. Sem. gallitrici, vel radic. ejus, Radic. tormentillæ.

Miſce, & fiat pulvis. * Doſis ʒ j. cum brodio pulli, ſemel in ſeptimana, præcedenti purgatione cũ pilulis cochiis. Probatum. *Angelus de Tarento.* C

### DE PULVERIBUS CALEFACIENTIBUS pectus.

*Pulvis ad tuſſim.*

℞. Amygdal. dulcium, Sacchari ana ℥ ij.
Sem. fœniculi ℥ j.

Tere.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0382-6
DFG

Tere. Da cum Julapio violato, & aqua Adianthi.
* Confert tuſſi & thoracis dolori. *Meſues.*

## DE PULVERIBUS calefacientibus cor.

### *Pulvis contra peſtem.*

℞. Rad. Tormentillæ, Dictamni, Tunicis,
Scabioſæ, rad. Bugloſſæ,
Sem. Citri, Acetoſæ ana ℥ ß.
Coriandri præparati ʒ ij.
Roſarum rubrarum ʒ j.
Sem. Portulacæ,
Raſuræ Eboris ana ʒ ij.
Coralii albi, rubri ana ʒ j ß.
Terræ ſigillatæ ℥ ß.
Boli Armeni ℥ ij.
Miſce, & fiat pulvis.

### *Pulvis bezoarticus.*

℞. Boli Armeni ℥ ij.
Roſarum rubrarum ʒ j.
Seminis Acetoſæ, ſem. Citri mundati,
Cornu cervi uſti, ſem. Rutæ,
Doronici Romani, Carabæ,
Sem. Cardui benedicti ana ℈ iv.
Coralii utriusque, Ligni aloës,
Serici crudi, omnium Sandalorum,
Margaritarum perforat.
Oſſis cordis Cervini ana ʒ j.
Spec. diamarg. frigid. Tormentillæ,
Dictamni, Tunicis, Scabioſæ, Coriandri,
Terræ ſigillatæ ana ʒ ij.
Caphuræ,
Ambræ ana ℈ ij.
Croci G. xv. Moſchi ℈ iv.
Fiat pulvis. *Meſues.*

### *Pulvis griſeus Cæſaris, contra peſtem.*

℞. Rad. Pimpinellæ, rad. Gentianæ,
Rad. Tormentillæ, rad. Serpentariæ ana ℥ j.
Rutæ, Abſinthii, Nucum juglandium,
Granorum juniperi, Aceti Roſarum,
Theriacæ electæ ana ℥ j.
Miſceantur omnia ſimul: quidam addunt Caſtorei ℥ ß. Datur ʒ ß. ad præſervandum. *Auguſtani.*

### *Pulvis rubeus Cæſaris, contra peſtem.*

℞. Myrrhæ electæ, Croci ana ʒ j.
Oſſis de corde Cervi ℈ ij.
Cornu Cervi ʒ ij.
Dictamni Cretici, Tormentillæ,
Pimpinellæ, Gentianæ ana ʒ ij. ℈ ij.
Zedoariæ, Zingiberis ana ʒ iij.
Sulphuris vivi, Boli armeni ana ℥ ß.
Caphuræ ℈ iv.
Theriacæ Andromachi, Mithrid. opt. ana ʒ vj.
Fiat omnium pulvis, aſpergendo aquæ vitæ modicum, ut eſt artis. Datur ut ſuprà. *Auguſtani.*

### *Pulvis electuarii de bolo.*

℞. Sandalorum omnium, Galangæ,
Ligni aloës, Cinnamomi,
Coralii rubri, Roſ. rubrarum,

A Sem. Melonum ana ʒ ß.
Radicis Tunicis, Tormentillæ ana ʒ iij.
Raſuræ Eboris, Cornu Cervi ana ʒ ß.
Nucis moſchatæ N. j.
Maceris, Cubebarum ana ʒ j.
Aniſi, Marathri, Zingiberis ana G. xv.
Sem. Acetoſæ, ſem. Citri, Juniperi,
Sem. Coti, Caryophyllorum ana ʒ ß.
Boli Armeni ʒ ij.
Fiat pulvis. * Doſis ad peſtem ʒ ij. cum aquæ ro-
B ſarum ℥ ij. Vini ℥ ß.

### *Pulvis præſervativus in peſte.*

℞. Rad. Angelicæ, rad. Gentianæ,
Rad. Zedoariæ, rad. Tormentillæ,
Rad. Pimpinellæ, rad. Valerianæ, rad. Oſtrutii,
Rad. Ariſtol. rot. rad. Dictamni Cretici,
Rad. Zingiberis, herb. Cardui benedicti,
Herb. Scordii, herb. Rutæ, florum Calendulæ,
Sem. Acetoſæ, ſem. Citri ana ʒ ij.
Croci, Myrrhæ, Coralii rubri præparati,
C Cornu Cervi præp. Caphuræ ana ʒ ij.
Oſſis de corde Cervi ʒ j.
Boli Armeni, Terræ ſigillatæ,
Flor. Sulphuris,
Theriacæ Andromachi ana ℥ ß.
Mithridatii ℥ j.
Fiat pulvis, cui aſpergatur modicum Aquæ vitæ, ſecundùm artem. Doſis ad præſervandum, quantitas avellanæ cum aceto manè. Ad curandum datur à ʒ j. ad duas. *Adamus Lonicerus.*

### D *Pulvis præſervativus pro familia, ejuſdem.*

℞. Rad. Gentianæ, rad. Valerianæ,
Rad. Ariſtol. rot. rad. Oſtrutii,
Rad. Pimpinellæ, rad. Tormentillæ,
Herb. Rutæ, herb. Cardui benedicti,
Cubebarum ana ℥ j.
Granorum juniperi ℥ ij.
Boli Armeni ℥ j.
Aloës ʒ ij.
E Fiat pulvis. Doſis manè quantitas nucis moſchatæ cum aceto.

### *Antidotus Saxonica, vulgò* des Hertzogs von Sachſen pulver.

℞. Rad. Valerianæ ℥ ß.
Rad. Urticæ urentis, Eoter neſſel/
Rad. Vincetoxici ſeu Chelidoniæ ana ℥ j.
Rad. Polypodii, rad. Althææ,
Rad. Angelicæ ſativæ, & ſylveſtris ana ℥ ij.
F Cort. rad. Laureolæ, Kellerhalß wurtzel ℥ j ß.
Baccarum herbæ Paris dictę, vulgò Wolffsbeer und Einbeer N. xxvj.
Radices incidantur, & affundatur iis acetum acerrimum, ut ſupereminæat ad digiti unius altitudinem, in olla vitreata, benè lutata. Bulliant ad lentum ignem mediocriter. Hinc decocto operculo effundatur acetum reſiduum omne, & radices exiccentur. Exiccatæ radices pulverizentur, additis granis herbæ Paris dictæ N. xxvj. Fiat pulvis, qui reſervetur uſui per ſe vel cum melle. Doſis in adultis ʒ j. in debilibus, & pueris ℈ ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0383-2
DFG

Antidotus hæc à Cl. Medicis, Joanne Moibano, A Joan. Cratone, & Geſnero deſcribitur. Nominis id habet, quia à ruſtico quodam, qui ejus uſum contra peſtem & venena ſecretiſſimum habuit, olim Duci Saxoniæ communicata fuit, qui poſtmodum in ſecretis eandem habuit, & aliis Principibus communem fecit.

*Pulvis contra periculoſos, peſtiferos morbos puerorum.*

℞. Oſſis unicornis, Coralii rubri, Succini albi, B Margaritarum, Ramentorum auri, Ungulæ alcinæ ana æqual. port. Hæc omnia in mortario contrita miſceantur ſimul, in morbis calidis cum aqua roſacea, in frigidis verò cum aqua lavendulæ detur. Exhibetur autem ad menſuram cochlearii. *Ranzovius.*

*Pulvis contra toxicum, & omne venenum Medici antiquioris Regis Angliæ.*

℞. Pimpinellæ, Rad. tormentillæ, Cinnamomi C
ana ℥ ß.
Ligni aloës, Granorum juniperi, Zingiberis
ana ʒ j.
Interdum additur
Cardui benedicti, Angelicæ ana ʒ ß.
Fiat ex his omnibus pulvis ſubtilis, & occluſus in pyxide uſui bene ſervetur.

*Pulvis alexipharmacus præſtantiſſimus, & multis experimentis comprobatus, contra vulnera venenata ſclopetica.*

℞. Rad. Aſclepiadis ℥ j.
Valerianæ, Tormentillæ ana ℥ ß.
Polypodii querc. ℥ ij.
Angelicæ ſativæ ℥ iv.
Angelicæ ſylv. Althææ ana ℥ ij.
Urticarum ℥ j. Thymelææ ℥ j ß.
Scabioſæ, Valerianæ min. ana ℥ ß.
E Radices omnes evellantur intra 15. Auguſti, & 8. Septembris, quæ poſtea incidantur, ac reponantur in ollam vitreatam ſigillatam cum ſufficiente quantitate aceti: atque ita 12. horas macerentur, póſt coquantur ſpatio horæ unius cum dimidia. Effuſo tum aceto exiccentur, donec in pulverem redigi queant. Contuſis omnibus, adde acinos herbæ paris N. 12. cum ejusdem foliis 36. fiatque pulvis: cujus doſis eſt ʒ j. cum vino albo. *Joſephus Quercetanus.*

## DE PULVERIBUS CAlefacientibus ſtomachum.

*Pulvis ligni Aloës.*

F ℞. Ligni aloës ℥ ß. Galliæ aur. j ß.
Sacchari albi ℥ j ß.
Potatur ʒ iij. cum miva. * Ventriculi humiditatem immodicam ſiccat, flatus diſſolvit, coctionem juvat. *Meſues.*

*Pulvis ligni Aloës alius.*

℞. Ligni aloes ℥ iij.
Cardamomi, Menthæ ſiccæ, Spicæ,
Marrubii, Cyperi, Corticis citri ana ʒ ij.
Galliæ, Schœnanthi ana ʒ j.
Maſtichis, Aniſi, Apii ana ʒ ij.
Sacchari ad pondus omnium.
Cor & ventriculum roborat, oris odorem commendat, coctionem juvat. *Meſues.*

*Pulvis Diarrhodon.*

℞. Trochiſcorum Diarrhodon, Maſtichis ana ʒ iij.
Succi Menthæ ſiccæ, Ligni aloës ana ʒ ij ß.
Da ʒ j. cum vino odorifero. Intemperiem ventriculi frigidam corrigit: ob id dolorem inde natum ſanat, ipſumque roborat. *Meſues.*

*Pulvis optimus cum cibo ſumendus.*

℞. Semin. Leviſtici, ſem. Amomi,
Sem. Ameos, ſem. Cardamomi,
Sem. Aniſi, ſem. Apii, ſem. Rutæ,
Flor. Origani, ſem. Anethi,
Sem. Carvi, ſem. Fœniculi,
Zedoariæ, ſem. Cimini, Salviæ,
Calamenthi, Thymi, Betonicæ,
Sem. Sileris montani, Piperis longi & nigri,
Hyſſopi, Serpylli, ſem. Petroſelini ana ʒ ij.
Pyrethri, Liquiritiæ,
Nucis moſchatæ ana ℥ ß.
Cinnamomi,
Caryophyllorum, Galangæ, Croci ana ℥ j.
Pulegii ℥ ij.
D Pulveriſentur omnia, & ſumantur cum omni cibo. * Cerebrum purgat: contra vertiginem valet: viſum conſervat: amiſſum reſtaurat: bonam digeſtionem facit: inteſtinorum ventoſitates expellit: appetitum amiſſum reſtaurat: convaleſcentibus & frigidis morbis mirificè ſubvenit: pectoralia confortat. *Steckſtaldus.*

*Pulvis pro condiendis cibis.*

℞. Cinnamomi electi ℥ ij.
Zingiberis ℥ j.
E Piperis longi, Granorum paradiſi,
Galangæ ana ʒ ij.
Cardamomi, Nucis moſchatæ ana ʒ j.
Caryophyllorum, Macis ana ʒ ß.
Croci Orient. ʒ iij.
Sandali rubri, Roſ. rub. ana ʒ j.
Miſce, & fiat pulvis.

*Species ad carnes, & piſces.*

℞. Cinnamomi ℥ j.
F Zingiberis ʒ x.
Piperis longi, Granorum paradiſi,
Galangæ ana ʒ ij ß.
Cardamomi ʒ j. ℈ j.
Nucis moſchatæ, Macis ana ʒ j.
Croci ℥ ß. Sacchari albi ℔ j.
Miſce, & fiat pulvis. *Bertholdus.*

*Tragea optima.*

℞. Sem. Aniſi, ſem. Fœniculi,
Sem. Carvi, ſem. Cimini,
Sem. Apii, ſem. Petroſelini,
Betonicæ, Calamenthi,

Hyſſopi,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0384-7 DFG

Hyſſopi, Pulegii ana ʒ j.
Piperis longi parum.

Fiat pulvis. Utatur in cibis, contra malam digeſtionem, ventoſitatem ſtomachi, viſus defectum, vertiginem, oblivionem, & calculum. Si placet, adde ſacchari q. ſ. eſt.

*Alia.*

℞. Cinnamomi, Zingiberis ana ℥ ß.
Coriandri præparati ℥ j.
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum,
Macis, Galangæ,
Sandali rubri ana ʒ ij.
Sacchari ℔ j ß.

Fiat tragea.

*Alia.*

℞. Confect. Fœniculi, confect. Aniſi,
Confect. Carvi, confect. Coriandri,
Glycyrrhizæ raſæ, inciſæ,
Semin. Siſami ana partes æquales,
Galangæ, Zingiberis,
Piperis longi inciſorum ana parum.

Miſceantur.

*Alia.*

℞. Confect. Aniſi ℥ iix.
Confect. Fœniculi, confect. Coriandri,
Confect. Carvi ana ℥ iv.
Glycyrrhizæ raſæ & inciſæ ℥ iix.
Zingiberis inciſi ℥ iv.
Calami aromat. inciſi ℥ ij.
Galangæ, Zedoariæ ana ℥ j.

Miſce.

*Alia communis.*

℞. Sacchari ℔ v.
Zingiberis inciſi ℥ iij ß.
Zingiberis pulverizati ʒ iij ß.
Cinnamomi inciſi ℥ j ß.
Caryophyllorum, Macis,
Nucis moſchatæ ana ℥ ß.
Confect. Aniſi ℔ j.

Miſce, & fiat tragea.

*Tragea rubra.*

℞. Cinnamomi ℔ j.
Zingiberis albi quart. j.
Caryophyllorum ℥ j.
Nucis moſchatæ, Macis,
Piperis longi, Galangæ ana ℥ j.
Granorum paradiſi,
Cardamomi ana ℥ ß.
Sacchari ℔ iv.
Croci in vino ſublimato per diem & noctem infuſi ℥ j.

Miſce, & fiat pulvis ſecundùm artem.

*Species pro Tragea ſimplici.*

℞. Cinnamomi inciſi,
Zingiberis inciſi ana ℥ j.
Zingiberis pulverizati ℥ ß.
Caryophyllorum inciſorum ʒ j ß.
Aniſi integri ℥ ß.
Macis parum. Sacchari ℔ j.

Miſce.

A *Pulvis pro Tragea communi.*

℞. Nucis moſchatæ,
Coriandri præparati ana ℥ ij.
Cinnamomi ℥ j.
Caryophyllorum ʒ j.
Macis ʒ ß. Sacchari ℥ vj.

Miſce, & fiat tragea.

*Tragea pro mulieribus in puerperio.*

℞. Cinnamomi electi ʒ ij.
B Macis, Nucis moſchatæ ana ʒ j.
Coriandri præparati ℈ j.
Spec. clareti ℥ ß.

Miſce: de quo ex ʒ vj. vel iix. Sacchari ℔ ß. addendo macis integræ ʒ ij.

*Tragea groſſa communis pro ſtomacho & capite.*

℞. Confect. Fœniculi dulcis ℥ j ß.
Coriandri præparati ℥ ij.
Sem. Aniſi, ſemin. Carvi ana ℥ ß.
C Piperis longi ʒ ij.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ ana ℥ ß.
Zingiberis ℥ iij.
Glycyrrhizæ raſæ & inciſæ q. ſ.

Incidantur ſpecies, & miſceantur. Poteſt addi cinnamomi ℥ j.

*Tragea nobilis pro ſtomacho, capite, pectore, & hepate.*

℞. Cinnamomi ℥ j.
D Zingiberis, Galangæ, Aniſi ana ʒ ij.
Caryophyllorum, Macis, Cubebàrum ana ʒ j.
Nucis moſchatæ ʒ iij.
Liquiritiæ ʒ iij ß.
Sacchari q. ſ. Miſce, & fiat tragea.

*Alia.*

℞. Spec. Aromat. roſ.
Diagemmæ ana ʒ j.
Diarrhod. Abbatis, Diapenid. ana ℈ ij.
Diambræ ʒ ß.
E Pinearum mundat.
Amygd. dulcium mundat. inciſ. ana ℥ j ß.

Fiat confectio in Morſellis cum Saccharo & aqua Roſarum q. ſ.

*Alia.*

℞. Cinnamomi ℥ ß.
Zingiberis, Caryophyllorum,
Macis, Galangæ ana ℥ ij.
Cubebarum ℥ j.
F Calami aromat. Zedoariæ ana ℈ ij.
Sandali rubri ʒ j.
Roſarum rub. ℈ ij. Spodii ℈ j.
Sacchari ℥ x. vel xij.

Miſce, & fiat tragea.

*Tragea ſpecialis pro ſtomacho.*

℞. Cinnamomi ℥ iij.
Zingiberis, Caryophyllorum,
Macis, Nucis moſchatæ, Galangæ ana ʒ j ß.
Sem. Fœniculi, Carvi ana ʒ j.
Sandali rubri ℈ ij. Sacchari ℔ ß.

Miſce, & fiat tragea.

*Tragea pro ſtomacho eructuoſo.*

℞. Cinnamomi ℥ ß.
Galangę Zingiberis, Nucis moſchatæ,
Zedoariæ, Cubebarum ana ʒ ij.
Caryophyllorum, Macis ana ʒ j ß.
Aniſi ℥ j.
Sacchari q.ſ.
Fiat tragea.

*Tragea groſſa.*

℞. Cinnamomi electi ℥ ß.
Zingiberis ʒ iij.
Nucis moſchatæ ʒ j ß.
Macis inciſæ ʒ j.
Caryophyllorum ʒ ß.
Confect. aniſi integri ʒ ij.
Miſce, & fiat tragea.

*Tragema ad ſtomachum frigidum corroborandum.*

℞. Coriandri præpar. uno operculo obducti,
Aniſi, Fœniculi, Carvi, Maceris ana ʒ ij ß.
Cinnamomi ʒ j ß.
Zingiberis albi ʒ j.
Caryophyllorum ℈ ij.
Nucis moſchatæ ʒ j.
Omnia craſſiore modo incidãtur, miſceanturq́;: unde vulgò pulvis groſſus dicitur. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Sem. Aniſi, Ameos ana ʒ ij.
Coriandri præparati, & ſimplici operculo obducti ℥ j.
Cort. Citri præparati ʒ iij.
Cinnamomi, Maceris,
Junci odorati ana ℈ ij.
Incidantur omnia, miſceanturque: & cochleare unum ex eis à cibo ſumatur. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Sem. Aniſi, Fœniculi,
Coriandri ana ſaccharo obductorum ℥ ij.
Seminis Carvi confecti ℥ j.
Glycyrrhizæ purgatæ ℥ ij ß.
Zingiberis, Calami aromatici ana ʒ iij.
Galangæ, Nucis moſchatæ ana ʒ j ß.
Caryophyllorum ʒ j.
Omnia, exceptis ſeminibus, craſſiore incidantur modo, miſceanturque. *Andernacus.*

*Pulvis ſeu ſpecies Imperiales.*

℞. Cinnamomi electi. Zingiberis ana ʒ ij.
Macis, Galangæ, Nucis moſchatæ,
Cardamomi, Granorum paradiſi,
Piperis longi ana ℈ j.
Calami aromatici ʒ j.
Cubebarum, Caryophyll. inciſorum ana ʒ ß.
Fiat pulvis.

*Pulvis ad juvandam concoctionem.*

℞. Aniſi conditi ʒ ij.
Galangæ, Cinnamomi ana ℥ iij.
Piperis longi ℈ ß.
Cort. Citri ſicci ʒ j.
Sacchari ſolidi ℥ vj.

A Fiat pulvis, qui ſumi poſſit interdum ante, interdum poſt cibum, frequentiùs tamen ante, quàm poſt. *Rondeletius.*

*Alius.*

℞. Sem. Coriandri præpar. ʒ iij.
Fœniculi ʒ ij.
Aniſi, Cinnamomi ana ʒ j.
Sacchari roſati ad quadruplum.
Fiat pulvis, quo ſtatim à cibo utendum ad concoctionem & flatus diſcutiendos. *Caſparus Bau-*
B *hinus.*

*Alius.*

℞. Semin. Aniſi, Fœniculi, Coriandri, obductorum ſaccharo ana ℥ j.
Cinnamomi electi ʒ ij.
Maceris, Nucis moſchatæ ana ʒ ß.
Caryophyllorum ℈ j.
Fiat pulvis groſſus, ſumatur cochleare à cibo. *Idem*

C *Species inciſæ, ſaccharo obductæ.*

℞. Glycyrrhizæ ℥ j.
Cinnamomi ʒ vj.
Zingiberis ʒ v. ℈ j.
Calami aromat. ℥ ß.
Macis, Nucis moſchatæ ana ʒ ij ℈ ij.
Galangæ, Caryophyllorum ana ʒ ij.
Cubebarum ℈ iv.
Semin. Aniſi, ſemin. Carvi,
Semin. Fœniculi,
D Semin. Coriandri præparati ana ℥ ij.
Conficiantur omnia cum ſaccharo, ut artis eſt, fiatq; tragea groſſa. *Auguſtani.*

*Tragea groſſa pro ſtomacho inciſa.*

℞. Calami aromatici, Glycyrrhizæ,
Gentianæ ana ℥ iv.
Rad. Tormentillæ, Zedoariæ,
Granorum paradiſi, Galangæ ana ℥ j.
Zingiberis, Nucis moſchatæ,
Piperis longi ana ʒ ß.
E Cinnamomi, Caryophyllorum ana ʒ vj.
Sem. Aniſi, Fœniculi, Carvi,
Coriandri præparati ana ℥ j.
Inciſis incidendis fiat pulvis, & miſce. *Medici Colonienſes.*

*Alia.*

℞. Glycyrrhizæ inciſæ,
Aniſi confecti ana ℔ j.
Confecti ſemin. Fœniculi,
Confecti Carvi,
F Conf. Coriandri præparati,
Zingiberis albi ana ℥ iix.
Cinnamomi electi ℥ ij.
Calami aromatici ℥ j.
Nucis moſchatæ ℥ ß.
Concidantur groſſo modo, & miſceantur. *Auguſtani.*

*Pulvis adversùs flatus, magiſtralis.*

℞. Coriandri præparati,
Aniſi purgati ana ℥ ij.
Cinnamomi ʒ ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0386-9
DFG

Caryophyllorum ʒ j.
Macis ℈ ß.
Sacchari optimi ℥ iv.
Miſce, & fiat pulvis tenuiſſimus. *Medici Florentini.*

*Alius ad idem, magiſtralis.*

℞. Cinnamomi electi ℥ j.
Zingiberis ℥ ß.
Cymini, Piperis, Galangæ, Caryophyllorum ana ʒ ij.
Sacchari optimi ℔ j.
Fiat pulvis tenuiſſimus. *Medici Florentini.*

*Alius ſimilis magiſtralis.*

℞. Cinnamomi ʒ j ß.
Zingiberis ℥ j.
Macis ʒ ß.
Nucis moſchatæ G. viij.
Sacchari albi ℥ ij.
Fiat pulvis tenuiſſimus. *Florentini.*

*Pulvis aromatum.*

℞. Aniſi aur. xij.
Sem. Fœniculi aur. iv.
Glycyrrhizæ, Zingiberis ana aur. iij.
Caryophyl. Macis,
Cinnamomi electi,
Galangæ, Galliæ moſchatæ ana aur. ij.
Ligni aloës, Cort. ana aur j ß.
Moſchi boni ʒ j. quartam,
Sacchari albi ad pondus omnium,
Sacchari candefacti, dimidiũ pondus omniũ.
* Ventriculum roborat, coctionem juvat, flatus diſſolvit, halitus gratiam commendat. Dantur aur. ij. cum vino bono. *Meſues.*

*Species dulces, pro cibariis.*

℞. Cinnamomi ℥ ij.
Zingiberis albi, Sacchari ana ℥ j.
Croci orientalis ʒ ij.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Galangæ, Macis ana ʒ ß.
Miſce, fiat pulvis,
Hic pulvis, ut & ſequẽs, Italis in cibariis magnopere expetuntur, nobis non perinde familiares, etſi à noſtris pharmacopœis parantur. *Auguſtani.*

*Species fortes finæ.*

℞. Piperis nigri ℥ ij.
Zingiberis ℥ j.
Croci orientalis ʒ j.
Caryophyllorum, Galangæ ana ʒ ij.
Pulveriſentur omnia tenuiter. *Iidem.*

## DE PULVERIBUS EXcalefacientibus hepar.

*Tragema ad hydropem & cachexiam.*

℞. Inteſtinorum gallinæ, cum interna ventriculi tunica, à carne ſeparata, & vino albo abluta ℔ j. Urantur in furno: deinde vino albo & aqua abſinthii extinguantur: pro qualibet uncia ponatur
Galangæ, Cinnamomi ana ʒ j.
Sacchari roſ. tab. ℥ j.

A Miſce, & fiat pulvis. * Datur manè ante paſtum, ut ventriculum exiccet. *Rondeletius.*

## DE PULVERIBUS REfrigerantibus ventriculum.

*Tragema ſtomachum refrigerans & corroborans.*

℞. Spec. Triaſandali, Diatrag. frig. ana ʒ j.
Roſarum rubr. ſicc. Coriandri præparati,
B Coral. rub. ana ℈ j.
Sem. Portulacæ ℈ ß.
Sacchari roſ. tab. ʒ iij.
Miſce, & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

*Pulvis de granis Myrti.*

℞. Baccarum Myrti,
Granorum granatorum, toſt. ana ʒ xx.
Cymini aceto infuſi per hor. 24. & ſicc.
Coriandri præparati torref.
Polentæ, Succi Meſpilorum,
C Cerationum, Rhois, Glandium ana ʒ ß.
Acaciæ, Hypociſtidos ana ℥ v.
Confice, & da. * Ad ventriculi & aliorum viſcerum imbecillitatem *Meſues.*

*Pulvis ſtomachum roborans.*

℞. Coriandri præparati ℥ v.
Diacydonitis ſine aromat. ʒ iij.
Cinnamomi ʒ ij ß.
Macis ʒ ß.
D Pul. roſatæ novellæ ʒ j.
Sacchari roſ. tabulati, ad pondus omnium.
Fiat pulvis, quo utatur à paſtu. *Ant. Chalmeteus.*

## DE PULVERIBUS REfrigerantibus hepar.

*Tragema hepar refrigerans, corroboransq́;.*

℞. Spec. Diarrhod. Abb. Triaſandali ana ʒ j ß.
E Sem. Endiviæ, Cichorii ana ʒ j.
Sem. Melonum, Citrulli, Cucurbitæ ana ʒ j ß.
Roſar. rubrarum ʒ ß.
Sandalorum omnium ana ℈ j.
Sacchari albiſſimi ℥ v.
Miſce, & fiat tragema. *Fuchſius.*

## DE PULVERIBUS aſtringentibus.

F *Pulvis ad conſtringendum os ſuperius ventriculi.*

℞. Coriandri præparati ℥ ij.
Coralii rub. uſti & loti ℥ ß.
Aniſi ʒ ij.
Roſ. rub. Cort. Citri ſicci, Carnium, Cytoniorum, vel Sorborum, vel Pyrorum agreſtium, exſiccatorum, vel pul. Diacydonitis ana ʒ j.
Sacchari roſ. tab. quantum ſufficit.
Miſce, & fiat pulvis. * Valet in affectibus cerebri per conſenſum ventriculi, & in vomitu facto à nimia relaxatione ventriculi. *Rondeletius.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0387-4 DFG

*Tragema ad vomitum & ventris fluxum.*

℞. Carnis Cytoniorum exiccatorum ℥ j.
Coralii rubri ℥ ß.
Cort. citri ſicci,
Sem. Uvarum, vel
Flor. Labruſcæ ana ʒ ij.
Cinnamomi craſſi ℥ j ß.
Roſarum rubr. P. j.
Sacchari roſ. tab. quantum ſufficit.
Miſce, & fiat tragema.* Ad fluxum ventris ſumitur per dimidiam horam ante paſtum. Ad vomitum vero poſt cibum, neq; ſuperbibi debet quicquam, neq; in cibo liquido ſumendus eſt pulvis. *Rondeletius.*

## DE PULVERIBUS menſes moventibus.

*Pulvis ad menſium provocationem.*

℞. Myrrhæ, Cinnamomi ana ʒ j.
Sabinæ ʒ ß.
Sem. Apii, Petroſelini, Spicæ nardi,
Squinanthi, Aſari ana ℈ j.
Miſce, & fiat pulvis.* Capiat ʒ j. cum ſucco eryngii. *Rondeletius.*

## DE PULVERIBUS moventibus urinam.

*Pulvis urinas movens.*

℞. Gummi prunorum, Carabæ,
Cineris cancrorum ana ʒ j.
Seminis Apii, ſem. Petroſelini,
Sem. Alkekengi ana ʒ ß.
Cinnamomi, Squinanthi,
Aſari ana ℈ ij.
Miſce, & fiat pulvis tenuiſſimus.* Sumatur mane cochlear unum ſuperbibendo cyathum vini albi, vel ex aquis provocantibus urinas: quales ſunt aqua graminis & aſparagi. *Rondeletius.*

## DE PULVERIBUS calculum frangentibus.

*Pulvis ad calculum ex cineribus.*

℞. Cinerum Vitri, cinerum Scorpionum, cinerum radic. Braſſicæ, cinerum Leporis, cinerum putaminum ovorum, è quibus pulli fuerint excluſi, lapidis Spongiæ, ſanguinis Hirci præparati, Lapidis Judaici, Gummi juglandis, acori ana ʒ j.
Petroſelini, Dauci, Pulegii, Gummi Arabici, ſeminis Althææ, Piperis nigri ana ʒ j ß.
Terantur, & ſimul miſceantur. Hic pulvis in officinis noſtris nō proſtat, poteſt tamen parari neceſſitate exigente. *Avicenna.*

*Pulvis ad calculum, alius.*

℞. Sem. Milii Solis, ſem. Saxifragiæ ana ʒ j.
A Sem. Lactucæ, ſem. Hyoſcyami,
Sem. Papaveris albi ana ℈ ij ß.
Quatuor ſem. frig. majorum ana ℈ ij.
Glycyrrhizæ ℈ iv.
Trochiſcorum halicacabi ʒ j ß.
Rad. Pimpinellæ, ſem. Geniſtæ ana ʒ ß.
Sacchari ℥ ij.
Fiat pulvis. *Auguſtani.*

*Pulvis contra calculum, alius.*

℞. Semin. Fœniculi, Raphani,
B Petroſelini, Aniſi, Anethi,
Alkekengi, Saxifragiæ ana ʒ ij.
Cicerum rub. ʒ j.
Cardamomi, Oculorum cancri,
Dentium piſcis lupi, Macis ana ℥ ij.
Fiat pulvis. Doſis ʒ j. cum vino. *Innominatus.*

*Alius.*

℞. Gummi ceraſorum, Milii Solis ana ʒ ij.
Sem. Petroſelini, Malvæ, Melonum,
C Liquiritiæ raſæ ana ʒ iij.
Sacchari candi ʒ x.
Fiat pulvis. *Innominatus.*

*Ad calculoſas arenulas.*

℞. Sem. Petroſelini,
Rad. Petroſelini ad interna animalia purgatarum ana ℥ ß.
Florum Cardui ſtellati ℥ j.
Furno teneri ſiccata in pulverem redigantur. *Heurnius.*

D
## DE PULVERIBUS Venerem ſtimulantibus.

*Tragema ad Venerem ſtimulandam, noſtrum.*

℞. Cinnamomi electi ʒ ij.
Macis, Caryophyllorum ana ℈ ß.
Piperis longi ℈ v.
Sem. Erucæ ʒ j ß.
E Sem. Raparum ʒ j.
Sem. Paſtinacæ ℈ j.
Priapi tauri, vel cervi, Scincorum mar. ana ʒ j.
Boletorum Cervi ſicc. ʒ j ß.
Cantharidum Gran. vj.
Sacchari albiſſ. ℥ v.
Fiat tragema.

## DE PULVERIBUS partum provocantibus.

F
*Pulvis partum provocans.*

℞. Cinnamomi ʒ j.
Croci ʒ ß.
Caſiæ ligneæ ℈ ij.
Fiat pulvis. *Auguſtani.*

*Alius.*

℞. Cinnamomi, Croci ana ℈ j.
Boracis ℈ iv.
Fiat pulvis. Detur ex aqua arthemiſiæ. *Heliden.*

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0388-0
DFG

## DE PULVERIBUS conſolidantibus.

*Pulvis pro ulceribus gutturis.*

℞. Sulphuris vivi ℥ iv.
Myrrhæ rubeæ, Aluminis ſaccharini ana ℥ ij.
Maſticis, Thuris ana ℥ j.
Pyrethri ʒ vj.
Fiat pulvis.
℞. Hujus pulveris ℥ j.
Vini ſublimati ℔ j. Miſce.
Hic pulvis uſitatiſſimus eſt apud Auguſtanos in Xenodochio. *Auguſtani.*

*Tragema ad pulmones exulceratos.*

℞. Cineris cancrorum,
Priapi tauri, in aqua roſ. lotorum ana ℥ ij.
Boli Armeni, Terræ ſigillatæ,
Gummi Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ʒ j.
Sem. Papaveris albi,
Quat. ſem. frig. major. inciſorum ana ℈ j.
Glycyrrhizæ raſ. ℈ ij.
Sacchari roſ. tab. ad pondus omnium,
Penidiarum ℥ j.
Miſce, & fiat pulvis. * Capiat cum lacte aſinæ, aut capræ, aut vaccæ. *Rondeletius.*

## DE PULVERIBUS diſſolventibus ſanguinem concretum.

*Pulvis contra caſum.*

℞. Mumiæ, Scabioſæ, Piloſellæ,
Hyperici ana ℥ ß.
Coſti dulcis, Coſti amari,
Nucis moſchatæ ana ʒ j ß.
Terræ ſigillatæ,
Boli armeni ana ℈ iv.
Rubiæ tinctorum, Rhapontici,
Sem. Nigellæ ana ʒ vj.
Rhabarbari, Spermatis ceti ana ℥ ij.
Trochiſcorum de agarico, cum ſale gemmæ præparatorum, Cymini præparati ana ʒ j.
Fiat omnium pulvis. *Joannes de Tornis.*

*Alius.*

℞. Terræ ſigillatæ aut Boli armeni,
Sanguinis draconis, Mumiæ ana ʒ ij.
Spermatis ceti ʒ j.
Rhabarbari ʒ ß.
Miſce, & fiat pulvis. Propinatur præcipitatis, ruptis, contuſis, fractis, ex vino aſtringente, vel cui incoxerint, quæ ſtringendi vim habent, ut roſæ, balauſtia, cytini, malicorium, myrti, & rubi cacumina, ſumach, & id genus alia. Hoc vino intincta lintea, & expreſſa calida laboranti circumvoluta omnem ex ictu, & præcipitio offenſionem mirificè curant, eſtq; celebre Hiſpanis, nec contemnendum remedium. *Auguſtani.*

A
## DE PULVERIBUS impinguantibus.

*Pulvis impinguans.*

℞. Farinæ Cicerum in lacte infuſ. & ſicc. ℥ vj.
Oryzæ lotæ ℥ ij.
Tritici excort. lacti infuſ.
Hordei excort. lacti infuſ. ana ℥ iij.
Amygdal. dulcium ℥ v.
Papaveris albi, panis bis cocti ana ℥ iv.
B Sacchari albi ℔ j.
Tere. Da ſorbendas in die manè ℥ iij. coctas cum lacte, aut aqua cicerum. *Meſues.*

## DE PULVERIBUS ſedantibus dolorem.

*Pulvis ſedans dolorem ad ſuppoſitoria.*

℞. Cymini, Rutæ, Caſtorii, Opii ana ʒ j.
C Miſce, & fiat pulvis, qui melle excipiatur. *Florent.*

## DE PULVERIBUS purgantibus bilem.

*Pulvis Rhabarbari.*

℞. Rhabarbari electi ʒ ij.
Spicæ Indicæ, Maſticis ana G. vj.
Sacchari ℈ ij.
Miſceantur, fiatq; pulvis. * Bilem flavam purgat.
D *Fuchſius.*

*Pulvis alius, leniter purgans.*

℞. Pulveris Violarum purpurearum ʒ j.
Ex jure piſorum rubrorum modice coctorum, tutò ad alvum adſtrictam exhibetur pueris, gravidis & imbecillis. *Andernacus.*

*Alius.*

℞. Senæ mundatæ,
Violarum purpurearum ana ʒ ß.
Glycyrrhizæ raſæ, Zingiberis ana ℈ j.
E Tartari ℈ ß.
Singula in pulverem redigantur, miſceanturque, & ex juſculo ſumantur. *Andernacus.*

*Alius.*

℞. Rhabarbari, Diagridii ana ʒ iij.
Zingiberis ʒ ß.
Sacchari electi ℥ j.
Fiat pulvis. Ex hoc quoq; tenues placentulæ ſeu paſtilli confici poſſunt, addendo tritici pollinem
F & aquam roſarum. *Fumanellus.*

## DE PULVERIBUS purgantibus per nares pituitam.

*Pulvis ſternutatorius.*

℞. Majoranæ ʒ j ß.
Betonicæ, Pyrethri ana ʒ ß.
Hellebori utriusque ana ʒ j.
Pulegii ℈ j.
Fiat pulvis. *Auguſtani.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0389-9

*Pulvis ad naſalia.*

℞.Calaminthæ,Majoranæ,Rad.Ireos,
Caſtorei,Nigellæ,Staphiſagriæ ana ℈ j.
Hellebori albi,Pyrethri,Nucis moſchatæ,
Myrrhæ rubeæ,Euphorbii ana ℈ ij.
Conterantur ſingula, deinde cum Ladani ʒ vj. & melle modico formentur naſalia.

## DE PULVERIBUS purgantibus pituitam, per alvum.

*Pulvis è Turbith magiſtralis.*

℞.Turbith boni ʒ j.
Zingiberis albi ℈ ij.
Hermodactylorum ʒ ß.
Sacchari albi ℥ ß.
Fiat pulvis. * *Pituitam purgat Florentini.*

*Alius.*

℞.Zingiberis albi,Maſticis,
Turbith electi ana ʒ x.
Sacchari ʒ xxx.
Trita miſceantur. * Purgat humores phlegmaticos: datur pueris, mulieribus, ſenibus,& humidis,delicatis,& ocioſis. *Avicenna.*

## DE PULVERIBUS purgantibus bilem atram.

*Pulvis Senæ præparata.*

℞.Fol.Senæ ℥ ß.
Zingiberis,Macis ana ʒ iij.
Cinnamomi, Tartari ana ʒ j ß.
Terantur tenuiſſimè.* Purgat caput mirabiliter. *Montagnanus.*

## DE PULVERIBUS purgantibus aquam.

*Pulvis ad hydropem.*

℞.Pulveris foliorum Soldanellæ ʒ j ß.
Senæ ʒ ij.
Turpeti,vel Rhabarbari ℈ j.
Sacchari ʒ j.
Miſce,& fiat pulvis.*Eraſtus.*

*Alius ejuſdem,pro mulieribus.*

℞.Turpeti ʒ j.
Rhabarbari ʒ ß.
Soldanellæ ℈ ij.
Zingiberis,Sacchari ana ʒ j.
Fiat pulvis.

## DE PULVERIBUS PURgantibus humores mixtos.

*Pulvis laxativus magiſtralis.*

℞.Turbith ℥ j.
Zingiberis,Cinnamomi,
Maſticis,Galangæ,Cardamomi,
Caryophyllorum,Aniſi,
Hermodactylorum,
A Scammonii præparati ana ℥ ß.
Fol.Senæ ℥ ij.
Sacchari albi ℥ iv.
Terantur omnia,& commiſceantur.

*Alius.*

℞.Turbith electi ℥ ß.
Cinnamomi,Zingiberis ana ʒ ij.
Caryophyllorum,Cardamomi,
Galangæ,Maſticis ana ʒ ß.
Aniſi ʒ j.
B Hermodact.Diagridii,Senæ ana ℥ ß.
Sacchari ℥ iij.
Fiat pulvis.*Stockſtaldus.*

*Alius.*

℞.Senæ ℥ ix.
Diagridii ʒ j ß.
Salis indi ℥ ß.
Fæcum vini ℥ iv.
Maceris ℥ iij.
Cinnamomi ʒ j ß.
C Miſce,& fiat pulvis. * Humores melancholicos & aduſtos purgat, nec non pituitam & flavam bilem. *Troncavell.*

*Pulvis ſolutivus de tribus.*

℞.Senæ ʒ vj.
Turbith ℥ ß.
Rhabarbari ʒ ij.
Glycyrrhizæ,Aniſi, ſem.Fœniculi ana ʒ j.
Spicæ Indicæ ℈ ß.
D Fiat pulvis.*Auguſtani.*

*Pulvis paſſauant,cum Rhabarbaro,uſualis.*

℞.Flor.Borraginis,Violarum ana ℈ ij.
Zingiberis,Spicæ nardi ana ʒ j.
Glycyrrhizæ,Aniſi ana ʒ ij.
Diagridii ʒ iij.
Rhabarbari electi ʒ vj.
Turbith gummoſi ℥ j.
Senæ ℥ ij.
E Miſce,& fiat pulvis.*Colonienſes.*

*Laudanum Mercuriale.*

Hydrargyrum ex lixivio coquitur,purgaturq; cum ſale,aceto, & aqua,uſque dum cryſtalli inſtar pelluceat: deinde cum chalcanthi in calcem redacti, & ſalis nitri pari pondere miſcetur, excipitur aceto ſtillatitio fortiſſimo, & piſtillo ligneo diligenter ſubigitur: mox vaſi inditur,& in altum evehitur,ut ars docet: poſtea eodem mo-
F do per alumen in calcem reductum, & ſalem nitri elevatur: atq; tunc evacuationis magiſterium maximum provenit. Hoc tandem detritum vino optimè diſtillato perfunditur, digeriturque vaſe diligenter obſerato: hinc vinum extillatur, donec in fundo olei albiſſimi inſtar remaneat: deinde exiccatur,teriturq;, & ſupra marmor in loco liquido liqueſcere ſinitur, poſtremò exiccatum vitro conditur in uſum: atq; ſic metallorum Theriaca præſtantiſſima abſoluta eſt: cujus granum unicum ex Mithridatio vel Theriaca optima,vel præclaro vino exhibetur. *Andernacus.*

*Hydrar-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0390-4
DFG

*Hydrargyrum metallorum.*

A Liquor Hydrargyri exiccatur: deinde cum chalcantho in humorem redactum imbuitur: eaq; ratione, qua fæcularum vini exiccatarum ſpiritus ſolet, abſtrahitur tandiu, dum coralii inſtar rubeſcat. * Datur grani pondere ex Theriaca, vel Mithridato: idq; pro ægri ac morbi ratione. *Andernacus ex Paracelſo.*

*Pulvis purgatorius.*

℞. Fol. Senæ, Sacchari ana ʒ vj.
B Zedoariæ, Zingiberis,
Liquiritiæ ana ʒ ij.
Tartari ad pondus omnium.
Fiat pulvis. Doſis ʒ j ß. per duas horas ante prandium. Purgat caput, ſtomachum, ſplenem, & renes. *Herman.*

*Alius.*

℞. Violarum, Borraginis,
Roſarum, Liquiritiæ,
Aniſi, Fœniculi,
C Polypodii quercini ana ℥ ß.
Senæ ℥ ij ß. Fiat pulvis.

*Alius.*

℞. Senæ ʒ iij.
Zingiberis ℈ ij.
Cinnamomi, Tartari ana ℈ j.
Miſce, & fiat pulvis.

*Alius.*

℞. Senæ ℥ j.
D Tartari ℥ ß.
Zingiberis ʒ ij.
Caryophyllorum ʒ ß.
Diagridii G. x.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ ij.

*Alius.*

℞. Cinnamomi, Zingiberis,
Galangæ ana ʒ j.
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ,
E Croci, Macis ana ʒ ß.
Tartari ℥ ß.
Senæ ℥ j.
Diagridii ʒ j.
Roſ. rub ʒ ß.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ j. vel ℈ iv. Francofordiæ in uſu. *Baſſanus.*

*Alius.*

℞. Turpeti electi ʒ j.
F Zingiberis,
Cinnamomi ana ʒ ß.
Galangæ, Maſticis,
Calami aromatici,
Caryophyllorum ana ʒ j.
Aniſi ℈ j.
Hermodactyl. præparat.
Diagridii,
Senæ ana ʒ j.
Sacchari ℥ j.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ j. vel ℈ iv. Auguſtæ & Ulmæ in uſu. *Joan. Stockſtal.*

*Alius.*

℞. Senæ ʒ ij ß.
Tartari ʒ ij.
Croci ʒ ß.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ ij. cum modico ſaccharo in brodio piſorum, caulium, vel vino. *Conradus de Sindelſingen.*

*Pulvis laxativus delectabilis.*

℞. Turpeti electi & confricati ʒ j.
Cinnamomi, Zingiberis ana ʒ ß.
Galangæ, Maſticis,
Calami aromatici,
Caryophyllorum ana ʒ j.
Aniſi ℈ j.
Hermodactyl. præparat.
Diagridii, Senæ ana ʒ j.
Sacchari ℥ j.
Miſce, & fiat pulvis.

*Pulvis purgatorius.*

℞. Fol. Senæ ℥ ij ß.
Zingiberis ʒ iij.
Tartari ʒ vj.
Caryophyllorum ʒ j.
Aniſi, Carvi,
Galangæ ana ʒ ß.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ ij vel iij.

*Pulvis laxativus.*

℞. Senæ ℥ ß.
Turpeti ʒ ij.
Zingiberis ʒ j.
Tartari ʒ iij.
Sacchari ℥ j.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ℥ ß.

*Pulvis laxativus ſine moleſtia.*

℞. Diapenidii ℥ ij.
Turpeti electi ana ʒ ij.
Spec. elect. de ſucco Roſ. ʒ iij.
Zingiberis ℥ j.
Aniſi ʒ ß.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ ij. vel iij. mané.

*Pulvis ſolutivus ſine dolore.*

℞. Turpeti opt.
Rhabarbari electi,
Hermodactylorum ana ʒ ß.
Diagridii G. ij.
Zingiberis, Galangæ,
Aniſi, Spicæ, Macis ana ℈ ß.
Roſarum ℈ j.
Sacchari ℥ ij.
Miſce, & fiat pulvis.

*Pulvis laxativus.*

℞. Eſulæ repreſſæ in aceto infuſionis Tragacanthi ʒ vij.
Caryophyllorum, Macis,
Nucis moſchatæ, Zingiberis,
Galangæ, Aniſi,
Cymini ana ʒ j.
Sacchari ad placitum.
Pulverizentur, & detur unum cochlear. Poteſt offerri omnibus de cauſa frigida laborantibus:



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0391-0
DFG

ut delicatis, conſtipatis, & cholericis, ante prandium, in medio, & in fine absq; abominatione. *Arnold. Villanovanus.*

*Pulvis laxativus alius.*

℞. Turpeti electi ℈ iv.
Zingiberis ʒ ß.
Sacchari ad pondus omnium.
Miſce, & fiat pulvis. Sumatur cum vino calido, ſtomacho jejuno.

*Pulvis laxativus.*

℞. Turpeti ʒ j.
Cinnamomi, Zingiberis ana ʒ ß.
Galangæ, Maſticis,
Cardamomi, Caryophyllorum ana ʒ j.
Aniſi ℈ j.
Hermodactylorum,
Diagridii, Senæ ana ʒ j.
Sacchari ℥ j.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ j. vel ℈ iv. *Stockſtaldus.*

*Pulvis laxativus in cura retentionis menſtruorum à phlegmate.*

℞. Turpeti boni & electi ʒ j. vel ℈ iv.
Zingiberis ʒ ß.
Salis gemmæ G. v.
Sacchari ʒ ij.
Miſce, & fiat pulvis. Sumatur cum ſero caprino, vel brodio pulli, vel Cicerum.

*Pulvis laxativus noſter.*

℞. Senæ mundatæ ℥ j ß.
Zingiberis ʒ iij.
Tartari ʒ vj.
Caryophyllorum ʒ j.
Aniſi, Carvi,
Galangæ ana ʒ ß.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ ij.

*Alius valdè bonus, & poteſt dari in ferculo.*

℞. Cinnamomi ℥ ß.
Macis, Croci ana ʒ j.
Senæ ʒ vij.
Zingiberis ʒ j ß.
Sacchari ad pondus omnium.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis ʒ j.

*Alius.*

℞. Senæ mundatæ ʒ iij.
Turpeti ʒ j.
Tartari ʒ j ß.
Eſulæ præparatæ ʒ j.
Zingiberis, Cinnamomi ana ʒ ß.
Sacchari ℥ j.
Miſce, & fiat pulvis. Doſis à ʒ j. uſq; ad ʒ ij. cum pane toſto, vel brodio piſorũ, ſtomacho vacuo.

*Tragea laxativa.*

℞. Cort. rad. Eſulæ præparatæ & correctæ ℥ j.
Nucis moſchatæ, Liquiritiæ ana ʒ ij.
Cinnamomi, Aniſi, Fœniculi ℈ ß. G. v.
Maſticis ʒ j.
Sacchari q. ſ.

A Fiat pulvis. * Educit aquam citrinam.

*Tragea laxativa, pro delicatis.*

℞. Cinnamomi electi,
Zingiberis, ſem. Aniſi ana ℥ ß.
Senæ mundatæ ℥ ij.
Sacchari ℥ iij.
Fiat tragea. * Hujus cochlear unum bis vel ter movet alvum.

*Tragea laxativa, alia.*

B ℞. Cinnamomi, Zingiberis ana ʒ j.
Nucis moſchatæ, Galangæ,
Maſticis, Caryophyllorum,
Cardamomi ana ℈ j.
Xyloaloës ℈ ß.
Aniſi ʒ ß.
Turpeti optimi ʒ ij.
Hermodactylorum ʒ v.
Senæ ʒ ij.
Sacchari ℥ j ß.
C Fiat tragea. Doſis in principio ʒ j. vel plus.

*Tragea ſolvens ventrem.*

℞. Turpeti ℥ ß.
Cinnamomi, Zingiberis,
Caryophyllorum, Macis ana ℥ ß.
Sacchari ad pondus omnium,
Spec. aromat. roſat. ʒ ij.
Fiat tragea. Doſis ad libitum.

*Alia.*

D ℞. Turpeti electi ʒ ij.
Agarici, Polypodii ana ʒ j.
Cinnamomi, Macis ana ʒ ß.
Caryophyllorum ℈ j.
Zingiberis ℈ ß.
Sacchari ad pondus omnium. Fiat pulvis.

## DE PULVERIBUS purgantibus fæces.

E *Pulvis contra lumbricos.*

℞. Comarum Centaurii minoris,
Lupinorum ana ℔ ß.
Abſinthii, baccarum Lauri,
Gentianæ ana ℥ iv.
Ariſtolochiæ rotundæ,
Pyrethri, Polypodii,
Petroſelini Macedonici,
Zedoariæ, Myrrhæ ana ℥ ij.
Abrotani ℥ j.
F Sem. Athanaſiæ ℥ iij.
Flor. Perſicorum ℥ ij ß.
Coriandri præparati ℥ j ß.
Senæ Alexandr. ſem. Santonici ana ℥ ij. ʒ ij.
Aloës, ſem. Portulacæ,
Rad. Dictamni albi ana ʒ ij.
Miſce, & fiat pulvis. *Colonienſes.*

*Alius.*

℞. Sem. contra lumbricos ℥ j.
Lupinorum ℥ ß. Abſinthii ʒ ij.
Cornu Cervi uſti ʒ j ß.
Miſce, & fiat pulvis.

*Alius.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0392-6 DFG

*Alius.*

℞.Sem.ſancti ℥ iv.
Fol.Senæ ʒ j.
Coriandri præparati,
Cornu Cervi ana ʒ ß.
Fiat pulvis. *Auguſtani.*

*Alius.*

℞.Corallinæ,Cornu Cervi uſti,
Raſuræ eboris,Coralii rubri,
Sem.Caulicum,Acetoſæ,
Portulacæ,Coriandri præpar.ana ℥ ß.
Rad.Dictamni albi,
Filicis maſcul.
Sem.Citri ana ʒ ij.
Sem.contra ʒ j.
Pulverata irrorentur aceto acerrimo, & in umbra ſiccentur per tres vices. *Laurent.Joubertus.*

*Alius.*

℞.Sem.contra ℥ j.
Fol.Senæ mundat.ʒ vj.
Sem.Tanaceti,Portulacæ,
Lupinorum ana ʒ iij.
Sem.Acetoſæ,
Rhabarbari opt.
Rad.Diſclamini ac Zedoariæ,
Corallinæ,Cornu Cervi uſti ana ʒ ij.
Fiat pulvis.Doſis ʒ j.

*Alius.*

℞.Rad.Mecooch albiſſ.℈ ij.
Cornu Cervi uſti ʒ ß.
Diagridii G.j.
Fiat pulvis in lacte ſumendus, tertiò iterandus. *Caſparus Bauhinus.*

*Pulvis ad ſuppoſitoria communia magiſtralis.*

℞.Aloës,Cymini,
Salis gemmæ,
Rutæ ana ʒ j.
Terantur, & fiat glans cum mellis quantum ſufficit. *Medici Florentini.*

*Pulvis ad ſuppoſitoria ſicca.*

℞.Spec.Hieræ picræ ℥ j ß.
Colocynthidis ʒ vj.
Hellebori albi ℥ j.
Salis communis ℥ iij.
Farinæ frumenti ℥ xiix.
Cum vitello Ovorū & Melle deſpumato, quantum ſatis eſt, fiant ſuppoſitoria. *Auguſtani.*

*Alius acutior.*

℞.Aloës,Hellebori nigri,
Centaurii,Cymini,
Rutæ ana ℈ ij.
Fiat pulvis,ut ſuprà. *Medici Florentini.*

*Alius adhuc acutior.*

℞.Hellebori albi,
Granorum Colocynthidos ana ℥ j ß.
Eſulæ præparatæ,Hermodactylorum ana ℥ j.
Spec.Hieræ S.Galeni ʒ ij.
Miſceantur pulverizata. *Cordus.*

A

# *De Pulveribus extrinſecùs applicandis.*

## DE PULVERIBUS capitis temperatis.

*Pulvis capitalis temperatus.*

℞.Roſarum,Sandali albi,Labruſcæ,
B Betonicæ,Stœchadis,Rad.Pæoniæ,
Salviæ,Majoranæ,Caryophyllorum,
Sandarachæ ana ʒ j.
Terantur tenuiſſime. *Medici Florentini.*

*Pulvis cordialis temperatus.*

℞.Roſarum rubr.
Coralii rubri,
Corticum Citri,Oſſis de corde Cervi,
Serici grano tinctorum infecti ana ʒ j.
Sandali albi,rubri,citrini ana ℥ j.
C Croci,Caryophyllorum,
Cinnamomi,Ligni Aloës ana ℈ j.
Ambræ ℈ ß.
Caphuræ ℈ ij.
Terantur ut ſuprà. *Medici Florentini.*

*Pulvis cordialis.*

℞.Coralii utriuſque,Sigilli Lemnii ana ℥ ß.
Raſuræ Eboris,Cornu Cervi ana ʒ ij.
Margaritarum ʒ j.
D Coriandri præparati,Spodii,
Roſarum ana ℈ ij ß.
Oxalidis,Frag.lapid.precioſ.
Oſſis de corde Cervi ana ʒ ß.
Sacchari ℥ iij.
Fol.Auri,fol.Argenti ana N.xxv.
Per ſe trita probè ſerva. *Sylvius.*

## DE PULVERIBUS calefacientibus caput.

E *Pulvis magiſtralis.*

℞.Stœchadis,Nucis moſchatæ,Betonicæ,
Rad.Betonicæ,Seſeleos,Majoranæ,
Ligni Aloës,Caryophyllorum ana ʒ j.
Moſchi,Ambræ ana G.ij.
Fiat pulvis. *Florentini.*

*Pulvis ad calfaciendum caput,alius.*

℞.Nucis moſchatæ,Macis,Galangæ ana ʒ ij.
Granorum tinctorum,Cinnamomi ana ʒ j.
F Flor.Stœchadis,Roſarum,
Flor.Roriſmarini,Chamomillæ ana ʒ j ß.
Cort.Citri ℈ j.
Schœnanthi,Spicæ Celticæ ana ℈ ß.
Fiat pulvis tenuiſſimus: quo utendum in declinatione lethargi,aut in ſomno profundo, maximè ſi addatur Caſtoreum,vel Coſtus. *Rondelet.*

## DE PULVERIBUS calefacientibus cor.

*Pulvis pro epithemate cordis calidus.*

℞.Sandali albi,rubri,citrini ana ʒ ij.

Been albi, rubri, Serici grano tinctorio infecti, A
Oſſis de corde cervi ana ʒ j.
Croci, Cinnamomi, Caryophyllorum,
Ligni aloës ana ℥ ß.
Ambræ, Moſchi ana ℈ j.
Fiat pulvis. *Florentini.*

*Pulvis adverſus peſtem, magriſtralis.*

℞. Dictamni Cretenſis,
Coralii albi, Tormentillæ,
Boli, Gentianæ ana ℥ j.
Terræ Lemniæ ℥ ß.
Fiat pulvis tenuiſſimus. *Medici Florentini.*

## DE PULVERIBUS excalfacientibus ventriculum.

*Pulvis ad ventriculum calfaciendum.*

℞. Galangæ, Cyperi,
Caryophyllorum ana ʒ ij.
Abſinthii, Menthæ ana ℥ ß.
Miſce, & fiat pulvis. *Rondeletius.*

*Pulvis ad calfaciendum & conſtringendum ventriculum.*

℞. Abſinthii, Cyperi,
Maſticis, Macis ana ℥ ß.
Coralii rubri, Balauſtiorum,
Sumach, Myrtillorum,
Piperis longi, Cinnamomi,
Sanguinis draconis ana ʒ ij.
Fiat pulvis tenuiſſimus, quo ſinapiſetur venter & ſtomachus, prius facta inunctione cum oleo maſtichino, aut lentiſcino, aut cytoniorum, & pauco aceto, vel vino. *Rondeletius.*

*Pulvis ad flatus diſcutiendos ventriculi.*

℞. Galangæ majoris & minoris,
Cinnamomi, Spicæ nardi,
Squinanthi ana ʒ iij.
Cymini, Carvi, Apii,
Petroſelini in aceto maceratorum ana ʒ ij.
Sem. Rutæ ʒ j.
Miſce, & fiat pulvis, quo inſpergatur venter melle perunctus, & pauco vino. *Rondeletius.*

## DE PULVERIBUS excalfacientibus hepar.

*Pulvis pro epithemate hepatis excalfaciens.*

℞. Roſarum,
Sandali albi, rubri,
Abſinthii,
Schœnanthi,
Spodii,
Nardi Indicæ,
Cinnamomi ana ℥ ß.
Moſchi ℈ j.
Miſce, & fiat pulvis tenuiſſimus. *Florentini.*

## DE PULVERIBUS refrigerantibus caput.

*Pulvis ad phrenitidem.*

℞. Coriandri ʒ ij.
Flor. Nymphææ ʒ iij.
Violarum, Roſarum ana ʒ ij.
Sem. Lactucæ, Papaveris ana ʒ j.
Coralii rubri ʒ j ß.
Sandali rubri ℈ ij.
B Fiat pulvis tenuiſſimus, quo ſinapizetur pars capitis anterior. *Rondeletius.*

*Alius.*

℞. Flor. Violarum, Nymphææ ana ℥ j.
Roſarum ℥ ß.
Flor. Chamomillæ ʒ ij.
Cap. Papaveris, vel Cort. Mandragoræ ℥ j.
Sem. Papaveris albi ʒ ij.
Sem. Aniſi, Anethi,
C Granorum tinctorum ana ℈ j.
Fiat pulvis. *Rondeletius.*

## DE PULVERIBUS refrigerantibus cor.

*Pulvis pro epithemate cordis refrigerans.*

℞. Sandali albi, rubri, citrini ana ℥ ß.
Been albi, rubri,
D Serici grano tinctorio infecti,
Oſſis de corde cervi ana ℥ j.
*Sericum minutim incidatur, reliqua per ſe terantur: miſce, conſerva in pyxide vitrea. Florentini.*

*Alius, temperatus potius.*

℞. Sandali rubri ana ℥ ß.
Cort. mali Citri, Sandali albi,
Roſarum, Coralii albi,
Coralii rubri, Carabæ,
Spodii ana ℥ ß.
E Flor. Borraginis, Doronici,
Oſſis de corde cervi, Croci ana ʒ j.
Spec. Lætitiæ, ſpec. Diagemmæ,
Spec. Diamarg. frigid. ana ℈ iv.
Caphuræ ℈ j.
In pulverem redactæ ſpecies commiſceantur. *Colonienſes Medici.*

*Alius.*

℞. Flor. Buglоſſæ, flor. Borraginis,
F Flor. Meliſſæ ana M. ß.
Sandalorum omnium,
Roſarum rubr. ana ʒ ij.
Cort. Citri, ſem. Acetoſæ, Ligni aloës,
Caryophyllorum ana ʒ j ß.
Frag. lap. precioſorum ana ʒ j.
Doronici, Been utriusque, Succini,
Oſſis de cordi cervi ana ℈ iv.
Margar. præpar. Coralii utriusque,
Spodii ana ʒ ß. Croci ℈ ß.
Caphuræ G. vj.
Moſchi G. iij.

Trita

Trita omnia probè uſui reſerventur. * Mirificè in cordis affectibus, palpitatione, ſyncope, & concisis propemodùm vitalibus facultatibus, melancholicis, ſplenicis, triſtibus & deſperantibus ſuccurrit, in peſtilitate cordis ſpiritus refocillat. *Auguſtani.*

*Alius.*

℞. Flor. Bugloſſæ, Borraginis,
Meliſſæ ana M. ß.
Sandalorum omnium, Roſ. rubr. ana ʒ ij.
Doronici, Been albi & rubri, Carabæ,
Oſſis de corde Cervi ana ℈ iv.
Cort. Citri, ſem. Acetoſæ,
Ligni aloës, Caryophyllorum ana ʒ j ß.
Croci ℈ j.
Margaritarum ʒ ß.
Moſchi G. iij.
Caphuræ G. vj.
Frag. lap. prec. omnium ʒ j.
Coralii utriusque, Spodii ana ʒ ß.
Trita per ſe miſce. *Sylvius.*

*Alius ad peſtem.*

℞. Sandali citrini, Terræ Lemniæ,
Rad. Tormentillæ, Sacchari albi ana ʒ ij.
Sandali rubri, Dictamni Cretenſis,
Cornu cervini uſti, Margaritarum, Roſ. rubr.
Boli, Ariſtolochiæ rot. Pimpinellæ,
Myrrhæ, Zedoariæ ana ʒ j.
Caphuræ, ſem. Citri, Croci,
Hyacinthi ana ʒ ß.
Miſce, & fiat pulvis tenuiſſimus. *Florentini.*

## DE PULVERIBUS refrigerantibus hepar.

*Pulvis pro epithemate hepatis refrigerans.*

℞. Sandali albi, rubri, citrini ana ℥ ß.
Roſarum, Coralii,
Spodii ana ʒ j.
Caphuræ ℈ j.
Terantur ut ſuprà. *Florentini.*

## DE PULVERIBUS aſtringentibus.

*Pulvis conſtringens.*

℞. Aloës, Mannæ, Thuris, Corticis Pini,
Terræ Lemniæ, Boli Armeni,
Lapidis Hæmatitæ, Hypocyſtidis,
Croci, Gallæ omphacitidis ana ʒ j.
Fiat pulvis. *Galenus.*

*Pulvis emplaſticus, & ſanguinem ſiſtens.*

℞. Reſinæ frictæ, Pollinis farinæ triticeæ,
Gypſi ana ʒ iij.
Miſce, & fiat pulvis. *Galenus.*

*Crocus Martis.*

Limata ſcobes ferri aqua calida ab omni ſpurcitia expurgatur, ſiccaturque, & aquæ re-
A gali impoſita ſolvitur: deinde acetum valens additur: poſtea hinc inde circumagitata eximitur, Soliq; exponitur, exiccaturq́; : poſt hæc rude ferrea reverberata patellæ imponitur, additurq; aquæ Plantaginis: & hæc in arena evaporare ſinitur. Idem rurſus fieri cum aliis aquis, ut Roſarum, Solani, & ſimilibus licet. * Ad immodicum & intempeſtivum, longumq; menſtruorum fluorem valet, dyſenteriã, omneq; aliud fluxionum genus, ℈ j. vel plurium pondere, cum Ro-
B ſarum conditi ʒ j. vel duplici. Datur etiam lienoſis, ex aqua Tamariſci & Enulæ campanæ. Cicatricem ulceribus inducit, &c. *Andernacus.*

*Aliter.*

Limaturam Martis prius optimè lotam calcinabis cum floribus Sulphuris, vel ipſam diſſolves cum Aqua ſtygia. Deinde ſuperfunde acetum acerrimum, & in calore relinquantur per aliquot dies: tum demùm reverberentur igne aperto, ut ars præcipit, per integrum diem: colli-
C gendo ſemper flores, qui ſupereminebunt, donec totum convertatur in pulverem rubicundiſſimum & leviſſimum. Hac etiam methodo conficies Crocum Veneris *Quercetanus.*

*Aliter.*

Calcina Limaturam ferri igne violento cum floribus Sulphuris, donec rubeſcat Limatura, & evaneſcat tota terra fœtida. Hanc per diem integram reverberato, tum prodit in pulverem purpureum, & tenuiſſimum: & habebis medica-
D mentum laudabile ad omnes fluxus.

*Pulvis ad omnem hæmorrhagiam.*

℞. Thuris ℥ j.
Aloës ℥ ß.
Fiat pulvis, qui cum Ovi albumine ſubactus ad Mellis craſſitiem, pilis molliſſimis Leporis excipietur. *Galenus.*

## E DE PULVERIBUS abſtergentibus dentes.

*Pulvis ad dentifricia.*

℞. Cornu cervini uſti,
Pumicis, Tuthiæ præparatæ,
Cinnamomi,
Sideritidis toſtæ ana ʒ j.
Moſchi G. vj.
Miſce, & fiat pulvis. *Florentini.*

*Alius.*

F ℞. Salis communis ℥ iij.
Panis hordeacei ℥ j.
Cornu cervini, vel
Dentium equi, vel
Elephantis ℥ ij.
Extinguantur vino & aqua Roſarum, fiat pulvis craſſiuſculus. Huic addi poſſunt Caryophylli, Cinnamomum & Moſchum. *Rondeletius.*

*Alius.*

℞. Cornu Cervi uſti, Pumicis,
Coralliorum rubrorum, alborum,

Tuthiæ præparatæ, Maſtichis,
Sandarachæ, id eſt, Vernicis,
Cinnamomi ana ʒ j.
Rad. Ireos ℥ ß.
Moſchi ʒ vj.
Miſce, & fiat pulvis. *Auguſtani.*

*Alius.*

℞. Coral. rubr. & alb.
Pyrethri, Maceris,
Maſtichis,
Pumicis, Boli Armeni ana ℥ j.
Miſce, & fiat pulvis ſubtiliſſimus. *Ranzovius.*

*Alius.*

℞. Coral. rubr. Aluminis ana ʒ ij.
Cornu Cervi uſti,
Sandali citrini,
Sanguinis Draconis ana ℈ iv.
Margaritarum ʒ ß.
Spumæ maris ʒ iij.
Muſci G. iij.
Caphuræ G. v.
Fiat pulvis ſubtiliſſimus, quo fricentur dentes, aut in pilulas formetur cum Syrupo aliquo, aut Melle roſaceo. *Ranzovius.*

## DE PULVERIBUS abſtergentibus cutem.

### *Pulvis contra ſcabiem communis.*

℞. Sulphuris flavi, Cymini,
Baccarum Lauri,
Staphidis agriæ ana ℥ j.
Fiat pulvis, qui oleo Roſaro excipiatur. *Florent.*

*Alius efficacior.*

℞. Lithargyri, Hellebori nigri ana ʒ j.
Sulphuris, Nitri, Majoranæ ana ʒ ij.
Trita in pulverē excipiantur, ut ſuprà. *Nicolaus.*

### *Pulvis cephalicus.*

℞. Iridis ʒ iv.
Ariſtolochiæ rotundæ,
Pollinis Thuris ana ʒ ij.
Corticis rad. Panacis ℥ ß.
Fiat pulvis. *Galenus ex Lucio.*

*Alius.*

℞. Iridis, Ariſtolochiæ rotundæ,
Ervi, pollinis Thuris ana ʒ j.
Reducantur in pollinem tenuem. Nonnulli addunt rad. Panacis, & Cadmiam lotam. *Galenus.*

*Alius.*

℞. Farinæ Ervi, vel Orobi ʒ iix.
Iridis ʒ x.
Thuris clari, Ariſtolochiæ rotundæ,
Squamæ æris ana ʒ v.
Terantur ut ſuprà. *Xenocrates.*

*Alius.*

℞. Cort. Piceæ, Squamæ æris,
Pumicis combuſti ana ʒ vj.
Thuris, Iridis. Ariſtolochiæ rotundæ,
Reſinæ Pini frictæ ana ℥ ß.

A Aloës, Myrrhæ ana ʒ ij.
Conterantur in pulverē ut ſuprà. * Aufert ſquamas oſſium. *Tryphonius.*

## DE PULVERIBUS incarnantibus.

### *Pulvis incarnans & ſanguinem reſtringens.*

B ℞. Aloës, Myrrhæ,
Sarcocollæ ana ʒ j.
Thuris, Pollinis farinæ ana ʒ ij.
Sanguinis Draconis,
Terræ Lemniæ ana ʒ ij ß.
Tuthiæ, Lithargyri, Tragacanthæ ana ʒ j.
Fiat pulvis tenuis. *Joan. de Vigo.*

### *Pulvis incarnans Rhaſis.*

℞. Olibani, Aloës, Sarcocollæ,
Sanguinis Draconis, rad. Ireos ana q. ſ.
C Terantur, & fiat pulvis.

### *Pulvis incarnans Lanfranci.*

℞. Thuris, Maſtichis, Fœnigræci ana q. ſ.
Miſce, & fiat pulvis.

### *Pulvis contra diſſectionem nervi.*

℞. Oculos Cancri in ſubtiliſſimum pulverem comminutos in parvo linteolo. Hunc pulverem nervis inſperge, & ſiccis faſciis, ex linteolo confectis, locum obliga, ne humiditas aliqua ad nervos penetrare poſſit. Hanc ligaturam per ſpacium vigintiquatuor horarum intactam relinquito. Elapſo prædicto temporis ſpacio Chirurgus nervum inſpiciat, ipſiusque conglutinationem exploret, & deinceps vulnus illud calidis vinculis deliget, inſtar alterius vulneris recentis, & poſt diem unum, aut alterum ligaturam diſſolvat. *Ranzovius.*

## DE PULVERIBUS cicatricem inducentibus.

### *Pulvis ad cicatricem inducendum.*

℞. Cort. Thuris Myrrhæ, Lithargyri,
Cort. mali Granati ana partes æquales.
Fiat pulvis tenuiſſimus, & inſpergatur modicè. *Rondeletius.*

### *Pulvis epuloticus.*

F ℞. Calcis teſtarum Ovorum opt. calcinatarum ℥ ß.
Boracis, Aluminis uſti ana ʒ j.
Croci Martis ℥ j.
Fiat pulvis. optimus eſt ad cicatricem obducendam. *Quercetanus.*

### *Pulvis cicatricem inducens.*

℞. Aluminis uſti ℥ j.
Cretæ Vitrioli ʒ iij.
Croci Martis, croci Veneris ana ʒ ij.
Miſce, & fiat pulvis, quo uti poteris per ſe, vel excipiatur Melle. *Quercetanus.*

DE PUL-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0396-9

# DE PULVERIBUS carnem auferentibus.

*Pulvis cauſticus.*

℞. Chalcitidis ℈ c.
Chalcanthi ℈ l.
Miſyos torrefacti,
Æris uſti ℈ xxv.
Æris non uſti ℈ xij ß.
Fiat pulvis. *Galenus.*

*Alius.*

℞. Chartæ combuſtæ, Plumbi uſti,
Æris uſti, Arſenici, Squamæ Ferri ana ℥ j.
Sulphuris vivi ℥ ß.
Fiat pulvis. *Galenus.*

*Præcipitatum.*

℞. Salis Nitri ℔ j ß.
Vitrioli Romani, Aluminis ana ℔ j.

Ex his per alembicum diſtillatis (quò fortius aucem, eò melius) ſumes ℔ j. Argenti vivi ℔ j. In vas vitreum pone cum capello benè lutato. Sic etiam recipiens lutabis, ne evaporet: & diſtillabis eò uſque, donec vas rubeſcat: aquam ſepones, & fracto vaſe Argentum, quod ſupereſt, uſtum erit, quod Chymiſtæ Præcipitatum vocant. hoc tenuiſſimè terito in marmore, & cum aqua diſtillata, quam ſepoſueras, rurſus vaſi vitreo impoſito, atque diſtilla donec aqua diſtillata ſit: tum confracto vaſe, Argentum quod ſupereſt, denuò teres in tabula marmorea, & ipſum in æneo vaſe repones: ſuppoſitoq; igne valido, cum æneo baculo miſce, & agita per horæ ac dimidiæ ſpacium: hoc enim pacto pulvis melior efficitur, & ritè factus ipſum Minium coloris elegantia ſuperat. *Joan. de Vigo.*

*Mercurius præcipitatus.*

℞. Aquæ fortis ℔ j.
Mercurii crudi ℥ iv.

Diſſolvantur in aqua: poſtea in arena evaporet aqua, aut diſtillatione ſepara fortiter, ut rubeſcat & exiccetur: teratur deinde in porphyrio, & affunde ei aquam vitæ deſtillatam quinquies, vel ſepties: accende etiam, & ſine ut conſumatur. Poſtea rectificetur aqua roſacea optimè permiſcendo: ac tandem per filtrum aquam roſaceam ſepara, & relinque ut exiccetur. Tum rurſus de aqua vitæ, ut priùs, affunde, & accende ut exiccetur. idq; tertia vice repetatur: & habebis quod voles. * Si corpus fuerit robuſtiſſimũ, da G. x. ſi mediocre, da G. iix. ſi debile, G. iv. ſi puerile, fac tu conſiderationem bonam. Sed adverte, quòd miſcere eum debes cum theriaca: poſtea dabis infirmo, venenato, & hydropico, & peſtilenti, vel alia infirmitate detento. Et plùs, ſi ſanus, annuatim, vel triennio, ut opus fuerit, hoc præcipitato utetur, cum prudenti humorũ digeſtione, hoc eſt, præparatione purgationis. *Euonymus.*

*Mercurius præcipitatus vulgi.*

Mercurius priùs lotus, ac præparatus ex Gebe-
A ri præſcripto, ſolvatur cum duplo pondere aquæ
chryſulcæ communis: deinde quater deſtilletur,
ac ſuper fæces totius effundatur: atq; ita reducitur in pulverem rubicundiſſimum, ex quo reverberato ad ignem, eliciuntur aquæ fortis ſpiritus, qui alioqui ſummos dolores commovent. Satius erit, ſi abluatur phlegmate aluminis & acero deſtillato, & ovorum aqua. Acrimonia enim hoc pacto eximitur. *Quercetanus.*

B *Mercurius præcipitatus fixus, & dulcificatus.*

Sed præſtabit iteratis ſublimationibus Mercurium priùs præparare, ipſumq; redivivum, & à terra fæculenta, & humiditate ſuperflua depuratum fixare cum aqua forti ſive ſtygia vulgari, ter ipſi affuſa, & abſtracta: ac in pulverem rubicundum reducere: idq; igne ſatis violento, ut acrimonia, & venenum menſtrui totum eliciatur. Quod melius multò fiet, ſi ſequens aqua ipſi
C comiſceatur, & deſtillatione repetita ſeparetur.

℞. Aceti deſtillati ℔ ij ß.
Phlegmatis Aluminis ℔ j ß.
Calcis teſtarum Ovorum ℥ vj.

Deſtillentur omnia ad ſiccitatem. Hujus aquæ
℞. ℔ iij.
Præcipitati Mercurii, ut ſuprà, ℔ j.

Omnia optimè ex artis præſcripto mixta deſtillentur per alembicum, ter aquâ fæcibus reddendo. Poſtremo loco depellantur ad ſiccitatem: ac
D tum remanebit in fundo pulvis, quem ſuper marmore priùs contuſum injicies in alembicum, rurſus affundendo aquam preſcriptam, quâ ter à fęcibus deſtillabis, ut ſuprà. Poſtremò Mercurius præcipitatus circuletur cum vini alcoole per 24. horas. Deſtillato vini ſpiritu ad materiæ ſiccitatem, denuò novum affunde, circula, & deſtilla: idq; quater aut quinquies: ac tum perfectã Mercurii præparationẽ aſſequére: *cujus vires in variis depellendis morbis, preſertim in morbo Ve-
E nereo, ſatis pręⅾicari nõ poſſunt, ſive per os aſſumatur, ſive locis vulneratis applicetur. *Quercet.*

*Mercurius præcipitatus cum Auro.*

Fit ex Mercurio priùs pręparato, ut decet, cum Sole amalgama, quod inditur matratio oblongo collo, Hermeticè clauſo atq; moderatiſſimo igne, viginti dierum ſpacio præcipitantur, & in pulverem ſubcroceum fixumq; reducuntur. Signũ perfectionis eſt, quando vi ignis non exha-
F lat, nec in aqua animalis revivificatur. *Medicamentum iſtud diaphoreticum eſt, quod exhibetur ad prædictos affectus, præſertim ad curandam luem Venereã ſolis ſudoribus. *Quercetanus.*

*Mercurius ſublimatus.*

Ex ℔ j. Argenti vivi, libra altera Vitrioli crudi, & tantundem ſalis communis, omnibus ad blandum ignem rectè mixtis, & ductis diu in marmore, aut mortario, ut benè incorporentur, redactisque in pulverem, ac inditis ſublimatorio vitreo, dando ignem per gradus 12. horarum ſpacio, fit Mercurius ſublimatus. *Quercetanus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0397-5
DFG

### *Mercurius auri, & quomodo præcipitetur.*

Auri album corpus (à quo tinctura ſeparata eſt, quod eſt vera Luna fixa) cum ſalibus reſuſcitatis, & mellacida muria, ut artis eſt, præparata digeſtionibus & exaltationibus ab experto Spagyro reducitur in Mercurium intra paucos dies. Illo in vaſe convenienti impoſito, præcipitatur per ſe in furno Atanoris, febrili calore, proditq; in pulverem rubrum: cujus exhibentur G. iix. cum vino, aut aqua theriacali ad hydropem curandam, & luem Veneream, idque ſolis ſudoribus. Si hunc auri Mercurium, proprii Sulphuris debitæ proportioni ſuperinjicias, ſemines, & philoſophice decoquas, facies medicinam omnium præſtantiſſimam ad lepram ipſam curandam. * Sanguinem enim corruptum purificat, & ab excrementis omnibus corpus univerſum ſolis ſudoribus expurgat, ipſumq; juvenile quodammodo reddit. *Quercetanus.*

### *Aurum præcipitatum.*

Hydrargyri per acetum & ſalem purgati ℥ ij. Auri Orientalis optimi, in lamellas tenuiſſimas redacti ʒ. in catino triangulari calido ad mixturam ſubiguntur: hæc in aquam frigidam funditur, & ſi quid ex Hydrargyro reliquum fuerit, illud per corium exprimitur, ipſaq; ex ſale & aceto lavatur, donec nullæ appareant ſordes: cura interim adhibita, ne Hydrargyri quātitas imminuatur: quod ſi accidat, augeri debet ea ita, ut ad auri drachmam, illius drachmæ ſeptem vel octo remaneant: deinde ampullæ luto obductæ induntur, affunduntur que aquæ validæ unciæ duæ: & operculo ſuperimpoſito, eadem rurſus evocatur per arenam calidam omnibus refrigeratis, aqua prolecta iterum infunditur, diſtillaturq; ut antea: idq; repetitur quinquies: atq; tunc pulvis rubicundus provenit, quem Aurum vitæ, & Aurum præcipitatum vulgò nuncupant. Poſtea idem in catillum ponitur, cooperiturque, & inter carbones candentes ſinitur, dum excandeſcat: mox idem eximitur, & ubi refrixerit, aqua Roſarum humectatur, rurſusq; exiccatur. * Junioribus denarii dimidii, adultis verò integri pondere datur: peſti medetur: morbum Gallicum curat: elephantiaſim, aquam inter cutem, aliosque morbos difficiles abigit: viſcerum obſtructiones reſerat: iis qui venenum hauſerunt, opitulatur: ulceribus malignis curandis tum intrò ſumitur, tum extrinſecùs unguentis & emplaſtris quæ purgant, feliciter ad ſordida cavernoſaq;, non autem ſerpentia curanda admiſcetur. *Andernacus.*

## DE PULVERIBUS ſtrumas diſcutientibus.

### *Pulvis ad ſtrumam.*

℞. Spongiæ combuſtæ,
Pilæ marinæ toſtæ, oſſis Sepiæ,
Piperis longi, Piperis nigri,
A Zingiberis, Cinnamomi,
Salis gemmæ, Pyrethri,
Gallarum, lapidis Spongiæ ana ℥ j.
Pulverizentur, & miſceantur. *Arnol. de Villanova.*

## DE PULVERIBUS mitigantibus dolorem.

### *Pulvis ad capitis dolorem ex frigore.*

B ℞. Coriandri, Roſarum ana ℥ ß.
Nucis moſchatæ, Macis,
Caryophyllorum,
Sandalorum omnium,
Granorum tinctorum ana ʒ ij.
Fiat pulvis tenuiſſimus: quo utendum in ſtatu doloris capitis, & cum caput corroborare volumus. *Rondeletius.*

### *Alius.*

℞. Coriandri ʒ ij.
C Flor. Nymphææ ʒ iij.
Flor. Violarum, Roſarum ana ʒ ij.
Sem. Lactucæ, Papaveris ana ʒ j.
Coralii rubri ʒ j ß.
Sandali rubri ℈ ij.
Fiat pulvis tenuiſſimus, quo ſinapiſetur pars anterior capitis. *Rondeletius.*

### *Pulvis ad capitis dolorem à vaporibus.*

D ℞. Flor. Nymphææ ℥ ß.
Coralii rubri, Balauſtiorum,
Fol. Sumach ana ʒ iij
Sandali rubri, cort. Citri ana ʒ j.
Fiat pulvis tenuiſſimus. *Rondeletius.*

### *Alius.*

℞. Cyperi ℥ ß.
Flor. Anthos ℥ j.
Cort. Citri ſicci, Granorum tinctorum,
Sandali rubri, albi ana ʒ ij.
E Miſce, & fiat pulvis tenuiſſimus. *Rondeletius.*

### *Alius.*

℞. Cranii de hominibus ℔ j.
Cornu Cervi ℥ iij.
Coralii rubri,
Caryophyllorum,
Macis, Cinnamomi,
Coſti ana ʒ iij.
Cyperi, Squinanthi,
Stœchados,
F Spicæ nardi ana ʒ iij.
Urantur omnia ſimul in furno vaſi crudo impoſita, id eſt, fictili crudo novo: fiatque pulvis. *Rondeletius.*

### *Pulvis ad dolorem lateris.*

Ad lateris dolorem parantur pulveres ex priapo Tauri, cùm defluxio ceſſavit. Nam ſic digerit humorē. Idem poteſt raſura dentis Apri, ſumpta ex vino & aqua Cardui benedicti. Dabitur autē poſteaquam confluxit humor. Materiam enim exiccando, curat inflammationem. *Rondeletius.*

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0398-0

# De Electuariis, Sect. XXI.

Electuaria ſunt, quæ Græcis Antidota, & vulgò Confectiones appellantur. Sic autem dicuntur, vel quòd ex electis conſtent aromatis, vel quòd præ cæteris medicamentis, tam in bona valetudine aſſervanda, quàm mala abigenda eligantur. Sunt autem Electuaria, m: dicamina Melle aut Syrupo Sacchari excepta: atque vel

- Uſitatoria *ſeu Officinalia*
  - Alterantia *qualitate*
    - Prima. *Sic*
      - Calefacientia
        - Caput: *ut*
          - Confectio *Anacardina*,
          - Diambra, Diamoſchum,
          - Diacorum, Diacaſtoreum,
          - Electuarium *Diapæonias*,
          - Pleris Arcoticon,
          - Theriaca *Diateſſaron*, *&c.*
        - Pectus: *ut*
          - Diairis, Diapenidium,
          - Diatragacanthum *calidum*,
          - Diahyſſopum, Diapraſſium,
          - Diacalamenthum,
          - Diathamaron, *&c.*
        - Cor: *ut*
          - Aromaticum *Roſatum*,
          - Aromaticum *Caryophyllatum*,
          - Diambra, Dianthos,
          - Diaxyloaloës,
          - Diamargaritum *calidum*,
          - Electuarium *de gemmis*,
          - Elect. *lætificans*,
          - Confectio *liberantis*,
          - Confectio *cordialis*,
          - Pleris Arcoticon, *&c.*
        - Ventriculum: *ut*
          - Aromaticum *Roſatum*,
          - Diagalanga, Dianiſum,
          - Diaxyloaloës, Diacyminum,
          - Diacinnamomum,
          - Diazingiber,
          - Diaſpoliticum,
          - Diatrionpipereon,
          - Elect. *ex Citro*,
          - Elect. *de baccis Lauri*,
          - Roſata *novella*, *&c.*
        - Hepar: *ut*
          - Dialacca, Diacurcuma,
          - Cyphoides, Diacoſtum,
          - Confectio *Ravedſens*,
          - Diacinnamomum,
          - Diacalamenthum, *&c.*
        - Lienem: *ut*
          - Diacoſtum, Diacapparis,
          - Diacalamenthum,
          - Elect. *è ſcoria ferri*, *&c.*
        - Matricem: *ut*
          - Diambra,
          - Diacalamenthum,
          - Elect. *de gemmis*,
          - Elect. *Ducis*,
          - Elect. *ex Aſa fœtida*, *&c.*
      - Frigefacientia. *Vide literam* A.
    - Secunda. *Vide literam* B.
  - Purgantia. *Vide literam* C.
- Minùs *uſitata, ſive non Officinalia. Vide literam* D.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0399-9
DFG

A. Electuaria *frigefacientia*

- Caput: — Diacodion.
- Pectus:
  - Diapapaver.
  - Diatragacanthum *frigidum.*
  - Diapenidion *ſine ſpeciebus calidis.*
  - Electuarium *reſumptivum,&c.*
- Cor:
  - Diarrhodon *Abbatis ſine ſpeciebus calidis.*
  - Triaſandalum.
  - Diamargariton *frigidum,&c.*
- Stomachum:
  - Diarrhodon *Abbatis ſine ſpeciebus calidis.*
  - Electuarium *de Sorbis.*
  - Triaſandalum,*&c.*
- Hepar:
  - Diarrhodon *Abbatis.*
  - Triaſandalum,*&c.*
- Lienem:
  - Diatrionſandalon.
  - Diarrhodon *Abbatis ſine ſpeciebus calidis.*
- Matricem:
  - Diarrhodon *Abbatis.*
  - Diatrionſandalon,*&c.*
- Juncturas:
  - Triaſandalum,
  - Diarrhodon *Abbatis,&c.*

---

B. Electuaria *alterantia qualitate ſecunda & tertia, aut*

- Aſtringunt: *ut*
  - Diacodion.
  - Micleta.
  - Tryphera *minor.*
- Calculum *frangunt: ut*
  - Electuarium *Reginæ.*
  - Electuarium *Juſtinum.*
  - Electuarium *de Cineribus.*
  - Electuarium *diureticum.*
  - Lithontribon,*&c.*
- Venerem *ſtimulant: ut*
  - Diaſatyrium.
  - Diacorum.
  - Tryphera *Saracenica,&c.*
- Venena *fugant: ut*
  - Diarceuthidon.
  - Electuarium *de Ovo.*
  - Athanaſia.
  - Antidotum *contra venena lethalia.*
  - Electuarium *contra peſtem Ferdinandi Imperati.*

- C. Electuaria *purgantia*
  - Leviora (*Lenitiva:*) *ut*
    - Flores *Caſſia*,
    - Caſſia *extracta ſine fol. Sena*,
    - Caſſia *extracta cum fol. Sena*,
    - Caſſia *extracta pro clyſteribus*,
    - Diacaſſia,
    - Diacaſſia *magiſtralis*,
    - Caſſia *communis*,
    - Diacaſſia *cum Manna, Pulpa Tamarind.*
    - Diacatholicum,
    - Diaprunum *ſimplex*,
    - Diaprunum *comp. lenitivum*,
    - Elect. *lenitivum*,
    - Elect. *de Sebeſten*,
    - Elect. *lenitivum de Manna, &c.*
    - Diamanna,
    - Tryphera *Perſica*.
  - Fortiora (*Solutiva.*) *Atq; hæc purgant vel humores*
    - Simplices:
      - Bilem *flavam: ut*
        - Elect. *de ſucco Roſarum*,
        - Elect. *Roſarum Meſuæ*,
        - Elect. *de Pſyllio*,
        - Diaprunum *ſolutivum*.
      - Pituitam: *ut*
        - Benedicta *laxativa*,
        - Diaphœnicum,
        - Elect. *Indum*,
        - Elect. *Eleſcoph*,
        - Diaturbith *majus*,
        - Diaturbith *minus*,
        - Hiera *picra S.*
        - Hiera *picra cum Agarico*,
        - Hiera *picra compoſita*,
        - Hiera *Pachii*,
        - Hiera *Hermetis*.
        - Hiera *Diacolocynthidos*,
        - Hiera *Archigenis*.
      - Melancholiam: *ut*
        - Diaſena
          - Gentilis.
          - Nicolai.
        - Confectio *Hamech*.
        - Diapolypodion.
        - Hieralogodium.
    - Mixtos: *ut*
      - Catharticum *Imperiale*,
      - Diacarthamum,
      - Diaturbith *cum Rhabarbaro*,
      - Hiera *Ruffi*,
      - Hiera *Abbatis*.

- D. Electuaria *minùs uſitata, ſeu non Officinalia alterant aut qualitate*
  - Prima, *Sic*
    - Calefaciunt
      - Caput: *ut*
        - Electuarium *ad morbos capitis frigidos.*
        - Aliud.
        - Electuarium *opticum.*
      - Cor: *ut* — Electuarium *pro corde & palpitatione.*
        - Electuarium *pro palpitatione à flatibus.*
        - Electuarium *pro palpitatione ab aqua, &c.*
      - Pulmonem: *ut* — Electuarium *pectorale.*
      - Vētriculum: *ut*
        - Electuarium *pro refrigerato ventriculo.*
        - Electuarium *ad vētriculi corroborationem.*
      - Hepar: *ut*
        - Electuarium *ad icterum.*
        - Electuarium *ad aquam inter cutem, &c.*
      - Splenem: *ut*
        - Electuarium *pro ſplene.*
        - Aliud, *&c.*
    - Refrigerant
      - Vētriculum: *ut*
        - Electuarium *ad ventriculū refrigerandum.*
        - Elect. *ad humectandum ventriculum.*
      - Hepar: *ut* — Electuarium *ad calefactum hepar.*
  - Secunda & tertia. *Sic alia*
    - Aſtringunt: *ut*
      - Electuarium *pro ventriculo laxato.*
      - Electuarium *pro lienteria.*
      - Electuarium *pro dyſenteria. &c.*
    - Urinas *movent: ut* — Electuarium *ad urinas & menſes, &c.*
    - Menſes *movent: ut* — Electuarium *ad menſes movendos.*
    - Calculum *frangunt: ut* — Electuarium *ad calculum, &c.*
    - Venerem
      - Augent: *ut*
        - Electuarium *ad Venerem.*
        - Aliud.
        - Elect. *pro iis, quibus ſemen eſt acre, &c.*
      - Minuunt: *ut* — Electuarium *ad ſeminis profluvium & Venerem minuendam, &c.*
    - Dolorem *mitigant: ut*
      - Electuarium *ad dolorem colicum.*
      - Electuarium *pro dolore nephritico.*
      - Electuarium *pro dolore veſicæ.*
      - Electuarium *pro dolore in fluxu ventris.*
      - Electuarium *ad uteri dolores, &c.*
    - Purgant
      - Aquam: *ut* — Electuarium *Gordonii.*
      - Pituitam, *vel potiùs humores mixtos: ut*
        - Electuarium *ventrem ſolvens.*
        - Electuarium *vitæ.*

DE ELE-

## DE ELECTUARIIS calefacientibus caput.

*Confectio anacardina.*

℞. Piperis nigri, longi,
Myrobalanorum Chebulorum,
Emblicorum, Belliricorum,
Indorum, Caſtorei ana ʒ ij.
Coſti, Anacardii,
Sacchari Tabarzeth, Melanthii,
Baccarum Lauri ana ʒ vj.
Cyperi ℥ ß.

Anacardi per ſe terãtur, & aliis tritis admiſceantur: deinde omnia conficiantur cum Butyri recentis non ſaliti, Mellis deſpumati ana quantum ſatis eſt. * Eſt confectio ſapientum, & eorum qui deſiderant ſcire: acuit enim intellectum, ſubtilizat ſenſum, memoriam recuperat, & confert dolori ſtomachi & ventris à frigiditate facto, & clarificat ſanguinem, colorem bonum facit. Conſervatur ad annos duos, in vaſe fictili vitrato. Datur poſt ſex menſes ad ʒ ij. cum aqua Fœniculi & Apii. quo ſumpto vitabis laborem, iram, coitum, ebrietatem. *Meſues.*

*Alia.*

℞. *Aloës* ℥ j ß.
Iridis, Caſiæ ana ʒ vij.
Zingiberis, Anacardii,
Carpobalſami ana ʒ iv ß.
Folii, Spicæ nardi,
Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum, Indorum,
Belliricorum, Emblicorum,
Mei, Epithymi ana ʒ iij. ℈ j.
Caryophyllorum, Squinanthi,
Rhei Pontici, Maſtiches ana ʒ ij.
Cort. rad. Fœniculi lotorum ℔ j.
Aceti optimi ℔ ij.

Contuſa & macerata in prædicto aceto dies ſeptem coquantur & colentur. Colaturæ benè expreſſæ adde
Mellis deſpumati ℔ ij.

Fiat electuarium ut artis eſt. Conſervatur per annos duos. * Valet ad vertiginem, oblivionem. Rheuma capitis deſiccat: viſum acuit, &c. Datur ʒ j. vel ʒ ij. cum aqua mulſa. *Nicolaus.*

*Diambra.*

℞. Cinnamomi,
Doronici, ſeu Zedoariæ,
Caryophyllorum, Macis,
Nucis moſchatæ,
Folii, aut ſuccedanei, Galangæ ana ʒ iij.
Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris, minoris ana ʒ j.
Zingiberis ʒ j ß.
Ligni Aloës, Sandali citrini,
Piperis longi ana ʒ ij.
Ambræ ʒ j.
Moſchi ʒ ß.

Excipiantur
Syrupi roſati, Aquæ roſaceæ,

A Sacchari albi ana q. ſ.

Cõſervatur in vaſe fictili vitrato, ad annos duos. Dantur ʒ iij. vel iv. * Cerebrum, cor, ventriculum ac ventrem reliquum inferiorem calefacit & roborat, exhilarat, coctionem juvat, affectibus uterinis, & omnibus aliis frigidis prodeſt, ſenibus ob id ac mulieribus ſalubre. *Meſues.*

*Diamoſchum dulce.*

℞. Croci, Doronici, Zedoariæ,
Ligni Aloës, Macis ana ʒ ij.
B Margaritarum albarum, Serici crudi uſti,
Charabæ, Coralii rub. ana ʒ ij ß.
Baſilici citrati,
Galliæ moſchatæ ana ʒ j ß.
Been albi, rubri, Folii, aut Cinnamomi,
*Spicæ Indicæ*, Caryophyllorum ana ʒ j.
Zingiberis, Cubebarum,
Piperis longi ana ʒ j ß.
Moſchi ℈ ij.

Excipe cum
C Mellis crudi ℔ j. ℥ vj.

Coque: fiat electuarium, in vaſe vitreo conſervandum. Datur à ʒ j. ad ʒ ij. * Ad frigidos cerebri affectus ſine febre, melancholiam & illi comitatam triſtitiam ſine cauſa manifeſta, vertiginem, epilepſiam, reſolutionem, *oris torturam*, cordis palpitationem, *pulmonis* affectus, & ſpirandi difficultatem conducit. *Meſues.*

*Diamoſchum amarum.*

D ℞. Croci, Doronici, Zedoariæ,
Ligni Aloës, Macis ana ʒ ij.
Margaritarum albarum, Setæ crudæ toſtæ,
Charabæ, Coralii rubri ana ʒ j ß.
Galliæ moſchatæ, Ocymi citrati ʒ ij ß.
Been albi, rubri, Folii, Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum ana ʒ j.
Zingiberis, Cubebarum,
Piperis longi ana ʒ j ß.
Moſchi ℈ ij.
E Abſinthii, Roſarum rubr. ana ʒ iij.
Aloës lotæ ʒ iv.
Caſtorei, Liguſtici ana ʒ j.
Cinnamomi ʒ j ß.

*Excipiuntur mellis quantitate ſufficienti.* * Hæc confectio præcedenti efficacior eſt, & præterea ventriculi humores etiam putres potentiùs abſumit. *Meſues.*

*Diacorum.*

℞. Rad. Secacul, ſeu Siſeris, Acori veri, id eſt,
F Calami aromatici, Pinearum ana ℔ j ß. Radices Secacul mundatæ & inciſæ coquantur in aqua clara, donec aqua conſumatur: poſtea optimè piſtentur, & in minutiſſimas partes conterantur, donec pulti ſimiles fiãt. Deinde affunde eis, Mellis odorati & optimè deſpumati ℔ x. coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices Secacul imbiberunt, in vaporem reſoluta ſit, diligenter agitando, ne ad vaſis fundum adurantur radices: cùm autem juſtæ ſpiſſitudinis conſiſtentiam acquiſiverit, ab igne deponito, & adde radices Acori tenuiſſimè tritas, & Pineas minutiſſimè

inciſas, cum ſequenti pulvere optimè mixtas: A
℞. Piperis ℥ j.
Piperis longi, Caryophyllorum,
Zingiberis, Macis ana ℥ ß.
Nucis moſchatæ,
Galangæ,
Cardamomi ana ʒ iij.

Omnia ſimul cũ melle & radicibus Secacul miſceto, & unito, diligenter agitando, ne gummi aliqui relinquantur. * Confert mirum in modum ægritudinibus nervorum, acuit omnes ſenſus & B ingenium, ſedat dolores capitis, eſt peculiare remedium frigidarum ęgritudinum, ſenum, & maximè catarrhi. *Meſues.*

### *Acorus conditus vulgaris.*

℞. Conſervæ rad. Acori ℔ j ß.
Mellis deſpumati (*vel ejus loco, brodii* Zingiberis conditi) ℔ j.
Amygdalarum inciſarum ℔ ß.
Piperis nigri, Nucis moſchatæ,
Zingiberis albi ana ℥ ß.

Miſce, & fiat conditum. *Auguſtani.*

### *Diacaſtorium.*

℞. Caſtorii,
Myrobalanorum Citrinorum ana ʒ iij.
Aloës ʒ j ß.
Folii, Pyrethri,
Glycyrrhizæ, Tragacanthæ,
Calami aromatici, Nitri,
Galbani, Spicæ Indicæ,
Schœnanthi, Opopanacis,
Caſſiæ ligneæ, Leucopiperis,
Macropiperis, Melanopiperis,
Xylobalſami, Carpobalſami,
Colocynthidis, Sagapeni,
Rheupontici, Styracis calamitæ,
Zingiberis, Cinnamomi ana ʒ j. G. ij.
Aſæ fœtidæ, Myrrhæ,
Euphorbii ana ʒ j. G. xvij.
Staphiſagriæ, Dauci, Fœniculi,
Petroſelini, Apii, Sileris montani,
Baccarum Lauri, Petrolei,
Sem. Sinonis, Styracis calamitæ rubeæ,
Sanguinis Draconis, Cardamomi,
Thuris, Agarici, Maſticis,
Salis Ammoniaci, Zedoariæ,
Aniſi ana ℈ j. G. ij.
Thymbræ, Hyſſopi, Pulegii,
Chamædryos, Origani, Balſamitæ,
Ocymi, rad. Branchæ urſinæ,
Dictamni Cretenſis, ſem. Rutæ,
Ariſtolochiæ longæ, rotundæ,
Mabathematicon, Azari,
Salviæ min. Roſarum,
Bdellii ana G. xvij.
Epithymi, Polypodii quercini,
Opobalſami (loco ejus oleum Caryophyllorum) ana G. xiv.
Alpiados, rad. Capparorum ana G. xj.
Peucedani, Abſinthii ana G. vij.
Anacardii, Sabinæ, Gentianæ,
Cort. Mandragoræ ana G. xj.
Ireos G. iij.
Mellis deſpumati triplum.

Fiat electuarium in vaſe vitrato ſervandum. Datur in modum avellanæ in paſſionibus capitis. * Confert cephalalgicis, epilepticis, vertiginoſis, hemicranicis, paralyſi omnium membrorum, & omnibus frigidis ęgritudinibus, tempore frigido nocentibus confert. *Nicolaus.*

### *Electuarium Diapæonias.*

℞. Rad. Pæoniæ ℥ j.
Macis, Spicæ Indicæ,
Croci, Coralii rubri,
Margaritarum non perforatarum,
Maſticis ana ʒ ß.
Myrtillorum verorum ʒ j ß.
Cinnamomi, Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum,
Folii, (loco ejus Caſſiæ ligneæ veræ) Zingiberis,
C Piperis longi, Cardamomi,
Gran. Parad. ana ʒ ij.
Glycyrrhizæ ʒ v.
Anacardii ʒ j ß.
Moſchi, Ambræ ana G. vj.
Sacchari albiſſimi quantum ſufficit.

Fiat confectio in tabulis in ęſtate. In hyeme verò adde ſpeciebus triplum Mellis deſpumati, & cõficiatur electuarium. * Confert epilepſiæ.

### D *Pleres archonticon.*

℞. Cinnamomi, Caryophyllorum,
Ligni aloës, Galangæ,
Spicæ Indicæ, Nucis moſchatæ,
Zingiberis, Spodii,
Schœnanthi, Cyperi, Roſarum,
Violarum ana ʒ j. G. xv.
Folii, ſeu Macis, Glycyrrhizæ, Maſticis,
Styracis, Majoranæ, Menthæ aquaticæ, id eſt, Siſymbrii balſamines, Cardamomi,
E Piperis longi, albi, ſem. Baſilici,
Baccarum Myrti, cort. Citri ana ℈ ij. G. v.
Margaritarum, Been albi, rubri,
Coralii rubri, Sericei uſti ana ℈ j. G. ij ß.
Moſchi G. vij ß.
Capburæ G. v.
Syrupi roſati, Sacchari albi ana ℥ iix.

Fiat electuarium. Servatur in vaſe fictili vitrato per annos duos. * Triſtibus, melancholicis, imbecillo ventriculo, deliquio animi à corde nato ſuccurrit: eos qui ex diutino morbo extenuati & imbecilles ſunt, F corroborat, memoriam amiſſam recuperat, ſenſus acuit, comitialibus & aſthmaticis prodeſt, omnemque cerebri debilitatem aufert. *Nicolaus.*

### *Theriaca diateſſaron.*

℞. Gentianæ,
Baccarum Lauri, Myrrhæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥ ij.
Mellis deſpumati ℔ ij.

Miſce, & ſerva ut ſuprà. Datur ab aureo *dimidio* ad aureum unum. * *Ad affectus frigidos, tum* cerebri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0404-8
DFG

cerebri, ut epilepſiam, paralyſim, ſpaſmum Cynicum: tum ventriculi, ut inflationem, & ab ea dolorem, tardam coctionem: tum denique hepatis, ut hydropem, cachexiam, obſtructionem. Præterea morſibus ſcorpionis, & potioni veneni confert. *Meſues.*

### *Opopyra.*

℞. Herbæ paralyſeos, Salviæ,
Raſuræ eboris ana ʒ j. G. xiij.
Opii Thebaici ʒ ij. G. iv. ℈ ij.
Cinnamomi electi, Spicæ nardi,
Galangæ, Croci, Coſti, Zingiberis,
Zedoariæ, Xylobalſami, Rheupontici,
Pyrethri, Coralii rub. Caryophyllorum,
Tragacanthi, Myrrhæ, Caſtorei,
Opopanacis, Piperis longi,
Piperis nigri ana ʒ ij. G. vj.
Balſami, Moſchi, Ligni aloës,
Schœnanthi, Medullæ caſſiæ fiſt.
Styracis calamitæ, Styracis rubeæ,
Maſticis, Galbani, Serapini,
Aſſæ fœtidæ, Meliloti,
Ariſtolochiæ longæ & rotundæ,
Dragonteæ, Aſari, Hellebori nigri,
Men. rad. Pæoniæ,
Rad. Raphani domeſtici,
Rad. Acori, cort. Peucedani,
Cort. Mandragoræ, Betonicæ,
Gentianæ, Chamædryos, Pulegii,
Centaurii major. & min. Spicæ Celticæ,
Capillorum Veneris recent.
Abſinthii recent. Sponſæ Solis,
Hyperici, Tormentillæ,
Praſſii viridis, Millefolii, ſem. Rutæ ſyl.
Calamenthi, Fœniculi,
Sem. Hyoſcyami albi, Cardamomi,
Carpobalſami, Leviſtici, farinæ Orobi,
Sem. Petroſelini, baccarum Lauri,
Sileris montani, Lupinorum,
Marathri ana ℥ ß. G. xiix.
Mellis deſpumati ℔ ij. ℥ ij.

In cujus parte ſolvatur Caſſia fiſt. & poſt pulveres cæterarum ſpecierum, & ultimò imponatur Balſamus in modico Melle vel Vino diſſolutus, incorporentur, & reſerventur, ut decet. Reſpicit proprie humores frigidos in remotis. Data cum decoctione *Primulæ Veris & Caſtorei in modũ Avellanæ* aut membro inuncto cum ea, confert valdè paralyſi, & ſanat paralyſim oculorum, oris, gutturis, manuum, & pedum. Confert etiam tremuloſis, voci amiſſæ, epilepſiæ, maniæ, melancholiæ, pleuritidi, omnibus doloribus pectoris & ſtomachi à frigiditate: item ſpleniticis, colicis, calculoſis, quotidianæ, & quartanæ, & pluribus aliis, ſudorem provocando. Doſis ejus à ʒ j. uſque ad ʒ ij. Servatur autem ad quinquennium, & ultrà. *Coſmus & Damianus.*

### *Hygiia Græca.*

℞. Sem. Hyoſcyami ʒ ij. ℈ ij.
Opii ʒ ij. ℈ j.
Coſti ʒ j. G. xv.
A Myrrhæ, Opopanacis, Scordii,
Origani ʒ j. G. x.
Styracis calamitæ, Galbani, Agarici,
Gentianæ, Pigani, Stœchados,
Praſſii, Cardamomi ana ℈ ij ß.
Balſami, Nardi, Croci,
Schœnanthi, Thymiamatis, Ammoniaci,
Terebinthinæ, Caſſiæ ligneæ, Mandragoræ,
Rad. Eryngii, Roſarum, Eupatorii,
Euphorbii, Melanopiperis, Leviſtici,
B Dauci, Fœniculi, Trifolii ſem. ana ℈ ij.
Mellis q. ſ. eſt.

Datur cum vino calido ad modum avellanæ. Valet proprie ad rheuma gingivarum, & dolorem dentium, fricata ſuper eos, ore ſæpe abluta cum aceto calido: & ſordidas nebulas ab oculis aufert.

## DE ELECTUARIIS calfacientibus pectus.

C

### *Diaireos ſimplex magiſtralis.*

℞. Ireos ℥ ß.
Sacchari candi,
Spec. Diatragacanthi frig. ana ʒ ij.
Sacchari albiſſimi quantum ſufficit.
Fiat confectio.

### *Diaireos Salomonis.*

℞. Ireos ℥ j.
Pulegii, Hyſſopi, Glycyrrhizæ ana ʒ vj.
D Tragacanthæ, Amyli,
Amygdalarum amararum, Pinearum,
Cinnamomi, Zingiberis,
Piperis ana ʒ iij.
Caricarum, Paſſularum enucleatarum,
Carnium Dactylorum ana ʒ ij ß.
Styracis calamitæ rubeæ ʒ ij. ℈ j.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Conſervatur per annũ. *Tuſſiculoſis, difficulter ſpirantibus auxiliatur, abſciſ-
E ſæ vocis jacturam reſarcit, quæ refrigeratione contracta ſit. *Nicolaus.*

### *Diaireos uſitata.*

℞. Spec. Diatragacanthi frigidi ℥ j.
Rad. ireos ℥ ij.
Gummi Arabici, Tragacanthæ ana ℥ ß.

Hæc compoſitio magis grata eſt, quam Diaireos Salomonis, proinde frequentius in uſu eſſe ſolet. *Auguſtani.*

F

### *Diapenidion.*

℞. Penidiarum ℥ ij. ʒ ß.
Pinearum, Amygdal. mundatarum,
Sem. Papaveris albi ana ʒ iij. ℈ j.
Cinnamomi, Caryophyllorum, Zingiberis,
Succi Glycyrrhizæ, Tragacanthæ,
Gummi Arabici, Amyli candidiſſimi,
Sem. enucleati Cucurbitæ, Citrulli,
Cucumeris, Melonis ana ʒ j ß.
Caphuræ G. vj.
Syrupi violati ℔ j ß. vel quantum ſufficit.

Fiat electuarium in vaſe fictili vitrato conſer-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0405-4 DFG

vandum per annum. * Valet adverſus omnem thoracis noxam, tuſſim à frigore contractam, vocis jacturam, tabidis denique & purulenta excreantibus ſuccurrit. *Nicolaus.*

### *Diatragacanthum calidum.*

℞. Gummi Tragacanthæ,
Hyſſopi ana ℥ iv.
Pinearum nucleorum mundatorum,
Amygdalarum ambarũ purgatarum ana ʒ vj.
Sem. Lini, ſem. Fœnogræci,
Cinnamomi ana ℥ ß.
Glycyrrhizæ raſæ, ſucci Glycyrrhizæ,
Zingiberis ana ʒ ij.
Sacchari quantum ſufficit.

Fiat electuarium per annũ conſervandum.* Valet tuſſientibus ex frigido phlegmate, & non valentibus ejicere, aſthmaticis, empyicis, anheloſis, ſuſpirioſis, peripneumonicis, phthiſicis, & ad omnem coarctationem pectoris: ſtomachum cõfortat, digeſtionem procurat. *Nicolaus.*

### *Diahyſſopum.*

℞. Hyſſopi, Ireos, Thymi,
Melanopiperis ana ʒ xxx.
Pulegii,
Thymbræ (ejus loco ſume Saturejam)
Rutæ, Cumini ana ʒ xx.
Carnium Dactylorum Tragacanthæ,
Glycyrrhizæ, Caricarum pinguium,
Paſſularum enucleatarum, Fœniculi ana ʒ x.
Zingiberis, ſem. Aniſi, Carvi,
Sem. Liguſtici ana ʒ ij ß.
Mellis vel Sacchari q.ſ.

Fiat electuarium, in vaſe fictili vitrato cõſervandum. * Hoc accommodatum eſt ad capitis querelam ex frigido: uvam exiccat, arterias purgat, tuſſim compeſcit, omnes frigiditates pectoris & ſtomachi emendat, digeſtionẽ procurat, pleuriticis & empyicis mirabiliter opitulatur. *Nicolaus.*

### *Diapraſsium.*

℞. Praſſii ʒ v ß.
Tragacanthæ, Pinearum mundatarum,
Amygdalarum dulcium, Piſtaciorum,
Carnium Dactylorum,
Caricarum pinguium,
Paſſularum enucleatarum ana ʒ iij ß.
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ, Macis,
Ligni Aloës, Galangæ, Spicæ Indicæ,
Zingiberis, Zedoariæ, Glycyrrhizæ,
Rhapontici, Anacardi, Styracis calamitæ,
Galbani, Terebinthinæ, Maſtiches, Myrrhæ,
Rad. Ireos, Ariſtolochiæ rotundæ,
Cort. rad. Capparis, Gentianæ,
Melanopiperis, Aniſi,
Sem. Fœniculi, ſem. Anethi,
Sem. Apii, ſem. Petroſelini Macedonici,
Sem. Saxifragiæ ana ʒ ij.
Hermodactylorum, Origani, Peucedani,
Schœnanthi, Cardamomi,
Leucopiperis, Carvi,
Liguſtici, Vincetoxici ana ʒ j ß. G. j ß.

A Balſamitæ, id eſt, Menthæ aquaticæ,
Pulegii, Dictamni Cretici, Coſti,
Pyrethri, Saturejæ, Baſiliconis,
Pæoniæ radicum, vel ſeminis,
Macropiperis, id eſt, Piperis longi, Amomi,
Sinoni, Orobi, id eſt, Ervi ana ʒ j. G. ij. & tertiam partem alterius.
Xylobalſami, id eſt, ligni Balſami,
Caſſiæ ligneæ, Coralii rubri,
Raſuræ Eboris Carpobalſami, id eſt,
B Sem. Balſami, Dauci Cretici ana ʒ ß.
Moſchi, Ambræ,
Oſſis cordis cervini ana G. xij.
Mellis deſpumati quoad ſufficit.

Fiat electuarium. Servatur in vaſe fictili vitrato, ad annos duos. * Sanat capitis vertigines, oculorum caligines abſtergit, palatũ & arterias purgat, deſtillationem uvæ aſtringit, dentium dolorem mitigat, aſthmaticis & ſuſpirioſis peculiariter opitulatur: pectoris & pulmonis cauſas faci-
C le amputat, ſtomachi & hepatis dolorem & debilitates ſedat, ſpleniticorum & pleuriticorum anguſtias paragorizat, omnium interaneorum vitiis prodeſt, inflationes & torſiones ab eis aufert. Nephriticos, calculoſos, ſtrangurioſos, & colicos purgat, & dolorem relevat: ſæpiùs autem ſumptum colorem pallidum emendat, menſes deducit & in ordinem debitum redigit. Typos quotidianarios & quartanarios reprimit. Qui autem hoc electuario uſus fuerit, à multis con-
D ſervabitur morbis. *Nicolaus.*

### *Diacalaminthon Galeni.*

℞. Calaminthæ montanæ,
Calaminthæ campeſtris,
Seſelios (id eſt, Sileris montani)
Petroſelini Macedonici ana ʒ vj.
Zingiberis ʒ iij.
Apii, id eſt, ſem. Apii,
Comarum Thymi ana ʒ ij.
E Liguſtici ʒ vi.
Piperis id eſt, Piperis nigri ʒ xij.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Servatur per annum. * Auxiliatur iis, quos cibi faſtidium urget, appetentiam revocans: ægrè quoque ſpirantibus, ventriculo refrigerationem ſentienti, & flatibus diſtento confert.

### *Diacalaminthon aliud.*

F ℞. Calaminthæ montanæ, Pulegii,
Sem. Petroſelini, Seſelios ana ℥ j.
Sem. Apii, cacuminum Thymi ana ℥ ij.
Libyſtici ſeminis ℥ iix.
Piperis ℥ xxiv.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuariũ. * Craſſa & lenta attenuat & diſcutit, urinas movet, ac muliebres mẽſes. *Galenus.*

### *Diacalamenthum Nicolai.*

℞. Calamenthi, Pulegii,
Hyſſopi, Melanopiperis,
Seſeleos, Petroſelini ana ʒ iij. ℈ ij.

Leviſtici

Leviſtici ʒj. ℈j.
Semin. Apii ℈j.
Ameos, Thymi, Anethi, Cinnamomi,
Zingiberis ana ℈ij.

Confice. Datur poſt prandium & cœnam. * Valet ad omne vitium pectoris ex frigiditate, maximè his, qui in ſenili ſunt ætate: valet etiam tuſſientibus ex frigida cauſa, & quartanariis, ſi ex eo utantur poſt prandium & poſt cœnam, in ſero cum vino.

*Diathamaron.*

℞. Anthophyllorum, id eſt, grandium Caryophyllorum) Zingiberis ana ʒv. ℈j. G. xvj.
Cinnamomi, Carnium Dactylorum,
Caryophyllorum ana ʒiv. ℈j. G. xvj.
Galangæ, Spicæ Indicæ, Zedoariæ,
Coſti albi & aromatici, Pyrethri,
Coral. rubei, Rheupontici (accipiatur Rhabarbarum ſic vocatum)
Spicæ Celticæ, Tragacanthæ, Anacardii,
Oſſium dactylorum, Carpobalſami ſeu Cubebarum, Aniſi, Baccarum Juniperi,
Trium piperum ana ʒj. ℈ij. G. ix.
Margaritarum integrarum, & perforatarum ana ℈ij.
Blattæ Bizantiæ ℈ij.
Limaturæ auri puri, limat. argenti meri, aut foliorum,
Oſſium de corde Cervi ana ℈ij ß.
Raſuræ Eboris, Moſchi ana ℈j. G. vij.
Ambræ ℈j.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Dantur ʒiij. manè vel veſperi cum vino. * Efficaciter prodeſt difficulter ſpirantibus, arteriacis, tuſſientibus, tabidis, & omni thoracis & ſtomachi offenſæ, aquæ ſubter cutem fuſæ, renum doloribus: voluptatem parit, corporaq; ſaginat. *Nicolaus.*

*Diaſulphur.*

℞. Piperis albi & longi ana ʒvj.
Sulphuris flavi, Thuris, Mei,
Hyoſcyami albi, Myrrhæ,
Styracis, Cardamomi,
Rutæ, Coſti ana ℥j.
Caſſiæ ʒv.
Opii, Mandragoræ ana ʒiij.
Croci ʒij ß.

Melle deſpumato excipe. poſt ſex menſes utere. * Confert febribus diuturnis, ut melancholicis, phlegmaticis, thoracem & pulmones purgat pituita craſſa, lenta, pure: ob id tuſſim antiquam, & difficultatem ſpirandi inde natam levat. Splenis duritiem minuit, & inde natum hydropem: urinas movet: calculum frangit: morſibus venenatis, & poto jam veneno prodeſt. *Meſues.*

*Electuarium ſulphuratum.*

℞. Sulphuris flavi, puri, & triti ℔j.
Olei tartari ℥ij.
Cinnamomi ℥ß.
Croci ℈j. Zingiberis ʒij.
Moſchi in aqua roſ. diſſoluti ℈ß.

A Mellis albi, & crudi ℥xiv.

Miſce abſq; igne, ac ſerva in loco ſicco. Doſis à ʒiv. ad ʒvij. ſtomacho jejuno. * Scabiem exiccat: urinam movet, calculum in renibus frangit: tuſſim curat: oculorum lachrymas ſiccat: appetitũ excitat. *Fioravantus.*

*Quadrimeron.*

℞. Enulæ campanæ ℥j. ʒiij.
Cymini ʒiij. Piperis ℥ß.
Marathri, Mellis deſpumati ℔j. ℥j.

B Incorporentur. Doſis ejus à ʒij. uſque ad ʒiij. manè & ſerò. Servatur per triennium. * Reſpicit propriè ſpiritualia. Datum cum decoctione hyſſopi, confert aſthmaticis, & tuſſientibus, & catarrho frigido. Datum cum decoctione maſticis confert dolori ſtomachi à frigiditate. Datum cum decoctione nucis moſchatæ & caryophyllorum, confortat digeſtivam, læſam à frigiditate. Datum cum vino rubro in decoctione zingiberis & galangæ, confortat renes læſos à

C frigiditate. *Arnold. Villanovanus.*

*Achariſtum.*

℞. Coſti, Galbani, Opii,
Phœnici Indi, Hyſſopi,
Sem. Lini ana ʒj.
Spicæ, Croci, Coralii,
Xylobalſami, Caſſiæ fiſt. Xylocaſſiæ,
Calami arom. Rhapontici, Myrrhæ,
Styracis calamitæ, Opopanacis, Bdellii,
D Ammoniaci, Olibani, Cicidon,
Spicæ Celticæ, Abrotani, Acori,
Aſari, Brachyos Roris Syriaci,
Scillæ, Diaphiridon, Pyrethri,
Amoni, Aniſi, Pſyllii,
Ocymi, Dauci, Leviſtici,
Marathri, Meconis, Melanopiperis,
Macropiperis, Leucopiperis, Floris Syriaci
Eleon ℈j ß. (ana ʒij.
Hellebori nigri, Zingiberis ana ℈j.
E Mellis q. ſ.

Sumatur cum vino calido in ſero. Datur contra catarrhum & omne vitium pectoris. *Nicolaus.*

## DE ELECTUARIIS CALEFACIENTIBUS COR.

*Aromaticum roſatum Gabrielis.*

℞. Roſarum rubearum ʒxv.
Glycyrrhizæ raſæ ʒvij.
Ligni aloës, Sandali citrini ana ʒiij.
F Cinnamomi electi ʒv.
Macis, Caryophyllorum ana ʒij ß.
Gummi Arabici, Tragacanthæ ana ʒij. ℈ij.
Nucis moſchatæ, Cardamomi minoris,
Galangæ ana ʒj.
Spicæ Indicæ, Ambræ griſeæ ana ℈ij.
Moſchi ℈j.

Trita & in pulverem redacta permiſcentur cum Syrupi roſati, Syrupi è cort. Citri, Sacchari albi ana ʒix.

Coque, fiat electuarium juſtæ conſiſtentiæ. Servatur per annum, & ultrà in vaſe fictili vitrato.

* Cerebrum, cor, ventriculum & omnia nutri- A
tioni famulantia membra roborat, appetentiam excitat, concoctionem juvat, viſcerum excrementoſam humiditatem abſumit, ac ex morbo convaleſcentibus auxiliatur.

### *Aromaticum Roſatum.*

℞. Roſarum rub. ʒ j ß.
Ligni aloës, Macis, Galangæ,
Caryophyllorum, Zingiberis,
Trochiſc. diarrhod. Nucis moſchatæ,
Galliæ moſchatæ ana ʒ ij ß.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ j.
Cinnamomi ʒ iij.
Cardamomi, Spicæ nardi ana ʒ j.
Syrupi roſati,
Syrup. cort. citri ana q. ſ.

Fiat electuarium. Doſis à ʒ iij. uſque ad ʒ v. * Cor, ventriculum roborat, appetentiam excitat, coctionem juvat, nauſeam, & vomitum ſedat, viſcerum humiditatem excrementoſam abſumit. *Meſues.*

### *Aromaticum Roſatum minus.*

℞. Roſarum rub. ʒ x.
Ligni Aloës,
Sandali citrini ana ʒ ij.
Cinnamomi ℥ ß.
Maſticis ℈ iv.
Ambræ ℈ ij. Moſchi ℈ j.
Syrupi roſ. q. ſ.

* Cor & ventriculum roborat, & eorum inflatio- D
nes ſedat. *Meſues.*

### *Aromaticum Moſchatum.*

℞. Ligni aloës ʒ vij.
Cinnamomi craſſi ʒ x.
Ambræ ʒ iij.
Moſchi ℈ ij.
Syrupi roſati q. ſ.

* Cerebrum, cor, & ventriculum roborat: od id confert epilepſiæ, palpitationi cordis, & ſynco-
E pæ, ſuffocationi quoque ab utero, oris odorem commendat. *Meſues.*

### *Aromaticum Nardinum.*

℞. Spicæ nardi ʒ ij.
Roſarum rub. ℥ ß.
Cubebarum, Ligni aloës,
Maſticis, Caryophyllorum,
Cinnamomi, Folii Indi,
Aniſi, Cort. mali citri,
Trochiſc. diarrhodon,
Galliæ Sebellinæ ana ℈ iv.
Pinearum mundat.
Amygdal. purgat. ana ʒ v.
Gummi Arab. Tragacanthi ana ℥ ij.
Moſchi ℈ ß.
Syrupi roſ. q. ſ.

*Cor, ventriculum, hepar, renes & cætera viſcera roborat, & veſicam: coctionem juvat: ob id oris & ſudoris odorem commendat, flatus diſſipat: Veneris appetitum excitat, & reſpirationem liberiorem facit. *Meſues.*

### *Aromaticum Caryophyllatum.*

℞. Caryophyllorum ʒ vij.
Macis, Zedoariæ, Galangæ,
Sandali citrini, Trochiſcorum diarrhodon,
Cinnamomi, Ligni Aloës,
Spicæ Indicæ, Piperis longi,
Cardamomi majoris ana ʒ j.
Roſarum ʒ iv.
Glycyrrhizæ raſæ,
Galliæ moſchatæ veræ ana ʒ ij.
B Folii (ſumatur ejus loco caſſia lignea vera, aut duplex pondus Cinnamomi)
Cubebarum ana ℈ ij. G. v.
Ambræ ʒ j.
Moſchi ℈ ß.

His tenuiſſime tritis, & cum
Syrupi e citro, ſacchari albi ana quantum ſufficit,

permiſtis, fiat electuarium. * Cor, ventriculum, & reliqua nutritionis membra roborat, nauſeam
C & vomitum reprimit, flatus diſſipat, putredinem humorum in ventriculo arcet. *Meſues.*

### *Dianthon.*

℞. Florum Roriſmarini ℥ j.
Violarum, Roſarum, Glycyrrhizæ ana ʒ vj.
Caryophyllorum, Spicæ Indicæ,
Nucis moſchatæ, Galangæ,
Cinnamomi, Zingiberis, Zedoariæ,
Macis, Ligni Aloës, Cardamomi,
Aniſi, Anethi (videlicet ſeminis) ana ℈ iv.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * *Prodeſt præter rationem* tribulatis, cardiacis: animi lætitiam auget. Eos roborat, quia longo morbo debiles adhuc ſeſe recolligunt: ventriculum perpulchre emendat. *Nicolaus.*

### *Diaxyloaloës.*

℞. Ligni aloës crudi, Roſarum ana ℥ j.
Caryophyllorum, Spicæ Indicæ,
Macis, Nucis moſchatæ,
Galliæ moſchatæ Meſ. Cubebarum,
Cardamomi majoris, minoris,
Maſticis, Cinnamomi, Cyperi rotundi,
Schœnanthi, Zedoariæ,
Been albi, rubri ana ℥ ß.
Folii, aut Macis, ſive Spicæ nardi,
Serici crudi toſti, Margaritarum,
Coralii rubei, Carabæ,
Foliorum Citri, Cort. Citrei mali,
F Ocymi caryophyllati, Siſymbrii,
Menthæ ſiccæ, Sampſuci, id eſt,
Majoranæ, Piperis longi,
Zingiberis ana ʒ iv.
Moſchi boni ℈ j.
Ambræ ʒ j ß.
Mellis Emblicorum,
Mivæ aromaticæ ana q. ſ.

Fiat electuarium. Doſis à ʒ j. uſque ad ʒ iij. * Prodeſt malis ventriculi, cordis, & jecinoris frigidis, animæ defectioni, concoctionique. *Oris* fœtorem abigit, lætitiamq; parit. *Meſues.*

*Diamar-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0408-1
DFG

*Diamargaritum calidum.*

℞. Margaritarum non perforatarum,
Pyrethri ana ʒ j.
Zingiberis, Maſtiches ana ʒ iv.
Zedoariæ, Doronici, ſem. Apii,
Capſici, id eſt, Cardamomi utriusque,
Nucis moſchatæ, Macis ana ʒ ij.
Been utriusque, Piperis nigri,
Macropiperis ana ʒ iij.
Cinnamomi ʒ v.
Sacchari quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Servatur annis duobus vel tribus. * Valet mulieribus: rectificat enim diſpoſitionem matricis, & ventriculorum earum. *Avicenna.*

*Electuarium de gemmis, calidum.*

℞. Margaritarum albarum ʒ ij.
Sapphyri, Hyacinthi, Sardæ,
Granatorum, Smaragdi ana ʒ j ß.
Zedoariæ, Doronici, ſeu Galangæ,
Corticum Citrei mali, Macis,
Sem. Ocymi ana ʒ ij.
Coraliorum rubeorum, *Succi albi*,
Limaturæ Eboris ana ʒ j. ℈ ij.
Been albi & rub. *Caryophyllorum*,
Zingiberis, Piperis longi,
*Spicæ* Indicæ, Folii, Croci,
Heyl, id eſt, Cardamomi majoris ana ʒ j.
Trochiſc. Diarrhodon, Ligni Aloës ana ʒ v.
Cinnamomi, Galangæ, Zurumbet,
(id eſt, Zedoariæ rotundæ) ana ʒ j ß.
Foliorum auri & argenti ana ℈ ij.
Moſchi boni ʒ ß.
Ambræ ʒ ij.

Confice cum melle Emblicorum, & colato melle roſato ana quantum ſufficit. Datur ab aureo ſemiſſe ad aureum unum, cum aqua bugloſſæ. * Malis cordis, ventriculi, cerebri, jecinoris, & uteri frigidis auxiliatur. Item palpitationi cordis, defectioni animæ, ac concoctioni: triſtitiam deniq; citra cauſam ortam amovet. *Meſues.*

*Electuarium lætificans Galeni.*

℞. Florum Ocymi caryophyllati, aut ſeminum,
Croci, Zedoariæ, Ligni Aloës,
Caryophyllorum, Corticum Citrei mali,
Galangæ, Macis, Nucis moſchatæ,
Styracis calamitæ ana ʒ ij ß.
*Aniſi*, Raſuræ Eboris,
Thymi, Epithymi ana ʒ j.
Camphoræ, Moſchi, Ambræ,
Margaritarum perforatarum,
Oſſium de corde Cervi ana ʒ ß.
Auri foliati meri, id eſt, puriſſimi, **fein gold/**
Argenti foliati meri ana ℈ j.
Sacchari albiſſimi quantum ſufficit.

Fiat confectio ſolida. Si verò volueris facere in forma liquida, ſive opiatæ, tunc adde

Succi Cydoniorum, Pomorum odoratorum dulcium, Borraginis, Vini veteris optimi, ana partes æquales, in tanta menſura, quanta deſpumando & decoquendo ſaccharo ſatis fuerit.

A Nulla enim aqua ſaccharum diſſolvi aut decoqui ad ſpiſſitudinem debet in hac confectione. * Lætitiam, colorisq; bonitatem efficit, concoctionem juvat, & canitiem arcet.

*Electuarium lætificans Rhaſis.*

℞. Seminis Meliſſæ, Corticum Citrei mali, Caryophyllorum, Galliæ moſchatæ Meſuæ, Maſtiches, Croci, Cinnamomi, Nucis moſchatæ, Cardamomi majoris, Neremie, pro quo poteſt ſemen Pæoniæ accipi, Been albi, rubei, Zedoa-
B riæ, Doronici, ſeu Galangæ, ſem. Ocymi caryophyllati ana ℥ ß.
Moſchi ℈ j. G. iv.
Sacchari albiſſimi quantum ſufficit.

Fiat confectio in tabulis. Si verò volueris forma electuarii, ea ſyrupo ſequenti excipies, qui

℞. Myrobal. Chebularum N. xx.
Myrobal. Emblicarum N. xxx.

Trita, & in ℔ iij. aquæ communis ad duarum tertiarum conſumptionem, cocta percolabis.
C Colaturæ addes
Mellis deſpumati ℔ ij.

Coque, fiat ſyrupus, quo prædicta excipies, & fiat electuarium. * Ad affectus cordis, ventriculi, jecoris, quas partes etiam roborat, admodum confert: palpitationem cordis emendat, valenter exhilarat, & coctionem juvat, coloremque vividum efficit.

*Electuarium lætificans, aliud.*

D ℞. Roſarum, Ligni Aloës ana ʒ vj.
Macis, Nucis moſchatæ,
Galliæ moſchatæ,
Cardamomi utriusque,
Cinnamomi, Croci ana ʒ ij.
Cyperi ʒ v.
Caryophyllorum, Maſtiches,
Spicæ nardi, Aſari ana ʒ iij.

Melle emblicarum excipe,
Moſchi G. xv. aromatiza.

E Datur à ʒ j. ad ʒ iij. * Ad eadem, ad quæ præcedens, valet. *Rhaſis.*

*Electuarium lætificans Meſuæ.*

℞. Roſarum ʒ ij.
Cyperi ʒ iij ß.
Caryophyllorum, Maſticis,
Ligni Aloës, Spicæ, Aſari ana ʒ j ß.
Cinnamomi, Croci, Meliſſæ,
Alfelengemiſch, Margaritarum,
F Foliorum Indorum, Macis, Cardamomi,
Heyl, Nucis moſchatæ, Corticum citri,
Galliæ moſchatæ, Zedoariæ,
Doronici, Ocymi majoris ana ʒ j.
Moſchi boni ʒ j. quartam.

Confice cum melle belliricorum, & melle emblicorum, quod ſit quadruplum ſpecierum. Sumatur ſicut tryphera, & eſt magis conveniens in hyeme. Generat gaudium, & rejuveneſcere facit: coloris pulchritudinem, & odoris bonitatem in toto corpore operatur: digeſtionem promovet, canitiemq; retardat. *Meſues cap. de Melanch.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0409-0
DFG

*Confectio liberantis.*

℞. Radicum Tormentillæ, ſem. Acetoſæ,
Sem. Endiviæ, Coriandri præparati,
Sem. Citri mali ana ℥ j ß.
Sandalorum omnium,
Dictamni albi ana ʒ j.
Boli Armeni præparati, Terræ ſigillatæ (loco ejus, bolus levanticus, id eſt, Orientalis ſumatur) ana ʒ ij.
Margaritarum, Coralii albi, rubei,
Succini albi, Raſuræ Eboris,
Spodii, id eſt, Eboris uſti,
Oſſium de corde Cervi,
Been albi, rubei, Doronici, ſeu Angelicæ,
Cardamomi, Cinnamomi, Macis,
Ligni aloës, Caſiæ ligneæ, aut ſuccedanei ejus,
Croci, Zedoariæ ana ʒ ß.
*Smaragdi, Hyacynthi, Granati,*
Serici crudi torrefacti & inciſi ana ℈ j.
Penidii, Sacchari candi ana ℈ ij.
Florum Nenupharis, flor. Bugloſſæ,
Roſarum ana ℈ j.
Caphuræ G. vij.
Moſchi, Ambræ ana G. iij.
Sacchari albi quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Contra peſtem plurimùm valet: tutatur corpus, ne lædatur à peſtifero aëre, & præſervat humores à corruptione. *Incertus.*

*Confectio cordialis.*

℞. Margaritarum, Spodii, (id eſt, Eboris uſti)
Granatorum verorum, Cinnamomi,
Tormentillæ, Boli *Armeni* ana ʒ ij.
Sandalorum omnium, Raſuræ *Eboris,*
Unicornu ana ʒ *ij.*
Hyacynthorum, *Sapphyri,*
Coralii albi, rubri, Charabæ albi,
Valerianæ veræ, Dictamni, Zedoariæ,
Ligni aloës ana ʒ j.
Terræ ſigillatæ ʒ ij. ℈ ij.
Serici crudi, torrefacti modicè ℈ ij.
Oſſis de corde Cervi ℈ j ß.
Been albi, rubri ana ℈ ij.
Fol. auri N. v.
Moſchi, Ambræ ana G. x.
Sacchari albi quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Præſervat cor in peſte. *Alexander Benedictus.*

*Electuarium Regium.*

℞. Pinearum mundatarum ℥ iix.
Amygdal. mundat. ℥ vj.
Cinnamomi ℥ j. ʒ ß.
Caryophyllorum,
Sandali citrini ana ʒ iij.
Ligni aloës ℥ ß.
Ambræ ʒ j.
Moſchi ℈ ß.
Sacchari albi ℔ iv.
Aquæ roſatæ ℔ j ß.

Fiat electuarium. * Cerebrum, cor, thoracem, & ventriculum roborat. *Meſues.*

A *Electuarium Regium, alterum.*

℞. Pinearum mundat. ℥ vj.
Amygdal. dulc. expurgat. ℥ iv.
Aquæ roſatæ ℔ j ß.
Roſarum rub. ℥ j ß.
Sandali citrini ʒ iij ß.
Sacchari ℔ iv.
Ambræ ʒ j. Moſchi ℈ ß.

Fiat electuarium. * Idem pollet. *Idem.*

Cor quoque CALFACIUNT, roborantque,
B Diambra, Diamoſchum dulce & amarum, Pleriſarcoticum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE ELECTUARIIS EXcalfacientibus ventriculum.

*Diagalanga.*

℞. Galangæ, Ligni aloës ana ʒ vj.
Caryophyllorum, Macis, Liguſtici ana ʒ ij.
Zingiberis, Macropiperis,
C Leucopiperis, Calami aromatici,
Cinnamomi ana ʒ j ß.
Calaminthæ ſiccæ, Menthæ ſiccæ,
Cardamomi majoris, Spicæ Indicæ, ſem. Apii,
Sem. Fœniculi, ſem. Aniſi, ſem. Carvi ana ʒ j.
Sacchari albi ℥ x.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Valet adverſus craſſiores flatus, acidos ructus, pravamq; concoctionem: item actiones ventriculi & jecoris à frigiditate
D impeditas robuſtiores reddit, eaſdemq; emendat. *Meſues.*

*Dianiſum.*

℞. Sem. Aniſi ℥ ij ß.
Glycyrrhizæ raſæ, Maſticis ana ℥ j.
Sem. Carvi, ſem. Fœniculi, Macis,
Galangæ, Zingiberis, Cinnamomi ana ℥ v.
Piperis nigri, albi, longi,
Caſſiæ ligneæ veræ, Pyrethri,
E Calaminthæ ana ʒ ij.
Cardamomi majoris,
Caryophyllorum, Cubebarum,
Croci, Spicæ Indicæ ana ʒ j ß.
Sacchari albi ℥ ij.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Intemperiem frigidam ventriculi à pituita cruda, vel etiam flatibus ſanat; & tuſſim diuturnam à frigida cauſa genitã. *Meſues.*

*Diacuminum.*

F ℞. Cymini pridie in aceto macerati, deinde ſiccati ʒ x.
Zingiberis, Cinnamomi ana ℥ ß.
Caryophyllorum, Ligni aloës,
Macis ana ʒ ij ß.
Galangæ, Piperis longi, Cardamomi ana ʒ ij.
Moſchi ℈ ß.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Fiat electuarium forma convenienti. Conſervatur annis duobus. * Ventriculum & viſcera reliqua calefacit: concoctionem juvat: flatus in dictis viſceribus natos diſſipat. *Meſues.*

Diacy-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0410-1
DFG

A *Diacyminum aliud.*

℞. Cymini in aceto præparati ʒ iix. ℈ j.
Cinnamomi, Caryophyllorum ana ʒ ij ß.
Zingiberis, Piperis nigri ana ʒ ij. G. v.
Galangæ, Thymbrę, Calaminthes ana ʒ j. ℈ ij.
Ammi, Liguſtici ana ʒ j. G. xiix.
Piperis longi ʒ j.
Spicæ nardi, id eſt, Indicæ, Cardamomi,
Nucis moſchatæ ana ℈ ij ß.

Omnibus tritis, & in pulverem redactis, mellisq;
B deſpumati q. ſ. exceptis, fit electuarium. Servatur ad annos duos in vaſe fictili vitrato. Fit etiam forma ſolida cum ſaccharo, hoc eſt, ad ſingulas ſpecierum dimidias uncias libram ſacchari commiſcendo. * Confert frigiditati thoracis, ſtomachi, inflatis, colicis, febre quartana laborantibus, & ventriculi coctionem juvat. *Nicolaus.*

*Diacyminum aliud.*

℞. Cymini in aceto macerati & ſiccati ʒ xx.
C Zingiberis, Thymi ana ʒ iij.
Piperis, Cinnamomi ana ʒ ij.
Ameos ʒ j ß.
Fol. Rutæ ſicc. Nitri ana ℥ ß.

Excipe melle deſpumato. * Valet ad dolorem ſtomachi, & ventris à frigiditate aut à craſſa ventoſitate, aut ex pituita craſſa: & ad dolorem colicę, ad ſingultum: obſtructiones aperit: & membra nutritionis calefacit. *Meſues.*

*Diacinnamomum.*

D ℞. Cinnamomi ʒ xv.
Caſſiæ ligneæ, Cymini,
Rad. Enulæ ana ℥ ß.
Galangæ ʒ vij.
Caryophyllorum, Piperis longi,
Cardamomi majoris, minoris,
Zingiberis, Macis, Nucis moſchatæ,
Ligni aloës ana ʒ iij.
Croci ʒ j. Sacchari ℥ v.
Moſchi ℈ ij.
E Excepta mellis deſpumati ℔ ij. ʒ iix.

Coque, fiat electuarium. Doſis ejus eſt à ʒ j. uſq; ad ij. * Concoctionem juvat, etiam pituitæ putredinem prohibet, diſtributionem alimenti in corpus promovet. *Meſues.*

*Diazingiber.*

℞. Zingiberis, Galangæ, Caryophyllorum,
Cinnamomi, Nucis moſchatæ,
Granorum paradiſi, Piperis longi,
F Macis, Cardamomi,
Spicæ Indicæ, Rhabarbari,
Roſarum rubrarum ana G. xv.
Pinearum mundatarum ℥ ß.
Piſtaciorum ʒ ij.
Sem. Aniſi, ſem. Fœniculi,
Glycyrrhizæ raſæ, Croci ana ʒ ß.
Sacchari albi quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Conſervatur per annum. * Stomachum confortat, digeſtivam virtutem adjuvat, vitio pectoris ex frigiditate valet. renes confortat, libidinem potenter incitat. *Nicolaus.*

*Diaſpoliticum.*

℞. Cumini in aceto macerati & uſti, Piperis longi, comarum Rutæ ana ℥ j.
Nitri ℥ ß.

Terantur craſſius, & cum mellis deſpumati, quod ſatis eſt, fiat electuarium in bona forma. * Alvum dejicit, cibos qui in ventre corrupti ſunt, educendo: iisque convenit, quibus venter frigidus eſt, aut ad frigus propenſior, ſiquidem pituitam extenuat, & ſpiritum flatulentum expellit. *Galenus.*

*Diatrion-pipereon.*

℞. Piperis nigri, albi, longi ana ʒ l.
Aniſi, Thymi, Zingiberis ana ℥ j.
Mellis quantum ſatis eſt.

Fiat electuarium. Recipit etiam uniuscujusque generis piperum ℥ iij. * Ventriculi refrigerationibus, acido ructui, quartanis, reſolutis, jecinoroſis, & inflationibus auxiliatur. *Galenus.*

*Aliud.*

℞. Trium piperum ana ʒ v.
Zingiberis, Thymi, Aniſi ana ʒ ij.
Spicæ Indicæ, Ammi, Amomi,
Cinnamomi ana ʒ j.
Caſſiæ ligneæ, ſem. Apii, Seſeleos,
Aſari, rad. Enulæ ana ʒ ß.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuariū. * Hoc magis fluxionibus, quæ à capite ad thoracem deſcendunt, cōvenit. *Meſues.*

*Electuarium ex Citro.*

℞. Corticum Citri aur. xx.
Caryophyllorum, Ligni Aloës,
Cinnamomi, Macis, Galangæ ana ʒ ij.
Cardamomi, Zingiberis ana ʒ j.
Moſchi ℥ ß.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Datur ad ℥ ß. * Cor & ventriculum roborat, coctionem juvat, oris halitum commendat, flatus craſſos diſſipat. *Meſues.*

*Electuarium de baccis Lauri.*

℞. Fol. Rutæ ʒ x.
Sem. Ammi, ſem. Cymini,
Sem. Nigellæ, ſem. Liguſtici,
Sem. Carvi, ſem. Dauci, Origani,
Amygdal. amararum, Piperis nigri, longi,
Menthaſtri, Baccarum Lauri,
Caſtorii ana ʒ ij.
Sagapeni ℥ ß.
Opopanacis ʒ iij.
Mellis ℔ j. ℥ iv. ʒ vij.

Tritis diligenter quæ trituranda ſunt, fiat electuarium: additis circa finem lachrymis in vino diſſolutis. * Valet ad colicam & iliacam paſſionem, & doloribus inteſtinorum ex cauſa frigida, vel flatuoſa. *Rhaſis.*

*Roſata novella.*

℞. Roſarum viridium.
Glycyrrhizæ ana ℥ j. ℈ ij ß.
Cinnamomi ʒ ij. ℈ ij. G. ij.

Caryophyllorum,
Nardi id eſt, Spicæ Indicæ,
Zingiberis, Galangæ,
Nucis moſchatæ, Zedoariæ,
Styracis calamitæ, Cardamomi,
Sem. Apii ana ℈ j. G. ix.
Sacchari albiſſimi quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Servatur per annum. * Confert apprime calori & ſiccitati ſtomachi, cordis, hepatis & pulmonis: ſitim compeſcit & vomitum: abſcindit debilitatem ſtomachi, aſtringit laxa: cardiacis ſubvenit: ſudorem diaphoreticum reprimit, ex chronica infirmitate debiles recreat. *Nicolaus.*

### *Electuarium de Aromatibus.*

℞. Ligni Aloes crudi, Roſarum ana aur. xij.
Calami aromat aur. iv.
Galliæ moſchatæ, Macis, Doronici,
Piperis longi, Nucis moſchatæ,
Menthæ ſiccæ, Spicæ nardi, Caſſiæ,
Maſticis, Cinnamomi,
Caryophyllorum, Aſari ana aur. iij.
Croci, Cardamomi majoris, Card. minoris,
Trium ſandalorum, Rhabarbari,
Coſti, Cubebarum, Zingiberis,
Sem. Fœniculi, ſem. Anili,
Sem. Liguſtici ana aur. ij.
Sacchari ℥ vj.
Mivæ aromaticæ ℥ xij.
Mellis deſpumati q. ſ.

Fiat electuarium. Doſis à ʒ ij. uſque ad aur. vj. * Ad ventriculi, & hepatis affectus frigidos, ex pituita craſſa, & flatibus efficax; flatus enim diſſipat, coctionem juvat, ob id acidos ructus, nauſeam, cibi faſtidium compeſcit, colorem cutis floridum affert, canitiem tardat, oris, & ſudoris odorem commendat: ſed hepar & renes immodice calefacit, ac inde ſemen, ſive coitum promovet. *Galenus.*

### *Electuarium Petri.*

℞. Roſarum rubrarum ʒ ij ß.
Aniſi, Marathri, Maſticis,
Schœnanthi, Caſſiæ ligneæ ana ʒ ij.
Glycyrrhizæ mundæ, Reu,
Spicæ nardi, Aſari ana ʒ j ß.
Sem. Apii, ſem. Scariolæ, Nenupharis,
Sem. Melonum mundat. Cinnamomi,
Trochiſ. diarrhod. Cuſcutæ, Polii ana ʒ j.
Croci ℈ j.
Caphuræ ℈ ß.
Sacchari ℔ iij.

Fiat electuarium cum aqua decoctionis iſtorum:
℞. Rad. Sacchari ℥ iv.
Bedeguar, rad. Fœniculi ana ℥ ij. roſar. rub. ℥ j.

Doſis ejus à ʒ ij. uſque ad iij. cum decoctione, vel ſucco dictorum. Servatur per biennium. Propriè reſpicit virtutem naturalem, quo plurimos curavi à febribus phlegmaticis, tertianis nothis chronicis, propriè quibus forma corrumpitur: oppilationes aperit & provocat urinam, ſtomachum confortat, & hepar. *Arnold. Villanov.*

A

### *Electuarium Meſuæ.*

℞. Ligni Aloes, Galliæ moſchatæ,
Spicæ nardi, Cyperi,
Calami aromatici ana ʒ ij.
Cymini, aceto per 24. hor. infuſi, & aſſati ʒ iij.
Sem. Porri torrefacti ʒ j ß.
Myrob. emblicarum, & bellíricarum, ſucco intybi infuſarum, & toſtarum,
Nucis moſchatæ ana ʒ ij ß.
Sem. Naſturtii toſtorum ʒ vj.
B Sem. Uvarum ʒ v.
Sem. Myrti tritorum ʒ xxvj.
Balauſtii, Concharum uſtarum,
Thuris, Fructus tamaricis ana ʒ ij ß.
Ameos ʒ iij.

Tere omnia & frige in vino odorato, & ſicca: frige iterum aqua cydoniorum, aut baccarũ myrti, & ſicca: iterum tere ſubtiliſſimè: excipe miva aromatica. Dantur ʒ iij. cum ſyrupo cydoniorum, aut myrtino. * Ventriculum, & cætera
C viſcera roborat, & calefacit: ob id lienteriam, diarrhœam, dyſenteriam hepaticam, & alios dictarum partium affectus frigidos ſanat, & immodicam medicamenti purgantis vacuationem ſiſtit, & hæmorrhoidas, flatus quoq; diſcutit.

### *Electuarium aliud ejuſdem.*

℞. Nucleorum myrti tritorum ℥ j ß.
Roſarum, Spodii, Rhu,
Trium piperum, Sandali, Balauſtii,
D Gum. aſſi ana ʒ j ß.
Granorum granatorum aſſorum ʒ vij.
Coriandri præparati & aſſi ℥ ß.
*Semin. Roſarum, ſemin. Acetoſæ,*
*Semin. Plantaginis ana ʒ ij.*

Trita probe omnia frigantur ex omphacio, vel ſucco myrti, & aceto, ſiccenturque: excipiantur deinde miva acetoſa. Dantur ʒ ij. vel iij. cum Syrupo cydoniorum. * Confirmat ventriculum, & viſcera alia roborat: fluorem alvi à cauſa calida,
E vel medicamento nimis purgante ſiſtit: appetentiam excitat.

### *Electuarium Alcanzi.*

℞. Roſarum, Coſti, Spicæ ana ℥ ij.
Flor. Granati ſylveſtris ℥ j.
Nucis moſchatæ, Calami aromatici,
Caryophyllorum, Macis,
Cardamomi ana ʒ iij ß.
Zingiberis ʒ ij.
F Myrob. Indorum, Emblicorum, Belliricorum ana ʒ vj.
Granorum myrti ℔ j.
Balauſtii, Thuris, Cort. Citri,
Fructus tamaricis ana ℥ ß.

Ferveſiant ſemel omnia in vino generoſo antiquo: poſt ſiccentur: ferveſiant deinde ſemel in ſucco cydoniorum, exiccenturq; in vaſe terreo vitreato: terantur, & miva excipiantur. Dantur ʒ iij. cum Syrupo cydoniorum. * Ventriculũ calefacit & roborat: ob id appetentiam excitat: coctionem juvat, flatus diſſipat, vomitum pituitoſum, & ab eo virium diſſolutionem emendat.

Electua-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0412-3

*Electuarium vitæ.*

℞. Uvarum paſſarum mundat. ℔ ij.
Glycyrrhizæ mundæ & contuſæ ℥ j.
Aquæ ℔ ij ß.

Coquantur benè, poſtea colentur, & exprimantur: colaturæ addantur

Myrob. Chebulorum, Citrinorum, Indorum enucleatorum & conquaſſatorum ana ℥ ij.
Emblicorum, Belliricorum ana ʒ ij.

Coquantur, exprimantur, & colentur: pòſt addatur

Sacchari albiſſimi ℔ j.

Coquatur ad decoctionem ſyrupi: tunc addatur

Cinnamomi electi ℥ ß.
Caryophyllorum, Galangæ ana ʒ ij.
Nucis moſchatæ N. ij.
Fœniculi, Aniſi ana ℥ j.

Fiat electuarium, & reponatur in pyxide lignea. * Stomachum roborat, & aptat, & ſuperfluitates humorum ex nutrimẽto præterito remanentes reprimendo purgat: uſus ejus facit coloratos homines: canities per illud retardatur. *Arnoldus Villanovanus.*

*Electuarium de ſeminibus.*

℞. Semin. Cymini, Aniſi, Fœniculi,
Carvi, Dauci, Ameos, Apii,
Amomi aceto horis 24. macerati & ſiccati ana ʒ vj.
Cinnamomi, Zingiberis, Macropiperis,
Seſeleos, Galangæ ana ʒ v.
Cardamomi, Spicæ nardi,
Caryophyllorum ana ℥ ß.
Libyſtici ʒ ij.

Melle deſpumato excipiuntur, vel duplo ſacchari adjecto, pulvis fit leviſſimus. * Coctionem juvat, obſtructiones aperit, lienteriam ſanat: dolores viſcerum à flatibus excitatos placat.

## DE ELECTUARIIS excalfacientibus hepar.

*Dialacca major.*

℞. Laccæ lotæ, Rhabarbari ana ʒ iij.
Spicæ nardi, id eſt, Indicæ, Maſticis,
Sem. Apii, ſucci Abſinthii.
Succi Eupatorii Meſuæ, id eſt, Agerati,
Sem. Ammi, Sabinæ, Amygdal. amararum,
Coſti, ſeu Zedoariæ, Myrrhæ,
Rad. Rubiæ, ſem. Fœniculi, Aniſi, Aſari,
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ,
Gentianæ, Croci, Cinnamomi,
Hyſſopi, Caſſiæ ligneæ veræ,
Schœnanthi, Bdellii ana ʒ j ß.
Piperis, Zingiberis ana ʒ j.

Myrrham & bdellium in vino infunde, cætera tenuiſſimè tere, & melle deſpumato quantum ſatis eſt excipe: fiat electuarium. * Ventriculum & hepar roborat, hepatis obſtructiones aperit: ejus ſcirrhum diſſolvit, & ex his naſcentem cachexiam & hydropem ſanat, urinas movet, lapidemq; renum & veſicæ frangit. *Meſues.*

A *Dialacca minor.*

℞. Laccæ lotæ, Croci, Coſti,
Schœnanthos, Rubiæ,
Ariſtolochiæ longæ,
Glycyrrhizæ, Piperis ana ʒ j ß.
Rhabarbari ʒ iij.
Myrrhæ, Bdellii ana ʒ j.

Confice. * Eadem poteſt, ut major, ſed inefficacius. *Meſues.*

*Dialacca Iſaac.*

B ℞. Laccæ mundæ ʒ xx.
Coſti dulcis, Spicæ nardi, Xylobalſami,
Caſſiæ ligneæ, Aſari, Cinnamomi,
Flor. Schœnanthi, Rhabarb. Maſticis,
Ariſtoloch. longæ & rotundæ ana ʒ j ß.
Myrrhæ, Rubeæ tinct. Gentianæ,
Marathri, Apii mont. Caryophyllorum,
Cymini, Abſinthii recent. Eupatorii,
Nucis moſchatæ, Cardamomi, Cubebarum ana aur. ij.
C Mellis deſpumati ℔ iij.

Servatur per biennium in pyxide ex ligno tamariſci. Doſis ejus eſt ʒ ij. vel iij. cum apozemate radicum. * Reſpicit propriè virtutem naturalem, ſecundariò humiditates, facientes oppilationes hepatis ex frigida cauſa: tamen meliùs iſto, quam cum alio aliquo antidoto curantur ſcirrhi, apoſtemata hepatis, ſtomachi & ſplenis: & ſtomacho confert infrigidato, & omni ſuſpectioni hy-
D dropiſis ſubvenit, de quo inquit Albucaſis: multoties fui expertus, & inveni magnam efficaciam: quòd citiùs conſequitur ſuum effectum, quàm alia medicina.

*Diacurcuma magna.*

℞. Tragacanthæ ʒ j.
Croci, Aſari, ſem. Petroſelini, ſem. Apii,
Sem. Dauci, ſem. Aniſi ana ʒ iv.
Rhabarbari optimi, Meu,
Spicæ nardi, id eſt, Indicæ ana ʒ vj.
E Coſti ſeu Zedoariæ, Myrrhæ, Caſſiæ ligneæ,
Schœnanthi, Carpobalſami ſeu Cardamomi,
Rubiæ tinctorum, ſucci Abſinthii,
Succi Eupatorii Meſuæ,
Olei Caryophyllorum ana ʒ ij.
Calami aromatici,
Cinnamomi ana ʒ j ß.
Scordii, Ceterach, id eſt, Aſpleni,
Succi Glycyrrhizæ ana ʒ ij ß.

Trita, & melle deſpumato quantum ſufficit, ex-
F cepta fiat electuarium. * Ventriculi, jecoris, lienis morbos frigidos, ob idque diuturnos ſanat: & hinc orta ſymptomata, ut hydropem, cachexiam, colorem corporis fœdum, humorum in ventriculo corruptelam, renum & veſicæ vitia frigida, urinamq; evocat. *Meſues.*

*Diacurcuma minor.*

℞. Spicæ nardi, id eſt, Indicæ, Myrrhæ,
Caſſiæ ligneæ, Croci, Schœnanthi,
Coſti, Cinnamomi ana ℥ j.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0413-8
DFG

Fiat electuarium. * Idem pollet quod ſuperior, A
ſed imbecilliùs. *Meſues.*

### *Diamoruſia.*

℞. Croci, Acori ana ʒ ij.
Myrrhæ ʒ iij.
Baccarum lauri ʒ ij ß.
Dauci, Cymini, Cinnamomi, Caſſiæ,
Carpobalſami, Schœnanthos,
Sem. Apii, Aniſi, Cardamomi, Spicæ nardi,
Menthæ ſiccæ, Marrubii, Ameos,
Coſti, Trium piperum ana ʒ j.

Melle deſpumato excipitur. * Præſtat eadem quę Diacurcuma. Nam affectus ventriculi, hepatis, lienis frigidos, proindeque chronicos ſanat, hydropem, frigidam ventriculi intemperiem, ac inde natam crudorum ſuccorum copiam, & dolorem. *Meſues.*

### *Cyphoides.*

℞. Pulpæ paſſarum pinguium ℥ iij.
Croci, Calami aromatici,
Bdellii ana ʒ ij ß.
Caſſiæ ligneæ, Cinnamomi ana ʒ j ß.
Spicæ nardi, id eſt, Indicæ ʒ iij.
Schœnanthi ʒij ß.
Myrrhæ ʒ iv.
Rad. Aſpalathi ʒ ij.
Terebinthinæ ʒ iv.
Mellis, vini odorati ana quantum ſufficit.

Coque, fiat electuarium, ut artis eſt. * Ad hepaticos, & thoracis affectiones utilis eſt. *Andromachus.*

### *Diacoſtum.*

℞. Coſti candidi, aromatici, amari, Caſſiæ ligneæ veræ, Cinnamomi ana ʒ v.
Sem. Apii, Aniſi, Schœnanthi,
Rhabarbari ana ʒ iij.
Aſari ʒ iv.
Croci, Ariſtolochiæ rotundæ,
Myrrhæ ana ʒ ij.
Sacchari vel mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Servetur per annum. * Valet ad dolorem viſcerum, & oppilationem in eis, & ad principium hydropis. *Meſues.*

### *Confectio Ravedſeni.*

℞. Rhabarbari, ſucci Eupatorii Meſuæ,
Succi Abſinthii ana ʒ v.
Myrrhæ, Croci ana ʒ j.
Spicæ nardi, id eſt, Indicæ, Aſari,
Caſſiæ ligneæ, Schœnanthi, Fumariæ,
Sem. Aniſi, ſem. Apii,
Amygdal. amararum ana ʒ ß.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Obſtructiones potenter aperit, & inde natos affectus, icterum, febres putridas, etiam inveteratas, formæ corruptionem ſanat. *Meſues.*

HEPAR quoq; EXCALFACIUNT, Diacinnamomum, Diacalamenthum: de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE ELECTUARIIS excalfacientibus ſplenem.

### *Diacapparis.*

℞. Capparis ℥ iv.
Scillæ, Aſari, Centauriæ,
Pyrethri, Piperis nigri, Thymi,
Apii ſeminis Gith,
Agrimoniæ radicis ana ℥ j.
Mellis quantum ſufficit.

B Fiat electuarium. * Ad vitia ſplenis valet. *Gilbertus de Anglia.*

### *Electuarium è Scoria ferri.*

℞. Myrobalanorum Indorum,
Myrobalanorum Belliricorum,
Myrobalanorum Emblicorum ana ʒ j.
Spicæ Indicæ, Schœnanthos,
Cyperi, Zingiberis, Piperis,
Ammios, Thuris ana ℥ ß.
C Scoriæ ferri infuſæ aceto per dies ſeptem, poſtea torrefactæ ʒ iij.
Mellis decocti cum apozemate emblicorum ℥ xvj.

Miſce, fiat electuarium. * Leviter purgat, roborat, confert ventriculi doloribus, & lienoſis. *Rhaſis.*

### *Triomphyllon Nicolai.*

℞. Piperis albi ℥ ß.
Piperis nigri ʒ ij. Cymini aſſi ʒ ß.
Zingiberis, Nitri, Pyrethri ana ʒ ij.
D Piperis longi ʒ j.
Sem. Petroſelini, Ameos, Dauci,
Aniſi, Helenii, Spicæ, Cyperi,
Apii, Seſeleos, Coſti ana ʒ ß.
Caryophyllorum ℥ j. G. vij ß.
Dactylorum mundat. N. xij.
Fol. rutæ viridis ℥ j ß.
Mellis q. ſ. eſt.

Confice. * Valet propriè quartanariis, & veræ quotidianæ in hyeme, & poſt prandium in ſero
E cum vino.

SPLENEM quoq; EXCALFACIUNT, Diacoſtum, Diacalamenthum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE ELECTUARIIS excalfacientibus matricem.

### *Electuarium Ducis.*

F ℞. Aniſi ʒ ij. G. xvj.
Glycyrrhizæ, Maſticis ana ℈ ij. G. v.
Chamædryos, Cinnamomi,
Zingiberis, Galangæ, ſem. Fœniculi,
Sem. Carvi ana ℈ j. G. xv.
Xylocaſſiæ, Calaminthæ,
Sem. Dauci, Pyrethri, Piperis albi,
Piperis longi, Cyperi, id eſt, rotundi,
Schœnanthi, rad. Ireos, ſem. Amomi,
Folii, Aſari ana ℈ j.
Spicæ nardi, id eſt, Indicæ, Croci,
Gummi Arabici, Tragacanthæ,

Sem.

Sem. Anethi, Calami aromatici,
Cubebarum, Caryophyllorum,
Carpobalſami, Cardamomi,
Sem. Liguſtici, ſem. Oluſatri,
Baccarum Juniperi, ſem. Seſeleos,
Rad. Pentaphylli, id eſt, rad. ejus,
Sem. Aſparagi, ſem. Citri, Acori,
Sem. Ammios, Rhabarbari, Nucis moſchatæ,
Ligni aloës, Baſilici caryophyllati,
Milii Solis, ſem. Saxifragiæ,
Nucleorum ſem. Citrulli,
Nucleor. ſem. Cucumeris,
Nucleor. ſem. Melonis,
Nucleor. ſem. Cucurbitæ, ſem. Scariolæ,
Petroſelini Macedonici,
Been albi, rubri,
Styracis calamitæ ana ℈ ß. G. v.
Penidiorum ℥ iv ℈ ij ß.
Sacchari, vel mellis deſpumati quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Conſervatur per annos tres. * Valet ad indigeſtionem & ventoſitatem ſtomachi & inteſtinorum, & ilei dolorem & lapidis. *Nicolaus.*

*Electuarium ex Aſa.*

℞. Liquoris Cyrenaici, Piperis, Myrrhæ, fol. Rutæ ana ℥ ß.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Datur à ʒ j. ad aureum unum, in febre cum oxymelite per horam ante acceſſionem, contra venenum cum vino calido. * Ad febres antiquas, & circuitu repetentes, ut quartanas, quotidianas, ſomnum gravem, tremorem, venenoſos morſus. *Meſues.*

*Panchriſton.*

℞. Opii Thebaici ʒ v.
Croci ʒ ij. ℈ j ß.
Seſeleos ʒ ij.
Calami aromat. Caſtorei, Carpobalſami,
Cardamomi, Petroſelini ana ʒ j. ℈ j.
Zingiberis, Caſſiæ, Sagapeni,
Piperis albi, Hyoſcyami, ſemin. lini,
Semin. rutæ ſyl. Marathri ana ℈ ij.
Nardi, Pyrethri, Meu, Euphorbii,
Aniſi, Trifolii acuti,
Dauci Cretici ana ℈ j ß.
Mellis quantum ſatis eſt.

Datur in modum avellanæ in ſero cum vino calido. Typicè febrientibus datum cum mulſa mirabiliter ſubvenit, cum hydromelite diſtemperatum, ſine mora menſtrua provocat. *Nicolaus.*

*Electuarium Imperiale, Fioravanti.*

℞. Cinnamomi electi ℥ j.
Macis Caryophyllorum, Zingiberis ana ʒ j.
Caſſiæ ʒ vj.
Diacytonii ℥ xij.
Ligni aloës ℥ ß.
Sandali rubri ʒ ij.
Aquæ vitæ ℥ iij.
Moſchi ℈ ß.
Mellis cocti & deſpumati ℔ j.

A Miſce, & fiat electuarium. Doſis ab ℥ ß. uſq; ad ℥ j. * Confert dolorib. matricis: menſtrua provocat: partes totius corporis debilitatas confortat. Utendum autem hoc electuario eſt, poſt uſum pilularum aquilinarum.

Matricem quoq; Excalefaciunt, Diambra, Diacalamenthum, Electuarium de gemmis, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE ELECTUARIIS refrigerantibus caput.

B

*Diacodion compoſitum.*

℞. Capitum papaveris flaccidorum N. x.
Aquæ cœleſtis ℔ j ß.

Coquantur ad tertias, id eſt, tandiu, uſque quò tertia pars aquę ſuperſit. Colaturę expreſſę adde
*Sapæ optimæ ad tertias coctæ* ℥ iij.
Mellis optimi ℥ j.

Coquantur ad perfectionem: deinde addantur
Acaciæ, Hypociſtidis, Croci, Balauſt. ana ʒ j.
C Ramich ℥ iv.

Fiat electuarium: conſervatur per annos tres. * Confert eis, quibus ex capite ad pectus & ad pulmonem ſubtiles catarrhi defluunt, & ſunt cauſa tuſſis. *Meſues.*

*Diacodion aliud.*

℞. Capitum papaveris, neq; perquàm viridium, neq; etiam ariditate caucorum N. xiij.
Roſarum rub. ʒ ij ß.
D Croci, Acaciæ, Glycyrrhizæ ana ʒ j.
Boli Armeni ℥ ß.
Cinnamomi, rad. Conſolidæ majoris,
Hypociſtidis, Balauſtiorum ana ʒ j.
Myrti, Dauci ana ℥ j.
Coralii candidi, rubri, Sumach,
Sanguinis draconis,
Flor. Althææ ana ʒ ij.
Sem. Portulacæ ℈ j ß.

Capita papaveris in cœleſti imbre ſufficienti
E duos dies macerato: poſtridie ad tertias coquito, & decoctũ expreſſum ad juſtam conſiſtentiã cum ſufficiente quãtitate ſacchari vel mellis coquito. Poſtremò depoſito ab igne vaſe, ſpecies ſubtiliſſimè tritas adjicito, & benè unito. * Auxilio eſt cœliacis, dyſentericis, lævitati inteſtinorum, alvi profluvio, cũ aqua cœleſti, in qua ſpodium inferbuerit, aut ſuccinum torrefactum, vel cum ſtillatitio roſarum liquore. *Actuarius.*

## F DE ELECTUARIIS refrigerantibus pectus.

*Diapapaver.*

℞. Succi Liquiritiæ, Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ʒ x.
Sem. Papaveris albi, Penidiorum ana ʒ xx.
Amygdal. dulc. mundat. ʒ x.
Amyli, ſem. Citoniorum,
Sem. Portulacæ ana ʒ v.
Sem. Melonis, Cucurbitæ,
Cucumeris, *Lactucæ, Malvæ* ana ʒ iix.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0415-0

Fac pulverem, confice cum ſyrupo violarum vel ſapa. * Mirabiliter prodeſt hecticis, phthiſicis, nimium vigilantibus. *Nicolaus.*

*Diatragacanthum frigidum.*

℞. Tragacanthæ albiſſimæ ℥ ij.
Gummi Arabici ℥ j. ʒ ij.
Amyli ʒ ß.
Glycyrrhizæ, ſem. Cucurbitæ mundat.
Sem. Cucumeris, ſem. Citrulli,
Sem. Melonis ana ʒ ij.
Sem. Urticæ, ſem. Papaveris albi ana ʒ iij.
Caphuræ ℈ ß.
Penidiorum ℥ iij.
Sacchari albi quantum ſufficit.

Fiat electuarium, conſervatur per annum. * Medetur omnibus pulmonum & thoracis vitiis aridis, maximè tabidis, macie confectis: inflammatione lateris laborantibus, omnibusq; tuſſibus calidis & ſiccis, exaſperationi linguæ & faucium: devoratum tamdiu ægrotans in ore contineat, quoad liquefactum perfecte exugatur. *Nicolaus.*

*Diapenidion ſine ſpeciebus calidis.*

℞. Penidiorum ℥ ij. ʒ ß.
Pinearum, Amygdal. dulc.
Sem. Papaveris albi ana ʒ iij. ℈ j.
Cinnamomi, Caryophyllorum, Zingiberis,
Succi Glycyrrhizæ, Tragacanthæ,
Gummi Arabici, Amyli, ſem. Cucurbitæ,
Sem. Citrulli, ſem. Cucumeris,
Sem. Melonis ana ʒ j ß.
Caphuræ G. vij.
Sacchari albi quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Valet adverſus omnem thoracis noxam, tuſſim, vocis jacturam: tabidis deniq; & purulenta excreantib. ſuccurrit. *Nicolaus.*

*Electuarium reſumptivum.*

℞. Roſarum, Glycyrrhizæ,
Sacchari ana ʒ ij. G. v.
Gummi Arabici, Tragacanthæ ana ʒ ij. ℈ ij.
Sandali albi, rubri ana ʒ j. ℈ j.
Papaveris albi, ſucci Glycyrrhizæ,
Amyli, ſem. Portulacæ, ſem. Lactucæ,
Sem. Scariolæ ana ʒ iij.
Caryophyllorum, Spodii, vel Eboris uſti,
Cinnamomi ana ʒ j.
Zedoariæ, Zingiberis,
Styracis calamitæ ana ʒ ij.
Croci G. v.
Penidiorum ℥ ß.
Sem. Cucurbitæ mundat.
Sem. Citrulli, ſem. Cucumeris,
Sem. Melonis ana ʒ iij.
Sem Cytoniorum ℈ ij.
Amygdal. dulcium, Pineorum nucleorum,
Berberis, ſem. Malvæ,
Sem. Coti ſive Bombacis, ſem. Violarum,
Sebeſten pulpæ ana ʒ ij.
Syrupi violati quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Reſtaurat humiditatem radicalem, lenit, humectat, nutrit, & cõfortat, aperit poros, obſiſtit choleræ, ſedat febrem, tuſſim,

A & ſitim, reſtituit integras vires, & priſtinã ſanitatem extenuatis, conſumptis & hecticis. *Nicolaus.*

# DE ELECTUARIIS refrigerantibus cor.

*Diarrhodon Abbatis.*

℞. Sandali albi, rubri ana ʒ ij ß.
Tragacanthæ, Gummi Arabici,
Spodii ana ℈ ij.
Aſari, Maſticis, Spicæ nardi, id eſt, Indicæ,
B Cardamomi, ſucci Glycyrrhizæ,
Croci, Ligni aloës, Caryophyllorum,
Cinnomomi, Galliæ moſchatæ veræ,
Rhabarbari electi,
Berberis, id eſt, acinorum,
Sem. Aniſi, ſem. Fœniculi,
Sem. Baſiliconis, ſem. Cucurbitę, ſem. Citrulli,
Sem. Cucumeris, ſem. Melonis, ſem. Papaveris albi,
Sem. Scariolæ, Portulacæ, Lactucæ ana ℈ j.
C Margaritarum, Oſſis de corde cervi ana ℈ ß.
Sacchari candi, Roſar. rubrarum ana ℥ j. ʒ iij.
Caphuræ G. xv. (alii G. vij.)
Moſchi G. ij ß.
Syrupi roſati, Sacchari albi ana q. ſ.

Fiat electuarium. Conſervatur per annum. * Valet adverſus ventriculi calorẽ, jecoris, lienis, pulmonumq; contra viſcerum dolores, & omnem totius corporis noxam à calore proficiſcentem. *Nicolaus.*

D *Diarrhodon commune.*

℞. Roſar. rub. ʒ xxx.
Trochiſc. diarrhod. Trochiſ. è Spodio,
Glycyrrhizæ ana ℥ ß.
Caryophyllorum, trium ſandalorum,
Galliæ moſchatæ ana ʒ iij.
Spodii, Croci,
Maſtichis, Ligni aloës ana ʒ ij.
Aſari, Spicæ nardi Indicæ, Macis, Cardamomi ana ʒ j.
E Sem. Portulacæ, ſem. Lactucæ, ſem. Scariolæ,
Sem. Cucurbitę, ſem. Citrulli, ſem Cucumeris,
Sem. Melonis, Margaritarum alb.
Ocymi caryophyllati, Raſuræ eboris,
Tragacanthi, Gummi Arabici ana ʒ j.
Caphuræ ʒ j ß. Moſchi ℈ ß.

Confice cum Syrupo roſato, & aqua roſata. Doſis ejus eſt ℥ ß. * Ventriculũ & epar roborat, coctionem ob id juvat, & dolorem horum à calenti & acri ac mordenti bile mitigat. *Meſues.* F

*Diatrion-ſandalon.*

℞. Sandali albi, rubri, citrini, Roſarum,
Sacchari candi ana ʒ iij.
Rhabarbari, Spodii, ſucci Glycyrrhizæ,
Sem. Portulacæ ana ℈ vj ß.
Amyli, Gummi Arabici, Tragacanthæ,
Sem. Melonis, Cucumeris, Citrulli,
Cucurbitæ, Scariolæ ana ʒ j ß.
Caphuræ ℈ j. Sacchari quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Adverſus hepatis & ventriculi calorem utilis eſt: præterea mirum in modum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0416-5 DFG

dum tabidis & regio morbo correptis prodeſt. A
*Nicolaus.*

### *Diamargariton frigidum.*

℞. Sem. Citrulli, Cucurbitæ, Melonum,
Cucumeris, Portulacæ, Papaveris albi,
Sandali moſchatelini, Citrini, Ligni aloës,
Zingiberis, Roſar. rubrarum, flor. Nymphææ,
Borraginis, Baccarum Myrti ana ʒ j.
Coralli albi, rubri ana ℥ ß.
Margaritarum ℥ iij.
Sacchari quantum ſatis eſt.

Fiat electuarium. Servatur annis duobus. * Omnem virium imbecillitatem firmat, syncopem juvat, aſthmaticos, tabidos, tuſſientes, longo morbo extenuatos, & imbecillitate languentes recreat, & ad priſtinum recuperandum robur conducit. *Nicolaus.*

### *Electuarium ex Acetoſa.*

℞. Xyloaloës, Cubebarum ana ℥ ß.
Roſ. rub. Margaritarum, Sandali citrini,
Avellanarum Indicarum ana ʒ ij.
Berberorum, ſem. Cucumeris,
Sem. Cucurbitæ, ſem. Citrulli ana ℥ ß.
Sem. Oxalidis, ſemin. Portulacæ, Bugloſſi ana
ʒ iij ß.
Spodii, Charabæ, Gummi Arab.
Tragacanthi ana ʒ iij.
Boli Armeni ʒ j ß.
Caphuræ ʒ j.

Excipe ſucco citri, aut omphacii, coctione inſpiſſato. Datur à ℥ ij ad ℥ ß. cum aqua frigida. * Valet ad intemperaturam calidam totius, ut in febre æſtuoſa, vel ſolius ventriculi, aut hepatis, ſyncopen, cordis palpitationem, ebrietatem. *Galenus.*

## DE ELECTUARIIS refrigerantib. ſtomachum.

### *Electuarium de Sorbis.*

℞. Carnis ſorborum propemodum maturorum, coctorum in aqua, cui roſæ prius incoctæ fuerint, & cortices granatorum ℔ iv.
Mellis aut Sacchari ℔ ij ß.

Coque ad craſſitudinem, & reconde vaſe. Da ℥ j. * Ventriculum roborat, immodicam purgationem ſiſtit. *Meſues.*

### *Electuarium de baccis Myrti.*

℞. Baccarum Myrti tenuiſs. tritarum ℔ j.
Myrobal. nigrarum, Myrob. Belliricarum,
Myrobal. Emblicarum in aqua cotoneorum
& vino coct. ana ʒ vij.
Sem. Aniſi, ſem. Cymini, ſem. Apii aceto horis
24 macerat. & ſiccat. ana ʒ v.

Conficitur cum miva aromatizata. Datur cum ſyrupo decoctionis cydoniorum. * Ventriculũ & epar firmat, eorumq; coctionẽ juvat: ob id lienteriæ, & dyſenteriæ hepaticæ confert. *Meſues.*

Stomachum quoque Refrigerant, Diarrhodon Abbatis, Diatrion-ſandalon, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE ELECTUARIIS refrigerantibus hepar.

Hepar refrigerant, Diarrhodon Abbatis, Diatrion-ſandalon, &c. de quibus vide ſuprà.

## DE ELECTUARIIS refrigerantibus ſplenem.

Splenem refrigerant, Diarrhodon Abbatis, Diatrion-ſandalon, &c. de quibus ſuprà.

B

## DE ELECTUARIIS REfrigerantibus matricem.

Matricem refrigerant, Diatrion-ſandalon, Diarrhodon Abbatis, &c. de quibus ſuprà.

## DE ELECTUARIIS REfrigerantibus juncturas.

Juncturas refrigerant, Diarrhodon Abbatis, Diatrion-ſandalon: de quibus vide ſuprà
C ſuo loco.

## DE ELECTUARIIS aſtringentibus.

### *Michlera.*

℞. Myrobal. Citrinorum, Chebulorum,
Indorum, toſtorum ana ʒ ij ß.
Myrob. Belliricorum, Emblicorum, toſtorum
ana ʒ ij.
D Sem. Naſturtii ʒ ij ß.
Sem. Cymini, ſem. Aniſi, ſem. Fœniculi,
Sem. Ammios, ſem. Carvi ana ʒ j ß.

Omnia cruda terantur, & macerentur in aceto vini modico horis vigintiquatuor, exiccentur cum inſperſo aceto, poſtea torreantur ſupra prunas: toſtis addantur

Spodii, Balauſtiorum, Pulpæ rhois, id eſt, Sumach, Maſticis, Gummi Arab. ana ʒ j. G. xv.

Omnia cum oleo roſato fricentur, & cõmiſceantur cum ſyrupi myrtini triplo. * Proprie valet ad
E hæmorrhoides, & ad ventris torſionem, & rugitum lienteriæ & dyſenteriæ: & optima eſt omni ſolutioni ventris. *Nicolaus.*

### *Tryphera minor Phœnonis.*

℞. Myrobal. Chebulorum, Belliricorum,
Indorũ, Emblicorũ, Nucis moſchatæ ana ʒ v.
Sem. Naſturtii, Aſari, Origani Perſici, Piperis,
Olibani, Ammeos, Zingiberis,
Fructus Tamariſci ſativæ, Nardi Indicæ,
F Schœnanthi, Cyperi ana ʒ iv.
Scoriæ ferri, quinq; diebus in aceto maceratæ & ſiccatæ ʒ xx.

Myrobalani cum butyro recenti nõ ſalito aſſentur modicum: reliqua oleo amygdalino dulci involvantur: deinde addantur

Moſchi ʒ j.
Mellis deſpumati triplex pondus, vel quantum ſatis eſt.

Oportet autẽ diligẽter attẽdere, ne Myrobalani comburantur, cùm in butyro aſſantur. Poſt ſex menſes datur, à drachma una ad drachmas ſex.

* Valet ad corruptionem, ad abundantiam menſtruorum & hæmorrhoidarum, & ad corruptionem formæ, & debilitatem ſtomachi, & deſtruit humorem crudum, & clarificat colorem, & confortat veſicam, & abſcindit fluxũ ventris. *Meſues.* A

ASTRINGIT etiam Diacodion.

*Tryphera alia minor.*

℞. Myrobal. Chebularum, Myrobal. Indarum,
Myrobal. Belliricarum, Myrobal. Emblicarum ana part. æquales.

Hæ butyro vaccino involutæ frigentur, melle emblicarum excipiantur, aromatizẽtur moſcho.

Addunt alii
Cyperi, Thuris, Aſari, ſem. Apii, ſem. Naſturtii ana ℈ j.
Scoriæ ferrei nutritæ ʒ j.

* Ventriculum & hepar firmat: lienteriæ cõfert, & hæmorrhoidibus malignis, & formæ corruptæ. *Meſues.*

*Electuarium Conſolidæ majoris.* C

℞. Rad. Conſolidæ majoris, contuſ. & crib. ℔ j.
Cort. granatorum ℥ j.
Ligni aloës ʒ vj.
Myrrhæ, Maſticis, Sarcocollæ,
Sanguinis draconis ana ʒ ij.
Mellis communis ℥ xvj.

Miſce, & fiat electuarium ſecundùm artem. Sumptum per os, & forinſecus applicatur. * Confert rupturis: vulneribus præſertim pulmonis: oſſibus fractis, &c. *Fioravantus.* D

## DE ELECTUARIIS calculum frangentibus.

*Electuarium Reginæ, magiſtrale & uſuale.*

℞. Sem. Saxifragiæ, Milii Solis,
Succi Liquiritiæ ana ℥ ß.
Sem. Carvi, ſem. Aniſi, ſem. Fœniculi,
Sem. Apii, ſem. Petroſelini,
E Sem. Geniſtæ, ſem. Petroſelini Macedonici,
Sem. Dauci, ſem. Bruſci, ſem. Aſparagi,
Sem. Leviſtici, ſem. Cumini, ſem. Juniperi,
Sem. Rutæ, ſem. Sileris montani,
Baccarum Lauri, rad. Acori veri,
Pulegii, rad. Pentaphylli ana ʒ ij.
Spicæ Indicæ, Squinanthi, Peucedani,
Valerianæ, Carabæ, lapidis Lyncis ana ʒ j ß.
Galangæ, Zingiberis, Turbith ana ʒ ij.
Senæ Alexand. ℥ j.
F Sanguinis hirci præparati ℥ ß.
Sacchari vel mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. *Medici Colonienſes.*

*Electuarium Juſtinum.*

℞. Cinnamomi, Folii, Coſti,
Spicæ nardi Indicæ, Caſſiæ ligneæ,
Ariſtolochię longę, rotundę, Enulę campanę,
Hyſſopi, Pulegii, Arthemiſiæ,
Pentaphylli, id eſt, rad. ejus, Leucopiperis,
Sem. Orobi veri, ſem. Petroſelini,
Sem. Leviſtici,

A Sem. Oluſatri, id eſt, Petroſelini Macedonici,
Sem. Urticæ, Milii Solis, ſem. Saxifragiæ,
Baccarum Juniperi, ſem. Aſparagi, ſem. Sileris montani,
Sem. Apii, ſem. Anethi, ſem. Rutæ,
Sem. Citrei mali, ſem. Fœniculi, ſem. Aniſi,
Baccarum Lauri ana ʒ j ß.
Sacchari albiſſimi quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Conſervatur per annos duos.

B * Valet ad dolorem renum, calculos frangit, & arenam expellit, & ſtranguriã diſſolvit. *Nicolaus.*

*Electuarium de cineribus.*

℞. Cinerum Vitri, Scorpionum,
Rad. Braſlicæ, Leporis,
Putaminum ovorum (è quibus pullus exemptus ſit)
Lapidis ſpongiæ, ſanguinis hirci præparati,
Lapidis Judaici, Gummi Juglandis, Acori ana ʒ j.
Petroſelini, Dauci, Pulegii, Gummi Arabici,
C Sem. Althææ, Piperis nigri ana ʒ j ß.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. *Avicenna.*

*Electuarium diureticum.*

℞. Cineris putaminum ovorum, ex quibus pulli ſunt excluſi, ʒ j ß.
Vitri combuſti, Lapidis ſpongiæ,
Lap. Judaici ana ʒ j ß.
Sem. Apii, ſem. Petroſelini, ſem. Ruſci,
Sem. Aſparagi, ſem. Leviſtici ana ʒ j.
D Aniſi, Glycyrrhizæ ana ℥ ß.
Sanguinis hirci præparati ʒ v.
Mucilaginis Sebeſten ℔ j.
Sacchari rubri ℔ ß.
Oxymellis compoſiti ʒ iij.
Piſtaciorum depuratorum ℥ iv.

Infundantur piſtacia in aqua cineris calidi per duos dies, poſtea minutim incidantur, & coquantur ſimul mucilagines, ſyrupus & ſaccharum ad ſpiſſitudinem, deinde in mortario incorporen-
E tur cum piſtaciis & aliis ſpeciebus, fiat electuarium. * Confert in urinæ retentione, dyſuria, & ſtranguria. nam urinam potenter provocat, calculos rumpit. *Bart. Montagnana.*

*Lithontribon.*

℞. Spicæ nardi, id eſt, Indicæ, Zingiberis,
Xylobalſami, aut Xyloaloes,
Acori, id eſt, calami aromatici, Cinnamomi,
Peucedani, id eſt, rad. ejus,
Meu (loco ejus accipe Seſeli Cretici radicẽ, id
F eſt, Beerwurtz) Melanopiperis, Macropiperis,
Leucopiperis, Saxifragiæ ana ʒ ij ß.
Opobalſami, (loco ejus ſumatur oleum è granis Juniperi) Caryophyllorum, Coſti,
Rheupontici, Glycyrrhizæ, Cyperi, Tragacanthæ,
Sem. Oluſatri, Chamædryos, ſem. Apii, ſem. Ammeos,
Sem. Aſparagi, ſem. Ocymi, ſem. Urticæ,
Sem. Citrei mali ana ʒ j. G. xv.
Folii, aut Macis, Croci, Schœnanthi,

Caſſiæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0418-7
DFG

Caſſiæ ligneæ, Bdellii, Maſticis,
Ireos, ſemin. Amomi, ſemin. Liguſtici,
Milii Solis, ſemin. Petroſelini Macedonici,
Semin. Seſeleos, Sinoni, Cardamomi,
Semin. Anethi. Euphorbii,
Lapidis Lyncis. Olei Nardini,
Olei moſchellini ana ℈ j. G. xv.
Sacchari albiſſimi quantum ſufficit.

Fiat electuarium, in vaſe fictili vitreato conſervandum. * *Præclarum ad indigeſtionem ſtomachi ex frigiditate, iliorum lumborumq; dolorem compeſcit, lapides in renibus & veſica potenter confringit, & inde mirabiliter expellit: ſtranguriam & dyſuriam eveſtigiò ſolvit.* *Nicolaus.*

### *Philanthropos.*

℞. Folii, Schœnanthi, Cyperi,
Aſari, Anethi. Euphorbii,
Semin. Petroſelini, Macæ, ſummit. thymi,
Semin. Anethi, Milii Solis, Lapidis lyncis ana ʒ ij ß.
Cinnamomi electi. Calami aromatici,
Polypodii, Filipendulæ. Macis,
Semin. Leviſtici. Piperis albi. ſemin. Urticæ,
Sem. Citri, Saxifragiæ, Rad. barbanæ,
Baccarum hederæ ana ℈ ij.
Galangæ, Spicæ nardi, Zedoariæ,
Rad. Valerianæ, Menthæ. Betonicæ,
Semin. Aſparagi, Cardamomi min. ſem. Apii,
Marathri, ſem. Erucæ. Sinapis,
Orobi albi & rub. ana ʒ ß.
Caryophyllorum. Zingiberis, Caſſiæ ligneæ,
Coſti, Pyrethri, Spicæ Celticæ,
Cort. myrobal. citrinorum. Olibani,
Piperis longi, Carpobalſami, Carvi, Cymini,
Baccarum lauri, Seſeleos ana ℈ j.
Olei nardi, Pulegii,
Sambucini, Muſcelini ana G. xv.
Mellis deſpumati quaſi ℔ ij.

Incorporentur. Doſis ejus eſt à ʒ ij. uſq; ad ʒ iij. Datũ cum decoct. ſaxifragiæ, & milii Solis, frangit lapidem mirabiliter, & fractum expellit potenter abſq; periculo à renibus, & à veſica. Datum cum decoctione diureticorũ, confert ſtranguriosis, & nephriticis frigidis. Datum cum decoctione ſcolopendriç, & tamariſci, cõfert oppilationibus ſplenis, & hepatis ex humoribus frigidis, & viſcoſis. *Datum cum decoct. diagridii* & euphorbii ana ℈ j. *maſticis*, tragacanthi ana ℈ ij. in media nocte, cum calida, eſt optima medicina *ilioſis* non conſtipatis. *Arnold. Villanovan.*

### *Nephrocatharticum.*

℞. Lapidis lyncis ʒ ij. G. xv.
Croci ʒ j. G. xv.
Zingiberis, Euphorbii, Myrrhæ,
Olibani, Veſicæ apri ſiccæ,
Lapidis in hepate vel veſica porci inventi,
Sem. Hyoſcyami albi, ſem. Petroſelini,
Sem. Macæ, ſem. citri ana ʒ j. G. vj.
Spicæ nardi, Coſti, Schœnanthi, Pyrethri,
Caſſiæ ligneæ, Rheupontici, Praſſii, Enulæ campanæ,

A Majoranæ, Calamẽthi regalis, flor. Roriſmar.
Gentianæ, Saxifragiæ, Gummi hederæ,
Capularum cypreſſi, Baccarum lauri, Piperis nigri, albi,
Sem. Rutæ domeſt. ſem. Juniperi ana ʒ ß.
Quatuor grana balſami. Styracis calamitæ,
Sanguinis hirci. Naſturtii, Aſari,
Rad. Acori. rad. Valerianæ, rad. Meu,
Rad. Ariſt. rotun. & longæ, Betonicæ,
B Sem. Saxifragiæ, ſem. Dauci ana Gr. v.
Sem. Petroſelini, ſuc. Aſparagi,
Suc. Bruſci ana Gr. v.
Sem. Urticæ ℈ ß. Gr. iij ß.
Mellis deſpumati ℔ j.

Incorporentur. *Doſis ejus eſt à ʒ j. uſque ad iij. Drachma una ex eo data cũ decoct. milii Solis, eſt expertum ilioſis, difficultati urinæ. Datũ cum* decoct. ſaxifragiæ, expellit potenter lapidem de renibus, & veſica. Datum cum decoctione arthemiſiæ, imperat menſtruis. Propinatum cum de-
C coct. coſti, ſedat tumorem colic. *Arnold. Villanov.*

## DE ELECTUARIIS Venerem ſtimulantibus.

### *Diaſatyrium.*

℞. Teſticulorum Satyrii recentium denſorum,
Rad. Paſtinacæ ſativæ recentium,
Rad. Secacul, id eſt, Siſeris, Grtzelmoren/
Nucis Indicæ, Pinearũ, Piſtaciorum ana ʒ vij.
D Caryophyllorum, Zingiberis, Aniſi,
Sem. Erucæ, ſem. Fraxini ana ʒ v.
Cinnamomi, Caudarum Scincorum,
Sem. Bulbi ana ʒ ij ß. Moſchi G. vij.
Mellis deſpumati optimi ℔ iij.

Radices Satyrii, Paſtinacæ, & Siſeris privatim, & ſeorſim benè tritæ melli imponuntur, ac ſubiguntur, paululumq; molliuſculo igne ferveſcant: deinde piſtacia, & nuces pineæ repurgatæ ac tuſæ adjiciuntur: ubi cum melle aliquantulum bul-
E lierint, ſublato ab igne lebete, tuſæ, & cribratæ ſpecies adduntur: poſtremò moſchus cum exiguo ſtillatitio aquarum liquore inſeritur. Fitque electuarium in fictili vaſe vitreato conſervandũ per annum unum. * Pollet contra veſicæ & renum imbecillitatem: iis etiã auxilio eſt, qui urinam reddere nequeunt. Venerem ſtimulat, eamque certa de cauſa ceſſantem, haud ſegniter reſtituit. *Nicolaus.*

### *Diaſatyrium aliud.*

F ℞. Rad. Secacul albi & mundi, & elixati in decocto Cicerum, quorum prima aqua, in qua decoquebantur, ſit effuſa, ℔ j.
Teſticulorum vulpis ℥ viij.
Rad. Raphani ℥ iij.
Rad. Luph. plani ℥ ij.

Terantur hæ tres radices poſteriores, & infundantur ſuper eas lactis bubuli aut ovilli tantum, ut lac duos digitos emineat, adjiciendo
Olei Seſamini, Butyri recẽtis nõ ſaliti añ ℥ iv.

Coquantur cum facilitate uſq; ad conſumptionem lactis, & donec omninò remollitæ ſint ra-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0419-5

dices, & habeāt juſtam ſpiſſitudinem inſtar pultis craſſioris. nam ſi aqueum, quod in lacte & radicibus eſt, non conſumatur, ſitum cōtrahit hoc medicamentum. Poſtea adfunde omnibus hiſce prædictis radicibus

Mellis deſpumati optimi ℔ vj.
Succi ceparum recentium ℔ j ß.

Coque omnia ſimul ad perfectam decoctionem: deinde ab igne depone, & inſperge ſubſequentium ſpecierum minutiſſimum pulverem:

Caudarum Scinci cum renibus & ſumine ℥ j.
Seminis Erucæ ʒ iv.
Zingiberis, Been albi, rubri, ſem. Fraxini,
Sem. Naſturtii, Cinnamomi, Piperis longi,
Sem. Bauciæ, ſem. Napi,
Pulpæ ſem. Aſparagi, maximè recētis ana ʒ iv.

Confice cum eis: ultimò verò adjiciantur ſubſequentia,

Pinearum mundatarum ℔ j ß.
Piſtaciorum ℥ x.

Confice, & miſce omnia optimè, & aromatiza cū Moſchi boni ʒ j. * Valet ad erectionem virgæ: multiplicat ſperma, & deſideriū coëundi. *Meſues.*

### *Diaſatyrion analepticum & renutritorium.*

℞. Rad. Satyrii plenarum & recent. ℔ j.

Tere, coque exactè in lacte ovino q. ſ. eſt ad lactis conſumptionem. Poſtea tere piſtillo ligneo cum ℥ iij. olei recentis amygdal. dulcium. Deinde ſyrupum ex ſucci buglоſſi cocti & deſpumati ℔ ij. ſucci pomorum dulcium ℥ xij. cum ſacchari optimi ℔ iij. coctum ſuperfunde, miſce percoquendo. Poſtremò ab igne depoſito adde

Cinnamomi ʒ v.
Been albi, Been rubri ana ʒ ij.
Ligni aloës ʒ iij.
Croci, Sandali citrini, Tragacanthi,
Gummi Arabici, Ocymi caryophyllati,
Cubebarum, Macis ana ʒ j ß.

Confice & pone in vaſe vitreo. Doſis ab aur. iij. ad aur. v. * Confert phthiſicis, hecticis, vel aliter conſumptis, & emaciatis, ſemē auget, Veneremque incitat. *Meſues.*

### *Tryphera Saracenica.*

℞. Myrobal. Chebulorum, Indorum,
Belliricorum, Emblicorum, Citrinorum ana ʒ v.
Cinnamomi, Leucopiperis, Macropiperis,
Melanopiperis, Secacul, id eſt, Siſeris,
Folii, ſeu Maceris. Spicæ nardi Indicæ,
Cardamomi majoris, minoris, Caſſiæ ligneæ,
Seitaragi Indi, id eſt, Lepidii, Cyperi, Apii,
Linguæ avis, Caryophyllorum,
Been albi, rubri, Zingiberis ana ʒ ij.
Nucis moſchatæ, Macis, Seſami excorticati ana ʒ iij.
Amygdal. dulcium, amararum ana ʒ v.
Ligni aloës, Maſticis, Rhabarbari, ſem. Fœniculi ana ʒ iij.
Ocymi caryophyllati, Menthæ ſiccæ,
Origani Perſici ana ℥ j ß.

A Fricentur myrobalani tritę cum butyro vaccino recenti & non ſalito, aliæ verò ſpecies cum oleo amygdalino dulci: & confice cum mellis deſpumati optimi triplo: & ſerva in vaſe fictili vitreato ad annos duos. Datur à ʒ j ß. uſque ad ʒ iij. Addunt aliqui Turbith ʒ v. Moſchi ʒ j. Gr. xv. * Concoctionem ventriculi & hepatis ſuo calore juvat: ob id flatus diſſipat, humores in ventriculo & aliis viſceribus putres abſumit: oris & corporis odorem & colorem commendat, laſſi-
B tudinem tollit, ſanitatem præſentem tuetur, & morborum generationem prohibet, Venerem auget, hæmorrhoides ſanat. *Meſues.*

### *Tryphera Galeni.*

℞. Myrobal. omnium ana ʒ x.
Zingiberis, Maſticis,
Cinnamomi, Caryophyllorum ana ℥ iix.
Galangæ, Spicæ nardi, Aſari,
Croci, ſem. Fœniculi, ſem. Aniſi,
Sem. Apii, ſem. Ameos ana ℥ ß.
C Coſti, Piperis nigri & longi, Caſſiæ ana ʒ iij.
Nucis moſchatæ, Cardamomi utriusque,
Macis, Calami aromat. Ligni aloës ana ʒ ij.
Been albi & rub. Piperis, Cyperi ana ℥ iij ß.
Ambræ ʒ j.
Moſchi ℈ j.

Fricentur myrobalani cum oleo amygdal. dulc. Melle deſpumato omnia excipiuntur. Scoria ferri in aceto nutrita aliquando additur. Doſis ejus eſt à ʒ j. ad ʒ ij. * Confortat ſtomachum, & cale-
D facit ipſum.

### *Tryphera muſcata.*

℞. Myrobal. Chebularum, Myrob. nigrarum,
Myrob. Emblicarum, Myrob. Belliricarum,
Piperis nigri & longi, Zingiberis, Caſſiæ,
Spicæ nardi ana ʒ v.
Sem. Anethi, ſem. Porri ana ʒ ij.
Sem. Dauci, Roſar. rub. Cinnamomi,
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum ana ʒ j ß.
E Macis, Cardamomi major. Galangæ,
Ligni aloës, Moſchi ana ʒ j.
Sem. Naſturtii ʒ x.

Excipiuntur melle deſpumato. Datur à ʒ ij. ad ℥ ß. Adduntur interdum ſcoriæ ferri nutritæ ʒ ij. * Eadem promittit, ut Saracenica. *Meſues.*

## DE ELECTUARIIS contra Venena.

### *Diarceuthidon Damocratis.*

F ℞. Baccarum Juniperi ℥ ß.
Terræ Lemniæ ʒ ij.

Trita excipiantur olei dulcis quantitate ſufficienti.

Alii butyrum recens loco olei ſumunt. * Accipientem tutum à venenis reddit. nam ſi venenum non ſubſit, quieta manet: ſin adſit, nauſeam concitat, & evomere cogit, ita ut venenum quoque cum antidoto rejiciatur. *Galenus.*

### *Electuarium de ovo.*

℞. Ovum gallinæ recens, in altera angulorum parte aperiatur, ut albumen extrahi queat: vitello

tello addatur croci contuſi, quantum ad implen- A
dum ovum ſufficit: foramen ſuo operculo & ovi
albumine claudatur, atq; in cineribus calidis ad
perfectam uſq; coctionem aſſetur: deinde ablato cortice, teratur, addanturq;

Sem. Erucæ, Dictamni albi,
Tormentillæ ana ʒ ij.
Trochiſcorum bechicorum ʒ j.
Theriacæ optimæ ad pondus omnium.

Contundantur ſimul optime, & diutiſſimè, fiatq;
electuarium, quod in vaſe fictili vitreato ſerve- B
tur ad annos 30. Datur à ʒ ß. ad ʒ j.* Contra peſtem præſentaneum eſt remedium.

### *Electuarium de ovo, aliter. Maxim. I. Imp.*

℞. Ovum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id quod vacuũ eſt, Croco Orientali nõ pulverizato imple, vitellum nõ auferẽdo, poſtea cũ alio putamine iterũ occlude, ne quid tranſpiret, & lento igne vel poſt fornacẽ tamdiu aſſa in
ollula, donec tota ovi teſta ad nigredinem deve- C
niat. Exempta à teſta materia, exiccetur, ut in mortario exquiſitiſſime contundi & in pulverem redigi queat, addendo pulveris ſinapis albi quantum prædicta omnia ponderant. Poſtea

℞. Pul. dictamni albi, pul. Tormentillæ ana ʒ ij.
Pul. Myrrhæ, pul. Cornu cervi,
Pul. Nucis Vomicæ ana ʒ j.
Pul. Angelicæ, pul. Pimpinellæ,
Pul. Granorum Juniperi, pul. Zedoariæ,
Pul. Caphuræ ana ℥ ß.

Miſce omnia ſimul in mortario, & tandem adpone Theriacæ optimæ ad pondus omnium, & iterum piſtillo fortiter contunde, & commiſce per tres quaſi integras horas agitando: fiat electuarium, ut artis eſt. *Medici Auguſtani.*

### *Electuarium de ovo, aliter.*

Albumen per acutiorem ovi partem educitur: ovum croco repletur, pulte poſtea circumlinitur, ſub cineribus, donec in pulverem redigi poſſit, coquitur: ejus pulveri ſequentia adduntur.

℞. Rad. Tormentillæ, rad. Morſus diaboli,
Rad. Angelicę, rad. Pimpinellæ, rad. Dictamni,
Rad. Zedoariæ,
Theriacæ veteris ℥ iij.

*Aquæ ſcabioſæ vel roſarum diluuntur: pulvis ovi prædictis miſcetur: & ejus mixtionis quotidie mane* ʒ j. vel ℈ ij. ſumuntur.* Peſti medetur. *Antonius Chalmeteus.*

### *Electuarium de nucibus.*

℞. Nuces communes xv.
Caricas pingues xv.
Rad. Ariſtolochiæ utriusq; ana ℥ j ß.
Rad. Tormentillæ, rad. Dictamni albi,
Pimpinellæ ana ʒ ij ß.
Abſinthii, Rutæ, Scabioſæ, Aſari ana M. j.
Baccarum lauri ʒ ij ß.
Cort. Citri, Galangæ, Macis ana ʒ j.
Flor. borrag. ʒ ij.
Oſſis de corde cervi, Boli Armeni, Myrrhæ ana ʒ j.

Mellis deſpumati ℔ iij.

Miſceantur, fiatque electuarium, de quo detur mane inſtar lupini.* Præſervat à peſte. *Antonius Chalmeteus.*

### *Electuarium præſervativum contra Peſtem, & alios morbos.*

℞. Cinnamomi electi ʒ ß.
Zedoariæ ʒ j.
Boli Armeni præparati ʒ iij.
B Caphuræ G. vij.
Sem. citri excorticati, ſem. Acetoſæ,
Cort. mali citri ana ʒ j ß.
Rad. Dictamni, rad. Tormentillæ,
Rad. Pimpinellæ ana ʒ ß.
Raſuræ eboris, Oſſis de corde cervi ana ʒ j.
Auri fol. Fol. argenti ana ℈ ß.
Frag. Sapphyri, frag. Rubini, frag. Smaragdi,
Frag. Granati ana ℈ j.

Miſce, & fiat pulvis: cui adde

C Conſervæ Roſarum, conſ. Acetoſæ, conſ. Bugloſſæ ana ʒ ij.
Sacchari albiſs. in aqua Bugloſs. & Endiviæ diſſoluti ℔ j.

Fiat electuarium. Doſis ad quantitatem duarum fabarum. Incenſa verò jam peſte, ℥ ß. cum vino acetoſæ detur omni die. *Priſcianus de Corduba.*

### *Electuarium contra Peſtem.*

℞. Tormentillæ, Rubiæ tinct. Cardui bened.
D ana ℥ iij.
Carlinæ ʒ ij.
Terræ ſigillatæ veræ, Boli Armeni ana ℥ j.
Caphuræ ʒ ij.
Moſchi, Ambræ ana ℈ ß.
Theriacæ veteris, Mithridati ana ℥ iij ß.
Spec. Diamarg. Nicol. ʒ ij ß.
Aquæ vitæ optimæ atq; circulatæ ℔ j.

Pulverizanda pulverizentur optimè, & ponantur in bocia vitreata cum dicta aqua vitæ, & clau-
E datur os bociæ, ne exhalet, & ibi ſtent infuſa per
24. horas: poſtea deſtillentur per alembicũ, quouſq; fæces remaneant: tunc abjice, & aquam ſerva, in qua diſſolve

Sacchari Taberzet ℔ j ß.
Croci ʒ ij.

Bulliant omnia uſque ad ſpiſſitudinem ſyrupi, cui addantur

Zedoariæ ʒ ij.
Boli Armeni ℥ ß.
F Terræ ſigillatæ veræ ʒ iij.
Carlinæ,
Unicorni, Lapidis ſerpentini ana ℥ j.
Frag. Hyacinthi, frag. Smaragdi,
Frag. Sapphyri, frag. Granati ana ʒ j.
Margaritarum, Berillorum ana ʒ ij.
Coralii albi & rubri,
Sandali albi, citrin. & rub. ana ʒ j.
Cort. mali citri, Oſſis de corde cervi ana ℈ ij.
Been albi & rub. ana ʒ j.
Fol. auri N. xxx.
Fol. argenti N. xxxvj.

Syrup.de acetoſitate citri,ſyrup.de limonibus, A
Syrupi de Ribes ana ℥ ij.
Syrupi acetoſi ſimp.℥ j ß.
Conſer.borrag bugloſs.roſarum ana ℥ ij ß.

Miſce,& fiat electuarium ſecundum artem. Eſt enim mirabile tempore peſtis,tum ad præſervationem, tum curationem. *Nicolaus de Graſſis, Med. Romanus.*

*Electuarium contra Peſtem,quod alii Electuarium Papæ vocant.* B

℞.Granorum Juniperi ʒ ij ß.
Caryophyllorum,Macis,Nucis moſchatæ,
Zingiberis albi,Zedoariæ ana ʒ ij.
Gentianæ,Tormentillæ,Herbæ tunicæ,
Dictamni albi,rad.Ariſtoloch.rotundæ,
Rad.Ariſtolochiæ longæ ana ʒ ij ß.
Salviæ,Rutæ Balſamitæ,Menthæ criſpæ,
Rad.*Chelidoniæ* ana ʒ j.
Baccarum lauri.Doronici,Croci Orient.
Sem.acetoſæ,ſem.Citri,ſem Ocymi,Maſticis, C
Thuris,
Boli Armeni,Terræ Lemniæ,Spodii præparati,
Oſſis de corde cervi,Raſuræ eboris,
Marg.præparatarum,Coral.rubeorum, Frag. Sapphyri,
Frag.Smaragdi,Ligni aloës,Sandali Citrini,
Sandali Rubri,ſandali Muſcellini ana ʒ ß.
Conſervæ Roſarum,conſervæ Bugloſſæ,
Conſervæ Nymphææ,Theriacæ electæ ana ℥ j.
Sacchari optimi ℔ iij.

Diſſolvatur ſaccharum cum aqua ſcabioſæ & D
roſarum, addendo
Caphuræ ℈ j.

Miſceantur omnia ut artis eſt. *Guido.*

*Diaſcordium.*

℞.Cinnamomi,Caſſiæ ligneæ ana ℥ ß.
Scordii veri ℥ j.
Dictamni Cretici,Tormentillæ,Biſtortæ,
Galbani,Gummi Arabici ana ℥ ß.
Opii ʒ j ß. E
Styracis Calamitæ ʒ iv ß.
Sem.acetoſæ ʒ j ß.
Gentianæ ℥ ß. Boli Armeni ℥ j ß.
Terræ Lemniæ ℥ ß.
Piperis longi,Zingiberis ana ʒ ij.
Mellis albi ℔ ij ß.
Conſervæ roſ.℔ j.
Vini aromatici ℔ ß.

Fiat electuarium. Hoc feliciter utuntur in iis, in quibus Theriaca locum non habet,ut pueris & F gravidis. In peſte correptis ac extreme deſperatis commendatur hoc modo:

℞.Succi Lujulæ ℥ ij.
Succi Citri ℥ j.
Diaſcordii ʒ ij.
Spec.Cordialium,Spec.è gemmis ana ℈ j.
Aceti ℥ j.

Omnia miſceto & totum haurito. *Hieronymus Fracaſtorius.*

*Athanaſia Mithridatis.*

℞.Piperis albi G.xl.
Coſti,Mei,Acori,Agarici,Scordii, A
Dauci,Petroſelini ana ʒ iv.
Croci,Myrrhæ ana ʒ viij.
Cinnamomi,Caſſiæ,Schœnanthi ana ʒ xij.
Mellis quantum ſufficit.

Compone ut artis eſt. * Facit ad venena, & omnium venenatorum morſus, quibusq; cibus in ventriculo aceſcit, ſanguinemq; rejiciunt: antiquas inſuper tuſſes,hepatis,lienis,veſicæ & uteri morbos ſanat. *Galenus.*

B

*Antidotum contra Venena lethalia, & Peſtem.*

℞.Rhabarbari,Rhapontici,rad.Phu.Acori,
Rad.Cyperi,Quinquefolii,rad.Tormentillæ,
Rad.Ariſtoloch.rotund.rad.Pæoniæ,Helenii,
Rad.Coſti, Iridis, rad.Chamæleontis albi ana ʒ ij.
Rad.Galangæ,rad.Imperatoriæ,
Rad.Dictamni albi, rad.Angelicæ, rad.Millefolii, C
Rad.Filipendulæ,rad.Doronici,rad.Zedoariæ,
Rad.Zingiberis ana ʒ ij.
Agarici ʒ iij.
Libanotidis maris,Gentianæ,
Morſus diaboli ana ʒ ij ß.
Sem.mali Citri, ſem.Viticis, ſem.Cocci infectorii,
Semin.Fraxini, ſem. Acetoſæ, ſem.Paſtinacæ ſylveſt.
Sem.Napi,Nigellæ,ſem.Pæoniæ.ſem.Ocymi, D
Sem.Irionis,ſem.Thlaſpis,ſem.Fœniculi,
Sem.Ammi ana ʒ ij.
Baccarum Lauri,baccar.Juniperi,baccar.Hederæ,
Baccar.Smilacis,Cubebarum ana ʒ j ß.
Fol.Scordii, fol.Chamædryos, fol.Chamæpityos,
Fol.Centaurii min.fol.Stœchadis, fol.Nardi Celtici,
Fol.Calaminthæ,fol.Rutæ ana ʒ j ß. E
Fol.Menthæ,fol.Betonicæ,fol.Verbenacæ,
Fol.Scabioſæ.fol.Cardui benedicti,
Fol.Meliſſæ ana ʒ j ß.
Dictamni Cretenſis ℥ iij.
Sampſuchi,Hyperici,Junci odorati,Marrubii,
Galangæ,Sabinæ,Pimpinellæ ana ʒ ij.
Caricarum, Nucum juglandium,Piſtaciorum ana ℥ iij.
Myrobalanorum emblicorum ℥ ß.
Flor.Borraginis,flor.Bugloſſæ,flor.Roſarum, F
Flor.Lavendulæ.flor.Salviæ,
Flor.Roriſmarini ana ℈ iv.
Croci ʒ iij. Caſſiæ odoratæ ʒ x.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ, Macis ana ʒ ij ß.
Piperis nigri,Piperis longi,
Sandalorum omnium,Agallochi ana ʒ j ß.
Cornu cervi ℥ ß. Unicorni ʒ j.
Oſſis cordis cervini,Ramentorum eboris,
Virgæ cervinæ,Caſtorii ana ℈ iv.
Terræ Lemniæ ʒ iij. Opii ʒ j ß.

Margarita-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0422-8
DFG

Margaritarum Orientaliũ, rament. Smaragdi, A
Rament. Hyacinthi, Coralii rubri ana ʒ ß.
Caphuræ ʒ ij.
Maſticis, Thuris, Styracis, Myrrhæ, Gummi Arabici,
Terebinthinæ, Sagapeni,
Opopanacis, Laſerpitii ana ʒ ij ß.
Moſchi odorati, Ambræ ana ʒ j.
Olei Vitrioli ℥ ß.
Specierum Cordialium, ſpec. Diamargarit.
Spec. Diamoſchi, ſpec. Diãbræ, ſpec. Diagẽmæ, B
Trochiſ. Caphuræ ana ʒ ij ß.
De vipera ℥ ij.
De ſcilla ʒ ij ß.
Succi Acetoſæ, ſuc. Sonchi, ſuc. Scordii, ſuc. Echii,
Suc. Bugloſſi, ſuc. Meliſſæ ana ℔ ß.
Hypociſtidis ʒ ij.
Theriacæ electæ, Mithridatii optimi ʒ vj.
Vini odorati ℔ iij.
Sacchari albiſſimi ℔ iix.
Fiat electuarium. *Matthiolus.* C

*Electuarium contra peſtem, Ferdinandi Imperatoris.*

℞. Boli Armeni præparati ℥ ß.
Raſuræ Cornu cervi, ſem. Citri,
Sem. Arantiorum, ſem. Limonum ana ʒ iij.
Diptamni albi, Cinnamomi electi ana ʒ ij.
Caryophyllorum, Roſarum rubrarum,
Coriandri præparati, ſem. Perforatæ,
Raſuræ Eboris ana ʒ j ß. D
Xyloaloës, Nucis moſchatæ, Majoranæ,
Granorũ Juniperi, Oſſis de corde cervi, ſem. Aniſi,
Sem. Perfoliatę rad. Tormẽtillæ, rad. ſcabioſę,
Rad. Bugloſſæ, Sandalorum omniũ ana ʒ ß.
Sapphyri, Hyacinthi, Smaragdi, Rubini,
Granati, præparatorum ana ℈ j.
Miſce. *Auguſtani.*

*Electuarium peſtilentiale.*

℞. Rad. Angelicę domeſticæ, rad. Imperatorię, E
Rad. Zedoariæ, ſem. Angelicæ domeſticæ,
Granorum Juniperi, Rutæ,
Boli opt. ſiniſſimi, Cinnamomi electi ana ʒ ij.
Angelicæ ſylveſtris rad. rad. Tormentillæ,
Rad. Chamæleontis, Carlinæ dictæ,
Rad. Aſclepiadis ſive Chelidoniæ,
Rad. Pimpinellæ, rad. Morſus diaboli,
Rad. Phu veri domeſtici. Acetoſæ,
Sem. Citri, vel Limonum, vel Aurantiorum,
Sem. Cardui benedicti, Baccarum lauri, F
Foliorum Sabinæ, fol. Cardui benedicti,
Florum Lavendulæ, Roſarum rubrarum,
Croci, Opii, Myrrhæ optimæ,
Thuris, Raſuræ cornu cervi ana ʒ j.
Rad. Ariſtolochiæ noſtræ vulgaris,
Rad. Gentianæ,
Rad. Acori, ſive Calami aromatici,
Cort. Laureolæ inciſorum, & in aceto per noctem maceratorum, ruſumq; exiccatorum,
Summitatum Centaurii minoris, Piperis longi, Maceris, Euphorbii ana ʒ ß.

Fiat pulvis ad Electuarium conficiendum ex eo: adde
Nucum juglandium non rancidarum,
Pulpæ ficuum optimarum ana ℥ ß.
Succi Acetoſæ, Vini præſtantiſſimi ana ℥ j ß.
Sacchari finiſſimi ℥ iij.
Mellis puriſſimi ℥ xvj.
Fiat electuarium. Ad tabulas formandas accipe pro ʒ j. pulverum, ſacchari ℥ j. in aqua convenienti diſſoluti, fiant Tabulæ. De electuario datur ad præſervationem ʒ ß. ſingulis vel alternis diebus, ad curationẽ verò ʒ j. *Medici Baſilienſes.*

*Theriaca ſeu Antidotus contra peſtem.*

℞. Rad. Angelicæ, rad. Gentianæ, rad. Zedoariæ,
Rad. Tormentillæ, rad. Dictamni Cretici,
Rad. Pimpinellæ, rad. Valerianæ,
Rad. Oſtrutii, rad. Morſus diaboli,
Rad. Ariſtoloch. rotundæ, rad. Aſari,
Rad. Serpentariæ, rad. Leviſtici, rad. Cardopatii, C
Rad. Petaſitidis, herb. Scordii,
Herb. Rutæ, herb. Cardui benedicti,
Herb. Galangæ (cujus defectu augeatur quantitas Scordii) flor. Calendulæ, ſem. Citri,
Sem. Acetoſæ, Baccarum lauri, Oſſis de corde cervi,
Cornu cervi præparati ana ʒ ij.
Croci, Maſticis, Thuris, Sandalorum omnium ana ℥ j.
Cinnamomi, Myrrhæ, Boli armeni præparati, D
Terræ ſigillatæ, florum Sulphuris,
Caphuræ ana ℥ ß.
Spec. Diagemmæ cal. & frig.
Spec. Diamarg. cal. & frig. ſpec. Diambræ,
Spec. Cordialium ana ʒ j.
Succi Scordii, ſucci Calendulæ,
Succi Baccarum Ebuli ana ℥ j.
Theriacæ Andromachi ℥ vj.
Mithridatii, Electuarii de ovo,
Aquæ vitæ contra peſtem ana ℥ ij. E
Commiſceantur omnia, & cum ſyrupo acetoſitatis Citri, vel cum Melle deſpumato optimo q. ſ. incorporentur ſecundùm artem ad formam Opiatæ. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. pro ætatis ratione. *Adamus Lonicerus.*

*Electuarium præſervativum in peſte.*

℞. Rad. Angelicæ, rad. Gentianę, rad. Zedoarię,
Rad. Tormentillæ, rad. Pimpinellæ,
Rad. Valerianæ, rad. Galangæ, rad. Zingiberis, F
Herb. Scordii, herb. Rutæ, herb. Salviæ,
Herb. Majoranæ, herb. Cardui benedicti,
Flor. Calendulę, Granorum Juniperi ana ʒ vj.
Croci ʒ ij. Cinnamomi ℥ j.
Myrrhæ, flor. Sulphuris ana ℥ ß.
Thuris, Maſticis ana ʒ iij.
Boli Armeni, Terræ ſigillatæ ana ℥ j.
Caphuræ ℥ ß.
Conſervæ Roſarum, conſer. Borraginis,
Conſer. Anthos ana ℥ iij.
Theriacæ Andromachi, Mithridatii ana ℥ j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0423-4

Theriacæ Diateſſaron ℥ vj.
Cum ſyrup. acetoſ. Citri, vel cum melle optimè deſpumato fiat electuarium ad formam Opiatæ. Doſis quantitas avellanæ, manè ante egreſſum ex ædibus. *Adamus Lonicerus.*

*Aliud.*

℞. Conſer. Roſarum & Acetoſæ ana ℥ j.
Conſer. florũ Borraginis, Bugloſſæ, Cichorii,
Rob. de Ribes, de Berberis ana ℥ ß.
Cortic. citri conditi ſacchar. ℥ ij.
Raſuræ eboris,
Cornu cervi ana ʒ iij.
Coral. rubeorum ʒ ij.
Semin. Citri ʒ j.
Sem. Portulacæ,
Fol. Dictamni veri,
Cinnamomi, Zedoariæ, Angelicæ,
Sandali rubri ana ʒ ß.
Rad. Tormentillæ ʒ iij.
Sacchari roſati tabulati ℥ iix.
Syrupi de Limon. de acetoſitate citri ana q. ſ.
Miſce. Fiat Electuarium ſecundùm artem. *Joan. Bauhinus Junior.*

*Aliud pro pauperibus.*

℞. Rad. Pentaphylli, Tormentillæ, Angelicæ vel Carlinæ,
Gentianæ ana ℥ iv.
Zedoariæ ℥ ij.
Iridis ʒ ß.
Corticis citri, arantiorum ℥ j.
Baccarum juniperi ʒ iij.
Conſer. flor. Roſarum & borraginis ana ℥ ij.
Herbarum rutæ, Cardui benedicti, acetoſæ, portulacæ ana M. iij.
Boli ablutæ aqua roſarum ℥ ij.
Cum ſucco acetoſæ & ſaccharo fiat Electuarium. *Idem.*

*Antidotum de ſanguinibus.*

Antidotum de ſanguinibus conficitur ex ſanguine anatis, maris & fœminæ, ſicco, hœdino itẽ & anſerino: quod & poſteriores Medici perpetuò in peſtilẽtia plurimùm probarunt. * Valet ad venena venenatorumq; morſum. Videtur autẽ ſanguinis uſus à magno illo Mithridate Rege originem habuiſſe: qui tamen Rex non omnem ſanguinẽ antidotis miſcuit, ſed tantùm anatum Ponticarum, quoniam veneno viverent. *Galen.*

*Antidotus Regis Mithridatis contra omne venenum & peſtilentiam.*

℞. Nucum juglandium ſiccarum ℥ vj.
Ficuum ſiccarum ʒ iv.
Fol. rutæ ſicc. ℥ ß.
Salis ʒ ij.
Omnia hæc in minutas partes conciſa, aqua roſarum imbuantur, neque ut quidam volunt terantur. Aliqui hæc miſcent ſucco acetoſæ aut aceto roſaceo. Nonnulli etiam addunt gran. juniperi ℥ ß. Hoc antidotum jejuno ſtomacho ſumatur ad quantitatem nucis caſtaneæ, eſtq; adverſus venenum præſervativum.

A *Antidotus Nicomedis regis contra venena.*

℞. Baccarum Juniperi ʒ ij.
Teræ Lemniæ ʒ ij. & obulos ij.
Hæc ubi in pulverem redegeris, oleo aut melle commiſcebis reponesq;, atq; cùm opus fuerit, ex aquæ mulſæ cyathis duobus in magnitudinem avellanæ dabis.

B

## DE ELECTUARIIS officinalibus lenitivis.

*Flores Caſsiæ.*

℞. Cannas ſeu ſiliquas Caſſiæ ponderoſas, & quæ non reſonant concuſſæ: aperi eas, & contentam in eis pulpam ſeu medullam cum laminis & ſeminibus ſuis diligenter evacua: & exempta projice ſuper inverſum & anguſtũ cribrum, ſetis equinis contextũ. Cribrũ deinde pone ſupra bul-
C lientis aquæ vaporem, & averſo cochlearis convexo medullam caſſiæ hinc & inde ducito, ut per cribrũ paulatim excernatur: & ſi quid excretum eſt, aut penetraverit, confeſtim ſubinde auferto, ne plus quàm neceſſe eſt, de vapore imbibat: idque tamdiu facito, donec quantum voles, collegeris. Porrò cũ neceſſitas requirit, ſemper recentes exprime caſſiæ flores: repoſiti enim aceſcunt. Si quis caſſiæ flores ſive pulpam magis ſolutivã reddere volet, in bullientem aquã projiciat folia
D Perſici, aut flores Perſici, & prunellorum ſylveſtriũ, aut omnia hæc ſimul: horũ enim vapor & diſtillata aqua ſolvit alvum. Mundificat ſanguinem, & compeſcit omnem acuitatem, & ſedat ſitim, & propriè cum ſucco Endiviæ, aut Taraxaconis, in quibus advenerit depuratio ſecundùm artem. Et ipſa quidem mundificat ſtomachũ, & educit choleram & phlegma, & operatur illud ſine nocumento & exceſſu: caret enim mordicatione. Et ipſa quidẽ lenit pectus & guttur, & re-
E ſolvit apoſtemata acuta in eis. Et confert calefactioni renum, ſumpta cum diureticis in infuſione glycyrrhizæ, & prohibet generationem lapidis in eis, & confert febribus calidis. Datur recens à ʒ iij. ad ℥ j. ſi per os aſſumatur manè vel ante cœnam, ſed paulò ante paſtum: in clyſteribus verò ab ℥ j. ad ℥ ij. *Meſues & Cordus.*

*Caſsia extracta ſine foliis ſenæ.*

℞. Prunorum N xij.
F Violarum M. j.
Hordei mundi, Aniſi, Polypodii,
Sem. Carthami ana ʒ v.
Capill. Veneris, Thymi, Epithymi ana M. ß.
Paſſularum ℥ ß.
Sem. Fœniculi ʒ ij.
Sem. Portulacæ, ſem. Malvæ ana ʒ iij.
Glycyrrhizæ ℥ ß.
Fiat horum decoctio in ſufficienti quantitate aquæ, colentur: in colatura diſſolve
Pulpæ Caſſiæ ℔ ij.
Pulpæ Tamarindorum ℥ j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0424-0
DFG

Cinnamomi ʒ iij.
Sacchari optimi ℔ j.
Coquantur ad perfectionem, ſecundùm artem.

*Caſsia extracta cum foliis ſenæ.*

℞. Confectionis Caſsiæ extractæ ſine foliis Senæ ℔ ij.
Pulveris foliorum Senæ ℥ ij.
Miſce ſecundùm artem. *Facilè ſolvit, lenit aſperitatem inteſtinorum, removet ſtipticitatem, & ventris onus ſubducit, & morbis cholericis & melancholicis auxilia præbet.

*Diacaſsia, ſub nomine caſsiæ conditæ.*

℞. Pulpæ Caſsiæ ℔ j.
Pulpæ Tamar. Mannæ electæ, Penidiorum, Sacchari violati, Sacch. candi ana ℥ ß.
Syrupi violati ℥ iij.
Hæc omnia diſſolve in decocto ſequenti:
℞. Prunorum, Violarum, Glycyrrhizæ, ſem. communium frig. majorum enucleatorum, Polypodii ana ℥ j.
Foliorum Senæ ℥ ß.
Aniſi, Fœniculi ana ʒ j.
Coquantur in aqua ad tertiæ partis conſumptionem: & colaturæ benè expreſſæ addantur ſupradicta, ac in electuarii formam reducantur. *Confert iis, qui dura ſunt alvo: hæc enim leniter & citra moleſtiam ſubducit, ac flavam educit bilem, ac febres inde natas mitigat. Thoracis, pulmonis, & aſperæ arteriæ phlegmonas reſolvit, &c. *Nicolaus.*

*Diacaſsia magiſtralis.*

℞. Jujubarum, Prunorum, Capillor. Veneris, Tamarindorum, Sebeſten, Violarum ana M j.
Coquantur in aqua ſecundùm artem: & in colatura diſſolve
Pulpæ Caſsiæ ℔ x.
Sacchari albi ℔ v.
Coquantur ad perfectam conſiſtentiam.

*Diacaſsia Meſuæ.*

℞. Succi Violarum, ſucci Betæ, ſucci Mercurialis,
Succi Malvæ, ſucci Mutalis herbæ ana quart. j.
Succi Abſinthii Pontici ℥ ij.
Mellis q. ſ. eſt.
Coque ad juſtam craſſitiem: tunc adde Medullæ Caſsiæ ℔ j.
*Utile catharcticum pauperibus, & divitum clyſteribus percommodum. *Meſues.*

*Caſsia communis extracta.*

℞. Violariæ, Malvæ, Mercurialis, Betæ, Parietariæ, flor. Violarum ana M. j.
Fiat horum viridium decoctio in aquæ communis ℔ x.
Bulliant ad dimidii conſumptionem: hac colatura benè expreſſa extrahitur caſsia, & ad ſingulas libras pulpæ adduntur
Mellis deſpumati ℔ vj.
Coquantur in formam electuarii. *Alvum leniter & citra moleſtiam omnem ſubducit, eſtque pro delicatis ac mollioribus.

A *Diacaſsia cum Manna, incerti authoris.*

℞. Prun. Damaſc. ℥ ij.
Violarum M j ß.
Aquæ puræ ℥ xiix.
Bulliant, ut artis eſt, ad medietatis conſumptionem: cola, & in colatura diſſolve
Pulpæ Caſsiæ ℥ vj.
Pulp. Tamarind. ℥ j.
B Mannæ electæ ℥ ij.
Syrupi violati ℥ iv.
Sacchari candi, Penidii ana ℥ j.
Sacchari violati ℥ iv.
Confice, ut artis eſt. Hoc medicamentum quamvis pharmacopœis noſtris non ſit in uſu, poſſet tamen aliquando in uſum revocari, cùm mite & ſuave ſit medicamẽtum leniens: *confert iis, qui dura ſunt alvo: hanc enim leniter & citra moleſtiam ſubducit, ac flavam bilem, febresque inde
C natas mitigat. *Auguſtani.*

*Pulpa tamarindorum*

Extrahitur eodem modo, ut flores Caſsiæ.

*Diacatholicon.*

℞. Pulpæ Caſsiæ, Pulpæ Tamarindorum, Senæ mundatæ ana ℥ ij.
Rhabarbari, Polypodii, Violarũ, Aniſi ana ℥ j.
Glycyrrhizæ raſæ, Penidiorũ, Sacchari Candi, Quatuor ſem. frig. major. ana ʒ ij.
D Conterenda conterantur, & ſume
Polypodii recentis ℥ iij.
Sem. Fœniculi ʒ vj.
Aquæ communis ℔ ix.
Coque ad dimidii conſumptionem, & cola: colaturæ adde
Sacchari albi ℔ ij.
Coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam: & ſupraſcriptis additis, fiat electuarium. * Omnes corporis humores purgat. Confert acutis & peracutis
E morbis: emollit enim, alterat, roburq; addit. Jecinoroſis, lienoſis, podagricis, arthriticis, tertianis, quartanis, & quotidianis doloribus capitis ſuccurrit. Datur ab ℥ ß. ad ℥ j. *Nicolaus.*

*Diaprunum ſimplex.*

℞. Prunorum magnorum acetoſorum & vinoſorum quantitatem quam volueris, & exemptis nucleis in fictili vitreato magno coquito: deinde per cribrum ſetaceum exprimito: expreſſam pulpam iterum lento igne ad perfectam &
F juſtam ſpiſsitudinem coquito, & ſine ſaccharo reponito. * Medulla prunorum vinoſorum, calorem & ſitim in febribus mitigat: & melius eſt ut conſervetur ſine ſaccharo, ceraſorum modo inſpiſſata. Porrò ſi medullam prunorum laxativam requiris, ex dulcibus prunis, aut prunis Ungaricis magnis exiccatis conficito. Calorem & ſitim in febribus mitigat. Datur eadem quantitate, qua Diacatholicum.

*Diaprunum compoſitum, lenitivum.*

℞. Pruna Damaſcena electa N. c.
Coquantur perfectè in aqua ſufficienti, deinde



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0425-5

cribro raro tranſmittantur: & reſervata pulpa decoctioni affunde A
Violarum ℥ ß.
Bulliant ſufficienter, & colentur: colaturæ addantur
Sacchari ℔ ij.
Pulpæ ſupradictæ ℔ j.
Pulpæ Caſſiæ, pulpæ Tamarindorum ana ℥ j.
Coquantur lento igne, & addantur ſubſequentes ſpecies tenuiſſime tritæ, ſemper commovendo:
Sandali albi rubri, Spodii, B
Rhabarbari electi, Cinnamomi ana ʒ iij.
Roſarum rubrarum, Violarum,
Sem. Portulacæ, ſem. Scariolæ, ſem. Berberis,
Succi Glycyrrhizæ, Tragacanthæ ana ʒ ij.
Sem. Cucurbitæ, Cucumeris, Melonũ ana ʒ j.
Contundantur ut ſuprà. * *Facit ad acutas, ardentes, omnesque alias febres*, nempe tertianas continuas hecticas, maraſmodes, lipyrias, & in ſumma ad omnem febrilem affectum. Datur ad modum caſtaneæ, omni hora diei. *Nicolaus.* C

*Electuarium lenitivum.*

℞. Paſſularum enucleatarum ℥ ij.
Capil. Vener. Violarum,
Hordei mundi ana M. j.
Jujubarum, Sebeſten ana N. xx.
Glycyrrhizæ ℥ ß.
Prunorum, Tamarindorum ana ʒ vj.
Senæ, Polypodii ana ℥ ij.
Mercurialis M. j ß. D
Decoquantur ſecundùm artem in ſufficienti aqua, cola: & in colatura diſſolve
Pulpæ Caſſiæ, pulp. Tamarindorum,
Pulp. Prunorum, Sacchari optimi,
Sacchari violati ana ℥ xj.
Pulveris Senæ ℥ iij ß.
Confice ſecundùm artem. * Uſus ejus eſt in febribus humoralibus, & pleureſi: lenit enim & mollit inteſtina, & delet eorum ſtipticitatem: facilè ſolvit ſine moleſtia & læſione choleram phlegmaticam & melancholicam. *Rhaſis.* E

*Electuarium lenitivum, magiſtrale.*

℞. Myrobal. flavorum, Chebulorum,
Indorum ana ʒ j.
Myrobal Belliricorũ, Emblicorum ana ʒ j ß.
Sacchari optimi ℥ ß.
Terantur triduùm in vaſe lapideo, ſingulis diebus bis vel ter aquam fontanam inſpergendo, deinde ſiccata terantur in pulverem tenuem: cujus ſumes ℥ j. F
Turbith boni ʒ iij.
Zingiberis ʒ j ß.
Cinnamomi, Aniſi, Sandali rubri ana ʒ j.
Scammonii præparati ʒ j ß.
Sacchari quantum ſufficit.
Fiat electuarium. *Florentini.*

*Electuarium lenitivum de Manna.*

℞. Capillorum Veneris,
Scolopendriæ, id eſt, Ceterach,
Epaticæ, id eſt, Lichenis ana ʒ iij.
Sem. Cucurbitæ, ſem. Citrulli, ſem. Melonis,
Sem. Cucumeris, Violarum ana ℥ j.
Prunorum Damaſcenorum N. xx.
Coquantur in aqua ad dimidias, deinde percolentur cum expreſſione: in colato diſſolvatur
Mannæ opt. puræ, Conſervæ Violarum, pulpæ Caſſiæ recens extractæ ana ℥ j.
Sacchari albiſſimi ℔ iv.
Coquantur ad mellis conſiſtentiam: poſtremò ſpecies ſequentes injiciantur:
Nucleorum ſem. Melonis,
Item ſem. Cucumeris, ſem. Cucurbitæ,
Sem. Citrulli, flor. Violarum,
Flor. Nenupharis, ſem. Lactucæ,
Sem Scariolæ, ſem. Portulacæ,
Rhabarbari electi, foliorum Senæ ana ℥ j.
His accuratè ſubactis conficiatur electuarium. * Utile eſt ad purgandum ſanguinem, ad choleram reprimendam & melancholiam: valet etiam ad hepar calefactum: & corpus univerſum perpurgat *Nicolaus Alexandrinus.*

*Electuarium de Sebeſten.*

℞. Sebeſten ſine nucleis,
Prunorum ficorum enucleatorum,
Pulpæ Tamarindorum ana ℥ v.
Aquæ Violarum ℔ j.
Aquæ Ireos, ſucci Anguriæ ana ℥ vj.
Succi Mercurialis depurati ℥ iv.
Penidiorum ℥ ix.
Diapruni ſimplic. ℔ j ß.
Nucleorum ſem. Cucurbitæ, ſem. Cucumeris,
Sem. Melonis, ſem Citrulli ana ʒ ij.
Diagridii ℥ iij.
Caro *ſive pulpa Sebeſten*, Prunorum & Tamarindorum minutiſſime teratur, & cum aquis extrahatur. Semina verò minutiſſime incidantur, & reliquis miſceantur, & fiat ſecundum artem electuarium. * Confert febribus cholericis interpolatis, & continuis puris, & ſedat acuitatẽ febrium, ſitim & vigilias, etiam amaritudinem removendo: & educit materias acutas à viis urinalibus, & veſica. *Bartholomæus Montagnana.*

*Diamanna.*

℞. Mannæ electæ ℔ j.
Scammonii præparati ℥ j.
Succi Roſarum rubrarum ℔ j.
Diſſolvatur in ſucco manna, & coquatur ſufficienter lento igne: deinde adde
Maſticis pulverizatæ ℥ iij.
Fiat electuarium. *Bilem flavam educit ſine moleſtia, ob id omnibus morbis bilioſis ſalubre. *Galenus.*

*Diamanna, aliter.*

℞. Mannæ bonæ ℥ iv.
Tamarindorum immat. ℥ vj.
Medullæ Caſſiæ, Sacchari violati ana ℥ xvj.
Succi Intybi, ſucci Apii, ſucci Mal. dulcium,
Succi Mal. acidorum, ſuc. Mal. acido-dulcium,
Succi Citrorum acidorum ana ℥ iij.
In quibus purgatis prædicta tria diſſolve: & cola. Deinde
℞. Radic. Intybi, rad. Apii ana ℥ iij.

Fol. lupuli, Adianthi albi ana ℥ ij. A
Prunorum ſiccorum N. c.
Violarum ℥ j ß.
Roſarum ℥ j.
Spicæ nardi ʒ iij.

Coque hæc libris tribus aquæ fontanæ ad dimidias: colato adde
Sacchari ℔ iij.
Aceti boni ℔ j.

Semel ferveſcant. Adde colatum priùs, & percoque ad mellis craſſitudinem: poſtremò adde B
Sandali citrini, Roſarum, Spodii, Succini,
Berberorum, ſem. Portulacæ, ſem. Oxalidis,
Sem. Melonum, ſem. Citrulli,
Sem. Cucurbitæ,
Sem. Cucumeris ana ʒ iij.
Ligni aloës ℥ ß.
Cubebarum ʒ v.
Caphuræ ʒ j.

Repone vaſe vitreo. Datur æſtate cum aqua frigida ab ℥ j. ad ℥ ij. * Valet ad febres acutas & C multùm ardentes. Nam cordis, ventriculi, hepatis, ſanguinis intemperiem calidam, & fervorem, & ſitim extinguit. *Meſues.*

### *Tryphera Perſica.*

℞. Succi ſolatri, aut ſolani, ſucci Endiviæ veræ, ſucci Apii, ſucci Lupulor. depurat. an. ℔ ij.

Projiciantur deſuper
Violarum, Roſarum ana ʒ iij.
Folliculorum ſenæ ℥ ij.
Agarici ℥ j. D
Prunorum Damaſcenorum N. c.
Cuſcutæ ℥ ß.
Myrobal. Citrinor. Chebulor.
Indorum, fricatorũ in oleo amyg. dul. an. ℥ ij.
Spicæ Indicæ ʒ iij.

Bulliant molliuſculo igne, donec ſuperſunt ℔ ij.
Et injiciantur
Epithymi ʒ xl.

Bulliant leviter, deinde ab igne deponantur & E percolentur, atq; diſſolvantur in una parte iſtius percolati
Tamarindorum recentium ℥ iij.
Mannæ electæ ℥ ß.
Pulpæ Caſſiæ ℥ iv.
Sacchari violati ℔ j.

Percolentur & mundentur à granis & ſordibus, atq; in aliam aquæ partem projiciantur
*Sacchari albiſſimi ℔ iij.*
*Aceti vini ℔ j.*

Coquantur lentiuſculo igne: deinde projiciatur F ſuper illud quod diſſolutum eſt in ſuccis, & aggregentur ſimul in unum, atq; coquantur, donec mellis craſſitiem obtineat: poſtremò in pulverem redactæ, ſequentes ſpecies inſpergantur:
Rhabarbari optimi ℥ ij.
Myrobal. Citrinorum ℥ j ß.
Myrobal. Chebulorum, Indorum an. ℥ j.
Myrob. Belliricorum, Emblicorum an. ℥ ß.
Sem. Fumiterræ, Trochiſcorum diarrhodon, Macis, Maſticis, Cubebarum, Spodii, aut Eboris uſti,
Sandali citrini ana ʒ ij.
Nucleorum ſem. Cucurbitæ, ſem. Citrulli,
Sem. Cucumeris, ſem. Melonis an. ʒ ij ß.
Aniſi ℥ ß.
Spicæ Indicæ ʒ ij.

Involvantur in oleo violato, & reponantur in vaſe vitreo. Datur ad ℥ j. cum aqua frigida & ſucco intybi, vel ſolani. * Confert febribus acutis & inflammationibus ſtomachi & hepatis, ictericis calidis: deoppilatione incolumitatem acquirit, viſum à fumis cholericis deperditum reparat: ſitim mitigat, morbos aduſtionis fieri prohibet. *Meſues.*

## DE ELECTUARIIS OFficinalib. ſolutivis: ac primùm de purgantibus bilem.

### *Electuarium de ſucco roſarum.*

℞. Succi Roſarũ rubr. Sacchari albi an. ℔ j. ℥ iv.
Scammonii præparati ℥ j ß.
Sandali rubri, albi, citrini an. ʒ vj.
Spodii ʒ iij.
Caphuræ ℈ j.

Coquatur ſaccharum cum ſucco roſarum, deinde reliqua trita adjiciantur, & fiat electuarium. Servatur per annos duos. Datur à ʒ ij. ad ℥ ß. * Expellit flavam bilem citra moleſtiam: ad morbos articulorum ex bilioſis & calidis humoribus natos, ad febresq; tertianas confert. *Nicolaus.*

### *Electuarium roſatum Meſuæ.*

℞. Succi Roſarum rubrarum ℔ iv.
Sacchari optimi ℔ j ß.
Mannæ electæ & recentis ℥ vj.
Scammonii præparati ℥ j ß.

Coque igne lento ad mellis craſſitudinem: tunc adde ſubſequentia bene trita, & per cribrum transmiſſa:
Trochiſcorum de Spodio ℥ j.
Galliæ moſchatæ, Croci an. ʒ ij.
Trochiſcorum de Berberis ℥ ß.

Confice ſecundũ artem. Hoc electuario utimur in catapotiis conficiendis aggregativis, & de hermodactylis. *Doſis eſt* ʒ v. * Cholagogum eſt clemens, ob id ſalubre bilioſis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ calidæ, vertigini, oculorum dolori, ictero. *Meſues.*

### *Electuarium de pſyllio.*

℞. Succi Bugloſſi, ſive Borraginis domeſticæ & ſylveſtris, ſucci Endiviæ,
Succi Apii ana ℔ ij.
Succi Fumariæ ℥ iv.

Clarificentur, & in his infunde
Cuſcutæ, Aniſi, Senæ ana ℥ ß.
Capill. Veneris M j.
Aſari ℥ ß.
Nardi Indicæ ʒ ij.

Macerentur viginti quatuor horas: deinde ſemel ferveſcant, & adde
Violarum recentium ℥ iij.
Epithymi ℥ ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0427-7

Rurſus ferveſiant, colentur: colaturæ addantur A
Pſyllii, id eſt, ſeminis ℥ iij.
Macerentur 24. horas, identidem agitando, pôſt exprime totam mucaginem: in cujus ℔ iv. coque igne lento
Sacchari optimi ℔ ij ß.
Scammonii præparati ℥ iij ß.
Coctis omnibus adde ſubſequentia ſubtiliſſimè trita:
Trochiſcorum diarrhodon, Trochiſcorum de Spodio, Rhabarbari ana ℥ j. B
Trochiſcorum de Berberis ℥ ß.
Fiat electuarium. * Flavam bilem evocat: ob id febribus ardentibus acutis, curatu difficilibus auxiliatur, dolori capitis, & vertigini à bilis vapore naſcenti, ictero & intemperiei calidæ hepatis. Datur à ʒ iij. uſque ad aureos iij. *Meſues.*

## *Electuarium de pſyllio Montagnana.*

℞. Polypodii recentis ℔ j.
Senæ, Violarum, Prunorum,
Tamarindorum, Paſſularum ana ℥ iij.
Aquæ fontis ℔ x.
Macerentur horis vigintiquatuor, poſtea decoquantur ad medietatem, colentur, & exprimantur, colaturæ portio reſervetur pro extractione Caſſiæ, & Tamarindorum: reſiduo adde
Seminum Pſyllii ℥ iij.
Macerentur rurſus totidē horis ſemper agitando: pôſt exprime mucilaginem, cujus libræ uni adde D
Sacchari ℔ iv.
Decoquantur iterum lento igne, & addantur
Caſſiæ fiſtulæ, Pulpæ Tamarindorum diſſolutorum cum prędicta decoctione, ana ℔ ß.
Diagridii ℥ iv.
Spodii, Rhabarbari, Sandali albi, rubri,
Roſarum rub. Violarum, ſem. Papaveris albi,
Sem. Portulacæ, ſem. Endiviæ,
Sem. Scariolæ, ſem. Lactucæ, ſem. Fœniculi,
Sem. Aniſi, ſem. Berberorum, Tragacanthæ, E
Amyli, Gummi Arabici, raſuræ Eboris,
Fumiterræ, Glycyrrhizæ ana ℥ iij.
Myrob. Indorum, Myrob. Emblicorum ana ℥ v ß.
Miſce, & fiat electuarium.

## *Diaprunum ſolutivum.*

℞. Diapruni lenitivi ℔ j.
Diagridii ℥ j.
Miſce, & repone. Datur à ʒ ij. ad ℥ ß. *Nicolaus.*

## *Oxylativum.*

℞. Succi mali granatorū acet. & dulc. ana ℥ iix. F
*Prunorum ſiccorum ℔ ij.*
Coquantur in x ℔ aquæ uſque ad medietatem, & extrahantur pôſt de aqua, & ponantur in cribrum, catino ſuppoſito, tamdiu fricentur manibus, donec tota pulpa exeat, & in aqua, in qua pruna fuerint cocta, bulliat ℥ ß. viol. pôſt fiat ſyrupus in hac decoctione, non decoctus ad plenum cum ℔ ij ß. Sacchari, & prædicto ſucco, ſeu pulpa prunorum addito, bulliat ad ſpiſſitudinem, & addantur pôſt
Tamarindorum mundat. à nucleis ℥ iv.
Caſſiæ fiſt. mundæ, & diſſ. cum aqua roſ. ℥ ij.
Ponatur cum ſyrupo, & cum inceperit inſpiſſari, ponantur ibi ſucci utrorumque granatorum, & agitetur continuè, donec perveniat ad perfectionem cum ſpatula de oliva, & depoſito ab igne, adde pulveres harum ſpecierum:
℞. Sandali albi, & rub. Spodii ana ℥ ß.
Portulacæ ʒ vj.
Roſarum, Tragacanthi,
Berberis ana ℥ ij.
Et ſi volueris facere laxativum, pone in unaquaque libra diagridii pulverizati ℥ j. cum deponitur ab igne. Doſis ejus eſt ab ℥ ß. uſque ad ℥ j. & acuati quaſi ʒ iij. mane. * Educit choleram rubrā, infrigidando eam: ſecundum aliquos etiam educit choleram nigram, & humores aduſtos. Datur cholericis omni hora diei cum frigida, ad mitigationem ſitis, & caloris. Datur propriè contra ſynochum cauſonem, & contra omnes acutas & peracutas ęgritudines, & confert hepaticis, & dyſcraſiæ calidæ ſtomachi: confert tertianæ continuæ, & interpolatæ, & hemitritæis, & quotidianæ ex phlegmate ſalſo, & defectui appetitus ex cholera, & hecticis cum calida. Datum cum decoct. ſcariolæ confert icteritiæ, & oppilationi hepatis. *Arnold. Villanov.*

## *Alcantalum.*

℞. Cort. Myrobal. Citrin. Myrob. Emblicorum,
Myrobal. Chebulorum, ana ʒ xij.
Myrobal. Indorum ʒ vj.
Sem. Portulacæ, Violarum,
Sem Scariolæ ana ʒ j.
Myrob. Bellirricorum ʒ j. Gr. vj.
Marathri ʒ ij. Gr. iix.
Calami aromat. ʒ ij. Gr. ij.
Cinnamomi, Spicæ nardi, Croci,
Coſti, Maſticis ana ʒ ij. ℈ j.
Tamarindorum mundat. ℥ ij.
Nenupharis, Been rub. ana ʒ j. Gr. iv.
Medullæ Caſſiæ fiſt. ℥ iv.
Syrupi violacei quantum ſufficit.
Conficitur ſic. In duabus libris aquæ dulcis bulliant ℥ j. violarū, donec aqua coloretur aliquantulum, pôſt deponatur, & coletur, de qua accipiatur quart. ß. cum aqua diſtemperes tamarindos, & caſſiam fiſt. & colentur per cochlear, & in alia colatura diſtemperetur ℔ j ß. Sacchari, & bulliat uſque ad perfectionem: poſtea addatur colaturæ caſſia fiſt. & tamarindi, & iterum bulliat uſque ad ſpiſſitudinem, ſcilicet uſquequò gutta poſita ſuper marmor adhæreat, ut mel, & tunc deponatur ab igne, & modicū infrigidato incorporetur pulvis ſupradictarum ſpecierum, agitando ſemper cum ſpatula. * Reſpicit propriè membra naturalia læſa à cholera. Datum patienti febres acutas cum ſyrupo violaceo, purgat. Datum cum duabus, vel tribus drachmis rhabarbari, & ſi cum tepida diſtemperetur, medetur mirabiliter. Confert hepaticis & ictericis cum decoct. ſcariolæ vel fœniculi, & cap. Ven. Servatur per annum, & plus. *Arnold. Villanovan.*

*Electuarium*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0428-2
DFG

### *Electuarium frigidum ſecundùm Cophonem.*

℞. Sandali albi, rubri, Spodii ana ʒ j.
Gummi Arabici, Amyli, raſuræ Eboris,
Rhabarbari, Senæ, Roſarum,
Violarum, Fumiterræ, Berberis,
Sebeſten, ſem. Portulacæ, Marathri,
Aniſi, ſem. Papaveris, Glycyrrhizæ,
Semin. Lactucæ ana ʒ iij.
Myrobal. Citrinorum, Myrob. Belliricorum,
Capill. Veneris ana ℥ j ß.
Myrob. Emblicorum ℥ j.

Conficitur ſic. Pſyllii ℥ iix. ponuntur in ſuffi-
cienti aqua ferventi, in qua bullierit ℔ ß. poly-
podii quercini, viridis, mundati, & triti, omnes
herbæ diureticæ vio. & primò, & tamdiu dimit-
tantur, donec benè congelentur, deinde coletur
fortiter per ſaccũ: ad meliorẽ verò mucilaginis
conſtrictionem intromittatur in ſacellũ aliquan-
C tulũ aquæ ferventiſſimæ, & colaturæ addantur
ſcammoneæ pulverizatæ ℥ vj. prius tamen cum
aqua frigida inter manus fricatæ, & bene cum
eadem mucilagine fricentur manibus: deinde
apponantur ſacchari in aqua polypodii diſſolu-
ti ℔ iv. Deinde ſuper ignem poſitũ bullire per-
mittatur: cumq; ad medium decoctionis perve-
nerit, addantur tamarindorum ℥ ij. Caſſiæ fiſt. in
decoct. prunorum diſſolutæ ℥ ij. & uſq; ad per-
fectam coctionem bullire permittatur. Signum
D autem decoctionis eſt, ſi ſuper marmor poſitum,
& infrigidatum aliquantulum viſcoſum fuerit,
& digito adhæſerit. Motione tamen baculi ab
ipſo decoctionis principio non ceſſante. Cumq;
coctum fuerit, ab igne deponatur, & in morta-
rio poſito pulvis prædictarum ſpecierum ſuper-
aſpergatur, & cum piſtillo bene conteratur uſq;
ad ipſius viſcoſitatis & gummoſitatis remotio-
nem: deinde recondatur. Detur colatura caſſiæ
fiſt. in ſero, vel media nocte. *Optimè tertiana-
E rios, & quotidianarios, & erraticas febres pur-
gando ſanat, & etiam habentibus ſtomachum
cholericum familiare eſt. *Nicolaus.*

### *Euangelon.*

℞. Myrob. Citrinorum, Myrob. Chebulorum
ana ℥ j.
Indorum ʒ vij.
*Semin. Portulacæ, Violarum, ſem. Scariolæ*
ana ʒ ß.
Myrob. Belliricorum, Emblicorum ana ʒ j.
G. vij.
Maſticis ʒ ij. ℈ j.
Tamarindorum ℥ iij.
Florum Nenupharis, Berberis,
Been rubri, Rhabarbari ana ʒ j. Gr. iv.
Medullæ Caſſiæ fiſt. ℥ iv.

Conficitur ſic: In duab. ℔. aquæ pone ſyrupum
violatum ℥ ß. & bulliat, donec aliquantulum co-
loretur aqua, poſtea ab igne deponatur, & co-
letur. De eadem aqua accipiatur, quod ſufficiat
ad abluendum caſſiam fiſt. & tamarindos cola
per acaciam, & cum alia aqua addatur ℔ j ß. ſac-
A chari, & bulliat uſq; ad aquæ conſumptionem,
poſtea addatur lotura caſſiæ & tamarindorum:
& iterum bulliat ad ſpiſſitudinem. Si vis proba-
re ſi coctum ſit, ponatur ſuper marmor, & ſi ad-
hæreat quaſi mel, coctum eſt, & tunc ab igne de-
ponatur & aliquantulum infrigidari permitta-
tur: deinde ſupradictarum ſpecierum pulvis ſu-
peraſpergatur, & cum ſpatula agitetur, donec
incorporetur. Doſis ejus eſt ʒ iij. ſerò, & manè
cum aqua tepida datur. Datur patientibus fe-
B bres acutas cum ſyrupo violato cum duobus
aut tribus ſcrupulis rhabarbari: & datur contra
caliginem oculorum patientibus ex fumo cho-
leræ rubeæ, vel ex acuta febre: hepaticis, icteri-
cis. Datur cum ſucco ſcariolæ, vel fœniculi, aut
cum decoctione cap. Ven. *Nicolaus.*

## DE ELECTUARIIS purgantibus pituitam.

### *Benedicta laxativa.*

C ℞. Turbith electi, Sacchari ana ʒ x.
Diagridii, Eſulæ præparatæ,
Hermodactylorum, Roſarum ana ʒ v.
Caryophyllorum, Spicæ Indicæ, Zingiberis,
Croci, Saxifragiæ, Macropiperis,
Amomi, aut calami aromat. Cardamomi mi-
noris,
Sem. Apii, Salis gemmei, Galangæ, Macis,
ſem. Carvi,
Sem. Fœniculi, ſem. Petroſelini, ſem. Aſparagi,
D Sem.Ruſci, Milii Solis ana ʒ j.
Mellis deſpumati ℔ iij.

Fiat electuariũ. Servatur annis tribus. * Humo-
res pituitoſos, potiſſimum ad articulos decum-
bentes, elicit. A renibus quoq; & veſica purgat.
*Nicolaus.*

### *Diaphœnicon.*

℞. Dactylorum mundatorum ʒ c.
Penidiorum ʒ l.
E Amygdal. dulcium purgatarum ʒ xxx.
Turbith electi ʒ xxxv.
Scammonii ʒ xij.
Zingiberis, *Piperis longi, foliorum* Rutæ,
Cinnamomi, *Ligni* aloës, Macis,
Aniſi, Fœniculi, Dauci, *Galangæ* ana ʒ ij ß.

Dactyli per triduum in aceto, & totidem noctes
macerantur, deinde in mortario contundantur
cum amygdalis & penidiis. Reliqua tenuiſſimè
teruntur, & in electuarium reducuntur cũ mel-
F lis deſpumati ℔ vj. * Febribus compoſitis &
diuturnis auxiliatur: bilem enim flavam & pi-
tuitam ducit. Colicis cruciatibus mirificè con-
fert, item doloribus ventriculi, & id genus aliis
vitiis, ex crudis humoribus ortis. Datur à ʒ ij. ad
ʒ v. *Meſues.*

### *Electuarium Indum majus.*

℞. Cinnamomi, Caryophyllorum,
Spicæ nardi Indicæ, Roſarum rubrar.
Caſſiæ ligneæ veræ, Macis, Cyperi ana ℥ ß.
Sandali citrini ʒ ij ß.
Ligni aloës, Nucis moſchatæ ana ʒ ij.

Turbith electi ʒ l.
Sacchari optimi, Penidiorum ana ʒ xx.
Galangæ, Cardamomi majoris, minoris,
Aſari, Maſticis ana ʒ j ß.
Scammonii præparati ℥ j ß.

Omnia tenuiſſimè conterantur, & manibus oleo amygdalar. dulcium recens extracto, bene inunctis fricentur, & fiat electuarium cum ſyrupo ſubſequenti, qui

℞. Succi Apii, Fœniculi, Cydoniorum,
Granorum omnium depuratorum ana ℥ vj.
Mellis deſpumati ℔ iij ß.
Allii ℔ iv ß.

Coquantur in formam ſyrupi. * Purgat ventrem totum inferiorem, atq; adeò juncturas pituita etiam putri, flatusq; diſſipat: & affectibus inde natis, dolori colico & nephritico, & ventriculi, & aliorum viſcerum, utile eſt. Datur ad aureos iij. vel à ʒ ij. ad ʒ v. *Meſues.*

*Electuarium Indum minus.*

℞. Turbith electi, Sacchari ana ʒ vj.
Macis, Caryophyllorum, Piperis, Zingiberis,
Cinnamomi, Nucis moſchatæ,
Cardamomi ana ʒ vij.
Scammonii præparati ℥ j ß.
Mellis deſpumati ℔ iij.

* Ad eadē efficax eſt. Datur ad aureos iij. *Meſues.*

*Electuarium Eleſcoph.*

℞. Scammonii præparati, Turbith ana ʒ vj.
Caryophyllorum, Cinnamomi, Zingiberis,
Myrobal. Emblicorum, Nucis moſchatæ,
Polypodii ana ʒ ij ß.
Sacchari optimi ℥ vj.
Mellis deſpumati ℔ j. ℥ iv.

Coquantur, fiat electuarium. * Bilem flavam & pituitam elicit, flatus quoq; toto corpore expellit, doloribus articulorum laterisque prodeſt, item colicis cruciatibus: humores ad renes & veſicam decumbentes expurgat. Datur uſque ad ʒ iv. *Meſues.*

*Diaturbith majus.*

℞. Turbith albi & gummoſi ʒ x.
Zingiberis ʒ v.
Maſticis ʒ iij.
Sacchari albi ℥ ij ß.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. * Pituitam, præſertim eam quę eſt in ventriculo, elicit. *Zezar.*

*Diaturbith minus.*

℞. Turbith optimi ℥ j.
Diagridii, Zingiberis ana ʒ iv.
Cinnamomi, Caryophyllorum ana ʒ ij.
Galangæ, Piperis longi,
Macis ana ʒ j.
Mellis ℥ iix. ʒ v.

Fiat electuarium. * Ducit humores phlegmaticos, & purgat & calefacit.

*Hiera picra S.*

℞. Cinnamomi, Xylobalſami,
Rad. Aſari, Nardi ſpicæ Indicæ,

A Maſtiches Chiæ, Croci ana ʒ vj.
Aloës electæ ʒ c.

Omnibus tritis, & in pulverem redactis, deinde mellis quantitate ſufficienti exceptis fit electuarium. * Præſtantiſſimum medicamentū eſt ad vitioſos ſuccos, qui in ventriculi tunicis hærent. Utiliter quoque exhibetur iis, qui ſuffuſorum imagines, & alia ſymptomata ex ſtomachi vitio patiuntur: & prætereà iis, qui alvo ſunt aſtricta, & mulieribus, quæ non probè purgantur.
B Datur ab ℥ ß. ad ℥ j. in clyſterib. à ʒ vj. ad ℥ j ß. vel ℥ ij. *Galenus.*

*Hiera picra Conſtantini.*

℞. Myrobal. Chebulorum, Myrob. Indorum,
Myrob. Citrinorū, Violarū, Abſinthii ana ℥ ß.
Myrob. Emblicorum, Myrob. Belliricorum,
Caſſiæ,
Epithymi, Agarici, Senæ, Cuſcutæ, Schœnanthi,
Rhabarbari, Xylocaſſiæ ana ʒ ij.
C Spicæ, Anisi, Maſtiches, Xyloaloes,
Salis gemmæ nitri ana ʒ j.
Mellis q. ſ.

Datur in ſero cum vino calido. * Valet ad viſum recuperandum, & retinendum. *Nicolaus.*

*Hiera compoſita.*

℞. Colocynthidis ʒ iix.
Scillæ aſſatæ, Agarici, Ammoniaci, Scammonii,
D Cort. rad. Hellebori nigri, Stœchadis, Hyperici, Pulegii,
Gentianæ, Spicæ nardi, Schœnanthi ana ʒ xvj.
Polii montani, Epithymi, Polypodii, Bdellii,
Aloës, Chamædryos, Euphorbii,
Marrubii, Caſſiæ ana ʒ iix.
Myrrhæ, Sagapeni, Croci, Ariſtoloch. rotundę,
Trium piperum, Cinnamomi, Opopanacis,
Caſtorii, Petroſelini ana ʒ iv.

Omnia tenuiſſimè contrita excipe melle ad ſpecierum pondus. * Medicamentum eſt efficaciſ-
E ſimum ad omnes morbos contumaces, & tutiſſimum. *Galenus.*

*Hiera picra compoſita alia.*

℞. Cinnamomi, Spicæ Indicæ,
Croci, Schœnanthi, Aſari,
Xylocaſſiæ, Xylobalſami, Carpobalſami,
Violarum, Abſinthii, Epithymi,
Agarici, Roſarum, Turbith,
Colocynthidis, Maſticis ana ℈ ij.
F Aloës non lotæ ʒ x. ℈ ij.
Mellis deſpumati ℥ iix.

Fiat electuarium, in vaſe fictili vitreato ſervandum per annos duos. * Facit ad diverſas capitis & aurium & oculorum diſtemperantias: ſtomachum quoq; optimè purgat, affectiones hepatis emendat, ſplenis duritiem & denſitatem emollit, & extenuat: renibus & veſicæ prodeſt, & matricis diſtemperantiam emendat. *Nicolaus.*

*Hiera picra compoſita alia.*

℞. Aloës ʒ xv.
Epithymi, Coſti ana ʒ v.

Eu-
-phorbii,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0430-2
DFG

Euphorbii, Croci, Spicæ nardi,
Chamædryos ana ʒ vj.
Agarici ʒ ix.
Caryophyllorum ʒ ij.
Calami aromat. Maſticis, Caſſiæ ana ʒ vij.
Xylobalſami ℥ ß.
Piperis albi & nigri, Gentianæ,
Amomi ana ʒ j.
Diagridii ʒ ij. Mellis q.ſ.

Confice. Datur aur. j. * Purgat bilem utramq; & pituitam, flatus craſſos cerebri, & ventriculi, & corporis reliqui diſſipat: ob hæc viſioni imbecillæ confert, ac cæteris affectibus cauſas illas ſequentibus. *Meſues.* B

### *Hiera picra cum agarico.*

℞. Specierum hieræ ſimplicis ſine aloë,
Agarici trochiſcati ana ℥ ß.
Aloës non lotæ ℥ j.
Mellis deſpumati ℥ vj.

Fiat electuarium.

### *Hiera Pachii.*

℞. Stœchados, Marrubii, Chamædryos,
Agarici, Colocynthidos ana ʒ x.
Opopanacis, Sagapeni,
Petroſelini, rad. Ariſtoloch. rot.
Piperis albi ana ʒ v.
Cinnamomi, Spicæ nardi,
Myrrhæ, Polii, Croci ana ℥ ß.
Mellis deſpumati triplum, id eſt, ℔ iij. ℥ iv. ʒ v.

Arida omnia in tenuiſſimum pulverem tundito: liquores verò, opopanacem, ſagapenum, electa & pura in mortario tundito: deinde in ferventi mortario cum melle deſpumato, ferventi adhuc unito, ac reliquis miſceto, cùm omninò lævigata fuerint. Cùm verò mel ad diſſolvendos hos liquores accipies, de ſupraſcripta quantitate ſumito, nihil addendo. * Compoſitio hæc ſanat morbo comitiali correptos, furioſos, ſcotomaticos, cephalalgicos: facit ad depravatam in utramlibet partem. Ad tetanum, & cynicum ſpaſmum, præcipuè verò ad pectoris & lateris dolores prodeſt, ex qualibet cauſa factos, ſive latente & occulta, ſive manifeſta. Præterea nervorum tenſionibus mirificè convenit: prodeſt & ad articularem morbum, ad ſpinam & lumborum dolorem: duritias in mammis mulierum cum dolore conſiſtentes, ex toto interdum ſanat. Ad ſtomachicos evidenter convenit. Remediat enim eos, quibus frequenter inaceſcit cibus, aut aſſiduè nauſeant, aut ſaliva abundant: præcipuè verò melancholicis benè facit, &c. *Nicolaus Alexandrinus.* E F

### *Hiera Archigenis.*

℞. Colocynthidos ℥ j.
Chamædryos, Agarici,
Marrubii, Stœchadis ana ʒ x.
Opopanacis, Sagapeni ana ℥ j.
Petroſelini, Ariſtolochiæ rot. Piperis albi ana ʒ v.
Cinnamomi, Spicæ nardi Indicæ,
Myrrhæ, Polii montani, Croci ana ʒ iv.

A Mellis deſpumati ad pondus ſpecierum.

Fiat electuarium. * Confert affectibus melancholicis, & ex pituita craſſa natis, ut vertigini, epilepſiæ, ſpaſmo, difficultati ſpirandi, pſoræ, lepræ & ceteris tuberculis à craſſa materia naſcentibus, aut ſeroſo excremento, item inteſtinis, ventriculo, utero à flatu dolentibus, aut prędictis humoribus. *Aetius.*

### *Hiera Archigenis alia.*

B ℞. Pulpæ Colocynthidos ʒ ij.
Praſſii, Stœchados, Hellebori nigri,
Chamædryos, Scammonii, Leucopiperis,
Macropiperis ana ʒ ij.
Scillæ aſſatæ, Euphorbii, Aloës, Croci,
Gentianæ, Petroſelini, Ammoniaci,
Opopanacis ana ʒ j.
Polii, Cinnamomi, Sagapeni, Myrrhæ,
Spicæ nardi, Schœnanthi, Calaminthæ mont.
Ariſtoloch. rotundæ ana ʒ ij.

Melle ſufficienti excipiantur omnia Epithymi C decocto, & Uvarum paſſarum mundatarũ. * Ad eadem confert. Datur ad aureos iv. *Meſues.*

### *Hiera Archigenis alia.*

℞. Praſſii, Agarici, Chamædryos,
Pulpæ Colocynthidos, Stœchados ana aur. x.
Opopanacis, Sagapeni, Petroſelini,
Ariſtolochiæ rot. Piperis albi ana aur. v.
Cinnamomi, Spicæ nardi,
Polii, Croci ana aur. iv.

Sicca terantur, liquores frangantur, hydromelite D infundantur, & omnia melle excipiantur. Datur ad aur. iv. cum ſalis triti ʒ j. & aqua mulſa. *Paulus.*

### *Hiera Hermetis cum dracunculo.*

℞. Aloës ℥ j.
Trochiſcorum Alchandel aur. iix.
Turbith, Agarici, Dracunculi utriusq; ſicci,
Ireos, Sagapeni, Myrobal. Chebulorum,
Citrinorum, Indorum ana ℥ j ß.
E Zingiberis, Cinnamomi, Maſticis, Bdellii,
Hellebori nigri, Euphorbii, Aſari,
Caſſiæ ligneæ, Salis Indi, Caſtorii, Croci,
Apii, Liguſtici, Cocci gnidii, Stœchados ana ʒ j.
Scillæ aſſatæ ʒ ij ß.
Scammonii ʒ ij.
Vini odoriferi quantum ſufficit.
Succi Cucumeris agreſtis q. ſ.
Mellis, Olei ana quantum ſufficit.

Curioſè omnia terantur, gummi & ſucci vino F odoro diſſolvantur, pulveres ſucco cucumeris agreſtis comprehendantur. Siccentur iterum eodem ſucco & pauco melle, oleo excipiantur, & ſiccentur: poſtremò melle deſpumato omnia comprehendantur. Datur poſt menſes ſex à ʒ j. ad ʒ ij. * Hiera Hermetis cum dracunculo maximarum & certiſſimarum eſt virium ad cephalalgiam, hemicraniam, vertiginem, paralyſim, epilepſiam, tremorem, ſpaſmum cynicum, dolorem colicum, nephriticum, uterinũ, arthriticum. Vacuat enim humores tam tenues, quàm craſſos



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0431-8 DFG

& lentos, à capite, ventriculo, nervis, juncturis, & reliquis partibus. *Meſues.*

### *Hiera diacolocynthidos.*

℞. Stœchados, Agarici, Chamædryos ana ʒ x.
Colocynthidos ʒ xx.
Sagapeni, Opopanacis ana ʒ iix.
Petroſelini, Ariſtolochiæ rotund. Piperis albi ana ʒ v.
Caſſiæ ʒ vij.
Cinnamomi, Croci, Spicæ nardi,
Myrrhæ, Polii ana ʒ iv.
Vini, Mellis deſpumati ana q. ſ.

Myrrham vino infunde: cætera tere, & melle deſpumato excipe. *Caput, ventriculum, & corpus reliquum purgat humore craſſo & lento, & atra bile: ob id maniæ, melancholiæ, epilepſiæ, paralyſi, ſpaſmo cynico, vertigini confert, ac ulceribus malignis, fiſtuloſis, cancro, elephantiæ: flatus quoq; diſcutit: ventriculum roborat, concoctionem firmat. *Rufus.*

### *Hiera fortiſſima Galeni.*

℞. Colocynthidis, Scillæ, Agarici,
Ammoniaci, Hellebori nigri,
Silphii, Hyperici ana ʒ v.
Epithymi, Bdellii, Chamædryos,
Succi Braſſicæ, Caſſiæ ana ℥ iv.
Smyrnii, Sagapeni, Ariſtolochiæ longæ,
Piperis albi & longi. Cinnamomi,
Opopanacis, Caſtorei ana ℥ iij ß.
Petroſelini, Abſinthii, Piperis nigri ana ℥ ij.
Aloës ℥ j ß.
Mellis quantum ſufficit.

Dentur ex ea ʒ ij. vel ʒ iij. manè cum calida. *Facit cephalalgicis, ſcotomaticis, epilepticis, melancholicis, apoplecticis, paralyticis, maniacis, alopeciacis, lethargicis, & qui in ſomno meditantur mortem: ad aurium auditus, & oculorum paſſiones, fauces, & arterias facit: dolorem dentium ſedat, vocem claram facit: aſthmaticos, orthopnoicos, & longinquas ægritudines ſanat, pleuriticis, hydropicis, ictericis, hepaticis, ſpleniticis prodeſt: artheticum, colicum, cœliacum, dyſentericum levat: medetur nephriticis, & iſchiaticis, relevat phlegmaticum: quartanarios, & hemitritæos adjuvat, febres omnes avertit, elephantioſos purgat: venenis obſiſtit, & cancroſis proficit: vitia mulieris emendat. *Nicolaus.*

### *Blanca Nicolai.*

℞. Terebinthinæ, Opopanacis, Galbani,
Aſſæ, Sagapeni, Caſtorei,
Antimonii, Sulphuris, Bdellii,
Aſpalathi, Ammoniaci, Styracis liquidæ,
Carnis Leonis, Diagridii, Euphorbii,
Agarici, Pulpæ colocynthidis, Ellebori nigri,
Polypodii, Thapſiæ, Pyrethri,
Schœnanthi, Peucedani, Aſari,
Cyperi, Pæoniæ, Betonicæ,
Chamædryos, Polii, Amomi,
Leviſtici, ſem. Rutæ, ſang. Draconis ana ℥ j.
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Macis, Cardamomi, Aniſi,

A Marathri, Balſami ana ℈ ß.
Ambræ G. v.
Mellis quantum ſatis eſt.

Confice. Doſis à ʒ j. ad ʒ iij. Datur cum vino, in quo cocta ſit ſalvia, aut herba paralyſis in ſero, in modū caſtaneæ. *Phlegmaticos purgat humores. Valet cephalalgicis, & oculorum doloribus, & ſanguinolentis tumoribus, & lippis: optimè facit contra omnia, quæ turbant phantaſiam rationem, & memoriam: utilis eſt tremuloſis, epi-
B lepticis, paralyticis.

### *Electuarium Diabryonias.*

℞. Rad. Bryoniæ purgat. & tricatum ℔ ß.
Sapæ, ſive mellis paſſularum ℔ iv.
Scillæ aſſatæ, Pinearum mundat. ana ℥ j ß.
Nucis moſchatæ, Cardamomi,
Macis, Zingiberis ana ʒ ij.
Caryophyllorum, Piperis longi,
Stœchados ana ʒ j ß.
Seſeleos, ſalis Gemmæ, Galliæ ana ℥ j.
C Agarici ʒ iij.

Datur poſt tres menſes à ʒ ij. ad ʒ ß. *Cerebrum & nervos purgat excrementis: ob id epilepſiæ, paralyſi, vertigini, & aliis cerebri & nervorum frigidis affectibus medetur. *Democritus.*

### *Theodoricon anacardinum.*

℞. Aloës hepaticæ ℥ j ß.
Ireos, Caſſiæ ana ʒ vij. minus G. xvj.
Zingiberis, Anacardii, Carpobalſami ana ʒ iij ß.
D Folii Spicæ, Cort. Myrobalanorum,
Meu, Epithymi ana ʒ iij. ℈ j.
Caryophyllorum, Rhapontici,
Maſticis, Schœnanthi ana ʒ j. G. iij ß.
Mellis q. ſ. eſt.

Conficitur ſic: Accipe cort. rad. Fœniculi benè triti & abluti ℔ j & pone in ij. ℔ aceti: & ſtet ibi per ſeptem dies, & poſtea tere ipſas radices, & in eodem aceto coque uſque ad tertiam partem. Et cum omni diligentia cola per pannum,
E & pone in duabus libris mellis deſpumati, & bulliat uſque ad aceti conſumptionem, cum tali melle confice. Supradictæ autem radices colligantur in Majo, vel Julio: quia ante hoc tempus humidæ ſunt, & poſt hoc ſiccæ ſunt. Doſis eſt ʒ j. vel ij. cum mulſa. *Memoriam reparat, vertiginem capitis, & maximè à poſteriori parte aufert, phlegma quod ibi eſt, purgat, cauſis matricis mirabiliter confert, ſi eam purgare volue-
F ris. *Nicolaus.*

### *Theodoricon hyperiſton.*

℞. Aloës hepaticæ ʒ iij. G. iij ß.
Cinnamomi, Chamædryos, Acori ana ʒ iij.
Croci, Caſſiæ ligneæ,
Rhapont. ana ʒ ij. G. xvj.
Agarici ʒ ij ß.
Nardi, Coſti, Maſticis,
Aſari, Silphii, Scillæ Aſſæ,
Ammoniaci, Bdellii ana ʒ j ß.
Hellebori nigri, Piperis, Epithymi,
Polypodii, ſucci Braſſicæ,

Piperis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0432-4 DFG

Piperis albi & longi ana ʒ j.
Schœnanthi,Zingiberis,Smyrnæ,
Myrobalanorum,Colocynthidis,Sagapeni,
Opopanacis,Caſtorei,Abſinthii,
Ariſtolochiæ longæ,Petroſelini,
Gentianæ,Amomi ana ℈ ij.
Diagridii,Piperis nigri ana ℈ j.
Mellis q.ſ.ſit.

Datur mane & ſerò cum vino calido ʒ iij. *Facit contra dolorem hemicranium,& vertiginem capitis,& contra fluxum phlegmatis, quod in faucibus & gutture decurrit,unde fit homo quandoque ſine voce: valet etiam ſpleniticis ſine febre: colorem bonum facit, ſi ſimplex detur. Sed ſi purgationem facere volueris,adhibeas ℈ ij.ſcammoneæ,& fortius operabitur. *Nicolaus.*

## DE ELECTUARIIS purgantibus bilem atram.

### *Diaſena.*

℞.Senæ ℥ iij.
Avellanas toſtas N.l.
Serici uſti ʒ ij.
Lapidis Armeni loti ʒ j.
Lapidis Lazuli lavati ʒ iij.
Sacchari ʒ vj. Cinnamomi ℥ j.
Caryophyllorum,Galangæ,
Piperis nigri,Spicæ nardi Indicæ,
Folii,ſem.Ocymi,Cardamomi,
Croci,Zingiberis,Zedoariæ,
Flor.Roriſmarini,
Piperis longi ana ʒ ij.
Mellis deſpumati ℔ ij.

Fiat electuarium.Servatur ad annos duos. * Succurrit melancholicis, mania vexatis, quartana laborantibus,triſtitia affectis,lienoſis, elephanticis, & omnibus vitiis ex atra bile procreatis. *Nicolaus.*

### *Diaſena,alia.*

℞.Foliorum Senæ ℥ iij.
Avellanarum N.l.
Seri uſti ʒ ij.
Lapidis Armeni ʒ j.
Sacchari ℥ v.
Mellis deſpumati ℥ vj.

Fiat electuariũ ſecundum artẽ. *Gentilis de Fulgino.*

### *Confectio Hamech major.*

℞.Myrobal.Citrinorum ℥ iv.
Myrobal.Chebulorum,Indorum,
Rhabarbari electi ana ℥ ij.
Agarici, Colocynthidis, Polypodii ana ʒ xiix.
Abſinthii,Thymi,Senæ ana ʒ vj.
Violarum ℥ j ß.
Epithymi ℥ ij.
Sem.Aniſi,ſem.Fœniculi,
Roſarum rubrarum ana ʒ vj.
Succi Fumariæ ℔ j.
Prunorum N.lx.
Paſſularum enucleatarum ℥ vj.

Macerentur omnia in ſero lactis caprini ſuffi-
A ciente,in vaſe vitrato anguſti oris, per dies quinque. Poſtea ferveant una aut altera ebullitione, colentur: colaturæ bene expreſſæ adde
Pulpæ Caſſiæ ℥ iv.
Pulpæ Tamarindorum ℥ v.
Mannæ ℥ iij.

Frica manu,cola,& adde
Sacchari albi ℔ j ß.
Scammonii præparati ℥ j ß.

Coque ad mellis conſiſtentiam,& adde
B Myrobal.Citrinorum,Chebulorum,
Indorum ana ℥ ß.
Myrob.Belliricorum,Emblicorum,
Rhabarbari,ſem.Fumariæ ana ʒ iij.
Spicæ Indicæ,Aniſi ana ʒ ij.

Confice electuarium. * *Morbis omnibus ex flava bile, & pituita ſalſa natis*, nempe impetigini, ſcabiei,elephantiæ, & cancro ſuccurrit. In ſumma, omni fœditati cutis à bilioſis & aduſtis humoribus procreatæ convenit.Datur à ʒ ij.ad aur.
C ij.vel ℥ ß.vel ad ʒ vj. *Meſues.*

### *Confectio Hamech minor.*

℞.Myrobal.Indorum,
Chebulorum,Epithymi ana ʒ l.
Fumiterræ,Abſinthii ana ʒ xx.
Thymi,Calamenthæ,Polypodii,
Agarici,Glycyrrhizæ,Bugloſſæ ana ʒ x.
Stœchados Arabicæ,Chamædryos,
Chamæpityos,Bedeguaris,Aniſi ana ʒ v.
Prunorum,Jujubarum,
D Sebeſten ana N.lxx.
Paſſularum enucleatarum ℔ j.

Decoquantur in aqua ſufficienti uſq; ad tertias: colentur,& colaturæ addantur
Sapæ ℔ j.
Mellis deſpumati ℔ j.
Scammonii præparati ℥ ij.

Coquantur lento igne uſque ad mellis ſpiſſitudinem. * Purgat melancholiam, & uſtos humores alios: ob id confert maniæ, melancholiæ, verti-
E gini,oblivioni & vitiis cutis: qualia ſunt pſora,id eſt,ſcabies,morphea,cancer, elephantia, impetigo. *Meſues.*

### *Diapolypodion magiſtrale.*

℞.Polypodii mundati ℔ ij.
Mellis deſpumati ℔ vj.
Aceti ſcillitici ℔ j.℥ ij.
Zingiberis ʒ vj.

Fiat electuarium. *Medici Florentini.*

F

### *Hieralogodium.*

℞.Colocynthidis ʒ xx.
Scillæ aſſatæ,Agarici,Ammoniaci,
Scammonii,Cort.rad.Hellebori nigri,
Hyperici ana ʒ j.
Epithymi,Polypodii,Bdellii,Aloës,
Chamædryos,Marrubii,Caſſiæ ana ʒ j.
Myrrhæ,Piperis albi,nigri,Cinnamomi,
Croci,Opopanacis,Sagapeni,
Caſtorii,Petroſelini,
Ariſtolochiæ ana ℥ ß.

Mellis deſpumati,ad pondus omnium. * Ad la-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0433-9

ceris dolorem, epilepſiam, maniam, melancholiam morbū. ſcotoma, cephalæam, ſuſpiria, ſubitam præfocationem, incubum, tetanum, ſpaſmū cynicum, contuſum corpus ex ictu, lapſu, tremorem, paralyſin, arthritidas, dolores ſpinæ, mammarum duritias, cancroſq; earum, ſtomachi imbecillitatem, ructum acidum, inflationem, tormina, nauſeam, colicum dolorem, menſes ſuppreſſos. *Aëtius.*

*Hieralogodium aliud.*

℞. Pulpæ Colocynthidos, Polypodii ana ʒ ij.
Euphorbii, Polii montani,
Sem. Thymelææ ana ʒ j ß. G. vj.
Abſinthii, Myrrhæ ana ʒ j G. xij.
Centaurii, Agarici, Ammoniaci,
Folii, Nardi Indicæ, Scillæ,
Scammonii præparati ana ʒ j.
Aloës, comarum *Thymi*, Caſſiæ ligneæ,
Chamædryos, Bdellii,
Marrubii ana ℈ j. G. xiv.
Cinnamomi, Opopanacis, Caſtorii,
Ariſtolochiæ longæ, Trium piperum,
Croci, Sagapeni, Petroſelini ana ʒ ß.
Hellebori nigri, albi ana G. vj.
Mellis deſpumati ℔ j ß.

Confice ut decet. Servatur per annos duos. * Exterminat mala diuturna ex melancholia facta, epilepſiam, vertiginem, convulſiones, hemicraniam, elephantiam, impetigines, lethargum: prodeſt ſpumantibus, & linguam mordentibus, his qui lethalia venena ſumpſerunt, jecinoroſis, pleuriticis, iſchiadicis, & lumborum dolore infeſtatis: vitioſos humores educit, & mulierum menſtrua. *Nicolaus.*

## DE ELECTUARIIS aquam purgantibus.

*Electuarium Diacoccu gnidiu.*

℞. Fol. Thymelææ præpar. part. x.
Carnis Cydoniorum in aceto coct. Sacchari ana part. lxxx.
Mannæ part. xl.
Olei ex cocco gnidio part. xij.

Saccharum & manna diſſolvantur in ſero lactis, cui infuſus erit agaricus, part. xxx. miſce carnem cydoniorum, coque igne lento ad mellis craſſitudinem. Pulvis foliorum thymelææ miſtus prædicto oleo reliquis addatur. Datur ℥ ß. *Hydragogum eſt, in hydrope efficaciſſimum. *Meſues.*

## DE ELECTUARIIS purgantibus humores mixtos.

*Catharticum imperiale.*

℞. Scammonii præparati, Sacchari ana ℥ j.
Cinnamomi, Spicæ nardi, rad. Saxifragiæ,
Polypodii, Zingiberis ana ℥ ß.
Spicæ nardi Celticæ, Piperis longi, albi,
Cardamomi, Amomi,
Caryophyllorum ana ʒ iij.

A Terantur omnia tenuiſſimè, & fiat electuarium, cum
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

* Bilem utramq; & pituitam ſine moleſtia educit, caput optimè purgat, & oris ſpiritum commendat. *Nicolaus.*

*Diacarthamum.*

℞. Spec. Diatragacanthi frigidi ℥ ß.
Pulpæ Cydoniorum ℥ j.
Pulpæ Carthami ℥ ß.
B Zingiberis ʒ ij.
Scammonii præparati ʒ iij.
Turbith ʒ vj. Mannæ ʒ ij.
Mellis roſati col. Sacchari candi ana ℥ j.
Hermodactylorum ℥ ß.
Sacchari albi ℥ x ß.

Fiat electuarium liquidum. * Flavæ bili & pituitæ educendæ mirificè conducit. Datur à ʒ j ß. ad ʒ vj. *Arnoldus Villanovanus.*

C *Diaturbith cum Rhabarbaro.*

℞. Turbith, Hermodactylorum ana ℥ j.
Rhabarbari ʒ x.
Scammonii præparati ℥ ß.
Sandali albi, rubri, Violarum, Zingiberis ana ʒ j ß.
Maſticis, Aniſi, Cinnamomi, Croci ana ʒ ß.
Sacchari albi ℔ j. ℥ iij.

Fiat electuarium, in forma competenti. *Flavam bilem & pituitam educit, atq; aqua inter cutem
D laborantibus mirificè confert. *Montagnana.*

*Hiera Ruffi.*

℞. Aloës ℥ j.
Hellebori albi, nigri ana ℥ ß.
Diagridii, Colocynthidis inter. ana ʒ iij.
Nitri, Euphorbii, Polypodii,
Salis Ammoniaci ana ʒ ij. G. xv.
Piperis, Chamædryos,
Croci, Agarici, Maſticis,
Epithymi ana ʒ j ß.
E Caſſiæ ligneæ, Xylobalſami,
Opopanacis, Gith ana ʒ ij.
Myrrhæ G. xv.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. Servatur per annum. Datur ad modū caſtaneæ. *Datur propriè ſcabioſis phlegmate ſalſo, elephantioſis, ſerpiginoſis: curat utramque morpheam cum tepida: deſtruit antiquam cephalicam, & hemicranicam, & monopogiam, dolorem capitis vel ſtomachi: epilepti-
F cis, catalepticis, & iis, qui ex fumo ſtomachi extenebreſcunt, ita ut ſubitaneum timorem videāt, vel ventoſitate ſtomachi tinnitum aurium patiuntur, ut in furias vertantur, deponitur cacochymia ſtomachi, hepatis & ſplenis: elephanticis, & podagricis confert auxilium: & menſtrua educit. *Nicolaus.*

*Hiera Abbatis.*

℞. Agarici, Colocynthidis, Turbith,
Epithymi, Cuſcutæ ana ʒ ij. G. v.
Schœnanthi, Carpobalſami, Xyloaloës,

Xylo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0434-5
DFG

Xylocaſſiæ, Croci, Aſari, Cinnamomi,
Maſticis, Roſarum, Violarum, Abſinthii,
Rhapontici, Folii,
Lapidis Lazuli ana ʒ ij.
Diagridii ʒ j ß.
Aloës hepaticæ ʒ iv ß.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium, in vaſe fictili vitreato ſervãdum per annos duos. *Phlegma & melancholiam purgat, & ad guttam, quæ fit de frigido & ſicco humore, unde membra videantur contracta, valet paralyticis. *Nicolaus.*

### *Antimoron Nicolai.*

℞. Aloës ʒ v ß. & Gr. vj.
Caſſiæ fiſt. ʒ j. G. vj ß.
Marathri, Maſticis ana ℈ ij. G. v.
Croci ʒ ß. Aſari ℈ ij. G. v.
Xylobalſami ℈ ij. G. ij ß.
Cinnamomi ℈ ij. G. v.
Ireos ʒ j.
Aronis, Dragonteæ ana ℈ j. G. ij ß.
Agarici, Colocynthidis,
Nitri, Euphorbii, Caſtorei ana ℈ ij. G. v.
Apii Macedonici,
Petroſelini ana ℈ ij. G. v.
Ellebori nigri ʒ ß.
Diagridii, Coccognidii ana ℈ ij. G. v.
Mellis quantum ſufficit.

Datur ad modum caſtaneæ, in ſero, cum aqua calida. *Cõfert cephalalgicis, lethargicis, ſtomachicis, iſchiadicis, podagricis, & de matrice laborantibus, diſcoloratis, nephriticis, & omnibus, qui de tenui aut viſcoſo phlegmate affliguntur, & his, qui cibos non digerunt: phlegma & choleram purgat, & aquoſos humores cum ventoſitate.

### *Electuarium Angelicum Fioravanti.*

℞. Croci, Ligni Aloës, Cinnamomi,
Coralii rubri ana ℈ j.
Ellebori nigri ℥ j.
Elect. de ſucco roſ. Meſuæ ℥ vj.
Conſervæ roſ. ℥ iv.
Moſchi ʒ j.
Lapidis Philoſophici noſtri ℥ iij.
Quintæ eſſentiæ noſtræ ℥ ij.
Mellis cocti & deſpumati q. ſatis eſt.

Miſce, & fiat electuarium levi ignis calore in vaſe terreo, vitreo: & ſervetur in vaſe vitreo. Dofis à ʒ j. uſq; ad ℥ ij. manè ſtomacho jejuno. *Purgat egregie tum per vomitum, tum per alvum. Confert febribus omnibus: podagricis, arthriticis: tuſſi, catarrho: morbo Gallico, aliisque quampluri- mis affectibus.

### *Electuarium Alharif.*

℞. Myrobal. Citrinorum, Chebulorum, Indorum ana part. æquales.

Tere, & cribra: oleum amygdal. dulc. ſuperfunde, quantum ſufficit, inſola triduo: frica ſæpè manibus: oleum novum ſuffice, quantum abſumitur. Iterum eadem triduo convenienter tere in aqua fontana, in qua Sacchari partem decimam

A diſſolveris, affuſa identidem pauca aqua. Hoc fac, donec Myrobalanorum ſapor ingratus auferatur, poſt ſicca in umbra.

℞. Hujus maſſæ ʒ xv.
Turpeti ʒ vj.
Aniſi, Maſticis ana ʒ ij.
Spicæ nardi, ſem. Apii ana ʒ j ß.
Violarum ſicc. ʒ vij.
Sacchari albi, Sacchari candefacti ana ʒ x.

Excipe melle deſpumato. Doſis ʒ iij. cum aqua
B calida. *Purgat ventriculum, hepar, & corpus reliquum: uſu corpus vividum, & juvenile reddit, & ſervat. *Meſues.*

### *Electuarium Alharif, aliud.*

℞. Myrobal. Chebulorum,
Citrinorum, nigrorum ana part. ij.
Emblicorum, Belliricorum ana part. j. ß.

Tere, cribra, ut ſuprà. De hac maſſa
℞. ʒ xiv. Turpeti ʒ vij.
Zingiberis, Cardamomi, Maſticis,
C Cinnamomi, ligni Aloës, Caryophyllorum,
Piperis, Cubebarum, Galangæ,
Macis, ſem. Apii ana ʒ j ß.
Spicæ Nardi ℈ ij.
Pinearũ, Sacchari albi, Sacchari cãdi ana ℥ xij.

Excipe melle deſpumato. *Earundẽ virium eſt: præterea ventriculum roborat, &c. partes nutritorias frigidas, appetentiam excitat, coctionem juvat, propter hæc colorem corporis, & odorem commendat: juventutem tuetur, canos remora-
D tur, & ſpiritibus tenuatis, & purgatis viſum & reliquum ſenſum omnem, & cogitationem exacuit, Venerem excitat. *Meſues.*

### *Electuarium Alſebram, id eſt, eſulæ.*

℞. Eſulæ bonæ, Myrobal. Citrinorum ana ℥ ij.

Trita & creta mergantur ſucco Fœniculi, & inſolentur dies quinque, affundendo ſæpè ſuccum novum. Siccatum repone vaſe vitreo. Datur à ʒ j. ad ʒ ij. cum ſaccharo, & aqua calida. *Pituitam &
E melancholiam purgat, & aquas. *Meſues.*

### *Diaphyſalidon.*

℞. Succi lupuli ſalictarii, Intybi,
Apii purgat. ana ℔ iv.
Myrobal. Citrinorum, Chebulorum ana ℥ xij.
Emblicorum ʒ l.
Indorum, Belliricorum ana ℥ j.
Agarici, Ireos ana ʒ x.
Abſinthii, Caſſuthæ,
F Radicum Apii, Fœniculi, Aniſi ana ℥ ß.
Uvarum paſſarum ℥ lxxx.

Coquantur igne lento ad conſumptionem dimidii ſuccorum, frica probè manibus, cola. Uni hujus parti adde

Tamarind. Cheyron, Caſſiæ fiſtulæ ana ℥ iix.
Mannæ ℥ iij.

Cola, & munda. Alteri ſuccorum parti adde
Penidiorum hordeatorum ℔ iv.

Miſce omnia ſimul: bis ferveſiant: tunc adde
Olei ſeſamini recent. ℥ xv.

Percoque ad mellis craſſitudinem: ab igne depoſitis, adde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0435-1

Trochiſcorum Diarrhod. de Eupatorio,
De Abſinthio, de Rhabarbaro ana ℥ j ß.
Ireos ℥ j.
Agarici, fol. Thymelææ præparat. ana aur. iix.
Scammonii, ſucci Eupatorii, Abſinthii,
Croci, Laccæ lotæ, Myrobal. Citrinorum.
Chebulorum ana aur. iv.
Belliricorum, Emblicorũ, Indorum ana aur. iij.
Turpeti ℥ vj.
Olei Thymelææ ℥ iij.

Omnia prius involuta prædictis miſceantur. Datur à ʒ iij. ad ℥ ß. cum aqua cichorii. *Efficaciſſimum ad hydropem, & cachexiam, & affectus epatis, lienis, juncturarum. *Meſues.*

*Electuarium de Eupatorio.*

℞. Succi Eupatorii, Rhabarbari ana ℥ ß.
Croci ʒ ij.
Laccæ, ſem. Cuſcutæ, Schœnanthi,
Sem. Citrulli, ſem. Cucumeris,
Sem. Portulacæ, ſucci Abſinthii ana ʒ iij.
Diagridii ʒ ij ß.

Tere curioſè. Datur aur. j. cum lactis ſero. *Confert ictero, & hydropi incipienti. *Meſues.*

*Antidotum hæmagogum.*

℞. Aſari, Acori, Amomi, ſem. Atriplicis,
Marathri ana ʒ j. G. vj.
Aniſi ℈ ij. Ariſtol. longæ, Arthemiſiæ,
Caſſiæ fiſt. ana ℈ ij. G. xiv.
Centaureæ minoris ℈ j. G. vij.
Centaureæ majoris, Dauci Cretici ana ℈ ij.
Hellebori nigri ℈ j.
Fol. Lauri ℈ j ß. G. iij.
Glycyrrhizæ ʒ j. ℈ j.
Lupini ʒ ij. Melanthii ℈ ij.
Myrrhæ ℈ j. G. xiv.
Orobi ℈ j. Stypteriæ ℈ ij.
Macedonici,
Pyrethri ana ℈ ij. G. xiv.
Piperis ʒ j ℈ ij. G. vij.
Sem. Rutæ,
Spicæ,
Pulegii ana ℈ ij. G. xiv.
Pæoniæ ℈ j. G. vj.
Cyperi ℈ j. Sinoni ℈ ij.
Schœnanthi ℈ j. G. xiij.
Caryophyllorum ℈ ij.
Rad. Capparis, Cymini ana ʒ j.
Apii, Sabinæ ana ℈ ij. G. xiij.
Xylobalſami ℈ j. G. xiv.
Mellis q. ſ. eſt.

Datur in modum avellanæ majoris cum aqua poſt balneum, ſi cum febre eſt: ſi verò ſine febre, cum vino, aut mulſo. *Ad multas mulierum paſſiones valet: menſtrua educit, & fœtum in utero occidit, & poſtea extrahit, & poſt partum, quæ non ſunt purgata, purgat, & ad ſalutem perducit, petram in veſica rumpit & purgat: urinam movet, ſtranguriam ſanat, hepatis emphraxim curat, ſclirofim in ſplene ſanat, & ad omnia interiora magnum bonum facit: & ad ſtomachi indigeſtionem: & eos ſanat, qui colicam patiuntur:

A nephriticis prodeſt, viam totius corporis aperit, & fœtum mortuum, & ſecundinam educit, & veſicam purgat, ſtomachum calidum facit, ventoſitatem conſumit, vomitum compeſcit. Cavendum tamen ab ejus uſu in fluxu hæmorrhoidum, aut ventris. *Nicolaus.*

*Vomitorium Andreæ.*

℞. Cort. rad. Thapſiæ ℥ vj.
Carthami excorticati ℥ iij.
B Cancellæ, Gummi Arabici ana ℥ j.
Succi Cucumeris aſinini ʒ ij.
Mellis Aſari, quantũ ſufficit, ad incorporandũ.

Conficitur ſic: Recipe duas partes mellis, & unã ſucci aſari, & fac bullire ſimul, donec poſſit benè deſpumari: quo deſpumato, & colato, incorpora pulverem ſpecierum, denique reſervetur in optimo vaſe ad uſum per annũ. *Eſt vomitorium leve, ſuave, quod purgat omnes humores ſine labore, principaliter datum cum calida per ſuperiorem regionem, & cum frigida per inferio-
C rem. Doſis ejus eſt quaſi ℥ ß. *Arnold. Villanov.*

*Vomitivum Nicolai.*

℞. Thapſiæ Panormitanæ, vel Aragonenſis in menſe Maji, ſive Julii collectæ ℥ iij.
Cort. rad. Raphani ℥ j ß.
Croci Africani ſive medullæ carthami ℥ j ß.
Nucis vomicæ ℥ ß.
Aſari ℥ j.
Mellis Aſari q. ſ. eſt.

D In duabus libris mellis deſpumati adde ℥ iv. ſucci aſari, & bulliat ad ſucci conſumptionem. Et ſi ſuccum habere non volueris, pone thapſiæ, aſari ana ℥ ij ß. & dimidiam catapuciarum, & totum depone in aqua marina, & bulliat uſque ad medietatem, & aqua ponatur in ℔ ij. mellis deſpumati, & coque uſque ad aquæ conſumptionem, & cum tali melle confice. Datur manè in modum caſtaneæ cum tepida, vel oxyſacchara, duris hominibus cum tota ſubſtantia: debilibus cola-
E tura tantũ. *Frigidos & calidos purgat humores, choleram rubeam, & phlegma: datur quotidianæ veræ, & tertianæ nothæ: delicatis datur etiam cum ſyrupo acetoſo: ſedat veram tertianam debilitatem & nauſeam à ſuperfluis & acutis humoribus factam aufert.

*Vomitivum Patriarchæ.*

℞. Thapſiæ ℔ j.
Croci Aphricani ſive ſem. Carthami ℥ iv.
Cinnamomi, Aſari,
F Catapuciæ ana ℥ ij. Mellis q. ſ. eſt.

Detur cum tepida ante acceſſionem. *Nicolaus.*

*Aliud Patriarchæ.*

℞. Thapſiæ ℔ iij. Aſari ℔ ij.
Caſtaneolæ vomicæ ℔ j.
Canellæ ℥ iix. ſem. Atriplicis ℔ j.
Granorum Catapuciæ excort. ℥ iij.
Gummi Arabici ℥ iv.
Mellis quantum ſufficit.

Doſis ejus eſt uſque ad ℥ ij. Servatur per annum. *Arnoldus Villanovanus.*

Vomi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0436-6 DFG

*Vomitivum aliud.*

℞.Thapſiæ ʒ iv. Aſari baccari,
Cinnamomi,
Croci hortulani ana ℥ j.
Sem.Atriplicis ℥ ß.
Mellis quantum ſufficit.

Detur in modū caſtaneæ cum calida. *Valet tertianariis, & quartanariis, ſed maximè competit quotidianariis. *Nicolaus.*

*Vomitorium Scarpellæ.*

℞.Cort.rad.Thapſiæ ℔ j.
Sem.Carthami excort. ℥ iv.
Avellanarum, Aſari ana ℥ ij.
Gran.Catapuciæ excort. ℥ j.
Mellis quantum ſufficit.

Conficitur ſic: Tolle ℔ ß.cort.thapſiæ & ℥ ij. tere aliquantulum, & coque cum aqua marina uſq; ad conſumptionem medietatis aquæ: deinde commiſce aquam colatam cum duabus partibus mellis cocti & deſpumati, & coque iterum uſque
C ad conſumptionem aquæ: quo facto catapuciam cum aliquantulo melle adjice: deinde adde pulverem ſpecierum, & commiſce totum diligenter, & reconde, & ſi vis, adde gummi Arabici: & utere ſic ad omnes quotidianarios, & tertianarios, ad ſuperius cum calida, & ad inferius cum frigida. Doſis ejus ad ʒ iij. *Probatiſſimum febribus interpolatis poſt ſeptem acceſſiones. *Arnold. Villanovanus.*

*Electuarium ex Elleboro vomitorium.*

℞.Ellebori albi ſicci & inciſi ℔ j.
Aquæ ℔ xij. vel xiij.

Fiat infuſio per tres dies naturales: hinc fiat decoctio ad medietatis exhalationem: factaque diligenti expreſſione, abjiciatur elleborum: adde Mellis libras tres: reperatur coctio tamdiù dum mellis ideam & conſiſtentiam induat: hoc electuarium in vitreo vaſe exceptum, uſui reponatur. Doſis eſt ab ℥ j ß ad ℥ ij. in tenuioribus à ʒ ij.
E ad ℥ ß. exhibetur ex mulſa, vel aqua ſaccharata: & omnium optimè cum decocto aniſi. Si quis boli conſiſtentiam malit, coquatur prunis ardentibus in bolum. Quòd ſi decipiendi ſint ægri, placentulis aut paſtillis illud includemus. *Heurnius.*

*Vomitorium ex Vitriolo.*

Vitriolum Romanum exiccatum vel Chalcanthum diſſolve in aqua, depuretur per reſidentiam depuratā. evapora: quod in fundo erit, pro-
F pinabis ad grana duo, cum conſervæ roſatæ, roriſmarini, vel bugloſſi drachma. *Hoc vomitorium valdè movet: & à vomitu æger aqua carnis nutriendus. *Heurnius.*

## DE ELECTUARIIS minùs uſualibus: ac primùm de electuariis calefacientibus caput.

*Electuarium ad morbos capitis frigidos.*

℞.Conſervæ capillorum Veneris ℥ j.
A Conſervæ Anthos, Zingiber.conditi ana ʒ iij.
Cineris hirundinis ℥ ß.
Coralii rubri uſti ʒ j.
Piperis tenuiſs. pulverizati ʒ j ß.

Cum ſyrupo de ſtœchade fiat electuariū. *Rondel.*

*Aliud.*

℞.Summitatum Roriſmarini,
Cinnamomi, Macis, Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum ana ℥ ß.
Hirundinum, Caſtorii, Priapi tauri ana ℥ j.

B Simul colligata, in olla perforata impoſita in furno urantur, donec in cineres redigantur: qui poſtea lavantur, ſi timeatur odor uſtionis. Et ex cinerib. iſtis cum pauco ſaccharo & ſyrupo de ſtœchade fiat electuarium. *Valet ad paralyſim, convulſionem, plenitudinem, & oculorum theumatiſmos, & aliarum partium, ad articulorum dolores à morbo Gallico, & alios affectus, in quibus multùm excitandum eſt. *Rondeletius.*

C *Electuarium opticum.*

℞.Spec. Pliriſarcotici, ſem. Fœniculi ana ʒ j.
Macis, Cubebarum, Cinnamomi,
Piperis longi, Caryophyllorum ana ℈ ß.
Euphragiæ ℥ ß.
Succi Salviæ, ſucci Rutæ,
Succi Chelidonii ana ℥ j ß.
Sacchari clarificati ℥ j.
Mellis roſati ℥ v.

Coquantur ſucci cum melle ad ſpiſſitudinem,
D deinde ſpecies tritæ addantur. * Valet in viſus imbecillitate undecunque proveniente, & ſuffuſionibus. *Adolphus Occo.*

*Electuarium ad memoriam.*

℞.Majoranæ, Meliſſæ, Beton. Salviæ ana ʒ iij.
Balſamitæ, Squinanthi, Marathri ana ʒ j.
Baccarum Lauri, ſemin. Pæoniæ,
Aniſi, Anthos ana ʒ iij.
Semin. Ocymi, ſemin. Sinapis, Sileris montani
E ana ʒ j. Cyperi ʒ iij.
Tormentillæ, Cubebarum, Nucis moſchatæ,
Cinnamomi, Piperis longi, Caryophyllorum,
Zedoariæ, Cardamomi, Zingiberis ana ʒ ij.
Coriandri præparati in aceto paſſulato ℥ ß.
Glycyrrhizæ raſæ, Myrobal. Chebulorum,
Citrinorum, Indorum, Belliricorum ana ʒ ij.
Polypodii, Maſticis, Been albi & rubri, Coralii
ana ʒ j. Moſchi ℈ j.
Sacchari ℥ ij.

F Fiat pulvis. De hoc pulvere ℞. ℥ j.
Conſervæ Anthos, Citri ana ℥ j.
Carnium Citoniorum, Uvarum paſſ. ana ℥ ij.

Cum aqua meliſſæ & majoranæ fiat electuarium ad lentum ignem. *Confortat memoriam, cerebrum, & omnes virtutes corporis. *Arnold. Villan.*

*Aliud, ad idem.*

℞.Myrobal. omnium, Piperis longi ana ʒ ij.
Coſti, Anacardi, Baccarum Lauri,
Butyri vaccini, Sacchari ana ʒ vj.
Cyperi ʒ ij.

Teratur anacardi per ſe, poſtea alia: & confician-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0437-2
DFG

tur cum butyro & melle in æquali quantitate prius bullitorum. Dentur ʒ ij. cum aqua decoct. apii, fœniculi, & meliſſæ. *Idem.*

# DE ELECTUARIIS calfacientibus cor.

### *Electuarium cor frigidum alterans & corroborans.*

℞. Zedoariæ, Carabe, Coralii rubri, Macis,
Cinnamomi, Cardamomi, Caryophyllorum,
Radicum Acori ana ʒ j.
Margaritarum, Stœchados ana P. j.
Tormentillæ, ſem. Baſilici, Spodii,
Piperis longi ana ℈ j.
Moſchi parum, Sacchari quantum ſufficit.

Fiat electuarium. *Heurnius.*

### *Electuarium pro corde & palpitatione.*

℞. Confectionis Alchermes ℥ ß.
Conſervæ rad. Bugloſſæ ℥ j.
Conſervæ flor. Anthos ℥ ß.
Spec. Diamarg. frigidi ʒ j.

Cum ſyrupo de pomis redolentibus fiat electuarium: quo ſumpto, ſuperbibant parum vini, diluti aqua borraginis vel bugloſſæ. *Rondeletius.*

### *Electuarium pro palpitatione à flatibus.*

℞. Spec. Aromat. roſ. ℥ j.
Spec. Diarrhod. Abb. Conf. Alchermes ana ʒ j.
Corticis Citri ſaccharo conditi ℥ j.
Conſervæ Bugloſs. conſervæ Anthos ana ʒ iij.

Cum ſyrupo conſervationis Citri fiat electuarium. Capiat ante & poſt paſtum, ſuperbibendo parum vini, cum aqua menthæ & abſinthii diluti. *Rondeletius.*

### *Electuarium pro palpitatione ab aqua.*

℞. Electuarii prædicti ℥ ij.
Coralii rubri uſti & loti, aquæ Meliſſæ añ ʒ ij.
Raſuræ Eboris ʒ j.
Pulv. Margaritarum ʒ ß.

Cum ſyrupo conſervationis cort. Citri fiat electuarium. Capiat ſerò & manè. *Rondelet.*

### *Electuarium cordis.*

℞. Coral. rub. Macis, Oſſis de corde Cervi,
Ambræ, Margaritarum, Cryſtalli,
Auri cocti, Argenti meri, Oſſis eboris,
Sapphyri, Rubini, Hyacinthi ana ʒ v.
Balſami ʒ ij. Moſchi ʒ ß.
Anthos, Spodii, Sandalorum,
Caryophyllorum, Galangæ, Calami aromat.
Cubebarum, Spicæ Indicæ, Cort. phiſticorum,
Sem. baſiliconis, Cardamomi, Piperis longi,
Baccarum Lauri, Pyrethri ana ʒ iij.
Styracis calamitæ, Magnetis,
Myrrhæ, Opii Thebaici ana ʒ j.
Sem. Pæoniæ in novilunio collectæ,
Flor. Liliſagi, Majoranæ, Balſamitæ,
Ameos, Ariſtolochiæ, Anthos ana ʒ iij.
Croci Orient. ʒ ß.
Ligni Aloës. ſem. Papaveris albi ana ʒ ij.
Sacchari, quod ſufficit.

A Fiat electuarium. Doſis à ʒ ij. uſq; ad iij. cum vino calido. * Conſervat totam naturam, & eam reddit hilarem: aufert laſſitudinem membrorum principalium: ſubvenit triſtibus, & melancholicis: juvat paralyticos. *Petrus Aponenſis.*

### *Electuarium confortans mineram omnium virtutum.*

℞. Roris Majalis collecti de mundiſs. herbis deſtillati ℔ ij.
B Sacchari ℥ iix.

Coquantur lento igne uſq; ad conſumptionem roris: poſtea adde aquæ ſtillatitiæ florum vel cort. Citri, aquæ Meliſſę ana ℥ j. incorpora ad Solem fortiſſime, benè agitando cum ſpatula: & ſic permitte ſtare in vaſe panno ſubtili cooperto, per dies tres, donec inſpiſſetur: poſtea

℞. Aquæ ſtillatitiæ ſanguinis humani ℥ ij.
Sanguinis draconis ℥ ß.

C Diſtempera, & miſce totum cum jam ſupradicto ſaccharo, & fortiter incorporetur ad Solem: deinde

℞. Croci Orientalis ℈ iv.
Balſami electiſſimi ℈ j.
Moſchi ℈ ß. Roſ. ſiccarum ℥ ß.
Ligni Aloës ℥ j. Auri foliati ℈ j.
Coralii rubri ℈ ß.
Margaritarum Orient. ʒ ß.

Incorpora fortiter, & ſic permitte vas coopertũ, donec exiccetur, & ſervetur. * Cor lætificat, calorem naturalem, & ſpiritus, & principalia membra adjuvat: confortat humidum radicale: ab ægritudinibus peſtilentibus, & ab omnibus venenis conſervat: juventutem prolongat, & ſenectutem retardat: hominem in ſuo vigore tenet, & conſervat. *Arnoldus Villanovanus.* D

### *Electuarium.*

℞. Conſervæ Roſarum ℥ iv.
Conſervæ Bugloſſæ ℥ ij.
E Cort. mali citri conditi ℥ j.
Chebulorum conditorum ℥ ij.
Cinnamomi electi ʒ j.
Sandali rubri, Coralii rubri,
Serici coccinei crudi, conciſi,
Croci, Margaritarum ana ʒ ß.
Fol. auri, Fol. argenti ana ℈ j.
Moſchi, Ambræ ana G. ij.

Funde omnia ſimul ſucco citri, vel limonis ſaccharo cocti. * Spiritus fovet, nutrit, roborat, ingenium acuit atq; illuſtrat. *Marſilius Ficinus.* F

### *Aliud.*

℞. Amygdal. dulcium ℥ iv.
Pinearum mundat. ſem. Cucumeris ana ℥ ij.
Sacchari candidi ℥ iv.
Sacchari albiſſimi ℔ j ß.

Funde cuncta hæc aqua roſ. atq; limonis, & citri, in quam extinctum fuerit ignitum aurum, & argentum, ſimul coque ſuaviter, demum adde

Cinnamomi, Been rubri, Coralii rubri ana ʒ j.
Margarit. alb. Croci, Serici crudi, triti ana ʒ ß.
Fol. Argenti, fol. Auri ana G. xij.

*Hyacinthi,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0438-8
DFG

Hyacinthi, Smaragdi,
Sapphyri, Carbunculi ana ℈ j.
Moſchi, Ambræ ana G. ij.
Fiat electuarium. *Idem.*

## DE ELECTUARIIS excalfacientibus pulmonem.

### *Electuarium pectorale.*

℞. Succi Glycyrrhizæ ℥ ß.
Hyſſopi, Capillorum Veneris, Ireos,
Sem. Urticæ, Ariſtolochiæ rot. ana ℥ j ß.
Piperis nigri, ſem. Naſturtii,
Rad. Enulæ ana ʒ ß.
Avellanarum,
Amygdal. dulc. ana ℥ ß.
Pinearum ℥ j.
Mellis ℥ xiv.
Fiat electuarium. *Hoc ego uſus ſum in aſthmate, & præ cæteris miram ejus efficaciam expertus ſum. *Adolphus Occo.*

### *Electuarium ad tuſſim mirabile.*

℞. Enulæ campanæ,
*Rad. Althææ ana ℥ iix.*
Cotoneorum ℥ xvj.
Mellis albi ℔ iij.
Contuſa miſceantur cum melle, & coquantur: in fine decoctionis auferatur ab igne, addanturque pro qualibet libra
Croci ℈ j.
Cinnamomi ʒ j.
Sulphuris triti ℥ iv.
Glycyrrhizæ ℈ j.
Moſchi ℈ ß.
Miſce, & ſerva ad uſum. Uſus ejus eſt manè ſtomacho vacuo & veſperi. *Fioravantus.*

## DE ELECTUARIIS calfacientibus ventriculum.

### *Electuarium pro refrigerato ventriculo.*

℞. Spec. Aromat. roſ. ʒ j.
Spec. Diagalangæ,
Spec. Diarrhod. Abb. vel
Roſatæ novellæ ana ʒ iij.
Sacchari parum.
Cum ſyrupo conſerv. cortic. Citri fiat electuarium. Sumatur ad quantitatem avellanæ, ſuperbibendo parum vini diluti aqua Abſinthii, vel Menthæ. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

℞. Zingiberis conditi cum ſaccharo ℥ j.
Spec. Aromat. roſ. ʒ ij.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒ iij.
Cum ſyrupo de Mentha fiat electuarium. Capiat ut antea dictum eſt. *Rondeletius.*

### *Electuarium ad ventriculi corroborationem.*

℞. Cort. Citri cum ſaccharo conditi, loti in vino ℥ ij.
Spec. Aromat. roſ. ʒ j.
Aniſi ʒ iij.
Fœniculi ʒ ij.
Sem. Rutæ, ſem. Viticis ana ʒ j.
Cum ſyrupo de mentha fiat electuarium. *Rondel.*

### *Aliud.*

℞. Menthæ ſiccæ ℥ ij.
Sem. Viticis ℥ iij.
Aniſi, Fœniculi ana ʒ ij.
Sem. Rutæ ʒ j.
Cort. Citri ſicci, Coralii rubri, uſti & loti in aqua Rutæ ana ʒ ij.
Cum ſyrupo de Mentha fiat electuarium. Sumatur ad quantitatem fabæ ante paſtum.

### *Electuarium corroborans & conſtringens ventriculum.*

℞. Conſervæ Enulæ campanæ,
Conſervæ Anthos ana ʒ ij.
Pul. Iridis Venetæ ʒ iij.
Sem. Viticis, Rutæ ana ʒ ij.
Rad. Biſtortæ, ſem. Uvarum ana ʒ j.
Rad. Cyperi ʒ ß.
Cum ſyrupo de Mentha fiat electuarium. *Rondel.*

### *Electuarium confortans ſtomachum, & digeſtivum.*

℞. Roſarum rubr. Nucis moſchatæ,
Glycyrrhizæ raſæ, ſem. Cucumeris ana ʒ j ß.
Flor. Violarum, Caryophyllorum,
Spodii, Amyli,
Sem. Meliſſæ ana ʒ j.
Spicæ nardi, Sandali albi & rubri,
Tragacanthi, ſem. Citrulli ana ʒ ij ß. G. iv.
Margaritarum, Ambræ,
Limaturæ Auri, Argenti ana ʒ j.
Sacchari ℔ iij.
Fiat electuarium. Doſis eſt à ʒ ij. uſq; ad ℥ ß. manè cum vino remollitionis Galangæ & Zingiberis. *Arnoldus Villanovanus.*

### *Aliud.*

℞. Rad. Gentianæ,
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ,
Myrrhæ, baccarum Lauri,
Carvi, Fœniculi ana ʒ iij.
Caryophyllorum, Galangæ,
Zingiberis ana ʒ j ß.
Mellis quantum ſufficit.
Fiat electuarium. * Valet contra omnes morbos à frigiditate, ventoſitate, & materia groſſa, expertum ſtomacho, inteſtinis, colica, capite. Valet etiam contra vermes & venenum.

### *Aliud.*

℞. Cotoneorum inciſorum, Mellis albi ana part. j.
Aquæ Roſarum part. dimidiam.
Coquantur ſimul uſque ad conſumptionem a-

quæ per ſetaceum pellantur omnia: & pro qualibet libra adde
Mellis ℥ vj.
Denuò coquantur: in fine adde
Zingiberis albi ℈ j.
Cinnamomi ʒ j.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ,
Ligni aloës, Calami aromatici,
Piperis nigri ana ℈ ij.
Croci ʒ j. Moſchi G. v.
Quintæ eſſentiæ noſtræ ℥ j.
Olei Tartari, olei Sulphuris,
Olei Vitrioli ana ℈ j.
Maſticis ℥ ß.
Miſce, & fiat electuarium, & ſervetur in vaſe vitreo optimè clauſo. *Ventriculum confortat: virtutem debilem reſtaurat: appetitum excitat: urinam provocat. *Fioravantus.*

## DE ELECTUARIIS calfacientibus hepar.

### *Electuarium ad Icterum.*

℞. Conſervæ capill. Veneris,
Conſervæ rad. Apii ana ℥ j ß.
Conſer. flor. Cichorii, vel
Conſer. flor. Calendulæ ana ℥ j.
Spec. Triaſandali ʒ ij.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒ j.
Quatuor ſem. frig. majorum minutim inciſorum ana ʒ ij.
Cum ſyrupo Endiviæ fiat electuarium. Capiat ut ſuprà, ſuperbibendo aquæ Graminis, vel Cichorii ℥ j. *Rondeletius.*

### *Electuarium ad aquam inter cutem.*

℞. Conſer. flor. Cichorii,
Conſer. capill. Veneris ana ℥ j.
Spec. Diarrhod. Abb.
Aromat. Roſ. ana ʒ j.
Spec. Triaſandali ℥ ij.
Hepatis Lupi ʒ j.
Cineris inteſtinorum Lupi ʒ ij.
Cum ſyrupo ex Eupatorio fiat electuarium. Capiat ad quantitatem avellanæ, & ſuperbibantur aquæ Abſinthii ʒ ij. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

℞. Conſer. Anthos,
Conſer. rad. Apii,
Spec. Aromat. Roſ. ana ℥ j.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒ j.
Trochiſcorum de Eupatorio ʒ ß.
Cum ſyrupo de Byzantiis, vel de Mentha, vel de Eupatorio fiat electuarium. De hoc capiat, ſuperbibendo vinum dilutum cum aqua Abſinthii. *Rondeletius.*

## DE ELECTUARIIS calfacientibus ſplenem.

### *Electuarium pro ſplene.*

℞. Conſer. rad. Apii ℥ j.
A Conſer. Ceterach,
Conſer. capill. Veneris ana ℥ ß.
Spec. Diarrhod. Abb.
Trochiſc. de Cappar. ana ʒ j.
Cum ſyrupo acetoſo fiat electuarium, de quo capiat, ſuperbibendo aquæ Fœniculi, vel Ferratæ, vel Aſparagi ℥ j. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

B ℞. Conſervæ Ceterach ℥ ij.
Trochiſc. de Cappar. ʒ j.
Spec. Diarrhod. Abb.
Spec. Diagalangæ ana ʒ j ß.
Limaturæ Chalybis, maceratæ in aceto, & tenuiſſimè tritæ ʒ iij.
Sem. Portulacæ ʒ j.
Cum ſyrupo acetoſo ſimp. fiat electuarium. Sumatur quotidie ad quantitatem avellanæ, ſuperbibendo parum aquæ Portulacæ, Tamariſci, vel ſyrupi acetoſi ſimplicis. *Idem.*

C

## DE ELECTUARIIS alterantibus cor calidum.

### *Electuarium cor calidum alterans & refrigerans.*

℞. Pulveris elect. Diamarg. frig. ʒ j ß.
Margaritarum electarum candidarum pulverizatarum in mortario marmoreo, ne candorem deponant, cum piſtillo ferreo ℈ j. D
Camphoræ G. ij. vel
Trochiſcorum de Caphura ℈ j.
Rad. Dictamni, Tormentillæ,
Cort. Citri ana ℈ j.
Conſer. Bugloſſæ, Nenupharis,
Roſarum unius aut omnium ad copiam binarum aut ternarum drachmarum,
Sacchari albi diſſoluti in aqua Roſarum vel Borraginis, quod ſatis fuerit, ut inde fiat electuarium in Tabulis, vel additis Serapii, fiat electuarium liquidum. *Heurnius.* E

### *Aliud.*

℞. Diarrhodonis Abbatis ſine moſcho ʒ iij.
Spec. trium ſandalorum ʒ j ß.
Conſer. Roſatæ,
Syrupi Violati ana ℥ j ß.
Fiat electuarium molle. *Idem.*

F

### *Elegans remedium in ſpirituum evanida vi.*

℞. Succorum denſatorum Acetoſæ,
Endiviæ,
Rad. Quinquefolii ana ℥ j.
Limaturæ Auri ℈ ij.
Caphuræ ʒ j.
Serici crudi ʒ ij.
Sem. Citri ℥ ß.
Conſer. fol. Endiviæ, Acetoſæ ana ℥ j.
Cum ſyrupo de acredine Citriorum fiat electuarium. Datur à ſemidrachma ad ſemunciam. *Idem.*

DE ELE-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0440-8
DFG

## DE ELECTUARIIS refrigerantibus ventriculum.

### *Electuarium ad ventriculum refrigerandum.*

℞. Conſer. Roſarum,
Conſer. Nenupharis ana ℥ ß.
Spec. Diamarg. frig.
Spec. Triaſandali ana ʒ ij.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒ ß.
Coralii rubri ʒ j ß.
Cum ſyrupo violato fiat electuarium. *Rondelet.*

### *Electuarium contra ſtomachi ardorem.*

℞. Conſervæ Roſarum veteris ℥ ij.
Lapidum Cancrorum tritorum ℥ j.
Boli Armeni parum. Miſce ſimul.

### *Electuarium ad humectationem ventriculi, totiusq́ corporis.*

℞. Conſer. rad. Bugloſſæ, conſer. Borraginis,
Conſer. Violarum, conſer. Satyrionis ana ℥ j.
Pinearum infuſ. in lacte,
Quatuor ſem. frig. major. mundatorum,
Sem. Bombacis ana ʒ ij.
Carnis teſt. præparatarum ℥ j.
Aniſi ʒ j.
Cinnamomi ℈ j.
Cum ſyrupo de Bugloſſa, vel Borragine fiat electuarium. *Rondeletius.*

### *Electuarium ad humiditatem reſtaurandam.*

℞. Glycyrrhizæ raſæ, Roſarum rubr.
Aniſi, Sacchari albi ana ʒ ij. G. vj.
Gummi Arabici, Tragacanthi ana ʒ iij. ℈ ij.
Sandali albi & rubri ana ℈ iv.
Sem. Papaveris albi, ſucci Glycyrrhizæ,
Amyli, ſem. Portulacæ,
Sem. Scariolæ, ſem. Lactucæ ana ℥ ß.
Quatuor ſem. frig. mundat.
Sem. Cydoniorum mundat. ana ℈ ij.
Amygdalarum mundat. Pinearum,
Sebeſten, Cinnamomi,
Styracis calamitæ, ſem. Bombacis,
Sem. Malvæ, Violarum,
Nenupharis, Berberis ana ℥ ij.

Confice cum ſyrupo, quando quæritur confortatio interiorum; vel cum ſyrupo decoct. Gummi Arabici, Tragacanthi & Roſarum, quando quæritur humectatio ſpiritualium. Doſis ejus eſt à ʒ ij. uſque ad ℥ ß. Servatur per annum. * Vires corporis ex longa infirmitate, & ſpiritus, & humiditatem reſtaurat. Propriè reſpicit peccatum ſecundæ digeſtionis. Datum cũ decoctione Violarum & Sandal. confortat hepar & ſtomachum à ſiccitate læſos, & à caliditate. Datum cum decoctione Hordei & Glycyrrhizæ, confert valdè attenuatis, ſuppuratis & conſumtis, & curat ſiccitatem pectoralium, & tuſſim. Datũ in infuſio-

A ne Croci reſtaurat vires cordis, & humiditatem. Datum cũ vino lymphato, confert impedimento conceptionis ex ſiccitate. *Arnol. Villanovanus.*

### *Electuarium reſtaurativum.*

℞. Conſer. Roſarum ℥ j.
Conſer. Borraginis, conſ. Violarum ana ℥ ß.
Rad. Cichorii condit.
Cort. Citri condit. ana ʒ iij.
Spec. Diarrhodon Abb. ℈ ij.
Spec. Diambræ ʒ ß.
B Spodii, vel Spicæ Indicæ,
Coralii rub. præpar.
Margarit. præparat. ana ℈ j.
Cum ſyrupo Citri conditi fiat electuarium. *Ranzovius.*

## DE ELECTUARIIS refrigerantibus hepar.

### *Electuarium ad calefactum hepar, cum obſtructione.*

C
℞. Conſer. flor. Cichorii,
Conſer. Capill. Veneris ana ℥ ß.
Conſer. Violarum ʒ iij.
Spec. Diatragacanthi frig.
Spec. Triaſandali ana ʒ ij.
Cum ſyrupo Endiviæ fiat electuarium. *Rondelet.*

## DE ELECTUARIIS aſtringentibus.

D

### *Electuarium pro Ventriculo laxato.*

℞. Myrobal. conditorum N. j. vel
Carnium Citoniorum,
Carnium Citri conditi,
Zingiberis conditi ana ℥ j.
Spec. Aromat. roſati ℥ ij.
Raſuræ Eboris,
Coralii rub. uſti, loti in aqua Menthæ ana ℥ ij.
Cineris inteſtinorum Gallinæ,
E Cineris inteſtinorum Lupi ana ℥ iij.
Cum pauco ſyrupo conſervæ corticum Citri fiat electuarium. *Rondeletius.*

### *Electuarium pro Lienteria.*

℞. Myrobal. Emblicorum N. j. vel
Carnis Cytoniorum ℥ j.
Corticum Citri conditi ℥ j.
Pulveris Diacitonites ʒ ij.
Spec. Diarrhodon Abb.
F Spec. Roſatæ novellæ ana ʒ j.
Coralii rubri uſti ʒ j ß.
Conſervę Acori colatæ, & transmiſſæ per cribrum ℥ vj.
Cum miva Cytoniorum fiat electuarium. Capiat ante cibum. *Idem.*

### *Electuarium pro Dyſenteria.*

℞. Carnis Cytoniorum conditæ ℥ j.
Conſer. Roſ. antiquæ ℥ j ß.
Coralii rubri,
Boli Armeni ana ℥ ij.
Spec. Diamarg. frig. ʒ j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0441-4

Cum miva Cytoniorum fiat electuarium. Capiat mane. *Idem.* A

## DE ELECTUARIIS urinas & menſes moventibus.

### *Electuarium ad urinas & menſes movendos.*

℞. Conſervæ Eryngii,
Conſ. rad. Paſtinacæ agreſtis ana ℥ j.
Trochiſcorum de Myrrha ʒ iij.
Cinnamomi ʒ ij.

Cum ſyrupo de Arthemiſia fiat electuarium. Sumatur manè, deinde ſuperbibendo cyathum vini Hippocratici, vel decoctionis Pulegii, aut Calaminthæ. *Idem.*

### *Electuarium ad menſes movendos.*

℞. Succi Eryngii, ſucci Sabinæ,
Succi Pulegii, depuratorum ana ʒ iij.
Cinnamomi, Aſari,
Myrrhæ, Croci ana ʒ j.
Sem. Nigellæ ʒ ß.

Miſceantur, & fiat electuariũ. Ad dulcorandum adde parum ſyrupi de Arthemiſia. *Idem.*

## DE ELECTUARIIS frangentibus calculum.

### *Electuarium ad calculum.*

℞. Succi Portulacæ,
Fœniculi marini ana ℥ ß.
Sem. Palyuri ℥ j.
Aſari, Ochræ ana ʒ iij.
Cinnamomi, Seſeli ana ʒ j.

Cum ſyrupo de Byzantiis, vel de quinque rad. fiat electuarium. Parantur etiam ex Lithontribone lapide Judaico, additis ſuccis vel ſyrupis convenientibus. *Idem.*

## DE ELECTUARIIS Venerem ſtimulantibus.

### *Electuarium ad Venerem.*

℞. Conſervæ rad. Eryngii,
Zingiberis conditi ana ℥ j.
Teſticulorum gallor. decoct. in lacte ℥ ß.
Pinearum mundatarum, & in lacte maceratarum ℥ j.
Amygdalarum dulcium,
Avellanarum maceratarum in melle per diem ana ℥ ß.
Sem. Bulbi ʒ j.

Cum ſyrupo conſervæ cortic. Citri fiat electuarium, de quo ſumatur ante paſtum. *Idem.*

### *Aliud.*

℞. Conſervæ Satyrionis ʒ ij.
Cort. Citri conditi ℥ ß.
Avellanarum in melle maceratarum N. x.
Pinearum,
A Piſtaciorũ in butyro breviter frixorũ ana ℥ j.
Carnis Teſtudinis decoctæ cum eruca ℥ ij.
Cinnamomi ʒ ß.

Cum ſyrupo conſervationis Eryngii fiat electuarium. Sumat ad quantitatem nucis. *Idem.*

### *Electuarium pro iis, quibus ſemen eſt acre.*

℞. Pinearum conditarum cum ſaccharo ℥ ij.
Rad. Paſtinacæ agreſtis ℥ j.
B Caulium, Lactucæ,
Carnium Cucurbitæ conditæ cum ſaccharo ana ℥ j ß.
Carnis teſtudinis coctæ cum Oryza ℥ ij.

Cum ſyrupo conſervationis Satyrionis fiat electuarium. Sumat ad nucis quantitatem tribus horis ante paſtum. *Rondeletius.*

### *Electuarium ad Venerem, Avicennæ.*

℞. Caudæ Scinci ℥ j ß.
C Sem. Napi, Bauciæ,
Alleſi, Cepæ albæ,
Urticæ, Erucæ ana ℥ j.
Melanopiperis, Leucopiperis,
Macropiperis ana ʒ v.
Cepæ muris aſſæ ℥ ß.
Pinearum ℥ ij ß.
Pyrethri ℥ ß.
Linguæ avis ʒ vj.
Cerebellorum paſſerum ℥ ß.
Teſticulorum galli ℥ j.

D Tere, & confice cum Butyro vaccino & Melle, & ſit Butyri tertia, & Mellis tertiæ duæ, & repone in vaſe. Doſis ejus eſt ʒ ß. cum vino dulci poſt cibum. Sperma auget: & convenit Regibus.

### *Electuarium ad libidinem augmentandam.*

℞. Sem. Seſeleos, Erucæ,
Aniſi, Lini, Piperis,
E Pyrethri, Seſami purgati,
Farinæ Cicerum ana ʒ ij.

Tere. & confice cũ oleo ſeſamino recenti: adde
Penidiorum ad pondus omnium,
Mellis quantum ſufficit.

Fiat electuarium. *Idem.*

### *Electuarium ad coitum augmentandum.*

℞. Sileris montani, Cymini,
F Sem. Urticæ ana ʒ x.
Zingiberis ʒ xv.
Satyrionis ʒ v.
Pinearum mundat. ʒ xx.
Aniſi ʒ vj.

Tere, & frica cum Butyro: tempera cum Melle deſpumato. Doſis ℥ ß. in introitu lecti. *Iſaac.*

### *Electuarium ad libidinem augendam.*

℞. Uvam paſſam,
Daucum domeſticum,

Et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0442-9
DFG

Et abjice interiora, tere diutiſſimè cortices, & adjunge
Gummi Arabici ℔ j.
Pone in frixorium ſtanneum, & ſuperadde
Olei Seſamini ℥ j. frica, & pone
Mellis ℔ iij.
Dimitte uſquequò condenſentur: admiſce Vitellos ovi N. v. ab igne remove, & adde
Galangæ ʒ ij.
Sem. Urticæ, Piperis longi,
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Sem. Rapæ, Ceparum,
Dauci ana ʒ ij.
Commiſce diligenter. Si volueris tingere, adde Croci ʒ ij. poſtea reconde in vaſe vitreo, & uſui reſerva. *Arnoldus Villanovanus.*

*Aliud Venerem excitans.*

℞. Sem. Aſparagi, Satyrionis ana ℥ j.
Bedeguar, Been albi & rubri,
Zingiberis ana ʒ iij.
Sem. Erucæ, ſem. Dauci,
Sem. Ceparum, ſem. Urticæ ana ʒ ij.
Sem. Sileris montani aſſi,
Umbilicorum ſcincorum ana ℥ ß.
Cardamomi ʒ iij.
Linguæ avis ʒ j.
Sacchari quart. j.
Tere, & per tempora dabis ℥ ß. cum lacte, vel mulſa, ſerò & manè. *Idem.*

*Aliud ad idem, pro iis, qui non poſſunt coire ex frigiditate.*

℞. Spec. Diagalangæ ʒ j.
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Satyrionis ana ℥ j.
Pyrethri, Piperis,
Sem. Urticæ, ſem. Dauci,
Sem. Lini, ſem. Carvi,
Sem. Sileris montani ana ʒ ß.
Penidiorum ℥ ij.
Tere & tempera cum Melle, & repone. Doſis ad modum avellanæ ante prandium, & poſt cœnam. *Arnoldus Villanovanus.*

*Electuarium contra ſterilitatem.*

℞. Vitell. ovorum N. vj.
Butyri recentis, ſevi Capræ ana quart. j.
Priapi Tauri, Satyrionis, Zedoariæ,
Zingiberis conditi, Menthæ,
Teſticulorum gallorum, teſtic. Vulpium,
Teſtic. Mutonis, teſtic. Verris ana ℥ j.
Cerebellorum Paſſerum aſſatorum ℥ ij.
Medullæ nucis Indicæ, Pinearum,
Piſtaciorum ana ℥ j ß
Fiſticorum, Amygdalarum dulc.
Dactylorum, Avellanarum coctarũ ana ℥ j ß.
Sem. Malvæ, ſem. Mercurialis, ſem. Erucæ,
Caryophyllorum, Zingiberis,
Piperis longi, albi & nigri,
Sem. Linguæ avis,
Cinnamomi ana ℥ ij.
Iſta omnia mundificentur, temperentur, & co-

A quantur in lacte ovino, vel vaccino, & pòſt fortiter conterantur, & addantur
Caudarum ſcincorum ℥ ß.
Mellis Roſ. ℔ ij.
Panis Sacchari ℔ vij.
Conficiatur lento igne, diù agitando, decoquantur ad electuarii conſiſtentiam, quo continuè manè & ſerò utatur. *Arnold. Villanovanus.*

B

## DE ELECTUARIIS Venerem minuentibus.

*Electuarium ad ſeminis profluvium, & Venerem minuendam.*

℞. Conſervæ Nymphææ ℥ ij.
Caulium Lactucæ ʒ j.
Coralii rubri, Cryſtalli ana ʒ iij.
Caphuræ ʒ ß.
Sem. Agni caſti ℥ ß.
Cum ſyrupo Myrtillorum fiat electuarium. *Idem.*

C

## DE ELECTUARIIS dolorem mitigantibus.

*Electuarium ad dolorem colicum.*

℞. Opii ʒ ij.
Caſtorii, Euphorbii, Styracis,
Myrrhæ, Piperis longi, nigri ana ℈ j.
Sem. Apii, ſem. Petroſelini,
D Sem. Cumini, Cinnamomi ana ℈ ij.
Cum melle deſpumato fiat electuarium. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Galangæ, vel Aromat. roſati, vel
Diambræ, vel Diamoſchi ʒ ß.
Opii diſſoluti in vino Malvatico vel Aqua vitæ ℥ j.
Croci, Caſtorii ana ℈ j.
Cum ſyrupo de ſtœchade fiat electuarium, vel opiata, de qua ſumatur ʒ j. cum vino & aqua Hyſ-
E ſopi. *Idem.*

*Electuarium pro dolore nephritico.*

℞. Glycyrrhizæ, Roſarum, Myrrhæ,
Styracis, Aſari, Spicæ Celticæ,
Schœnanthi, ſem. Palyuri,
Sem. Halicacabi, ſem. Biſmalvæ ana ʒ j.
Sem. Apii, Petroſelini,
Rubiæ majoris ana ʒ ß.
Opii ʒ ij.
F Croci ℈ j.
Cum ſyrupo capillorum Veneris & pauca Terebinthina lota in aqua Graminis, vino albo fiat electuarium, vel opiata. Capiat à ℈ j. ad ʒ j. Poſt vomitum, vel detergentia medicamenta dentur. *Rondeletius.*

*Electuarium ad dolorem veſicæ cum ulcere.*

℞. Succi Glycyrrhizæ ʒ ß.
Myrrhæ, Styracis, Thuris, Maſticis ana ʒ j.
Gummi Tragacanthæ,
Gummi Arabici ana ℈ ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0443-5

Cort. Mandragoræ ʒ ij. A
Sem. Papaveris, ſem. Endiviæ,
Sem. Alkekengi,
Sem. Bismalvæ ana ℈ ij.

Cum ſyrupo Jujubarum fiat opiata. Sumatur ʒ j. longe à paſtu, ſuperbibendo decoctionis Hordei parum. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

℞. Succi Glycyrrhizæ, Styracis, Tragacanthæ,
Gummi Arabici, Amyli ana ʒ iij.
Boli Armeni ʒ ij. B
Opii ℥ j ß.

Cum ſyrupo Jujubarum fiat opiata. Capiat ut ſuprà. *Idem.*

### *Electuarium pro dolore in fluxu ventris.*

℞. Acaciæ, Hypociſtidis,
Carnis Cidoniorum,
Sumach, Gallarum ana ʒ j.
Coralli rubri uſti, & loti in aqua roſ. ʒ j ß. C
Opii ʒ j.
Cinnamomi craſſi, Cyperi ana ʒ ß.

Cum ſyrupo de Roſis ſiccis fiat electuarium. Addi poteſt ʒ j ß. Boli Armeni, vel Terræ ſigillatæ. *Idem.*

### *Electuarium ad uteri dolores.*

℞. Caſtorei, Myrrhæ,
Croci, Styracis ana ʒ ij.
Rad. Ireos, Spicæ Nardi,
Folii, Malabathri, D
Aſari ana ʒ j.
Opii ʒ j ß.

Cum ſyrupo de Arthemiſia fiat electuarium, vel opiata. Capiat ʒ j. ſuperbibendo parum vini albi, diluti aqua ex floribus Citri. *Idem.*

### *Aliud.*

℞. Spec. Diamoſchi,
Spec. Diambræ ana ʒ ij.
Caſtorii ℈ j.
Opii ʒ ß. E

Cum ſyrupo de Arthemiſia fiat opiata. Sumatur ʒ j. ut ſuprà. *Rondeletius.*

### *Aliud ad dolores cum ulcere.*

℞. Bdellii, Myrrhæ ana ʒ j.
Cort. Thuris, Sarcocollæ,
Maſticis ana ʒ j ß.
Amyli, Styracis ana ʒ ij.
Sem. Papaveris albi, ſem. Endiviæ,
Sem. Plantaginis ana ʒ j ß. F

Cum ſyrupo Jujubino fiat electuarium. Quòd ſi dolor non ſedetur, augeatur quantitas Opii ad ʒ iij. *Idem.*

## DE ELECTUARIIS purgantibus bilem.

### *Electuarium Diacarthami, Cholagogum.*

℞. Diagridii ℥ ß.
Turpeti ℥ j.
Sem. Carthami medullæ ℥ ß.
Cort. Citri ſicci,
Carnis Cydoniorum ana ℥ j.
Cinnamomi, Zingiberis,
Diatragacanthi frig. ana ʒ ij.
Syrupi Roſ. laxat. quantum ſatis eſt.

Fiat electuarium. Maxima doſis eſt ℥ ß. *Fel. Plat.*

### *Aliud electuarium purgans.*

℞. Scammoneæ præparatæ ℥ j ß.
Turpeti,
Sacchari candi ℥ ß.
Zingiberis ʒ j.
Cinnamomi ʒ j ß.
Galangæ ʒ ß.
Pulpæ ficuum extract. cum vino opt. ℔ ß.
Syrupi Liquiritiæ ℥ iij.

Fiat electuarium. *Idem.*

### *Electuarium aliud Cholagogum.*

℞. Diagridii ℥ ß.
Cinnamomi ʒ j.
Sandali albi, rubri ana ʒ ß.
Conſer. Roſ. recent. ℥ v.
Rob de Ribes ℥ j.
Succi Liquiritiæ ʒ j.
Maſticis ʒ ß.

Miſce, & fiat electuarium. *Felix Platerus.*

### *Aliud.*

℞. Scammoneæ præparatæ ℥ j ß.
Turpeti ℥ j.
Zingiberis, Caryophyllorum,
Piperis, Cinnamomi,
Pulpæ Cidoniorum coctæ cum Saccharo, quart. j.

Fiat electuarium. Doſis ʒ ij. *Felix Platerus.*

## DE ELECTUARIIS aquam purgantibus.

### *Electuarium hydragogum.*

℞. Succi Cucumeris aſinini,
Succi rad. Cucumeris aſinini,
Succi Laureolæ, ſucci Ireos purpurei,
Succi Abſinthii, ſucci Eupatorii ana ℥ iij.

Reſideat: quæ ſupernatat aqua, abjiciatur. Craſſiori verò parti inſperge

Rhabarbari, Agarici ana ℥ ß.
Spicæ Nardi indicæ, ſem. Endiviæ,
Sem. Scariolæ, ſem. Portulacæ,
Maſticis, Lappæ, Tragacanthæ,
Salis gemmæ ana ℥ j.
Mellis colati ℥ ß.

In vaſe vitreo repoſita agitentur in Sole, ut fiat veluti electuarium. Datur ʒ j. per intervalla hydropicis. *Gordonius.*

## DE ELECTUARIIS purgantibus humores pituitoſos & mixtos.

### *Electuarium fortiter pituitam purgans.*

℞. Seminis Cnici ℥ iv.

Turpeti,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0444-1
DFG

Turpeti gummoſi,
Fol.Senæ ana ℥ j ß.
Diagridii ʒ v.
Rhabarbari ℥ j.
Agarici trochiſcati ʒ vj.
Mannæ ℥ ij ß.
Myrobalanorum Chebulorum ℥ iij.
Polypodii ℥ ij.
Zingiberis ʒ ij.

Craſſius conterantur: & affundatur Aqua vitæ, in qua Diambræ uncia per octo dies macerata fuerit: macerentur tepidè dies quatuordecim, hinc prælo exprimantur: & ex liquore Aqua vitæ exſtilletur, donec ad melleam craſſitiem ſubſideat. Drachma adultis: dimidia junioribus ex jure, cum ſyrupi roſati, vel violati laxativi ſemuncia diluitur, potuiq; datur. *Heurnius.*

*Electuarium ſolvens ventrem.*

℞. Acororum ℥ j ß.
Turpeti electi ℥ ß.
Carthami, Hermodactylorum ana ʒ iij.
Stœchadis, Zingiberis,
Aſari, Origani,
Anthos, Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum, Herbæ paralyſis ana ℥ j.
Sem. Apii, ſem. Aniſi,
Sem. Liguſtici ana ℈ ij.
Mellis deſpumati ℔ j ß.

Fiat electuarium. Datur ʒ ß. Quod ſi vehementius optes, addito Diagridii ʒ ß. *Fumanellus.*

*Aliud.*

℞. Caſſiæ fiſtularis ℥ ij.
Mannæ electæ ℥ j ß.
Sacchari violacei ℥ j.
Succi Roſarum ℥ ß.

Miſce. Datur per horam ante cibum ab ℥ ß. ad ℥ j. *Fumanellus.*

*Panchymagogon Phædronis.*

℞. Spec. Diambræ ʒ j ß.
Spiritus Vini circulati ℔ ij ß.

Affundatur ſpiritus vini ſpeciebus, & macerentur diebus 14. commiſſuris vaſis optimè oblitis, materia bis quaterve quotidie mota. Deinde ſpiritus à ſpeciebus defundendus eſt, & ſequentibus purgatoriis ſuperfundendus:

℞. Scammonii ℥ ß.
Rhabarbari electi,
Colocynthidis ʒ ß.
Agarici optimi ʒ iij ß.
Turpeti,
Hermodactylorum ana ʒ ij ß.
Sem. Ebuli tuſi ʒ iij.
Hellebori nigri ʒ ij.
Fol. Senæ ℥ j.

Hæc poſtquam trita macerataque fuerint, ſacculo lineo injiciantur, exprimanturque, in expreſſo diſſolve Aloës ſucco Citrini ʒ x. atque in balneo Mariæ evaporentur, ad Mellis uſque craſſitudinem. Datur ℈ j. ex vino, vel jure: vel catapotiis admixtis. His adde etiam aliquot guttas olei Chalcanthini,

A *Electuarium vitæ.*

℞. Uvarum paſſarum ℔ j.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ ß.
Aquæ fontis ℥ xv. aut q.ſ.

Coquantur bene, & exprimantur, quibus adde
Cort. Myrobalanorum Chebulorum,
Cort. Myrobal. Citrinorum,
Cort. Myrobal. Indorum ana ℥ j.
Cort. Myrobal. Emblicorum,
Cort. Myrobal. Belliricorum ana ʒ j.

B Omnia contuſa decoquantur, exprimantur, & colentur, addendo
Sacchari ℔ ß.

Coquantur ad formam ſyrupi: ultimò adde
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Galangæ, Nucis moſchatæ ana ʒ j.
Sem. Aniſi,
Sem. Fœniculi ana ℥ ß.

Miſceantur, ut eſt artis. *Ventriculum roborat,
C ſuperfluitates humorum ex nutrimento præterito remanentes purgat: uſus ejus facit homines coloratos, & canitiem retardat. *Arnoldus Villanovanus.*

*Remedium præſtantiſſimum contra peſtem.*

℞. Pul. Antimonii præparati ʒ iij.
Doronici Romani,
Terræ Lemniæ,
D Boli Armeni ana ℈ j.
Cort. mali Citri, Croci, Caphuræ,
Tormentillæ, Sandali citrini,
Cornu Monocerotis ana ℈ ß.
Eboris combuſti G. xv.
Coralii rubri, Cinnamomi electi,
Spicæ Indicæ,
Margaritarum præparatarum ana G. v.
Aloës lotæ ʒ x.
Conſervæ Roſarum,
E Bugloſſæ ana ℈ iij.
Theriacæ electæ,
Mithridati optimi ana ℈ j ß.
Syrupi acetoſi Citri quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Doſis ℈ ß. * Medetur peſtilentiæ, & iis qui venenum hauſerunt. *Iacob. Theod. Tabernæmontanus.*

*Electuarium, quo milites Hiſpani utuntur, affecti lue*
F *Hiſpanica.*

℞. Mellis optimi ℔ j.
Sarſæ parillæ ℥ iv.
Panis biſcocti ℥ iij.
Fol. Senæ ℥ j ß.

Pulverizentur tenuiſſimè, & paſſentur per ſtaminium, & omnia ſimul commixta coquantur levi ebullitione, & foco remota decoctioni adde Vini cauſtici ℥ ij. De hoc electuario ſumat patiens manè & veſperi ſingulis vicibus ℥ j. ad dies 14. præmittendo purgationem: & eandem die 7. & 14. renovando. *A quodam Hiſpano.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0445-6 DFG

# *De Opiatis, Sectio XXII.*

### *Athanaſia major.*

℞. Croci, Myrrhæ,
Opii, Caſtorii,
Sem. Juſquiami albi,
Coſti, Cardamomi,
Sem. Papaveris nigri,
Spicæ nardi, Eupatorii,
Hepatis Lupi,
Cornu dextri Capræ vel Cervi ana partes æquales.

Terenda terantur, & alia in vino liqueſiant. Excipe omnia Melle deſpumato, & poſt ſex menſes utere cum vino dulci & grato, aut cum ſapa & ſucco Intybi & Apii. Servantur annis tribus. * Obſtructionem hepatis & lienis liberat, dolorem ſedat tum ventriculi, tum renum, hęmorrhoidum, &c. thoracem pulmonesq; expurgat, ob id aſthma & veterem tuſſim juvat, hæmorrhagiam, diarrhœam, lienteriam antiquam, dyſenteriam cohibet. *Meſues.*

### *Athanaſia alia.*

℞. Cinnamomi, Caſſiæ ligneæ ana ʒ iij. G. vij.
Croci, Schœnanthi, Styracis calamitæ,
Phu, Seſeli, ſem. Hyoſcyami, Betonicæ,
Sem. Apii, ſem. Dauci, Aniſi,
Opii ana ʒ j ß. G. iij.
Nardi Indicæ, Folii, Caſtorii,
Myrrhæ, Lapidis hæmatitis,
Carabæ, ſanguinis Draconis,
Coralii rubri, Coſti, Boli Armeni,
Mumiæ, Conſolidæ majoris,
Terræ ſigillatæ, Acori, Aſari,
Cort. rad. Mandragoræ, Polii montani,
Pulegii, Baccarum Lauri,
Meu, Piperis albi longi,
Sem. Petroſelini ana ʒ ß.
Mellis quantum ſufficit.

Confice ut artis eſt, & ſerva in vaſe fictili vitreato ad annos tres. * Dyſenteria laborantibus & cœliacis confert, atq; ad fluxum muliebrem utilis eſt. Facit ad profluvium ſanguinis narium, & eos, qui cibum non retinent in ventriculo. Sanguinis præterea à quacunq; cauſa natis rejectionibus auxiliatur. *Nicolaus.*

### *Philonis Tharcenſis antidotus ſimilis ei, quem Meſues deſcribit.*

℞. Croci ʒ v.
Pyrethri, Euphorbii,
Nardi Indicæ ana ʒ j.
Piperis albi, ſem. Hyoſcyami ana ʒ xx.
Opii ʒ x.
Mellis quantum ſufficit.

Confice ſecundùm artem. * Expertiſſima ad ſedandos vehementes & lethales partium dolores, ventriculi, coli, hypochondriorum, hepatis, lienis, renum, uteri, excitatos à crudis humoribus, aut flatu craſſo, aut amborum cauſa intem-

A perie frigida: valet etiam ad ſuffocationis periculum, ſingultum vehementem, & urinæ difficultatem. *Galenus.*

### *Philonium Hamech.*

℞. Melanthii, Caſtorei, Piperis,
Ameos, Baccarum Lauri, Cymini,
Fol. Rutæ, Calaminthes, Opii,
Hyoſcyami, Cort. rad. Mandragoræ ana partes æquales.

B Excipe Melle. Datur à ʒ ij. ad aur. ij. * Ad eadem valet, ut præcedens.

### *Philonium majus, ſive Romanum.*

℞. Piperis albi,
Sem. Hyoſcyami albi ana ʒ v.
Opii ʒ ij ß.
Caſſiæ veræ ʒ j ß.
Sem. Apii ʒ j.
Sem. Petroſelini, ſem. Fœniculi,
Sem. Dauci ana ℈ ij. G. v.
C Croci ʒ ß.
Nardi Indicæ, Pyrethri, Zedoariæ ana G. xv.
Cinnamomi ʒ j ß.
Euphorbii, Coſti ana ʒ j.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Confice ut artis eſt. * Idem quod præcedens poteſt. *Nicolaus.*

### *Philonium Perſicum.*

℞. Piperis albi, Hyoſcyami ana ʒ xx.
D Opii, Terræ Lemniæ ana ʒ x.
Lapidis Hæmatitis, Croci ana ʒ v.
Caſtorii, Nardi Indicæ,
Euphorbii, Pyrethri,
Margaritarum, Carabæ,
Doronici, Zedoariæ,
Trochiſc. Ramich ana ʒ j.
Caphuræ ℈ j.
Mellis quantum ſufficit.

Confice. * Ad ſanguinem undecunque manan-
E tem confert: quapropter menſes immodicè erumpentes, hæmorrhoidas, & cruentas excretiones per inferna, itemque ſanguinis ſputum compeſcit, ac fœtum in utero retinet. *Meſues.*

### *Paulina.*

℞. Cinnamomi, Coſti, Galbani, Caſtorii,
Opii, Piperis longi, nigri,
Styracis ana ʒ j.
Mellis quantum ſufficit.

F Tunduntur quæ tundenda ſunt, & cribrantur per anguſtiſſimum cribrum: Galbanũ in Melle diſſolvitur, & factum electuarium in conſiſtenti forma reponitur in pyxidem vitream aut argenteam. * Facit hæmoptoicis, tuſſientibus, phthiſicis, peripneumonicis, ad convulſa, rupta, ſtomachi ſubverſionem, bilem vomentes ac ſecernentes, cœliacos, dyſentericos, ad affectiones circa veſicam, ſuffocationes uteri, febres per circuitum repetentes, hora una ante exacerbationem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0446-2
DFG

nem exhibita : facit in malum habitum delapſis, A
cibum non ſentientibus, ac pharmaca lethalia & plagas venenum jaculantium beſtiarum. *Galen.*

### *Tryphera magna.*

℞. Opii ʒ ij.
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Galangæ, Nardi Indicæ,
Zedoariæ, Zingiberis,
Coſti, Styracis calamitæ,
Calami aromatici, Calaminthæ,
Rad. Iridis, Peucedani, Acori,
Cort. Mandragoræ, Nardi Celticæ,
Roſarum rubrarum, Piperis,
Aniſi, Apii,
Petroſelini, Fœniculi,
Dauci, Hyoſcyami, Cymini,
Sem. Ocymi ana ʒ j.
Mellis deſpumati q. ſ.

Confice ut artis eſt, & ſerva ad annos tres. * Auxiliatur dolori ſtomachi ex frigiditate : ſumpta C
namque ſtatim ſudorem provocat, phreniticis, mulieribus ex uteri dolore inſomnibus, rheumaticis, peripneumonicis, & qui excrementa cum ſanguine excernunt, utiliſſima eſt. *Nicolaus.*

### *Requies.*

℞. Roſarum rubr.
Violarum ana ʒ iij.
Opii, ſem. Hyoſcyami,
Sem. Papaveris albi, nigri,
Cort. Mandragoræ,
Sem. Scariolæ,
Sem. Lactucæ, ſem. Portulacæ,
Sem. Pſyllii, Nucis moſchatæ,
Cinnamomi, Zingiberis,
Sacchari ana ʒ j ß.
Sandali albi, rubri, citrini,
Spodii, Tragacanthæ ana ℈ ij. G v.
Mellis deſpumati q. ſ.

Confice ſecundùm artem. Durat ad decennium. E
* Ad febres continuas & ardentes, omnemque febrilem affectum, ad febres deniq; acutas confert. Eſt autem utilis temporibus & pulſibus manuum inuncta, ac cordis dolorem mitigat, ſomnumque conciliat. *Nicolaus.*

### *Sotera.*

℞. Nardi Indicæ, Caſtorii ana ℈ xxxix.
Myrrhæ ℈ xxvij.
Croci ℈ xxxvij.
Opii, Schœnanthi ana ℈ xxxvj. F
Petroſelini ℈ xlv.
Aniſi ℈ ix.
Apii ℈ vij.
Caſſiæ ℈ xij.
Piperis longi, Amomi,
Seſeli ana ℈ xij.
Siſonis ℈ vj.
Styracis, Hedychroi, Coſti,
Aſari ana ℈ xxix.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat opiata. Servatur ad decennium. *Paulus.*

### *Muſa Enea, ſive Zazenea.*

℞. Caſtorii, Myrrhæ, Opii,
Piperis nigri, longi, Galbani, Coſti,
Cinnamomi, Phu, Meu,
Dauci, Aſari, Croci ana ℥ ß.
Mellis Hiſpanici deſpumati triplum.

Miſce. Servatur ad annos decẽ. * Valet ad omnes paſſiones frigidas & ventoſitates craſſas, & dolorem dentium, & corroſionem eorum, & ad frigus ſtomachi, & tarditatem digeſtionis, & co-
B licam, & difficultatem urinæ, & ad frigus & phlegma, & ad mucoſitatem urinæ. *Meſues.*

### *Diaolibanum.*

℞. Caſtorei, Opii, Hyoſcyami ana ʒ iv.
Caſſiæ ligneæ ʒ ij. ℈ ij.
Folii, Croci, Thuris maſculi ana ʒ ij.
Rheupontici, Amomi ana ʒ j. ℈ ij.
Myrrhæ ʒ j ß.
Spicæ Indicæ, Pyrethri,
Euphorbii, Leucopiperis ana ℈ ij ß.
Pæoniæ, Styracis calamitæ,
Macropiperis ana ʒ j.
Mellis deſpumati triplex pondus.

Fiat opiata. Servatur ad annos tres. * Utile eſt ad diverſas paſſiones capitis : hemicranicum dolorem placat, & ſupercilii lachrymas potẽter ſtringit, fauces rheumaticas & arterias lenit, hæmoptoicis & tuſſientibus medetur, vomitum compeſcit, dolorem ſtomachi & nauſeam aufert, peripneumonicis, pleuriticis, empyicis ſine dubio
D ſubvenit, gonorrhœam & ſatyriaſim emendat, & menſtrualem ſanguinem ſiſtit. *Nicolaus.*

### *Aurea Alexandrina.*

℞. Aſari, Carpobalſami,
Sem. Hyoſcyami albi ana ʒ ij ß.
Caryophyllorum, Opii Thebaici,
Myrrhæ ( Baccarum Myrti Actuarii)
Cyperi rotundi ana ʒ ij.
Opobalſami, ſeu olei Caryophyllorum,
E Cinnamomi, Euphorbii, Folii,
Zedoariæ, Zingiberis, Coſti veri,
Coralii, Caſſiæ ligneæ, Tragacanthæ,
Thuris maſc. Mei, Styracis calamitæ,
Spicæ Celticæ, Cardamomi minoris,
Sem. Seſeleos, ſem. Napi,
Sem. Saxifragiæ,
Sem. Anethi, Aniſi ana ʒ j.
Ligni Aloes, Rhabarbari,
Aliptæ moſchatæ, Caſtorei,
F Spicæ Indicæ, Galangæ,
Opopanacis, Anacardii, Maſticis,
Sulphuris vivi, rad. Pæoniæ,
Rad. Eryngii, Roſarum, Thymi,
Acori veri, id eſt, Calami aromat.
Pulegii, Ariſtolochiæ longæ, Gentianæ,
Cort. rad. Mandragoræ, Chamædryos,
Rad. Phu. Baccarum Lauri,
Ammeos, Dauci Cretici,
Macropiperis, Leucopiperis,
Xylobalſami, Carvi, Amomi,
Petroſelini, ſem. Liguſtici,

Seminis Rutæ,
Seminis Sinonis ana ℥ ß.
Auri ſinceri,
Argenti meri,
Margaritarum albarum,
Blattæ Byzantiæ,
Oſſium de corde Cervi ana ℈ j. G. xiij.
Limaturæ Eboris,
Calami aromatici,
Pyrethri ana G. iix.
Mellis deſpumati triplum.

Fiat opiata. Servatur annis quinque. * Contra defluxiones capitis, frigore conceptas, efficax eſt: oculorum lachrymas exiccat, dentium dolores lenit, adverſus capitis cruciatum ſummoperè prodeſt, illitum fronti, comitiales, inſanos, vertiginoſos, & in univerſum omnem capitis noxam mulcet, *tabidis*, *tuſſiculoſis*, humorem à *thorace rejicientibus*, cardiacis, ſanguinem excreantibus præſenti eſt auxilio, iſchiadicis, coli & renum cruciatibus. Adverſus iliorum noxam, difficultatem urinæ, & ejuſdem ſtillicidium valet, calculos comminuit, omni ventris malo liberat, quotidianis & tertianis febribus circa acceſſionis initium, ſub fervefacto Stœchadis juſculo medetur. *Nicolaus*.

### *Theriaca Andromachi ſenioris.*

℞. Trochiſcorum ſcilliticorum ℥ xliix.
Trochiſcorum Theriacorum,
Hedychroi,
Piperis longi,
Opii ana ℥ xxiv.
Roſarum rubrarum purgatarum,
Iridis Illyricæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Napi ſylveſtris,
Scordii,
Opobalſami,
Cinnamomi,
Agarici ana ℥ xij.
Myrrhæ,
Coſti,
Croci,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Thuris electi,
Piperis nigri, albi,
Dictamni Cretici,
Comarum Marrubii,
Rhapontici,
Stœchadis,
Seminis Petroſelini,
Calaminthæ montanæ,
Terebinthinæ,
Zingiberis,
Rad. Quinquefolii ana ℥ vj.
Polii montani,
Chamæpityos,
Styracis calamitæ,
Meu, Amomi,

A Nardi Celticæ,
Terræ Lemniæ,
Phu, Chamædryos,
Folii, Chalcitidis toſtæ,
Gentianæ,
Aniſi torrefacti,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami,
Gummi Arabici ſplendidi,
Seminis Fœniculi,
B Cardamomi,
Seſeli, Acaciæ,
Thlaſpi, Hyperici,
Ammi, Sagapeni,
Acori ana ℥ iv.
Caſtorii,
Ariſtolochiæ tenuis,
Seminis Dauci Cretici (Pimpinellæ noſtræ)
Bituminis Judaici,
Opopanacis,
C Centaurii minoris,
Galbani ana ℥ ij.
Mellis deſpumati ℔ xiv. ℥ v. ʒ ij.
Vini optimi q. ſ. eſt.

Galeni ætate plus aromatum admiſcebant ad ſingulas libras Mellis, & medicamentum ſolidius erat, quàm nunc fit. Jam enim ſumunt Mellis ℔ xx. Conficitur autem hoc modo ſecundum Galenum.

Herbæ, flores, fructus, ſemina, radices, cor-
D tices, trochiſci, terra Lemnia, chalcitis, & bitumen diligentiſſime conteruntur piſtillo ferreo in mortario æneo, & cribro ſubtiliſſimo cribrantur, ſemine Thlaſpi, Napi ſylveſtris, & Croco exceptis, quæ per ſe teruntur, vinoque rigantur, ne mortario interiori inhæreant, & ut commodiùs terantur, Gummi, ſucci, & Caſtorium per ſe teruntur, adfuſo vino, ut etiam commodiùs teri poſſint. In ipſo compoſitionis tempore omniumq; rerum mixtura, primùm liquefit Te-
E rebinthina in duplici vaſe cum Mellis pauxillo, deinde etiam Opopanax, Galbanum, Sagapenum, benè antea per ſe trita, adfuſo pauculo Melle, ut faciliùs digitis explanentur, commiſceanturque, atque uniantur. Poſtea coquuntur in ipſo duplici vaſe cum Terebinthina, donec ad juſtam conſiſtentiam redacta ſint: his admiſcetur pars aliqua contritorum, tum etiam in vino diſſolutorum, donec Mellis conſiſtentiam conſequantur: deinde in mortarium vaſtę magnitu-
F dinis effunduntur in hūc modum. Primùm, pars aliqua eorum, quæ vino diſſoluta ſunt, & ad eam formam redacta: deinde mellis nonnihil cocti per ſe, & deſpumati: poſtremò, pars aliqua eorum, quæ in pulverem redacta fuerant: ad hæc nonnihil eorum, quæ liquefacta in duplici vaſe, eaque tepida: hæc omnia probè agitentur rudicula, & ſic conſequenter de reſiduo faciendum, donec omnia probè unita ſint: & hæc quidem ad Solem, ut faciliùs fiat, continuò agitando, & tundendo pila ferrea, inuncta Opobalſamo, ut faciliùs agitari poſſint: & commiſceatur etiam

Opobal-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0448-3 DFG

Opobalſamum reliquis: alioqui facilè adhæreret A
piſtillo medicamentum, & difficilior fieret agita-
tio. Hæc continuè per quatuor aut quinque dies
agitanda ſunt: & rurſus elapſis ſex aut ſeptem die-
bus iteranda agitatio per duos menſes: deinde
reponitur medicamentum vaſculis plumbeis, aut
terreis bene coctis & vitratis: & ſervatur per an-
nos triginta.

Chalcitis, quæ in hoc medicamen venit, ſic
præparanda eſt. Illius bona quantitas in olla
cruda, ſuccenſis carbonibus coquitur: eaque li- B
quefacta, ubi bullas emiſerit, partem ſupernam
in marmor effundes, atque illic ſines in umbra,
donec frigeat. Hinc poſtea ſolummodò capies
quod ſupernè ſpumeum fuerit, quodque cine-
rei eſt coloris, aut praſini, non quod flavum eſt:
theriacam enim colore flavo, non nigro, infice-
ret. *Exitialibus venenis, & ferarum virus eja-
culantium ictibus adverſatur. Inveteratis capi-
tis doloribus, vertigini, aurium gravitati, comi-
tialibus, attonitis, apoplecticisve, reſolutis, ocu- C
lorum hebetudini, voci amiſſæ, aſthmaticis, re-
centi & vetuſtæ tuſſi, *ſanguinem rejicientibus*,
ægrè excreantibus, & non niſi recta cervice ſpi-
rantibus, *ventriculi imbecillitatibus* ac inflatio-
nibus, *colicis* cruciatibus, iliofis, cholericis, cœlia-
cis, regio morbo correptis opitulatur: indura-
tum lienem liquefacit, calculos in renibus com-
minuit, urinæ difficultati, & veſicæ exulceratio-
nibus medetur. Febrium horroribus & rigori-
bus, hydropicis, elephantia laborantibus ſæpè D
præſenti eſt auxilio. Menſtrua cit, fœtum mor-
tuum excutit, articulorum doloribus adjumento
eſt. Non autem corpus modò, ſed & animi mor-
bos perſanat. Melancholicis itaque, lymphaticis
aquæ pavoribus, & id genus aliis malis jugiter da-
ta ſuccurrit. Cæterum in peſtifera lue vix aliud
præſentius, magiſq; idoneum præſidium hac ipſa
inveniri poteſt. *Galenus.*

### *Theriaca Andromachi, à Medicis Roma-* E
### *nis & Bononienſibus correcta, & præparata.*

℞. Trochiſcorum ſcilliticorum ℥ vj.
Trochiſc. de Viperis,
Trochiſc. Hedychroi,
*Piperis nigri ana* ℥ iij.
Trochiſc. de Caphura, Opii,
*Succi infuſionis Roſarum inſpiſſati,*
*Scordii Cretici, & noſtri,* F
Seminis Napi ſylveſtris,
Iridis Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Agarici,
Cinnamomi,
Foliorum Cardui benedicti,
Balſami Indici,
Croci Orientalis ana ℥ ß.
Myrrhæ, Zingiberis,
Rhapontici veri,
Rad. Pentaphylli,
A Radicis Tormentillæ,
Calaminthæ montanæ,
Comarum Marrubii,
Stœchados,
Radicis Coſti,
Zedoariæ,
Piperis albi,
Piperis longi,
Dictamni Cretici,
Thuris maſculi,
B Seminis Petroſelini Macedonici, vel Smyrnii,
Flor. Schœnanthos,
Myrobalanorum Emblicorum, vel Chebulo-
rum,
Terebinthinæ Cypriæ,
Caſſiæ ligneæ,
*Spicæ Indicæ ana* ʒ vj.
Gentianæ,
Comæ Polii montani,
Styracis calamitæ,
C Sileris montani,
Abrotani,
Seminis Thlaſpios, ſeu
Iberidis, ſeu
Naſturtii albi,
Seminis Ammios,
Chamædryos,
Succi Hypociſtidis,
Succi Lentiſci,
Foliorum Malabathri, ſeu Macis,
D Nardi Celticæ, ſeu
Spicæ Romanæ,
*Seminis Aniſi,*
*Seminis Fœniculi,*
Radicis Meu, vel
Imperatoriæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Chalcitidis ſemiaſſatæ,
Amomi, vel
Caryophyllorum, vel
E Calami odorati,
Radicis Phu minoris,
Carpobalſami, ſeu
Granorum Juniperi,
Cubebarum,
Comarum Hyperici,
Acaciæ, vel
Succi Lentiſci,
Gummi Arabici, vel Juniperi,
Cardamomi majoris (minus melius)
F Radicis Angelicæ optimæ,
Rad. Imperatoriæ,
Rad. Vincetoxici,
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ,
Rad. Aſari, rad. Succiſæ,
Rad. Serpentariæ,
Rad. Diptamni albi,
Roſmarini, Salviæ minoris,
Scabioſæ,
Cornu Cervi uſti,
Enulæ campanæ,
Pimpinellæ, Origani Cretici ana ℥ ß.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0449-2
DFG

Seminis Dauci Cretici, vel
Seminis Pimpinellæ,
Galbani, Opopanacis,
Sagapeni, Aſphalti, vel
Succini albi,
Rad. Cruciatæ,
Caſtorei, Ariſtolochiæ longæ,
Baccarum Lauri ana ℥ ij.
Mellis duplum,
Vini Cretici quantum ſatis eſt.

Conficiatur ſecundùm artem. *Auguſtani.*

### *Theriaca Andromachi, à Bartholomæo Maranta correcta.*

### I. Ordo.

℞. Trochiſc. de *Scilla* recent. & non ſitu obductorum ℨ xlix. id eſt, ℥ vj.

### II. Ordo.

℞. 1. Trochiſc. Viperinorum recent. & non mucidorum.

2. Trochiſc. Hedychroi benè exiccatorum.

3. Piperis longi, non exeſi, neq; adulterati, integri, bono odore, & acutiſſimo ſapore prædiǷ ana ℨ xxiv. id eſt, ℥ iij.

4. Opii collecti inſtar lachrymæ, & non per expreſſionem aut decoctionem facti, quod grave ſit, denſum, amarum, purum, & facilè diſſolvatur, ℨ xxiv. id eſt, ℥ iij.

### III. Ordo.

℞. 1. Roſarum rubr. quinq; frondium, depuratarum, non ſitu ſqualidarum.

2. Rad. Iridis Illyricæ, ſive Florentinæ, quæ dura ſit, denſa, acuti guſtus, brevis, non exeſa, non ſitu corrupta.

3. Succi Glycyrrhizæ non adulterati.

4. Sem. Buniadis: aut de Rapo recenti & maturo, acuti guſtus.

5. Scordii, id eſt, frondium, florum, & ſimul ſeminum, in ſicco loco collecti.

6. Opobalſami. Ipſius loco olei Nucis moſchatæ per expreſſionem.

7. Cinnamomi electi. Ejus loco Caſſiæ duplex pondus.

8. Agarici boni, friabilis, levis, rari, & fœminæ ana ℨ xij. id eſt, ℥ j ß.

### IV. Ordo.

℞. 1. Myrrhæ ſuccolentæ, pinguis & bonæ, ſaporis amari, acris, boni odoris, caloris ſplendidi & pallidi, quæ fracta interiùs habet venas quaſdam albas, inſtar unguium.

2. Coſti. Ejus loco Zedoariæ.

3. Croci Orient. recent. colorati, longi, integri, non fragilis, pleni, quod habeat in ſuis filamentis nonnihil albicantis, & quod madefactum benè tingat manus, non ſitum oleat, neq; ſit humidum, & nonnihil acutum.

A 4. Caſſiæ ſubtilis, & benè contortæ, habentis plures quàm unam cannulam, lævis, non aſperæ, aromaticæ, modicæ aſtrictionis, ſaporis acutiſſimi.

5. Nardi Indicæ, ſaporis & odoris nō expertis.

6. Schœnanthi, id eſt, florum ejus, & ſummitat. Junci odorati.

7. Thuris nitidi, rotundi, integri, albi, intùs pinguis, non adulterati.

8. Dictamni Cretenſis, id eſt, frondium ejus B recentium odorat.

9. Rhapontici, id eſt, rad. recent. non exeſarum, guſtu non mucilaginoſarum.

10. Stœchadis recentis, odoratæ, amaræ, id eſt, frondium ſive ſpicarum ejus, cum floribus & ramuſculis.

11. Marrubii recentis, id eſt, foliorum cum ſeminibus.

12. Sem. Petroſelini veri, recentium, odorat. amar. & acrium.

C 13. Calamenthi collecti in montibus, id eſt, foliorum cum floribus & ſeminibus.

14. Terebinthinæ veræ.

15. Zingiberis, id eſt, rad. albarum, non exeſarum, bono odore, & acerrimo ſapore præditarum ana ℨ vj.

### V. Ordo.

℞. 1. Quinquefolii, id eſt, radicum collectarum in locis ſiccioribus.

D 2. Polii, id eſt, ſua coma cum floribus, ſeminibus & foliis, odoris validi, & collecti de montibus.

3. *Chamæpityos floreſcentis:* univerſa planta, excepta radice & lignoſa ejus parte.

4. Nardi Celticæ, id eſt, radicum recent. odorat. radicibus crebris, duris & plenis.

5. Amomi. Ejus loco Galangæ majoris.

6. Styracis, id eſt, gummi, & non furfuraceum ejus, pinguis, reſinoſæ, albicantis, odoratiſ- E ſimæ.

7. Mei, id eſt, radicum collectarum in montibus ſiccis, odorat. non exeſarum, in umbra ſiccatarum.

8. Chamædryos, id eſt, frondium, florum, & ſeminum cum ramis teneris, odorat. & ex montibus ſiccioribus.

9. Phu Pontici & Calabrini, id eſt, rad. ſolidarum, non exeſarum, odoratarum. Vulgaris verò Valeriana non debet illius loco accipi.

F 10. Terræ Lemniæ. Ejus loco Bolus Armena, vulgò Orientalis dicta: coloris ruffi, aut Terra Melitenſis: aut Bolus verus.

11. Malabathri. Ejus loco Nardus, & tertia illius inſuper pars.

12. Chalcitidis ſemiuſtæ, quadam peculiari arte.

13. Gentianæ, id eſt, radicis plenę, denſæ, amariſſimæ, de ſiccioribus montibus collectæ.

14. Gummi, id eſt, Arabici, puri & pellucidi.

15. Succi Hypociſtidis veri, non mixti aliis rebus & arte extracti.

16. Carpo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0450-4

DFG

16. Carpobalſami. Ejus loco vulgares Cubebæ, quæ adhuc in ſiliquis reperiuntur.

17. Aniſi, id eſt, ſeminis recentis, pleni, æqualis, odorati, acris guſtatu, & dulciſſimi.

18. Seſeleos veri, id eſt, ſeminis, colore nigricantis, quod Venetiis apportatur.

19. Cardamomi minoris, aut medii, id eſt, ſeminum ipſius recentium, odoratorum, & ſaporis acris.

20. Fœniculi, id eſt, ſeminis æqualis, pleni, odorati, acris guſtu.

21. Acaciæ, illius ſuccus. Et ejus loco ſuccus Sumach.

22. Thlaſpi, id eſt, ſeminis veri, recentis, acri ſapore præditi, & amari.

23. Hyperici, id eſt, virgulta tenera cum floribus, frondibus, & ſeminibus.

24. Ammi, id eſt, ſeminis ipſius, Apio ſimilis, odorati, recentis, non pulverulenti, & quod Origanum non parum referat ana ℥ ß.

## VI. Ordo.

℞. 1. *Sagapeni, id eſt, ſucci vulgò Serapinum dicti*, non adulterati, duri, granulis minutis conſtantis, colore Myrrhæ, ſaporis acris, foris ruffeſcentis, interius candidi.

2. Caſtorii non falſi, reſinoſi, gravis odoris, acris ſaporis, fragilis.

3. Ariſtolochiæ tenuis, aut, ut ita dicam, ſarmentoſæ, ſiccatæ ad umbram, non mucore corruptæ, ſed recentis.

4. Bituminis Judaici, non adulterati, in nigro purpuraſcentis.

5. Dauci, id eſt, ſeminis recentis, odore ſuavi præditi, veri.

6. Opopanacis, id eſt, ſucci non adulterati, pinguis, lævigati, frangibilis, gravis odoris, amariſſimi, & qui in aqua facilè diſſolvatur.

7. Centaurii minoris, id eſt, cymarum floreſcentium, cum frondibus & ſtipitibus, veri.

8. Galbani, id eſt, ſucci puri, granuloſi, odoris ingrati, ſicuti & ſaporis, non lignoſi, in ſe continentis adhuc ſemina aliquot ex ſua ferula, qui non liqueſiat, niſi ad ignem, debetque benè purgari ana ʒ ij.

9. Vini veteris, vinoſi, dulcis, non auſteri, non *fumoſi, non corruptioni obnoxii, coloris flavi, lucidi, transparentis, non craſſi aut turbidi, odore aromatico præditi*: quale eſt Malvaticũ vetus non adulteratum. ℥ xl. id eſt, ſextar. ij. vel quantum ſatis eſt ad diſſolvenda ſimplicia humida, qualia ſunt, gummi, liquores & lachrymæ.

10. Mellis dulciſſimi, acerrimi, nullo externo ſapore conſtantis, coloris flavi, relucentis, & puri, odorati, mediocris craſſitiei, uniformis, æqualis, tenacis, & quod filum ducat inſtar viſci, aut lini, gravis, firmi, collecti tempore verno: confecti ab Apibus in loco Thymis frequentib. Roſmarino & aliis aromaticis, & calidis & ſiccis herbis conſito: expreſſi de favis ſemel tantùm: non reſinoſi: quod ſit duorum annorum, neque recentius, aut antiquius: quale eſt Sipontinum, aut

A Tarentinum. *Sumantur autem hujus* ℔ x. vel quantum ſatis eſt ad incorporanda ſicca.

### *Theriaca ex Lilio Pauli, ab Armeno compoſita.*

℞. Piperis albi.
Sem. Hyoſcyami albi ana ʒ xx.
Opii ʒ x.
Croci ʒ ß.
Euphorbii, Amomi, Pyrethri,
B Caſtorei, fol. Dauci, ſem. Rutæ ſylv.
Roſarum rub. ſiccat. Serapini,
Rhabarbari, Coſti, Styracis calamitæ,
Myrrhæ rubeæ. Aniſi. Carvi,
Caſſiæ ligneæ. Mentaſtri, Cardamomi,
*Baccarum Lauri* ana ʒ j.
*Spicæ nardi, ſem. Apii, Balſami*,
Olei Roſacei, Cyperi ana ʒ ij.
Mellis deſpumati quaſi ℔ ij.

Incorporentur, & reſerventur. *Ab antiquis re-
C perta, cæteris theriacis præſtantior ad morſus viperarum, & potiones venenoſas, & mortiferas. Confert ilioſis, hepatis dolori, & pleuriticis, cum Hydromelle: ſpleniticis cum Oxymelite: ſtomachicis cum Aceto: nephriticis, calculoſis cum aqua calida, guttatim mingentibus, ictericis & hydropicis. Expellit ſecundinam cum decoct. Fœnigræci, & prodeſt omnibus doloribus matricis. Denti corroſo impoſita confert, & ad plura alia.

### *Theriaca communis.*

D ℞. Rad. Enulæ ʒ xv.
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ ʒ x.
Granorum Juniperi, Zedoariæ, Scordii,
Chamædryos, Chamæpityos ana ʒ ß.
Ariſtolochiæ longæ, comarum Hyperici,
Scabioſæ, ſem. Rutæ, Savinæ ana ʒ iij.
Betonicæ, Salviæ domeſticæ, Praſſii,
Spicæ Romanæ, baccarum Lauri,
Gentianæ, Diptamni albi, Tormentillæ,
Calami aromatici ana ʒ ij.
E Rad. Meu, Phu, rad. Pimpinellæ,
Sem. Ammios, ſem. *Carvi, Macis,*
*Sandali rubei, Succini citrini,*
Flor. *Meliſſæ*, Menthæ, Rubeæ ana ʒ j.
Caſtorei, Abſinthii, Calamenthi montani,
Zingiberis, Piperis nigri ana ʒ ß.
Nucum juglandium N. x.
Olei Terebinthinæ ℥ j.
Oxymellis ſcillitici ℥ iv.
Mellis deſpumati triplum.

F Hæc quoque Theriaca nobis uſui eſt & paratu facilis, non tamen minùs efficax in conſtitutione peſtilenti, cujus uſus eſt plebeis maximè, ut minùs precioſa. Pro oleo Terebinthinæ ſumpſi medietatem, id eſt, unicam ſemis, & addidi tantundem olei è baccis Juniperi, & ſuavius fit medicamentum. *Auguſtani.*

### *Mithridatium Andromachi.*

℞. Glycyrrhizæ ʒ iix. ℈ ß.
Opii ʒ iv. ℈ j.
Folii, Nardi Celticæ, ſem. Fœniculi,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0451-9

Gentianæ, Meu, Roſarum ſiccarum,
Cardamomi ana ʒ iv.
Caſtorii, Thuris, Myrrhæ,
Succi Hypociſtidis ana ʒ vj.
Polii, Coſti, Seſeli, Caſiæ ana ʒ v. ℈ j.
Nardi Indicæ, Scordii,
Cyphii, Schœnanthi,
Opopanacis, Terebinthinæ ana ʒ vj. ℈ j.
Acori, Phu, Hyperici, Acaciæ, Gummi,
Carpobalſami, Sagapeni ana ʒ ij.
Croci, Cinnamomi,
Zingiberis ana ʒ vij. ℈ j.
Styracis ʒ v. ℈ ij.
Dauci ʒ vj. ℈ j ß.
Petroſelini ʒ iv ß.
Piperis longi ʒ iij ß.
Aniſi ʒ iij.
Thlaſpi. *Opobalſami* ana ʒ vj. ℈ ij.
Galbani ʒ vij.
Scinci ʒ ij. ℈ j.
Vini optimi, Mellis deſpumati q.ſ.eſt.

Compone in modum theriacæ. Servatur per annos decem. * Ad eadem, ad quæ theriaca valet, & ad pleraq; perniciosa medicamenta & venena eſt efficacior: in viperæ autem morſus curatione, theriaca inferior. Privatim verò facit ad diuturnas ventriculi & thoracis fluxiones, & ad omnes inveteratas in profundo corporis exulcerationes & abſceſſus. Tabidis, ventriſque inflationibus medetur, appetentiam emendat & reſtituit, ac bonum corpori colorem conciliat. Calculos conterit, ac urinæ difficultatem ſanat: acuit viſum eorum, qui illo crebriùs utuntur. Mortuum fœtum ejicit, & ad muliebria omnis generis mala frigida, atq; iis quæ non concipiunt, conducit. Item melancholiam non ſinit conſiſtere. Omne denique capitis malum, ex frigiditate ortum, dolores aurium, lachrymantes oculos, dentium cruciatus, oris, palati, auriumq; omnia vitia, emplaſtri forma impoſita, ſanat. *Galenus.*

### *Mithridatium Democratis.*

℞. Myrrhæ, Croci, Agarici, Zingiberis,
Cinnamomi, Nardi Indicæ,
Thuris electi, Thlaſpi ana ʒ x.
Seſeli, Opobalſami,
Schœnanthi, Stœchadis,
Terebinthinæ, Galbani,
Coſti, Piperis longi,
Caſtorii, ſucci Hypociſtidis, Styracis,
Opopanacis, Folii ana ℥ j.
Caſiæ, Polii montani, Piperis albi,
Scordii, ſem. Dauci Cretici, Carpobalſami,
Cyphi, Bdellii ana ʒ vij.
Nardi Celticæ, Gummi, ſem. Petroſelini,
Opii, Cardamomi,
Sem. Fœniculi, Gentianæ,
Roſarum, Dictamni Cretici ana ʒ v.
Aniſi, Ariſtolochiæ rotundæ,
Acori, Phu, Sagapeni ana ʒ iij.
Meu, Acaciæ, Scinci,
Summitatum *Hyperici* ana ℥ ij ß.

A Vini quantum ſufficit.
Mellis deſpumati triplum.
Confice ſecundum artem. *Damocrates.*

### *Mithridatium Damocratis, à Bartholomæo Maranta Venuſino correctum.*

### I. Classis.

℞. 1. Myrrhæ, id eſt, lachrymæ ſuæ recentis,
B pinguis, ſucculentæ, venis in interna parte inſtar unguium albicantibus præditæ.

2. Croci recentis, colorati, non humidi, aut mucorem habentis, integri, longi, neq; fragilis, odoratiſſimi, acuti ſaporis, & non exeſi.

3. Agarici fœminę, rari, levis, candidi, friabilis.

4. Zingiberis radicis, acutiſſimi ſaporis, odoratiſſimi, non exeſi, albi.

5. Cinnamomi, vel illius loco duplæ Caſſiæ; cujus cortex ſit craſſus, fiſtula verò ſubtilis, opti-
C mo odore & ſapore prædita.

6. Spicæ Nardi, id eſt, ejus radicis odoriferæ, recentis, & quæ ſecū terram odoratam retineat.

7. Thuris lucidi, integri, rotundi, albi, pinguis interiùs, & non adulterati.

8. Thlaſpi veri, id eſt, *ſeminis recentis*, acutiſſimi, amari ana ʒ x.

### II. Classis.

℞. 1. Seſeli veri, coloris nigricantis, quod ſe-
D men Venetiis affertur.

2. Opobalſami, aut *illius loco olei* Nucis moſchatæ, factæ per expreſſionem.

3. *Junci* odorati, id eſt, ejus Cymarum recentium, & odoratiſſimarum.

4. Stœchadis recentis, odoratæ, amaræ, & acutæ: ſumantur frondes, ſpicæ cum floribus, & ramuſculis.

5. Coſti radicis veræ, aut illius loco Zedoariæ recentis, non exeſæ, boni odoris.

E 6. Galbani, id eſt, ſucci ipſius, depurati à granis, odore & ſapore ingrato, non lignoſi, cui ſint commiſta aliquot ſemina, ex propria ferula, neque liqueſcat ſine igne, debetque optimè purgari.

7. Terebinthinæ legitimæ & veræ.

8. Piperis longi, integri, duri, non exeſi, acutiſſimi ſaporis, boni odoris, non adulterati.

9. Caſtorei Pontici, non falſi, graviſſimi odoris, ſaporis acuti, reſinoſi, fragilis, cujus teſticuli
F ab uno principio exorti ſint.

10. Succi Hypociſtidos veri, non miſti, vera ratione extracti.

11. Styracis gummi, & non furfurum, quod pingue ſit, reſinoſum, albicans, odoratiſſimum.

12. Opopanacis, ſucci nō adulterati, pinguis, frangibilis, gravis odoris, levis, amariſſimi, qui aqua facile diſſolvatur.

13. Folii Malabathri, vel ſuo loco radicis, aut ſtipitum Nardi Celtici, aut radicis Phu, aut Spicæ Nardi, cū tertia inſuper ejus parte ana drachmas octo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0452-5
DFG

## III. Claſſis.

℞. 1. Caſſiæ nigræ, cum ſignis indicatis in theriaca.

2. Polii, id eſt, ſuarum cymarum cum floribus, ſeminibus, & foliis, perfecti odoris, & collecti ex montibus ſaxoſis.

3. Piperis albi, pleni, ſine rugis, odorati, & ſolidi, amareſcentis, & acerrimi ſaporis.

4. Scordii, id eſt, ſuarum frondium, florum, & ſeminum, ex ſiccis locis deſumpti.

5. Seminis Dauci Cretici, recentis, odorati, & legitimi.

6. Carpobalſami, aut illius loco Cubebarum vulgarium in ſiliquis exiſtentium.

7. Cypheos, id eſt, trochiſcorum.

8. Bdellii, recentis, amari, pinguis, pellucidi, inſtar glutinis taurini, quod facile liqueſcat, ſimileque ſit ungui humano, atque accenſum ſpiret gratum odorem, non adulteratum cum gummi. Eo deficiente accipiatur Ammoniacum, Thymiama ana ʒ vij.

## IV. Claſſis.

℞. 1. Nardi *Celtici purgati*, id eſt, ſuarum radicum & ſtipitum recentium, odoratiſſimarum, quòd *plures habent* radices, duras & plenas.

2. Gummi Arabici, pellucidi, & ſine ſordibus.

3. Petroſelini, id eſt, ſeminum recentium, odoratorum, & acrium: ſitque legitimum.

4. Meconii, vel potius Opii collecti, ut lacrymæ ſolent colligi, non per expreſſionem ſucci, vel decoctionem: ſitq; grave, denſum, amarum, purum, & diſſolubile.

5. Cardamomi, id eſt, minoris, vel medii: ſemina ſint recentia, odorata & acri ſapore prædita.

6. Sem. Fœniculi, æqualium, plenorum, odoratorum, & ſaporis acris.

7. Gentianæ, id eſt, radicis plenæ, denſæ, amariſſimæ, collectæ ex montibus aridis.

8. Frondium roſarum, quæ habeant quinque frondes, purgatarum, non mucidarum.

9. Dictamni Cretici, id eſt, frondium recentium, odoratarum, non nimis tenerarum ana ℥ v. boni ponderis.

## V. Claſſis.

℞. 1. *Aniſi, ſeminis recentis, pleni, æqualis,* odorati, puri, acris, *ſaporis* dulciſſimi.

2. *Aſari, id eſt, radicis recentis,* odorati, & ſolidi.

3. Acori, id eſt, Galangæ majoris, radicis recentis, odoris boni, & acris ſaporis.

4. Phu, id eſt, radicum odoratiſſimarum, non exeſarum, & ſolidarum.

5. Sagapeni, ſucci uſitati, minutis granulis, duri coloris ut Myrrha, puri, ſaporis acris, exteriùs ruffeſcentis, interiùs albi, non adulterati.

6. Succi Glycyrrhizæ recentis, non falſi ana drachmas tres.

## VI. Claſſis.

℞. 1. Mei Athamantici, id eſt, radicum colle- A ctarum ex montibus ſiccis, ponderoſarum, gratiſſimi odoris, non carioſarum, & in umbra exiccatarum.

2. Acaciæ, id eſt, ipſius ſucci: & ipſo deficiente ſuccus ex Rhu.

3. Ventrem Scinci veri, caudam rotundam habentis, caput oblongius, cum linea cæſii coloris per dorſum, aut cum aliis ſignis ſuo loco enumeratis.

4. Sem. Hyperici, id eſt, cymarum cum flori- B bus, ſeminibus & frondibus ana ʒ ij ß.

Vini quantum ſatis erit ad omnia liquabalia diſſolvenda: ſitque vetus, quod diù duraverit, vinoſum, dulce, non auſterum, neque fumoſum, incorruptum, colore flavo, claro, pellucido præditum, non craſſum, vel turbidum, odoris aromatici: quale eſt Malvaticum, non adulteratum. Pondus legitimum eſt ℥ xx.

Mellis quantum ſatis eſt. *Sitque dulciſſimum*, acutiſſimum, expers omnis ſaporis externi, colo- C re flavo & lucido præditum: odoratum, cujus formæ, mediocris craſſitiei, tenax, æquale, quod inſtar viſci fila demittat, ponderoſum, firmum, collectum initio Veris, &c. Quantum ad pondus, accipiuntur ℔ vj. & eò plus, quantò plus requirent ſimplicia duplicata pondere, propter ſubſtitutionem aliquam.

### *Ambroſia Archibii.*

℞. Aniſi, ſem. Apii ana ʒ iv.
D Myrrhæ, Opopanacis ana ʒ j.
Cinnamomi, ſeminis Loti amari,
Caſſiæ, Spicæ *Indicæ* ana ʒ ij.
Croci ʒ ij ß.
Piperis ʒ ß.
Opii ʒ iv.
Mellis deſpumati quantum ſatis eſt.

Confice ſecundùm artem. * Ad omnes internas affectiones utilis eſt pota: ad inteſtinorum tormina quidem ex vini Myrtini, & aquæ quarta he- E minæ parte: ad hepar autem ex aquæ mulſæ hemina dimidia. Item ad vigilias, ophthalmiam, & lateris morbum ex aqua mulſa: ad ſtomachi demum vitia, ex vini Granatorum cyathis duobus, & aquæ totidem. *Galenus.*

### *Eſdræ antidotus.*

℞. Amomi ℈ xij.
Squinanthi ʒ ix.
Pyrethri ℈ vj.
F Croci ℈ xxxvj.
Cinnamomi ℈ vj.
Myrrhæ troglodyticæ ℈ xij.
Styracis calamitæ ℈ xiix.
Petroſelini, ſem. Dauci ana ℈ iij.
Tragacanthæ ℈ vj.
Succi Hypociſtidis ℈ ix.
Ireos, Abrotani ana ℈ xv.
Sem. Fœniculi ℈ vj.
Bdellii ℈ ix. Thuris ʒ j.
Sulphuris vivi ℈ vj.
Sem. Hyoſciami albi ℈ xxvij.
Caſſiæ ligneæ ℈ ix.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0453-1

Sem. Papaveris ℈ xxx.
Spicæ nardi ℈ xij.
Sem. Rutæ, ſem. Ocymi ana ʒ j.
Rhois culinarii ℈ iv.
Sem. Anethi ℈ xj.
Aſari ʒ j.
Cardamomi ℈ vj.
Opii ℈ xxvij.
Euphorbii ℈ vj.
Piperis nigri ℈ xxx.
Roſarum ſiccarum ℈ ix.
Pſyllii ℈ xij.
Opobalſami, ſeu
Olei Caryophyllorum ℈ xxiv.
Ventris Mergi ℈ vj.
Laccæ, Lycii Indici,
Caryophyllorum ana ℈ xij.
*Stercoris reperti in alvo Mergi ℈ vj.*
*Flor. Nerii ℈ iv ß.*
Rhabarbari ℈ xij.
Mei Athamantici ℈ iv.
Terræ Cimoliæ ℈ xij.
Succi Arthemiſiæ ℈ xx.
Fol. Cichoreæ ℈ ix.
Spicæ Celticæ ℈ xij.
Caſtorei ʒ j.
Coſti, Gentianæ ℈ xij.
Confect. Hedychroi ℈ ix.
Aniſi ℈ vj.
Siſonis ℈ xiix.
Thymiamatis Hammoniaci,
Fol. Citri ana ℈ xij.
Vini veteris odorati q. ſ. *fuerit ſuccis & liquoribus reſolvendis.*
Mellis deſpumati optimi ℔ v. aut ℔ vj.

Arida omnia minutiſſimè contundito. Opium verò & Myrrham, Hypociſtidem, Bdellium, Lycium, Hammoniacum in vino diſſolvito: Tragacantham deinde ſeorſim per ſe affuſo vino diſſolvito. Deinde omnia ſimul miſceto, addendo etiam deſpumatum Arthemiſiæ ſuccum. In univerſum hanc confectionem eodem modo conficias, quo theriacam, & eodem modo demittenda eſt ut effervescat, non omninò repleto vaſe. Per ſeptem annos melior judicatur. * Mirificè contra lethalia venena prodeſt: alioſq; uſus multos habet, quos apud Aëtium libro 13. cap. 101. Paulum lib. 7. cap. 11. Actuarium in libr. de Compoſ. medicament. reperias. *Aëtius.*

## *Eſdra, aliter.*

℞. Mameræ ℥ j.
Amomi ℥ ij.
Squinanthi ℥ ß.
Pyrethri ℈ iix.
Croci ℥ j.
Myrrhæ ʒ iv.
Styracis ℥ ß. ℈ ij.
Petroſelini ℈ iv.
Tragacanthæ ℥ j.
Succi Hypociſtidis ʒ iv.
Ireos ʒ ß. ℈ *ij.*

A Sem. Fœniculi ℥ j.
Folii ℥ iij.
Rhabarbari, Roſarum ſiccarum,
Glycyrrhizæ,
Flor. ſylveſtris Punicæ,
Cinnamomi ana ʒ iij.
Nardi Celticæ ʒ j.
Mellis deſpumati ℔ vj. ℥ ix. ʒ vij.

Myrrham & Hypociſtidem in vino diſſolve modico; Tragacantham verò per ſe etiam diſſolve,
B & confice ſecundùm artem. *Actuarius.*
*Mameræ loco ſume Doronicum Romanũ.* Cordus.

## *Adrianum.*

℞. Opii Thebaici ʒ iij.
Caſſiæ ligneæ,
Hyoſciami ana ʒ ij. ℈ ij ß.
Euphorbii,
Leucopiperis ana ʒ ij. G. vj.
Seſeleos, ſem. Apii ana ʒ j. ℈ ß. G. ij.
Folii, Origani,
C Tragacanthæ ana ʒ j.
Opobalſami, Petroſelini, Macis,
Styracis cal. Zingiberis,
Xylobalſami, Cyperi,
Carpobalſami Maced. ana ʒ j. minùs G. vj.
Sem. Marathri ℈ ij. G. iix.
Calami aromat. ℈ ij. G. ij.
Cinnamomi, Croci, Coſti, Rheupontici,
Pyrethri, Acori, Dauci Cretici,
Aniſi ana ʒ ß. G. vj.
D Caſtorii ʒ ß.
*Serapini,* Myrrhæ, Roſarum,
Cardamomi, Amomi, Rutæ agreſtis,
Sem. Ameos ana ℈ j. G. iv.
Caſſiæ fiſtulæ ℈ j.
Mellis quantum ſufficit.

Fiat opiata, in vaſe fictili vitrato ſervandum, annis ſeptem. * Valet propriè ad omne vitium capitis ex frigiditate, & ad gravedinem oculorum, & obſcuritatem: contra hemicraniam datur, cum
E vino calido, ubi cocta ſit ſalvia cum ſero, in modum avellanæ: datur etiam quartanariis, cum decocto Gentianæ, vel Origani ante horam acceſſionis. Cum vino data, in quo Saxifragia ſit decocta, vel Milium Solis, lapidem frangit. *Nicolaus.*

## *Opiata ſopiens ſenſus.*

℞. Pyrethri, Euphorbii,
Spicæ nardi ana ℈ j.
Croci optimi ʒ j. ℈ ij.
F Lachrymæ Papaveris ʒ iij. ℈ j.
Sem. Hyoſciami albi ʒ ij. ℈ j.
Sem. Papaveris albi ʒ v. ℈ ij.
Mellis optimi non cocti q. ſ.

Miſceantur, fiat opiata. *Ant. Chalmeteus.*

## *Opiata.*

℞. Theriacæ optimæ,
Mithridatii optimi ana ℈ ß.
Opii Thebaici mund. G. ij. vel iij.
Conſer. Anthos ℈ j.

Miſce pro doſi. * Uſus vehementiſſimis doloribus colicis. *Caſparus Bauhinus.*

DE CON-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0454-6
DFG

# De Conſervis, *Sectio XXIII.*

**Conſervæ** ſunt flores, vel herbæ exactiſſime conciſæ, vel tuſę, & ſaccharo mixtæ: & vel

- Calefacientes
  - Caput: *Conſerva*
    - Anthos, flor. Acori, Betonicæ,
    - Euphragiæ, flor. Stœchados,
    - Flor. Salviæ, flor. Lavendulæ,
    - Majoranæ, Pæoniæ,
    - Primulæ *Veris, &c.*
  - Pectus: *Conſerva*
    - Hyſſopi,
    - Meliſſæ,
    - Capillorum *Veneris.*
  - Cor: *Conſerva*
    - Flor. Borraginis, flor. Bugloſſæ,
    - Flor. Anthos, Arantii,
    - Lychnidis, *id eſt,*
    - Flor. Caryophyllorum,
    - Meliſſæ.
  - Ventriculum: *Conſerva*
    - Abſinthii,
    - Enulæ,
    - Menthæ, *&c.*
  - Hepar: *Conſerva*
    - Abſinthii,
    - Fumiterræ,
    - Flor. Sambuci, *&c.*
  - Splenem: *Conſerva*
    - Aſplenii,
    - Fumiterræ.
  - Uterum: *Conſerva*
    - Majoranæ,
    - Meliſſæ,
    - Anthos, *&c.*
  - Juncturas: *Conſerva*
    - Florum *Stœchados,*
    - Florum *Anthos, &c.*
- Refrigerantes
  - Caput: *Conſerva*
    - Flor. Nymphææ *ſeu* Nenupharis,
    - Roſarum,
    - Violarum, *&c.*
  - Pectus: *Conſerva* Violarum, *&c.*
  - Cor: *Conſerva*
    - Acetoſæ,
    - Roſarum,
    - Violarum, *&c.*
  - Ventriculum: *Conſerva*
    - Roſarum,
    - Violarum, *&c.*
  - Hepar: *Conſerva*
    - Florum Cichorii,
    - Roſarum, Violarum, *&c.*
  - Splenem: *Conſerva*
    - Roſarum,
    - Violarum, *&c.*
  - Renes: *Conſerva* Roſarum, *&c.*
  - Uterum: *Conſerva*
    - Roſarum,
    - Violarum, *&c.*
  - Juncturas: *Conſerva*
    - Roſarum,
    - Violarum, *&c.*

E

## DE CONSERVIS CALfacientibus caput.

### *Conſerva florum Anthos.*

℞. Flor. Anthos recent. ℔ ß.
Sacchari albiſſimi ℔ j ß.

Terantur ſimul in mortario marmoreo, piſtillo ligneo: fiatque conſerva in vaſe vitreo vel vitrato fictili, vel lapideo denſo aliquãdiu ad Solem: deinde ad annum vel biennium ſervanda. * Valet ad confortandum cerebrum humidum, & nervoſa membra, & ad melancholiam, & ad phlegma.

### *Conſerva Acori.*

℞. Radicum Acori veri ℔ j.

Bulliant in aqua uſquedum cocta fuerint, poſtea piſtentur, & paſſentur per ſetaceum, deinde ponantur ſupra ignem, addendo
Sacchari ℔ iij.

Fiat conſerva in modum opiatæ. Inſoletur, & ſervetur per annum. * Valet ægritudinibus cerebri & nervorum: valet in affectibus phlegmaticis. *Meſues.*

### *Conſerva Betonicæ.*

℞. Betonicæ recentis & teneræ ℔ j.
Sacchari ℔ iij.

Folia in mortario lapideo terantur minutiſſimè: ſaccharum verò coquendum eſt cum aquæ betonicæ ℔ ij. ultra ſyrupi conſiſtentiam: deinde ſimul miſceantur aliquandiu ſupra prunas, fiatq; conſerva, quæ per annum in vaſe vitreato conſervanda. * Caput & ventriculum confortat, venena ex corpore pellit. *Florentini Medici.*

### *Conſerva Euphragiæ.*

℞. Menſe Julio vel Junio, Euphragiæ unà cum floribus ℔ ß.
Sacchari ℔ j ß.

Contundantur ſimul in mortario lapideo minutiſſimè, deinde ponantur in vaſe vitreato aliquandiu ad Solem quotidie agitando: poſtea ſervetur ad annum vel biennium. * Cerebrum confortat, ſiccatque: viſum acuit ac clarificat.

### *Conſerva florum Stœchados.*

Conſerva Stœchados eodem modo, quo conſerva anthos, vel beton. paratur.

### *Conſerva florum Salviæ.*

℞. Florum Salviæ recent. ℔ ß.
Sacchari ℔ j ß.

Piſtentur ſimul in mortario marmoreo minutiſſimè: deinde ponantur in vaſe fictili vitrato ad Solem aliquandiù, quotidie agitando: poſtea ſervetur ad annum. * Ad omnia cerebri vitia ex frigida cauſa valet: ventriculum corroborat: obſtructiones aperit: ventriculi ſuperfluos & noxios humores abſumit.

### *Conſerva florum Lavendulæ.*

Conſerva florum Lavendulæ vel ſpicæ fit floribus recentibus contritis cum ſaccharo, eodem
A quo conſerva florum anthos modo: inſolatur, & conſervatur per annum. * Cerebrum, ventriculum, hepar, ſplenem & uterum excalfacit: ad ſuffocationes uteri, ad ſplenem induratum, & apoplexiam prodeſt.

### *Conſerva Majoranæ.*

Conſerva Majoranæ paratur ut conſerva anthos, vel betonicæ. Inſolatur, & conſervatur per annum. * Valet ad omnes frigidos & humidos cerebri, capitis & ventriculi affectus: jecino-
B ris obſtructiones reſerat: vitales ſpiritus fortificat, &c.

### *Conſerva Pæoniæ.*

℞. In Vere florum Pæoniæ recent. ℔ ß.
Sacchari ℔ j.

Piſtentur ſimul in mortario lapideo optimè: deinde ponantur ad Solem in vaſe vitreato per menſes tres, quotidie agitando ſpatula lignea: poſtea conſervetur ad annum. * Ad epilepſiam & vertiginem valet: menſtrua provocat: renum
C & veſicæ calculos expellit: terrores nocturnos ſedat, &c.

### *Conſerva Primulæ Veris.*

Conſerva Primulæ Veris, tempore Veris conficitur eodem modo, quo conſerva Pæoniæ. * Capiti & cerebro frigido conducit: hominem ab apoplexia tutum reddit, &c.

## D DE CONSERVIS CALfacientibus pectus.

### *Conſerva Hyſſopi.*

Conſerva Hyſſopi menſe Julio, vel Auguſto ex floribus hyſſopi & duplo ſacchari conficitur eodem quo conſerva florum anthos modo. Inſolatur, & ad annum conſervatur. * Pectori & pulmoni prodeſt: tuſſim curat: humores frigidos & craſſos in pectore attenuat, & conſumit: cerebrum & ventriculum confortat.

### E *Conſerva Meliſſæ.*

Conſerva Meliſſæ conficitur ut conſerva ex floribus roriſmarini. * Cerebrum, cor, pectus, ventriculum roborat: melancholicis & triſtibus confert: memoriam confirmat: menſtrua pellit: uteri dolores, & ſuffocationes tollit.

### *Conſerva Capill. Veneris.*

℞. Capillorum Veneris ℔ j.
F Sacchari albi ℔ iij.

Contundantur in vaſe lapideo, fiatq; conſerva, ad Solem primò, deinde ad annum conſervanda. * Valet pleureſi, & affectibus pectoris & pulmonis: in affectibus etiam melancholicis, & choleræ rubræ maximè prodeſt.

## DE CONSERVIS CALfacientibus cor.

### *Conſerva florum Borraginis.*

℞. Florum Borraginis recentium, à *capitello*, cui inſeruntur, purgatorum ℥ iv.

Saccha-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0456-8
DFG

Sacchari albi ℥ xij.
Contundantur ſimul benè in vaſe lapideo, piſtillo ligneo: fiatq; conſerva: inſoletur, & in vaſe vitreato ſervetur ad annum. Doſis eſt ad ℥ j. * Datur in tremore cordis, & in ſyncope: gaudium enim generat, & confert melancholiæ.

*Conſerva Bugloſſæ.*

℞. Florum Bugloſſæ ℔ j.
Sacchari ℔ iij.
Terantur in vaſe lapideo, cum piſtillo ligneo, fiatq; conſerva in modum opiatæ: inſoletur, & ſervetur per annum. * Confortat cor, maniacis & melancholicis confert, etiam ſyncopi, & cordis tremorem aufert: valet etiam choleræ.

*Conſerva florum Aurantii.*

℞. Florum mal. Aurantiorum recent.
Sacchari albi ana ℔ j.
Contundantur ut ſuprà, fiatq; conſerva.

*Conſerva florum Perſici.*

℞. Florum Perſici recent. ℔ j.
Sacchari ℔ ij.
Contunde in vaſe lapideo: inſola, & ſerva per annum. * Lumbricos necat, atq; expellit.

*Conſerva florum Caryophyllorum, id eſt, Lychnidis coronar.*

℞. Florum Lychnidis, qui ab odoris imitatione Caryophylli vocantur, ℔ ß.
Sacchari albi ℔ j ß.
Fiat conſerva ad modum opiatæ. * Cerebrum, caput & cor confortat: contra venena valet, atq; aërem peſtiferum, atq; partum facilitat, &c.

Cor quoque Calefaciunt & roborant, Conſerva Anthos, Meliſſæ: de quibus ſuprà.

## DE CONSERVIS CALfacientibus ventriculum.

*Conſerva Abſinthii.*

℞. Thymi Venetiani ℥ ij.
Vini albi optimi ℔ j ß.
Coque thymum ad ℥ xij. vini: deinde exprimito, & adde
Sacchari albi ℔ j.
Coque ad formam ſyrupi craſſioris, deinde cùm infrigidatum fuerit, adde
Abſinthii viridis, optimè inciſi ac ſubtiliſſimè in mortario lapideo contuſi ℥ xiix.
Miſce, ac reponatur.

*Conſerva Enulæ.*

℞. Radicis Enulæ campanæ ℔ ij.
Bulliat in aqua, uſquedum cocta fuerit: poſtea piſtetur, & paſſetur per ſetaceum, deinde ponatur ſupra ignem, addendo
Sacchari ℔ vj.
Fiat conſerva in forma opiatæ. * Valet ad confortandum ſtomachum, & membra nutritionis, & ad phlegma.

*Conſerva Menthæ.*

℞. Menthæ criſpæ ℔ ß.

A Sacchari albi ℔ j ß.
Contunde, inſola, & ſerva per annum. * Ventriculum calefacit ac roborat: vomitũ compeſcit.

## DE CONSERVIS CALfacientibus hepar.

*Conſerva Fumiterræ.*

℞. Florum Fumariæ ℔ ß.
Sacchari albi ℔ j ß.
B Contunde ſimul in mortario lapideo, & fac conſervam ad modum opiatæ: inſola, & ſerva per annum in vaſe lapideo denſo, vel vitreo. * Scabie infectis confert: ſanguinem mundificat: ſudorem movet: ac regium morbum perſanat.

*Conſerva florum Sambuci.*

℞. Flor. Sambuci recent. ℔ j.
Sacchari albi ℔ ij. vel iij.
Piſta in mortario lapideo ſimul: inſola, & conſerva. Durat per annum. * Hydropicis confert.

C Hepar etiam Calfacit Conſerva Abſinthii: de qua ſuprà.

## DE CONSERVIS CALfacientibus ſplenem.

℞. Aſplenii ſeu Ceterach ℔ ß.
Sacchari ℔ j ß.
Fiat conſerva ad modum opiatæ. * Ad eadem, ad quæ herba ipſa, valet.

D

## DE CONSERVIS EXcalfacientibus uterum.

Uterum excalfaciunt ac roborant, Conſerva Majoranæ, Meliſſæ, Anthos, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## DE CONSERVIS EXcalfacientibus juncturas.

Juncturas excalfaciunt roborantque,
E Conſerva florum Anthos, florum Stœchadis: de quibus vide ſuprà.

## DE CONSERVIS REFRIgerantibus caput.

*Conſerva florum Nenupharis.*

℞. Flor. Nymphææ luteorum, recentium ℔ ß.
Sacchari albi ℔ j.
Tere in vaſe lapideo, ac in formam opiatæ con-
F fice: inſola, & in vaſe fictili vitreato conſerva ad annum. * Febricitantibus, hecticis & pleuriticis confert: cerebrum refrigerat, ſomnumque inducit.

*Conſerva Roſarum.*

℞. Roſarum rub. recent. exunguatarum ℔ j.
Sacchari albi ℔ ij. vel iij.
Teruntur in mortario lapideo, reponuntur vaſe vitreo, aut vitrato, pergamena operculato, menſibus trib. inſolantur, in die ſæpe agitantur, póſt auferuntur, ſervãtur ad biennium vel triennium. Sunt qui roſas omninò imperfectas condiunt,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0457-3

ut valentiùs adſtringant. Datur ad ℥ j ß. * Ventriculũ & cor, & viſcera reliqua firmat, ipſorumque intemperiem humidam emendat. *Meſues.*

Poteſt eadem cum oleo vitrioli confici: & fiet conſerva vitriolata.

### *Conſerva Violarum.*

℞. Violarum purpurearum recentium cauda & viridi ſeu calyculo purgatarum ℔ j.
Sacchari albi ℔ ij. vel ſecundùm Meſuē ℔ iij.

Contundantur ſimul in vaſe lapideo, fiatq; conſerva. Annum durat. Datur ad ℥ j. * Bilis incendium, ſitimq; extinguit: alvum ſubducit. *Sylvius.*

Quòd ſi huic oleum vitrioli permiſceatur, fit conſerva violarum vitriolata, ad ſuprà dicta multò præſtantior.

## DE CONSERVIS REfrigerantibus pectus.

Pectus refrigerat Conſerva Violarum: de qua ſuprà.

## DE CONSERVIS REfrigerantibus cor.

### *Conſerva Acetoſæ.*

℞. Acetoſæ ℔ ß.
Sacchari ℔ j ß.

Tere in mortario lapideo: deinde inſola, & ſerva per annum. * Valet cholericis.

Cor etiam Refrigerant, Conſerva Roſarum, Violarum, &c. de quibus ſuprà.

## DE CONSERVIS REFRIgerantibus ventriculum.

Ventriculum refrigerant, Conſerva
A Roſarum, Violarum, &c. de quibus ſuprà.

## DE CONSERVIS REFRIgerantibus hepar.

### *Conſerva florum Cichorii.*

℞. Florum Cichorii recent. ℔ j.
Sacchari albi ℔ iij.

Terantur in vaſe lapideo optimè, deinde in vaſe vitrato ponatur ad Solem per aliquot hebdomadas, & ſervetur conſerva ad annum. * Valet me-
B lancholicis & cholericis.

Hepar quoq; Refrigerant, Conſerva Roſarum, Violarum: de quibus ſuprà.

## DE CONSERVIS REFRIgerantibus ſplenem.

Splenem refrigerant, Conſerva Roſarum, Violarum, Cichorii, &c. de quibus ſuprà.

C

## DE CONSERVIS REFRIgerantibus renes.

Renes refrigerant, Conſerva Roſarum, Nymphææ, &c. de quibus vide ſuprà.

## DE CONSERVIS REFRIgerantibus uterum.

Uterum refrigerant, Conſerva Roſarum, Violarum, Nymphææ, &c. de quibus ſuprà.

D

## DE CONSERVIS REFRIgerantibus juncturas.

Juncturas refrigerant, Conſerva Roſarum, Violarum, &c. de quibus ſuprà.

# *De Eclegmatis ſive Loch, Sectio XXIV.*

Eclegma, quod Arabibus Loch, Latinis Linctus dicitur, thoracicum & pulmonicum eſt præſidium, ex medicamentis ferè dulcibus & detergentibus, ac etiam glutinoſis, interdum amaris & acribus parciùs coctis, quàm electuario liquido, vel ſolido conveniat. Horum alia

- Uſualia *ſeu officinalia*
  - Adſtringentia:
    - Loch *de papavere,*
    - Diacodion *ſimplex Galeni,*
    - Diacodion *Montani,*
    - Loch *de pſyllio.*
  - Abſtergentia:
    - Loch *de tuſſilagine ſimpl.*
    - Loch *de tuſſilagine comp.*
    - Loch *de pino,*
    - Loch *ſanum & expertum,*
    - Loch *paſſularum,*
    - Loch *Antipatri,*
    - Loch *de praſſio,*
    - Loch *de ervo,*
    - Loch *de pulmone vulpis,*
    - Loch *de ſcilla,*
    - Loch *ad aſthma,*
    - Loch *è caulibus,*
    - Loch *de carthamo,*
    - Loch *ex allis.*
  - Conſolidantia: Loch *de pulmone vulpis.*
- Minùs *uſualia, &c. Vide literam A.*

- A. Minus *uſualia*
  - Aſtringentia
    - Loch *ad ſputum ſanguinis.*
    - Loch *ad inflammationem laterum & pulmonis incipientem.*
    - Loch *ad defluxionem tenuem.*
    - Loch *ad acres & erodentes deſtillationes.*
    - Loch *è portulaca.*
    - Loch *ex tragacantho.*
  - Abſtergentia
    - Loch *abſtergens & concoquens.*
    - Loch *ad humores pituitoſos.*
    - Loch *ad frigidas deſtillationes.*
    - Loch *ad pus retentum.*
    - Loch *ad ulcus pulmonis.*
    - Loch *ad aſthma Geſneri, &c.*

## DE ECLEGMATIS aſtringentibus.

### *Loch de papavere.*

℞. Papaveris albi ʒ xxv.
Amygdalarum dulcium depellatarum,
Nucleorum pinearum, Gummi Arabici,
Tragacanthi, ſucci Glycyrrhizæ ana ʒ x.
Amyli, ſem. Portulacæ, ſem. Lactucæ,
Sem. Cydoniorum ana ʒ iv.
Croci ʒ j ß.
Penidiorum alborum ℥ iv.

Omnia contundantur, & fiat loch ſecundùm artem cum ſyrupi papaveris ℔ iij. Servatur in vaſe figulino vitrato per annum. Datur lambendo ad ʒ iv. hora una poſt prandium: vel ad ſomnum hora una à cœna: vel omni tempore ad affectus ſequentes. *Juvat tuſſim & gutturis aſperitatem à catarrho calido, tenui, (quem ſputum liquidum indicat:) eum enim coquit, & craſſat. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi. *Meſues.*

### *Diacodion ſimplex Galeni.*

℞. Capita papaveris albi, mediocri magnitudine, nec nimiùm viridia, nec nimiùm matura N. xx.
Aquæ pluviæ aut fontanæ ℔ iij.

Macera horis vigintiquatuor; pòſt coque, donec capita contabuerint, cola, & adde
Mellis ℔ ij.

Coque ad juſtam conſiſtentiam. Fit cum ſaccharo eodem modo, item cum ſapa hac ratione:
℞. *Decoctionis prædictæ ℔ ij.*
*Sapæ vini dulcis ℔ ij.*
*Succi Glycyrrhizæ ℥ ij.*

Coquantur ad juſtam conſiſtentiam. * Uſus ejus eſt in deſtillationibus tenuibus è capite in aſperam arteriam, ex perpetua tuſſi inſomnium patientibus. Quòd ſi magna humoris copia ex capite circa pulmones conſtiterit, confectio ex melle melior eſt, quemadmodum ſomno opus habentibus, ea quæ ex ſapa conſtat.

### *Diacodion Montani.*

℞. Capitum papaveris albi cum ſeminibus N. xx.
Siliquarum dulcium ℥ iij.
A Rad. Althææ, Glycyrrhizæ raſæ ana ℥ ij.
Aquæ fontis ℔ xij.

Eximantur è ſiliquis grana, poſtea decoquantur ad remanentiam librarum trium: deinde exprimantur, & colentur: poſtea adde
Sacchari candi roſ. ℔ ß.
Penidiorum ℔ j.

Decoquantur ad mellis conſiſtentiam. * Eo utimur in tenuibus & acribus rheumatiſmis, pulmones, & aſperam arteriam fluxione tentanti-
B bus, & continenti tuſſi, pervigiliũ excitantibus.

### *Loch de pſyllio.*

℞. Mucaginis pſyllii ſecundùm artem extractæ ℥ ij.
Sacchari clarificati ℔ j.

Coquatur ſaccharum ſufficienter, donec candidum fiat: deinde admiſcetur mucilago, & tandiu agitantur, donec probe unita ſint, & albeſcant. Servatur in vaſe vitreato ad annum. * Tenues
C & acres humores in pectus defluentes inſpiſſat, mitigatque, & excretioni præparat. Fit in hunc modum loch de ſemine lini, & alia hujuſmodi eclegmata, quæ mucilagines recipiunt.

### *Loch de pſyllio, aliud.*

℞. Pſyllii, Granorum Cydoniorum ana ℥ v.
Sem. Papaveris albi ʒ x.
Sebeſten N. l.
Jujubarum N. xxx.
D Glycyrrhizæ ʒ vij.
Paſſularum exacinatarum ʒ xv.
Caſſiæ fiſtulæ mundatæ ℥ j.

Decoque in ℔ iix. aquæ, donec impinguentur: deinde cola, & projice ſuper ea
Rob ℔ ij.
Sacchari Saliemeni, Syrupi violati,
Penidiarum ana ℥ vj.
Farinæ fabarum ʒ iij.
Tragacanthi, Gummi Arabici ana aur. iv.

E Coquantur uſquedum tranſeant in conſiſtentiam mellis: deinde
℞. Sem. Cucurbitæ, ſem. Melonis,
Sem. Cucumeris, ſem. Citrulli ana aur. ij.
Sem. Papaveris albi aur. iij.
Sem. Aniſi, Fœniculi ana aur. ij.

Confice, & conſerva in vaſe vitreo ad biennium. *Meſues.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0459-8

## DE ECLEGMATIS abſtergentibus.

*Loch de tuſsilagine ſimplex.*

℞.Rad.Tuſſilaginis ℔ j.
Coquantur in aqua, donec diſſolutæ ſint, contundantur & colentur: deinde additis
Mellis ℔ ij.
Coquitur in juſtam conſiſtentiam: & ſervatur per annum. Eodem modo fit loch de althæa, baucia, & ſimilibus.

*Loch de tuſsilagine compoſitum Magiſtrale.*

℞.Rad.Tuſſilaginis ℥ vj.
Coquantur in aqua: deinde contuſis & diſſolutis in ipſa decoctione, additur
Sacchari ℔ j ß.
Igni deponuntur, & agitantur, donec in commodam formam redigantur: adde
Nucleorum pinearum denudatorum ℥ j ß.
Paſſularum purgatarum ℥ ij.
Contuſis in mortario lapideo, & permiſtis, adde
Croci, Caryophyllorum ana ℈ ß.
Succi Glycyrrhizæ ℈ iij ß.
Cinnamomi,
Macis ana ℈ j.
Redigantur in pulverem tenuem: miſce, & ſerva per annum.

*Loch de Pino.*

℞.Nucleorum pinearum mundatorum ℥ xxx.
Amygdalarum, Avellanarum aſſatarum,
Tragacanthi, Gummi Arabici,
Succi Glycyrrhizæ, Amyli,
Capill.Veneris, Ireos ana ℥ ß.
Carnis dactylorum ʒ xxxv.
Amygdal.amararum ℥ iij.
Mellis paſſularum, id eſt, Sapæ,
Butyri recentis,
Sacchari optimi ana ℥ iv.
Mellis optimi ℔ iij. ℥ ij.
Fiat loch, quod annum ſervatur. Sumatur velut lambendo ℥ j. * Tuſſi diuturnæ, difficultati ſpiritus, & aſthmati ſuccurrit: humores in thorace craſſos incidit & extenuat. *Meſues.*

*Loch ſanum & expertum.*

℞.Cinnamomi, Hyſſopi,
Glycyrrhizæ ana ℥ ß.
Jujubas, Sebeſten ana N.xxx.
Uvarum paſſarum, Ficuum pinguium,
Dactylorum pinguium ana ℥ ij.
Fœnigræci ʒ v.
Capillorum Veneris M.j.
Aniſi, ſem.Fœniculi, Ireos,
Calamenthæ, ſem.Lini ana ℥ ß.
Coquantur in ℔ iv. aquæ ad dimidii conſumptionem. Colaturæ benè expreſſæ adde
Penidiarum albarum ℔ ij.
Coquantur ad perfectionem: poſtea inſperge ſubſequentia minutiſſimè trita,

A Nucleorum pinearum mundatorum,
Amygdalarum mundat. ana ʒ v.
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi, Gummi Arabici,
Amyli candidi ana ℥ ß.
Ireos ʒ ij.
Agitentur omnia ſimul in lebete, donec albeſcant. Serva in vaſe vitreato annum vel biennium. Datur lambendo à ʒ v. ad ʒ x. * Tuſſi vociſque aſperitati à frigiditate natæ auxilio eſt.
B Craſſos in thorace & pulmone humores extenuat *Meſues.*

*Loch paſſularum.*

℞.Radicum Pæoniæ ℥ ß.
Hyſſopi, Meliſſæ,
Scolopendrii ana M.ß.
Glycyrrhizæ ℥ ß.
Fiat omnium decoctio in ſ.q. aquæ pluviæ, facta colatura cum forti expreſſione: adde paſſularum minorum in mortario benè contuſarum, priùs
C benè mundatarum à gigartis & acinis ℔ j. Decoquantur, & per pannum lineum fortiter exprimantur: expreſſioni adde
Sacchari ℔ j.
Fiat loch, ut artis eſt. * In frequenti uſu eſt noſtris ad tuſſim & pectoris vitia, maximè in puerulis, iiſdemq; epilepticis, propter pæoniæ radices ingredientes. *Auguſtani.*

*Loch Antipatri.*

D ℞.Nucleorum pinearum mundatorum ʒ xij.
Sem.Lini aſſi ʒ ix.
Tragacanthi, Ireos ana ʒ xij.
Carnis dactylorum ʒ xiix.
Amygdalarum dulcium ʒ xvj.
Diſſolvatur tragacantha in aqua violarum, & reliquis contuſis, cum melle q.ſ. fiat loch ſecundùm artem. Durat annum. * Earundem ferè virium cum ſuperiori.

*Loch de praſsio.*

E ℞.Comarum Marrubii, Iridis, Hyſſopi,
Pulegii, Glycyrrhizæ, ſem.Apii ana ʒ iv.
Ficuum paſſarum pinguium,
Nucleorum pinearum mundat. ana ʒ vj.
Macerata in aqua ſufficiente per noctem, decoquantur: & percolatis addatur mellis pars media. Coquatur ad perfectionem. Annum durat.
* Tabeſcentibus maximè convenit. *Paulus.*

*Loch de ervo.*

F ℞.Amygdalarum amararum ℥ ß.
Farinæ Orobi, Hyſſopi ana ℥ j.
Iridis ʒ ij.
Nucleorum pinearum mundat. ℥ j.
Mellis quantum ſatis eſt.
Fiat loch. Conſervatur annum. *Paulus.*

*Loch de pulmone vulpis.*

℞.Pulmonis vulpini præparati,
Succi Glycyrrhizæ, ſem.Fœniculi,
Aniſi, Capillorum Veneris ana ℥ j.
Mellis ℥ xvj.
Fiat loch. Servatur biennium. * Abſtergit & conſolidat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0460-9
DFG

ſolidat ulcera pectoris & pulmonis: & præferendum eſt aliis remediis in phthiſi. *Meſues.* A

*Loch è ſucco ſcillæ.*

℞. Succi Scillæ, diebus canicularibus excepti ℔ j.
Mellis ℔ j ß.

Coque, fiat loch, ad annum vel biennium ſervandum. * Craſſos & lentos humores, quique in thorace difficulter coquuntur, incidit & extenuat: ideoq; aſthmaticis, & difficile ſpirantibus auxiliatur, thoracisq; dolorem levat. *Galenus.* B

*Loch aliud.*

Ipſum Scillæ corpus, è qua ſuccus extractus, libram unam terito, cum mellis ℔ j ß.
Coque, fiat loch. * Hoc facultate poſterius eſt præcedenti.

*Loch de ſcilla compoſitum ſeu ad aſthma.*

℞. Scillæ in pane aſſatæ ʒ iv.
Marrubii, Hyſſopi ana ʒ j.
Iridis ʒ ij.
Myrrhæ, Croci ana ʒ ß.
Mellis q.ſ.

C

Fiat loch. Servatur ad biennium. * Ad aſthma & diuturnam tuſſim valet: humorem enim craſſum extenuat. *Meſues.*

*Loch de caulibus.*

℞. Succi Caulium ℔ v.

Lento igne coque, auferendo ſpumam ejus, uſquedum redeat ad libras duas. Deinde decoquatur cum rob, id eſt, ſapæ, vini & mellis ana ℔ j. uſquedum ingroſſentur. agitetur itaque diligenter piſtillo, fiatque loch ad annum ſervandum. *Meſues.* D

*Aliqui pro Rob accipiunt Saccharum rubrum.*

*Loch de Carthamo.*

℞. Medullæ ſem. Carthami ʒ vj.
Amygdal. mundatarum ʒ ij.
Nucleorum pinearum mundatorum ʒ j.
Mellis cocti, ſucci Scillæ ana q.ſ.
Fiat loch ad perfectionem. *Meſues.*

E

*Loch de caulibus, aliud.*

℞. Succi Caulium rubeorum ℔ j.
Croci ʒ ij.
Sacchari, Mellis ana ℔ ß.
Miſce ſimul ut decet, & fiat loch. *Gordonius.*

*Loch ex alliis.*

F

℞. Alliorum purgatorum ℔ ß.

In cicerum & hyſſopi jure decoquetur: deinde tundetur, medulla exprimetur, incerneturq;, & cum mellis & butyri recentis ſingulis libris, igne lento ad eclegmatis ſpiſſitudinem percoquetur. * Valet ad thoracis intemperiem frigidam, materiæque pituitoſæ defluxionem, tuſſim humidam, & diuturnam: pectoris excretiones juvat.

*Loch de amygdalis.*

℞. Amygdal. dulcium, Amygdal. amararum,
Sem. Lini torrefacti, Pinearum,
Aniſi, Tragacanthi, Gummi Arabici,
Glycyrrhizæ ana ʒ j ß.
Sacchari, Penidiarum ana ʒ iij.
Mellis ſucci Fœniculi ana q.ſ.

Coque. * Valet ad intemperiem ſiccam pulmonis & thoracis, & tuſſim inde ſiccam. *Meſues.*

## DE ECLEGMATIS MINÙS UſUALIBUS: AC PRIMÙM DE AſTRINGENTIBUS.

*Loch ad ſputum ſanguinis.*

℞. Conſervę Symphyti, conſ. Roſarum antiquę ana ℥ ß.
Galatinę Cytoniorum conditorũ ſaccharo ℥ j.
Trochiſcorum de terra ſigillata, vel de Carabe ʒ ij.

Cum ſyrupo myrtillorum fiat ad modum loch. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞. Galatinæ Cytoniorum, vel ſucci eorundem ℥ j.
Amyli, Tragacanthæ ana ʒ iij.
Terræ ſigillatæ, ſang. Draconis ana ʒ ij.
Carabæ ʒ j.
Lapidis hæmatites ʒ ß.

Incorporentur ſimul, fiat loch. *Rondeletius.*

*Aliud cum albumine ovi.*

℞. Sanguinis Draconis ʒ ij.
Amyli, Tragacanthæ,
Sem. Portulacæ, ſem. Papaveris,
Sem. Uvarum ana ʒ j.
Terræ ſigillatæ, vel Boli Armeni,
Roſarum rubrarum ana ʒ ß.

Fiat pulvis tenuiſſimus: qui albumine ovi crudo fortiter agitato, ut ſit tenuium partium, excipiatur, ſumaturq; eclegmatis loco: cui ſaporis gratia ſaccharum roſ. tabulatum addatur. *Idem.*

*Aliud ex ſuccis recentibus.*

℞. Succi Burſæ paſtoris,
Succi Herbæ ſanguinariæ,
Succi Plantaginis depuratorum ana ℥ ij.
Amyli, ſanguinis Draconis,
Coralii rubri, Tragacanthæ ana ʒ iij.
Sacchari roſ. q.ſ.

Miſce, & fiat loch. *Idem.*

*Loch ad incipientem inflammationem laterum & pulmonis.*

℞. Spec. Diatragacanthi frig. ʒ iij.
Sacchari candi, Penidiarum ana ℥ j.
Syrupi Jujubarum q.ſ.

Fiat loch. Capiat lambendo. * In progreſſu autem, nimisq; tenui materia additur diairis ſimplex, & pro ſyrupo jujubarum violatus ponitur. *Rondeletius.*

*Loch ad inflammationem declinantem.*

℞. Spec. Diairis ſimplicis ʒ ij.
Spec. Diatrag. frigidi ℈ j.
Sacchari candi ℈ ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0461-5

Syrupi Capill. Veneris,
Syrupi de Glycyrrhiza ana ℥ j.
Miſce. *Idem.*

*Loch ad defluxionem tenuem incraſſandam & ſiſtendam.*

℞. Pulpæ Jujubarum ℥ ß.
Amyli ʒ ij.
Tragacanthæ, Gummi Arabici ana ʒ j.
Cum Syrupo de papavere fiat loch. Sumatur lambendo. *Rondeletius.*

*Loch ad acres & erodentes deſtillationes.*

℞. Spec. Diatrag. frig. ℥ ß.
Boli Armeni in aqua roſacea loti ʒ ij.
Trochiſcorum de terra ſigillata ℈ ij.
Cum Syrupo de papavere fiat loch. *Andernacus.*

*Loch è Portulaca.*

℞. Succi Portulacæ ℔ ij.
Trochiſcorum de terra lemnia ℥ ij.
Trochiſcorum de Carabe, Gummi Arabici, Sanguinis draconis ana ʒ j.
Lap. Hæmatitis, pilorum leporis uſtorum ana ℈ ij.
Sacchari albi ℔ j.
Fiat Loch, ut eſt artis. * Commendatur in ſputo ſanguinis, & aliis ejusdem, vel ſuprà, vel infrà eductionibus. *Auguſtani.*

*Loch ex Tragacantho.*

℞. Gummi Arabici, Tragacanthi ana ʒ j.
Infundantur in aqua roſacea, donec mucilago fiat: adde
Terræ lemniæ, Boli Armeni, Lap. hæmatitis ana ʒ j.
Conſervæ roſarum antiquæ, Syrupi è roſis ſiccis ana q. ſ.
Fiat Loch. * Ad eosdem affectus, ad quos præcedens valet. *Idem.*

*Loch ad caliditatem & aſperitatem pectoris, & ad tuſſim calidam.*

℞. Glycyrrhizæ ʒ xv.
Paſſularum ℥ ij.
Zizipharum, Myxarum ana N. xxv.
Coque igne lento in aquæ ℔ iv. ad librarum trium conſumptionem: adde
Caſſiæ fiſtulæ ℥ j.
Colatum, & ſeminibus ac membranis purgatum percoque cum penidiorum ℔ ß. ſapæ ℥ iv. ad juſtam craſſitiem. Tunc miſce farinæ fabarum ℥ ij. *Meſues.*

*Aliud ad idem.*

℞. Sem. Papaveris ʒ x.
Glycyrrhizæ ʒ vij.
Myxarum N. xx.
Semin. Pſyllii,
Semin. Cydoniorum ana ʒ v.
Aquæ ℔ iij.
Coque ad dimidii conſumptionem: colatem percoque cum
Sapæ, Penidiorum ana ℥ iv.

A adjuſtam craſſitudinem: deinde miſce
Tragacanthi, Gummi ana ʒ v.
Papaveris albi, ſem. Melonum,
Sem. Citrulli, ſem. Cucumeris ana ʒ ij.
Confice. *Meſues.*

## DE ECLEGMATIS abſtergentibus.

*Loch abſtergens & concoquens.*

B ℞. Pulpæ paſſularum ℥ j.
Mucilaginis ficuum extractæ cum decoctione hord. ℥ ß.
Enulæ campanæ ſiccæ,
Spec. Diatreos ſimpl. ana ʒ j.
Cum ſyrupo de glycyrrhiza fiat loch. *Rondelet.*

*Aliud.*

℞. Amygdal. dulcium ℥ j ß.
Pinearum infuſarũ in aqua decoctionis Hordei & Glycyrrhizæ ℥ j ß.
C Pulpæ paſſularum ℥ ß.
Sem. Malvæ, ſem. Bombacis ana ʒ ij.
Sem. Aniſi ʒ j.
Succi Glycyrrhizæ ʒ ij.
Cum ſyrupo de praſſio, vel glycyrrhiza fiat loch. *Idem.*

*Aliud fortius.*

℞. Scillæ in paſta involutæ, & in furno aſſæ ℥ ß.
D Fortiter contundatur: cui adde
Succi Glycyrrhizæ ℥ ij.
Conſervæ Enulæ campanæ ℥ ß.
Sapæ, Oxymelitis ſimpl. ana ℥ ij.
Avellanarum ℥ ß.
Quatuor ſem. frig. inciſorum ana ʒ iij.
Pinearum, Amygdal. dulcium ana ℥ j.
Piſtentur ſimul, & fiat loch. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Marrubii, Hyſſopi, capill. Veneris,
E Calaminthæ ana M. j.
Paſſularum, Ficuum, Dactylorum ana N. xxx.
Aniſi ʒ ij.
Glycyrrhizæ raſæ ʒ iij.
Quatuor ſem. frig. ana ʒ ij.
Fiat decoctio in aqua hordei ad quart. j. cui adde
Pinearum ʒ iij.
Tragacanthæ, Gummi Arabici ana ʒ j.
Pulpæ Paſſularum, Dactylorum, Ficuum ana ℥ ß.
F Cum pauca quantitate ſapæ fiat loch. *Rondelet.*

*Loch ad humorem pituitoſum.*

℞. Spec. Diatreos Salomon.
Spec. Diatreos ſimpl. ana ʒ ij.
Enulæ campanæ ʒ j ß.
Oxymellis ſcillitici quantum ſufficit.
Omnia commiſceantur, ac ex radicula glycyrrhizæ lingenda deglutiendaq; paulatim dentur. *Andernacus.*

*Loch ad frigidas diſtillationes.*

Ex butyro, ſaccharo, & pauca terebinthina paratur:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0462-0

ratur: quo in catarrho à materia frigida, & pectoris cõſtrictione dilatanda, utimur. Fundit enim, expectorat, & detergit. *Rondeletius.* A

*Loch ad pus retentum.*

℞. Syrupi roſati laxativi ℥ ij.
Succi Glycyrrhizæ ʒ j.
Farinæ hordei ℥ ß.
Tragacanthæ, vel Gummi Arabici ʒ j.

Fiat loch. Sumatur manè tantùm. Serò autem utatur conſtringentibus. *Rondeletius.*

*Loch ad ulcera pulmonis.*

℞. Conſervæ Symphyti,
Conſervæ Roſ. antiquæ ana ℥ j.
Tragacanthæ torrefactæ,
Gummi Arabici leviter torrefacti, cin. Cancrorum fluviat. lotorũ in aqua roſ. ana ʒ ij.
Coralii rubri, Boli Armeni, Terræ ſigillatæ ana ʒ j.
Sem. Papaveris albi, ſem. Plantaginis ana ʒ j ß.

Cum ſyrupo de roſis ſiccis fiat loch. *Idem.*

*Loch ad phthiſim.*

℞. Sem. Papaveris albi, ſem. Lini torrefacti,
Spodii, Croci,
Amygdalarum dulcium ana ʒ iij.
Amyli, Tragacanthi, Gummi,
Sem. Cydoniorum, ſem. Citruli ana ʒ vj.
Sem. Naſturtii torrefacti, Amygdal. amar.
Fabarum ana ʒ j ß.
Penidiorum ʒ lx.

Hæ aqua fontana diſſolutæ coquantur, deinde cætera miſceantur. Dantur ʒ ij. cum hydromelite. * Phthiſicis ſaluberrimũ, ſed etiam hecticis, B & aliter cõſumptis, pure & ſanie pulmones purgat, & tuſſim lenit. *Meſues.*

*Loch ad aſthma Geſneri.*

℞. Fœnigræci ℥ j.
Aniſi ℥ ß.
Sacchari ℥ ij.
Aquæ ℔ ij.

Decoque ſecundùm artem. Uſus ejus eſt in deſtillationibus tenuibus è capite in aſperam arteriam, ex perpetua tuſſi inſomnium patientibus.

## DE CONDITIS, *Sectio XXV.*

CONDITA fiunt è floribus, radicibus & corticibus: quorum alia
- Simplicia
  - Calefacientia & *corroborantia*
    - Cor: *ut*
      - Nux *moſchata Indica condita.*
      - Aurantia *condita.*
      - Citria *condita.*
      - Myrobalani *Chebuli conditi.*
      - Conditum *ex pomis, &c.*
    - Ventriculum: ut
      - Zingiber *conditum.*
      - Citria *condita.*
      - Nux *Indica condita.*
      - Calamus, Acorus } conditus.
      - Galanga *condita.*
      - Cotonia, Pyra } condita.
      - Juglandes, *&c.*
    - Renes: *ut*
      - Eryngium, Secacul } conditum.
  - Refrigerantia & *corroborantia*
    - Ventriculum: *ut*
      - Myrobalani *Emblica condita.*
      - Conditum *ex perſicis.*
      - Conditum *ex prunis.*
      - Conditum *ex ſorbis.*
      - Meſpila, Ceraſa } condita.
    - Jecur: *ut* Radices *cichorii condita, &c.*
- Compoſita, *&c. Vide literam A.*

- A. Compoſita
  - Alterantia
    - Temperata: *ut*
      - Conditum *ad omnes vires roborandas.*
      - Aliud, *&c.*
    - Intemperata
      - Calefacientia: *ut*
        - Diacitonium *compoſitum.*
        - Conditum *ad frigidum humorem.*
      - Refrigerantia
        - Cor: *ut*—Conditum *ad humorem calidum.*
        - Pectus: *ut*—Conditum *ad inflam. pul. &c.*
        - Ventriculum: *ut*—Conditum *ad ſtomachum imbecillum ex calore.*
        - Jecur: *ut*
          - Conditum *ad calorem jecoris.*
          - Aliud, *&c.*
  - Purgantia: *ut*—Diaconitum *purgans.*

## DE CONDITIS CALFAcientibus & corroborantibus cor. A

### *Nux moſchata Indica condita.*

Nuces moſchatæ Indicæ recentes conditæ ad nos Luſitanorum navigationibus ex India convehuntur, noſtris juglandibus amplioribus perſimiles, cortice viridi, carnoſo, & alio lignoſo, inter quos eſt macis, & ſub lignoſo ipſa nux mo- B
ſchata. * Valet ad cordis & ventriculi robur, & intemperiem frigidam. *Sylvius.*

### *Aurantia condita.*

Cortices Aurantiorum aqua frigida aliquoties mutata macerentur ad deponendum amarorem plus minùs, pro intentione uſurpare volentis: & deinde modice reſiccati condiantur ſyrupo ſimplici, vel mellis, vel ſacchari, conjunctim vel diviſim, ad juſtam craſſitiem. Quidam à prædictis C
corticibus accuratè auferunt album illud, quod ſub flavo ſubeſt, veluti fungoſum intermedium, uſque ad ſuccum ſive chylum ipſius fructus: alii contrà relinquunt, & pariter condiunt. * Ventriculum & cor roborant. *Colonienſes.*

### *Citria condita.*

Cortices Citriorum tam magnorũ, quàm vola manus capere poteſt, carne purgati, lixivio claro mergantur dies novem, mutato ad diem quintũ, pòſt merge aqua clara, donec amaritu- D
dine depoſita dulceſcat: tunc vaſe mundo, aqua fontis plurima coquentur, donec tenereſcant: aquoſa deinde ſubſtantia ab his expreſſa in vaſe lapideo mergantur viginti quatuor horas julepo ſufficienti ex ſaccharo albo, & aqua tripla conſtante: pòſt coquantur igni lento, ad penidiorum conſiſtentiam. Extracti ex julepo cortices, vaſe vitreo reponãtur, ſuperfuſo ſingulis viciſſim velut incruſtandis julepo roſato ad mediocrem, ſeu ſacchari candefacti craſſitiem cocto. Sunt qui ambra & moſcho aromatizant. Datur poſt menſem. * Stomachum & cor confortant, coctionem juvant, oris halitum commendant. Eodem etiam modo condiuntur cortices Aurantiorum & Limonum. *Meſues.*

### *Myrobalani Chebulæ conditæ.*

Myrobalani Chebulæ accipiendæ ſunt, quotlibet, humidæ & recentes, ſi harum eſt poteſtas, vel ſaltem arte & induſtria idonea humectatæ, quæ ſtylo paſſim compunctæ coquãtur ex aqua igni lento, donec tenereſcant. His in aſſerem immiſſis, aqua exprimatur. Deinde biduò hydromelite vel ſyrupo ſacchari mergantur. Deinde igne lento clementer coquantur, vaſe vitreo recondantur, ac melle, cui incoctæ fuerint, mergantur. Hodie ex Ægypto conditæ in Italiam adferuntur. Dantur poſt ſex menſes. Doſis eſt una de mane ſtomacho jejuno. * Stomachum, cor & ventriculum firmant, appetentiam invitant, coctionem promovent, rationalem animæ partem vegetam reddunt & ſenſificam: quapropter viſum quoq; clariorem, & uſu crebro juventutem diù tuentur. *Meſues.*

### *Conditum de pomis.*

Poma odora nulla putredine vitiata, depellata, intùs purgata in fruſta idonea ſecta coque in julepo multum aquoſo: poſtridie in julepo alio propemodùm perfectè cocto percoque, aromatiza moſcho, vaſe vitreo repone, eo julepo, cui incocta ſunt, ſuperdato. * Confirmant, ſyncopen & cordis palpitationem ſedant. *Meſues.*

### *Conditum, ſive electuarium de pomis.*

℞. Carnium pomorum dulcium, & redolentium, intùs & foris purgatorum, & in fruſta inciſorum ℔ vj.
Sacchari albi boni ℔ v.
Aquæ roſatæ ℔ ij.
Ligni aloës, ſandali citrini ana ℥ v.
Caryophyllorum ℥ ß.
Cinnamomi ʒ iv ß.
Ambræ ʒ ij.
Moſchi ℈ j.

* Salubre ad cordis & ſtomachi imbecillitatem, A
coctionemq; juvandam. *Meſues.*

## DE CONDITIS CALfacientibus ventriculum.

### *Zingiber conditum.*

℞. Zingiberis recentis, ſi haberi poteſt: ſin mi-
nùs, ſaltem arte humectati part. j. Coquitur cum
mellis partibus tribus, & ſacchari parte una. Hu-
mectandum autem Zingiber album, purum, re-
cens, aqua affuſa primùm, deinde arena humida B
obrutum quarto quoq; die renovata, aqua ſæpè
ſuperfuſa, donec tumefiat, & humectetur: idq;
vel in dolio, aut alio vaſe magno fiat, vel in foſſa
quadam ſubterranea magna, & loco humido.
Alii Zingiber aridũ acerrimo lixivio probe ma-
cerant, ut molle evadat: quod ubi factum eſt,
perfundunt pura aqua frigida ſubinde mutata,
donec omnis acrimonia & lentor lixivii aufera-
tur. Poſtea, ut ſuprà dictum eſt, procedunt. Viri-
de conditum ex Arabia & Troglodytica in Æ- C
gyptum, & inde ad nos affertur. * Temperiem
ventriculi frigidam & humidam ſanat, & ab ea
tardam & depravatam coctionem, quæ cibos in
acidam cruditatem corrumpat. Viſcerum lubri-
citatem corrigit, flatus diſſipat, alimenti in he-
par & corpus reliquum diſtributionem celerat.
*Meſues & Colonienſes.*

### *Calamus aromaticus conditus.*

Calamus aromaticus ſeu acorus verus, ut zin- D
giber conditur. Noſtrum quoq; acorum offici-
næ conditum habent, ſed inutilem omnino cen-
ſemus. * Acorus conditus, cerebri & nervorum
affectibus frigidis confert. *Meſues.*

### *Cytonia condita.*

℞. Cytonia ampla, nulla putredine vitiata,
depellata, intùs purgata, in fruſta idonea ſecta:
coque in julepo multùm aquoſo: poſtridie in
julepo alio propemodùm perfectè cocto perco-
que: aromatiza moſcho, vaſe vitreo repone, eo E
julepo, cui incocta ſunt, ſuperdato. * Fluxum al-
vi, vomitumque ſiſtunt, ventriculum roborant:
ob id & coctiones juvant. *Meſues.*

### *Diacitonium ſimplex.*

℞. Carnium Citoniorum vapore aquæ dulcis
coctorũ, & ad ſpiſſitudinem coctorũ ℔ iix.
Sacchari albiſſimi deſpumati, & ad ſpiſſitudi-
nem juſtam cocti ℔ iix.

Coquantur ad ſolidam conſiſtentiam, & exten-
datur in tabulam fervens maſſa, refrigerata in F
partes incidatur. Quidam octo libris carniũ Ci-
toniorum, addunt ſex libras ſacchari clarificati.
Poteris etiam ita facere:

℞. Citoniorum excorticatorum, & ab interio-
ribus mundatorum ℔ iix.
Sacchari clarificati ℔ iv.

Coque deinde citonia ſuper vaporem aquę dul-
cis: deinde unà cum ſaccharo ad juſtam ſpiſſitu-
dinem coque. Durat annum. * Peculiare reme-
dium eſt fluxus, vel vomitus, quoniam ſtipticat,
& corroborat membra collapſa, debilia, confor-
tat ſtomachum, virtutem retentivam & digeſti-
vam: & ſummopere excitat guſtum. Sed ad flu-
xum datur ante cibum, & ad vomitum compe-
ſcendum poſt cibum. *Nicolaus.*

### *Diacitonium ſtybiatum noſtrum.*

℞. Diacitonii ad perfectam conſiſtentiam co-
cti ℔ j.
Vitri antimonii ℥ j ß. Tragacanthi ʒ ij.
Miſce. Doſis ʒ j. plus minúsve pro ſumentis virib.

### *Pyra condita.*

Pyra condita, cor & ventriculum roborant.
Condiuntur ut Citonia. *Meſues.*

### *Juglandes conditæ.*

Juglandes nondum maturæ macerentur no-
vẽ diebus, vel circiter in aqua pura mutata quo-
tidie: deinde coquuntur: coctæ ferramento te-
nui perfodiuntur transverſim ſecundum tres di-
menſiones, & leviter reſiccantur: deinde forami-
na Cinnamomo, Caryophyllis, & Zingibere, in
feſtucas longas conciſis expleantur: poſt hæc af-
fuſo ſyrupo adſerventur. Cavendum etiam atq;
etiam, ne ſyrupus nimis calidus ſit: alioqui enim
cõtrahentur, &, corii inſtar, lenti & tenaces eva-
dũt. Quòd ſi ſyrupus aquoſior poſt aliquot dies
evadat, & periculum, ne corrumpantur fructus,
eſſe ſuſpicaris, effundatur, & ad juſtam ſpiſſitu-
dinẽ recoquatur, ac iterũ affundatur. *Colonienſes.*

## DE CONDITIS EXcalfacientibus renes.

### *Eryngium conditum.*

Radices Eryngii albæ, amplæ, teneræ, à corti-
ce cinericio & ligno interno purgatæ, in fruſta
pollicaris magnitudinis ſectæ, uno caryophyllo
humectato & particula zingiberis humectati,
fartæ intùs, unde lignoſa portio execta eſt, co-
quantur in æquali pondere ſacchari, & duplo
melle, vel melle ſolo, ſed triplo: coctis addatur
aromatum pondus juſtum. Datur ab ℥ j. ad ℥ ij.
* Renes calefacit: Venerem excitat: flatus tamen
ventriculi diſſipat. *Meſues.*

Eodem etiam modo radices Secacul con-
diuntur.

## DE CONDITIS REfrigerantibus ventriculum.

### *Myrobalani emblicæ conditæ.*

Myrobalani Emblicæ aqua affuſa Soli expo-
nendæ, donec tenereſcant, & humectentur: tunc
expreſſæ, hydromelite biduo macerantur: pòſt
igni lento coquuntur: coctæ ubi parum refrixe-
runt, mellis albi quarta parte, vel ſacchari, adje-
cta reconduntur. Sunt qui aromatibus condiant,
cinnamomo, xyloaloë, cardamomo, croco, mo-
ſcho, gallia, & ſimilibus. Datur una ſemel tota
diebus aliquot. * Ventriculum roborant, ejus
ſubſtantiam & facultatem contrahendo, & in-
temperiem humidam corrigendo. *Meſues.*

### *Conditum ex perſicis.*

Perſica cõdiuntur, ut Cytonia. * Ventriculum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0465-7

calidum confirmant, ſitim ſedant, oris fœtorem emendant. *Meſues.* A

*Conditum perſicorum.*

℞. Perſicorum propemodùm maturorum, intùs & foris purgatorum,
Succi perſicorum ana ℔ iij.
Sacchari albi ℔ ij.

Tere perſica in medullæ conſiſtentiam, coque cum ſyrupo, ut in condito ex cydoniis diximus. B
Ubi coctum erit, miſce
Ligni aloes, Sandali citrini ana ʒ ij.
Cinnamomi, Cubebarum, Macis ana ℥ ß.
Moſchi ℈ ß.

Fit etiam ſine aromatibus.* Ventriculi ardorem mitigat: ſtomachum confortat, ſitim extinguit: tetrum oris halitum emendat. *Meſues.*

*Conditum ex fructibus.*

℞. Carnis Cotoneorum, carnis Pyrorum auſterorum, carn. Malorum acidorum ana ℔ j.

Coque ex aceto forti, in quo rhus viginti quatuor horis maceratus fuerit: deinde adde C
Omphacii ex acinis expreſſi ℔ j.
Carnis Sorborum immaturorum ℥ v.
Sacchari ℔ iv.

Coquantur omnia ad mellis craſſitudinem: deinde adde
Succi Berberorum ℥ ij.
Spodii, ſem. Acetoſæ ana ℥ j.

Percoctum conde vaſe vitreo. Datur à ʒ ij. ad ʒ iij. cum aqua frigida, & ſucco citri, aut ſucco ribes. * Appetentiam excitat, & bilem flavam ex ventriculo deturbat: ejuſque intemperiem calidam corrigit. *Idem.* D

*Conditum ex prunis.*

℞. Carnium prunorum nigrorum, oblongorum, mediorum, ſubdulciū, elixatorum in aqua, cui portulaca incocta fuit,
Sacchari albi ana ℔ j.
Aquæ violarum ℔ ij.

Coque igni lento ad craſſitudinem: reconde vitreo vaſe. Da ab aureis iv. ad ſex aureos. * Ventriculi ardorem, & inde natam ſitim extinguit, febres mitigat, alvum ſolvit. *Meſues.* E

*Conditum ex ſorbis.*

℞. Carnis Sorborum propemodùm maturorum, coctorum in aqua, cui roſæ primùm incoctæ fuerint, & cortices granatorum ℔ iv.
Mellis aut ſacchari ℔ ij ß.

Coque ad craſſitudinem, & reconde vaſe. Datur ℥ j. * Ventriculum roborat, immodicam purgationem ſiſtit. *Meſues.* F

*Ceraſa condita.*

Ceraſa acida recētia, antequam ad perfectam maturitatem pervenerunt, avellantur, & ſaccharo ad juſtam ſpiſſitudinem cocto atq; clarificato perfundantur, reponanturque. *Colonienſes.*

*Meſpila condita.*

Meſpila matura colliguntur, atque ſaccharo ad ſyrupi conſiſtentiam cocto condiuntur, & in vaſe vitreato reponuntur.

*Radices Cichorii conditæ.*

Radices Cichorii recentes & virides, primùm terra & cortice exteriore atq; matrice purgatæ, deinde in partes ſectæ, priusquàm condiuntur, coquantur, donec mediocriter molleſcant: ita tamen, ut non obſcurus remaneat amaror. Coctę leviter reſiccentur in aëre, à ſe mutuò ſejunctæ: deinde ſaccharo ad juſtam ſpiſſitudinem cocto condiantur, & reponantur. *Colonienſes.*

## DE CONDITIS temperatis.

*Conditum ad omnes vires roborandas.*

℞. Conſervæ Anthos, Roſarum, Cirſii,
Bugloſſæ, Adianthi, Cichorii ana ʒ ij.
Cort. Citri conditi, Nucis Indicæ conditæ ana ʒ j ß.
Spec. Pliriſarcoticon, Diamoſchi,
Diarrhod. Abb. Triaſandali ana ʒ ß.
Fol auri N. vj.
Sacchari albiſſimi q. ſ.

Fiat conditum auro coopertum. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Spec. Pliriſarcotici, Conſervæ Adianthi,
Spec. Diamoſchi,
Diarrhod. Abb. Triaſandali ana ʒ ß.
Conſervæ Roſarum, Cichorii ana ʒ ij.
Sacchari albiſſimi, in aqua roſarum diſſoluti, quantum ſufficit.

Fiat conditum, inſtar electuarii ſolidi. *Idem.*

*Conditum cardiacum.*

℞. Conſervæ Nymphææ, Bugloſſi, Roſarum,
Corticum citri conditi ana ℥ ß.
Pul. diambræ, de gemmis, diamargariti frigidi ana ℈ ß.
Oſſis e corde cervi,
Sem. citrei & Cardui benedicti,
Rad. tunicæ & tormentillæ ana ℈ j.
Scobis unicornis gr. viij
Folia auri minutim conciſa N. vj.
Sacchari albi q. ſ.

Fiat conditum cardiacū, quo utebatur *Fernelius.*

## DE CONDITIS EXcalfacientibus.

*Diacitonium compoſitum.*

℞. Carnium Citoniorum comminutarum, & coctura inſpiſſatarum ℔ iij.
Mellis deſpumati ℔ iv.

Coquantur ſimul ad juſtam conſiſtentiā, & poſtquam ab igne depoſueris, antequam refrigerentur, inſperge ſubſequentes ſpecies, in tenuiſſimum pulverem contritas:
Cinnamomi ℥ j ß.
Zingiberis ℥ j.
Piperis, Galangæ ana ℥ ß.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ ana ʒ iij.
Spicæ nardi, Ligni aloës, Macis, Cardamomi ana ʒ ij.
Zeduariæ ʒ j.

* Excalfacit, reſolvit ventoſitates, removet fœtorem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0466-3 DFG

A torem corporis, reſtituit priſtinum colorem, & magis reſtaurat. *Nicolaus.*

*Diacitonium compoſitum aliud.*

℞. Carnis Cotoneorum in vino coctorum,
Mellis deſpumati ana ℔ iij.
Coque igne lento, tunc adde
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Cardamomi, Galangæ ana ʒ j.
Cinnamomi craſſi ℥ iij.
Zingiberis, Piperis longi, Macis ana ℥ ß.

B Si autem affectus eſt calidus, coquenda ſunt cotonea cum aceti parte tertia. Et quandoq; permiſcetur ſuccus granatorum: quandoq; ſuccus citri: quandoq; adduntur ſpodii, berberis, ſem. acetoſæ, trium ſandalorum, roſ. rub. partes æquales. Ventriculum firmat, coctionem juvat, vomitum bilioſum & pituitoſum ſiſtit: colorem corporis floridum efficit. *Meſues.*

*Diacitonium è ſucco Citoniorum.*

C ℞. Succi Citoniorum deſpumati ℔ xij.
Mellis optimi deſpumati, *Sacchari albiſſimi* clarificati ana ℔ ij.
Coquantur ſimul ad juſtam ſpiſſitudinem: deinde ab igne remotis, & adhuc tepentibus inſperge ſubſequentium pulveres minutiſſimè tritos, & per cribrum excuſſos:
℞. Cinnamomi, Nucis moſchatæ ana ℥ iv.
Caryophyllorum, Zingiberis, Galangę añ ℥ ij.
Nardi Celticæ, Piperis nigri, Ligni aloës,
D Macis, Zedoariæ, Cubebarum,
Cardamomi ana ℥ j.
Confice ſecundum artem.

*Diacitonium aliud.*

℞. Carnis Cotoneorum, Mellis, Aceti albi ana ℔ ij.
Piperis, Zingiberis ana ℥ iij.
Petroſelini Maced. ℥ j.
* Appetentiam languentem excitat, coctionem ciborum juvat, jecur & ventrem totum roborat:
E ventriculi diſpoſitiones propè omnes, exceptis quæ ab æſtu vehementi fiunt, modicè juvat. *Galenus.*

*Aliud.*

℞. *Succi Cotoneorum, Mellis Attici ana ſextarios Rom. ij.*
*Aceti ſextarium ß.*
*Zingiberis ℥ iij.*
*Piperis ℥ ij.*
F At in calido ventriculo aufer piper & zingiber.

*Aliud.*

℞. Succi Cotoneorum,
Mellis deſpumati ana ℔ iij.
Aceti ℔ ij.
Piperis longi, Zingiberis, Cinnamomi añ ℥ j.
Caryophyllorum, Ligni aloës ana ℥ ß.
Moſchi ℈ iij.
Succū, mel, acetū igne lento coque, continenter deſpumando ad mellis craſſitudinē: tunc inſperge cætera. * Appetentiam languentem excitat, ventriculum & hepar roborat, coctionem juvat & retentionem, eam reſtringendo. *Meſues.*

*Aliud.*

℞. Carnis Cotoneorum in vino coctorum,
Mellis deſpumati ana ℔ iij.
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Cardamomi, Galangæ ana ʒ j.
Cinnamomi craſſi ℥ iij.
Zingiberis, Piperis longi, Macis ana ʒ iv.
Carnem & mel igne lento percoque: tunc adde reliqua. * Firmat ventriculum, coctionem juvat, vomitum bilioſum & pituitoſum ſiſtit, colorem corporis floridum efficit. *Meſues.*

*Conditum ad frigidum humorem.*

℞. Trochiſc. de Capparibus, cōditi Citri ana ʒ ß.
*Spec. Diagemmæ,*
*Sem. Aniſi, Cumini, Fœniculi ana ʒ ij.*
*Sacchari quantum ſufficit.*
Fiat conditum, quod bracteis auri contegatur, deturq; cochleare. *Andernacus.*

*Conditum pro Ventriculo laxo.*

℞. Corticis citri conditi ſicci ℥ ß.
Carn. nucis moſchat. condit. ʒ j.
Nucis communis conditæ unam,
Conſervæ roſarum ʒ ij.
Sacchari roſati ad pondus omnium.
Fiat conditum: doſis cochlear unum, manè & veſperi hora una ante cibum. *Caſpar Bauhinus.*

## DE CONDITIS COMpoſitis refrigerantibus.

*Conditum cor calidum alterans & roborans.*

℞. Conſervæ Anthos, Roſarum, Borraginis, Bugloſſi, capillorum Veneris ana ʒ ij.
Corticum citri conditorum ʒ j ß.
Pulveris electuarii pleresarchon diarrhodonis Abbatis, trium ſandalorum ana ʒ ß.
Foliorum auri N. vj.
Sacchari quod ſufficit, ut fiat conditum, auro cooperiatur. *Heurnius.*

*Conditum ad humorem calidum.*

℞. Conſervæ Bugloſſi, Roſarum, Nymphææ ana ʒ ij ß.
Spec. Diamarg. frig. pul. Coralii rubri ana ʒ ij.
Pul. frag. lapidum precioſorum ana ℈ j.
Semin. oxalidis, ſem. portulacæ, ſem. cichorii ana ʒ j.
Fol. auri N iv.
Sacchari albi quantum ſatis eſt.
Mixta redigantur in conditum, quod avellanæ magnitudinis inſtar exhibetur. *Andernacus.*

*Conditum ad inflammationem pulmonis.*

℞. Conſervæ Violarum ℥ ß.
Conſervæ Bugloſſæ ℥ ij.
Spec. Diatrag. frig. ʒ j.
Spec. Diamargarit. frig. ℈ ß.
Sacchari candi, ſacchari albiſſimi ana q. ſ.
Fiat conditum. * Refrigerat, confortat, & humectat. *Rondeletius.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0467-9
DFG

### *Conditum refrigerans & conſtringens ſtomachum imbecillum.*

℞. Conſervæ Roſarum ℥ j.
Spec. Diamarg. frig. ʒ j.
Coralii rubri ʒ ß.
Sacchari q. ſ.

Fiat conditum. *Rondeletius.*

### *Aliud à paſtu conveniens.*

℞. Myrobal. Emblicorum, in aqua roſ. ablutorum N. x.
Cort. Citri, Conſervæ Roſarum antiquæ,
Carnium Cotoneorum ana ℥ ß.
Coralii rubri, Margaritarum ana ʒ ij.
Spec. Diarrhod. Diacitoniten ſine ſpecieb. calidis ana ʒ ß.
Sacchari roſati tab. quantum ſufficit.

Fiat conditũ, de quo capiat poſt paſtum. Ad ſpiritus fœtorem additur aromaticũ roſ. & parum moſchi, & diamoſchi vel ambræ, &c. *Rondeletius.*

### *Conditum ad calorem jecoris.*

℞. Conſer. Cichorii, Violarum, Nymphææ, Bugloſſi ana ʒ ij ß.
Conſervæ Roſ. ʒ j ß.
Spec. Diamarg. frig. Triaſandalorum ana ʒ ß.
Fol. auri N. viij.
Sacchari albiſſimi quantum ſufficit.

Miſceantur, fiatque conditum. Detur cochleare unum. *Andernacus.*

### *Aliud ad idem.*

℞. Spec. Triaſandali ʒ ij.
Specierum Diamarg. frig.
Spec. Diarrhod. Abb. ana ℈ ij.
Conſervæ Cichorii, Violarum ana ʒ j ß.
Sacchari albiſſimi, ex aqua intybi, vel cichorii diſſoluti quantum ſatis eſt, nempe ad ℥ iij ß.

Finguntur hinc teſſellæ, quæ drachmas duas aut tres pendeant. *Idem*

## DE CONDITIS PURGANTIBUS.

### *Diacitonium purgans.*

℞. Succi Citoniorum ℔ iij.
Mellis albi ℔ ij.

Coque continenter deſpumando, donec manus non inficiat, quæ forma eſt mivæ ſimplicis uſitatæ: deinde injice ſequentia:

Scamonii in malo Citonio correcti ℥ j ß.
Caryophyllorum, Zingiberis, Maſticis, Piperis longi, Cinnamomi, Nucis moſch. ana ʒ iij.

Miſce ſimul omnia. * Colico dolori & aliis partium nutritoriarum morbis ſalubre eſt. Datur ab aureo uno ad aureos tres. Aut

℞. Scammonii ʒ v.
A Turbith ʒ xij.

* Cholagogum erit, ſimul & phlegmagogum.

Aut abjecto Scammonio, miſce

Turbith ʒ xxv.
Carthami ʒ v.

*Phlegmagogum ſolùm erit. Aut ſi bilem atram vacuare velis, horum loco

℞. Helleborum nigrum, vel hujus loco Epithymum. Quidam cum ſaccharo coquunt: alii cum carnibus tãtùm: alii cum ambobus. *Meſues.*

### B *Pruna purgantia.*

℞. Foliorum Senæ mundatæ ℥ ij ß.
Cinnamomi, ſem. Fœniculi ana ℥ ß.
Rad. Galangæ ʒ ij.

Fiat infuſio per noctẽ: dein manè fiat levis ebullitio. Poſtmodum coletur, & colaturæ addatur Prunorum Damaſcenorum ℔ ß. coquantur: decoctum clarificetur, dulcoretur cum ſaccharo, & ad perfectionem ſupra prunas coquatur.

### *Paſſulæ purgantes.*

C ℞. Paſſularum Corinthiacarum mundat. ℔ j.
Infuſionis Roſarum ℔ j ß.
Foliorum Senæ ℥ iv.

Infundantur folia ſenæ ſecundùm artem in infuſionem Roſarum tepentem per noctem, dein bulliant parum, coletur: colaturæ addantur ſacchari rubri ℥ viij. coquantur ad conſtitutionem ſyrupi: in cujus fine imponantur Paſſulæ: & parum bulliant rurſus. *Caſpar Bauhinus.*

### D *Paſſulatum leniens.*

℞. Foliorum Senæ mundatorum ℥ iij.
Aniſi ʒ vj.
Aquæ ℥ ix.

Infundantur per diem & noctẽ: & bulliant unica ebullitione, fiatq; fortis expreſſio, cui inde

Paſſularum Corinthiacarum ℥ vj.

Bulliant ad exhauſtionẽ decocti: & in fine adde

Sacchari rubri ℥ iv.
Cinnamomi ʒ j ß.

E Serapii ænulam in ideam coquatur dum abeat ſaccharum. Accipiat ℥ ij. antequan paſtum ineat: affundi poterit aliquid ſerapii roſati ſolutivi, quò uberiùs madeſcat. *Heurnius.*

### *Aliud.*

℞. Radicum Polypodii quercini ℥ iij.
Foliorum Senæ,
Radicum Althææ recentium ana ℥ ij.
Aniſi ʒ ij.

Omnia infundantur in vaſe vitreato, & coquan-
F tur ſecundùm artem, fiat expreſſio: adde pulpæ paſſularum per ſetaceum tranſmiſſarum ſemilibram, Sacchari albi ℥ ij. coquantur rurſus ad cydoniati craſſitudinem: parum ante prandium accipiat drachmas ſex vel unicam. *Idem.*

DE EXTRA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0468-4

# *De Extractis, Sectio XXVI.*

**Extracta** ſunt vel medicamentorum

- Simplicium
  - Alterantiũ *qualitate*
    - Prima: *ut*
      - Extractum *Meliſſæ.*
      - Extractum *Chelidonii.*
      - Extractum *Card. benedicti.*
      - Extractum *Juniperi.*
    - Secunda: *& vel*
      - Glutinantia: *ut* — Extractum *ſymphyti.*
      - Semen *generantia*: *ut* — Extractum *ſatyrii.*
  - Purgantium
    - Bilem: *ut* — Extractum *rhabarbari.*
    - Pituitam: *ut*
      - Extractum *agarici.*
      - Extractum *aloës.*
    - Atram *bilem*: *ut* — Extractum *hellebori nigri.*
    - Aquam: *ut* — Extractum *eſulæ, thymelææ, &c.*
- Compoſitorum: *ut* Extractum
  - Primum, *ex ſemine Cnici, & aliis.*
  - Secundum, *Solutorium compoſitum.*
  - Tertium, *minùs efficax.*
  - Quartum, *Purgans.*
  - Quintum, *ad omnes humores purgandos.*
  - Sextum, *valenter purgans.*
  - Septimum, *ex Helleboro nigro, & aliis.*
  - Octavum, *ex aloë, & aliis.*
  - Rad. *Mechoacan.*

## DE EXTRACTIS SIMplicibus alterantibus.

### *Extractum Meliſſæ.*

Meliſſa minutim inciditur, inditurq; ampullæ vitreæ, & vino ſtillatitio, quod duos digitos ſupereminet, perfunditur: deinde illa cæco operculo occluſa, maceratur in balneo, vel in Sole, vel juxta fornacem diebus aliquot: poſtea eximitur, & ſub prælo valdè exprimitur, fæcibúsque rejectis, recens herba in idem vinum ponitur, maceratur, exprimiturque, ut priùs: isq; labor ter quaterq; repetitur, prout extractum efficax deſideraverimus. Tandem vinum illud in balneo ex ampulla extillatur, dum; extracti ſpiſſitudo in fundo mellis inſtar appareat, vel ſpiritu vini evocato, aquoſum affluat. *Andernacus.*

### *Extractum Chelidonii.*

Chelidonii herba recens adhuc cum floribus & radicibus ſimul, pultis inſtar contunditur, inditurq; ampullæ, & in fimo equino per menſem maceratur: deinde in balneo humor ad fæcum ſiccitatem uſque extillatur: poſtea hæ conteruntur in pulverem, & humore paulò ante prole-
A cto, perfunditur, rurſusque diebus triginta in fimo maceratur, ut prius: tunc ex cineribus calidis diſtillatur, ſeparaturq; aqua ab oleo: quod Chymici veram Chelidonii eſſentiam appellant. Ex fæcibus in cinerem redactis cum aqua ſal elicitur. *Andernacus ex Paracelſ.*

### *Extractum Cardui benedicti.*

Extractum Cardui benedicti cõficitur ut Meliſſæ. *Præſtantiſſimum eſt remedium præſerva-
B tivum ad peſtem. *Crato.*

### *Extractum Juniperi.*

Baccæ juniperorum recentes, maturæque, in Septembri menſe collectæ, modii inſtar in mortario conteruntur, dùm nulla earum integra ſuperſit: deinde lebeti, qui quatuor aut quinq; urnas continet, induntur, coquunturq;, donec omnem vim exuiſſe videantur: poſtea ab igne removentur, & quàm validiſſimè ſub prælo per li-
C neos denſosq; ſacculos diligenter & exactè exprimuntur: mox ſuccus expreſſus iterum per lineum ſacculum colatur: quò purior evadat, & materia terreſtris, ſi quæ adhuc inſit, ab eo ſeparetur: tandem igni rurſus ſuperimponitur, incoquiturque, donec ad ſpiſſitudinem perveniat, &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0469-3
DFG

A purpureus quaſi appareat. Illud autem advertendum eſt, ne, dum coquitur, aut effluat, aut aduſtionem reſipiat. Duplici igitur quidam lebete utuntur, ut cum ſuccus ferè incoctus fuerit, commutari poſſint; qui tamen coctionem diligenter obſervarint, ſi unico perficere poterunt: nimirum ut paulatim ſuccum in lebetem infundant, neque ſingulis vicibus ſupra modum impleant: ne, dum ille inflatur, præſertim in ſecunda ebullitione, quãdo fere percoctus eſt, totus in ignem B defluat: quare diligentia adhibenda eſt, & cochleari culinario continuè ſubigi cõmoveriq; debet: in prima quidem ebullitione à fundo uſque agitandus, ne aduratur: aliàs ingratus fiet, & aduſtionẽ referet. Pręſtat etiam, ut ad juſtam craſſitiem percoquatur: temporis namque proceſſu per ſe magis ac magis extenuatur, gratiorq; evadit, quò purior ſervatur: niſi enim mundus retineatur, perdurare nequit. * Præcellentiſſimum eſt extractum in curandis pręcavendisq; morbis. C Datur adultioribus, cochlearis inſtar manè & veſperi: junioribus, minore pondere. Bene facit præcipue calculoſis, arenoſis, colicis, uteri ſtrangulatui, menſtruis ſuppreſſis, variis defluxionibus, anguſtiæ pectoris, tuſſi, cruditati ſtomachi, peſtilentiæ, ſyncopæ, vertigini, oculorum doloribus, phrenitidi, ſurditati, oris fœtori, aquæ ſubter cutem, morbo comitiali, abſceſſibus internis, & membrorũ tremori auxiliatur: ſtomachumq; & caput corroborat; jecori cõvenit: prodeſt men- D ſtruis ſuperfluis: præſervat ab omni morbo ſupervenienti: viſum incolumem ſervat: contra omne venenum, & aërem peſtilẽtem ſingulariter efficax eſt, ut non immeritò Germanorum Theriaca dici queat. In autumno, hyeme & Vere ſecurè uſurpari poteſt, idque pro ſupervenientis morbi ratione ſemel aut bis in ſeptimana, præſervationis gratia. Per æſtatem, cum calor viget, utendum eo non eſt, niſi neceſſitas poſtulet. Ad duodecim annos ſervari poteſt, ſi ritè ſit confectus. *Andernacus ex Euonymo.*

### *Extractum Symphyti.*

Extractum Symphyti eodem, quo ſequens ex Satyrii radicibus, modo paratur. * Ad ramices curandos efficaciſſimum eſt. *Idem.*

### *Extractum Satyrii.*

Radices Satyrii repurgatę contunduntur, & cũ æquali medullæ panis portione probè ſubiguntur, macerãturq; in calido fimo, donec in cremorem rubicundũ redigantur: deinde ſub prælo validè exprimuntur, & fæcibus relictis, alius panis admiſcetur, ponunturq; in fimũ, & exprimuntur ut antea: idq; tandiu reiteratur, quouſq; omnia in liquorem lenti ſucci inſtar redacta fuerint: hic poſtea ampullæ inditur, & in calore fimi aut aquæ ſinitur per dies aliquot: tandem diſtillatur, ſeparaturq; aqua ab oleo, ſive ſucco, quem ſanguinẽ Satyrii appellãt: is proprio, vel meliſſæ ſale imbuitur, & ex vino, ſive aquis ſtillatitiis datur. * Uterum confirmat, & ad concipiendum aptiorem reddit: omnes facultates corroborat. *Idem.*

### *Extractum Scillæ.*

Ex rad. Scillæ ſuccum extrahes, quem eodem modo præparabis ut extractum Elaterii. Vel, quod melius eſt, cum mulſo malvatico id facies. * Humores craſſos, lentos, & thoraci inhærentes incidendo, tenuando, tergendo, reſolvendo, & coquendo evacuat, & hepatis ac lienis obſtructiones tollit. Exhibentur ℈ ij pro doſi cum decocto pectorali, aut cum aqua cinnamomi. *Quercetanus.*

### *Extractio Sulphuris, vel eſſentiæ, in colore auri, & rubini.*

℞. Sulphuris partes duas, liquefac in ſcutella vitreata: liquefacto ſulphure inſpergatur ſalis tartari pars una, & agitetur benè cum ſpatula ſuper calorem lentum, donec inſpiſſetur, & coloretur in colore ſubrubeo. Poſtea evacua cũ ſpatula ſuper orbiculum madefactum, ut nõ adhæreat ligno, & factum eſt. Deinde tere in pulverẽ, & pone in vitrum q. v. & ſuperinfunde vinũ deſtillatum, vel ſpiritum vini, & in ictu oculi colorabitur, in colore citrino, vel croceo: & cùm per noctem reſideat, colorabitur quaſi rubinus: per inclinationem evacuatur in ſpeciale vitrum. Hujus virtus eſt in morbis corrodentibus, & hęmorrhoidibus, & omnibus, quæ corrodunt corpus exterius. Ad ulcera Gallica, penis, manuum excoriationes, &c. *Alexius Pedemontanus.*

## DE EXTRACTIS SIMplicibus purgantibus.

### *Extractum Rhabarbari, Paracelſi.*

℞. Rhabarbari electi, craſſiuſculè triti ℔ j.
Aquæ tartareæ ℔ iv.

Macerentur in baln. Mariæ per dies quatuor: deinde lẽto igne decoquatur, donec ſupereemineat rhabarbarum: tum per laneum cribrum novum coletur accuratè, & validè exprimatur: poſtremò E colatum evaporet cum ſyrupo è floribus perſicorum novies infuſi, ad juſtam ſpiſſitudinem, & in vitro recondatur diligenter. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. cum jure aliquo. * Excellens & clemens eſt catharticum, quod dejicit non modò bilem, ſed & pituitam ipſam, tam in pueris ætate tenellis, quàm in prægnantibus.

### *Extractum Rhabarbari.*

℞. Rhabarbari quantum ſatis eſt.

F Cui affunde ſpiritum vini, atq; ſic relinque, quouſq; plus ſatis coloretur: tum effunde, cola, & ſpiritum paulatim in balneo ſepara: eundemq; rurſus rhabarbaro priori affundito, & aliquãdiu in infuſione relinquito in loco calido, quouſq; colorem acquirat, tum cola, & rurſus in balneo ſepara per deſtillationem: id autem tantiſper eſt repetendũ, quoad ſpiritus à rhabarbaro non coloretur amplius. Id tum exprime fortiter, & per filtrum deſtilla: habet enim neſcio quid tenacitatis aut lentoris à rhabarbaro, quæ in extractione eſt inutilis, & ſimul multæ utiles partes fluunt,

quæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0470-5
DFG

quæ non ſunt negligendæ: ideoq; ad hunc modum deſtillare oportet per filtrum.

Per roſtrum ſeu naſum alembici filo trahe filtrum, digiti unius latitudine, quoad præ naſi anguſtia filtrum amplius non ſequatur: cavendo tamen, ne nimia violentia diſſiliat vitrū: quo facto, impone ſpiritum filtrandum in alembicum obſtructum charta humectata. Spiritum per filtrum deſtillatum extractioni, quę prius erat ſeparata, rurſus in vitro affunde, (multum enim vitro adhæret, ideoque in primum vitrum, cui ſpiritus erat infuſus, omnes ſpiritus rhabarbari percolandi ſunt, & ad ſeparationem infundendi:) non curando, quòd extractio una jam priùs in vitro reperiatur: omnes enim extractiones neceſſariò conjungendæ ſunt, & ad extremū aquæ deſtillatæ permiſcendæ, & rurſus ſeparandæ, quoad aqua limpida extrahatur. *Euonymus.*

### *Extractum Rhabarbari aliter.*

Rhabarbari electi fragmentorum libram minutim incide, & craſſiuſcule tere: & affunde ſucci depurati borraginis & bugloſſi, utriusque libras duas, relinque per horas vigintiquatuor. Poſtea coque ad lentum ignem, donec extet & emineat rhabarbarum. Exprime deinde fortiter, & expreſſam decoctionem per laneum colatorium tranſmitte & exprime, ut ſubſtantia in colatorio maneat. Colaturam coque ad mellis conſiſtentiam, adjecti ſacchari optimi uncia. Quidam in balneo Mariæ ad ſpiſſitudinem coquunt, ne aduratur: quod præſtat, quemadmodum & in duplici vaſe. * Purgando da deglutiendum cum gutta olei cinnamomi & aniſi mixtum, & azymo involutum, faciendo in doſi periculum à ſcrupulo uſque ad duos. Suaviſſime lubricat ventrem etiam in infantibus. Quidam, quoniam rhabarbarum per ſe non valde purgat, acuunt totam extractionem cum modico diagridii optimi: quod nihil obeſt. *Euonymus.*

### *Extractum Rhabarbari aliter.*

℞. Rhabarbari electi ʒ iv.

Pulveriza, & infunde in aquas appropriatas: ſtet infuſum per diē & noctē, deinde fortiter exprime. Illam expreſſionē adjecto ſaccharo candi quantum videbitur, leviter in arena exhalando, exicca ad craſſitiem electuarii. *Euonymus.*

### *Extractum Rhabarbari aliter.*

Rhabarbarū pulveriza, illud include vaſe vitreo, oblongo collo, affundendo vini alcool, ut ſupernatet quatuor digitis: obturato vaſe, fac digerantur in baln. M. per tres aut quatuor dies, donec tandem menſtruum coloretur: coloratū transfunde ſeorſim, quod reſervabis: novū menſtruum denuò fæcib. affundendo, donec nō ampliùs illud tingatur, & magma, ſive fæx Rhabarbari ſubalba remaneat. Circulatis ritè omnibus ex arte, ſeparetur menſtruum per baln. M. & remanebit in fundo Rhabarbari eſſentia: cui adde pro on̄. j. Olei cinnamomi ℈ ij. Cujus ſi exhibeas ℈ j. cum cochleari vini albi, potentiùs purgabit, quàm ℥ ß. in infuſione: idq; minori cum pertur-

A batione. Poteſt exhiberi hoc medicamentum infantibus, prægnātibus, ſenibus, & ex morbo jam imbecillis: purgat, & educit flavam bilem. Fæx ſive terra, quæ remanet, eſt aſtringentis facultatis, qua ratione lienterię, dyſenteriæ, & alvi fluoribus præſcribitur. Quod ſi quis potentiùs purgare cupiat, fæcē calcinet in reverberio, tum per aquas alkali extrahat, ipſumque reiteratis filtrationibus purificet cryſtalli inſtar. Eſſentiam ex-B tractam ſuo alkali ſuperjiciat, digerat, & demum diſtillet: hoc enim modo vis omnium medicamentorum augetur. *Quercetanus.*

### *Vel:*

Rhabarbari pulverem infunde Aquæ vitæ, ita ut aqua hæc ſupernatet quatuor digitis: balneo tepeſcat dies quatuor: coloratum vinum effunde, & novum infunde: id repete, dum color nullus reddatur: adjice aliquid Cinnamomi: detur cum vino hæc aqua vitæ. Alii exſtillant aquam C vitæ, & reſtibili in fundo ſucco addunt Olei cinnamomi ſcrupulos duos, ad unciam ſucci. Doſis eſt ſcrupuli pondus cum vini albi cochleari: infanti & prægnanti innoxium. *Heurnius.*

### *Extractum Scammonii.*

Scammonium ſpagyrica præparatione commodū uſui redditur, ut ſine ullo periculo multis aliis medicamētis immiſceri poſſit, & tutò exhiberi ad purgandam bilem & pituitam. Electum Scammonium ſolvatur in oleo Maſticis ſpagyrice extracto cum vini ſpiritu: quo facto, dige-D rātur per octo dies in balneo calido, in vaſe optimè clauſo: quod vel clarum erit, & pellucidum transfunde, affundendo rurſus novū menſtruū, donec totam eſſentiam attraxeris: interim tamen omnes fæces ſeponito. Tum ſeparato toto menſtruo, affunde denuò vini ſpiritū coraliſatum, ut ſupernatet quatuor digitis: circulentur omnia in baln. per x. dies, aut ampliùs. Demū menſtruum extrahe, & pro unc. eſſentiæ relictæ E in fundo vaſis, adde eſſentiæ veræ coraliorum, & margaritarum ana ℈ j. eſſentiæ Croci ℈ j ß. Olei Aniſi, & Cinnamomi ana ℈ j ß. Fiat mixtura ad blandū ignem ad conſiſtentiā debitam. Miſceatur hæc eſſentia ſic præparata cū eſſentia Aloës & Myrobalanorum, & fiat mixtū medicamentum ad bilem expurgandam perutile, item ſeroſa excrementa e capite educenda. Per ſe exhiberi poteſt ℈ ß. cum ℥ ij. Olei amygdal. dulcium: ſine ulla perturbatione, aut læſione cordis, ventricu-F li, & hepatis, e vaſis ipſis bilem educit. *Quercet.*

### *Extractum Elaterii.*

Ex ſucco è Cucumeris agreſtis fructibus autumnali tempore extracto, dum præ maturitate pallente ſit præſtantiſſimum medicamentum, ſi debitè pręparetur, ad ſeroſa & birioſa excrementa evacuanda. Elateriū Græcis hoc medicamentum dicitur, quod efficacius multò reddetur, & ſine periculo exhiberi poterit, ſi ita præparetur. Hic ſuccus clementer per expreſſionē extractus per filamenta diſtilletur, ita ut fæx omninò ab ipſo ſeparetur: deinde indatur vaſi vitreo, ob-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0471-0

longo collo: cui affunde ſpiritus vini ana æquales partes, omnia poſtea digerantur in baln. tepido per aliquot dies, donec fæx & tota impuritas ſecernatur ſeparato priori menſtruo, blando igne, alium vini ſpiritum, infuſionis ſpecierum Diamarg. frig. affunde, & circulentur omnia in pellicano x. dierum ſpatio, ut vis medicamenti augeatur, & ab ipſo omnis malignitas auferatur: ſeparato deniq; ultimo menſtruo, coaguletur igne lentiſſimo, quod fiet intra paucos dies. Hujus cape ℥ j. cui adde olei nucis moſchatæ & cinnamomi ana ℈ j. fiat mixtura: & ſic obtinebis præparationem Elaterii Spagyricorum, ſive ipſius eſſentiam, mirificè ſeroſa excrementa etiam è juncturis trahentem & è cerebro evocantem, arthritidi, hydropi, cephalalgiæ veteri, & epilepſiæ valdè conducentem. *Quercetanus.*

*Idem, aliter.*

Rhabarbarum eodem modo infundi poſſet, quo ellebori nigri radices, ut infrà dicetur: ſed in aqua cinnamomi, & cum ſyrupo roſato ſolutivo fieri debet ſuccus de rhabarbaro. *Medicus quidam ad Geſnerum.*

*Extractum Agarici.*

Agaricum rectius maceratur & decoquitur, quàm ex vini ſpiritu, aliòve humore extrahatur. Si tamen omninò ejus ſuccum ad hunc modum parare cupias, id quoq; per aquam aniſi, cui oleum ipſius ademptum ſit, præſtare poteris. * Ad capitis affectus, præſertim defluxiones ejus, efficax. *Andernacus ex Euonymo.*

*Extractum Agarici, Senæ, Polypodii, & Mechoacæ, &c.*

Agaricus eodem modo paratur, ut Rhabarbarum: craſſam pituitam, maximè à ventriculo, meſenterio, jecore, liene, & pulmonibus expurgat, à cerebro, & nervis debilius trahit, quòd vis ipſius ſit imbecillior. Exhibentur ejus ℈ ij. etiam impuberibus, & ſenibus. Sed quoniam aliquantum ventriculum offendit, cum oleo Zingiberis, & Spicæ corrigitur. Sic ex Sena, Polypodio, Mechoaca, Myrobalanis, & reliquis hujusmodi elicies extracta, ſive eſſentias: quæ omnia exhibebis, quando, & quibus conferent, additis propriis correctivis pro morbi exigentia, & ægrotantium viribus. *Quercetanus.*

*Extractum Aloës.*

Aloë in pulverem redacta ex humore idoneo maceratur in loco calido tam diù, donec is coloretur: deinde hic relictis fæcibus eximitur, & recens iterum affunditur: idq; tantiſper reiteratur, quoad nullum ampliùs colorem extrahere videbitur: poſtea omnis humor congregatur, per filtrũ, ut vocant, colatur, & ſuccus in fundo remanebit, qui ſyrupo roſarum ſolutorio, aut ſimili, ad juſtam ſpiſſitudinem coqui debet. *Andernacus.*

*Extractum Aloës aliter.*

Extractũ Aloës præparabis ut extractũ Rhabarbari: quod bilem pituitamq; craſſam expurgat, ſed lentè, præcipuè è ventriculo & inteſtinis, A eaſque partes, tum detergendo, tum vacuando, corroborat. Extracto adde oleum Caryophyllorum, & Macis, ad vim ipſius ſtimulandam, & oleum maſticis, ad acrimoniam, & erodentem vim retundendam. *Quercetanus.*

*Extractum Turpeti.*

Turpetum albiſſimum, gummoſum, & mediocriter recens, in pulverem tenuiſſimum reducatur, quod indas matratio vitreo, oblongo collo, & hermeticè clauſo, affundendo illi ſpiritũ vini, B qui ſupernatet materiæ tribus aut quatuor digitis, & ſic omnia ſtent in bal. M. tepido per duos aut tres dies, quò eſſentiam totam, menſtruum attrahat: illud ſeorſim reſervato, deinde novum affunde denuò, donec nihil ampliùs ex materia elici poſſit: fæces ſemper ſepone, & quod purius eſt, elige, ut artis eſt. Quo facto circulentur omnia, ut ſummum acquirant perfectionis gradum: ſeparato omninò menſtruo, medicamentum perfectius reddetur, ſi in correctione addi- C deris pro ℥ j. eſſentiæ olei Nucis moſchatæ, & Zingiberis ana ℈ j. Iſtis enim ſic ejus actio intenditur, ut proprietate quadam mirabili, etiam ſine nauſea, & aliqua perturbatione, & juncturis, & remotiſſimis ac profundiſſimis his partibus pituitã viſcidam & craſſam evacuet: quum aliàs tenuem ſolummodò, idque tardè per ſe adduceret. Exhibetur hujus eſſentiæ ℈ j. cum vino rubro, aut decocto pectorali. Hydropicis etiam & pituitoſis omnibus affectibus confert. *Quer-* D *cetanus.*

*Extractum Colocynthidis.*

Colocynthis pulverizetur tenuiſſimè: cui affunde vini alcool optimè præparati, ut ſupernatet ſex digitis: digerantur in balneo M. vaſe clauſo hermeticè tribus ſeptimanis. Amittet enim illo temporis ſpatio totam acrimoniam. Quòd ſi diutius digeratur, extractum dulceſcet: ſicq; reddetur optimum medicamentum ad pituitam, & ad alios humores craſſos & glutino- E ſos à profundioribus partibus attrahendos: idque ſine noxa. Quare vertiginoſis, hemicranicis, epilepticis, apoplecticis exhibetur, cum ſyrupo Roſato ſimplici, vel Myrtillorum. Corrigitur autem cum oleo Maſticis, Nucis moſchatæ, & Cinnamomi. *Quercetanus.*

*Extractum Euphorbii.*

Euphorbium, ut præparetur, reſolvi debet prius in aceto roſato albo, in baln. vaporoſo di- F ſtillato, & per ſetaceum tranſmitti: hocq; ter faciendum, quo terreſtreitas omnis ſeparetur, & purior remaneat hæc lachryma: abſtrahatur acetum, ut ipſius emendetur acrimonia, reiteratis ablutionibus in aqua roſarum. Itaque Euphorbio per acetum reſoluto, ut jam dictum, & abluto, affunde vini ſpiritum, quo eſſentiam extrahes, fæcibus ac impuritatibus ſepoſitis, omnia circulato cum novo alcoole ſaccharino per x. dies: deinde ſeparato menſtruo, coagula igne lentiſſimo, addendo ſub finem olei maſtichini ℈ ij. olei aniſi ℈ j. eſſentiæ coraliorum ℈ ß.

Fiat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0472-6
DFG

Fiat mixtura. Doſis eſt ℈ j. cum decocto competenti. *Paralyſi, Arthritidi, Spaſmo, Hydropi valde conducit: & pituitã quantumvis lentam, craſſam, & impactam nervis ipſis, & juncturis, ſine aliqua perturbatione evacuat. *Quercetanus.*

### *Extractum Opopanacis, Sagapeni & Sarcocollæ.*

Eodem modo, quo extractum Euphorbii, ex Opopanace, Sarcocolla, & Sagapeno medicamenta præparantur, ad eosdem affectus utiliſſima, quorum vim purgatricem per inferiora Græci reticuerunt, ſed ab Arabibus inventa fuit. Purgant autem iſta clementius, quàm Euphorbium: ex omnibus fit mixtum medicamentum, purgãs craſſam pituitam, & viſcidam etiam à remotis partibus, cerebro, nervis, juncturis, & thorace.

### *Extractum Hermodactylorum.*

Ex radice Hermodact. & ab elect. eodem modo ut ex Elleboro eſſentia elicitur, quæ pituitam craſſam & lentam à juncturis præſertim trahit: ob id arthritidi multum confert, corrigi tamen debet cum oleo cumini & caryophyllorum, ne ſuo humore flatulento ventriculum lædat, & in ipſo nauſeam excitet. Exhibetur per ſe vel cum decocto competenti, pondere ℈ j. plus vel minus pro ſumentis viribus. *Quercetanus.*

### *Extractum Hellebori nigri.*

Cortices radicis hellebori nigri, medulla exempta, infundantur in aqua aniſi, de qua ſit oleũ ſeparatum, & ſtet in infuſione per horas viginti quatuor, vel quandiu libuerit: deinde bulliant ſimul, quouſq; extent radices ad aquæ ſcilicet ferè conſumptionem: coletur poſtea cum forti expreſſione. Ultimò decoquatur expreſſum cum ſyrupo roſato ſolutivo ad ſufficientem ſpiſſitudinem: reponatur in vaſculo terreo vitreato: & utere. Doſis eſt ℈ j. vel ℈ j ß. *Purgat ſine moleſtia humorem melancholicum. *Medicus quidam Cæſareus ad Geſnerum.*

### *Extractum ſive eſſentia Ellebori nigri.*

℞. Rad. Ellebori nigri, Autumnali tempore collectarum recentium ℔ j. Decoquantur cum aqua aniſi & pulegii (ex quibus oleum chymicè extraxeris) in vitreo vaſe benè clauſo in baln. M. ferventiſſimo per integrum diem, quo facto, comprimendo ſuccum omninò extrahe: fæces autem abjicito: quod reliquum eſt, indas alembico vitreo, ut menſtruum ſeparetur, & remanebit in fundo alembici viſcida quædam ſubſtantia, cui affunde ſpiritum vini optimi, qui materiæ ſupernatet quatuor digitis: ponantur omnia in matratio oblongo collo, & benè obturato, digerantur q; in bal. M. per duos aut tres dies: quod clarum & pellucidum eſt, tamen amarum, affunde alio vaſi, novumq; denuò vini ſpiritum infunde, faciendo ut priùs, donec totam eſſentiam reiteratis digeſtionibus attraxeris, ſemper fæces ſeponendo, ut artis eſt. Quo facto, ſepara priùs menſtruum cum calore balnei: ipſo ſeparato, ſac circulentur cum novo vini ſpiritu, infuſionis r aceris, per aliquot dies. Rurſus optimè ſeparato vehiculo, remanebit in fundo eſſentia Ellebori, mediocris conſiſtentiæ, & fuſci coloris: hanc ad multos uſus reſervabis. Hujus eſſentiæ ℈ j. cui aliquot guttulę olei aniſi & menthæ admiſtæ fuerint, exhibetur jejuno ſtomacho, cum decocto competenti, vel aqua lumbricorum, hydropicis. Item cum aqua betonicæ, cerebri affectibus, ut maniæ, melancholiæ, vertigini, epilepſiæ, & paralyſi confert. Bilem enim utramque & pituitam ſine ulla moleſtia: corpus denique totum excrementis corruptis expurgat, quod quidem incolume, & velut juvenile reddit. Neque ſolùm noxios humores & excrementa è vaſis attrahit, ſanguinem purificando, ſed à toto corpore, & cute ipſa: qua ratione epilepſiæ, cancro, eryſipelati, malo mortuo, & phagedænis valdè conducit. *Quercetanus.*

### *Aliud.*

℞. Succi Fœniculi vel aquæ, quæ reliqua fuit ab olei Aniſi deſtillatione ℔ iij. his infunde
Cinnamomi ℥ ij.
Sem. Aniſi ℥ iij.
Maſtiches ℥ ß.
Flavedinis corticum citriorum ℥ iij.

Macerentur tepidè per plures dies, dum omnis vis tranſiiſſe in liquorem videatur: hinc fiat colatura, quæ effundatur ſuper cortices radicum Ellebori nigri, exempta prius medulla: & iterum quàm diutiſſimè macerentur, quò eorum vis tota fere fuerit eliquata: deinde bulliant, dum ſuccus fere conſumatur: & cortices jam tum fortiter prelo exprimentur, & colatura iterum coquatur, adjecto pauco Syrupo roſati ſolutivo, dum Opiatæ ideam inducat. Vel priusquàm ita coquatur, novæ contuſæ radices injici poterunt, cum manipulo Roſarum rubrarum, & quid vini rubri, ac repeti eadem hiſtoria. Datur cum vino albo aut ex jure aliquo à ℈ j. ad ʒ j. *Heurnius.*

### *Aliud.*

℞. Radicum Veratri nigri effoſſarum ſub ortum Solis, incremẽta ducente Luna, ac peragrante dodecatemoriõ Capricorni, Leonis, aut Sagittarii, in pulpam contundantur, & diſtillentur, dum nil amplius liquoris fundant: hoc fiet vi validi caloris in arena. Hic cinis cum vino liqueſcat in lixivium: mox balneo exhauſto liquore, ſalem fundus dabit, qui omne vitium humani corporis antiquatum in cauſariis abigit, ac in floridam juventam effœtum corpus revocat. Solvitur cum Vino, Croco & Ambra. Doſis eſt à ℈ j. ad ʒ j. *Heurnius.*

### *Extractum lapidis Armeni & Cyanei.*

Lapis Armenus & Cyaneus candentes extinguantur ſexies in aqua ardenti, poſtea reducantur in tenuiſſimum pulverem: quo facto, pulvis hic abluatur aqua fontana, ejiciendo ter tam.

& quod aquæ ſupernatabit, hocque fac pluries:
demùm ablue relictum pulverem prius exicca-
tum aqua meliſſæ aut bugloſſi: evapora aquam
à pulvere igne lentiſſimo: quo exiccato, cum
cœleſti noſtro menſtruo & ſpiritu vini digeran-
tur in B.M. & circulentur per xx. dies ad ſum-
mam graduationem: ſeparato menſtruo, coa-
gulentur igne lentiſſimo: adde pro correctione
eſſentiam margaritarum, coraliorum, & croci,
cum oleo cinnamomi, & caryophyllorum. *Me-
B lancholicis omnibus affectibus, maniæ, vertigi-
ni, epilepſiæ, cephalalgiæ, quartanariis & cancro
conducunt. Doſis eſt ℈ j ß. cum aqua meliſſæ, aut
bugloſſæ. Purgant enim atram bilem, & quic-
quid craſſum & tenax ſanguini eſt immixtum.
Lapis Cyaneus ſic præparatus, poterit commo-
dius multò exhiberi in confectione Alkermes,
ad cordis tremorem, ſyncopen, mœſtitiam, ad
ſpiritus omnes roborandos, & ad arcendum
quodvis venenum.

C

### *Extractum Eſulæ.*

℞. Fol. Eſulæ, ſicc. & pulveriz. q. ſ. eſt.
Spiritus vini q. ſ.

Miſce, cola, & in balneo diſtillentur, donec mel-
lis craſſitiem acquirat. * Per vomitum & alvum
purgat. Hac quoque ratione helleborus niger
extrahitur.

### *Extractum Eſulæ, Thymelææ, & Chamelææ.*

D Radices Eſulæ, Thymelææ, & Chamelææ, ſive
Mezerii & Thapſiæ ſuccus, quę partim pituitam,
partim bilem evocant: non tamen ſine morda-
citate, cum acria ſint omnia & ignea, valdeque
periculoſa, eodem modo, quo Elleborus paran-
tur: exhibeturq; illorum extractum ſine pericu-
lo, immixto myrobalanorũ extracto ad hydro-
pem, & ad ſeroſa excrementa expurganda etiam
in articulis ipſis. Doſis eſt ℈ j. cum ℥ j. olei amyg-
dalarum dulcium. *Quercetanus.*

E

### *Extractum granorum Lathyridis.*

Ex granis Lathyridis contuſis extrahes eodem
modo eſſentiam, quo ex Helleboro nigro: cui
addes oleum Maſtics & Nucis moſchatæ ad
correctionem. *Quercetanus.*

### *Extractum radicum Cucumeris aſinini.*

Cucumeris aſinini radix menſe Majo colligi
debet, deinde contundi, denique ex ipſa ſuccus
F optimè exprimi. Qui quidem filtrandus eſt bis,
vel ter, donec clarus diſtilletur, & bene depuratus
ſit: cui affunde vini ſpiritum ſandalatum, & o-
ptimè præparatum, collocando omnia in balneo
M. per tres aut quatuor dies: quod purum eſt,
transfunde, denuò vini ſpiritum affundendo, do-
nec nullæ fæces amplius ſeponantur. Tum cir-
culentur omnia ſimul ad majorem graduatio-
nem per aliquot dies. Quo facto, ſeparato men-
ſtruo, congeletur eſſentia igne lentiſſimo cine-
rum, donec inſpiſſetur: cui adde pro oncia j. olei
cinnamomi ℈ j. eſſentiæ croci ℈ ß. Hoc autem

A medicamentum ſeroſa excrementa potenter e-
vacuat: *qua ratione hydropicis, item ictero &
obſtructionibus cùm epatis, tum lienis ſummo-
perè confert, ſi ℈ ß. aut plus pro ægrotantis viri-
bus exhibeas cum vino albo, idque manè jejuno
ſtomacho. *Quercetanus.*

### *Extractum ex ſemine Cnici, & aliis.*

℞. Medullæ ſem. Cnici ℥ iv.
Turpeti albi, fol. Senæ Alex. ana ʒ j ß.
B Diagridii ʒ v.
Rhabarbari electi ℥ j.
Agarici trochiſcati ʒ vj.
Mannæ granatæ ℥ ij ß.
Myrobal. Chebulorum ℥ iij.
Rad. Polypodii ℥ ij.
Zingiberis albi ʒ ij.

Minutim incidantur, vel craſſiùs conterantur, &
in vini ſpiritum, ex quo pulveris confectionis
Diambræ ʒ j. per dies octo macerata fuerit, po-
C nantur, ſinanturq; ſtare in loco calidiore, diebus
quatuordecim: deinde ſacculo indantur, & ſub
prælo valdè exprimantur: poſtea id quod expreſ-
ſum eſt, ampullę infundatur, & operculo impoſi-
tum, vinum extillatur, donec ad mellis ſpiſſitudi-
nem pervenerit. *Drachma dimidia junioribus,
adultis integra, ex jure, vel liquore peculiari, cum
ſyrupi roſacei aut violacei ſolutorii ſemuncia di-
luitur, potuiq; datur. *Andernacus.*

### *Extracta Hydragoga ſeu Aquam ducentia.*

D ℞. Turpetum, Hermodactylos, Thymelæam,
Chamelæam, Eſulam, pulverem fac, cui affunde
ſpiritum vini ea copia, ut quatuor digitos ſuper-
natet: macera tres dies in balneo: effũde vinum,
& aliud affunde: tandem evoca ſpiritum vini, &
pro uncia teſtibilis eſſentiæ adde Olei nucis my-
riſticæ & Zingiberis cujusq; ſcrupulum. *Evocat
viſcoſa ex corporis habitu, nec malè turbat. Da-
E tur ſcrupulus cũ vino rubro, aut decocto pecto-
rali. Hermodactyli corrigantur cũ Cinnamomi
oleo & caryophyllorum: ſed eſula, chamelæa,
thymelęa, & thapſiæ eſſentia caſtigatur extracto
myrobalanorum. Datur ex his ſcrupulus, cum
uncia una olei amygdalini dulcis. *Heurnius.*

### *Extractum ſolutorium compoſitum.*

℞. Colocynthidis ℥ vj.
F Agarici optimi, Diagridii, Hellebori nigri ana
ʒ iv.
Aloës electæ ℥ j.
Elect. Diarrhod. Abb. ℥ ß.

Pulvis electuarii ex aqua cinnamomi, vel ſpiritu
vini dieb. aliquot maceratur: deinde relictis fæci-
bus, illa ſuper medicamẽta purgantia inciſa fun-
ditur, & in loco calido per dies octo, aut plures
macerantur: poſtea exprimuntur, & humor abſ-
trahitur per balneum, donec in craſſitudinem
formandis catapotiis idoneam pervenerit. Da-
tur ℈ ß. vel etiam G. v. tantùm. *Medicamentum
eſt catholicum, quaſi dicas, generale. *Andernac.*

*Extractum*

*Extractum ſolutivum minùs efficax.*

℞.Colocynthidis ʒ vj.℈ ij.
Agarici ℥ ß.
Rhabarbari ʒ j.
Cinnamomi ℈ iv.
Aſari,Nardi,Roſ.rubrarum,
Maſticis,Xyloaloës ana ʒ j.
Styracis liquidæ ℈ iv.
Vini Malvatici menſ.j.

Fiat infuſio,& extractio. Magenbuch.

*Aliud.*

℞.Pulpæ Colocynthidis ʒ vj.℈ ij.
Turpeti albi & gummoſi ʒ x.
Stœchadis Arabicæ ℥ ß.
Diagridii ʒ iij.vel ʒ vj.
Agarici optimi ℥ ß.
Rhabarbari electi ʒ iij.
Cinnamomi ℈ v.
Rad.Aſari,Spicæ Nardi,
Roſ.rubrarum,Maſticis,
Ligni Aloës ana ℈ iv.
Aloes hepaticæ ℥ j ß.ʒ ij.
Styracis liquidæ ℈ ij.G.iij.

Inciſis & contuſis, infundantur in vino ſublimato: rectificetur, & fiat ſecundùm artem extractum. Magenbuch.

*Aliud purgans,Norimbergæ in uſu.*

℞.Colocynthidis ʒ xiij.
Veratri nigri,Senæ Alexandr.ana ℥ ß.
Agarici optimi,
Rhabarbari electi ana ℥ j.
Diagridii ʒ xiv.
Cinnamomi ʒ ij.℈ ij.
Turbith,Stœchados Arab.ana ℥ ij ß.
Roſ.rubrarum,Ligni Aloës,Maſticis,
Ligni Paradiſi,Myrrhæ,Aſari,Spicæ nardi,
Styracis liquidæ ana ℈ v.

Fiat infuſio, vel putrefactio per aliquot dies, nempe 10.12.vel 14. cum eſſentia vini calida: & ſuccus deinde expreſſus uniatur cum aloës præparatæ ℥ iij. *Idem.*

*Extractum purgans omnes humores.*

℞.Spec.Diambræ ℥ ß.
Spiritus vini ℔ ij ß.
Aquæ Cinnamomi diſtil. ℔ j.

Macerantur per dies aliquot vaſe probè oblito, ne quid expiret: quotidie verò vas vitreum agitari debet, quoad liquor rubeſcat: deinde ſuper hæc,quæ ſequuntur, funditur, relictis fæcibus in fundo vaſis:

℞.Colocynthidis ʒ vj.
Turpeti albi ʒ vij.
Agarici optimi ʒ iv.
Veratri nigri ʒ iij.
Eupatorii Meſuæ,ſive Gratiolæ,
Foliorum Senæ ana ʒ v ß.
Diagridii ʒ v.
Rhabarbari electi ʒ vij.

Omnia inciſa macerantur in humore ſupradicto diebus quatuordecim: deinde ſacculo lineo injjciuntur,exprimunturq; ſub prælo ſtanneo. Li-

A quor excolatus effuſusq; in ampullam imponitur balneo, & extillatur, donec id quod in fundo ſubeſt,ſyrupi acquirat ſpiſſitudinem: tunc in hoc aloës præparatæ, rurſusq; in pulverem redactæ ʒ x.reſolvuntur, & agitando uniuntur, quoad craſſamentum mellis inſtar appareat. * Datur ℈ j.vel ℈ ß. ex jure,alióve diluto: vel in catapotia per ſe, aut medicamentis purgantibus admixtis, redigitur, exhibeturq; ad devorandum in aurora, aut longiſſimè à cœna, ita ut ſomnus
B ſubſequatur. *Andernacus.*

*Aliud valenter purgans.*

℞.Vini ſpiritus ℔ ij.
Aquæ Cinnamomi ℔ j.
*Spec.Diambræ ℥ j.*
*Spec.Aromat.caryophyll.℥ ß.*

*Hæc per dies quatuordecim in aqua temperatè* calida macerantur: deinde liquor *fæcibus relictis* effunditur ſuper hæc,quæ ſequuntur:

℞.Diagridii ℥ ß. Rhabarbari electi ℥ j.
C Trochiſc.Diacolocynthidos ʒ iij.
Agarici Trochiſcati ʒ vj.
Turpeti ex vino cotoneorum macerati ℥ ß.
Veratri nigri,cum ſapa,dauco,& cinnamomo præparati ʒ vj.
Fol.Senæ Alexand.℥ j ß.
Sem.Citri albi ʒ j.
Cort.Citri ʒ ß.
Enulæ campanæ ℥ j.
Rad.Cichorii ʒ vj.
D Scolopendrii veri,flor.Stœchados,
Maſticis,Myrrhæ,
Roſarum rub. ſem.Fœniculi,
Sem.Aniſi ana ʒ j ß.

Singula contunduntur,macerant urq;,ut dictum eſt: poſtea ſub prælo exprimuntur, & ampullæ impoſita diſtillantur, donec craſſitudinem mellis acquirant: poſtremò aloës ʒ xij. diſſolutis repurgatisq; ex vino ſtillatitio, uniuntur in modū extracti: quod oleo cinnamomi, aut caryophyl-
E lorū imbuitur, ac vitreo vaſe cōditur. *Andernac.*

*Extractum Cholagogum ſolutorium.*

℞.Foliorum Senæ ℔ j.
Colocynthidis Trochiſcatæ ℥ iij.
Aloës ℥ ij.
Agarici,Turbith albi,
Rhabarbari ana ℥ iv.
Radicum Ellebori nigri,Eſulę minoris añ ℥ ij.
Diagridii ℥ j.

F Attritis cunctis affunde Aquam vitæ: adjice

Cinnamomi ℥ iij.
Aniſi,Maſticis,Spicæ ana ʒ j.
Roſarum rubrarum M.ij.
Spec.Diambræ & Diarrhodonis ana ℥ j.

Macerentur dies xiv. vel diutiùs, prælo exprimantur: balneo exhauriatur tenuior liquor, ut characterē mellis induat.Datur ſcrupulus. *Heurn.*

*Extractum Pilularum.*

Pari modo ex quaq; maſſa Pilularum ſuccus abducitur. Infunde Pilulas Aquæ cinnamomi: macera, exprime, evapora, fiat echyloma cum

pulvere Liquiritiæ, ſi maſſa ſit liquidior. *Idem.*

### *Novus modus extrahendi purgantia narcotica & alterantia.*

℞. Herbarum vel Radicum ℔ j.
Aquæ deſtillatæ, quæ vel corrigit extrahendorum vim, vel quæ eam promovet ℔ x.

In poculo: ad focum macera dies quatuordecim vel viginti, ut res duriores vel molliores fuerint: dein per ſetaceum cola. Hanc colaturã per impoſitam filtri partẽ aut partes diſtilla in vitrũ anguſti oris: diſtillatum liquorem teſtæ inditum ac tenui linteo obducta teſta, evapora: ſemper quod margini adhæreſcit, abſterge, ac cũ ſidente ſucco id remiſce. Tenui foco exhauriatur: vel teſta cum liquore ollæ imponitur, quæ duos vel tres carbones ignitos habet. Tandem cum ad ſucci liquiritiæ craſſamentum deventum eſt, reconditur. Dantur gr. iij. vel quinq; vel plura, ut rerum extractarum vis fuerit. *Heurnius.*

### *Extractum ex Helleboro, & aliis.*

℞. Succi Bugloſſi, Borraginis ana ℔ ij.
Depurentur, colenturq; ut purificentur. adde his
℞ ad. Fœniculi, Cichorii, Aſparagi,
Petroſelini ana ℥ iv.

A Sebeſten. Jujubarum ana ℥ ij.
Sem. frig. minorum ana ℥ ß.

Decoquantur in aquæ ℔ xvj. ad tertias. colaturæ adde ſuccos præſcriptos, bulliant ad ignem parum: permiſce poſtea
Rad. Hellebori nigri ℔ iv.

Coque donec radices emineant, fiat tandem colatura omnium, & decoquantur lento igne ad mellis ſpiſſitudinem. *Hieronymus Herold.*

### *Extractum Aloës.*

B Aloë in pulverem redacta ex humore idoneo maceratur in loco calido tam diu, donec is coloretur: deinde hic relictis fæcibus eximitur, & recens iterum affunditur: idq; tantiſper reiteratur, quoad nullum amplius colorem extrahere videbitur: poſtea omnis humor congregatur, per filtrum colatur, & ſuccus in fundo remanebit, qui ſyrupo roſ. lax. ad juſtam ſpiſſitudinem coqui debet. *Andernacus.*

### *Extractum rad. Mechoacan.*

C Extractum radicis Mechoacan eodem modo conficitur, ut Rhabarbari extractum. * Purgat clementer pituitam & aquas. Confert epilepticis, cephalicis, ictericis, aſthmaticis, febricitantibus, &c. Datur à ℈ j. ad ʒ ß.

## *De Linimentis, Sectio XXVII.*

Linimenta fiunt ex oleo, adipe, ſevo, butyro, liquefactis, vel aliis, quæ olei ſpiſſitudinem habent, ut ſtyrace liquida, *&c.* Atq; hæc alterant aut qualitate

- Prima. *Sic*
  - Temperata: *ut* Linimentum ad pectus.
  - Intemperata
    - Calida: *ut*
      - Linimentum ad partes convulſas.
      - Linimentum ad thoracis affectum frigidum.
    - Frigida: *ut*
      - Linimentum ad thoracis affectum calidum.
      - Linimentum refrigerans ad eryſipelas & inflammationem.
    - Humida: *ut* — Linimentum humectans.
    - Sicca: *ut* — Linimentum exiccans.
- Secunda. *Sic*
  - Aſtringunt: *ut* — Linimentum repellens & ſanguinem cohibens.
  - Emolliunt: *ut* — Linimentum emolliens.
  - Glutinant: *ut* — Linimentum pro capitis vulneribus, *&c.*
  - Carnem generant: *ut* — Linimentum ad fiſtulas, *&c.*
  - Dolorem *ſedant: ut*
    - Linimentum ad dolorem pleuriticum.
    - Linimentum ad capitis dolorem ex inſolatu.
    - Linimentum ad vetuſtum capitis dolorem.
    - Aliud.
    - Aliud ad capitis dolorem ex calore jecoris.
    - Aliud ad dolorem ex frigore.
    - Linimentum ad mammillarum dolores lacte turgentium.
    - Aliud mitius.
    - Linimentum ad dolorem ex inflammatione jecoris, ani, & aurium.
  - Vermes necant: *ut* — Linimentum contra vermes.
  - Ambuſta extinguunt: *ut* — Linimentum empyreuma extinguens, *&c.*

DE

## DE LINIMENTIS temperatis.

*Linimentum ad pectus.*

℞. Olei amygdal. dul. ℥ iij.
Butyri recentis ℥ ij.
Axungiæ gallinæ, vel anatis ℥ j.
Miſce, & fiat linimentum. *Rondeletius.*

## DE LINIMENTIS calidis.

*Linimentum ad partes convulſas ratione nervi vulnerati.*

℞. Olei ſulphuris terebinthinati,
Olei Sabinæ, Olei Terebinthinæ ana ʒ ij.
Olei vitellorum ovorum ℥ ß.
Miſce, & applicentur calide parti affectæ. *Quercetanus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Olei butyri, Olei reſinæ ana ʒ ij.
C Olei euphorbii deſtillati,
Olei baccarum juniperi,
Olei terebinthinæ ana ʒ j.
Olei vitellorum ovorum ℥ j.
Miſce. *Idem.*

*Linimentum ad membra vulnerata, convulſa ex repletione.*

℞. Balſami gummi hederæ, Balſ. gummi elemi ana ℥ ij.
D Olei ceræ, Olei terebinthinæ,
Olei juniperi ana ℥ ß.
Olei caryophyllorum, Ol. Belzoini ana ℈ ij.
Miſce, & fiat in formam linimenti, quo inungatur ſpina dorſi, & pars affecta. *Quercetanus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Balſami viſci pomorum, Balſ. hederæ,
Balſ. Hypericonis ana ℥ ij.
Olei Salviæ, Olei terebinthinæ ana ℥ j.
E Olei juniperi ℥ ß.
Ol. tartari fœtentis ʒ iij. Axungiæ taxi ℥ iij.
Miſce. Utere, ut jam dictum eſt. *Idem.*

*Linimentum ad thoracis affectum frigidum.*

℞. Olei Amygdal. amararũ, Olei Liliorum, vel Irini, vel Olei Cheirini ana ℥ ij.
Butyri rancidi, loti ℥ j.
Axungiæ gallinæ, anatis ana ℥ ß.
F Mucilaginis ſem. Lini,
Mucilaginis Fœnigræci, extractæ cum aqua hordei & pauco vino albo ana ℥ ß.
Croci parum.
Miſce, & fiat linimentum, quo pectus & latera illinantur. *Rondeletius.*

## DE LINIMENTIS frigidis.

*Linimentum ad thoracis affectum calidum.*

℞. Olei amygdal. dulcium, Violarum ana ℥ ij.
A Butyri loti, in aqua hordei mundati ℥ j.
Miſce, & fiat linimentum, quo inungatur pectus. *Rondeletius.*

*Linimentum refrigerans ad eryſipelas & inflammationem.*

℞. Mucilaginis ſem. Pſyllii, extractę cum aqua Sempervivi, & pauco aceto ℥ iij.
Succi Plantaginis, vel Solani ℥ j.
Olei Nymphææ, vel de Papavere, vel Hyoſcyami ʒ iij.
B Coquantur ſucci uſq; ad conſumptionem: deinde adde Pomatæ ℥ ß.
Miſce, & fiat linimentum, quo illinatur pars fervens. *Rondeletius.*

## DE LINIMENTIS humidis.

*Linimentum humectans.*

℞. Olei Violarum ℥ iij.
C Olei è ſem. Cucurbitæ ℥ j.
Lactis mulieris recentis, vel Butyri recentis ana ℥ j ß.
Miſce, & fiat linimentum, quo pars humectanda illinatur, tribus horis poſt paſtum, præcedente fotu tepidè. *Rondeletius.*

*Linimentum exiccans.*

℞. Olei Irini, Coſtini ana ℥ ij.
Pinguedinis gallinæ antiquæ, ſalitæ,
D Butyri ſaliti rancidi ana ℥ j.
Vini veteris & generoſi parum, vel aquæ vitæ parum.
Miſce, & fiat linimentum. *Idem.*

*Linimentum emolliens duritiem hepatis.*

℞. Ol. Amygdal. dulc. Ol. Abſinthii ana ℥ j ß.
Butyri recentis ℥ ij.
Pinguedinis gallinæ ℥ j. Maſticis ʒ ij.
Miſce, & fiat linimentum.

## E DE LINIMENTIS aſtringentibus.

*Linimentum repellens, & ſanguinem cohibens.*

℞. Boli Armeni Spagyrico more pręparati ℥ ij.
Croci Martis, Croci Veneris ana ℥ j.
Olei roſati q. ſ. eſt.
Miſce, & fiat linimentum. *Quercetanus.*

F *Aliud, ad idem.*

℞. Colchotaris dulcificati, Cineris ranarum adustarum ana ℥ ß.
Album ovorum q. ſ. eſt.
Miſce, & fiat linimentum. *Idem.*

*Linimentum, ſeu potiùs nutritum, humorum defluxionem, & inflammationem prohibens.*

℞. Succi fol. Nymphææ, ſucci fol. Sempervivi.
Succi fol. Hyoſcyami ana ℥ ij.
Aquæ Spermatis ranarum,

Aquæ florum Thapſi barbari ana ℥ j.
Lithargyri, vel ſalis ejusdem ℥ ij.
Olei viſci pomorum,
Olei roſati omphacini ana ℥ ij ß.
Aceti roſati ℥ j.

Ducantur diù in mortario plumbeo, cum piſtillo plumbeo, & fiat inſtar nutriti, quo utendum pro defenſivo. *Quercetanus.*

*Linimentum defenſivum.*

℞. Boli Armenæ præparat.
Sanguinis Draconis,
Coralii rubri ana ℥ ß.
Croci Martis ʒ ij.
Baccarum Myrti ʒ j ß.
Olei roſ. omphac. ℥ iv.
Aceti roſati ℥ ij.
Ceræ ℥ j ß.

Fiat Linimentum. *Joſephus Quercetanus.*

## DE LINIMENTIS glutinantibus.

*Linimentum pro capitis vulneribus cum cranii fractura.*

℞. Mellis roſati ℥ ij.
Olei ovorum ℥ j.

Miſce, & ex eis ſandalum intinge, vel linamenta, & calida membranæ, ſive meningi detectæ impone. *Quercetanus.*

*Aliud.*

℞. Mellis roſati ℥ ij.
Olei roſati ℥ j.
Terebinthinæ lotæ ℥ ß.

Miſce, & ſandalum imbue. Ubi verò die ſeptima aut undecima præterierit, ſequentia remedia meningi detectæ applicanda erunt:

℞. Mellis roſati ℥ ij.
Terebinthinæ ʒ j.
Aquæ vitæ guttas x.

Miſce omnia ſimul, & calefac in lance, ac ſandalum intinge, & linamenta tenuiſſima, calidaque meningi impone. *Quercetanus.*

*Aliud ad idem, pro ditioribus.*

℞. Mellis roſati ℥ ij.
Olei Myrrhæ ex deſcript. noſtra ʒ ß.
Olei Terebinthinæ per baln. deſtill. cum aqua vitæ ʒ j.

Miſce, & utere, ut ſuprà, modò pars phlegmone non tentetur. *Hoc medicamentū commodiſſimū eſt ad membranam, ab omni putredine conſervandam, & cranii fracturis aptiſſimum. *Idem.*

## DE LINIMENTIS CARnem generantibus.

*Linimentum ad callum & fiſtulas curandas.*

℞. Olei Mellis diſtillati ignis expreſſione ℥ ij.
Olei Saturni,
Olei Mercurii ſublimati ana ʒ j.
Olei Petrolei, Ol. Caryophyll. ana ʒ j ß.

Excipiantur terebinthina, & apponantur cum el-
A lychniis aut tyrundis parti affectæ. *Quercetanus.*

*Linimentum ad intertrigines.*

℞. Medullæ cervinæ ʒ ij.
Ceruſſæ lotæ ʒ ij ß.
Butyri recentis, aqua roſ. abluti ʒ ij.
Lithargyri abluti ʒ ß.
Myrrhæ ʒ j.

Cum modico terebinthinæ lotæ fiat linimentū. *Hieronymus Mercurialis.*

B *Linimentum ad oſſa corrupta & carioſa.*

℞. Olei Myrrhæ deſtillat. per deſcenſum, purificati cum vini ſpiritu ℥ ß.
Olei Caryophyllorum ʒ ij.
Olei Sulphuris cum colchotare deſtillati ʒ ß.

Miſce omnia, & cùm uti voles, os corruptum bis, térve contrectato cum xylo in hoc medicamentum intincto, quod ad extremum ſpecilli alligaveris: ac tum os à carie ſanabitur, ſimulq; quod
C corruptum eſt, brevi dilabetur. *Quercetanus.*

*Aliud.*

℞. Olei Tartari deſtillati per retortam,
Olei Guajaci ana ℥ ß.
Olei Sulphuris, Olei Vitrioli ana ʒ j.

Miſce, & utere, ut ſuprà. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Balſami Mercurii ℥ ß.
Olei Antimonii ℥ iij.
D Salis Saturni ʒ ij.

Miſce omnia ſimul. *Oſſa corrupta & ſanioſa, nec nec ulcera maligna, & deplorata mirum in modum perſanat. *Idem.*

## DE LINIMENTIS DOlorem ſedantibus.

*Linimentum ad dolorem pleuriticum.*

℞. Olei Irini, Chamæmelini,
E Adipis capi ana ℥ ß.
Butyri recentis non ſaliti ʒ ß.
Ceræ lotæ parum.

Miſce, & fiat linimentum. *Andernacus.*

*Linimentum ad capitis dolorem ex inſolatu.*

℞. Olei Chamæmelini recenter præparati ℥ ij.

Temporibus & fronti illinantur. *Andernacus.*

*Linimentum ad vetuſtum capitis dolorem.*

F ℞. Olei Chamæmelini recenter præparati ℥ ij.
Olei Roſarum ℥ ß.

Miſce. Vel

℞. Olei Roſacei ℥ ij.
Olei Chamæmelini ℥ ß.

Miſce, & fiat linimentum. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Olei Roſacei ℥ j.
Aceti ℥ ij.
Ceræ lotæ ex aqua frigida quantum ſatis eſt.

Miſce, & fiat linimentum. *Andernacus.*

*Aliud*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0478-0
DFG

*Aliud ad capitis dolorem ex calore jecoris.*

Oleo roſaceo, aut melino, aut hydrelæo, aut cerato, frons & tempora illinantur. *Idem.*

*Aliud ad dolorem capitis ex frigore.*

Oleum rutaceum, aut laurinum, aut irinũ, aut nardinum, aut ea quæ ex pipere & euphorbio conſtant, fronti imponantur. *Andernacus.*

*Linimentum ad mamillarum dolores, lacte turgentium, & inflammationes.*

℞. Vitellorum ovorum N. ij.
Pompholygis præparatæ ʒ ij.
Olei Roſacei ℥ iij.
Ceræ novæ parum.
Miſce, & fiat linimentum. *Idem.*

*Aliud mitius, uſu crebro probatum.*

℞. Olei Lini ℥ iij.
Ceræ novæ ʒ j.
Liqueſcant, & linteis intincta mammis obducantur. *Andernacus.*

*Linimentum ad dolorem ex inflammatione jecoris, ani, & aurium.*

℞. Olei Violarum ʒ iv.
Cremoris radicis Althææ, cremoris Pſyllii, expreſſi cũ lacte mulieris, vel jure pulli, vel aquæ hordei purgati ana ʒ j.
Butyri recentis, vel axungiæ porcinæ, vel medullæ porcinæ recentis, aut medullæ vitulinæ ʒ ß.
Miſce, & fiat linimentum, quo partes affectæ calidæ illinantur. *Rondeletius.*

*Linimentum dolorem leniens.*

℞. Succi fol. Hyoſcyami, Sempervivi ana ℥ ij.
Olei viſci pomorum,
Olei Nenupharis ana ℥ j ß.
Butyri recentis ℥ ij. Ceræ novæ ℥ j.
Miſce, & fiat linimentum. *Quercetanus.*

## DE LINIMENTIS vermes necantibus.

*Linimentum contra vermes.*

℞. Succi Abſinthii, ſucci Abrotani ana ʒ j ß.
Pulv. Scordii, Aloës ana ℈ ij.
Olei communis ℥ j.
Ceræ parum.
Miſce, & fiat linimentum. *Hieron. Mercurialis.*

## DE LINIMENTIS AMbuſta extinguentibus.

*Linimentum empyreuma extinguens, valdè efficax.*

℞. Olei Lardi, Olei Butyri ana ℥ ß.
Succi fol. & baccarum hederæ ℥ ij.
Succi cort. med. Sambuci ℥ j.
Olei Sambuci ℥ iv.
Salis Petræ ʒ ij.
Decoquantur ſimul ad aquæ conſumptionem, & cum modico ceræ fiat linimentum. *Quercet.*

A *Linimentum ad ambuſta vulnera.*

℞. Lardi liquefacti, & aqua ſolani excepti ℥ ij.
Olei Saturni ℥ ß.
Miſce. *Quercetanus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Viſci rad. Hyoſcyami,
Viſci Papaveris rubri ana ℥ j.
Salis Petræ ʒ j.
Mucilag. ſem. Cydoniorum ʒ iij.
Olei Caphuræ q. ſ.
B Fiat linimentum. *Idem.*

*Linimentum ad combuſtionem faciei, & vulnera ſclopetica.*

℞. Succi Porrorum, ſucci Ceparum ſub prunis coctarum ana ℥ ij.
Aquæ ſem. Ranarum ℥ j.
Olei è viſco Pomorum, Olei Populini,
Ceræ albæ ana q. ſ.
C Miſce, & fiat linimentum, quo bis quotidie partem uſtam & depilatam inunges. *Quercetanus.*

*Aliud, ad idem.*

Butyrum liquefactum in aquam ex ranarum ſemine extractam injice, aut in aquam gammarorum more noſtro paratã, id decies, aut ſæpius repetendo, donec butyrum lactis inſtar albeſcat. Ejus ita præparati ℥ iij. miſce cum ℥ j. olei luteorum ovorum, & fiat linimentum, quo partem pulvere tormentario maculatam inunges. Eſt D enim ad id ſingulare remedium, & ad empyreuma partis ambuſtæ tollendum. *Idem.*

*Linimentum præſtantiſſimum ad empyreuma pulveris tormentarii reſtinguendum.*

℞. Salis Saturni ſaccharini ℥ j.
Olei vitellorum ovorum ℥ ij.
Butyri præparati ℥ iv.
E Miſce, & fiat linimentum, quo totus aduſtus locus inungatur ter, aut quater in die. Inflammationes etiam omnes arcet, & dolores compeſcit. *Quercetanus.*

*Linimentum ad ambuſta.*

℞. Succi cepæ ſub cineribus coctæ ℥ ij.
Olei nucum ℥ j.
Miſce, & fiat in forma linimenti. *Quercetanus.*

*Aliud ad ambuſta.*

F ℞. Fol. Hederæ nigræ, cum aqua plantaginis contuſorum M. ij.
Olei ℔ j. Vini albi ℥ iv.
Coquantur uſque ad vini conſumptionem, adde ſub finem Ceræ q. ſ. eſt.
Fiat linimentum. *Idem.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Lardi ad flammam liquati,
Succi Betæ, ſucci Rutæ ana ℥ ij.
Cremoris lactis ℥ j.
Mucilaginis ſem. Cydoniorum,
Mucilaginis Tragacanthæ ana ℥ ß.
Miſce, & fiat linimentum. *Idem.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0479-9

## LINIMENTUM AD Tophos in lue Venerea.

*Pro Divitibus.*

℞. Argenti vivi ℥ vj.
Pinguedinis ſuillæ nõ liquatæ, neq; ſalitę ℔ j.
Extinguatur Argẽtum vivum in prædicta Axungia ſecundùm artem: deinde adde
Medullæ cruris bovis ℥ ß.
A Olei ex Terebinthina ℥ j.
Olei ex Ligno ſancto ℥ iij.
Croci ʒ j.
Pulveris Ivæ & Betonicæ ana ℥ ß.
Miſce, fiat linimentum. *Hercules Saxonia.*

*Pro Pauperibus.*

℞. Unguenti Dialthææ ℥ iij.
Argẽti vivi extincti in pinguedine porci ℥ vj.
Miſce, fiat linimentum. *Idem.*

## De Unguentis, Sectio XXIIX.

Unguenta ſunt craſſioris conſiſtentiæ, quàm linimẽta, & validiora. Horum autem alia
- Uſualia *ſeu officinalia, & vel*
  - Alterantia *qualitate*
    - Prima: *neq; ſic*
      - Calida
        - Unguentum *Aregon.*
        - Unguentum *Martiatum.*
        - Unguentum *Philagrii.*
        - Unguentum *ſtomachic um.*
        - Unguentum *dialthea.*
        - Unguentum *ex bdellio.*
        - Unguentum *Bernardinum, &c.*
      - Frigida
        - Unguentum *roſatum.*
        - Unguentum *violatum.*
        - Unguentum *refrigerans.*
        - Unguentum *populeon.*
        - Unguentum *caphuratum.*
        - Unguentum *rubrum caphuratum, &c.*
    - Secunda: *vel*
      - Aſtringunt: *ut*—Unguentum *Comitiſſæ defenſivum Magiſtrale, &c.*
      - Emolliunt
        - Unguentum *Dialthea.*
        - Unguentum *reſumptivum.*
        - Unguentum *tetrapharmacum.*
        - Unguentum *de Artanita minus.*
        - Unguentum *ex bryonia.*
      - Abſtergũt
        - Unguentum *Apoſtolicon.*
        - Unguentum *album, de Minio.*
        - Unguentum *Baſilicum.*
        - Unguentum *Ægyptiacum.*
        - Unguentum *viride.*
        - Unguentum *citrinum.*
        - Unguentum *rubeum.*
        - Pſoricum unguentum *de lithargyro.*
        - Trypharmacum *pro ſcabie.*
        - Unguentum *de tuthia.*
        - Unguentum *ad pediculos.*
        - Unguentum *Mercuriatum.*
      - Carnem *generant*
        - Unguentum *craſeos.*
        - Unguentum *diapompholygos.*
        - Unguentum *aureum.*
        - Unguentum *apoſtolicon.*
        - Unguentum *mirificum, &c.*
      - Glutinant, *&c. Vide literam A.*
  - Purgantia
    - Unguentum *Agrippæ.*
    - Unguentum *de Artanita majus.*
    - Unguentum *contra vermes, &c.*
- Unguenta *minùs uſualia, &c. Vide literam B.*

- A.
  - Glutinant, & cicatricem ducunt
    - Unguentum *potabile.*
    - Unguentum *aureum.*
    - Unguentum *citrinum.*
    - Unguentum *deſiccat. rubrum, &c.*
  - Carnem *auferunt*
    - Unguentum *Ægyptiacum.*
    - Unguentum *apoſtolicon.*
    - Pioricon.
    - Unguentum *ex canthari d.*
  - Extrahunt: — Unguentum *fuſcum, &c.*
  - Dolorem *ſedant*
    - Unguentum D. *Gereonis.*
    - Unguentum *ad hæmorrhoidas.*
    - Unguentum *ad oculos.*
    - Unguentum *anodynum.*
    - Unguentum *pectorale.*
  - Somnum *conciliant*
    - Unguentum *populeon.*
    - Unguentum *ſomniferum.*
  - Ambuſta *extinguunt*
    - Unguentum *ad ambuſta.*
    - Unguentum *ex calce.*

---

- B. Unguenta *minus uſualia, ſeu non officinalia, vel*
  - Alterant *qualitate*
    - Prima: *Sic*
      - Calefaciunt
        - Caput: *ut* — Unguentum *ad memoriam.*
        - Pectus: *ut*
          - Unguentum *ad pectoris anguſtiam, & maturationẽ.*
          - Unguentum *ad ſanguinis eruptionem.*
          - Unguentum *ad pthiſin, &c.*
        - Stomachum: *ut*
          - Unguentum *ad ventriculum excalefaciendum.*
          - Unguentum *ad juvandam concoctionem.*
          - Unguentum *ad lienteriam calefaciens.*
          - Unguentum *ad ſtomachi reſolutionem, &c.*
        - Hepar: *ut*
          - Unguentum *ad calefaciendum hepar.*
          - Unguentum *jecoris facultatem ſanguificam roborans.*
          - Unguentum *ad ſcirrhos jecoris.*
        - Splenem: *ut*
          - Unguentum *ad ſcirrhum ſplenis.*
          - Unguentum *ad tumorem lienis, &c.*
        - Renes: *ut*
          - Unguentum *ad movendas urinas.*
          - Unguentum *ad urinæ retentionem aliud, &c.*
        - Uterum: *ut*
          - Unguentum *ad menſtrua provocanda.*
          - Unguentum *ad facilitandum partum.*
          - Unguentum *ad ejectionem ſecundæ.*
          - Unguentum *ad retentionem fœtus.*
          - Unguentum *ad ſuperpurgationem menſtruorum, &c.*
      - Frigefaciunt
        - Stomachum: *ut*
          - Unguentum *ad ventriculũ refrigerandũ.*
          - Unguentum *ad lienteriam.*
        - Hepar: *ut* — Unguentum *ad refrigerandum hepar, &c.*
    - Secunda: *Sic, &c. Vide literam* C.
  - Purgant: *ut*
    - Unguentum *ventrem laxans.*
    - Unguentum *ad vermes.*
    - Unguentum *ventrem ſubducens, &c.*

**C. Unguenta *alterantia qualitate ſecũda, vel***

- Aſtringunt: *ut* —
  - Unguentum *ad inflammationem oculorum.*
  - Unguentum *ad ſanguinis impetum ſiſtendum è naribus, pulv. thorace, renibus, &c.*
  - Unguentum *ſanguinem cohibens, aliud.*
- Emolliunt: *ut* — Unguentum *ad humorem concretum, & ſcirrhoſum.*
- Calculum expellunt: *ut* — Unguentum *precioſum, (quod Zuckers ſalb appellant.)*
- Digerunt: *ut* —
  - Unguentum *ad inflammationem oculorum digerendam.*
  - Unguentum *ad parotidas.*
  - Unguentum *ad anginam.*
- Abſtergunt: *ut* —
  - Unguentum *ad deterſionem ſuffuſionis.*
  - Unguentum *ad ſcabritiem, ſcabiem, &c.*
  - Unguentum *ad pſoram.*
  - Unguentum *ad herpetes.*
  - Unguentum *ad ſcabiem.*
  - Unguentum *ad pruritum, &c.*
- Carnem *generant: ut* —
  - Unguentum *ad ulcera narium.*
  - Unguentum *ſarcoticum, &c.*
- Conſolidant: *ut* —
  - Unguentum *ad phthiſim.*
  - Unguentum *glutinans.*
  - Unguentum *ad vulnera, &c.*
- Cicatricem *inducunt: ut* — Unguentum *epuloticum.*
- Erodunt: *ut* — Unguentum *ad polypos exedendos.*
- Dolorem *ſedant: ut* —
  - Unguentum *ad dolorem capitis ex calore.*
  - Unguentum *ad dolorem capitis ex calore in declinatione.*
  - Unguentum *ad dolorem capitis ex frigore.*
  - Unguentum *ad dolorem colicum.*
  - Unguentum *ad dolores capitis & articulos.*
- Somnum conciliant: *ut* — Unguentum *ſomniferum.*
- Venerem excitant: *ut* — Unguentum *ad coitum.*
- Ambuſta extinguunt: *ut* — Unguentum *ad combuſtionem, &c.*

# DE UNGUENTIS excalfacientibus.

### *Unguentum Aregon.*

℞. Roriſmarini, Majoranæ, radicis Jari (id eſt, veræ Serpentariæ) Serpilli, Rutæ,
Rad. Cucumer. aſinini ana ℥ iv ß.
Fol. Lauri, Salviæ, Sabinæ ana ℥ iij.
Pulicariæ majoris, minor. ana ℥ iv.
Rad. Bryoniæ ℥ iij.
Laureolæ (pro eo radicum vel foliorum Cocci gnidii) ℥ ix.
Fol. Cucum. aſinini, Nepetæ ana ℥ vj.
Maſticis, Olibani ana ʒ vij.
Pyrethri, Euphorbii, Zingib. Piperis ana ℥ j.
Adipis urſini, Olei Laurini ana ℥ iij.
Olei Moſchelini ℥ ß.
Olei communis ℔ v. aut plures,
Petrolei clari ℥ j.
A Butyri ℥ iv. aut quantum ſufficit.

Herbæ & radices Majo menſe collectæ in oleo macerentur diebus ſeptem, deinde coquantur, & colentur. Colato oleo adjice reliqua, atq; adde Ceræ ℔ j. ℥ iij.

Durat annum. * Prodeſt malis corporis frigidis, convulſionibus, reſolutionibus partium: item dolori colico, renum, articulorumque. *Nicolaus.*

### *Unguentum Martiatum.*

℞. Ceræ ℔ ij.
B Olei ℔ iix. vel quantum ſatis eſt.
Roriſmarini, folior. Lauri ana ℥ iix.
Rutæ ʒ vij.
Fol. Tamariſci ℥ vj.
Ebuli, Sabinæ, Balſamitæ, Salviæ,
Ocymi, Polii, Calaminthæ, Arthemiſiæ,
Enulæ, Betonicæ, Brancæ urſinæ,
Spargulæ, Herbæ venti, id eſt, Parietariæ,
Pimpinellæ, Agrimoniæ, Abſinthii,
Herbæ paralyſis, Herbæ ſanctæ Mariæ,

Cymarum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0482-2 DFG

Cymarum Sambuci, Herbæ Craſſulæ,
Millefolii, Sempervivæ, Chamædryos,
Centaureæ, Centumnerviæ, Fragulæ,
Tetrahit, id eſt, herbæ Judaicæ, vel Orobi,
Quinquefolii ana ℥ iv ß.
Rad. Althææ, Cumini, Myrrhæ ana ℥ iij.
Fœnigræci ℥ j ß.
Butyri ℥ j. ʒ ij.
Seminis Urticæ, Violarum,
Papaveris albi, Menthæ Saracenicæ, Criſpæ,
Lapathioli, Polytrichi, Carduncelli,
Matris ſylvæ, Maturellæ, Herbæ Moſchatæ,
Allelujæ, Linguæ cervinæ,
Criſpulæ, Camphoratæ, id eſt, Abrotani,
Styracis calamitæ,
Medullæ cervinæ ana ℥ ß.
Adipis urſini, gallinacei,
Maſtiches, Thuris ana ℥ j.
Olei Nardini ℥ ij.

Herbæ omnes in Majo menſe colligantur, & inciſæ macerentur in vino odorifero per dies ſeptem: octavo deinde die coquantur, donec ferè conſumatur vinum: poſtea cola, & colaturæ expreſſæ adde oleum, & coque donec conſumatur vinum: mox adde ceram, & reliqua ſecundùm artem. Servatur annos tres. * Adverſus frigida corporis mala, reſolutionem coxendicum, nephritim, convulſionem, & id genus alia valet: tumores reprimit, duritie emollit, livoremq; cutis emendat. *Nicolaus.*

### *Unguentum Martiatum magnum.*

℞. Ceræ albæ ℔ ix.
Olei ſextarios vj.
Roriſmarini, fol. Lauri ana ℔ ij ß.
Amaraci, Ebuli, Sabinæ, Balſamitæ,
Ocymi, Salviæ, Polii, Calaminthes,
Arthemiſiæ, Enulæ, Betonicæ, Brancæ urſinæ,
Herbæ venti, Pimpinellæ, Agrimoniæ,
Abſinthii, Herbæ paralyſis, Herbæ S. Mariæ,
Cymarum Sambuci, Herbæ Craſſulæ,
Sempervivæ, Millefolii, Chamædryos,
Centauriæ, Centumnerviæ, Fragulæ,
Quinquefolii, Herbæ Tetrahit ana ℔ j ß.
Rad. Althææ, Cumini, Myrrhæ ana ℔ j.
Fœnigræci ℔ ß. Butyri ℥ v.
Sem. Urticæ, Violarum, Papaveris rubei,
Menthæ Saracenicæ, Menthæ criſpæ,
Lapathioli, Polytrichi, Carduncelli,
Matris ſylvæ, Marathri, Herbæ Moſchatæ,
Allelujæ, Linguæ cervinæ, Criſpulæ,
Camphoratæ, Styracis, Medullæ cervinæ,
Adipis urſini, gallinacei ana ℥ iij.
Thuris ℥ ij.
Olei Nardini ℥ j.

Fiat unguentum ſecundùm artem. * Ad frigiditatem & dolorem capitis, pectoris & ſtomachi, ad ſciron hepatis & ſplenis, ad ilii dolorem, ad paralyticos, arthriticos, nephriticos, podagricos, iſchiadicos, & ad omnes dolores, ad tumores, duritiem, ſpaſmum, & febrientes, ad ignem, vel Solem inunctum. *Nicolaus Alexandrinus.*

A

### *Unguentum Martiatum parvum.*

℞. Fol. Lauri ℔ iij.
Rutæ ℔ ij ß.
Majoranæ ℔ ij.
Roriſmarini ℔ j ß.
Myrti ℔ j.
Esbrii, vel Majoranæ ſummitates,
Balſamitæ, ſem. Ocymi ana ℥ vj.
Butyri ʒ v.
Styracis, Medullæ cervinæ, Adipis urſini,
B Adipis gallinacei ana ʒ iv.
Maſticis ℥ iij.
Thuris ℥ ij ß.
Olei Nardini ℥ j.
Olei communis ℔ vj.
Ceræ ℔ iv.

Confice ut artis eſt. * Ad podagram frigidam ſive calidam, paralyticos, arthriticos, nephriticos, iſchiadicos, & ad omnia vitia, & dolores nervorum valet. *Nicolaus.*

C

### *Unguentum Martiatum, aliud.*

℞. Maſticis, Ceræ,
Styracis ana ℥ iij.
Oeſypi ℥ vj.
Terebinthinæ ℥ j.

Confice ut artis eſt. * Ad articulorum morbos & corporis languores ac reſolutiones valet. *Paulus.*

### *Unguentum Philagrios.*

℞. Ceræ ℥ iij.
D Oeſypi, ſucci Rutæ agreſtis ana ℥ ij.
Euphorbii, Piperis, Ammoniaci, Croci,
Thuris, Caſtorei, Terebinthinæ,
Opopanacis ana ʒ ij.
Styracis, Myrrhæ ana ʒ ij ß.

Fiat unguentum ſecundùm artem. * Spaſmum & paralyſim juvat. *Meſues.*

### *Unguentum ſtomachicum magiſtrale.*

E ℞. Olei Abſinthii, Maſtichini, Nardini ana ℥ j.
Roſarum rubrarum, Coralli rubri,
Caryophyllorum, Cinnamomi, Ligni Aloës,
Maſticis, Menthæ, Schœnanthi ana ʒ j.
Ceræ quantum ſufficit.

Fiat unguentum ſecundùm artem. * Ventriculum & hepar roborat, horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem juvat. *Medici Florentini.*

### *Unguentum Dialthææ, ſimplex.*

F ℞. Rad. Althææ ℔ ij.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℔ j.
Olei ℔ iv. Ceræ ℔ j.
Terebinthinæ ℥ ij.
Reſinæ ℥ vj.

Radices ſectæ, & cum ſeminibus contuſæ, macerentur tribus diebus in aquæ ℔ iix. deinde ferveſiant, & mucilaginis inde expreſſæ ℔ ij. ſume, & coque cum aliis rebus, donec aquoſum illud in mucilagine conſumptum fuerit: & fac unguentum. Durat annos tres. * Emolliendi vim habet, calefacit & humectat. *Nicolaus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0483-7
DFG

### *Unguentum Dialthææ compoſitum.*

℞. Rad. Althææ ℔ ij.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℔ j.
Scillæ recentis ℥ vj.
Olei ℔ iv. Ceræ ℔ j.
Terebinthinæ ℥ ij.
Reſinæ, Picis Græcæ ana ℥ vj.

Fiat unguentum, ut ſuperiùs: deinde addes gummi ſubſequentia diſſoluta in aceto:

Galbani, Gummi hederæ ana ℥ ij.

Miſceantur probè, & reponantur.* Valet propriè ad dolorem pectoris ex frigiditate & pleuriſi, & ſuper pectus inunctum ſanat omnia loca infrigidata: calefacit, mollificat, & humectat. *Nicolaus.*

### *Unguentum ex Bdellio.*

℞. Bdellii ʒ vj.
Euphorbii, *Sagapeni ana* ʒ *iv.*
Caſtorii ʒ iij. Ceræ ʒ xv.
Olei Jaſmini vel Keirini ʒ x.

Bdellium & Sagapenum diſſolvantur aqua rutæ agreſtis: cætera cum aqua calida uniantur, & fiat unguentum. * Epilepſiam, paralyſim, ſpaſmum, cæteros nervorum affectus frigidos ac ſcirrhoſos juvat. *Meſues.*

### *Unguentum Bernardinum.*

℞. Granorum Paradiſi, Caryophyllorum,
Zingiberis albi ana ℥ ij.
Sulphuris vivi ℥ vj.
Axungiæ porcinæ ℔ j.
Moſchi ʒ ß.
Olei Spicæ ʒ ij.

Terantur omnia ſubtiliter arida, ac commiſce diligenter, fiatq; unguentum.

## DE UNGUENTIS refrigerantibus.

### *Unguentum roſatum Meſuæ.*

℞. Axungiæ porcinæ ℔ j.

Lavetur novies aqua calente, & toties frigida: deinde addito

Roſarum rubr. recentium ℔ j.

Probè terantur, & marceſcant cum ea dies ſeptē: coque igne lento, cola: rurſus tantundem roſarum recentium cum ea tere, ut ſuprà: idem fac tertiò: quartò autem præter roſas affunde

Succi Roſarum rubr. ℥ vj.
Olei Amygdal. dulc. ℥ iij.

Coque igne lento ad ſucci conſumptionem: cola, & repone. Alii addunt Opii ʒ j. * Phlegmonas, eryſipelata, herpetas ſedat: cephalalgiam calidam, & ventriculi ac hepatis intemperiem calidam mitigat. *Meſues.*

### *Unguentum Violatum*

Fiat ut Roſatum, ſed ex violis nigris. * Idem quod Roſatum pollet: præterea pleuritidi & thoracis inflammationi prodeſt.

### *Unguentum refrigerans, Galeni.*

℞. Ceræ albæ ℥ j.
Olei Roſati Omphacini ℥ iv.

Aquæ fontis frigidiſſimæ quantū ſufficit ad mul-
A tum diuq; lavandum & ſubigendū ceratū: quod tādem ex aceto albo, pauco, claro, ſimiliter ſubigendum eſt, addaturq; etiam aliquid aquæ roſaceę ad odoris gratiam acquirendam. Si qui fortè diutius aſſervare debent, meminerint, ut ſubindè relavent poſca benè acida, ne ranceſcat. *Meſues.*

### *Unguentum Populeon.*

℞. Oculorum Populi arboris recentium, menſe Martio collectorum ℔ j ß.
Axungiæ porcinæ præparatæ ℔ ij.

B Oculi Populi contundantur, & macerentur cum axungia, donec ſequentes herbæ colligi queant: deinde

℞. Fol. Papaveris agreſtis, fol. Mandragoræ,
Fol. Hyoſcyami, Solani,
Vermicularis aut Craſſulæ, Lactucæ,
Sempervivi, Bardanæ, Portulacæ, Violariæ,
Umbilici Veneris,
Summitatum Pruni tenerarum ana ℥ iij.

C Herbæ contundantur, & miſceantur axungiæ & oculis Populi: adde

Vini optimi quantum ſatis eſt.

Coquantur ad vini conſumptionem: deinde cola, exprime, & fiat unguentum.* Contra nimium calorem valet, & temporibus illitum ſomnum conciliat. *Nicolaus.*

### *Unguentum Caphuratum album.*

℞. Olei Roſati ℔ j.
Ceræ albæ ℥ iij. Ceruſſæ ℥ xij.
Albi ovorum N. vj.
D Caphuræ diſſolutæ cum aqua roſ. ex arte ʒ ij.

Fiat unguentum ſecundum artem.

### *Unguentum Caphuratum rubrum.*

℞. Olei Roſati ℔ j ß.
Lithargyri ℥ ij. Minii ℥ iij.
Ceruſſæ ℥ j ß.
Tuthiæ, Caphuræ ana ʒ iij.
Ceræ ℥ ij. in æſtate: ſed in hyeme ℥ j.

Fiat unguentum in pila plumbea cum piſtillo
E plumbeo.

## DE UNGUENTIS aſtringentibus.

### *Unguentum Comitiſſæ.*

℞. Cort. med. Glandium,
Cort. med. Caſtanearum,
Cort. med. Quercus arboris,
Baccarum Myrti, Caudæ equinæ,
F Gallarum, cort. Fabarum,
Acinorum Uvarum, Calycum, Glandium,
Sorborum immaturorum ſiccorum,
Meſpilorum acerborum ſiccorum,
Fol. Capparis, fol. Prunioli ſylveſt.
Rad. Chelidonii ana ℥ j ß.

Contundantur aliquantulum, & coquantur in decoct. plantaginis quantum ſufficit, ad dimidii conſumptionem: cola, & in dicta colatura lava ſubſequentia novem vicibus, ſemper recentem aquam decoctionis affundendo, quotieſcunque laveris.

℞. Olei

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0484-3 DFG

℞.Olei Myrtini,Maſtichini ana ℔ j ß.
Ceræ novæ ℥ iix ß.

Liqua & lava, ut dictum eſt: poſtea inſperge ſequentium rerum tenuiſſimum pulverem:

℞.Cort.med.Glandium,
Cort.med.Caſtanearum,
Cort.med.Quercus arboris ana ℥ j.
Gallarum,ſucci Hypociſtidis,
Cineris oſſium crucis bubuli,
Baccarum Myrti,Acini uvarum,
Sorborum ſiccorum ana ℥ ß.
Trochiſc.de Charabe ʒ ij.

Miſce, fiat unguentum bonæ conſiſtentiæ. * Inceptum abortum prohibet: hæmorrhoidas ſiſtit, ac laxatos renes conciliat. *Varignana.*

*Defenſivum magiſtrale.*

℞.Armeni,ſang.Draconis,
Terræ ſigillatæ ana ℥ j.
Olei Roſati ℥ vj.
Ceræ ℥ j ß. Aceti ℥ iv.

Coquantur ſimul oleum, cera & acetum, donec acetum conſumptum fuerit: deinde ſublatum ab igne ubi refrigerari cœperit, adde reliqua in tenuiſſimum pulverem trita. *Florentini.*

## DE UNGUENTIS emollientibus.

*Unguentum reſumptivum,vulgare.*

℞.Axungiæ porci recentis ſine ſale ℥ iv.
Axungiæ Gallinaceæ, Anſeris, Anatis ana ℥ ij.
Oeſypi humidæ ℥ ß.
Olei Violat.Chamæmelini,Anethini ana ℥ j.
Butyri recentis ℔ j.
Ceræ albæ ℥ vj.
Mucilaginis Tragacanthæ,
Mucilag.ſem.Cotoneorum,Lini,
Biſmalvæ,Gummi Arab.ana ℥ ß.

Miſce,& fiat unguentum.

*Unguentum tetrapharmacum.*

℞.Picis nigræ,Reſinæ,Ceræ, Adipis vaccini ana ℥ ij.

Fiat unguentum. * Calfacit,humectat,dolorem ſedat,& pus movet. Macedonicū ex iiſdem conſtat: ſed inſuper additur thuris una pars. *Galenus.*

*Unguentum de Artanita minus.*

℞.Succi Artanitæ,ſive ſucci Cyclaminis,
Succi glutinoſi ex rad.Filicis extracti,
Succi Ebuli ana ℥ ix.
Succi ſummitatum Tamaricis ℥ ij.
Oeſypi humidæ ℥ v.
Olei Irini ℔ ij.
Bdellii,Ammoniaci ana ℥ j ß.
Aceti,quantum ſatis eſt ad ammoniacum diſſolvendum,
Ceræ citrinæ ℥ vj.
Cort rad.Capparis ℥ j ß.
Spicæ ʒ iij.

Confice ſecundùm artem unguentum. * Splenis humores etiam ſcirrhoſos diſſolvit, & ſtrumas. *Meſues.*

A *Unguentum ex Bryoniæ.*

℞.Olei communis ℔ iij.
Medullæ crurum bovis ℔ j.
Butyri recentis ℔ ß.
Succi Bryoniæ,ſucci Cyclaminis ana ℔ j.

At quia hic cyclamen recens in copia non habemus, oportebit radices ſiccas cyclaminis accipere, & diligenter coquere in ſufficienti aqua, in qua tamen antea dies aliquot ſint maceratæ, ſicque
B ſuccum fortiter exprimere, atque iterum ſi libet coquere ad mellis ſpiſſitudinem (præſertim quando diutiùs aſſervare ſtudium eſt) eò ferè modo, quo paratur ſuccus glycyrrhizæ. Bulliant ſimul ad lentum ignem, uſque ferè ad conſumptionem ſucci, & coletur. Colaturæ adde

Pulveris *Aſplenii,cort.Capparorum,*
Cort. *Tamariſci,ſem.Agni caſti ana* ℥ iij.

Miſce,& fiat unguentum. *Ferrarienſes.*

C
## DE UNGUENTIS abſtergentibus.

*Unguentum Apoſtolicum.*

℞.Ceræ albæ,Terebinthinæ,
Reſinæ,Hammoniaci ana ʒ xiv.
Ariſtolochiæ longæ,
Thuris,Bdellii ana ʒ vj.
Myrrhæ,Galbani ana ℥ iv.
Lithargyri ʒ ix.
D Opopanacis,Æruginis ana ʒ ij.
Olei communis ℔ ij. hyeme verò ℔ iij.

Gummi in aceto albo ſoluta, coque cum oleo, cera, reſina, terebinthina & lithargyro ad aceti conſumptionem: deinde reliqua adde tenuiſſimè trita. * Efficax eſt contra vulnera & ulcera difficilia, & fiſtulas: conſumit carnem mortuam, & conſumptam reſtaurat, duram mollit, & plagas ſanat. *Avicenna.*

E *Unguentum album,unguentum de Ceruſſa dictum.*

℞.Lithargyri albi loti ʒ j.
Ceruſſæ aqua roſarum lotæ ʒ v.
Ceræ albæ ʒ vij. Olei roſ.℥ ij.
Albuminis ovorum N.j.

Ceræ liquatæ in oleo roſato lento igni, injice ceruſſam & lithargyrum probè contrita: miſce. & poſtremò adde albumen ovi. Alii addūt caphuræ momentum, & caphuratum vocant. * Pollet
F adverſus ulcera, ſcabiem, & aduſtionem. *Avic.*

*Unguentum album,aliter.*

℞.Ceruſſæ,Lithargyri ana ℥ vj.
Plumbi uſti,Scoriæ argenti ana ℥ ß.
Maſticis,Thuris ana ʒ ij ß.
Olei roſati,Aceti albi ana quantum ſufficit.

Tritis omnibus in mortario, affunde paulatim nunc oleum, nunc acetum, ſemper movendo, donec pingueſcant, velut nutrita. *Meſues.*

*Idem,aliter.*

℞.Olei communis ℔ ij.
Ceruſſæ ſubtilis ℔ j. Ceræ albæ ℥ vj.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0485-9
DFG

Et quidam addunt caphuræ ℥ ij.
Fiat unguentum ſecundùm artem. *Rhaſis.*

*Aliter.*

℞. Ceruſſæ in aqua roſarum lotæ ℥ xiix.
Lithargyri albi loti ℥ j ß.
Olei roſati ℔ ij. ℥ iv.
Ceræ albiſſimæ ℥ vj. aut circiter.
Conſice ſecundùm artem.

*Unguentum de Minio.*

℞. Minii læviſſimè triti,
Olei roſati, Myrtini ana ℥ ij.
Coquantur lento igne cum Ceræ albæ ℥ ß.
*Florentini.*

*Aliud de Minio Caphuratum.*

℞. Minii triti ℥ iij.
Lithargyri ℥ ij.
Ceruſſæ ℥ j ß.
Tuthiæ, Caphuræ ana ʒ iij.
Olei Roſati ℔ j ß. Ceræ albæ ℥ ij.
Liquatam ceram cum oleo lento igne, miſce in mortario plumbeo cum reliquis rebus tenuiſſimè tritis.* Valet ad ulcera mala & antiqua. *Idem.*

*Unguentum Baſilicon minus.*

℞. Ceræ flavæ, Reſinæ pinguis, Picis Græcæ ana ℔ j.
Olei communis quantum ſufficit.
Fiat unguentum lento igne. Alii terebinthinam addunt: alii verò terebinthinam picis loco ponunt. * Idem pollet quod Baſilicon majus, ſed imbecillius: recentibus tamen capitis & nervoſarum partium vulneribus & ulceribus aptius erit. *Meſues.*

*Unguentum Baſilicum majus: Galeni enneapharmacum eſt.*

℞. Ceræ albæ, Reſinæ pini,
Sevi vaccini, Picis Græcæ,
Picis nigræ. Terebinthinæ,
Thuris, Myrrhæ ana ℥ j.
Olei communis q. ſ.
Fiat unguentum. *Meſues.*

*Aliter.*

℞. Ceræ ℥ vj. Picis Græcæ ℥ iij.
Reliquorum ana ʒ j ß.
Olei quantum ſufficit.
* Ulcera phlegmone carentia, preſertim partium nervoſarum, terget, carne implet.

*Unguentum Aegyptiacum.*

℞. Æruginis ʒ v. Mellis ʒ xiv.
Aceti albi ʒ vij.
Coque igne, & tantiſper move, donec fiat rubrum. Alii ſumunt ejus medicamenti ℥ vj.
Chalcanthi uſti ℥ ij.
Olei roſati ℥ iij.
Ceræ quantum ſufficit.
Fiat unguentum. * Confert ad vulnera antiqua, fiſtulasque terget: carnis excreſcentiæ medetur, vehementerque exiccat. *Meſues.*

*Aliud.*

℞. Aquæ Plantaginis,
A Vini malorum granatorum, Mellis ana ℥ ij.
Aluminis rupis, Æruginis ana ʒ x.
Coque, & move donec fiat rubrum. *Joannes de Vigo.*

*Aliud.*

℞. Mellis ℔ j.
Aceti optimi ℥ vj.
Æruginis ℥ j.
Aluminis rupis ʒ v.
Coque, & move, donec rubrum fiat. *Guido.*

B *Unguentum viride, Andromachi.*

℞. Reſinæ pini ℔ ij.
Ceræ ℔ j ß.
Olei communis ℥ iix.
Æruginis æris ℥ iij.
Reſinam & ceram in oleo liquabis: deinde æruginem tenuiſſimè tritam addito. * Recentia vulnera, & quæcunque non magna ſunt, ſanat. *Galenus.*

C *Unguentum mundificativum magiſtrale.*

℞. Mellis roſati colati ℥ j ß.
Terebinthinæ claræ ℥ iij.
Succi Apii, ſucci Praſſii ana ʒ ß.
Succi Abſinthii ʒ ij.
Simul coquantur: deinde addantur
Farinæ Hordei, Fabarum ana ʒ xj.
Farinæ Lupinorum, Orobi ana ʒ iij.
Sarcocollæ, Myrrhæ ana ʒ j ß.
D Reduc in pulverem, & fac unguentum.

*Unguentum citrinum.*

℞. Boracis ℥ j. (alii ʒ ij.)
Caphuræ ʒ j.
Coralii albi ℥ ß.
Gypſi ℥ j.
Umbilici marini, Tragacanthæ albiſſimæ,
Amyli, Cryſtalli, Enthalii, Denthalii,
Thuris albiſſimi, Nitri ana ʒ iij.
E Marmoris albi ʒ ij.
Gerlæ ſerpentariæ ʒ j.
Ceruſſæ ʒ vj.
Axungiæ porcinæ recentis non ſalitæ, ſed præparatæ & mundæ ℔ j ß.
Sevi caprini præparati ℥ j ß.
Adipis gallinacei præparati ℥ j.
Axungiam porcinam atq; adipem gallinaceum liqua ſimul, & impone tepidis adhuc, corticum citrei mali ſatis magnam quantitatem, & macerentur per menſem unum. Poſtea eximito
F corti- ces, & eliquati porcini adipis recipe, ut dictum eſt, ℔ j ß. Adipis gallinacei ℥ j. & adde ſevum caprinum: deinde addantur reliqua tenuiſſimè trita: ultimò verò inſperge Caphuram ſubtiliſſimè tritam. Notandum eſt in hoc unguento, non concordare exemplaria in ponderum characteribus. Nam quidam pro ℥ ponunt ʒ. & econtrà.
* Faciei maculas emendat, ſcabiem in quacunq; corporis parte extiterit, cicatrices extenuat, ruborem oculorum aufert, & ea quæ aſpera ſunt levigat. *Nicolaus.*

Unguen-

### *Unguentum rubeum caphuratum.*

℞. Olei Roſati ℔ ß.
Lithargyri ℥ ij.
Minii ℥ iij.
Ceruſſæ ℥ j ß.
Tuthiæ, Caphuræ ana ʒ iij.
Ceræ ℥ ij. in æſtate: ſed in hyeme ℥ j.

Fiat unguentum in pila plumbea cum piſtillo plumbeo.

### *Unguentum Pſoricum Alexandri.*

℞. Ceruſſæ, Lithargyri Pſorici,
Aloës, Croci, Cadmiæ argenteæ,
Argenti vivi extincti ana part. æquales,
Olei Oleandri, Aceti ana q. ſ.

Fiat unguentum. * Pſoram ſanat, impetiginem à pituita ſalſa, cutis aſperitatem, & alia cutis vitia terget. *Meſues.*

### *Aliud.*

℞. Lithargyri albi,
Chalcanthi ana part. j.
Æruginis partem dimidiam.
Aceti acerrimi quantum ſufficit.

Terantur die uno in Sole æſtivo, paulatim affundendo acetum. Deinde in vaſe vitreo probe obſtructo, condantur ſub fimo diebus quadraginta. * Ad fiſtulas, cancros, ſcabiem ſiccam, lepram, carnis putridæ incrementum conducit. *Meſues.*

### *Unguentum Pſoricum ſive enulatum.*

℞. Rad. Enulæ campanæ coctæ cum aceto, & piſtatæ ℔ j.
Axungiæ porci, Olei communis ana ℥ iij.
Ceræ novæ ℥ j.
Argenti vivi extincti,
Terebinthinæ lotæ ana ℥ ij.
Salis communis pulverizati ℥ ß.

Incorporentur ut decet.

### *Unguentum de Lithargyro.*

℞. Lithargyri ℥ ij.
Ceruſſæ ℥ ß.
Aceti ℥ j.
Olei roſati quantum ſufficit.

Fiat unguentũ lento igne. Poteſt etiam fieri crudum in mortario plumbeo. * Ulcera & excoriationes à calore Solis, ſtrictiore calceo, itinere, equitatione, frictione & coitu ſanat.

### *Tripharmacum crudum.*

℞. Lithargyri, Aceti fortis ana ℥ iij.
Olei communis ℥ vj.

Lithargyrus tenuiſſimè tritus movetur, cõtinuò paulatim affuſis oleo viciſſim & aceto. * Prodeſt ſcabiei, & cutis ulceribus, ut ſuperius. *Meſues.*

### *Unguentum contra ſerpiginem, & impetiginem, atque elephantiam.*

℞. Sulphuris, Aloës, Lithargyri,
Arſenici, Argenti vivi, Tartari,
Maſticis, Olibani, Cymini,
Piculæ, Axungiæ veteris ana q. ſ.

A Quæ ſunt terenda, tere, & tempera cum aceto, & oleo, & ſucco Lappaceoli, & ſucco Fumiterræ quantum ſufficit, & poſtea inungatur ad Solem, vel ad ignem. *Nicolaus.*

### *Unguentum pro ſcabie.*

℞. Styracis liquidæ ℥ j.
Terebinthinæ lotæ,
Butyri loti ana ℥ ij.
Succi Limonum ℥ j ß.
Ceruſſæ lotæ ℥ j.
B Salis ℥ ij.

Miſce, fiat unguentum in mortario plumbeo.

### *Unguentum ad ſcabiem, aliud.*

℞. Axungiæ porci ℥ v.
Olei Laurini, *Argenti vivi extincti,*
Ceræ mundæ, Maſticis, *Thuris albi ana* ʒ ij.
*Salis* ℥ iix.
Succi Plantaginis,
Fumiterræ ana quantum ſufficit.

C Ceram, oleum Laurinum, & Axungiam pone ad ignem cum ſuccis, & bulliant, donec ſimul liquefiant: deinde adde Salem, Olibanum & Maſticen, & bulliant omnia ſimul, uſq; ad conſumptionem ſucci: poſtea deponantur ab igne, & addatur Argentum vivum extinctum, ut ſuprà, & utere. Potens eſt. Sed cave, ne ob Argentum vivum attingat propè membra principalia, addeque Maſtichen. Syl. hoc unguentum ſine Argento vivo paratum commendat.

### D *Aliud, pro pueris.*

℞. Terebinthinæ benè lotæ ℥ iv.
Butyri loti ℥ ij.
Salis ℥ j.
Succi Limonum ℥ j ß.
Vitellos ovorum N. iij.
Olei Roſati ℥ j.

Miſce, & fiat unguentum.

### *Aliud ad ſcabiem, noſtrum.*

E ℞. Sevi hircini ℥ ij.
Olei Ceræ ʒ ij.
Olei Malorum aureorum ℥ j.
Olei herbæ Nicotianæ ℥ ß.
*Sulphuris triti, Salis ana* ʒ j.
Succi Nicotianæ ℥ j ß. Miſce.

### *Unguentum de Tuthia, ſeu Diapompholygos, magiſtrale.*

℞. Olei Roſati,
Omphacini ana ℥ vj.
F Olei Myrtini, Unguenti Populei ana ℥ ij.
Fol. Plantaginis, Solani ana M. ij.

Herbas minutim inciſas cum oleis miſcebis, & diebus octo marceſcere ſines: deinde coctas aliquantulum colabis, & colaturæ addes
Ceræ albæ ℥ iv ß.

Coquantur igne lento, donec Cera liquata ſit, ſemper agitando aufer ab igne, & adde
Lithargyri ℥ vj.
Pompholygis, ſive Tuthiæ præparatæ,
Ceruſſæ tritæ ana ℥ ij.
Plumbi uſti ℥ vj. Caphuræ ℥ j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0487-0
DFG

Omnia in pilam plumbeam injecta, horis duabus continuis agitentur, deinde in vaſe vitreato reponantur.

*Unguentum Diapompholygos, aliud.*

℞. Olei Roſati, Ceræ albæ ana ℥ vj.
Succi Solani q.ſ.
Ceruſſæ lotæ ℥ ij.
Plumbi uſti & loti,
Tutiæ præparatæ,
Thuris puri ana ℥ j.

Ceram liqua cum oleo, lento igne, & in pilam plumbeam injice, additis quæ terenda ſunt, in tenuiſſimum pulverem redactis: move continuò, & paulatim ſuccum ſuprà dictum inſtillato, perpetuò movens ſex horis continuis. *Utilia ſunt ad exiccanda eryſipelata, vulnera ſordida purganda, & ſananda tibiarum ulcera: vitiorum locorum concava vel diſſipata replent, refrigerant, & cicatrizant. *Nicolaus.*

*Unguentum ad pediculos.*

℞. Sem. Staphiſagriæ ℥ ij.
Hellebori albi ℥ j.
Salis ʒ ij.
Argenti vivi,
Aceti vini ana ℥ ij.
Axungiæ porcinæ ℔ j.
Olei Laurini ℥ ix.
Saponis Veneti ℔ ß.

Fiat unguentum ſecundùm artem.

*Unguentum Mercuriatum cum Theriaca.*

℞. Butyri ℥ ij.
Axungiæ porci ℥ iix.
Theriacæ, Mithridati ana ℥ ß.
Argenti vivi extincti ℥ vij.
Lithargyri, Salis communis ana ʒ vj.
Croci,
Olei Vermium terreſtrium,
Aquæ ardentis ana ℥ j.
Moſchi G. v.

Fiat unguentum. *Adolph. Occo.*

## DE UNGUENTIS carnem generantibus.

*Unguentum ceraſeos magnum.*

℞. Hammoniaci ℥ j.
Bdellii, Thuris maſculi,
Ariſtolochiæ, Sarcocollæ ana ʒ v.
Myrrhæ, Galbani ana ℥ ß.
Lithargyri ʒ xv.
Aloës, Opopanacis ana ʒ ij ß.
Æruginis ʒ iij.
Reſinæ ʒ xiv.
Ceræ albæ ℥ ij.
Olei quantum ſufficit.

Lithargyrum tere, & cum oleo coque, donec liquefiat. Tunc depone ab igne, & dum modicè refrixerit, miſce Hammoniacum & Bdellium
A aceto ſoluta: redde igni, coque ad juſtam craſſitiem, tunc q; reliqua permiſce. *Ulcera maligna, putrida, fiſtuloſa, ſorde & carne mortua purgat, carne implet, glutinat, & cicatrice tegit. *Meſues.*

*Unguentum ceraſeos parvum.*

℞. Ariſtolochiæ, Ireos, ſanguinis Draconis,
Hammoniaci, Sarcocollæ ana ℥ ß.
Lithargyri lævigati ℥ v.
Olei ℔ j.

Coque Lithargyrum cum oleo, donec liquefiat:
B tunc cætera, ut in priore, miſce. *Ulcera tam vetera, quàm nova terget, carne implet, glutinat, cicatrice claudit. *Meſues.*

*Unguentum aureum.*

℞. Ceræ citrinæ ʒ vj.
Olei boni ℔ ij ß.
Terebinthinæ ℥ ij.
Reſinæ Colophoniæ ana ℥ j ß.
Thuris, Maſtiches ana ℥ j.
Croci ʒ j.

C Confice ſecundùm artem. Durat annos tres. *Vulnera certò & ſalubriter glutinat. *Meſues.*

*Unguentum mirabile.*

℞. Myrrhæ, Aloes,
Sarcocollæ ana ℥ j.
Mellis deſpumati ℥ vj.
Vini albi boni q.ſ.

Coque igne lento ad ſpiſſitudinē. *Ulcera putrida & fiſtulas purgat, carne implet, glutinat, cica-
D trice tegit, putredinem arcet. Et ſi ulceri caro ſupercreverit, adde unguenti chalciteos ℥ ß. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Myrrhæ, Aloës ʒ ix.
Vini albi quantum ſufficit.

His tritis tenuiſſimè vinum paulatim affunde, ſemper miſcendo, uſq; ad Mellis craſſitudinem: utere. Addunt nonnulli Chalciteos ʒ j ß. alii olei Myrtini & vini portionem paucam viciſſim miſcent. *Idem.*

E *Unguentum è Caprifolio, magiſtrale.*

℞. Caprifolii M. iv.

Caprifolium minutim inciſum, & in vino optimo maceratum die uno, coques ad tertias, cola: & colaturæ adde
Olei Roſati ℔ vj.
Reſinæ pinguis,
Terebinthinæ,
Ceræ flavæ ana ℔ j.

F Fiat unguentum, ut artis eſt.

*Unguentum è Caprifolio, aliud.*

℞. Terebinthinæ,
Reſinæ Pini,
Ceræ novæ ana ℥ iv.
Olei Roſati ℥ iix.
Maſticis, Thuris ana ℥ j.
Gummi Elemi ℥ ij.
Caprifolii, Betonicæ ana ℥ iij.
Vini optimi ℔ x.

Caprifolium & Betonicam tenuiſſimè terito, & macera

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0488-6 DFG

macera vino horis 24. deinde reliqua adde, præter Gummi, Thus, & Maſticen. Coquantur lucculento igni, donec vini pars dimidia conſumpta ſit, imò donec vireſcere incipiat: cola, & concreſcere ſinito: deinde, effuſo vino, rurſus coquatur, donec quicquid remanſerit vini, abſumptum ſit: iterum cola, & reliqua adde in pulverem tenuem redacta, & coque lento igne, donec caleſcant, ſemper agitando: aufer poſtmodum ab igne, & frigido loco repone, donec refrixerit perpetuò movens. *Ad capitis vulnera præſtantiſſimum eſt. *Carpus.*

### *Unguentum capitale.*

℞. Gummi Elemi ℥ iij.
Hammoniaci ℥ ij.
Terebinthinæ, Reſinæ Pini ana ℥ iij ß.
Ceræ quantum ſufficit.

Fiat unguentum, gummi diſſolutis ſecundùm artem. Percoquitur etiam ampliùs, ut cerati formam ſumat. *Conciliator.*

### *Unguentum Diapalmæ.*

℞. Ceræ novæ, flavæ, Terebinthinæ,
Maſticis, Ceruſſæ, Picis Græcæ,
Olei Roſati q.ſ.eſt.
Rad. Palmæi (Italis *Zaffaioni* vocatur) q.ſ.eſt.

Miſce, & coque, donec radices prorſus ſiccentur: cola, & ſerva ad uſum. * Ulcera ſordida mundificat, ſanat, & cicatricem inducit: tumores reſolvit, diſcutit: doloresque lenit *Fioravantus.*

### *Emplaſtrum rubeum Græcum.*

℞. Olei ℔ ij.
Aceti ℔ j ß.
Lithargyrii, Æris viridis ℥ j.

Coquatur Lithargyrium cum Aceto & oleo, donec ingroſſetur, & tunc ponatur viride Æs, & coquatur, donec inſpiſſetur, & rubrum efficiatur: & fiat emplaſtrum. * Rectificat ulcera maligna, & difficilis conſolidationis. *Galenus.*

### *Emplaſtrum viride herbarum.*

℞. Chelidoniæ, Plantaginis, Scabioſæ,
Urticæ, Leviſtici, Centrum galli ana M.j.

Conquaſſentur, & cum libris duabus Olei per ſeptem dies temperentur: deinde bulliant, & exprimendo colentur: cui addantur

Ceræ ℥ iij.
Terebinthinæ ℥ vj.
Reſinæ ℥ ij.

Bulliant, donec parum ſpiſſentur: deinde auferantur ab igne, addaturque

Thuris, Sarcocollæ,
Aloës ana ℥ j.
Ariſtolochiæ longæ,
Floris æris ana ℥ vj.

Miſce, & fiat unguentum. *Plagas veteres mundificat: carnem ſuperfluam conſumit, conſolidat, & ſanat. *Dynus.*

### *Unguentum Diaireos.*

℞. Sevi Vaccini ℔ ß.
Olei Roſati ℥ iv.
Ceræ ℥ ij.

A Rad. Ireos ℥ j.
Thuris, Sarcocollæ,
Maſticis, Aloes,
Ariſtolochiæ ana ʒ ij.
Terebinthinæ quart. j.

Fiat unguentũ. Carnem generat *Dynus Florent.*

### *Unguentum mirabile Nicodemi.*

℞. Myrrhæ, Aloës,
Sarcocollæ ana ℥ j.
Mellis deſpumati ℥ vj.
B Vini albi q.ſ.

Coque igne lento ad ſpiſſitudinem. *Ulcera putrida & fiſtulas purgat, carne implet, glutinat, cicatricem tegit, putredinem arcet. *Meſues.*

### *Unguentum alterum Nicodemi.*

℞. Myrrhæ, Aloës ana ʒ ix.
Vini albi quantum ſufficit.

Tritis tenuiſſimè vinum paulatim affunde, ſemper miſcendo uſque ad mellis craſſitudinem: ute-
C te. Addunt nonnulli

Chalciteos ʒ j ß.
Olei Myrtini, Vini parum. Miſce.

### *Unguentum ex panno lineo Hebenzezar.*

℞. Opopanacis ℥ j.
Raſuræ panni linei, tenuis, puri, antiqui ℥ ß.
Vini, Mellis, Olei roſati ana ℥ v.
Lithargyrii, Aloës,
D Sarcocollæ,
Myrrhæ ana ʒ ij ß.

Tere paulatim, affundendo nunc Vinum, nunc Mel, nunc Oleum. * Mirabile ad ulcerà maligna, fiſtuloſa, carne implenda. *Meſues.*

### *Unguentum de Lino.*

℞. Raſuræ panni linei bene mundati part. ß.
Opopanacis part ij.
Vini, Mellis, Olei roſ. ana part. v.
Lithargyrii, Aloës,
E Sarcocollæ ana tertiam partem illius.

Fiat unguentum. Carnem generat. *Avicenna.*

## DE UNGUENTIS glutinantibus, & cicatricem inducentibus.

### *Unguentum potabile.*

℞. Butyri recentis ſine ſale ℔ iij.
F Rubiæ tinctorum,
Caſtorei, Spermatis Ceti,
Tormentillæ ana ℥ j.

Bulliant ſimul in vino odoriſero ad vini cõſumptionem, ac fiat unguentum ſecundùm artem. * Datur ad conſolidandum caſum ax alto.

### *Unguentum deſiccativum rubrum.*

℞. Lapidis Calaminaris,
Terræ ſigillatæ ana ℥ iv.
Lithargyri auri, Ceruſſæ ana ℥ iij.
Caphuræ ʒ j.
Ceræ ℥ v.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0489-4

Olei Roſati, Violati ana ℥ vj.
Fiat unguentum ſecundùm artem.

## DE UNGUENTIS erodentibus.

### *Unguentum ex Cantharidibus.*

℞. Cantharidum recentium ʒ x.
Axungiæ porci ℥ v ß.
Tere ſimul, dies ſeptem marceſcant: pòſt coque, cola, ſerva vitreo vaſe. * Cauſticũ, phœnigmon, & veſicas excitat, ulcerat: alphos, panos, lentigines, cutis maculas delet. *Meſues.*

CARNEM quoq; auferunt, unguentum Aegyptiacum, unguentum Apoſtolicum, Pſoricum, &c. de quibus vide ſuprà.

## DE UNGUENTIS extrahentibus.

### *Unguentum fuſcum.*

℞. Olei ℔ j ß.
Ceræ novæ ℥ iv.
Picis Græcæ, nigræ ana ℥ ij.
Maſticis, Galbani, Thuris ana ℥ j.
Sagapeni ℥ ij.
Terebinthinæ ℥ j.
Fiat unguentum. *Sanandi vim habet, & extrahendi. *Nicolaus.*

### *Aliud.*

℞. Olei communis, ſevi hircini ana ℔ j.
Picis nigræ ℔ ß.
Picis Græcæ ʒ iij.
Maſticis, Thuris, Galbani,
Hammoniaci, Opopanacis,
Sagapeni, Ceræ ana ʒ ß.
Oleum, Sevum & Picem liquabis: deinde Gummi diſſoluta ſecundùm artem adjicies: poſtremò reliqua tenuiſſimè trita, ſemper agitando, donec percoquantur. His ab igne ſublatis, adde
Terebinthinæ ʒ ij.
Probè miſceantur, & reponantur.

## DE UNGUENTIS dolorem ſedantibus.

### *Unguentum D. Gereonis de Sapone, ad dolores juncturarum, pro domo pauperum.*

℞. Saponis albi & mundi, minutim inciſi ℥ iij ß.
Bulliant in aquæ Fumiterræ ℥ vj. Ebullitione una facta, adde
Olei de Euphorbio,
Olei Hypericonis ana ℥ ß.
Olei Juniperi ℥ j ß.
Olei Vermium terreſtrium ℥ j.
Bulliant iterum ad conſumptionem aquæ: deinde adde
Maſticis, Thuris ana ʒ iij.
Sulphuris vivi, Euphorbii,

A Pyrethri ana ʒ ij ß.
Miſce, fiat unguentum. *Auguſtani.*

### *Unguentum ad hæmorrhoidas.*

℞. Thuris ʒ ß.
Lycii, Myrrhæ, Croci ana ʒ iij.
Opii ʒ j.
Decoquantur in lactis caprini ℥ iv. ad conſumptionem tertiæ partis, cui adde
Mucilaginis Pſyllii ℥ ß.
Olei Roſati ℥ ij.
B Vitellum ovi N. j.
Miſce, & fiat unguentum. *Auguſtani.*

### *Unguentum ad oculos, magiſtrale.*

℞. Carnis pinguis exiccatæ,
Vini Malvatici ana ℥ iij.
Tuthiæ præparatæ ℥ j.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
Caro cum Malvatico coquatur uſq; ad vini Malvatici conſumptionem: deinde cola, & Cera liquata, adde poſtremò Tuthiam: probè commi-
C ſceto, & repone. *Medici Florentini.*

### *Aliud magiſtrale.*

℞. Butyri recentis ℥ iv.
Ceræ albæ ℥ j.
Liqua, & lava ſæpiùs aqua Roſacea & Prunorum, & adde
Tuthiæ præparatæ ℥ ß.
Caphuræ ℈ ij.
Fiat unguentum. *Idem.*

D

### *Unguentum anodynum.*

℞. Olei Liliorum alborum ℥ vj.
Olei Anethini, olei Chamæmelini ana ℥ ij.
Olei Amygdalarum dulc. ℥ j.
Pinguedinis Anatis,
Pinguedinis Gallinæ ana ℥ ij.
Ceræ albæ parum.
*Dolores quacunque corporis parte mitigat. *Auguſtani.*

E

### *Unguentum pectorale.*

℞. Mucilaginis ſem. Pſyllii,
Tragacanthæ, Gummi Arabici,
Sem. Lini, Fœnigræci, Adipis Gallinæ,
Medullæ Vituli,
Butyri recentis, loti cum aqua Violarum ana ℥ j ß.
Olei Violati,
Olei Amygdalarum dulc. ana ℥ j.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
F Fiat unguentum. * Mitigat dolores pectoris, & tuſſim: digerit, maturat, facilitat ſputum, & reſolvit pleureſim.

### *Aliter.*

℞. Olei Amygdalarum dulc. ℥ iv.
Olei Chamæmelini,
Olei Violati ana ℥ iij.
Butyri recentis ℥ vj.
Adipis Gallinæ, adipis Anatis ana ℥ ij.
Iridis ʒ ij. Croci ʒ ß.
Ceræ albæ ℥ iij.
Ceram & adipes in oleis liquato, deinde ſæpiùs lavato

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0490-0 DFG

lavato aqua Capillorum Veneris, aut aqua Hordei. His probè lotis, adde Iridem, & Crocum, in tenuiſſimum pulverem redacta. * Laterum dolores & pectoris mitigat, tuſſim ſedat, maturat, excreationem juvat, & expectorat, humores craſſos digerit, & attenuat. *Auguſtani.* A

### *Unguentum magnum Fioravanti.*

℞. Argenti vivi ℥ vj.
Oxymellis ſcillitici ℥ iv.

Miſce benè in vaſe vitreo, & agitentur optimè ſimul, dum Argentum in cinerem convertatur, & mortificetur: tum ſenſim effundatur Oxymel, ut Argentum vivum ſiccum remaneat. Poſtea B

℞. Olibani albi triti,
Ceruſſæ ana ℥ j.

Miſce cum ſuprà dicto Argento vivo, in mortario lapideo, addendo liquoris noſtri magni magiſtralis quantum ſatis eſt ad incorporandum. Quo facto, adde, & miſce
Pinguedinis Porci ℥ iix. C
& erit factum. * Valet ad morbũ Gallicum, dolores, plagas: oculorum ardores tollit impoſitum.

### *Unguentum Gleucinum Andromachi.*

℞. Myrrhæ,
Nardi Indicæ ana ℔ ij.
Coſti ℔ iij.
Styracis ℔ j.
Bdellii, Sampſuchi, Xylobalſami,
Lentiſci, Cardamomi, Spathæ,
Iridis Illyricæ, Miſy os,
Aſari ana ℔ ij.
Meliloti ℔ j.
Nardi Gallicæ ℔ j.
Aſpalathi, Calami,
Ariſtolochiæ longæ ana ℔ ß.
Sem. Roriſmarini ſextar. ij.
Thuris,
Caſiæ ana ℔ iij.
Fœnigræci ſextar. ij.
Sphagni, Amomi ℔ ij.
Cort. Thuris ℔ j.
Roſarum ſiccarum ℔ ij.
Brathyos ℥ vj.
Fœniculi,
Fructus Balſami ana ℔ ij.
Croci ℥ iij. al. ℥ vj.
Baccarum Lauri,
Piperis albi ana ℔ j.
Opobalſami vaſcula iij.
Malabathri fol.
Pinearum ana ℔ ij.
Rutæ viridis ℥ ij.
Salis Ammoniaci,
Nitri ana denar. iv.
Vini veteris ſextar. ij.
Muſti boni fictilia ij ß.
Olei veteris ℔ v.

Præparato diebus xl. * Ad dolorem laſſitudinemque longè eſt accommodatiſſimum.

## DE UNGUENTIS ſomniferis.

### *Unguentum ſomniferum magiſtrale.*

℞. Olei Papaverini, Nymphææ ana ℥ ß.
Opii, Caſiæ, Croci ana ℈ j.
Miſce cum pauca Cera. *Medici Florentini.*

## DE UNGUENTIS ad ambuſta.

### *Unguentum ad ambuſta magiſtrale.*

℞. Olei Roſati ℥ iv.
*Olei ex ovis,*
*Nitri albi pulverizati ana ℥ ij.*
*Ceræ albæ ℥ j ß.*
Cort. medul. Sambuci M. j.
Fiat unguentum lento igne ſecundùm artem. *Medici Florentini.*

### *Aliud, ad idem.*

℞. Hederæ foliorum,
Baccarum Hederæ ana partes æquales.
Contunde, & ſuccum exprime. Ex hujus autem ſucci
Olei communis ana ℔ j.
Ceræ quantum ſufficit,
Fiat unguentum. *Iidem.*

### *Unguentum ex Calce.*

℞. Calcis extinctæ ℥ iij.
Olei ℔ j. Ceræ ℥ iij.

D Calx ſingulis dieb. eluitur, & ſubſidere permittitur: aqua diebus decem ſpongia exprimitur: deinde Calx aqua Roſacea lavari debet, & ſiccari poſtea ſinetur. Ubi Cera ex Oleo liquefacta, ab igneq; ſublata fuerit, & jam concreſcere incipit, eadem tenuiſſimè trita admiſcetur, reponiturq;. *Ad ambuſta valdè efficax eſt.

## DE UNGUENTIS purgantibus.

E

### *Unguentum Agrippæ Regis.*

℞. Rad. Bryoniæ ℔ ij.
Rad. Cucumeris aſinini ℔ j.
Scillæ ℔ ß.
Ireos ℥ iij.
Rad. Filicis,
Rad. Ebuli,
Tribulorum aquaticorum ana ℥ ij.
Ceræ albiſſimæ ℥ xv.
F Olei albiſſimi ℔ iv.

Radices omnes iſtæ recentes inciſæ & contuſæ macerentur in oleo per dies octo, deinde coquantur, poſtea exprimantur, & in colato Oleo & expreſſo reſolvatur Cera, & fiat unguentum ſecundùm artem. Servatur ad annos tres. *Hydropicis, omnibus corporis œdematis ſuccurrit. Nervorum mala ſanat, urinam movet, extrinſecùs illitum ventrem ſubducit, dolorique renum utile. *Nicolaus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0491-5

*Unguentum de Artanita majus.*

℞. Succi Cyclaminis ℔ iij.
Succi Cucumeris agreſtis ℔ j.
Olei irini ℔ ij. Butyri ℔ j.
Pulpæ Colocynthidis ℥ iv.
Polypodii ℥ vj.
Euphorbii ℥ ß.

Contundenda terantur, & macerentur ſuccis & oleis dies octo in vaſe vitreo: pôſt ſemel fervefac in duplici vaſe, cola. Colaturæ adde
Sagapeni ʒ vij ß.
Myrrhæ ʒ iij.

Diſſolvantur hæc aceto, & coquantur in prædicta colatura ad ſuccorum conſumptionem: deinde adde
Ceræ ℥ v.
Fellis Taurini ℥ vij ß.

*Ferveſcat ſimul, donec Cera liqueſcat*: tunc inſperge paulatim ſubſequentium medicamentorum pulverem:
Scammonii, Aloës, Colocynthidis,
Mezerei, Turbith ana ʒ vij ß.
Salis gemmæ ʒ iv ß.
Euphorbii, Piperis longi,
Zingiberis, Chamæmeli ana ʒ iij.

Miſce, & fiat unguentũ. *Illitum ſtomacho, vomitu purgat: hypogaſtrio autem inunctum, alvum dejicit: ob id hydropicos mirè juvat, ſeroſum excrementum large vacuando: vermes quoque necat, & educit. Adhibetur non potentibus ſumere medicamentum purgans. *Meſues.*

*Medicamentum ad vermes, magiſtrale.*

℞. Succi Abſinthii, Abrotani,
Centaurii minoris, Ariſtolochiæ rotundæ,
Perſicariæ, fol. Perſicæ, fol. Lupini: præterea
Ebuli, Balauſtii ana ʒ j.
Succi Porri ℥ ij.
Succi Naſturtii aquatici ℔ j.
Olei Abſinthii ℔ j ß.
A Ceræ quantum ſufficit.

Fiat unguentum ſecundùm artem. *Med. Florent.*

*Unguentum contra vermes.*

℞. Olei Amygdal. amar. ℥ j.
Succi fol. Perſici.
Matricariæ ana ℥ ß.
Roſarum, Farinæ Lupinorum,
Cornu Cervi uſti ana ʒ j.
Aloës ſucco Citrini ʒ ij.

Quidam addunt Fellis taurini ℥ ij.
Modicum Aceti, & Ceræ q. ſ.

*Aliud.*

℞. Succi Abſinthii, ſucci Abrotani,
Succi Centaurii minoris, ſucci Perſicariæ,
Succi fol. Perſicæ, ſucci Lupini,
Succi rad. Ebuli ana ʒ j.
Succi Porri ℥ ij.
Succi Naſturtii aquatici ℔ j.
Balauſtiorum ʒ j.
Olei Abſinthii ℔ j ß.
Ceræ quantum ſufficit.

Fiat unguentum. *Auguſtani.*

*Unguentum de Colocynthide, Avicennæ.*

℞. Pulpæ Colocynthidis ℥ j ß.
Turpeti, Scammoneæ, Euphorbii ana ℥ j.
Sem. Anethi, Salis, Myrrhæ, Aloës,
Fellis vaccini, Salis Indi, Nigellæ,
Staphiſagriæ montanæ, Piperis, Zingiberis,
B Myrobalanorum Citrinorum, Mezereon,
Myrobal. Belliricorum ana ℥ j ß.
Amygdalarum, Ammoniaci,
Opopanacis, Serapini ana ʒ vij.
Baurac, Sulphuris citrini ana ℥ j. ʒ vij.
Fœnigræci, Chamomillæ,
Sem. Lini ana ʒ x.
Storacis, Ceræ ana ſext. x.

Liquefac ea quę liqueſiunt cum Butyro vaccino: & infunde, quæ ex eis infunduntur in vino, & tere quæ ex eis ſicca ſunt, & cribella ea: deinde tere infuſa. & permiſce ea ſimul, donec fiat unguentum. Line ex eo ſtomachũ & hepar: ipſum enim facit deſcendere aquam citrinam. Et qui indiget aſſellatione & non poteſt bibere medicinam, liniat ipſum ſuper ſtomachum: quoniam ſolvet eum.

C

*Unguentum laxativum Nicolai.*

℞. Succi Cucumeris aſinini, ſucci Scillæ,
Succi Cyclaminis, ſucci rad. Anabulæ,
Succi rad. Ebuli, ſucci medul. cort. Sambuci,
D Lactis Tithymali, lact. Chamomillæ ana ℥ ij.
Violarum, ſucci rad. Cucumeris aſinini,
Succi pomorum aſinini Cucumeris,
Polypodii ſucci, ſucci Laureolæ,
Succi capill. Veneris, Cataputiæ,
Fellis Tauri, Aloës hepaticæ ana ℥ iij.
Diagridii ℥ j ß.
Nucis vomicæ,
Euphorbii ana ℥ j.

Omnes ſupradictæ herbæ, & radices in menſe Maji colligantur. Conficitur ſic: Succos & cataputias tritas cum ℔ iij. Olei ſex diebus immiſce: ſeptimo verò die tandiù coque, donec ſuccorum quantitas conſumatur: tunc adde Ceræ albæ ℔ j. cum Felle taurino, & cum ſpatula agitando, donec Cera & Fel liqueſiant, & poſtea addatur pulvis terendorum. *Ventrem laxat. Cùm autẽ volueris inungere, poſt unctionẽ abſtineat ſex horis: valet etiam conſtipatis, & lapidoſis, nephriticis, ſuper pectinem & ventrem inunctum. *Nicol.*

E

F

# *De Unguentis minùs uſualibus.*

## DE UNGUENTIS calfacientibus caput.

*Unguentum ad memoriam.*

℞. Rad. Rutæ, Linguæ bovinæ,
Valerianæ cum ſuis rad. ℥ ix.

Caſtorei,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0492-1
DFG

Caſtorei, Linguæ avis ana ʒ ij.
Pulverizentur ſubtiliter, & miſceantur, pòſt
℞. Succi Euphragiæ, Criſtæ Galli,
Verbenæ ana ℥ iv.
Medullæ Anacardi ana ℥ j.
Axungiæ Urſi quantum ſufficit.
Fiat linimentum. Ungatur pars capitis poſterior. *Arnold. Villanovanus.*

*Unguentum pro epilepticis.*

Accipe lacertam viridem, abſciſſo capite & cauda, & ponatur in Oleo communi, macera per dies 60. donec putreſiat: poſtea coquatur in ipſo Oleo, & addito Aſphalto, Cera rubr. fiat unguentum, valens epilepſiæ, paralyſi, ſi ex eo ſpina dorſi inungatur: valet etiam alopeciæ ex humoris frig. putredine. *Platearius.*

*Unguentum ad partes convulſas ratione vulnerum, ex repletione.*

℞. Axungiæ Cervi, axungiæ Taxi,
Axungiæ Urſi ana ℥ j.
Olei Laurini ℥ j ß.
Olei Vulpini, olei Caſtorei, ol. Terebinthinæ,
Olei Juniperini, olei Lumbricorum ana ℥ ß.
Unguenti Agrippæ, ung. Althææ ana ℥ ij.
Terebinthinæ in aqua Liliorum lotæ ℥ j.
Euphorbii ℈ j.
Cum modico ceræ fiat unguentum. *Quercet.*

*Ad contracturas unguentum.*

Oleum Sulphuris ad contracturas minimè contemnendum eſt, ac potiùs tanquam ad eas principale quoddam remedium. Hoc itaque fit, ut ſequitur: ℞. *Sulphuris* optimè pulverizati ℔ xv. quas è cucurbita fictili ſublimabis in vitreum alembicum. Quicquid ſublimatum fuerit, ponatur in cellam penuariam, ad ſolvendum, & ſucceſſu temporis in Oleum reſolvetur. Poſtmodùm ſubſequens compoſitio fiat:
℞. Olei Sulphuris ℥ ij.
Saponis Ungarici ℥ iij.
Aquæ vitæ ℥ v.
Ol. Olivarum, ol. Roſarum ana ℥ j.
Hæc omnia coquantur ſecundùm artem: obſervato, ne flammam concipiant. Membra perungantur optimè per dies triginta, ſed in balneo ſicco ſudorem excitante. *Contractis maximè confert membris. *Paracelſus.*

*Unguentum cor frigidum alterans, & corroborans.*

℞. *Succi Cardiaci* ℥ j.
Caphuræ ʒ ß. Croci ℈ j.
Cum Cera fiat unguentum: vel ſuccus Bugloſſi cum Croci. *In peſte & palpitatione cordis quoque confert. *Heurnius.*

## DE UNGUENTIS calfacientibus pectus.

*Unguentum ad pectoris anguſtiam & maturationem.*

℞. Olei Amygdalarum dulcium,
A Butyri recentis ana ℥ iv.
Axungiæ Gallinæ ℥ ij.
Iridis, Croci ana ʒ j.
Ceræ novæ quantum ſufficit.
Fiat unguentum, quo ungatur pectus. Quòd ſi frigidior ſit materia, addimus oleum Anethi, Amygdalarum amar. Liliorum, rad. Enulę campanæ, Hyſſopi, mucilag. Fœnugræci, ſemin. Lini, Dialthæam, Oeſypum, & Sulphur: ſi affectus ſit in muſculis, Terebinthinam abietinam, & lari-
B ceam in laterum doloribus, quemadmodum & Picem ſumma cum utilitate. * Concoquunt, digerunt, dolorem ſolvunt. *Rondeletius.*

*Unguentum ad ſanguinis eruptionem.*

℞. Olei Myrtillorum, vel Roſarum ℥ ij.
Olei Maſtichini, vel Lentiſcini ℥ j.
Sanguinis Draconis, Cort. Thuris ana ʒ j.
Boli Armeni,
Coralii ana ʒ ij.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
C Fiat unguentum. * Sanguinem compeſcit. *Rondeletius.*

*Unguentum ad phthiſim.*

℞. Olei Roſati, vel Lentiſci, vel
Maſtichini ana ℥ iij.
Sarcocollæ nutritæ in vino albo vel lacte coctæ,
Thuris, Maſticis, Myrrhæ ana ʒ j.
Cineris Cancrorum ℥ ß.
Farinæ Hordei toſtæ ℥ j.
D Terebinthinæ Abietis,
Mellis ana ℥ ij.
Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

## DE UNGUENTIS calfacientibus ſtomachum.

*Unguentum ad ventriculum calefa-*
E *ciendum & conſtrin-*
*gendum.*

℞. Olei Maſtichini, Citoniorum ana ℥ iij.
Ladani, Hypociſtidis, Acaciæ ana ℥ ß.
Caryophyllorum, Nucis moſchatæ ana ʒ ij.
Myrobalanorum Citrinorum ʒ iij.
Ceræ quantum ſufficit.
Fiat unguentum. *Rondeletius.*

*Unguentum ad juvandam con-*
F *coctionem.*

℞. Olei Maſtichini,
Olei Menthæ ana ℥ ij.
Spicæ nardi Indicæ, Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum ana ʒ ß.
Roſarum rubr. ʒ ij.
Ceræ parum.
Miſce, & fiat unguentũ, quo ungatur regio ventriculi duabus vel tribus horis ante paſtum, addendo tempore inunctionis parum vini albi, vel clareti. * Moderatè calefacit, & aſtringit, calorem conſervat, & concoctionem juvat. *Idem.*

*Unguentum ad lienteriam frigidam.*

℞.Olei Maſtichini,
Olei de Abſinthio ana ℥ j.
Cyperi, Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ, Vini malvatici,
Limaturæ cort. Thuris ana ʒ j.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
Fiat unguentum. *Idem.*

*Unguentum ad ſtomachi reſolutionem.*

℞.Olei de Abſinthio, Nardi ana ℥ ij.
Galangæ, Caryophyllorum,
Maſticis, Cyperi ana ʒ ij.
Sandali albi, Coralii uſti,
Cort. Citri, Cinnamomi craſſi ana ʒ ß.
Aceti parum,
Ceræ quantum ſufficit.

## DE UNGUENTIS excalfacientibus hepar.

*Unguentum ad calefaciendum hepar.*

℞.Olei Nardini, olei de Abſinthio ana ℥ iij.
Spicæ Nardi Indicæ,
Schœnanthi, Aſari ana ʒ j.
Antiſpodii facti ex Myrto, vel ex Coraliis rubris, vel ex cornu Cervi ʒ ij.
Flor. Anthos ʒ ß.
Sem. Apii, Petroſelini ana ʒ j.
Ceræ citrinæ quantum ſufficit.
Vini malvatici, quantum poterit bibere, vel id addatur tempore inunctionis. * Calfacit, roborat, exiccat, & aliorum penetrationem juvat. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞.Olei de Abſinthio ℥ iij.
Sandalorum omnium,
Coralii rubri uſti, & loti in aqua Abſinthii & Cichorii ana ʒ j.
Sem. Endiviæ, Scariolæ ana ʒ ß.
Sem. Apii, Petroſelini,
Aniſi ana ʒ j.
Ceræ quantum ſufficit.
Fiat unguentum. Tempore inunctionis adde Vini malvatici parum. *Idem.*

*Unguentum jecoris, facultatem ſanguificam roborans.*

℞.Olei Hepatis Gelei ℥ iv.
Spicæ Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Azari ana ʒ ß.
Maſticis, Bdellii, Myrrhæ,
Styracis ana ʒ iij.
Si ſcirrhus adſit, diſſolvantur in oleo: quibus adde Terebinthinæ Abietis ℥ j. Ceræ curinæ nunquam calfactæ, ut extrahitur ex alveariis, quantum ſufficit. Fiat unguentum. Tempore inunctionis adde Vini malvatici parum. *Rondeletius.*

A *Aliud ad ſcirrhos jecoris.*

℞.Hepatis Lupi terreſtris N. j.
Coquantur in oleo Amygdalarũ dulc. cui adde Rad. Iridis ℥ j.
Colentur, & in colatura diſſolve
Propoleos ℥ iij.
Styracis, Bdellii, Myrrhæ,
Ammoniaci ana ʒ iij.
Spicæ Celticæ,
Schœnanthi ana ℥ j.
B Fiat unguentum, quo inungatur hepar induratũ. Tempore inunctionis adde vini albi parũ. *Idem.*

## DE UNGUENTIS excalfacientibus ſplenem

*Unguentum ad ſcirrhum ſplenis.*

℞.Ammoniaci, Bdellii,
C Opopanacis diſſol. in aceto ſcillitico, Rad. Liliorum, vel Biſmalvæ decoctæ in axungia Porci, vel oleo Amygdalarũ dulcium, vel amararum ana ℥ ij.
Styracis, Myrrhæ, Iridis ana ℥ iij.
Mucilaginis ſem. Fœnugræci extractę in vino albo ℥ ij.
Terebinthinæ, Propoleos ana ℥ iij.
Sem. Viticis, Apii,
Petroſelini ana ʒ j.
D Miſce, & fiat unguentum: quod non niſi poſt fotum adhibeatur. *Idem.*

*Aliud, quando exactè obduruit lien.*

℞.Rad. Mandragoræ quart j.
Diviſæ in partes decoquantur in oleo ſeminis Lini, vel Seſamini, vel Amygdalarum: addito pauco aceto contundantur, & per cribrum paſſentur. quibus adde
Opopanacis in aceto ſcillitico diſſoluti ℥ ij.
E Styracis, Myrrhæ, Bdellii,
Sem. Alchechengi ana ℥ ß.
Propoleos, vel Ceræ novæ,
Terebinthinæ ana quantum ſufficit.
Croci ʒ ij.
Spicæ Celticæ, Schœnanthi,
Azari, vel Viticis ana ℥ j.
Miſce, & fiat unguentum, quo inungatur ſplen. *Rondeletius.*

F *Unguentum ad tumorem lienis ob flatus.*

℞.Olei Nardini,
Olei de Abſinthio ana ℥ ß.
Sem. Agni caſti, Portulacæ,
Sem. Capparorum, vel
Sem. Fraxini ana ʒ ij.
Sem. Apii, Petroſelini,
Cumini in aceto macerati ana ʒ j.
Coralii rubri uſti,
Scoriæ ferri ana ʒ j ß.
Ceræ quantum ſufficit.

Fiat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0494-3

Fiat unguentum: cui adde tempore inunctionis Aceti q.ſ. ungatur regio ſplenis. *Idem.*

## DE UNGUENTIS excalfacientibus renes & veſicam.

### *Unguentum ad movendas urinas.*

℞. Succi rad. Raphani,
Succi Creſſonum, ſive
Siſymbrii aquatici ana ℥ ij.
Succi Apii, ſucci Petroſelini ana ℥ j.
Olei Scorpionum ℥ iij.
Olei Spicæ ʒ ß.
Terebinthinæ,
Ceræ ana quantum ſufficit.
Azari, ſem. Apii, ſem. Petroſelini ana ʒ j.

Miſce, & fiat unguentum, quo inungatur regio renum, veſicæ & peritonæi. *Idem.*

### *Unguentum ad urinæ retentionem, aliud.*

℞. Axungiæ Cuniculi ℥ j.
Succi Fœniculi marini recentis ℥ j ß.
Azari, Spicæ Celticæ, Schœnanthi ana ʒ j.
Olei Scorpionum, olei Nucum ana ℥ ij.
Ceræ, Terebinthinæ ana q.ſ.

Fiat unguentum. *Idem.*

## DE UNGUENTIS excalfacientibus uterum.

### *Unguentum ad menſtrua provocanda.*

℞. Olei Amygdalarum amararum,
Liliorum ana ℥ j.
Olei Cheirini, vel Irini ℥ ij.
Spicæ Celticæ, Schœnanthi,
Azari,
Sem. Apii, Petroſelini ana ʒ iij.
Terebinthinæ,
Axungiæ Anſeris veteris ana ℥ ij.
Ceræ novæ q.ſ.

Fiat unguentum, quo inungatur regio pubis, renum, & inguinum, addendo Vini malvatici parum. Adduntur & ſucci herbarum calidarum, & tenuium partium, ut Apii, ſuccus Pedis columbini, Arthemiſiæ, Pulegii, & ſimilium. *Rondeletius.*

### *Unguentum ad facilitandum partum.*

℞. Olei Amygdalarum dulcium,
Butyri recentis ana ℥ ij.
Axungiæ Porci, Axungiæ Gallinæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Ariſtolochiæ longæ ana ℥ iij.
Cinnamomi tenuioris,
Azari, Styracis, Myrrhæ ana ʒ j.
Ceræ novæ quantum ſufficit.

Fiat unguentum, quo inungatur regio pubis, inguinum & renum, poſt uſum fomenti ex Malvis & Ariſtolochia. Idem unguentum convenit ad ſecundæ ejectionem, & fortiora adduntur, ut

A Agaricus, Colocynthis. Juvant enim expulſionem cujuslibet rei, irritando facultatem expultricem. *Idem.*

## DE UNGUENTIS refrigerantibus uterum.

### *Unguentum ad retentionem fœtus.*

℞. Olei Omphacini, vel
Citoniorum, vel Myrti ℥ iij.
B Rad. Biſtortæ ℥ j.
Boli Armeni, Coralii rubri ana ℥ ß.
Balauſtiorum ʒ iij.
Ceræ rubræ quantum ſufficit.

Fiat unguentum, addendo aceti quantum ſatis eſt. Ungatur regio ventris & renum frequenter.

### *Unguentum ad ſuperpurgationem menſtruorum.*

℞. Olei Nenupharis ℥ j.
Olei Citoniorum ℥ iij.
C Boli Armeni, Acaciæ, Sanguinalis ana ʒ iij.
Balauſtiorum, Spongiæ Bedeguaris,
Aluminis ana ʒ j.
Ceræ, Aceti quantum ſufficit.

Miſce, & fiat unguentum. Efficacius fit cum ſucco Portulacæ. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

℞. Oſſium Sepiæ ℥ ß.
Coralii uſti, Sanguinalis, Tuthiæ ana ʒ ij.
D Aluminis ʒ j.
Olei Citoniorum, Myrtini ana ℥ ij.
Succi Plantaginis, vel Burſæ paſtoris, vel
Polygoni, vel Hernialis ℥ iij.
Aceti parum.

Miſce, & fiat unguentum, diù agitando. Qui Ceram velit, addat albam. *Idem.*

## DE UNGUENTIS refrigerantibus ſtomachum.

E

### *Unguentum ad Ventriculum refrigerandum.*

℞. Olei Roſati, vel Omphacini ana ℥ iij.
Coralii rubri, Coriandri, Sandali albi,
Flor. Labruſcæ, Cort. Citri ana ʒ j.
Ceræ albæ quantum ſufficit.

Fiat unguentum, quo inungatur os ventriculi, addito pauco aceto, tempore inunctionis. *Idem.*

### F *Aliud, ad refrigerandum & humectandum Ventriculum.*

℞. Olei Violati ℥ ij.
Olei Nenupharis,
Olei Amygdalarum dulcium ana ʒ j.
Ceræ citrinæ quantum ſufficit.

Fiat unguentum. *Idem.*

### *Unguentum ad Lienteriam.*

℞. Olei Myrtini, Citoniorum ana ℥ ij.
Coralii rubri, Boli Armeni, Aloës,
Rad. Biſtortæ, Gallarum ana ʒ ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0495-8

Acaciæ, Hypociſtidis, Ladani ana ʒ j.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
Fiat unguentum. *Idem.*

### *Aliud.*

℞. Olei Roſ. omphacini,
Citoniorum ana ℥ ij.
Gallarum, cort. Mali granati,
Balauſtiorum, Myrtillorum,
Spongiæ Bedeguaris, Biſtortæ ana ʒ ij.
Boli Armeni ℥ ß.
Acaciæ ℥ j.
Ceræ quantum ſufficit.
Aceti parum.
Fiat unguentum. *Idem.*

## DE UNGUENTIS refrigerantibus hepar.

### *Unguentum refrigerans hepar.*

℞. Unguenti Roſati ℥ iij.
Olei Violati ℥ ij.
Sandali albi ʒ j.
Ceruſſæ ʒ ij. Aceti parum.
Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

### *Aliud.*

℞. Olei Myrtillorum, vel Cotoneorum, vel
Roſati omphacini ℥ iij.
Sem. Portulacæ, ſem. Endiviæ,
Sem. Scariolæ ana ℈ j.
Coralii rubri. Boli Armeni ana ʒ ij.
Myrtillorum, Balauſtiorum,
Spicæ nardi Indicæ, Sandali rubri ana ℥ ß.
Antiſpodii ℈ ij.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
Miſce, & fiat unguentum ſecundùm artem. *Idem.*

## DE UNGUENTIS aſtringentibus.

### *Unguentum ad inflammationem oculorum cum defluxione.*

℞. Unguenti Roſ. loti in aqua peculi Roſ. ℥ j.
Tuthiæ præparatæ, Acaciæ ana ʒ j.
Incorporentur: fiat unguentum, quo inungantur palpebræ. *Idem.*

### *Aliud minùs aſtringens.*

℞. Pulpæ Pomorum decoctorum in lacte, vel cum aqua Roſarum ℥ ij.
Contundantur diligenter: deinde adde
Aquæ peculi Roſ. & Myrti ana ℥ ß.
Mucilaginis ſem. Pſyllii,
Tuthiæ præparatæ ana ℥ ß.
Incorporentur ſimul, & fiat unguentum, quo inungantur palpebræ. *Idem.*

### *Unguentum ad ſanguinis impetum ſiſtendum, è naribus, pulmone, thorace renibus, &c.*

℞. Gallarum, cort. inter. Caſtaneæ, vel
Cort. mali granati, vel
Balauſtiorum ana ℥ ß.
A Boli Armeni ℥ j.
Sanguinis Draconis ʒ iij.
Cum albumine Ovi excipiantur: fiat unguentum. *Idem.*

### *Aliud.*

℞. Olei Myrtillorum, vel
Olei Roſati ℥ iij.
Succi Burſæ paſtoris, vel
Polygoni ℥ ij.
Gallarum, Balauſtiorum,
B Rad. Biſtortæ ana ℥ ß.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
Aceti parum.
Fiat unguentum. Hæc unguenta nõ ſunt ponenda ſupra os venæ fluentis, ſed paulò infra, ſupra regionem, per quam venæ ad illud permeant, & potiſſimùm in ea parte, in qua magis ad extra ſe prodit: veluti ſi ſanguis influit in caput, unguenta in lateribus colli, in quibus venæ & arteriæ poſitæ ſunt, apponenda erunt, & circa emun-
C ctoria, quando in aliquod membrum deſcendit, ut in principio arthritidis, miſſo ſanguine, & non exiſtente venenoſa materia, aut in magna quantitate. Si ſanguis è pulmone fluat, utile erit imponi unguentum ſupra renes, & totam ſpinam. Si è vulnere fluat, ſupra emunctoria illius partis & in circuitu partis læſæ. Sin per ſedem, ſupra renes. Si per veſicam, circa peritonæum, vel arteriam, unde fluit ſanguis. *Idem.*

### D *Unguentum ſanguinem cohibens, aliud.*

℞. Olei Myrtillorum, vel Roſarum ℥ ij.
Olei Maſtichini, vel Lentiſcini ℥ j.
Sanguinis Draconis, Cort. Thuris ana ʒ j.
Boli Armeni,
Coraliorum ana ʒ ij.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
Fiat unguentum, quo inungatur pars affecta.
*Sanguinem compeſcit è thorace fluentem: &
E ulcus, quod ſæpe fit, curat. *Rondeletius.*

### *Unguentum repellens & ſanguinem cohibens, aliud.*

℞. Pulpæ Pomorum decoct. in lacte ℥ iij.
Mucilag. ſem. Pſyllii,
Mucilag. ſem. Cytoniorum ana ℥ ß.
Succi Burſæ paſtoris,
Succi Polygoni ana ℥ j.
Acaciæ, ſanguinis Draconis ana ʒ iij.
Terræ ſigillatæ ℥ ß.
F Olei Myrtillorum ℥ iv.
Ceræ albæ q. ſ.
Miſce, & fiat unguentum. *Quercetanus.*

### *Aliud.*

℞. Succi fol. Caprifolii,
Succi fol. Quercus ana ℥ j.
Roſarum rubr. ʒ j.
Boli Armeni, ſanguinis Draconis ana ʒ ij.
Olei Roſati ℥ iij.
Ceræ q. ſ.
Fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud*

*Aliud ſanguinem ſtringens.*

℞. Croci Martis ℥ j.
Calcis teſtarum Ovorum,
Colchotaris ana ℥ ß.
Cineris Ranarum uſtarum ʒ ij.
Excipiantur oleo Viſci pomorum. *Quercetanus.*

*Aliud paratu facile, nec minùs utile.*

℞. Colchotaris Aceto præparati ℥ ij.
Calcis Limacum ℥ ß.
Butyri recentis ℥ iv.
Miſce, & fiat unguentum: vel excipiantur Ovi albumine. *Idem.*

*Defenſivum optimum.*

℞. Pul. Roſ. rubr. Pul. Myrtillorum ana ʒ j.
Boli Armeni, Terræ ſigillatæ ana ʒ vj.
Succi Plantaginis, ſucci Solatri ana ℥ j.
Aceti Roſati ℥ ij.
Olei Roſati omphacini,
Olei Myrtillorum ana ℥ ij ß.
Ceræ ℥ ij.
Miſce pro defenſivo *Idem.*

*Aliud ſanguinem in vulneribus cohibens.*

℞. Croci Martis ſubtiliſſimè reverberati,
Croci Veneris ana ℥ ij.
Excipiantur oleo Viſci pomorum ſimplici, & fiat unguentum. *Sanguinis fluxionem ſiſtit adeò, ut prope incredibile videatur: vulnus quinetiam in meliorem ſtatum diſponit. *Idem.*

## DE UNGUENTIS emollientibus.

*Unguentum ad humorem concretum & ſcirrhoſum.*

℞. Opopanacis, Styracis, Bdellii ana ℥ ß.
Diſſolvantur in oleo Amygdalarum dulc. & Irino quantum ſufficit: quibus adde
Mucilag. Fœnigræci, & Ficuum, extractę cum Vino albo ana ℥ ij.
Rad. Iridis Venet. pulverizatæ ℥ ß.
Rad. Gladioli eodem modo exiccatæ & pulverizatæ ℥ j.
Propoleos veræ ℥ iij.
Miſce, & fiat unguentum. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞. Nucis Cupreſſi N. x.
Ficuum paria vj.
Rad. Cannæ ℥ ß.
Fiat decoctio in Oxymelite: facta expreſſione adde
Salis communis, Cineris Spongiæ,
Cineris Chalcitidis ana ℥ ij.
Miſceantur, & fiat unguentum, quo inungantur partes duræ. *Idem.*

*Unguentum ad mollificandum ſplenem.*

℞. Fœnigræci, ſem. Lini Caricarum,
Tamariſci, Farinæ Hordei, Aceti,
A Olei, Ceræ albæ ana q. ſ. eſt.
Omnia iſta tribus diebus ſtent ad mollificãdum: poſtea coquantur uſq; ad conſumptionem Aceti, & poſtea colentur, & reſerventur: & ex eis fiat unguentum. *Nicolaus.*

## DE UNGUENTIS calculum expellentibus.

B *Unguentum precioſum (quod Fuckers-ſalb appellant.)*

℞. Sevi Cervini, ſevi Hircini ſylveſt.
Sevi Vitulini, ſevi Capreoli ana ℥ iv.
Medullæ Cervi, medullæ Equi caſtrati,
Medul. Elephantis, ſi haberi poteſt, ana ℥ ij.
Pinguedinis Urſi, ping. Porci ſylveſtris,
Ping. Taxi, Murmentel ſchmaltz/
Ping. Lincis ana ℥ iv.
Ping. Vulpis, ping. Lupi ana ℥ ij.
C Ping. Cati ſylveſtris ℥ iv.
Ping. Echini,
Ping. ungularum Bovis ana ℥ ij.
Pinguedines minutim incidantur, & liqueſcant ad ignem: ita tamen, ne nimiùm incaleſcant, & ſerventur in vaſe ſtanneo ad uſum. Dein
℞. Prædictarum pinguedinum ℔ j ß.
Ping. Capi, ping. Gallinæ,
Ping. Anatis ana ʒ vj.
Ping. Anſeris,
Ping. Coturnicum ana ℥ j.
D Butyri Majalis ℥ ij.
Olei (Zurumg öl) olei Avellanarum,
Olei flor. Hypericonis,
Olei Ovorum ana ʒ vj.
Olei Macis, olei Nucleorum dactylorum,
Olei Lini, Cannabini,
Olei Liliorum alborum, olei Tanaceti ex flor.
Olei Laurini, olei Lavendulæ,
Olei Roſati, Olei flor. Caryophyllorum ſylveſtrium (Wild Negelin öl) olei Croci,
E Olei Alchechengi, olei Majoranæ,
Olei Menthæ, olei Rutæ ana ʒ ij.
Olei Baſilici, olei Amygdalarum,
Olei Nucleorum Perſicorum, olei Populei,
Olei Cheirini, olei Irini,
Olei Liliorum convallium,
Olei Chamomelini ana ℥ ß.
Olei Violar. olei Raparum ex ſemine ana ℥ ß.
Stichpflaſter öl ʒ ij.
F Stainfraut bluſt öl/
Olei flor. Caryophyllorum ana ℥ ß.
Miſce omnia ad ignem, & ſerva in alio vaſe ſtanneo. Poſtea
℞. Hujus miſturæ ℔ ß. Vienenſem,
Pillich Schmaltz/
Mellis Roſat. ana ℥ j.
Spermatis Ceti ʒ ij.
Olei Spicæ nardi,
Olei ſancti Quirini, (iſt ein öl/ ſo auff dem Tegerer See umbſchwimbt/)
Olei ex Rhabarbaro,
Olei ex Caſſia ana ʒ ij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0497-0 DFG

Miſce omnia benè, & cùm ferè frigidum fuerit, A
adde

Aquæ vitæ precioſæ Fuckeri, ſuperiùs deſcriptæ ℥ iij.

Fiat unguentum. *Calculum frãgit, & expellit ſine dubio, ſi tota ſpina à nucha uſq; ad imum, renes & epigaſtrium fuerint calide inuncta manè & veſperi. Valet in colica, ſi venter circa umbilicum inungatur. Ad dolorem dorſi juncturarum ab humorum defluxione, pleuritidem, pectoris morbos, ex deſtillatione: ad aſthma: membra conſumpta, reſiccata & hectica, podagram, B chiragram cum ſale toſto: ad dolores poſt partum, puerorum tormina, menſtrua ſuppreſſa, conſtipationem ventris, umbilico inuncta: ſterilitatem mulierum & virorum, &c. Quòd ſi morbus fuerit calidus, temperetur unguentum cum frigidis.

### *Unguentum precioſum noſtrum.* C

℞. Sevi Hircini ſive Cervini,
Sevi Vitulini ana ℥ iij.
Pinguedinis Humanæ, ping. Muris Alpini,
Ping. Taxi, ping. Vulpinæ, ping. Capi,
Ping. Gallinæ, ping. Anatis,
Ping. Anſeris ana ℥ j.
Olei ping. Humanæ,
Olei Butyri Majalis ana ℥ ß.
Olei Malorum aureorum,
Olei Roſacei, Violacei ana ℥ j.
Olei Ceræ, olei Lini, olei Liliorum alborum, D
Olei Chamomelini, olei Anethini,
Olei ex baccis Lauri, olei Scorpionum,
Olei Ovorum, olei Cheirini ana ʒ ij.
Mellis, Unguenti, Althææ,
Butyri Majalis ana ʒ ß.
Ceræ q.ſ.eſt. Moſchi ℈ ß.

Miſce omnia benè, & cùm ferè frigidum fuerit, adde
Aquæ vitæ ſequentis ℥ ij.
Olei Spicæ ʒ ij. E

Aqua autem vitæ hujuſmodi eſt:
℞. Sem. Alkekengi,
Sem. Urticæ, ſem. Aſparagi,
Sem. Fœniculi, Aniſi, Cumini,
Sem. Petroſelini, ſem. Anethi,
Sem. Milii Solis, ſem. Nicotianæ,
Sem. Althææ, ſem. Malvæ ana ʒ j.
Baccarum Lauri,
Granorum Juniperi,
Gentianæ, Glycyrrhizæ, F
Rad. Ireos,
Sandali rubri,
Rhabarbari electi, Agarici, Turpeti,
Cinnamomi, Galangæ ana ʒ ij.
Macis, Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ, Croci ana ʒ j.
Aquæ vitæ quantum ſufficit.

Miſce, & macerentur per menſem, deinde coletur, & in vitro ſervetur ad uſum. *Dolores mitigat, calculum frangit & expellit, pleuritidi, podagræ, &c. convenit.

## DE UNGUENTIS ſuppurantibus.

### *Unguentum ſuppurans.*

℞. Rad. Althææ, rad. Liliorum ana ʒ iv.
Betæ cum rad. M. j.
Butyri recentis ℔ ß.
Lumbricorum vino præparatorum ℥ iij.
Vitell. Ovorum N. xij.
Medullæ Vituli,
Terebinthinæ ana ℥ v.
Olei Olivarum depurati à fæcibus ℔ j.

Contuſis, quę contundi debent, ac ritè omnibus mixtis, digerantur in fimo calido per menſem: pòſt prelo exprimãtur, ac igne cinerum coquantur ad unguenti conſiſtentiam. *Quercet.*

### *Aliud, ad idem.*

℞. Succi herb. Tuſſilaginis,
Succi herb. Oxalidis ana ℥ iij.
Caricarum pinguium N. xx.
Thuris ℥ ij.
Reſinæ Laricis ℥ j ß.
Axungiæ Anſeris, axungiæ Gallinæ ana ℥ ij.
Butyri recentis ℔ ß.
Olei Viſci pomorum comp. ℔ j.

Mixtis omnibus, decoquantur in duplici vaſe, luto ſapientię obducto, per horas ſex igne mediocri: calide percolentur, & rurſus Solis radiis exponantur, vel coquantur ad idoneam conſiſtentiam. *Celeriter pus movet, atq; anodynum eſt, vulneribusq; ſclopetariis accommodatiſſimum. *Idem.*

### *Aliud.*

℞. Succi rad. Liliorum, coctarum priùs ſub cineribus ℥ iv.
Axungiæ Gallinæ, vel Anſeris, vel Porci ℥ ij.
Olei Lini, vel Olivarum q.ſ.
Vitell. Ovorum N. j.
Ceræ q.ſ.
Miſce, & fiat unguentum.

### *Unguentum vulneris corruptionem prohibens, & ſuppurans.*

℞. Unguenti Baſilici majoris Meſuæ ℥ ij.
Butyri recentis ℥ j.
Præcipitati noſtro modo præparati ʒ ij ß.

Miſce pro ellychniis & turundis inungendis. *Idem.*

## DE UNGUENTIS digerentibus.

### *Unguentum ad inflammationem oculorum digerendam.*

℞. Mucilaginis ſem. Fœnugræci loti in aqua Fœniculi, & in eadem extractæ ℥ ß.
Sarcocollæ nutritæ cum lacte ℥ iij ß.
Aloës, Myrrhæ,
Croci ana ℈ ß.

Miſce, & fiat unguentum: applicetur palpebris. * Digerit, & detergit. *Rondeletius.*

*Unguen-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0498-6
DFG

*Unguentum ad Parotidas.*

℞. Olei Chamæmelini, vel Liliorum, vel
Amygdalarum ʒ iij.
Butyri recentis, vel Axungiæ porci ℥ j ß.
Pinguedinis Gallinæ ʒ j.
Farinæ ſem. Fœnigræci ʒ ß.
Flor. Chamomillæ,
Meliloti ana ʒ ij.
Ceræ novæ quantum ſufficit.

Miſce, & fiat unguentum. * Parotidas & ſtrumas factas diſcutit, & emollit. *Idem.*

*Unguentum ad Anginam.*

℞. Dialthææ,
Oeſypi ana quart. j
Nidi Hirundinum ℥ iij.
Rad. iridis ʒ ß.

Cum oleo Irino vel Liliorum, fiat unguentum, quo inungatur cervix. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Unguenti reſumptivi ℥ j.
Butyri recentis,
Axungiæ porci ana ℥ j.
Stercoris Hirundinum, vel
Columbarum ℥ j ß.
Olei Irini. Liliorum, vel Chamomillæ ana
quantum ſufficit.

Miſce, & fiat unguentum, quo inungatur pars affecta. *Idem.*

*Unguentum ſudores movens in morbo Gallico.*

Poſtquam videmus, decoctum Guajaci non ſufficere ad morbum Gallicum profligandum, quòd tenues humores abſumat, craſſos verò frequenter relinquat, poſt hujusmodi decocti, & purgationum univerſalium uſum, levioribus ſolemus uti unctionibus ex Hydrargyro, & aliis, quibus quod reliquum erat craſſiorum humorum abſumitur. Ut autem ad rem veniamus, poſt univerſales purgationes, poterunt ſudores hoc pacto moveri:

℞. Axungiæ ſuillæ ℔ j.
Pinguedinis Gallinæ,
Butyri recentis ana ℥ j.
Olei Chamæmelini,
Olei Liliorum ana ℥ iv.
Olei Laurini, olei Anethini ana ℥ ij.
Thuris, Maſticis,
Myrrhæ ana ℥ ß.
Argenti vivi ℥ v.
Terebinthinæ lotæ in aqua vitæ ℥ iij.
Reſinæ Pini ℥ iv.

Miſce, & fiat unguentum. * Quod erit doloribus profuturum, ſi addas unguentorum calidorum ℥ iv. aut plus, minúsve pro doloris vehementia, & Styracis liquidæ ℥ ß. Proderit quoq; tophis, & ſcirrhoſis tumoribus, ſi addideris Gummi, Bdellii, Ammoniaci, Galbani, diſſolutorum in Vino albo, & Aqua vitæ ana ℥ j. Pinguedinis Anſeris, Anatis, & medullæ cruris Vituli ana ℥ ij. Ulcera verò, juvabit, augendo doſim pulverum,

A & addendo Lithargyrum, & Ceruſſam, vel Minium. Ut tamen rem dilatemus, explicemusque magis perſpicuè, poterunt unguenta ſequentia ſingulis affectibus particularia parari. *Antonius Chalmeteus.*

*Unguentum in morbo Gallico cum puſtulis, ſive articulorum dolore.*

B ℞. Rad. & fol. Enulæ campanæ,
Lapathi acuti, Althææ, Malvæ,
Scabioſæ, Fumariæ, Lupulorum,
Roſtri porcini, Agrimoniæ,
Bugloſſæ, Violarum ana M. j.
Lentium, Lupinorum,
Hordei parum contuſ. ana P. ij.
Hellebori nigri triti ℥ ij.
Sulphuris vivi ℥ j.

Fiat decoctio pro balneo, quod ægrotus ingredietur
C veſperi longè à cœna, poſtea in lecto ſudabit, & dormiet: manè verò ungetur ſequenti linimento:

℞. Radicis Enulæ campanæ,
Rad. Liliorum alborum ana ℥ j ß.
Summitatum Abſinthii, ſum. Lupulorum,
Sum. Fumariæ, ſum. Scabioſæ ana M. ß.
Cicerum, Lentium,
Hordei ana P. j.
Flor. Chamæmeli, flor. Meliloti,
Flor. Sambuci ana P. j.

D Fiat decoctio. Cape de colatura ℔ j ß. adde
Olei Roſ. ℥ ij.
Olei Maſtichini, & Laurini ana ℥ iv.
Butyri recentis ℥ v.
Axungiæ ſuillæ, ſalis expertis ℔ ß.

Bulliant omnia ſimul ad decocti conſumptionem: poſtea miſce

Thuris, Maſticis, Myrrhæ ana ℥ j ß.
Sarcocollæ, Ceruſſæ ana ℥ j.
Aluminis ʒ vj.
E Lithargyri ℥ j ß.
Terebinthinæ ℥ iij.
Styracis liquidæ ʒ x.
Argenti vivi, in ſucco Limonum extincti ℥ iij.
vel plus minúsve, pro ægrotantis viribus.

Agitentur diligenter in mortario marmoreo, fiatque linimentum *Idem.*

*Unguentum aliud ad morbum Gallicum, præſertim ſi dolor ſine puſtulis articulos & caput maximè*
F *afficiat.*

℞. Axungiæ Gallinæ, Axungiæ Anſeris,
Axungiæ Anatis ana ℥ j.
Medullæ cruris Vituli,
Medullæ cruris Bovis ana ℥ j ß.
Axungiæ ſuillæ ℔ j.
Argenti vivi in ea axungia extincti ℥ v. vel vj.
vel vij.
Thuris, Maſticis, baccarum Lauri ℥ ij.
Sarcocollæ, Myrrhæ ana ℥ j ß.
Cinnabrii ʒ ij.

Euphorbii ℥ ß.
Reſinæ Pini ℥ ij ß.
Terebinthinæ lotæ in aqua vitæ ℥ iij.
Sublimati ʒ j ß.
Olei Lumbricorum, Amurcæ olei de Liliis,
Olei Chamæmelini,
Olei Vulpini ana ℥ iij.
Agitentur in mortario marmoreo, addendo Styracis liquidæ ʒ x. *Idem.*

*Unguentum aliud ad Gallicam luem, præſertim ſi tophi in capite, & ulcera magna cum carie oßium, vel ſine carie, in diverſis corporis partibus fuerint: ſitq́ ægrotus debilis.*

Solæ corporis partes extremæ ſunt ungendæ, & adenes: atque à ſuperiori linimento Cinnabrium ſublimatum, & Euphorbium ſunt detrahenda: miſcere autem poteris aliquid unguenti reſumptivi, & Agrippæ, ac aliorum calidorum cum Bdellio & Ammoniaco. *Idem.*

*Unguentum aliud, ſudores movens in morbo Gallico, præcipuè ſi adeſt dolor articulorum cum tophis.*

℞. Acori, rad. Enulæ campanæ,
Rad. Ireos, rad. Althææ,
Rad. Hermodactylorum ana ℥ j.
Betonicæ, Salviæ, Ivæ arthriticæ ana M. j.
Flor. Hyperici, flor. Stœchadis ana P. j.
Coquantur in ℔ ij. vini, & colaturæ miſce,
Axungiæ ſuillæ, ſalis expertis ℔ j.
Axungiæ Gallinarum, axungiæ Anſeris,
Axungiæ Anatis.
Medullæ cruris Vituli ana ℥ j.
Unguenti Agrippæ, ung. Martiati,
Unguenti Dialthææ,
Olei Lumbricorum, olei Vulpini,
Olei Liliorum, olei Chamæmelini,
Olei Anethini, olei Laurini,
Olei Maſtichini ana ℥ j ß.
Thuris, Maſticis ana ℥ j.
Myrrhæ ℥ ß.
Baccarum Lauri ℥ j ß.
Euphorbii ʒ ij.
Reſinæ Pini, in oleo Lumbricorum liquefactæ ℥ iij.
Terebinthinæ lotæ in vino albo ℥ ij.
Mercurii, in Aqua vitæ & Salviæ loti, exiccati, & axungia extincti ℥ vj.
Styracis liquidæ ℥ ß.
Fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Axungiæ ſuillæ ℔ j.
Opopanacis, Galbani, Sagapeni,
Bdellii, diſſolutorum in aqua vitæ ana ℥ j.
Reſinæ Pini liquefactæ ℥ iv.
Olei Rutæ ℥ ij.
Olei Lumbricorum, olei de Spica,
Olei Chamæmelini,

A Olei Laurini ana ℥ iij.
Unguenti Dialthææ ℥ v.
Thuris, Maſticis,
Myrrhæ ana ℥ j.
Euphorbii ℥ ß.
Cinnabris,
Hermodactylorum ana ʒ iij.
Fiat linimentum. Ceterum his utendum erit, donec morbi materiam abſumptam putaveris: manè autem tantum jejuno ventriculo, vel alternis
B tantum diebus, ſi æger imbecillior. Quòd ſi natura tarda ad expellendum, & robuſta fuerit in fine, bis in die ſine periculo ungere poteris. Unges verò partes extremas, & adenes, ac ſpinam, cavebisque regionem partium principum. Fiet autem unctio proximè ignem, vel in lecto, ſi æger imbecillior. Denique his notis materiam ſatis abſumptam deprehendes: dentes dolebunt: lingua intumeſcet: ulcera naſcentur in ore: ſaliva multa effluet: ulcera exiccabuntur: remittentur
C dolores: aderit laſsitudo fere ad ſyncopen: diſtendentur nervi: & alvus profluet. *Idem.*

## DE UNGUENTIS abſtergentibus.

*Unguentum ad deterſionem ſuffuſionis.*

℞. Fellis Vaccæ ʒ j.
Fellis Vulturis, vel Milvi, vel Galli ʒ ß.
D Mellis Roſ. colati ʒ ij.
Oſſis Sepiæ ʒ j.
Stercoris Lacerti ʒ ß.
Fiat unguentum, quod ſervetur in vaſe æneo. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Omphacii inſpiſſati, vel coctione, vel Solis exiccatione,
Amurcæ præparatæ ana ʒ j.
E Sacchari candi ʒ ij.
Mucilag. ſem. Fœnugræci ʒ iij.
Tuthiæ præparatæ ʒ j ß.
Miſce, & fiat unguentum, quo inungantur palpebræ. *Rondeletius.*

*Unguentum ad genarum ſcabritiem, ſcabiem & ulcera.*

℞. Omphacii, Acaciæ ana ʒ j.
Tuthiæ præparatæ ʒ ij.
F Ceruſſæ lotæ, Antimonii ana ʒ j.
Unguenti Roſati ℥ ß.
Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud ad lachrymarum fluxum.*

℞. Cort. Thuris, Maſticis,
Sarcocollæ ana ʒ ij.
Tragacanthæ,
Gummi Arabici, torrefactorum ana ʒ j.
Tuthiæ præparatæ,
Antimonii ana ʒ ß.
Sanguinis Draconis, Acaciæ,
Amurcæ inſpiſſatæ ana ʒ ij.

Miſce,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0500-1 DFG

Miſce, & fiat unguentum, quo inungantur canthi oculorum, & totæ palpebræ.

*Unguentum ad Pſoram.*

℞. Olei Juniperi ℥ ij.
Olei Nucum ℥ j.
Tartari albi ℥ ß.
Vitrioli, Salis communis,
Sulphuris ana ʒ iij.
Terebinthinæ lotæ cum ſucco Limonum ℥ ij.
Lithargyri ℥ j ß.
Ceræ parum.

Miſce, & fiat unguentum. Si morbus fuerit contumax, adde
Argenti vivi ℥ ij.
Sublimati æris ʒ ij.

Applicetur poſt balnei uſum. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Olei Juniperi ℥ iij.
Lithargyri auri ℥ iv.
Olei Lucernarum, Olei Nucum ana ℥ ß.
Tartari albi ℥ j ß.
Vitrioli, Salis communis ana ʒ iij.
Succi Plantaginis, Limonum ana ℥ iij.
Aceti ſcillitici ana ℥ j.

Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Unguentum ad herpetes.*

℞. Succi Plantaginis,
Succi ſummitatum Vitis, vel
Labruſcæ ana ℥ ij.
Succi Polygoni ℥ iij.
Lithargyri ℥ j.
Tuthiæ præparatæ, Antimonii ana ℥ ß.
Aloës citrinæ ʒ iij.
Ceræ parum.

Miſce, & fiat unguentum, addito pauco oleo Myrtyno, vel Roſato omphacino. Si verò herpes excedat carnem utile erit omphacium addere. *Idem.*

*Unguentum ad ſcabiem.*

℞. Lithargyri, Ceruſſæ lotæ ana ℥ j.
Myrrhæ, Styracis liquidæ,
Salis communis ana ʒ ij.
Sulphuris vivi ʒ iij.
Argenti vivi extincti in ſucco Limonum ℥ j.
Olei Roſati quantum ſufficit,
Ceræ parum.

Miſce, & fiat unguentum, quo inungatur vola manuum, & poſtea fricetur totum corpus manibus inunctis. *Rondeletius.*

*Unguentum ad pruritum.*

℞. Rad. Lapathi acuti,
Rad. Enulæ campanæ ana ℥ j.

Decoquantur in aceto, & contuſa per cribrum paſſentur, quibus adde
Olei Irini ℥ iv.
Salis communis ℥ j.
Myrrhæ ʒ ij.
Lithargyri ℥ j ß.
Ceræ parum.

Fiat unguentum. *Idem.*

A *Aliud, ejuſdem.*

℞. Unguenti Diapompholygos ℥ ij.
Olei Hyoſcyami ℥ j.

Fiat unguentum, quo inungatur locus pruriens. Poſt horum uſum, utile eſt corpus balneo, vel lavacro detergente frequenter abluere: quia quæ in cute remanent, pruritum excitant. Prima lotio fit lixivio, altera ex decoctione Fabarum, Roſ. & Hordei, &c.

*Unguentum detergens.*

B ℞. Succi Centaurii,
Succi Chelidoniæ ana ℥ iv.
Mellis ℥ iij.
Flor. Verbaſci P. ij.
Thuris, Myrrhæ,
Maſtiches ana ℥ ß.
Olei Terebinthinæ ℥ vj.
Vini albi generoſi ℔ j.

Putreſiant in fimo calido, & coquantur ad vini
C & ſuccorum conſumptionem, igne cinerum, donec reducantur in formam unguenti. adde pro ℥ j hujus unguenti, præcipitati Mercurii dulcificati ʒ j.

*Aliud detergens validius.*

℞. Viſci herb. Saniculæ,
Viſci herbæ Pyrolæ,
Viſci Ariſtolochiæ,
Viſci Vincæ pervincæ ana ℥ ij.
Terebinthinæ lotæ ℥ iv.
D Croci Veneris ℥ ß.
Balſami Tartari ʒ ij.
Sulphuris Antimonii ʒ j ß.

Imponantur igni cinerum, dum unguenti conſiſtentiam acquirant. *Idem.*

*Aliud detergens.*

℞. Fol. Plantaginis,
Fol. Apii ana M. j.
Roſarum rubr. P. ij.
Vini rubri ℥ iix.

E Decoquantur ad medias: colaturæ diſſolve
Sacchari rubri ℥ ij.
Terebinthinæ ℥ j.
Farinæ Lupinorum,
Farinæ Orobi ana ʒ j.
Aloës, Myrrhæ ana ʒ ß.

Decoquantur rurſus, & addendo Ceræ quantitatem ſufficientem, reducantur in formam unguenti. *Idem.*

*Aliud, ad idem.*

F ℞. Succi Plantaginis,
Succi Agrimoniæ ana ℥ ij.
Mellis Roſati ℥ iv.
Rad. Iridis, farinæ Fabarum ana ℥ ß.
Terebinthinæ ſub finem permixtæ ℥ j.

Fiat unguentum. *Idem.*

*Unguentum detergens, optimum pro gregariis.*

℞. Unguenti aurei ℔ j.
Terebinthinæ, Mellis Roſati ana ℥ ß.
Farinæ Fabarum ʒ ij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0501-7

Boracis ʒ j. Pul. præcipitati ℥ iij.
Miſce, & fiat unguentum. *Quercetanus.*

*Aliud detergens vulnera probatum, pro ditioribus.*

℞. Succi Perſicariæ, ſuc. Symphyti ana ℥ ij.
Olei Terebinthinæ, olei Thuris,
Olei Myrrhæ, olei Sarcocollæ, ſpagyricè deſtillatorum ana ʒ iij.
Rad. Ariſtolochiæ rot. ʒ j ß.
Ceræ albæ ℥ j.
Olei Hypericonis comp. q. ſ.
Miſce, & fiat unguentum: de quo
℞. ℥ ij. Mercurii præcipitati ʒ j.
Miſce pro inunctione ellychniorum. *Idem.*

*Unguentum aliud, ad idem.*

℞. Ceræ novæ, Reſinæ,
Picis navalis ana ℥ iv.
Sevi Hircini,
Medullæ cruris Vituli ana ℥ ij.
Oeſypi humidæ ℥ j.
Olei Olivarum, vel Lini, vel Viſci pomorum ℔ j.
Liquefactis omnibus & transcolatis, fiat unguentum. Hujus cape ℥ ij. Præcipitati noſtri ʒ ij. Miſce. *Præſtantiſſimum eſt remedium, quo etiam emplaſtra ſine Præcipitato ſunt illinenda, & in vulneris ambitu apponenda. *Idem.*

*Unguentum detergens.*

℞. Mellis ℥ iij.
Farinæ Fabarum, farinæ Hordei ana ʒ ij.
Decoquantur cum vino ad conſiſtentiam unguenti. *Quercetanus.*

*Unguentum abſtergens pro capitis vulneribus cum cranii fractura.*

℞. Myrrhæ, Sarcocollæ,
Iridis Florentinæ ana ʒ ij.
Mumiæ ʒ j ß.
Ariſtolochiæ long. & rot. ana ʒ j.
Farinæ Orobi ʒ ij ß.
Mellis Roſati, Terebinthinæ lotæ,
Aquæ Betonicæ q. ſ.
Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud ad idem, pro ditioribus.*

℞. Unguenti de Peto noſtræ deſcript. ℥ iij.
Olei Myrrhæ ʒ iij.
Olei Succini deſtillati & purificati ʒ ij.
Pulveris rad. Ariſtolochiæ ʒ j.
Miſce, & utere ut ſuprà. *Idem.*

## DE UNGUENTIS carnem generantibus.

*Unguentum ad ulcera Narium.*

℞. Aloës lotæ cum aqua Plantaginis ʒ iij.
Myrrhæ electæ ʒ ij.
Rad. Iridis, Sarcocollæ ana ʒ j.
Ceruſſæ, Antimonii, Tuthiæ, Minii ana ʒ ß.
Olei Hyperici, Roſarum ana ℥ ij.

A Mellis Roſ. colati ℥ j.
Succi mali Granati, ſucci Piloſellæ, vel
Linguæ paſſerinæ ana ℥ ij.
Coquantur ſucci cum oleis, deinde mel, poſtremò pulverizata diligẽter inſpergantur, & ad unguenti formã reducantur. Si diviti paretur, adde
Moſchi ℈ ß.
Muſci arborum, vel Beniovini, vel
Cyperi, vel Roſarum ʒ j. *Rondeletius.*

B *Unguentum ſarcoticum.*

℞. Thuris, Maſticis ana ℥ ß.
Colophoniæ ℥ ij.
Olei Roſati, Mellis q. ſ.
Fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Ariſtolochiæ rotundæ,
Iridis, cort. Thuris ana ʒ iij.
Maſticis, Myrrhæ, Aloës, Cadmiæ ana ℥ ij.
C Mellis parum.
Fiat unguentum.

*Aliud, ejusdem.*

℞. Fol. Conſolidæ, Piloſellæ,
Betonicæ, Hyperici, Caudæ equinæ,
Verbenæ ana M. j.
Decoquantur in vino, & contundantur: deinde adde
Mellis Terebinthinæ,
Thuris, Maſticis ana ℥ iij.
Sanguinis Draconis,
D Myrti ana ℥ iij.
Fiat unguentum.

*Aliud, ejusdem.*

℞. Succi rad. Iridis ℥ ij.
Vini parum.
Mellis ʒ iij.
Cadmiæ, vel Lithargyri ℥ ß.
Aloes, Myrrhæ ana ʒ iij.
Fiat unguentum.

*Aliud, ejusdem.*

E ℞. Succi rad. Narciſſi ℥ ij.
Succi Verbenæ, Hyperici,
Caudæ equinæ ana ℥ j.
Olei antiquiſſimi ℥ ij.
Colophoniæ ℥ j.
Gummi Elemi, Myrrhæ,
Sanguinis Draconis,
Maſticis, Aloës ana ʒ iij.
Coquantur ſucci cum oleo & pauco melle ad inſpiſſandum: quibus admiſce pulveres reliquorũ.
F *Efficaciſſimum eſt, replet ulcera concava carne, & recentia ſubitò conſolidat.

*Unguentum ad Gangrænas.*

℞. Mellis ℥ ij.
Croci Martis, Croci Veneris ana ℥ ß.
Pulveris Myrrhæ, pul. Ariſtoloch. rot. ana ʒ ij.
Caphuræ ʒ j ß.
Phlegmatis Vitrioli acidi ℥ iv.
Decoquantur ad conſiſtentiam unguenti. Adde
Mercurii præcipitati ℥ ß.
Inungantur ellychnia & turundæ. *Quercetanus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0502-3 DFG

*Aliud præſtantiſsimum.*

℞. Butyri arſenici fixi ℥ ij.
Mercurii præcipitati ℥ ß.
Olei Myrrhæ ʒ iij.

Excipiantur melle, priùs loto cum ſucco chelidoniæ. *Idem.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Mannæ, Thuris ana ʒ ij.
Farinæ Fœnigræci, far. Orobi ana ʒ j.
Mellis, Vitell. ovorum ana q. ſ.

Fiat unguentum. *Quercetanus.*

*Aliud ſarcoticum.*

℞. Sarcocollæ in lacte ſolutæ ʒ iij.
Maſticis, Olibani,
Picis liquidæ, Terebinthinæ ana ℥ j.

Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Unguentum ſarcoticum.*

℞. Mucilag. ſem. Fœnigræci ℥ ij.
Viſci herb. Cynogloſſi, Perſicariæ,
Conſol. majoris ana ℥ j ß.
Olei Thuris, olei Myrrhæ ana ℥ iij.
Olei Hyperic. ſimpl.
Terebinthinæ lotæ vino albo ana ℥ ij.

Stent ad Solem, vel ad calorem cinerum, donec incraſſeſcant. *Quercetanus.*

*Unguentum de Pæto ſarcoticum.*

℞. Succi Pæti ℔ j.
Terebinthinæ ℥ v.
Olei Hyperici compoſ. ℥ iix.
Vini albi generoſiſs. ℔ ß.

Digerantur per octo dies, pòſt decoquantur ad vini conſumptionem: tum demum adde
Colophoniæ, Ceræ ana ℥ iij.
Mumiæ, Carabes ana ʒ ij.

Liquefiant rurſus ad ignem, & fiat unguentum, ut artis eſt. *Quercetanus.*

*Unguentum Regis Angliæ.*

℞. Ceræ albæ, Reſinæ ana quart. j.
Olei ℥ ij.
Terebinthinæ lotæ ℥ j.
Thuris, Maſticis ana ℥ ß.

Fiat unguentum. *Incarnat, & conſolidat.

## DE UNGUENTIS conſolidantibus.

*Unguentum ad phthiſim.*

℞. Olei Roſati, olei Lentiſcini, vel
Maſtichini ana ℥ iij.
Sarcocollæ nutritæ in vino albo, vel lacte coctæ,
Thuris, Maſticis, Myrrhæ ana ʒ j.
Cineris cancrorum ℥ ß.
Terebinthinæ Abietis, Mellis ana ℥ ij.

Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Cinerum cort. Cucurbitarum ℥ j.
Boli Armeni ℥ ß.

Excipiantur butyro, & cremore hordei, fiatque unguentum. Applicetur poſt expectorationem.

A *Unguentum contra caſum, & contuſionem partium internarum.*

℞. Pimpinellæ, Lavendulæ, Spicæ Indicæ,
Rutæ, Hyſſopi, Salviæ, Pyrethri, Pulegii,
Fœniculi, Siliginis agreſtis, Millefolii,
Prunellæ, Ibiſci, Conſolidæ majoris,
Virgæ aureæ, Amarici, Verbenæ, Abrotani,
Epaticæ, Meliſſæ, Angelicæ, Veronicæ,
Fœnigræci, Fragariæ, Clematitidis,
B Cordialis, Pedis leonis, Roriſmarini,
Fol. Linguæ cervinæ, Tormentillæ,
Betonicæ ana M. j.

Hæc omnia cultello in tenuiſſimas particulas comminuta, injice in lebetem, & affunde butyri opt. in Majo confecti, & à ſale purgati ℔ xxiix. & hæc ſimul ad ignem ex carbonibus confectum probè decoque tantiſper, donec virtus egrediatur: deinde cùm hęc per mundum linteolum expreſſeris, affunde olei laurini ℔ ij. & habebis
C præſtans unguentum. * Valet contra internam lęſionem, ex caſu aliquo ortam, quantitate nucis avellanæ in calido juſculo cerviſiano ſumptum. Si primò non medetur, uſus ejus bis, aut ter eſt iterandus. quin etiam externæ corporis partes affectæ apud ignem lentum ſunt inungendæ. *Ranzovius.*

*Unguentum ad rupturam oſsium.*

Oſſa quocunque modo rupta, per infrà ſcri-
D ptum unguentum optimè conſolidantur, ſingulis ordinatè conjunctis:

℞. Mellis ℥ ij.
Olei Antimonii, olei Vitrioli ana ʒ ij.
Axungiæ Taxi, Sevi Cervini,
Axungiæ urſinæ, Saponis ana ℥ j.
Terebinthinæ ℥ j ß.
Ceræ ℥ ij.

Coquantur in unguentum, pro more, quo rupturæ ſunt ad ignem calida manu perungendæ, &c.
E *Mirum in modum præ cæteris curat, & ſanat optima conſolidatione. *Paracelſus.*

## DE UNGUENTIS glutinantibus.

*Unguentum glutinans.*

℞. Pulveris conſtrictivi ℥ j.

Incorporentur cum albumine ovi agitato, vel cum ichthyocolla diſſoluta cum vino aſtringente,
F vel ſucco citoniorum, vel plantaginis. Idem præſtabit, ſi incorporetur cum mucilagine gummi Tragacanthæ vel Arabici. Quò autem meliùs id fiat, commodius fuerit pilos leporis addere, vel pappos floris ſalicis, vel arundinis, vel ſenecionis. Pulvis autem talis fit conſtrictivus:

℞. Boli Armeni, ſanguinis Draconis,
Sarcocollæ, Maſticis, Aloës, Gallarum,
Balauſtiorum, Blattæ Bizantiæ ana ℥ ß.
Fol. Syderitis ℥ j.

Fiat pulvis, qui cribretur: deinde pilorum leporum integrorum ʒ ij. vel tantundem lanuginis florum ſalicis addatur. *Rondeletius.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0503-8
DFG

*Aliud, ejusdem.*

℞. Olei antiquiſſimi ℔ j.
Succi Narciſſi, ſucci Syderitis ana ʒ iij.
Florum Hyperici ℥ iv.
Gummi Elemi ℥ v.
Maſticis, ſang. Draconis, Aloës ana ℥ ij.
Blattæ Bizantiæ ℥ ß.

Coquatur diù oleum per ſe, deinde ſucci addantur, demum Hyperici flores ponantur in vaſe vitreo obturato, & Soli exponantur per dies decem: undecima die addantur pulveres, & agitentur. Prius autem & colari debent, & flores auferri: rurſus Soli exponantur per viginti dies: deinde ſerva ad uſum. * Ulcera cutis & nervorum curat, ſi retineantur conjuncti, & quieſcat, donec coiverint.

*Unguentum ad vulnera.*

℞. *Succi herbæ Peti* (quam etiam Nicoſiam & Piperinam vocant) ℔ j.
Ceræ novæ, Picis, Reſinæ, Olei communis ana ℥ iij.

Coquantur omnia ſimul uſq; ad ſucci conſumptionem: deinde adde
Terebinthinæ Venetæ ℥ iij.

Cola per linteum, & ſerva in pyxide. * Vulnera & ulcera indubitatè curat. *A quodam Gallo.*

*Unguentum ad vulnera venenata.*

℞. Olei Carabes, Terebinthinæ ana ℥ j.
Juniperi,
Sem. Urticæ, rad. Gentianæ ana ʒ ij.
Olei Sulphuris vitriolati ʒ j ß.
Coralli rubri ʒ j.

Miſce, & fiat unguentum. *Quercetanus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Succi Pentaphylli,
Scabioſæ, Rutæ ana ℥ ij.
Olei Sulphuris rubei ℥ j.
Olei Myrrhæ ʒ ij.
Colophoniæ, Gummi hederæ ana ʒ vj.

Miſce pro unguento. *Idem.*

*Unguentum attrahens venenum ex vulneribus.*

℞. Succi Anagallidis purpureæ,
Succi Cyclaminis ana ℥ j.
Sulphuris vivi, mixti cum ſaliva hominis ℥ ß.

Miſce, & fiat unguentum. *Quercetanus.*

*Aliud ad venenata vulnera.*

℞. Lithargyri ℥ ij.
Galbani ℥ ß.
Picis Græcæ, Terebinthinæ ana ℥ j.
Olei q. ſ. eſt.

Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Olei ℥ iv.
Sagapeni, Mumiæ, Succini ana ʒ iij.
Thuris, Maſticis ana ʒ ij.
Terræ ſigillatæ opt. Coralii rubri ana ʒ j.
Picis ʒ ij. Ceræ q. ſ. eſt.

Fiat unguentum. *Idem.*

A *Aliud, ad idem.*

℞. Cepas duas, fol. Vincæ pervincæ,
Scabioſæ, Ricini ana M. j.

Decoquantur ſub cineribus: adde
Theriacæ ʒ ß.
Terebinthinæ q. ſ. eſt.

Fiat unguentum. *Idem.*

*Unguentum venenatis vulneribus conducens.*

B ℞. Unguenti Macedonic.
Olei Myrrhæ, olei Terebinthinæ ana ʒ ij.
Præcipitati noſtri ʒ j ß.
Butyri arſenici fixi, & dulcificati ℥ ß.
Olei Antimonii ʒ ij.
Ceræ tantillum, vel q. ſ.

Miſce, & fiat unguentum. * Abluit, & detergit quodvis è vulneribus venenum. Confert quoque carcinomatis, gangrænis, & aliis deſperatis ulceribus. Nam ſine ullo dolore operatur.
C *Quercetanus.*

## DE UNGUENTIS cicatricem ducentibus.

*Unguentum epuloticum.*

℞. Aloës, Sarcocollæ, Myrrhæ, Iridis ana ʒ ij.
Lithargyri, Ceruſſæ ana ʒ iij.
Cort. Mali granati, vel Balauſtiorum ℥ ß.

Cum melle crudo fiat unguentum. *Rondeletius.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Lithargyri, Aluminis,
D Floris æris uſti & loti, Plumbi uſti ana ʒ iij.
Balauſtiorum, Boli Armeni, vel
Cinerum oſtreorum ana ʒ ij.
Olei Myrtini ʒ iij.
Sevi hircini, Colophoniæ ana ℥ ij.
Vini parum. Fiat unguentum.

*Aliud, ejusdem.*

℞. Ariſtolochiæ uſtæ & lotæ,
Nucis Cupreſſi, Balauſtiorum uſtorum,
Oſtreorum uſtorum ana ʒ ij.
E Aluminis, Floris æris uſti & loti, Chalcitidis ana ʒ iij.
Mellis, Vini aſtringentis ana q. ſ.

Miſce, & fiat unguentum.

*Unguentum cicatricem inducens.*

℞. Cretæ albæ ℥ ij.
Cineris corii aduſti ʒ iij.
Olei roſati q. ſ. eſt.

Miſce, & fiat unguentum. *Quercetanus.*

F *Aliud cicatricem ducens.*

℞. Calcis vivæ toties in aqua lotæ, dum omni deſtituatur acrimonia, ℥ ij.
Terræ Armenæ ℥ j.
Olei Myrtillorum q. ſ.

Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Unguentum cicatricem inducens.*

℞. Boli Armeni noſtro modo præpar. ʒ ij.
Calcis Cort. ovorum ℥ ß.
Succi Prunorum immaturorum ℥ iij.

Deco-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0504-4

Decoquantur igne lento ad perfectam conſiſtentiam. *Quercetanus.*

## DE UNGUENTIS carnem auferentibus.

*Unguentum ad polypos exedendos.*

℞. Squamæ æris, Æruginis æris ana ʒ ij.
Omphacii ℥ iij.

Incorporentur ſimul, & fiat unguentum, quo illinantur tantùm partes affectæ. *Rondeletius.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Sandarachæ, vel Auripigmenti, Chalcitidis præparatæ ana ʒ ij.
Mellis q.ſ.

Miſce, & fiat unguentum. Vel, ſi fortius velis, adde omphacium: ſi mitius, addito multo melle, vel ſucco mali granati, vel plantaginis. * Utile eſt ad ozænas curandas in principio.

## DE UNGUENTIS dolorem ſedantibus.

*Unguentum ad dolorem capitis ex calore.*

℞. Olei Roſati, Omphacini ana ℥ iij.
Coriandri, Roſ. rubrarum,
Myrtillorum, Coralii ana ʒ j.
Ceræ albæ q.ſ. Aceti parum.

Fiat unguentum, quo inungatur pars anterior capitis. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Succi ſummitatum Vitis, ſucci Plantaginis, Solatri ana ℥ j.
Olei Roſ. Omphacini, vel olei Citoniorum, vel olei Nenupharis ℥ iij.

Decoquantur uſque ad conſumptionem ſuccorum: quibus adde
Ceræ albæ q.ſ.
Sem. Berberis, Coriandri, Endiviæ ana ʒ j.
Myrtillorum ʒ ij. Aceti parum.

Miſce pro unguento. *Idem.*

*Unguentum ad dolorem capitis ex calore in declinatione.*

℞. Olei Anethini, Chamomillæ ana ℥ iij.
Flor. Chamomillæ, Meliloti, Sambuci,
Anthos, Stœchados ana ʒ ß.
Nucis moſchatæ, Macis ana ℈ j.
Ceræ novæ q.ſ.

Fiat unguentum, addito vino pauco vel aceto ad penetrationem. *Idem.*

*Unguentum ad dolorem capitis ex frigore.*

℞. Olei Nucum, Irini ana ℥ ij.
Olei Rutacei ℥ j.
Nucis moſchatæ, Caryophyll. Macis,
Piperis, Pyrethri, Caſtorei ana ʒ j.
Ceræ citrinæ q.ſ.
Aquæ vitæ parum. Fiat unguentum, quo inungatur pars affecta. *Idem.*

*Unguentum ad dolorem colicum.*

℞. Olei Nardini, Rutacei ana ℥ ij.
Sem. Apii, ſem. Petroſelini ana ʒ iij.
Flor. Chamomillæ, Meliloti ana ʒ ij.
Piperis, Galangæ ana ʒ j.
Ceræ q.ſ.

Fiat unguentum. Tempore inunctionis adde vini albi generoſi, vel vini malvatici parum. Ungatur manè rejectis recrementis, vel poſt clyſterem. *Rondeletius.*

*Aliud fortius.*

℞. Olei Anethini, Rutacei ana ℥ iij.
Olei de Spica ℥ j ß.
Sem. Rutæ, ſem. Cumini, Baccarum Lauri,
Sem. Apii, ſem. Petroſelini ana ʒ j.
*Spicæ nardi Indicæ, Galangæ ana ʒ ß.*
Ceræ q.ſ.

Fiat unguentum, quo inungatur ventris pars media. Adde tempore inunctionis etiam parum vini generoſi. *Idem.*

*Unguentum ad dolores capitis & articulos, in morbo Gallico.*

℞. Axungiæ porci non ſalitæ ℔ j.
Butyri recentis, axungiæ Gallinæ,
Axungiæ Anatis ana ℥ iij.
Olei Irini, Laurini ana ℥ iv.
Euphorbii ℥ j.
Terebinthinæ lotæ in aqua vitæ ℥ iij.
Argenti vivi extincti in axungia porci ℥ v.
Ceræ novæ parum, Lithargyri ℥ ij.

Miſce, & fiat unguentum.

*Unguentum in peſtifera febre.*

℞. Olei Amygdalini dulcis,
Olei Chamomelini ana ℥ j.
Unguenti de Althæa cum gummis ℥ ß.
Axungiæ humanæ,
Gummi elemi ana ʒ ij. Croci ℈ j.

& interdũ ſpiritus vini parum. Miſceatur ad formam linimenti. Hoc pro myracopo uſus ſum in peſtifera febre, quæ calamitoſiſſimis ſymptomatis poſtquam preſſerat ægros, tandẽ in tam acerbos dolores crurium labebatur, ut & hinc metus mortis foret: hoc omnes recreabantur. *Heurnius.*

## DE UNGUENTIS ſomnum conciliantibus.

*Unguentum ſomniferum.*

℞. Olei Nymphææ, Violarum,
Unguenti Populeonis ana ℥ ß.
Opii G. iij. Croci G. iv.

Fiat unguẽtum, quo nares & tempora inungantur. *Ranzovius.*

*Unguentum lamiarum.*

℞. Pinguedinem puerorum, Eleoſelini, Aconiti, frondium Populi, Fuliginis ana q.ſ. eſt.

Miſce, & fiat unguentum. *Porta.*

*Aliud.*

℞. Sii, Acori vulgaris, Pentaphyllonis,
Sanguinis veſpertilionis,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0505-0

Solani ſomniferi, Olei, vel Adipis ana q.ſ. eſt.
Miſce, & fiat unguentum. quo ſi totum corpus noctu inungatur, facit videri ac ſi per aëra deferantur: convivia, ſonos, tripudia, & formoſorum juvenum concubitus.

## DE UNGUENTIS Venerem excitantibus.

### *Unguentum Venerem excitans.*

℞. Euphorbii, Galbani ana ʒ ij.
Anethi ʒ j.
Piperis longi ʒ ij.
Pyrethri ʒ ij ß.
Ceræ ʒ vj.

Tere ſpecies, & reſolve ceram in oleo prædicto, & ſuperadde pulverem ſpecierum: agitat fortiter: & circa locum coitus unge. *Arnold. Villanov.*

### *Unguentum ad coitum.*

℞. Euphorbii, Galbani ana ʒ ij.
Macis ʒ j.
Macropiperis ʒ j ß.
Pyrethri ʒ ij ß.
Sem. Erucæ, Caſtorei ana ʒ ß.
Olei de Narciſſo ℥ j ß.
Ceræ q.ſ.

Fiat unguentum, quo inungatur pecten, virga & lumbi. *Avicenna.*

## DE UNGUENTIS ambuſta extinguentibus.

### *Unguentum ad combuſtionem.*

℞. Olei roſati ℥ iix.
Olei ovorum ℥ ij.
Vitri albiſſimi tenuiſſimè pulverizati ℥ j.
Corticis medii Sambuci M. j.
Ceræ albæ ℥ j ß.

Coquantur ſimul, ac fiat unguentum. *Aetius.*

### *Unguentum faciem ambuſtam leniens.*

℞. Unguenti citrini ℥ ij.
Spermatis ceti ʒ j.
Olei Roſati, olei Liliorum ana ℥ ß.

Miſce, & fiat unguentum, quo facies poſt ambuſtionem lenienda eſt ter, aut quater in die. *Quercetanus.*

### *Aliud præſtantius.*

℞. Unguenti pomatæ ℥ ij.
Mucilag. ſem. Pſyllii, cũ aqua roſ. extracti ℥ j.
Caphuræ ℈ j.
Olei Amygdal. dulcium ℥ ß.

Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

### *Unguentum refrigerans vulnera ſclopetaria.*

℞. Succi Plantaginis, ſucci Solatri,
Succi Sempervivi ana ℥ j.
Boli Armeni ℥ ß.
Lithargyri loti aqua Plantag.
Tuthiæ præparatæ ana ℥ j.
Olei Roſati omphacini,
Olei Neupharis,

A Aceti roſati, Ceræ ana tantillum.
Miſce, & fiat unguentum. *Quercetanus.*

### *Unguentum pro gregariis, empyreuma in vulneribus ſclopeticis extinguens, & puſtulas prohibens.*

℞. Olei Sambuci, olei Nucum ana ℥ ij.
Olei ovorum ℥ ß.
Sevi cervini, Medullæ cruris Tauri ana ℥ j.
Cepæ coctæ N. ij.
B Ceræ tantillum.

Miſce, & fiat unguentum. Apponatur parti affectæ. *Quercetanus.*

### *Aliud præſtantiſſimum.*

℞. Olei Mercur. corporalis ʒ j ß.
Olei Sulphuris terebinthinati ʒ iij.
Arſenici dulcificati ʒ ij.

Excipiantur butyro ſalem nõ experto, & fiat unguentum. Apponatur vulneri, cum ellychniis & turundis. *Veneratis gangrænę, cancro, phage-
C dænis & cacoëthis ulceribus curandis confert, Superponatur autem in vulneris ambitu emplaſtrum aliquod, vel ceratum attrahens. *Idem.*

## DE UNGUENTIS purgantibus.

### *Unguentum ventrem laxans.*

℞. Olei Liliorum, olei Amygdal.
D Butyri rancidi ana ℥ ij.
Agarici, Azari pulverizati ana ʒ ij.
Ceræ novæ q.ſ.

Fiat unguentum, quo inungatur os ventriculi. *Vomitum provocat, & alvum laxat. *Rondelet.*

### *Aliud ad vomitum provocandum.*

℞. Fæcis olei Liliorum,
Olei communis antiqui, & fœtidi ana ℥ j.
Dialthææ ℥ ß.
Ammoniaci diſſoluti in oleo ʒ ij.
E Succi Cucumeris agreſtis, vel Raphani agreſtis, vel Cyclaminis ʒ j.
Ceræ parum.

Fiat unguentum, quo inungatur os ventriculi. *Idem.*

### *Unguentum ventrem laxans, aliud.*

℞. Succi Sambuci, ſucci Mercurialis ana ℥ iij.
Mellis communis, farinæ Orobi, vel Lupinorum ana ʒ ij.

F Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

### *Aliud.*

℞. Terebinthinæ, Aloës ana ℥ j.
Fellis Taurini q.ſ.

Fiat unguentum. *Fumanellus.*

### *Aliud, ad idem.*

℞. Succi Cyclaminis ℥ vj.
Succi Cucumeris ſylveſt. vel Mercurialis, vel Ebuli ℥ iij.
Farinæ Lupinorum, Vini Malvatici q.ſ.

Fiat unguentum. *Valet etiam ad tumores lienis. *Rondeletius.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0506-5
DFG

*Aliud laxans.*

℞. Olei Cicini vel Seſamini, vel Irini ℥ ij.
Ciclæ, Cucumeris ſylveſtris, Ebuli ana ℥ iij.
Coquantur leviter: cum liquefacta cera applicentur. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Elaterii ſicci, Cataputiæ, Colocynthidis,
Succi Tithymali ana ʒ vj.
Succi Cucumeris agreſtis recent. ℥ ß.
Hellebori nigri, Terebinthinæ ana ℥ ß.
Sem. Laureolæ ʒ iij.
Succi Arthanitæ ʒ vj.
Scammonii ʒ iij.
Omnia trita ex melle commixta ad uſum ſerventur. *Fumanellus.*

*Aliud potens.*

℞. Aloës, Fellis taurini ana P. j.
Pulv. Arthanitæ part. ij.
Cum oleo Violaceo, aut Liliaceo & cera mixtis, fiat unguentum. *Fumanellus.*

*Aliud.*

℞. Olei Cheirini, vel Irini ℥ iij.
A Suc. Ariſtolochiæ, vel Cucumeris agreſtis, vel Ebuli ℥ iv.
Ammoniaci, Bdellii, Opopanacis diſſoluti in prædictis oleis ana ℥ ß.
Terebinthinæ, Butyri ſaliti ana ℥ ij.
Ceræ novæ q. ſ.
Fiat unguentum. *Attenuat, laxat, & emollit. *Rondeletius.*

*Unguentum ventrem laxans, aliud.*

℞. Succi Mercurialis, ſucci Cyclaminis,
B Succi Cucumeris agreſtis ana ℥ iij.
Ellebori albi, nigri, Colocynthidis ana ℥ ß.
Diagridii ʒ ß.
Fellis Tauri ℥ ij.
Farinæ lupinorum ℥ ß.
Mellis parum.
Fiat unguentum, quo inungantur partes umbilici & inguina, poſt fotum ex relaxantibus & emollientibus. Idem poteſt etiam aquas purgare, maximè ſi ex ſucco braſſicæ marinæ, vel thymelææ, vel chamelææ fiat.
*Rondeletius.*

# *De Emplastris, Sectio XXIX.*

EMPLASTRA ſunt, quę tenaciter corporis partib. & meatib. adhærent: ex terreis & glutinoſis fiũt: & ſunt vel

- Uſualia: & alterãt qualitate vel
  - Prima
    - Calida: *ut*
      - Emplaſtrum *ſtomachicum.*
      - Emplaſtrum *polyarchion.*
    - Frigida: *ut* — Hydrelæum *Galeni.*
  - Secunda
    - Aſtringentia: *ut*
      - Emplaſtrum *ex gallia.*
      - Emplaſtrum *de cruſta panis.*
      - Emplaſtrum *diaphœnicon.*
      - Emplaſtrum *ad uterum, &c.*
    - Emollientia: *ut*
      - Emplaſtrum *diachylon.*
      - Emplaſtrum *de meliloto.*
      - Emplaſtrum *ceroneum.*
      - Emplaſtrum *oxycroceum.*
      - Emplaſtrum *apoſtolicon.*
      - Emplaſtrum *de Rhabarbaro.*
      - Emplaſtrum *ex alliis.*
      - Emplaſtrum *Gratia Dei.*
      - Emplaſtrum *filii Zachariæ, &c.*
    - Abſtergentia: *ut*
      - Emplaſtrum *de tribus farinis.*
      - Emplaſtrum *de quinque farinis.*
      - Emplaſtrum *barbarum majus.*
      - Iſis *Galeni.*
      - Emplaſtrum *album.*
      - Emplaſtrum *de janua.*
      - Emplaſtrum *viride.*
      - Emplaſtrum *divinum.*
      - Emplaſtrum *baſilicum.*
      - Diadictamnum *Galeni.*
    - Diſcutientia, *&c. Vide literam* A.
- Minùs *uſualia. Vide literam* B.

- **A.**
  - Diſcutientia: *ut* — Emplaſtrum *ad Hydropem.*
  - Conſolidantia *& glutinantia: ut*
    - Emplaſtrum *de Minio Vigonis.*
    - Emplaſtrum *triapharmacum.*
    - Emplaſtrum *contra ramicem.*
    - Emplaſtrum *diachalciteos.*
    - Oxelæum *Galeni.*
    - Oenelæum *Galeni.*
    - Emplaſtrum *nigrum, &c.*
  - Cicatricem *inducentia: ut*
    - Emplaſtrum *Griſeum.*
    - Emplaſtrum *de lapide calaminari.*
    - Emplaſtrum *Diacadmia.*
  - Dolorem *ſedantia: ut*
    - Emplaſtrum *de baccis Lauri.*
    - Emplaſtrum *de Meliloto.*
    - Emplaſtrum *Marciatum Pauli.*
    - Emplaſtrum *Ceroneum.*
    - Oxycroceum, *&c.*

---

- **B. Emplaſtra** *minus uſualia ſunt vel*
  - Aſtringentia: *ut*
    - Emplaſtrum *ad fluxum ventris.*
    - Emplaſtrum *ad fœtum retinendum.*
    - Emplaſtrum *inflammationem reprimens, &c.*
  - Emollientia: *ut*
    - Emplaſtrum *commune ad durities & dolores jecoris, &c.*
    - Aliud.
    - Aliud.
  - Concoquentia: *ut* — Emplaſtrum *ad materiam concoquendam, &c.*
  - Diſcutientia: *ut* — Emplaſtrum *diſcutiens, &c.*
  - Abſtergentia: *ut*
    - Emplaſtrum *ex ſalice.*
    - Emplaſtrum *abſtergens, purgansq́, &c.*
  - Conſolidantia: *ut* — Emplaſtrum *ad vulnera inſigne, &c.*
  - Extrahentia: *ut*
    - Emplaſtrum *de Betonica.*
    - Emplaſtrum *ex fermento, &c.*
  - Erodentia: *ut* — Emplaſtrum *cutem aperiens, &c.*
  - Ambuſta *extinguentia: ut* — Emplaſtrum *contra ambuſtionem.*

## DE EMPLASTRIS calidis.

### *Emplaſtrum ſtomachicum.*

℞. Ligni Aloës, Abſinthii,
Maſticis, Cyperi, Coſti, Zingiberis,
Gummi Arabici ana ℥ ß.
Calami aromatici, Thuris, Aloës ana ℥ iij.
Caryophyllorum, Maceris, Nucis moſchatæ,
Junci odorati, florum Nardi ana ʒ j ß.
A Cardamomi, Cyperi ana ℔ j.
Amomi, Nardi, Croci, Myrrhæ,
Thuris, Cinnamomi ana ʒ xv.
Olei Cyperini ℥ xvj.
Vini odorati q. ſ.

Fiat emplaſtrum. *Lienoſis & hepaticis affectibus auxiliatur. *Galenus.*

### *Emplaſtrum Polyarchion.*

℞. Ceræ, Terebinthinæ, Bdellii, Ammoniaci,

## DE EMPLASTRIS frigidis.

### *Hydrelæon.*

℞. Lithargyri argenti ℔ j.
Aquæ limpidæ, Olei puri ana ℔ ij.

Lithargyrus leviſſime terendus eſt, & reliqua diligenter movenda in mortario lapideo: deinde coquenda lento igne, ex lignis acapnis, aut carbo-

B Omnia mixta cotoneorum excipiantur, & extẽdantur ſuper pannum, & ſuffumigetur ſuper ligno Aloës, & ſuperponatur. *Stomachum & hepar confortat, & calefacit. *Meſues.*

carbonibus bené accenſis. Ad Solem conficiendum eſt medicamentum, die ſerena, ut albeſcat: pereunte igne alii carbones imponendi ſunt, ſed bene accenſi: coquatur autem ſemper agitando, donec cerati craſſitiem adipiſcatur. Poteſt autem in unguenti formam redigi, ſi minus coquatur. Fit etiam ex libris tribus olei & aquæ: etiam ex lithargyri ℔ iij. olei tantundē, & aquæ ℔ ij. tunc enim candidius fit, citiusq; coquitur. * Refrigeratoriam habet vim mediocrem, cujus auxilio exulceratis partibus ne quid influat, impedit, & quod jam influxit, ad partes circumjacentes retundit. hinc pruritus, deſquamata & parva ulcera perſanat. *Galenus.*

## DE EMPLASTRIS aſtringentibus.

### *Emplaſtrum ex Gallia.*

℞. Galliæ moſchatæ, Jun. i odorati ana ʒ j ß.
Ramich, Rhus, Prunorum ſylveſtrium,
C Hypociſtidis, Ladani, Gallarum integrarum,
Calami aromatici, Roſarum,
Sandalorum alborum,
Sandalorum rubrorum, Maſticis,
Ligni Aloës, Caryophyllorum,
Nardi, Thuris, Myrrhæ, Coſti,
Cyperi, Abſinthii ana ℥ ij.
Palmularum ſiccarum N. xij.
Panis bis cocti ʒ iij.
D Succi Myrti, ſucci Lauri, Aquæ roſarum,
Vini auſteri ana ℥ j ß.
Mivæ Citoniorum cum ſpec. ℥ iij. vel ℥ iv.
Gummi Arabici aſſati ʒ vij.

Omnia probé teruntur: deinde panis & palmulæ viginti-quatuor horis ex ſuccis macerantur: Lævigata miva excipiuntur, gummiq; additis coquuntur igne lento, ad mellis ſpiſſitudinem: his in mortario pulvis ſuperior admiſcetur, donec tota maſſa fiat viſcoſa. Cùm uti voles, panno illitum, ſuffitu ligni aloës imbuito. * Totum ventrem inferiorem roborat aſtringēdo, calefaciendoq; coque: * Lienterias, diarrhœas dyſenteriasque ex frigore contractas juvat. *Meſues.* E

### *Emplaſtrum de cruſta panis.*

℞. Maſticis, Menthæ, Spodii, Coralii rubri,
Sandali albi, rubri ana ʒ j.
Cruſtæ panis toſtæ & maceratæ in aceto per horam mediam ℥ ij.
Olei Maſtichini, Citoniorum ana ℥ j.
F Farinæ hordei q. ſ.

Fiat emplaſtrum. * Valet in vomitu puerorum, & his, qui cibum retinere non poſſunt. *Montagnana.*

### *Emplaſtrum Diaphœnicon, calidum.*

℞. Ceræ ℥ ij.
Olei Roſati, Nardini ana ℥ iv.
Simul liquentur: deinde
Dactylorum ſiccorum N. xl.
Panis bis cocti ʒ viij.
Macerentur in vino odoro biduùm: pòſt
Carnis Citoniorum in vino coctorum ℥ j.

A permultùm teres cum dactylis & pane bis cocto: deinde miſce cum cerato ſuperiori ex cera, oleo roſato & nardino, & adde ſubſequentia in mortario bene contuſa:

Maſticis, Thuris, Abſinthii Romani ana ℥ ij ß.
Ligni Aloës, Macis, Myrrhæ, Aloës lotæ,
Spicæ nardi Indicæ, Acaciæ,
Galliæ moſchatæ, Trochiſcorum Ramich,
Calami aromatici ana ʒ j.
Ladani ʒ ij.

B Miſce, fiat emplaſtrum. * Ventriculum & hepar firmat: ob id lienteriam & dyſenteriam hepaticam adjuvat. *Meſues.*

### *Emplaſtrum Diaphœnicum frigidum.*

℞. Dactylorum maturitati proximorum, in vino auſtero coctorum ℥ v.
Panis bis cocti ℥ j.
Carnis Citoniorum in vino auſtero coctorum ℥ j ß.
C Styracis calamitæ, Maſticis, Ladani,
Acaciæ, Omphacii, flor. Labruſcæ,
Roſ. rubrarum, Sandali citrini,
Trochiſcorum Ramich,
Myrrhæ, ligni Aloës ana ℥ ß.
Ceræ ℥ iv.
Olei Roſati ℥ xv.
Vini auſteri q. ſ.

Fiat emplaſtrum. * Ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa ſuſcipiat, roborat: coctionem juvat: ob hæc vomitum, choleram morbum, lienteriam, dyſenteriam hepaticam juvat. *Meſues.* D

### *Emplaſtrum pro matrice.*

℞. Rad. Biſtortæ ℔ j.
Ligni Aloës, Sandali citrini, Nucis moſchatæ,
Berberis, Antheræ, Cinnamomi ana ℥ j.
Caryophyllorum, Schœnanthi,
Flor. Chamæmeli ana ℥ ß.
Thuris, Maſticis, Aliptæ moſchatæ,
E Galliæ moſchatæ, Styracis calamitæ,
Styracis rubræ ana ʒ iij.
Moſchi fini ʒ ß.
Ceræ ℔ j ß.
Terebinthinæ ℔ ß.
Ladani ℔ iv.
Picis navalis ℔ iij.

Fiat emplaſtrum ſecundùm artem. * Uteri imbecillitati ſuccurrit: ejus procidentiam reprimit, muliebribus vitiis ex nimia humorum mollitudine ſubvenit, fluxusque immoderatos ſiſtit. F

## DE EMPLASTRIS emollientibus.

### *Emplaſtrum Diachylon, ſimplex.*

℞. Mucilaginis Fœnigræci, Mucilag. ſem. Lini, Mucilag. rad. Althææ ana ℥ j.
Lithargyri ℥ j ß.
Olei antiqui clari ℥ iij.

Lithargyrum tenuiſſimè teritur, & cum oleo ſubigatur & miſceatur: poſt igne lento coque, ſpatha ſemper agitando, donec probè miſta ſint.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0509-5

Exime igni, paulatim frigeſcat: poſtea mucilagines affunde, permiſce, & recoque igne ad juſtam craſſitiem. * Scirrhos hepatis, lienis, ventriculi, & aliarum partium, ipſas chœradas & durities reliquas emollit, & juvat. *Meſues.* A

*Emplaſtrum Diachylon, compoſitum.*

℞. Mucilaginis radic. Althææ,
Mucilag. ſem. Lini, mucilag. med. cort. Ulmi,
Mucilag. Fœnigræci ana ℥ iv.
Olei Chamæmelini, Liliorum, Anethini ana ℥ j ß. B
Hammoniaci, Galbani, Opopanacis,
Sagapeni ana ℥ ß.
Ceræ novæ ℥ xx.
Croci ʒ ij.
Terebinthinæ ℥ ij.

Gummi reſolvantur in vino optimo, & conficiantur ſecundum artem. * Maturat apoſtemata, & mollit durities: partim reſolvit, & partim digerit, abſtergitque ſaniem ruptorum apoſtematum, & ſanat phlegmones. C

*Emplaſtrum Diachylon magnum filii Zachariæ.*

℞. Lithargyri mundi, tenuiſſimè triti, & per cribrum excuſſi ℥ xij.
Olei Irini, Chamæmelini, Anethini ana ℥ iix.
Mucilag. ſem. Lini, mucilag. Fœnigræci,
Mucilag. Althçæ, mucilag. Ficuum pinguium,
Mucilag. Paſſularum, ſucci Ireos, ſucci Scillæ,
Oeſypi, Glutinis Alchanach, ſive Ichthyocollæ ana ʒ ij ß. (alii ʒ xij.) D
Terebinthinæ ℥ iij.
Reſinæ pini, Ceræ citrinæ ana ℥ ij.

Fiat emplaſtrum ſecundum artem. * Reſolvit & maturat omnes durities & inflammationes.

*Emplaſtrum Diachylon parvum.*

℞. Lithargyri ℥ vj.
Olei veteris clari ℔ j.
Mucilag. Pſyllii ℥ iv.
Mucilag. ſeminis Hyoſcyami ℥ j ß. E
Mucilag. ſeminis Lini,
Mucilag. rad. Malvæ ana ℥ ij.

Fiat emplaſtrum ſecundum artem. * Tumores calidos digerit & maturat. *Meſues.*

*Diachylon cum gummi Vigonis.*

℞. Rad. Althææ ℔ ß.
Seminis Lini, Fœnigræci ana ℥ j.
Violarum, ſem. Malvæ, ſem. Althææ,
Sem. Cydoniorum ana ℥ ß. F
Sem. Pſyllii ʒ ij.
Rad. Ireos ℥ ij.
Olei Chamæmelini, olei Anethini,
Olei Liliorum, olei Lini, olei Irini,
Pingued. Gallinæ, pingued. Anatis,
Pingued. Anſeris ana ℥ iij.
Olei Amygdal. dulc. Oeſypi humidi,
Succi Glycyrrhizæ ana ʒ x.
Terebinthinæ ℥ j ß.
Sevi vitulini ℔ ß.
Lithargyri auri ʒ x.

Bulliant omnia ſimul baculo agitando, uſque ad conſumptionem mucilaginis. Deinde cum cera alba, quantum ſufficit, fiat ceratum molle, addendo

Sagapeni, Opopanacis, Bdellii mollis, Galbani ana ʒ iij.
Hammoniaci ʒ v.

Diſſoluta in aceto, fiat emplaſtrum ſecundùm artem. * Ad omnia præcedentia multo efficacius eſt.

*Emplaſtrum de Meliloto.*

℞. Meliloti ℥ vj.
Flor. Chamæmeli, Fœnigræci, Baccarū Lauri,
Rad. Althææ, Comarum Abſinthii ana ʒ iij.
Sem. Apii, Cardamomi, Iridis, Cyperi,
Spicæ nardi Ind. Caſſiæ, ſem. Ammi ana ʒ j ß.
Majoranæ ʒ iij.
Hammoniaci ʒ x.
Styracis calamitæ, Bdellii ana ʒ v.
Terebinthinæ ℥ j ß.
Ficuum pinguium N. xij.
Sevi hircini, Reſinæ ana ℥ ij ß.
Ceræ ℥ vj.
Olei Sampſuchini,
Olei Nardini ana quantum ſatis eſt, vel ℥ iij.

Confice ſic: Fit decoctio

Meliloti, Fœnigræci, Chamæmeli ana q. ſ.

Coquantur ad medias: deinde in colaturam immiſſis triturandis ſubtiliſſimè pulverizatis, rurſum coquantur, additis oleis, terebinthina & ſimilibus, gummiq; in aceto diſſolutis: poſtremò addantur radices, & ficus ſimul cocti & benè contuſi. Miſce, & fiat emplaſtrum. * Mollit duritiem omnem ventriculi, hepatis, lienis, viſcerum, & reliquorum. Dolorem item vehementer ſedat, hypochondriaque tenſa ſanat. *Meſues.*

*Diameliton Andromachi.*

℞. Nardi Gallicæ, Cyperi, Iridis, Myrrhæ ana ʒ iix.
Croci ℥ ß.
Meliloti ʒ xxv.
Hammoniaci, Terebinthinæ ana ʒ l.
Ceræ ʒ c.
Olei Cyprini ℥ vj.
Aceti quantum ſufficit.

Fiat emplaſtrum. *Eadem quæ præcedens poteſt. *Galenus.*

*Emplaſtrum nervinum Vigonis.*

℞. Olei Chamomillæ, olei Roſarum ana ℥ ij.
Ol. Maſtichini, ol. Terebinth. ol. Lini ana ℥ j ß.
Terebinthinæ claræ ℥ iv.
Sevi Vituli caſtrati, ſevi Hircini ana ℥ ij ß.
Roriſmarini, Betonicæ, Caudæ equinæ,
Centaureæ ana M. j.
Vermium terreſtrium lotorum & purgatorum in vino ℥ iij.

Coquantur ſimul in vino, addendo

Rad. rub. tinctorum ʒ x.
Fol. Hypericonis, ſem. Hypericonis ana M. j.
Maſticis triti, Gummi elemi ana ʒ x.
Picis navalis, Reſinæ ana ℥ j ß.

Sagapeni,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0510-7

Sagapeni, Galbani, Hammoniaci ana ℥ iij. A
Diſſolutis gummi in aceto, cum cyatho uno vini odoriferi aliquantulum contundantur, poſtea decoquantur, & exprimantur: cui expreſſioni addantur

Lithargyri auri, Lithargyri argenti ana ℥ ij ß.
Minii ℥ ij.

Iterum bulliant, imprimis lento igne, baculo agitando; ignem deinde vigorando, bulliant donec acquirat colorem ſubnigrum, quo facto cum cera nova ſufficiente fiat emplaſtrum in B bona forma. *Emollit, digerit, reſolvit, nervoſarum partium malis comprimis utile. Modus compoſitionis eſt, ut herbæ, rad. rubiæ, & vermes terreſtres coquantur in ſ.q. vini odoriferi, & oleorum ad vini conſumptionem: expreſſio adjiciatur Terebinthina, ſevum, maſtiche per ſe trita & gummi diluti aceto: tum coquuntur ad juſtam conſiſtentiam, addendo ceram ſufficientē, & ſub finem decoctionis, addenda lithargyrus, & minium. C

*Emplaſtrum ceroneum.*

℞. Picis navalis bene colatæ,
Ceræ ana ℥ j. ʒ iij.
Sagapeni ℥ ij.
Hammoniaci, Terebinthinæ, Colophoniæ,
Croci ana ℥ j. ʒ iij.
Aloës, Thuris, Myrrhæ ana ℥ j.
Opopanacis, Styracis calamitæ, Galbani,
Maſticis, Aluminis, Fœnigræci ana ʒ vj.
Fæcis Styracis liquidæ, Bdellii ana ʒ iij. D
Lithargyri ʒ j ß.

Confice ſic: Sagapenum, galbanum, opopanacum, hammoniacum, gummi aliquantulum tuſa cum vino temperentur, deinde ad mediæ partis vini conſumptionem bulliant: & vaſe ſtanneo poſito ſuper ignem, cùm inceperit bullire, pix navalis bene colata addatur, & cum ſpatula bene agitetur, donec liqueſiat: liquefacta pice, addatur cera, & ea liquefacta ponatur colophonia: E tum ſtyrax cum piſtillo calido trita fruſtatim imponatur: poſtea maſtiche & olibanum, deinde myrrha cum bdellio: & intervallo facto ponatur terebinthina, & conſequenter alumen & lithargyrum, & ad ultimum fœnum græcum. Et cùm decoctum fuerit, fundatur ſupra aquam tepidam, & ab aqua extracto, manibus exprimatur, donec tota aqua inde exeat: deinde pulvis aloës ſuper marmor inunctum cum oleo laurino malaxetur: poſtremùm croco pulverizato, & F inunctis manibus cum eodē oleo laurino magdaleones informentur. Durat quinquennium. Emplaſtrum hoc à cera dictum eſt. * Valet præcipuè ad omnem dolorem ſpatularum & pectoris ex frigiditate: frigidos humores ſolvit: ſplenem remollit: valet ad hydropem ex cauſa frigida hepatis: de eadem cauſa matricis frigiditati ſuperpoſitum multùm reſiſtit. *Nicolaus.*

*Emplaſtrum oxycroceum, commune.*

℞. Croci, Picis, Colophoniæ, Ceræ ana ℥ iv.
Terebinthinæ, Galbani, Hammoniaci, Myrrhæ, Thuris, Maſticis ana ℥ j. ʒ iij.

Galbanum & hammoniacum in aceti ſufficienti quantitate diſſolvantur: coque dum diſſoluta ſint: cola, & rurſum coque, donec acetum in vaporem evanuerit: tunc adde picem, ceram, terebinthinā liquata, deinde maſtiches, thuris, myrrhę pulverem tenuiſſimum, continenter miſcendo, donec percocta ſint ad cerati craſſitiem. Infunde in aquam frigidam, exime, preme, & in tabula marmorea oleo laurino inuncta extende: poſtremò crocum in tenuiſſimum pulverem redactum admiſce, & fiat emplaſtrum. * Prodeſt oſſibus fractis, item partibus, quæ dolore aliquo affliguntur, duritiem deniq; omnem emollit & diſcutit. *Nicolaus.*

*Oxicroceum Vigonis.*

℞. Olei myrtini, Olei Roſarum, Ol. Omphacini ana ℔ j ß.
Succi rad. Althææ ℔ ij.
Rad. & fol. Fraxini, rad. & fol. Conſolidæ minoris, fol. Myrti ana M. j.

Omnia prius aliquantulum contuſa, bulliant in vino nigro quantum ſufficit ad conſumptionem medietatis, cum Myrrhæ, Thuris ana ℥ ß.
Deinde fortiter colētur: cujus colaturę addantur

Sevi hircini ℔ ß.
Terebinthinæ ℥ ij.
Maſticis ℥ j.

Iterum cum prædictis oleis bulliant ad conſumptionē decoctionis: poſtmodū colentur, addēdo

Lithargyri auri, Lithargyri argenti ana ℥ iij.
Boli Armeni, Terræ ſigillatæ ana ℥ ij.
Minii ʒ x.

Coquantur lento igne, & cum cera nova ſufficiente, ſemper baculo agitando, fiat emplaſtrū.
Ad prædicta efficacius.

*Emplaſtrum Apoſtolicon.*

℞. Lythargyri ℥ xv. (alii ℥ vj.)
Ceræ fulvæ, Colophoniæ ana ℥ ij.
Propoleos, Viſci quercini glutinis ana ℥ j.
Hammoniaci, Lapidis calaminaris, Thuris ana ʒ vj.
Maſticis, Mumiæ ana ℥ j ß.
Terebinthinæ, Bdellii, Galbani, Myrrhæ,
Æris uſti, Squamæ æris, Viridis æris,
Sarcocollæ, Dictamni Cretici,
Ariſtolochiæ rotundæ, Opopanacis ana ℥ j.
Olei veteris q.ſ.

Vini quantum galbano, hammoniaco & opopanaco diſſolvendis ſatis fuerit. Confice ſecundum artem & diligenter emplaſtrum. * Valet ad dolores cervicis potiſſimùm & renum: ſagittas & ſurculos corpori infixos extrahit. *Nicolaus.*

*Emplaſtrum Apoſtolicon, aliud.*

℞. Lythargyri ʒ xviij.
Ceræ rubeæ, Colophoniæ ana ʒ vj.
Propoleos, Viſci quercini ana ʒ iij.
Hammoniaci, Lapidis calaminaris, Thuris ana ʒ ij.
Maſticis, Mumiæ ana ʒ j ß.
Terebinthinæ, Galbani, Bdellii, Myrrhæ,

Æris uſti, Sarcocollæ, Squamæ æris,
Opopanacis, Dictamni Cretici,
Ariſtolochiæ, Æris viridis ana ℥ j.
Olei veteris q. ſ. vel ℥ vj.

* Ad omnia vulnera recentia ſive antiqua, & ad nervos præciſos, vel muſculos, ad puncturas vel morſum terreſtrium animalium vel maritimorũ peculiariter congruit, educit ab eis humores & putredines intime immerſas, & concavitates earum pura carne replet: repletisq; cicatricẽ absq; detrimẽto inducit: ſagittas, calamos, & ſimilia altiùs mẽbris infixa, ſine dolore extrahit. *Nicolaus.*

*Emplaſtrum de Rhabarbaro.*

℞. Rhabarbari electi ℥ ß.
Aloës hepaticæ ℥ j.
Lixivii fortis ℔ j.
Saponis Veneti ℔ ß. Ceræ ℥ ij.

Decoquantur ad duritiem juſtam. *Commendatur ad duros tumores, & tophos, præſertim in morbo Gallico. *Joan. Manardus.*

*Emplaſtrum ex Alliis.*

℞. Ceræ ℔ ij.
Picis Græcæ, Medullæ cervinæ ana ℥ vj.
Nitri albi ℥ iix.
Olei ℔ iv.
Allia N. xx.

Allia mundata coque oleo, & his colatis adde ceram, poſtremò nitrum benè pulveratũ: fiat emplaſtrum. * Vim attractoriam habet: facit ad omnem duritiem, abſceſſus, furunculos, ſtrumas, inguinum tumores, fiſtulas, impetigines humidas, ac mammas induratas. *Aëtius.*

*Emplaſtrum Gratia Dei.*

℞. Terebinthinæ ℔ ß. Reſinæ ℔ j.
Ceræ albæ ℥ iv.
Maſticis ℥ j.
Verbenæ, Betonicæ, Pimpinellæ ana M. j.

Fiat decoctio herbarum in vino albo generoſo ad conſumptionem tertiæ partis. Colaturæ diſſolve ceram, reſinam, maſticem. Bulliant, donec incorporentur, & agitentur. Tunc ab igne deponantur, & terebinthina injiciatur, agitando cum ſpathula, & fiat emplaſtrum. *Nicolaus.*

*Emplaſtrum filii Zachariæ, ſecundùm Meſuem.*

℞. Ceræ flavæ, Medullæ cruris vaccæ, Adipis anatis, Adipis gallinæ, Mucilag. ſem. Lini ana ℔ j.
Olei Lini q. ſ. eſt.

Fiat emplaſtrum. Si autem valentius facere volueris, adde
Mucilag. Althęæ, mucilag. Fœnigręci ana part. æqual.
Olei Leucoji (pro oleo lini) quantum ſufficit.

Adhuc valentius reddetur, ſi addantur
Mucilag. Oeſypi, Ichthyocollæ ana q. ſ.

* Juncturarum tophos, ac nodos duros emollit, diſſolvit, & craſſa lentaq; pulmonis & thoracis excrementa, ad ejectionem per ſputum magis habilia reddit.

A *Emplaſtrum de Adipibus.*

℞. Adipis Agni, adip. Porci, adip. Urſi,
Adip. Vituli, adip. Cervi, adip. Hirci,
Adip. Aſini ſylveſt. adip. Anatis, adip. Gallinæ,
Adip. Vulturis ana ℥ ß.
Olei Seſamini, Olei de Kerva, Olei Lentiſcini,
Medullæ cruris vaccini,
Olei amygdal. amar. Ceræ albæ ana ℥ ß.
Ceræ rubræ, Butyri vaccini ana ℔ j.

Liquefiat, coletur, & adminiſtretur. * Emollit &
B dolorem levat. *Galenus.*

*Emplaſtrum Macedonicum.*

℞. Picis navalis ℥ j.
Adipis ſuilli, expurgati ℥ v.
Adipis Taurini, Oeſypi ana ℥ ij.
Reſinæ pini ℥ v.

Liquefiant ſimul, & addantur ceræ ℥ iij. * Confert furunculis. *Aëtius.*

C

## DE EMPLASTRIS abſtergentibus.

*Emplaſtrum de tribus farinis.*

℞. Farinæ Fabarum, Orobi, Hordei ana ℔ ij.
Coque lento igne, & adde
Oxymellis ſimplicis q. ſ.
Fiat emplaſtrum. *Avicenna.*

*Emplaſtrum de quinque farinis.*

℞. Farinæ Fabarum, Orobi, Ciceris, Lupinorum, Hordei ana partes æquales,
D Lixivii, Oxymellis ſimplicis ana quantum ſufficit.
Miſce, & fiat emplaſtrum. *Avicenna.*

*Barbarum parvum.*

℞. Picis nigræ, Ceræ, Reſinæ pini,
Picis Græcæ, Bituminis ana ℔ j.
Lithargyri ʒ x.
Ceruſſæ, Æruginis ana ʒ v.
Opopanacis ʒ iij.
E Olei ʒ ix.

Terenda contundantur in mortario cum aceto forti: reliqua liquentur: miſce, coque, quouſque non amplius manus inquinet. Si voles ſedando dolori aptius reddere, adde
Succi Hyoſcyami, Opii ana ʒ ß.

* Ad recentia vulnera, ſinus, canum hominumq; morſus, condylomata inflammata, ad articulorum vitia in principio, & podagrã valet. *Galenus.*

*Barbarum magnum.*

F ℞. Picis ℔ iix.
Ceræ ℔ vj. ℥ iix.
Reſinæ pini ℔ v. ℥ iv.
Bituminis ℔ iv.
Olei ℔ j. ℥ vj.
Lithargyri, Ceruſſæ, Æruginis ana ℥ iij.
Thuris ℥ vj.
Aluminis liquidi ℥ j ß.
Aluminis ſciſſilis ℥ iv.
Opopanacis, Squamæ æris, Galbani ana ʒ xiß.
Aloës, Opii, Myrrhæ ana ℥ ß.
Succi Mandragoræ ʒ vj.

Terebinthinæ ℔ ij.
Aceti ℔ v.

Confice, ut in parvo dictum eſt. * Ejuſdem cum ſuperiori efficaciæ. Hoc autem ad maxima vulnera adhibetur, ut præcedens ad minora. *Galen.*

### *Iſis.*

℞. Ceræ ʒ c.
Terebinthinæ ʒ cc.
Squamæ æris, Æruginis, Ariſtoloch. Thuris,
Salis hammoniaci, Hammoniaci, Æris uſti ana ʒ iix.
Aluminis uſti ʒ vj.
Myrrhæ, Aloës, Galbani ana ʒ xij.
Olei veteris ℥ x.

Coque ut ſuprà: deinde ſubige manibus aceto forti lotis: fiant magdaliæ, quas in aceto repones diebus decem. Alii addūt radicis draconti ʒ iix. *Capiti accommodatum eſt, ad chironia ulcera & curatu difficilia: eſt item cruentis idoneum. *Galenus.*

### *Emplaſtrum album, ſive è Ceruſſa.*

℞. Ceruſſæ ℔ j ß.
Olei Roſati ℔ ij.
Ceræ candidæ ℥ iv.

Cera in oleo liquata, adde ceruſſam tenuiſſimè levigatam & ſemper agitando coquantur, donec nigreſcant. *Sanat ambuſta, eryſipelata, ſcabiem ſiccam, & ulcera calida.

### *Emplaſtrum de janua.*

℞. Succi Betonicæ, Plantaginis, Apii ana ℔ j.
Ceræ, Picis, Reſinæ, Terebinthinæ ana ℔ ß.

Fiat emplaſtrum. *Meſues.*

### *Emplaſtrum viride.*

℞. Ceræ novæ, Reſinæ, Terebinthinæ ana ℥ iv.
Olibani, Maſticis, Viridis æris ana ʒ iij.

Confice ſecundùm artem.

### *Emplaſtrum divinum.*

℞. Galbani ℥ j. ʒ ij.
Hammoniaci ℥ iij. ʒ iij.
Opopanacis ℥ j.
Lithargyri ℔ j ß.
Ceræ novæ ℥ iix.
Olei olivarum ℔ j ß.
Olibani ℥ j. ʒ j.
Myrrhæ ℥ j. ʒ ij.
Viridis æris ℥ j.
Bdellii ℥ ij.
Ariſtolochiæ,
Maſticis ana ℥ j.
Magnetis ℥ iv.

Miſce omnia ſicut decet, & fiat emplaſtrum. *Nicolaus.*

### *Emplaſtrum Baſilicum majus.*

℞. Ceræ albæ, Reſinæ pineæ,
Sevi vaccini, Picis Græcæ, Picis nigræ,
Terebinthinæ, Olibani, Myrrhæ ana ℥ j.
Olei q. ſ.

Fiat emplaſtrum. *Ulcera phlegmone carentia, præſertim partium nervoſarum, terget, & carne implet. *Meſues.*

A

### *Emplaſtrum Baſilicum minus.*

℞. Ceræ flavæ, Reſinæ pinguis, Picis Græcæ ana ℔ j.

Olei communis q. ſ. fiat emplaſtrum. Alii Terebinthinam addunt, alii verò Terebinthinam picis loco ponunt. *Meſues.*

### *Diadictamnum.*

℞. Olei veteris ℔ ij ß.
Lithargyri ℔ j. ℥ ß.
B Æruginis ℥ j.
Squamæ æris ʒ vj.
Colophoniæ ℥ vj. ʒ ij.
Pollinis thuris ℥ j ß.
Hammoniaci ℥ ij.
Æris uſti ℥ j.
Diphrygis, Gentianæ ana ʒ vj.
Propoleos, Aloës ana ℥ j.
Galbani ℥ j ß.
Ariſtolochiæ rotundæ,
C Dictamni Cretenſis ana ℥ j. ʒ ij.
Ceræ ʒ xxv.

Confice in hunc modū: Lithargyrum cum oleo mixtum coques tantiſper, donec probè coierint, continenter agitando, additis ærugine & ſquama æris, ferveat aliquantulum: exime igni, & dum adhuc bullit, immitte reſinam & hammoniacum in aceto diſſoluta, & eò uſque movebis, donec deferbuerit, tum ceram & æs uſtum immitte. Rurſus coquatur igni, & cùm non inficiet
D manus, exime igni, & adde reliqua tenuiſſimè trita: probè moveto, & confice magdalias. * Facit ad recentia vulnera, nervorum præciſiones, vetera ulcera, & cicatricem ægrè ducentia, abſceſſus, ſtrumas, furunculos, duritias: tela educit, aculeos, oſſa ex capite: & ad cujuslibet virulenti ictus efficax eſt. *Galenus.*

### *Emplaſtrum Aſclepiadis.*

℞. Æris ſquamæ,
E Æruginis raſæ ana ℥ j.
Ceræ ℔ ß.
Reſinæ laricis ℥ ß.

Ea, quæ liquari poſſunt, aridis affunduntur, quibus exceptis, utitor: item platyſma exiguum ſoli affectæ parti, ut ulcus tantùm comprehendat, injicito. Cæterùm ambientes partes pharmaco, quod phlegmonem arceat, circundare oportet. * Ad Chironia, & curatu difficilia ulcera accommodatum eſt. *Galenus.*

F

### *Aliud Andromachi, ad ulcera maligna.*

℞. Chryſocollæ,
Squamæ æris ana ʒ ij.
Ceræ ʒ vj.
Diphrygis ʒ ij.
Squamæ argenti ℥ j.
Olei roſacei vel myrtini parum.

Miſce, & fiat emplaſtrum ſecūdùm artem. *Galen.*

### *Aliud, ejuſdem.*

℞. Diphrygis ʒ xiv.
Spumæ argenti ʒ xl.

Aceti

Ceræ ʒ liij.
Olei myrtini ℥ x.
Miſce, & fiat emplaſtrum ſecundùm artem. *Ad eadem valet.

*Melinum Serapionis.*

℞. Spumæ Argenti denar. c.
Guttæ Ammoniaci denar. xxiix.
Ceræ denar. lvj.
Æruginis Cypriæ denar. ix.
Myrrhæ denar. j.
Colophoniæ denar. lvj.
Galbani denar. ix.
Olei cyathos iij.

Argenti ſpumam, ac oleum coquito, cùm inalterata ſunt, ammoniacum, deinde ceram: poſtquã depoſueris cacabum, galbanum, æruginem, & reliqua addito, atq; molliter incoquito. *Valet ad ulcera, & ad reſolvendum, pugilibus utiliſſimum. *Galenus.*

*Emplaſtrum Diabotamum, Critonis.*

℞. Anagallidis cæruleum florem habentis,
Papaveris erratici, Marrubii, Alterci ana denar. lvj.

Hæc in pilam conjecta teruntur, quouſq; contuſa ſint ac diſſoluta duntaxat, ne eorum ſuccus abſumatur: poſtea injecta in mortarium terantur: in alio autem mortario habentur
Squamæ æris rubri denar. xxvj.
Mannæ denar. iix. alii xx.
Reſinæ pityinæ ſiccæ,
Aloës ana denar. xvj.
Aluminis ſciſſi,
Aluminis rot. ana denar. iv.

Hæc in Sole lævigantur, ut ſordium craſſitudinem cum aceto habeant. Deinde herbæ miſtæ, donec probè coëant, teruntur: poſtea ceratum facito, addendo
Ceræ Chiæ denar. c. al. min. j.
Olei veteris hem. ij.

Radito, & miſceto. *Facit ad carcinomata, ſtrumas, putredines: ad ſuppurationem perducit & exprimit: lepras amovet, furûculos ſolvit, podagricis prodeſt, calloſas durities emollit, &c. *Gal.*

*Emplaſtrum ex Scilla, Critonis.*

℞. Chalcitidis,
Ariſtol. rot. ana denar. xxx. alii xv.
Iridis denar. xxx. alii xv.
Ammoniaci, Myrrhæ, Styracis,
Squamæ æris rubri ana denar. xv.
Scillæ toſtæ denar. ciix. alii xx.

Aceto acerrimo diebus 40. terito, quando caniculæ ſidus oritur. Squama primùm & ſtyrax, paulatim ex utroq; deinde gutta Ammoniaci, & æs, & ſcilla injiciuntur, ut elaborentur, paulò pòſt reſina: inde myrrha. Cùm levia facta fuerint, reliqua ſicca miſcentur. Expletis autem diebus, ejuſmodi ceratum facito:
℞. Ceræ denar. v. alii denar. ccxl.
Terebinthinæ ℔ j. alii pondo xxx.
Olei ſext. ij ß. alii hem. vj.
Galbani,

A Picis liquidæ ana denar. xxx.
Poſtremò galbanum indito, deinde ubi refrigeraveris, curioſè excipito. *Syncero medicamine utitor, in capitis fracturis, fiſtulis, nomis, & excreſcentiis: item ad ora venarum adaperta, & hypophoram, id eſt, ulcus dehiſcens. *Galenus.*

*Fuſca Aegyptia, Andromachi.*

℞. Spumæ argenti ʒ xliv.
B Ricini hem. vj.
Ceræ ʒ cxliv.
Guttæ Ammoniaci ʒ lxxij.
Terebinthinæ ʒ xxxvj.
Lanarum combuſtarum ʒ xiix.
Squamæ ſtomomatis,
Squamæ æris, Ariſtolochiæ,
Thuris ana ℥ j.
Myrrhæ ʒ ß.
Opopanacis ʒ ij.
Aquæ marinæ ʒ l. alii iix. ad ceram conſpergendam.
C *Facit ad nomas, gangrænas, ulcera vetera & maligna. *Galenus.*

*Emplaſtrum de ſtercore canis.*

℞. Stercoris canis comedentis oſſa, triti ʒ iv.
Farinæ lentium ℥ ij.
Farinæ Fabarum ℥ j.
Terræ ſigillatæ,
Boli armeni ana ℥ j ß.
Ceruſſæ, Lithargyri ana ʒ x.

D Cum lacte caprino vel vaccino, in quo extinctũ ſit ferrum ignitum, fiat emplaſtrum. *Valet in ulceribus fraudulentis. *Joan. de Vigo.*

*Emplaſtrum Chalcanthinum, noſtrum.*

℞. Colophoniæ ℥ j.
Thuris, Myrrhæ ana ʒ ij ß.
Maſticis ʒ ij.
Terebinthinæ lotæ ℥ ß.
Ceræ q. ſ. Olei vitrioli ʒ ß.
Olei Mal. aureorum ℥ ß.

E Fiat emplaſtrum. *Ulcera ſordida, antiqua, & curatu difficilia perſanat.

*Emplaſtrum ſulphuratum, noſtrum.*

℞. Colophoniæ ℥ j.
Maſticis ʒ j.
Thuris, Myrrhæ ana ʒ j ß.
Terebinthinæ lotæ ℥ ß.
Aluminis uſti ʒ ß.
Olei hyoſcyami ℥ ß.
F Olei ſulphuris per campanam deſtillati ℥ j.
Ceræ q. ſ.

Fiat emplaſtrum. *Omnis generis maligna ulcera quàm breviſſimè curat.

*Panacea Heræ.*

℞. Chamæpityos, Symphyti,
Chamæleontis ana ℥ ß.
Marrubii ʒ iv. alii ʒ vj.
Polii,
Centaurii minoris ana ʒ vj.
Helenii, Ariſtolochiæ ana ℥ ß.
Thuris ʒ xij ß. Myrrhæ ʒ iij.

Aloës

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0514-9
DFG

Aloës ʒ vj.
Galbani ʒ vj. ob.ß.
Olei ʒ clxxx.
Mellis ʒ xxx.
Propoleos ʒ xij ß.
Aluminis ſiſſi ʒ vj. ob.ß.
Chalcitidis, Terebinthinæ ana ʒ vj.ob.ß.
Bituminis,
Terræ ampelitidis, Spumæ argenti ana ʒ l.
Galliæ,
Pulveris Iridis ana ʒ iij.

Contuſæ pridie herbæ, rad. oleo immittuntur per noctem, mane argenti ſpuma, ampelitis, bitumen injicitur, ſupra ignem levem incoquuntur, ubi ſpiſſitudinem adepta fuerint, olla ab igne tollitur. Sint autem in alio vaſe mel. reſina, galbanum, propolis colliquata, quæ oportet ſimul commiſcere, in ollam fundendo, deinde arida, quibus cum medicamen coquitur, donec non coinquinet. Rurſus ab igne depoſito myrrha lævis facta, & thus inſpergitur. Eſt autem advertendum, ne quando efferveſcat, & quãtum fieri poteſt in amplo ſpatio coquatur. Difficulter enim reſtingui poteſt, ſi quid attingat. *Valet ad omnem paſſionem, & malignitatem. Siſtit autem nomas, neque cruentas facit, neq; circumpoſitis partibus duritiem conciliat: rumpit ac tabefacit omne corruptum, ut nihil à liquida ſtaphide differat: cohibet ſanguinis eruptionem, tum etiam, quę per hęmorrhoidas fieri ſolet, myrteo dilutũ. Item hæmorrhoidas ipſas tabefacit, & cõſumit: inſuper fiſtulis medetur, & carbunculis: ſanat ægylopas, & chironia ulcera, &c. *Galenus.*

## DE EMPLASTRIS diſcutientibus.

### *Emplaſtrum ad Hydropem.*

℞. Stercoris columbini aceto macerati ℔ j.
Sulphuris vivi ℥ j.
Nitri ℥ ß.
Pul. Rad. Enulæ, pul. Baccarum lauri,
Pul. Anethi, pul. flor. Chamomillæ ana ʒ vj.
Sem. Naſturtii ʒ ij.

Decoquãtur omnia in vino ad ſpiſſitudinẽ, adde
Mellis ℥ ij.
Terebinthinæ ℥ j ß.
*Succi Ebuli* ℥ ij.
*Succi Iridis* ℥ j.
Farinæ fabarum ℥ j ß.
Fiat emplaſtrum.

* Celebre & valde probatum medicamentum eſt in Hydrope. *Medici Patavini.*

## DE EMPLASTRIS CONſolidantib. & glutinantibus.

### *Emplaſtrum de Minio Vigonis.*

℞. Olei roſati odorati ℔ j ß.
Olei myrtini, Unguenti populeonis ana ℥ iv.
Pinguedinis gallinæ ℥ ij.
Sevi caſtrati, Sevi vaccini ana ℔ ß.
Pingued. porcinæ ℥ vij.
A Lithargyri auri, Lithargyri argenti ana ℥ vj ß.
Ceruſſæ ℥ iv.
Minii ℥ iij.
Terebinthinæ ℥ x.
Ceræ q.ſ.

Fiat emplaſtrum ſecundùm artem, tendens ad nigredinem. * Vulnera, & ulcera antiqua, & maligna potenter curat.

### *Aliud, Nicolai Maſſæ.*

B ℞. Minii ℔ ij.
Olei roſacei ℥ xx.
Picis navalis ℥ iv.

Bulliant omnia ſimul, donec per cocturam redigantur ad formam Cerati: deinde adde
Terebinthinæ ℥ ij.

Miſce poſtea ſic: Calidũ projice in ſitulam aquæ frigidæ, & dimitte refrigerari, poſtea manibus ducatur ad optimam permiſtionem. * *Ad vulnera pectoris penetrantia, & ad ulcera quàm plu-*
C *rima antiqua, & difficilis conſolidationis valet.*

### *Emplaſtrum diapharmacum.*

℞. Lithargyri ſubtiliſſimè triti, Aceti vini ana ℔ j.
Olei veteris ℔ ij.

Fiat ſecundùm artem emplaſtrum. * Facit naſci carnem in vulneribus, & conſolidat ea. *Meſues.*

### *Emplaſtrum contra ramicem, ſive rupturam.*

D ℞. Picis navalis, Aloës ana ℥ iij.
Lithargyri, Ceræ rubræ, Colophoniæ,
Galbani, Ammoniaci ana ℥ ij.
Viſci quercini,
Gypſi, Ariſtolochiæ longæ, rotundæ,
Myrrhæ, Thuris ana ℥ vj.
Terebinthinæ ℥ ij.
Vermium terreſtrium,
Gallarum ana ℥ iv.
Conſolidæ utriusque,
E Boli Armeni ana ℥ ß.
Sanguinis draconis ℔ j.

Confice ſic. *Primò ponatur viſcus quercinus:* & dimittatur diũ bullire in aqua decoctionis pellis arietinæ, ſicut removetur ab ariete: quæ debet decoqui per diem & noctem. Poſtea deponatur ab igne, & ponatur terebinthina, lithargyrum & colophonia: poſtea maſtix, thus, vermes, myrrha & galbanum, & ammoniacum: pauló pòſt cõſolida major & minor, gypſus & bolus Arme-
F nus. Poſtea ſuper ignẽ ponatur, & ponatur ſanguis draconis, (alii, ſanguis humanus:) conſequenter ariſtolochia longa & rotunda, & ad ultimum aloë, & ſemper agitari debet ſine intermiſſione fortiter cũ ſpatula. Signũ decoctionis eſt, quando digitis nõ adhæret. Poſtea ponantur ſuper marmor unctũ oleo violato, & manibus malaxentur: poſtea teratur iterum in mortario aſſiduè per duos vel tres dies: deinde uſui reſerva.

### *Aliud, ex pelle arietina dictum.*

℞. Lithargyri, lapidis Hæmatitis,
Sanguinis draconis, Boli Armeni, Opii,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0515-5
DFG

Maſticis,Hammoniaci,Mumiæ,Galbani,
Thuris,Coſti,Lumbricorum ana ℥ ß.
Picis nigræ, Picis Græcæ, Ceræ albæ, rubræ ana ℥ j.
Rad.Conſolidæ majoris,minoris ana ℥ iij.
Roſarum rubrarũ, Myrrhæ, Aloës ana G.xiix.
Succi Hypociſtidis ℥ vj.
Gallarum immaturarum,Balauſtiorum,
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥ vj.
Viſci quercini,Terebinthinæ ana ℥ ij.
Sanguinis hominis rufi ℥ iix.

Fit autem in hunc modum. Pellem arietinam integram cum omnibus pilis coques in aqua, donec ferè omninò diſſoluta ſit in lentorem quendam: quem colabis. Hujus colaturæ ſume ℔ j. immitte in vas novum, in quo viſcus liquabis igni lento, rudicula ſemper agitando: injice deinde lumbricos, poſtea ceram, terebinthinam, & maſticem: his liquatis, adde gummi aceto diſſoluta: & coque ad cerati craſſitiem: poſtremò injice, quæ terenda ſunt, probè trita: probè miſce-
C to, & confice magdaliis. * Magnæ eſt efficaciæ in rupturis. *Arnoldus Villanovanus.*

*Aliud ad rupturam.*

℞. Ceræ novæ ℔ j.
Reſinæ,Colophoniæ,Olei ovorum,
Picis navalis ana ℥ iv.
Terebinthinæ ℥ ij.
Rad.Nenupharis,
Flor.Nenupharis ana ℥ j.
Rad. Conſolidæ majoris ℥ ij.
Nucum Cypreſſi ℥ j.
Gallarum ℥ ij.
Boli Armeni ℥ j.
Cort. Thuris ℥ j.
Aloes ℥ ij.
Lapidis hæmatitis ℥ j.
Lithargyri utriusque,
Maſticis,Myrrhæ,Mumiæ,
Carabæ, Balauſtiorum, Vermium terreſtrium combuſtorum, Roſarum rubrarum añ ℥ ß. E
Galbani,Ammoniaci ana ℥ vj.

Diſſolve gummi cum aceto, & fiat emplaſtrum. Præparandi autem modus & ordo ita habet. Habeas ad manum tres patellas, unam maximam, & reliquas duas minores. In maxima patella ſuper ignem mediocrem colliqua ſimul cerã fruſtulatim conſciſſam aut fractam, pariter & reſinam & colophoniam. Deinde in ſecunda patella liqua picem, quam exinde colatam adde prædictis, ad patellam nempe maximam. In tertia F
verò patella diſſolve cum aceto galbanũ & ammoniacũ, & ſuper ignem admodum valdè lentum eliqua, ne vel minimam ſupercalfactionem aut aduſtionem ſentiant, & cola. Deinde & hæc quoq; ſupradictis ſimul omnibus affunde, videlicet, quando illa, quæ ſunt in patella maxima, quodammodo refrixerint, diligẽter ſpatula circumagendo, & affunde ſimul ac terebinthinã & oleum ex vitellis ovorum: & illicò pòſt, reliqua omnia in tenuiſſimum pulverem lævigata cautiſſimè & diligentiſſime cõtinuò ſpatha agitan-

A do, donec emplaſtri formam acquirat. Poſtremò totum illud ſimul aggregatũ projice ſuper marmor, manibusq; oleo vel aqua infectis & humectatis, malaxando fac magdalęones teretes, &c. Et, ſi vis, eſto tibi hic modus ceu norma formandi emplaſtra conſimilia, ut oxycroceum, diachylon, emplaſtrum gryſeum, &c. Unum tamen adhuc notãdum eſt, Galbanum, quòd illius tertiam partem ampliùs accipere debes, quàm pondus præſcriptum habet, propter ſordes, quæ ei ple-
B runque inſunt, quæ in colatura retro manere debent, nec tamẽ decedat quicquam ponderi præſcripto, verbi gratia: in hac recepta habes galbani ℥ vj. tu modò recipe drachmas novem. Similiter & ammoniaci paulò plus quàm pro præſcripto pondere accipies, prout plus minúsve impurum fuerit. ℞. igitur hoc loco, Ammoniaci ℥ vij. aut circiter. *Ex diſpenſatorio Colonienſi.*

*Emplaſtrum Diachalciteos, Palmeum unguentum dictum.*

℞. Axungiæ porci veteris, à membranis per liquationem & colationem purgatæ ℔ ij.
Olei veteris, Lithargyri triti & creti ana ℔ iij.
Chalcitidis uſtæ ℥ iv.

Coque igni, & move rudicula, ex ramo palmæ recentiſſimo confecta: cum ferè excoctum erit, adde tenerorum palmæ ramorum minutim inciſorum, & nodulo ligatorum M.iv. Coque ad cerati craſſitiem. Uſus ejus eſt, liquari cum variis
D rebus, pro Medici inſtituto. * Ad vulnera cruenta, tumores peſtilẽtes, & exituras, uſta, rupta, contuſa, & inde nata ecchymomata. *Galenus.*

*Oxelæum.*

℞. Lithargyri argenti ℔ j.
Olei veteris, Aceti optimi ana ℔ ij.

Lithargyros leviſſime terendus eſt, & reliqua diligenter movenda in mortario lapideo, deinde coquenda lento igne, donec cerati craſſitiem adipiſcantur. Componitur etiam ex olei & aceti
E ℔ ij ß. vel ex ſingulorum ℔ iij. tunc enim nigrius eſt, & valentius. * Exiccat: fiſtulas, quę nondum callum durum habent, curat: vulnera cruenta glutinat. *Galenus.*

*Oenelæum.*

℞. Lithargyri argenti ℔ j.
Olei clari, Vini albi optimi ana ℔ ij.

Coque, & confice, ut ſuprà. * Exiccat: proinde in rheumaticis diſpoſitionibus utile eſt, & cruenta vulnera ſanat. *Galenus.*

*Emplaſtrum nigrum, vulgò* Stichpflaſter.

℞. Olei roſarum ℥ vij.
Colophoniæ, Reſinæ, Picis navalis,
Ceræ albæ, Vitrioli Romani, Ceruſſæ,
Olibani, Myrrhæ ana ℥ iix.
Maſticis ℥ j.
Olei ovorum ℥ ij.
Olei de ſpica ℥ j.
Olei juniperi ex granis ℥ iv.
Mumiæ ℥ ij.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0516-1

Terræ ſigillatæ, ſang. Draconis ana ℥ j.
Vitrioli albi, Coralli rub. ana ℥ ij.
Axungiæ ardeæ ℥ j.
Axungiæ thymalli ℥ iij.
Lap. magnetis præparati ℥ ij.
Lumbricorum præparatorum,
Caphuræ ana ℥ j.

Fiat emplaſtrum ſecundùm artem. *Valdè efficax ad recentia vulnera, & puncturas, unde denominationem etiam habet. *Auguſtani.*

*Emplaſtrum ex ſalicibus.*

℞. Miſyos, Chalcitidis, Æruginis, Ceruſſæ, Gallæ,
Aluminis ſciſſi, ℥ iv.
Cretæ ſutoriæ, ſeu melanteriæ ana ℥ vj.
Ceræ, Reſinæ pityinæ, Picis,
Bituminis, fol. Salicis ana ℥ ij.
Olei hem. iv. al. ij. ℥ iv.
Chalcanthi,
Malicorii ana ℥ vj.
Aceti ſext. vj.

Salices ex aceto incoquantur, donec relicti fuerint ſextarii duo. Deinde æruginis, ceruſſæ, & cretæ ſutoriæ prius tritis folia immittito, ſimulq; ad lævorem terito, deinde ſicca lævigato, rurſusq; exprimito, poſtea liquefacta ſuperinfundito. *Prodeſt cruentis ulceribus impoſitum, articulis ſolutis, fiſtulis inditum, flaccidis carnibus humidisq;, præſertim quæ in extremis partibus extant. Valet item ad eryſipelata, aliosq; plurimos affectus. *Galenus.*

*Emplaſtrum Venatorum.*

℞. Spumæ argenti, Olei veteris, Squamæ æris rubri,
Ceræ, Reſinæ frictæ ana min. j.
Guttæ Ammoniaci trientem,
Galbani, Minii ſynopici ana ℥ ij.

Argenti ſpumam, ſquamam, & oleum ad ſpiſſitudinem uſq; incoquito, deinde ceram ac reſinam injicito. Cùm liquata fuerint, ab igne tollito, & ammoniacum dilatatum immittito. Ubi refrixerint, galbanum & ammoniacum indito, ſynopicum inſpergens, ac in mortarium defuſis, mollitisq; utitor. *Facit ad quadrupedum ictus, & ad reliqua venenata. *Galenus.*

*Emplaſtrum Tarentini.*

℞. Squamæ æris,
Mannæ ℥ ß.
*Aluminis ſciſſi, Miſyos ana ʒ ij.*

Trita ex aceto in paſtillos digerito, qui ſinguli pendeant ʒ ij. & reponito. Cùm uſus poſcit, ceræ ℥ ß. alias ʒ xl. reſinæ pityinæ ʒ ij. ſevi taurini ℥ ß, liquata refrigerari ſinito, paſtilloq; miſceto. *Utitor ad vulnera tanquam glutinatorio, & quod inflammationem arceat. *Galenus.*

*Aegyptia Andromachi.*

℞. Argenti ſpumæ, Ceræ ana ℥ cxliv.
Guttæ Ammoniaci ʒ lxxij.
Terebinthinæ ʒ xxxvj.
Lanæ ſuccidæ combuſtæ ʒ xij. alii xiix.
Squamæ æris,

A Squamæ ſtomomatis, Thuris,
Ariſtoloch. rotundæ ana ℥ j.
Olei ricinini hem. iij.

Argenti ſpuma, & oleum incoquuntur, ac ubi mutata fuerint, cera, reſinaq; adjicitur: cùm non inquinant, ammoniacum inde dilatando, & tùm lanas ſuccidas, ac reliqua. *Valet ad nervorum vulnera cruenta: facit ad nervos muſculosq; præciſos: item ad puncturas, contuſiones, attritus, artus fractos, &c. *Galenus.*

B *Aegyptium Philoxeni.*

℞. Argenti ſpumæ, Ceræ ana ʒ clx.
Guttæ Ammoniaci ʒ lxxx.
Propoleos ʒ xl.
Reſinæ ſiccæ, Terebinthinæ,
*Squamæ æris, Thuris ana ʒ xvj. alii xiix.*
*Lanæ ſuccidæ, Squamæ ſtomomatis ana ℥ j.*
Opopanacis ℥ ß.
Ricinini hem. iij.

Omnia incoquantur, fiatq; emplaſtrum. *Valet
C ad prædicta vitia. *Idem.*

*Emplaſtrum Iceſii.*

℞. Terræ ampelitidis, Bituminis,
Argenti ſpumæ ana min. ij.
Ceræ, Thuris, Terebinthinæ,
Propolis,
Galbani, Alum. fiſſilis ana min. ß.
Myrrhæ, Gallæ, Iridis ana ʒ xij.
Chalcitidis ʒ vj.
Olei omphacini congios ij. alii hem. ij.

D Ampelitis, bitumen, argenti ſpuma cum oleo coquuntur, humore prius expreſſo, ut fiant lævia. Incoquuntur autem igne non acri, ſpatha ex tædarum ligno aſſiduè movētur, ne ſubſidant. Quę liquari poſſunt, in alio vaſe liquefacito, melle priùs ſeorſim cocto, ut coëant, ac in cacabo pulchrè conſertis miſceto: rurſus enim reſolvitur: his præmiſſis, deinde arida inſperguntur aliquatenus refrigerata, poſtremò thus. Ac ubi in uni-
E tatem coierit, utitor. *Valet ad omne vulnus, recens, vetus, contuſa, laxata, fracturas, phlegmonas, & omnem dolorem, quem protinus ſedat. Facit ad abſceſſus, phymata, ſtrumas, carbunculos, parotidas, ghygethla, condylomata, impetigines, clavos, nigritias, hæmorrhoides phlegmone tentatas, fiſtulas, ambuſta igne. Dilutum roſaceo, valet ad ulcera, aculeos, tela canum, hominumq; morſus, ferarum ictus. *Galenus.*

*Emplaſtrum viride Andromachi.*

F ℞. Reſinæ ℔ ij.
Ceræ ℔ j.
Olei cyath. ij.
Æruginis ℥ ij. alii ℥ iij.

Liquefactis, quæ liquari poſſunt, ærugo inſpergatur. Quidam ubi refrigeraverint, mox raſerint, in mortario miſturam moliuntur. *Exiccat, & glutinat ulcera. *Galenus.*

*Emplaſtrum viride, aliud.*

℞. Plantaginis, Conſolidæ majoris, & min. Betonicæ, Verbenæ, Pimpinellæ, Piloſellæ, Millefolii, Linguæ canis, Caudæ equinæ ana M. j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0517-6

Conquaſſentur, & cum ℔ iij. ſevi mutonis coquantur, & colentur: poſtea addatur
Reſinæ, Ceræ, Galbani ana quart. iij.
Sarcocollæ quart. j.
Terebinthinæ quart. j ß.
Fundantur & fiat emplaſtrum. *Incarnat, & conſolidat. *Petrus de Bonanto.*

### *Barbarum Andromachi.*

℞. Ceræ, Picis, Reſinæ,
Bituminis ana denar. cc.
Thuris ʒ xxiv.
Olei heminam j.
Fiat emplaſtrum. *Vulnera conglutinat. *Galen.*

### *Aliud, ad idem.*

℞. Picis ℔ ij.
Bituminis, Ceræ ana ℔ j.
*Gallæ Ammoniaci*, Mannæ ana ℥ vj.
Ceruſſæ ℥ iij.
Olei heminam dimidiam.
Aceti heminas iv.
Fiat emplaſtrum.

### *Gilvum Galeni.*

℞. Argenti ſpumæ, Ceræ ana ʒ c.
Terebinthinæ, Mannæ, Thuris, Galbani,
Minii ſinopici ana ʒ iix. alii ʒ c.
Olei ſext. j.
Coquantur ſ. a. & fiat emplaſtrũ. *Facit ad cruenta vulnera & nervos præciſos: item ad vetera, cicatricem ęgrè ducentia & fluentia ulcera: quin & probè emollit duricias maximè in mammis orientes. Utimur eo ad canum, hominumq́ue morſus: ſummè facit ad paſtinacę, draconis, aliorumq; ſævorum piſcium ictus. *Galenus.*

### *Catagmaticum Andromachi.*

℞. Argenti ſpumæ, Picis, Ceræ,
Sevi taurini, Thuris ana minam j.
Picis liquidæ hem. ß.
Liquoris ſycamini hem. j.
Terebinthinæ M. j.
Opopanacis denar. iix. al. xx.
Galbani denar. iix. al. xx.
Æruginis denar. iix.
Ricini hem. j.
Nonnulli addunt
Butyri min. j.
Guttæ Ammoniaci denar. xxv.
Ex vino auſtero diluitur. fitq; emplaſtrum ad capitis fracturas. *Galenus.*

### *Emplaſtrum ex Euphorbio.*

℞. Euphorbii ℥ j.
Ceræ ℥ iij.
Olei ℥ xij.
Omnia ſimul incoquantur, fiatq́ue emplaſtrum. *Nervorum vulneribus accommodatum eſt. *Galenus.*

### *Emplaſtrum Diaſulphuris.*

℞. Olei ſulphuris ℥ iij.
Ceræ ℥ ß.
Colophoniæ ʒ iij.
Myrrhæ ad pondus omnium.

A Ceræ, Colophoniæ, oleoq́ue liquefactis, ſimul ac benè commixtis inſpergatur myrrha ſubtiliſſimè trita paulatim, igneq; lento coquantur, ſpatha ſemper agitando, donec permixta fuerint benè. Poſtea, nimirum poſt quartam horæ partem, ab igne deponantur, & paulatim frigeſcant. Habebis emplaſtrum præſtantiſſimum, certum & infallibile in curandis omnis generis ulceribus, & vulneribus quibuscunq;. *Martinus Rulandus.*

### *Emplaſtrum de Centaurea.*

B ℞. Centaureæ, in vino albo per noctem infuſæ M. vj.
Coquantur ad medias: & poſt colaturam coque iterum ad mellis craſſitiem. De hujusmodi decocto
℞. ℥ iij. Lactis mulieris ℥ ij.
Terebinthinæ ℔ j.
Reſinæ ℥ ß.
Thuris, Maſticis,
C Gummi Arab. ana ℥ j.
Ceræ novæ quart. j.
Miſce, & fiat emplaſtrum. *Capitis vulneribus prodeſt. *Anton. Chalmetus.*

### *Emplaſtrum Comitis.*

℞. Ceræ albæ ℥ iv.
Ammoniaci ℥ ij.
Terebinthinæ ℥ iij.
Bulliant in vino albo, & extrahatur, & cum lacte mulieris malaxando fiat emplaſtrum. *Carnem
D generat. *Americus de Aliſto.*

### *Emplaſtrum de vermibus.*

℞. Conſolidæ major. & min. Cynogloſſæ, Piloſellæ, Plantaginis utriusq; ana M. j.
Vermium terreſtrium ℔ ß.
Terantur omnia, & ponantur in ℔ j ß. olei communis per ſeptem dies, deinde bulliant parum, & colentur & exprimantur, addaturq;
Sevi arietini mundati ℔ j.
E Picis navalis ℔ ß.
Picis Græcæ quart. j.
Ammoniaci, Galbani, Opopanacis,
Terebinthinæ ana quart. j.
Thuris, Maſticis ana quart. ß.
Diſſolutis gummi cum aceto, fiat emplaſtrum. *Incarnat, & conſolidat membra nervoſa. *Lanfrancus.*

### *Emplaſtrum incarnans.*

F ℞. Pimpinellæ, Betonicæ, Melangianæ, Verbenæ, Vermicularis ana M. j.
Bulliant in bono vino albo, uſq; ad conſumptionem duarum partium, coletur, cui addatur
Reſinæ ℔ j.
Ceræ albæ ℔ ß.
Maſticis ℔ ij.
Coquantur, & projiciatur ſuper lac mulieris, & malaxetur, fiatq; unguentum. *Incarnat, & conſolidat. *Anshelmus de Janua.*

### *Emplaſtrum croceum.*

℞. Seminis Fœnigræci quart. j. Infundatur per 9. dies in vino albo, donec marceſcat, poſtea tere fortiter,

fortiter, & cola, & adde ſevi hircini quart.iij. & ſimul conterantur, & coquantur: & poſt mucilago & pinguedo congregetur, quibus addatur
Ceræ quart.j.
Reſinæ Gr.ij.
Fundantur omnia, & coquantur, & fiat emplaſtrum. *Carnem generat. *Petrus de Bonanto.*

## DE EMPLASTRIS CIcatricem inducentibus.

### *Emplaſtrum griſeum de lapide calaminari.*

℞. Lapidis calaminaris præparati ℥ j.
Lithargyri ℥ ij.
Ceruſſæ ℥ ß.
Tuthiæ ʒ j.
Terebinthinæ ʒ vj.
Ceræ albæ ℥ j ß.
Sevi cervini ʒ ij.
Thuris electi ʒ v.
Maſticis ʒ iij.
Myrrhæ ʒ ij.
Caphuræ ʒ j ß.
Confice ſecundùm artem. *Deſiccat, replet, & cicatrizat ulcera.

### *Emplaſtrum de lapide calaminari, vulgò Zelten-pflaſter.*

℞. Lapidis calaminaris, Tuthiæ præparatæ ana ℥ ij.
Terebinthinæ,
Ceræ citrinæ, Reſinæ ana ℥ j.
Lithargyri ℥ ß.
Olibani, Maſticis, Tragacanthi ana ʒ j.
Olei roſati, Olei myrtini ana ʒ ij.
Fiat emplaſtrum. *Idem ferè quod Griſeum præſtat: eadem etiam penè compoſitio.

### *Emplaſtrum Diacadmia.*

℞. Cadmiæ præparatæ, Chalcitidis uſtæ ana ʒ xvj.
Ceræ ʒ lxxx.
Colophoniæ ʒ lxiv.
Olei myrtini ℔ j.
Cadmia & chalcitis benè tritæ cum tanto vino ſubigentur, donec mellis craſſitiem adeptæ ſint: deinde cera & colophonia in oleo liquatis, coque aliquantulum: exime igni, & ubi refrixerint, adde reliqua. *Efficax eſt ad cicatricem ducendam in ulceribus. *Galenus.*

### *Panacea Andromachi.*

℞. Argenti ſpumæ denar.cl.
Ceræ denar.xl.
Terebinthinæ denar.liij.
Aquæ marinæ veteris heminas ij.
Strigmenti heminas vj.
Squamæ denar.xvj.
Ricini hem.ij.
Ceruſſæ denar.lxxx.
Guttæ ammoniaci denar.xxiv.
Sevi vitulini denar.lxxx.
Calcis vivæ denar.xciv.

A Ariſtolochiæ denar.xxv.
Coquito, fiatq; emplaſtrum. *Epuloticum eſt. *Galenus.*

## DE EMPLASTRIS DOlorem ſedantibus.

### *Emplaſtrum de baccis Lauri.*

℞. Thuris, Maſticis, Myrrhæ ana ℥ j.
Baccarum lauri ℥ ij.
Cyperi, Coſti ana ℥ ß.
B Mellis deſpumati quantum ſufficit.
Fiat emplaſtrum. *Ventriculi, inteſtinorum, hepatis, renum, veſicæ, uteri, & partium aliarum dolorem à flatibus aut intemperie frigida ortum placat. *Meſues.*

### *Emplaſtrum Marciatum, Pauli.*

℞. Maſticis, Ceræ, Styracis ana ℥ iij.
Oeſypi ℥ vj.
Terebinthinæ ℥ j.
C Fiat emplaſtrum. *Ad articulorum morbos, & corporis languores, & reſolutiones efficax eſt.

### *Emplaſtrum de Maſtice.*

℞. Maſticis ℔ j.
Thuris ℔ ß.
Coralli rubri ℥ j ß.
Sandalorum omnium ʒ v.
Caryophyllorum, Galangæ, Nucis moſchatæ, Menthæ, Abſinthii ana ʒ ij ß.
Galliæ & aliptæ moſchatæ ana ʒ j. ℈ ij.
D Picis ℔ j.
Ceræ & Terebinthinæ ana q.ſ.
Fiat emplaſtrum. *Cōfert dolori dentium, temporibus applicatum. *Incertus.*

### *Emplaſtrum ad dolorem juncturarum & podagræ, expertum.*

℞. Seminis hyoſcyami,
Agarici, Fœnigræci ana kiſt.j.
Bavaræ ℥ j.
Ceræ,
E Reſinæ coctæ, Olei antiqui ana ℔ j.
Medullæ oſſium cervi,
Radicis lilii ana ℥ iv.
Terantur medicinæ ſiccæ, cribellentur, & liquefiant ea, quæ liquefiunt, & dimittantur, donec infrigidentur, & projiciantur ſuper medicinas ſiccas, commiſceantur, & reponantur ad uſum. *Avicenna.*

DOLOREM quoque ſedant, emplaſtrum de
F Meliloto, emplaſtrum Cotoneum, emplaſtrum Oxycroceum, &c. de quibus vide ſuprà ſuo loco.

## *De Emplastris minùs uſualibus.*

## DE EMPLASTRIS aſtringentibus.

### *Emplaſtrum ad fluxum ventris.*

℞. Cort. Mali granati, Gallarum, Balauſtiorum,
Aluminis ana ℥ ß.

Acaciæ, Sanguinis draconis, Myrtillorum, A
Cort. Myrobal. Chebul. ſem. Uvarum an ʒ ij.

Fiat pulvis, qui excipiatur miva citoniorum, & mucilagine gummi tragacanthæ extracta cum aceto. Fiat emplaſtrum. *Rondeletius.*

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Succi Citoniorum, ſucci Pyrorum agreſtium, Aceti ana ℥ iij.
Panis ℔ ß.

Coquantur diligenter, & contundantur, & paſſentur: deinde adde B
Maſticis. Sang. Draconis,
Boli Armeni ana ℥ ß.
Farinæ Lentium, farinæ Hordei ana ℥ j.
Mucilag. Tragacanthæ ℥ j ß.

Miſce, coquantur leviter: fiat emplaſtrum, quod applicetur ſupra ventrem.

*Emplaſtrum ad fœtum retinendum.*

℞. Olei Citoniorum, olei Myrtini, ablutorum cum aqua plantag. & peculii roſ. vel cum decoct. rad. biſtortæ ℥ iv. C
Ceræ rubræ ℥ iij.
Sanguinis draconis, Boli Armeni,
Acaciæ, Hypociſtidis ana ʒ ß.
Rad. Biſtortæ, Gallarum, Balauſtiorum,
Coralli rubri, Maſticis ana ʒ iij.
Ceruſſæ ℥ j.
Terebinthinæ lotæ in ſucco burſæ paſtoris ℥ iij.

Fiat emplaſtrum, decoquendo in oleo ceruſſam, poſtea addendo terebinthinam & alia in fine. D
* Fœtum, ſanguinis fluxum ex utero aut renibus retinet. *Rondeletius.*

*Emplaſtrum inflammationem reprimens.*

℞. Rad. Cyperi ʒ j.
Chalcitidis ʒ ß.
Ceruſſæ ʒ iij.
Reſinæ piceæ, Picis ana ℥ j.
Ceræ albiſſimæ ℥ iv.

Fiat emplaſtrum. *Andernacus.* E

## DE EMPLASTRIS emollientibus.

*Emplaſtrum commune ad durities & dolores jecoris ſplenis, &c.*

℞. Lithargyri auri tenuiſſimè triti ℥ iv.

Nutriantur oleo Chamomillæ in mortario: deinde coquantur ſemper movendo, donec inſpiſſentur: deinde adde F
Ammoniaci, Bdellii, diſſol. in vino, liquefactorum & colatorum ana ℥ ß.
Ceræ ℥ v.
Terebinthinæ ℥ iv.
Iridis ℥ j.

Malaxentur manibus inunctis oleo liliorũ. * Valet ad durities hepatis, ſplenis, tumorem in articulis, vel aliis partibus. *Rondeletius.*

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Fol. Chamæpityos M. j.
Rad. Malvæ, rad. Cucumeris agreſtis ana ℥ iij.

Incidantur, & macerentur in olei antiqui duabus partibus, & una vini, decoquantur: & in colatura decoquantur
Lithargyri ℥ iv. ad conſumptionem vini: deinde diſſolve
Picis, Colophoniæ, Pinguedinis porci ana ℥ vj.
Galbani, Ammoniaci, Opopanacis, diſſol. in oleo Amygdal. ana ℥ j.
Iridis, Myrrhæ, Styracis, Propoleos, Maſticis, Ceræ ana ℥ ij.

Fiat emplaſtrum: malaxetur cum lacte mulieris.

*Aliud.*

℞. Juris decocti rad. Liliorum, item rad. Althææ ana ℔ ß.
Olei Laurini, Chamæmelini ana ℥ iij.

Coquantur uſque ad conſumptionem jurium: deinde adde
Galbani, Ammoniaci, Suffiminis, Bdellii, ex aceto dilutorum ana ℥ ß.

His iterum coctis, dum nihil humidi ſuperſit, admiſceto
Propoleos, Ceruſſæ ana ℥ v.

Vino generoſo omnia ſubacta in unum cogantur. Ex *Andernaco.*

## DE EMPLASTRIS concoquentibus.

*Emplaſtrum ad materiam concoquendam, & pus movendum.*

℞. Rad. Althææ, Lapathii ana ℥ iij.
Fœnigræci ſem. Lini ana ℥ j ß.
Caricarum albarum N. xx.
Uvarum paſſarum ℥ ij.

Contuſa concoquantur ad cremorem. Hujus colatæ libræ addito
Olei Liliorum ℔ ß.

Coquito iterum, donec omnis humor abſumtus fuerit: poſtremò admiſceto
Adipis ſuilli, Adipis vitulini purgati ana ℥ iv.
Rad. Iridis tritæ, Farinæ tritici, Reſinæ, Colophoniæ ana ℥ iij.
Ceræ quantum ſufficit.

Fiat emplaſtrum. *Andernacus.*

## DE EMPLASTRIS diſcutientibus.

*Emplaſtrum diſcutiens.*

℞. Abſinthii, Papaveris corniculati ana M. j.
Rad. Althææ, Malvæ, Narciſſi ana M. ß.
Sem. Fœnigræci, Ervi, contuſorum ana P. j.

Fiat decoctio: de qua
℞. ℔ j.
Olei Anethini, Hyperici ana ℥ ij.
Adipis ſuilli veteris,
Adipis gallinacei ana ℥ j.

Coquantur uſq; ad humoris conſumptionem: deinde adde

Salis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0520-2
DFG

Salis uſti ℥ ij.
Coralli ʒ j.
Sem. Aniſi, Cymini ana ʒ ij.
Farinæ Lolii, Hordei ana ℥ j.
Croci ℈ ij.
Ceræ quantum ſufficit.
Miſce, & fiat emplaſtrum. *Andernacus.*

*Emplaſtrum ad hydropem, noſtrum.*

℞. Panis nigri in lixivio molliti q. ſ. eſt.
Sulphuris vivi & triti ℥ ß.
Nitri ʒ ij.
Salis fabarum ʒ j.
Stercoris columbini in aceto macerati q. ſ. eſt.
Olei laterini, Baccarum lauri,
Anethini, Chamomelini ana ℥ ß.
Fiat emplaſtrum.

*Emplaſtrum ad membra convulſa ex repletione.*

℞. Reſinæ, Picis navalis ana ℥ j.
Colophoniæ, Ceræ novæ ana ℥ ij.
Olibani, Maſticis, Ceruſſæ ana ℥ ß.
Salis nitri, ſanguinis draconis,
Terebinthinæ,
Ol. roſati, Salis ammoniaci,
Ol. vitellorum ovorum ana ℥ ij.
Caphoræ ʒ j.
Matris perlarum ℥ j.
Carabes ʒ j ß.
Magnetis ℥ ß.
Vitrioli albi ʒ ij.
Fiat emplaſtrum ſecundùm artem. *Quercetanus.*

*Emplaſtrum ad morbum Gallicum.*

Qui unctiones pati nolunt, poterunt uti cerato, vel emplaſtro Vigonii de Ranis, quo poſt univerſales purgationes circumvolventur omnes articuli, vel brachia & crura tota, & in lecto, aut domi ſe continebunt. Quòd ſi pruritus naſcatur, fovendus locus vino decoctionis roſarum, chamæmeli, meliloti, & ſimilium, deinde applicandum emplaſtrum. Vis autem eorum ſi nimiùm fuerit imbecilla, unam aut alteram unctionem iis adjunges. *Antonius Chalmeteus.*

## DE EMPLASTRIS abſtergentibus.

*Emplaſtrum ex ſalice.*

℞. Miſyos, Aluminis rotundi,
Chalcitidis, Melantherii,
Æruginis,
Aluminis ſciſſilis,
Gallarum acerbarum ana ℥ vj.
Ceruſſæ, Ceræ,
Reſinæ frictæ,
Picis navalis, Bituminis,
Olei Omphacini,
Fol. Salicis tenerorum ana ℔ ij.
Folia in aceto forti coquuntur, deinde ſiccata in tenuiſſimum pulverem rediguntur, alia liquantur coquunturq;, donec ſatis eſt: poſtea refrige-
A rantur, adduntur que pulveres. *Ulcera curatu difficilia, eryſipelata, & alios plurimos affectus ſine aduſtione, & fiſtulas curat.

*Emplaſtrum abſtergens purgansq;.*

℞. Succi Solani, Marrubii, Plantaginis, olei Roſati ana ℔ ß.
Coquantur omnia uſq; ad conſumptionem ſuccorum: deinde adde
Cinerum teſtaceorum, Stercoris caprilli uſti,
Calcis lotæ ana ℥ iv.
B Æruginis lotæ, Auripigmenti pulverizati,
Aloës ana ʒ iij.
Terebinthinæ ℥ ij.
Ceræ viridis quantum ſufficit.
Miſce, & fiat emplaſtrum. *Andernacus.*

*Emplaſtrum contra vermes.*

℞. Fol. Abſinthii, fol. Abrotani ana M. j.
Lupinorum contuſorum craſſo modo P. j ß.
Bulliant ſimul in aquę ℔ vj. & aceti ſcillitici ℔ j.
C Deinde omnia ſimul piſtentur diligentiſſimè, & ventri apponantur. *Hieron. Mercurialis.*

## DE EMPLASTRIS conſolidantibus.

*Emplaſtrum ad vulnera inſigne.*

℞. Picis Græcæ, ſeu Colophoniæ, Sulphuris, Thuris albi ana ℥ ß.
Ex albuminibus ovorũ fiat emplaſtrum. *Labris
D vulnerum unitis & ſanguine abſterſo, corio inductum applicetur, faſciaq; obligetur. *Andernacus.*

*Emplaſtrum cephalicum optimum, ad vulnera capitis cum fractura cranii.*

℞. Succi Pervincæ,
Chelidoniæ,
Conſol. majoris ana ℥ j.
Mumiæ, Myrrhæ,
E Sarcocollæ, Ireos ana ʒ j.
Rad. Ariſtoloch. rot. ℥ ß.
Pul. Succini flavi, opt. triti ℥ ij ß.
Terebinthinæ, Mellis ana ℥ iij.
Croci Martis ſubtiliſſ. ʒ iij.
Ceræ q. ſufficit.
Miſce, & formetur emplaſtrum, quo capitis vulnera contegantur. *Quercetanus.*

## DE EMPLASTRIS extrahentibus.

F

*Emplaſtrum de Betonica.*

℞. Betonicæ viridis, Pimpinellæ,
Agrimonii, Salviæ, Pulegii,
Millefolii, Conſolidæ majoris,
Callitrichi ana ℥ vj.
Thuris, Maſticis ana ʒ iij.
Ireos, Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥ vj.
Ceræ albæ, Terebinthinæ ana ℥ iix.
Gummi oleæ Æthiopicæ ℥ ij.
Reſinæ pini ℥ vj.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0521-8
DFG

Olei Abiëtini, Vini albi ana quantum ſufficit. Herbæ in pila probè contuſæ, diebus octo ex vino albo macerantur, pluries agitantur, coquunturq; Vino expreſſo, colatoq;, & lento igne cocto, dum tertia pars conſumpta fuerit, oleum abietinum additur, deinde cera liquata, mox reſina, & gummi, poſtea terebinthina: his jam paululum refrigeratis, reliqua trita, inſpertaq; adduntur, & manibus aſſiduè ſubiguntur, dum totus humor exhalet: poſtremò lac caprinum ad formandos globulos admiſcetur: medicamentum iterum manibus ſubigitur continuè. * Ad calvariæ fracturas uniendas, oſſaq; carne contegenda, ſquamas oſſium detrahendas, & ad ea quæ in alto latent, foràs evocanda efficax eſt: carnes amiſſas, duraſq; reſtituit: valdè abſtergit, digerit, & ſiccat. *Andernacus.*

### *Emplaſtrum ex fermento.*

℞. Mellis, Fermenti ana ℔ j.
Ammoniaci ex aqua fœnigræci, aut lacte Mori arboris ℥ iij.
Fæcis olei veteris quantum ſufficit.
Viſci quercini ℥ ß.

Fingatur emplaſtrum. * Oſſa fractæ calvariæ, cerebri membranis etiam altiùs infixa, & ſpinas, ſurculoſq; extrahit. *Idem.*

### *Emplaſtrum attrahens, optimum.*

℞. Gummi cort. med. tiliæ extracti, ut docebitur, ℥ ij.
Magnetis præparati ℥ j.
Succini flavi præparati ℥ ß.
Opopanacis repurgati cum ſucco ſerpentariæ ℥ iij.
Terebinthinæ, Ceræ ana q. ſ. eſt.

Miſce, & fiat emplaſtrum. * Venenum è vulneribus elicit, cum glandem, ferri, oſſium, lignorum, & veſtium fragmenta ad ſe trahit. *Quercetanus.*

## DE EMPLASTRIS erodentibus.

### *Emplaſtrum aperiens cutim.*

℞. Rad. Bryoniæ, Hermodactylorum ana ʒ j.
Arſenici, Æruginis, Adipis Ranarũ viridium, Olei veteris ana ℥ ß.

A Propoleos, Terebinthinæ ana quantum ſufficit.
Fæcis combuſtæ, Stercoris columbę ana ʒ j ß.

## DE EMPLASTRIS ambuſta extinguentibus.

### *Emplaſtrum contra ambuſtionem.*

Accipe duo linteola munda, quorum alterum
B lacteo cremore, alterum verò ſero butyrino imbue, & parti læſæ ſingulis diebus ter applica, donec fervor interior refrigeretur. Deinde lardo porcino maſculino avenam, nec non unam aut alteram aſſulam infige. Hæc incende, & ſic porcinam pinguedinem ignitam in vas aquæ puræ ex alto cadere facito. Deinde ſume ſex ovorum vitellos abjecto albumine, quibus adde parum prædicti lactei cremoris, & deinde pinguedinem
C lardi liquatam, ac ſupernatantem adjice, & hæc unà probè decoque. Inde fiet emplaſtrum, quo ter de die partem affectam inunges, ac brevi eam ſanam reddes. *Ranzovius.*

### *Emplaſtrum in cancroſis.*

℞. Plumbi ʒ iij.
Mercurii crudi ʒ j ß.

Fundantur ſimul foco, & in pulverem vertantur.
Adde Unguenti de Tuthia ʒ vj.
Ceræ ʒ ij.
D Terebinthinæ ʒ j.

Miſce, fiat emplaſtrum. *Heurnius.*

### *Tela emplaſtrata.*

Lintea quoq; detrita hodie utrinq; intingunt liquatis emplaſtris ad molliendum, purgandum, vel cicatrice muniendum: ut

℞. Olei dulcis, Axungiæ porci, Lithargyri ana ℥ j ß.
Ceræ odoratæ rec. Picis pul. ana ʒ vj.

E Coque lentè: in fine adde
Reſinæ pul. ℥ j.
Ceruſſæ ʒ iij.

Miſce. * Evacuat, glutinat, coquit, purgat & cicatricem inducit, mollit, excoriationi à longo morborum decubitu medetur, maximè ſi crudi ac pulverizati miſceatur decens copia. *Idem.*

Cata-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0522-4

**Cataplasma** eſt, quod è plantis viridibus contuſis, vel iisdem ad mollitudinem uſq; in aqua decoctis, additis oleis, adipibus & farinis: interdũ ſine oleis & adipibus parantur. Horum autem alia

- Aſtringunt: *ut*
  - Cataplaſma *ad ventris fluxum.*
  - Cataplaſma *ad iecur inflammatum.*
  - Cataplaſma *ad lienis inflammationem.*
  - Cataplaſma *ad incipientem inflammationem.*
  - Cataplaſma *ad ſanguinis eruptionem è naribus.*
- Emolliunt: *ut*
  - Cataplaſma *ad induratos tumores lienis & iecoris.*
  - Cataplaſma *emolliens & diſcutiens.*
- Conſolidant: *ut* — Cataplaſma *contra quemvis ictum.*
- Abſtergunt: *ut* — Cataplaſma *detergens.*
- Concoquunt: *ut*
  - Cataplaſma *concoquens.*
  - Cataplaſma *ad maturandos tumores.*
  - Cataplaſma *ſuppuratorium.*
  - Cataplaſma *concoquens & maturans, &c.*
- Diſcutiunt: *ut*
  - Cataplaſma *diſcutiens.*
  - Cataplaſma *ad hydropem.*
  - Cataplaſma *ad anginam.*
  - Cataplaſma *ad augeſcentem inflammationem.*
  - Cataplaſma *ad inflammationem in ſtatu.*
  - Cataplaſma *ad inflammationem in declinatione.*
  - Cataplaſma *ad parotidas ex frigore, &c.*
- Attrahunt: *ut* — Cataplaſma *attractorium.*
- Dolorẽ *mitigant: ut*
  - Cataplaſma *ad dolores & inflammationes partium externarum.*
  - Cataplaſma *ad dolores articulorum ex materia calida.*
  - Cataplaſma *in dolore colico & nephritico.*
  - Cataplaſma *ad dolorem oculorum.*
  - Cataplaſma *ad dolorem ventriculi.*
  - Cataplaſma *ad dolorem podagricum.*
  - Cataplaſma *mitigatorium ad parotidas per initia.*
  - Cataplaſma *ad inflammationem.*
  - Cataplaſma *ſtupefaciens.*
  - Cataplaſma *ad oculos refrigerandos, &c.*

## DE CATAPLASMATIS aſtringentibus.

### *Cataplaſma ad ventris fluxum.*

℞. Micæ panis toſti, & in aceto macerati ℥ vj.
Contundantur: cui adde
Caryophyllorum, Macis, Maſticis, Galangæ,
Granorum Myrti, Acinorum Uvarum,

A Balauſtiorum,
Olei Abſinthii, Menthæ ana ℥ ij.
Fiat cataplaſma: applicetur ſupra ventrem. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

℞. Prunorũ ſylveſtrium, Prunellorum añ ℔ ß.
Decoquantur in aceto, per cribrum mittantur: & in colatura decoque

Micæ panis ſordidi ℔ j.
Fol. Abſinthii pulverizati,
Maſticis, Coralii ana ℥ j.
Sandalorum omnium,
Cort. Mali granati ana ℥ ß.
Olei Roſati, olei Citoniorum ana ℥ iij.
Miſceantur, & fiat cataplaſma: quod applicetur ſupra ventrem ſerò, cùm ibit dormitum. *Idem.*

*Cataplaſma ad jecur inflammatum.*

℞. Mali cotonei ℥ ij.
Farinæ Hordeaceæ, Farinę Fœnigręci an̄ P. ij.
B In aqua decoquantur ad cataplaſmatis formam. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Palmularum pinguium contuſarum ℥ j.
Glauci ℥ iij.
Croci ℈ j.
Farinæ Hordei P. j.
Coquātur modice in aq. fiatq; cataplaſma. *Idem.*

C *Cataplaſma ad lienis inflammationem.*

℞. Farinæ Hordei ℥ ij.
Roſarum rubrarum P. ij.
Chamomillæ, Abſinthii, Meliloti ana ℥ ß.
Olei Roſati, Nardini ana quantum ſufficit.
Miſce, & fiat cataplaſma. Si magnus fuerit calor, adde ſuccum portulacæ, & foliorum ſalicis. *Idem.*

*Cataplaſma ad incipientem inflammationem.*

D ℞. Parietariæ, Atriplicis, Lactucæ,
Cucurbitæ, Malvæ ana M. ß.
Sempervivi P. j.
Cort. Mali punici ℥ ß.
Glaucii ℥ iij.
Farinæ Hordei ℥ ij.
Decoquantur in aqua, quæ digitorum duorum inſtar illa ſuperet, donec molliuſcula fiat craſſities: deinde linamento inducta, membro imponantur. *Idem.*

E *Cataplaſma ad ſanguinis eruptionem è naribus.*

℞. Boli Armeni, Sanguinis draconis ana ℥ ij.
Albuminis ovorum, ſucci Plantaginis ana quantum ſufficit.
Miſceantur, frontiq; & ſincipiti applicentur: nec non teſticulis, ſi maſculus fuerit; mammis autē, ſi fœminæ ſanguis per nares erumpat. *Andernacus.*

F *Cataplaſma, quo fluxus ſanguinis, ex quovis vulnere erumpentis, cohiberi poteſt.*

Ineūte Vere, cùm ranæ ſemina prima, ſive ova projiciunt, tunc accipe craſſioris linei panni ulnas tres, vel quatuor, plus minúsve quantum ſatis eſt. Hūc pannum cum hujusmodi ovis ranarū probè abluito, Soliq; ſiccandum exponito. Deinde ſecundò tertioq; lotum, ſimiliq; modo in Sole ſiccatū uſui diligenter ſervato. Cùm autē hoc uti volueris, partē vulnere duplo majorē inde præciſam, inſtar cataplaſmatis vulneri imponito, ſanguinis effuſio ſtatim ſupprimetur, quod cer-

A to experimento in plurimis eſt comprobatum. *Ranzovius.*

*Cataplaſma, ſanguinem è naribus profluentem ſiſtens.*

℞. Boli Armeni, Farinæ volatilis molendinariæ, Albuminum ovorum, Aceti roſacei ana q. ſ. eſt.
Fiat cataplaſma, illudq; cū linteo cānabino fronti & arteriis capitis applicato. Et ſi ſanguis nondum reprimitur, linteolum aceto imbutum
B collo circumvolvito. Quinimò ad eundem etiam modum pudenda humectare poteris. *Idem.*

*Cataplaſma magiſtrale.*

℞. Florum Verbaſci, Hyperici, Roſarū ana P. ij.
Foliorum Rutæ, Hyoſcyami ana M. j.
Decoquantur cum aceto, & fiat in formam cataplaſmatis. *Eſt defenſivū optimum, præſertim in vulneribus venenatis: toti membro affecto impoſitum multùm confert. Dolorem enim ſedat,
C ac prohibet, ne phlegmone pars moleſtetur. *Quercetanus.*

# DE CATAPLASMATIS emollientibus.

*Cataplaſma ad induratos tumores lienis & jecoris.*

℞. Thymi, Pulegii, pulverizat. ana ʒ j.
Fermenti ℥ ij.
D Aceti quantum ſufficit.
Miſce, & fiat cataplaſma. *Andernacus.*

*Cataplaſma emolliens & diſcutiens.*

℞. Malvæ, Althææ cum rad. ana M. ij.
Flor. Chamomillæ,
Flor. Meliloti ana P. j.
Pulegii, Origani, Saturejæ ana M. j.
Coquantur in aqua, donec molleſcant: deinde contuſa in formam cataplaſmatis redigantur.
E *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Fol. Malvæ, Althææ,
Violarum ana M. ij.
Rad. Althææ, item Liliorum alborum,
Iridis ana ℥ ß.
Flor. Chamomillæ, Flor. Meliloti,
Comarum Anethi ana P. j.
Cumini ℥ j.
Baccarum Lauri ʒ ij. Croci ℈ j.
F Adipis anatis, anſeris,
Medullæ crurum vituli,
Butyri recentis, olei Irini,
Liliorum ana ℥ ß. vel quantum ſufficit.
Fiat cataplaſma. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Malvæ, Violariæ ana M. iij.
Radicum Althææ & Liliorum ana ℥ iij.
Ficuum pinguium N. v.
Coque ex aqua, ac cribro trajiciantur: dein adjice
Florum Chamæmeli pulveriſatorum,
Seminis Aniſi ana ℥ j.

Farinæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0524-5
DFG

Farinæ Lini vel Fœnigræci,
Adipis anſerini,
Olei violacei vel chamæmelini ana ℥ ij.
Coquantur in malagma. * Emollit dura ac ſimul ſolvit *Heurnius*.

## DE CATAPLASMATIS conſolidantibus.

### *Cataplaſma inſigne, contra quemvis ictum, quo uſus eſt Chriſtiernus Rex Danıæ.*

℞. Ceræ ℥ iij ß.
Colophoniæ ſeu picis Græcæ,
Pinguedinis Thymalli piſcis,
Mumiæ ana ℥ j ß.
Myrrhæ ℥ j. Minii ℥ ß.
Coralii albi ʒ iij.
Thuris, Maſticis ana ℥ j.
Caphuræ ℥ ß.
Fiat cataplaſma ſecundum artem. *Quibuslibet etiam vulneribus, ſive cæſim gladio ſecante, ſive punctim mucrone ſint inflicta, hoc cataplaſma rectè adhiberi poteſt. *Ranzovius*.

### *Cataplaſma præſtantiſsimum.*

℞. Galbani, Ammoniaci, Opopanacis,
Bdellii, Ceræ ana q.ſ.
Olei communis ℔ ij.
Spumæ argenti ℔ j.
Olei Laurini ℥ ß.
Myrrhæ, Thuris, Maſticis,
Ariſtolochiæ ana q.ſ.
Terrę Cadmię ſive lap. calaminaris præpar. ℥ j.
Caphuræ ℥ ß.
Terebinthinæ ʒ j.
Redige in pulverem, quem fac igni excandeſcere, & quicquid diſſolvendum eſt, diſſolve, & in morem cataplaſmatis forma. * Valet cõtra quemvis ictum, & ad vulnera à tormentorum globulis illata mirabilem curandi vim habet. *A' quodam Chirurgo*.

## DE CATAPLASMATIS abſtergentibus.

### *Cataplaſma detergens.*

℞. Parietariæ M.j.
Flor. Chamomillæ, item Meliloti, Sambuci ana P.ij.
Fiat decoctio: in decoctione incorpora
Farinæ Fabarum, Farinæ Hordei, vel
Furfuris macri ana ℔ ß.
Olei Chamomillæ,
Olei Amygdal. amararum ana ℥ ij.
Pinguedinis gallinæ ℥ j.
Fiat cataplaſma, permiſcendo fæcem decoctionis. *Rondeletius*.

## DE CATAPLASMATIS concoquentibus.

### *Cataplaſma concoquens.*

℞. Rad. Bismalvæ ℔ ß.
A Rad. Malvæ M.j.
Panis candidi ℔ j.
Fiat decoctio: contundantur, & per cribrum transmittantur, fiatq; cataplaſma. *Rondeletius*.

### *Aliud.*

℞. Farinæ Tritici ℔ j. Sapæ ℥ iij.
Fiat decoctio: cui adde Vitell. ovorum N.iij.
Fiat cataplaſma. *Idem*.

### *Cataplaſma ad maturandos tumores inguinum, &c.*

B ℞. Medullæ panis,
Uvarum paſſarum ſine acinis ℥ j.
Butyri recentis, Axungiæ ana ʒ vj.
Fermenti ʒ v.
Lactis vaccini ℥ ij. Croci ℈ j.
Fiat cataplaſma, quo bis quotidie utendum. *Andernacus*.

### *Cataplaſma ſuppuratorium.*

℞. Farinæ Fabarum, Farinæ Tritici ana ℥ j.
C Farinæ ſem. Lini,
Farinæ Fœnigræci ana ʒ vj.
Ficuum contuſarum ℥ j ß.
Axungiæ veteris ℥ ij.
Croci ℈ j.
Vitell. ovorum N.ij.
Fiat cataplaſma. *Andernacus*.

### *Cataplaſma concoquens & maturans.*

℞. Radicum Althææ vel Malvæ ℔ ß.
Foliorum Malvæ M.j.
D Panis candidi ℔ j.
Fiat cataplaſma. *Rondeletius*.

### *Cataplaſma concoquens & maturans bubones peſtiferos.*

℞. Herbarum Malvæ, Violariæ ana M.iv.
Rad. Liliorum alb. Althææ, Ceparum ana ℥ vj.
Sem. Lini ℥ v.
Fœnigræci ℥ iij.
Florum Chamæmeli, Meliloti ana M.ij.
E Omnium fiat decoctio & reſidentia expreſſa piſtetur & per cribrum cernatur: deinde addatur
Farinæ Lini & Tritici ana ℔ j.
Fermenti ℔ ß.
Cantharidum ℥ ß.
Axungiæ porci ℔ j.
Olei Liliorum ℥ iij.
Miſce. Fiat cataplaſma. *Joan. Bauhinus Junior*.

### *Aliud.*

℞. Cepas coctas ſub cineribus N.iv.
F Fermenti ℥ vj.
Axungiæ porcinæ ℥ ij.
Croci ʒ ß. Cantharidum ℥ ij.
Olei ſcorpionum parum.
Miſce, fiat cataplaſma. *Idem*.

## DE CATAPLASMATIS diſcutientibus.

### *Cataplaſma diſcutiens.*

℞. Parietariæ M.j.
Florum Chamomillæ,

Meliloti, Sambuci ana P.ij.
Farinæ Fabarum, Hordei ana ℔ ß.
Olei Chamomillæ,
Amygd. amararum ana ℥ ij.
Adipis gallinæ ℥ j.
Fiat cataplaſma.

*Cataplaſma ad hydropem.*

℞. Stercoris bovini ℔ j.
Stercoris caprini ℥ iij.
Aniſi, Fœniculi, Carvi ana ℥ ß.
Fiat cataplaſma. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞. Sulphuris vivi ℥ ij.
Cumini ℥ j.
Sem. Apii, Petroſelini ana ℥ ß.
Cum excrementis cochlearum fiat cataplaſma. *Rondeletius.*

*Cataplaſma ad anginam.*

℞. Stercoris Hirundinum, vel
Gallinarum, vel Canis ℥ iv.
Farinæ Fabarum ℥ ij.
Olei Liliorum, Chamomillæ ana ℥ iij.
Butyri recentis ℥ ij.
Fiat cataplaſma. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Unguenti Dialthææ, vel
Oeſypi ℥ iv.
Stercoris Hirundinum, vel
Gallinarum ℥ vj.
Miſce, & fiat cataplaſma. *Rondeletius.*

*Cataplaſma ad augeſcentem inflammationem.*

℞. Roſarum rubrarum P.ij.
Chamomillæ, Meliloti ana ℥ ß.
Sempervivi, Cucurbitæ,
Lactucæ, Parietariæ ana M.j.
Cort. Mali punici, Rhus ana ℥ ß.
Farinæ Hordei P.ij.
Ex aqua decoquantur omnia, ad cataplaſmatis ſpiſſitudinem. *Andernacus.*

*Cataplaſma ad inflammationem in ſtatu.*

℞. Lapathi, Parietariæ, Chamæmeli,
Meliloti ana M.ß.
Roſarum P.j.
Palmularum N.x.
Farinæ Hordei P.ij.
Contuſa decoquantur in aqua ad ſpiſſitudinem cataplaſmatis. *Idem.*

*Cataplaſma ad inflammationem in declinatione.*

℞. Althææ, Malvæ ana M.j.
Flor. Chamomillæ, item Meliloti, Roſarum ana P.j.
Rad. Liliorum alb. item Althææ ana ℥ j.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ℥ ß.
Ficus pingues N.x.
Furfurum farinæ triticeæ P.ij.

A Contuſa decoquantur in aqua ad craſſitiem: deinde addito
Olei Chamæmelini, Adipis ſuilli ana ℥ j ß.
*Andernacus.*

*Cataplaſma ad parotidas ex frigore.*

℞. Farinæ Fœnigræci ℥ iv.
Farinæ ſem. Lini, farinæ Ervi ana ℥ j ß.
Decoquantur ex vino tenui & calido, ad mediocrem ſpiſſitudinem: deinde addatur
B Olei Nardini modicum: & Olei Cyprini parum, ſi hyems eſt. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Stercoris caprilli ℥ ij.
Decoquantur ex vino: mox adjiciatur oleum ex lilio, & mel cũ modica farina ſeminis lini. *Idem.*

## DE CATAPLASMATIS attrahentibus.

C *Cataplaſma attractorium.*

℞. Flor. Chamomillæ P.j ß.
Farinæ ſem. Lini,
Farinæ Fœnigræci ana ℥ ij.
Rad. Iridis pulverizatæ ℥ iij.
Stercoris columbini ℥ j ß.
Adipis gallinæ ℥ ij.
Olei Liliorum, Chamæmeli ana ℥ j ß.
Fiat cataplaſma. *Idem.*

## DE CATAPLASMATIS dolorem mitigantibus.

D *Cataplaſma euporiſton ad omnes dolores.*

Accipe furfures, ſapam & parum ſalis, adde flores Chamęmeli, fiat exigua ebullitio. *Pręclarè omnes dolores ſedat. *Heurnius.*

*Cataplaſma ad contuſa.*

℞. Rad. Conſolidæ majoris & minoris ana ℥ iij.
Chamæmeli, Meliloti ana ℥ j.
Croci ℈ j.
Farinæ fabarum ℥ ij.
E Farinæ Fœnugræci ℥ j.
Coque ex aqua: & primò radices adde Abſinthii & Cumini ana ℥ ß. *Præclarum eſt iſtud ad contuſa. *Idem.*

*Cataplaſma ad dolores & inflammationes partium externarum.*

℞. Rad. Althææ ℥ iij.
Flor. Chamomillæ, flor. Violarum pulveriz. Furfuris ana P.j.
F Malvæ cum rad. Violariæ, Branchæ Urſinæ ana M.j.
Fiat decoctio in brodio pingui, ut vervecis: vel adde
Axungiæ porci ℔ ß.
Contundantur omnia, & per cribrum transmittantur, & fiat cataplaſma. *Rondeletius.*

*Cataplaſma ad dolores articulorum ex materia calida.*

℞. Medullæ panis menii ℔ j.

Decoqua-

A Decoquatur in lacte bubulo, è quo non ſit extractum butyrum, q. ſ. Fiat cataplaſma. Ad magnam ſedationem doloris, oleum violatũ ponendum: ad majores, oleum hyoſcyami: ad maximum oleum mãdragoræ, addẽdo modicum croci. *Idem.*

*Aliud ex herbis.*

℞. Solani, Violarum ana M. j.
Flor Hyoſcyami M. ij.
Flor. Violarum, Chamæmeli ana P. j.

Fiat decoctio in lacte, vel aqua. His cum axungia
B porci confuſis & cribratis, crocique ℈ j. addito, fiat cataplaſma. *Rondeletius.*

*Cataplaſma in dolore colico & nephritico.*

℞. Stercoris bubuli ℔ ij.
Vini, Mellis ana parum.

Fiat cataplaſma. *Rondeletius.*

*Aliud fortius.*

℞. Stercoris Bovis ℔ j.
C Stercoris Capræ ℥ iij.
Sem. Aniſi, item Fœniculi, Carvi ana ℥ ß.
Mellis parum.

Miſce, & fiat cataplaſma. *Idem.*

*Cataplaſma ad dolorem oculorum.*

℞. Pomorum acidorum N. iij.

Decoquantur in aqua peculi roſarum, amotis ſeminibus & cortice, & duro quod ineſt: contundantur, & facto cataplaſmate applicetur frigidè ſupra palpebras. *Rondeletius.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Panis syncomiſt. ℔ ß.

Temperetur in lacte, & parùm coquatur, fiatque cataplaſma.

*Aliud.*

℞. Portulacæ M. ij.

Contuſa diligenter apponantur ſupra partem affectam. Eodem modo fieri poſſunt ex plantagine & ſolano. *Idem.*

*Cataplaſma ad dolorem ventriculi.*

℞. Roſarum rubrarum P. ij.
Carnis Cotoneorum, Palmularum ana ℥ ß.
Abſinthii Pontici, Junci rotundi ſicci,
Oenanthæ ana M. ß.
Polentæ ℥ ij.

Rurſus coquantur: poſtea adde
Maſticis ʒ ij Olei Melini ℥ j.

Ex vino rubro incoquantur: deinde addantur.
Fiat cataplaſma. *Andernacus.*

*Cataplaſma ad dolorem podagricum.*

℞. Farinæ Hordei P. ij. vel
Caſſiæ fiſtularis ℥ ij.

Diluto oleo coſtino, vel ſicco, aquáve ſolani, aut plantaginis. *Andernacus.*

*Aliud præſtantiſſimum, ejusdem.*

℞. Micæ panis ſecalini ℥ iij.

Macerato in lacte bubulo, & modicè coquito: deinde addito
Vitellorum ovorum N. ij.
Croci ℈ ij. Fiat cataplaſma.

*Cataplaſma mitigatorium ad parotidas per initia.*

℞. Farinæ Frumenti, vel farinæ Hordei, vel farinæ ſem. Lini P. ij.

Ex mulſa redigantur in cataplaſma. *Andernacus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Althææ, Chamæmeli ana M. j.

Decoquito, & juri farinam hordeaceam inſtar P. ij. miſceto.

*Aliud, ejusdem.*

℞. Cremoris Lini, item Fœnigræci ana ℥ ij.
Vitell. ovorum N. ij.
Butyri recentis ℥ j ß.
Olei communis loti in aqua calente ℥ ij.

Mixta omnia membro dolenti admoventur ſtatim.

*Cataplaſma ad inflammationem.*

℞. Succi Sempervivi ℔ j.
Vini craſſi acerbi ℔ ß.
Farinæ Hordei ℥ iij.
Corticis Mali granati, Sumach ana ℥ ß.

Miſce, & fiat cataplaſma. *Rondeletius.*

*Cataplaſma ſtupefaciens.*

Ad ſenſum ſtupefaciendum ex pomis mandragoræ decoctis in lacte, vel foliis hyoſcyami eodem modo coctis fiat cataplaſma, addendo parum croci. *Rondeletius.*

*Cataplaſma ad oculos, refrigerans.*

D ℞. Succi Sempervivi ℔ j.
Vini craſſi acerbi ℔ ß.
Farinæ Hordei ℥ iv.
Corticis Mali punici, Rhus ana ℥ ß.

Fiat cataplaſma. *Idem.*

*Puls ad dolorem & tumorem rubrum oculorum.*

℞. Micam panis albi, maceretur aliquot horis in aqua roſarum & lacte recenti muliebri, mox
E in pultem vertatur, ac addatur medulla pomi toſti acidioris: ac adjice parum croci, quo flavedinem ducat. Fiat puls: quæ ſindone duplici, vel tenui linteo excepta, tepidè oculo dolenti imponatur. *Heurnius.*

*Puls ad tumores maturandos.*

Mica panis injiciatur lacti, vel decocto Chamæmelorum, hinc in pultem vertitur: adjiciatur vitello ovi, oleo roſato, vel chamæmelino, aut ſimplici oleo: croci quid remiſcetur ac tumori
F imponitur: * dolorẽ ſedat & coctionẽ promovet.

Interdum accipimus & mucilaginis ſeminis althææ, fœnigræci, lini libram: & lento igne dum coquuntur, inſpergitur hordei farina, & tandem ovi vitelli, crocus & butyrum, vel adeps & oleum adjiciuntur. *Idem.*

*Puls ad vermes.*

Accipimus Abſinthium, contundimus ex aceto, & expreſſioni addimus fel bubulum, & farinam lupinorum: umbilici regionibus infrimus. *Idem.*

# *De Ceratis, Sectio XXXI.*

**Ceratum** à cera nomen habet, & ex ſpecieb. pauló craſſiorib. & oleis componitur, & cum cera aut reſina terebinthina, aut utriusq; ſimul in ſolidiorem conſiſtentiam coit. Horum autem alia alterant qualitate

- Prima. *Sic*
  - Calida
    - Ceratum *ſtomachale.*
    - Ceratum *Andromachi.*
    - Ceratum *de Euphorbio.*
    - Ceratum *Matricale, &c.*
  - Frigida
    - Ceratum *infrigidans.*
    - Ceratum *ſandalinum.*
    - Ceratum *è ceruſſa, &c.*
  - Sicca — Ceratum *Cerina.*
- Secunda. *Sic*
  - Emolliunt
    - Ceratum *diapente.*
    - Ceratum *Alexandri.*
    - Ceratum *è ſtyrace magiſtrale.*
    - Ceratum *Gratia Dei.*
    - Ceratum *oxycroceum.*
    - Ceratum *œ ypatum, &c.*
  - Aſtringunt: *ut* — Sparadrappum *Vigonis, &c.*
  - Conſolidant *& glutinant*
    - Ceratum *ex pelle arietina.*
    - Ceratum *è betonica.*
    - Ceratum *capitale.*
    - Ceratum *viride Macharionis.*
    - *Iſis ex Galeno.*
    - Diadictamnum *ſeu* Sacrum *Galeni, &c.*
  - Abſtergunt: *ut* — Ceratum *detergens vulnera & ulcera.*
  - Attrahunt: *ut* — Ceratum *attrahens.*

## DE CERATIS calidis.

### *Ceratum ſtomachale, Galeni.*

℞. Roſarum rubrarum,
Maſticis ana ʒ xx.
Fol. Abſinthii ſiccorum ℥ xv.
Spicæ nardi Indicæ ʒ x.
Ceræ ℥ iv.
Olei Roſati ℔ j ß.
Aquæ roſar. quantum ſufficit ad lavandum,
Vini veteris auſteri,
Succi Cidoniorum ana q. ſ. ad lavandum.
Aceti parum.

Omnia tenuiſſimè terantur: cera & oleum igne lento liquentur, & aqua roſarum diù laventur: liquentur iterum, & laventur vino, ſucco & aceto: pòſt miſce reliqua, & fiat ceratum. * Ventriculum & hepar roborat: horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem juvat. *Meſues.*

### *Ceratum Andromachi.*

℞. Styracis ℥ ß.
Maſticis ℥ j ß.
Folii, Spicæ nardi Indicæ ana ℥ iij ß.
Euphorbii ℥ iij.

A Cinnamomi ʒ vj.
Ceræ albæ ʒ xx.
Olei Balanini ℥ iix.
Olei Balſami ʒ xv.

Fiat ceratum. * Ventriculum frigidum roborat, ne excrementa aliarum partium tam promptè recipiat: affectus nervorum & juncturarum frigidos, ut duritiem, dolores, tumores, quos diſſolvit, ſi digeri ſunt habiles; aut coquit, aut ſuppurat,
B ſi maturari poſſunt. *Meſues.*

### *Ceratum de Euphorbio.*

℞. Olei Cinnamomi, vel olei antiqui ℔ j.
Ceræ flavæ ℥ ij.
Euphorbii recentis ℥ j.

Fiat ceratum. * Pro parte convulſa mirabile eſt. *Meſues.*

C

### *Ceratum Matricale.*

℞. Galbani præparati (ejus præparationem pete ex Cordo) ℥ j ß.
Myrrhæ rubeæ ʒ ij.
Bdellii ʒ j.
Matricariæ,
Arthemiſiæ ana ʒ ß.

Gummi diſſolvantur in aceto, & fiat ceratum. *Auguſtani.*

DE

## DE CERATIS frigidis.

### *Ceratum infrigidans, Galeni.*

℞. Ceræ albæ ℥ ij.
Olei Roſati Omphacini ℥ iij.

Conquaſſentur ſimul cum modico albi & clari aceti. Oleum verò omphacinum antequam roſas recipiat, ſæpius eſt lavandum cum aqua fontis gelidiſſima: deinde confice ſecundùm artem. *Refrigerat febres ardentes, calorem hepatis, & ſedat dolores capitis, circum tempora, ſuper hepar, & per ſpinam dorſi linitum. *Meſues.*

### *Ceratum ſandalinum.*

℞. Roſarum ʒ xij.
Sandali rubri ʒ x.
Sandali albi, citrini ana ʒ vj.
Boli Armeni ʒ vij.
Spodii ℥ ß.
Caphuræ ʒ ij.
Ceræ albæ ʒ xxx.
Olei Roſati ℔ j.

Confice ſecundùm artem. *Phlegmonas & intemperaturas omnes calidas ventriculi, hepatis, & partium aliarũ potentiſſimè extinguit. *Meſues.*

### *Ceratum è Ceruſſa.*

℞. Ceruſſæ ℔ j ß.
Olei Roſati ℔ ij.
Ceræ candidæ ℥ iv.

Cera in oleo liquata, adde ceruſſam tenuiſſimè lævigatam, & ſemper agitando coquãtur donec nigreſcant. *Sanat ambuſta, eryſipelata, ſcabiem ſiccam, & ulcera calida.

### *Ceratum Ceriræ, Cteſiphontis.*

℞. Ceræ citrinæ, Terebinthinæ.
Olei antiqui, Salis nitri ana ℔ ß.
Aquæ communis ℥ iix.

Diſſolvatur nitrum in aqua mortario impoſita ad perfectam colaturam, poſtea ponatur ad ignem, ſemper agitando cum baculo, ad perfectam coctionem, fiant maſſæ in bona forma. *Exiccat mirificè humores omnium corporis partium, & præſertim ſcroti. *Galenus.*

## DE CERATIS EMOLlientibus.

### *Ceratum diapente.*

℞. Ceræ flavæ ℥ iij.
Styracis liquidi ʒ iij.
Terebinthinæ ℥ j.
Muccaginis ichthyocollæ, vel
Gummi Hederæ,
Olei Irini ana quantum ſufficit.

Miſce, & fiat ceratum ſecundùm artem. *Spaſmum & nervorum juncturarumq; tumores duros & nodoſos lenit.

### *Ceratum Alexandri.*

℞. Comarum Abſinthii, Thuris ana ℥ x.
Hammoniaci, Styracis calamitæ ana ʒ xij.
A Spicæ nardi ʒ iij. Ceræ ℥ iv.
Olei Chamæmelini quantum ſufficit.

Hammoniacum & thus vino horis xxiv. macerentur: oleum & cera liquentur igne: reliqua trita & cteta inſpergantur. *Ventriculum & ventrem reliquum inferiorem roborat, ab hisq; duritiem diſſipat. *Meſues.*

### *Alterum ejusdem.*

℞. Caſtorii, Euphorbii,
Piperis longi, nigri ana ℥ j.
B Hammoniaci, Opopanacis,
Galliæ ana ℥ j ß.
Medullę cruris Cervi, itẽ cruris Vaccę ana ℥ ij.
Terebinthinæ ℥ vj.
Styracis liquidi ℥ j.
Adipis Gallinæ, item Anatis,
Anſeris, Porci ana ℥ j ß.
Ceræ ℔ j.
Olei veteris, item Nardini, Irini, Laurini,
Chamæmelini, Leucoji lutei,
C Naphthici ana ℥ iix.
Olei Balſami ℥ iv.
Vini veteris q. ſ. ad macerandum.
Oeſypi ℥ iv.

*Valenter ſcirrhos diſſipat articulorum, & nervorum omnium, dolores & affectus diuturnos à frigido natos, & contractiones, & paralyſin, & torturam.

### *Ceratum è Styrace, magiſtrale.*

D ℞. Styracis liquidi ℥ iv.
Ceræ flavæ ℥ ij.
Thuris, Myrrhæ ana ℥ j.

Fiat ceratum ſecundùm artem. *Nervorum juncturarumq; tumores duros lenit.

### *Ceratum Gratia Dei.*

℞. Galbani, Opopanacis, Æruginis, Thuris,
Ariſtol. longæ, Maſtiches, Myrrhæ ana ℥ j.
Hammoniaci ℥ j. ʒ ij.
Ceræ ℥ iix.
E Lithargyri, Olei communis ana ℥ xiix.
Bdellii ʒ ij.
Lapidis Calaminaris,
Lapidis Hæmatitis ana ℥ j.
Olei Abſinthii ℥ iv.
Terebinthinæ ℥ vj.

Fiat ceratum. *Mollit, tergit, glutinat.

### *Aliter, Nicolai.*

℞. Terebinthinæ ℔ ß.
Reſinæ ℔ j.
F Ceræ albæ ℥ iv.
Maſticis ℥ j.
Verbenæ, Betonicæ,
Pimpinellæ ana M. j.

Herbæ piſtentur, & in vino albo odorato bulliãt uſque ad conſumptionem tertiæ partis, colentur, & deinde herbæ abjiciantur, ac cera, reſina & maſtiche cum colatura ponantur, & bulliant iterum, agitando donec optimè incorporentur: & tunc deponantur ab igne, & addatur terebinthina, & totum agitetur benè cum ſpatula, & fiat emplaſtrum.

*Ceratum oxycroceum.*

℞.Croci,Picis nigræ,Picis Græcæ,
Ceræ ana ℥ iv.
Terebinthinæ,Galbani,Hammoniaci,
Myrrhæ,Thuris,Maſtiches ana ℥ j. ʒ iij.

Galbanum & hammoniacum in aceti ſufficienti quantitate diſſolvantur: coque dum diſſoluta ſint: cola,& rurſum coque, donec acetum in vaporem evanuerit,tunc adde picem, ceram, terebinthinã,liquata: deinde maſtiches,thuris,myrrhæ pulverem tenuiſſimum, continẽter miſcendo,donec percocta ſint ad cerati craſſitiem. Infunde in aquam frigidam, exime, preme, & in tabula marmorea oleo laurino inuncta extende: poſtremò crocum in tenuiſſimum pulverem redactum admiſce: fiat ceratum. * *Prodeſt oſſibus fractis,item partibus,quę dolore aliquo affliguntur: duritiem deniq; omnem emollit, & diſcutit. Nicolaus.*

*Ceratum œſypatum,Galeni.*

℞.Ceræ flavæ ℥ iij.
Olei Chamæmelini,Irini ana ℥ vj.
Maſticis ℥ j.
Spicæ Nardi ʒ ij ß.
Croci ʒ j ß.
Terebinthinæ ℥ j.
Reſinæ ℥ ß.
Oeſypi ʒ xxc.

* Emollit & digerit tumores duros hepatis, ſplenis, uteri, nervorum, juncturarum, & aliarum partium: eſtque anodynum. *Meſues.*

*Ceratum œſypi,Philagrii.*

℞.Croci ʒ v.
Bdellii,Maſticis Hammoniaci,
Aloës,Styracis liquidi ana ʒ vij.
Ceræ flavæ ℔ j.
Terebinthinæ ℥ j ß.
Medullæ cruris vaccæ,Adipis anſeris ana ʒ xv.
Oeſypi humidæ ℔ j ß.
Olei Nardini quantum ſufficit.

Bdellium, hammoniacum & aloë diſſolvantur in aqua, in qua fœnumgræcum & chamęmelum ſunt macerata: cum aliis miſceantur in unguentum. Poſt Philagrium addiderunt nonnulli

Succi Squillæ ℥ iij.
Sevi vitulini ʒ xv.
Thuris ℥ j.
Ceræ quartaria iij. ſeu ℥ ix.

*Ad eadem potens. *Meſues.*

*Ceratum œſypatum,Pauli.*

℞.Hammoniaci ʒ x.
Bdellii ʒ v.
Styracis liquidi, vel Myrrhæ Stactis ℥ ß.
Croci ʒ j ß.
Aloës,Maſtiches,Thuris ana ʒ ij ß.
Ceræ ʒ iij.
Sevi Medullæ vituli ana ʒ ij.
Oeſypi ʒ xl.
Olei Irini quantum ſufficit.

Confice ſecundum artem, * Idem pollet

A

# DE CERATIS ADſtringentibus.

*Sparadrappum Vigonis.*

℞.Hordei,Myrtillorum,olei Roſati ana ℥ ij.
Unguenti populinei ℥ ij ß.
Pinguedinis vituli,Pingued.vaccinę ana ℔ ß.
Axungiæ porci ℥ v.
Plantaginis,Solatri,Matriſſylvæ ana M.ij.
Vini granatorum ʒ iix.

B Omnia ſimul piſtentur, & conquaſſentur, ac per diem naturalem permaneant: deinde bulliant ad conſumptionem vini: poſtremùm colentur: colaturæ adde ſequentia:

Lithargyri auri,Lithargyri argenti ana ℥ iij.
Minii,Boli Armeni,Terræ ſigillatæ ana ʒ vj.

Bulliant iterum,ac baculo agitentur,& cum cera alba quantũ ſufficit, fiat Sparadrappum nigrum, addendo in fine cocturæ,

Caphuræ ʒ ij.
C Terebinthinæ ℥ iij ß. Miſce.

*Ceratum contra vomitum nimium puerorum.*

℞.Olei Myrtini ʒ ij.
Succi Omphacini ʒ j ß.
Vini auſteri rubri ʒ j.

Bulliant in duplici vaſe,ad conſumptionem vini: deinde adde

Maſticis,Myrrhæ,Acaciæ,
Thuris ana ℈ ß.
Ceræ,Reſinæ ana quantum ſufficit.

Fiat ceratum molle. *Hieron. Mercurialis.*

D

# DE CERATIS CONſolidantibus & glutinantibus.

*Ceratum ex pelle arietina.*

℞.Lithargyri,Lapidis Hæmatitis,
Sanguinis Draconis,Boli Armeni,
Opii,Maſtiches,Hammoniaci,Mumiæ,
E Galbani,Thuris,Coſti,Lumbricorũ ana ʒ ß.
Picis nigræ,Græcæ,ſeu Colophoniæ,
Ceræ albæ,rubræ ana ʒ j.
Rad.Conſolidæ majoris,minoris ana ʒ iij.
Roſarum rubrarum,Myrrhæ,
Aloes ana G.xiix.
Succi Hypociſtidis,Gallarum immaturarum,
Balauſtiorum,Ariſtol.rotundæ ana ʒ vj.
Viſci quercini,Terebinthinæ ana ʒ ij.
Sanguinis hominis rufi ℥ ix.

F Fiat autẽ in hunc modum: Pellem arietinam integram cum omnibus pilis coques in aqua, donec ferè omninò diſſoluta ſit in lentorem quendam: quem colabis. Hujus colaturæ ſume ℔ j, immitte in vas novum, in quo viſcus liquabis igni lento,rudicula ſemper agitando: injice deinde lumbricos,poſtea ceram,terebinthinã,& maſtichen: his liquatis adde gummi aceto diſſoluta,& coque ad cerati craſſitiem: poſtremò injice quæ terenda ſunt probè trita. probè miſcero, & confice

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0530-8

confice magdalias. * Magnæ eſt efficaciæ in rupturis. *Arnold. Villanov.*

*Ceratum è betonica.*

℞. Terebinthinæ, Reſinæ pini,
Ceræ flavæ ana ℥ iv.
Betonicæ pulveratæ ℥ j.
Maſticis, Thuris ana ℥ ß.
Mumiæ ℥ iij.
Miſce, fiat malagma. * Ad capitis vulnera utile eſt. *Carpenſis.*

*Ceratum capitale.*

℞. Terebinthinæ in vino malvatico ſępiùs lotę,
Reſinæ pini,
Ceræ albæ ana ℥ iij.
Mumiæ ℥ j ß.
Terebinthina, reſina, & cera liquatis, adde mumiam læviſſime tritam: coque igni, ſemper movendo: deinde injice in vas argenteum, aliúdve terſum, in quo habeas aceti roſati è vino malvatico ℔ iv. Macerentur horis xxiv. deinde manu exprime, donec acetum ſit excolatum: repone vaſe vitreo. *Carpenſis.*

*Ceratum viride, Macharionis.*

℞. Olei Roſati, Omphacini ℥ vj.
Ariſtolochiæ, Galbani, Opopanacis,
Hammoniaci, Æruginis,
Myrrhæ, Iridis ana ℥ j.
Terebinthinæ ℥ vij ß. Ceræ tantundem.
Fiat ceratum. * Ad omnia recentia vulnera prodeſt: cõglutinat, & phlegmonem arcet, ubi contuſio fuerit: rabioſi canis morſum curat: item ad aurium, naturaliumq; & narium ulcera facit: in oſſibus denudatis carnem producit. *Galenus.*

*Iſis ex Galeno.*

℞. Ceræ albæ ʒ l.
Terebinthinæ ʒ c.
Squamæ æris, Æruginis, Ariſtolochiæ,
Thuris, Salis Hammoniaci,
Ammoniacæ guttæ, Æris uſti ana ℥ ß.
Aluminis uſti ʒ iij.
Myrrhæ, Aloës, Galbani ana ʒ vj.
Olei veteris ℥ v.
Coquantur, deinde ſubigantur manibus aceto forti lotis, ac fiant magdaleones, quos in aceto repones diebus decem.
Alii addunt radices dracontii ℥ ß.

*Diadictamnum, ſeu ſacrum Galeni.*

℞. Olei veteris ℔ ij ß.
Lithargyri ℔ j. ℥ ß. Æruginis ℥ j.
Squamæ æris ʒ vj.
Colophoniæ ℥ vj. ʒ ij.
Pollinis thuris ℥ j ß.
Hammoniaci ℥ ij.
Æris uſti ℥ j.
Diphrygis, Gentianæ ana ʒ vj.
Propoleos, Aloes ana ℥ j.
Galbani ℥ j ß.
Ariſtolochiæ rotundæ,
Dictamni Cretenſis ana ℥ j. ʒ ij.
Ceræ ʒ xxv.

A Confice in hunc modum: Lithargyrum cum oleo mixto coques tantiſper, dum probe coierint, continenter agitando, & additis ęrugine & ſquama æris, ferveant aliquantulum: exime igni, & dum adhuc bulliunt, immitte reſinam, & Hammoniacum in aceto diſſoluta, & eò uſque movebis, donec deferbuerint, tum ceram, & æs uſtum immitte. Ruſus coquantur igne, & cum non inficient manus exime, & adde reliqua tenuiſſimè trita, probè moveto, & confice magdaleones. B

*Ceratum fracturis omnibus cum vulnere oportuniſſimum, præſertim brachiorum, & tibiarum.*

℞. Reſinæ, Ceræ ana ℔ j.
Pulv. cort. Tiliæ ℥ iij.
Succi Geranii ℥ iv.
Coquantur ad ceroti conſiſtentiam, quod ſuper C linteo prius oxyrhodine madefacto, apponatur vulneri cum fractura. *Quercetanus.*

*Aliud, quo ipſe ſemper utor.*

℞. Gummi rad. Conſol. major.
Viſci pomorum, Viſci populi ana ℥ iv.
Succi Geranii ℥ vj.
Lapidis ſabuloſi Rhenenſ. vel
Argillæ rubræ, aut Boli Armeni ℥ iij.
Pulv. cort. Tiliæ ℥ ij.
Vitellos ovorum N. xx.
D Terebinthinæ ℔ ß.
Olei Lumbricorum ℥ iij.
Coquantur omnia benè permixta, uſque ad ceroti conſiſtentiam. * Aptiſſimum eſt remedium ad vulnera fracturis complicata, atque ad arcendos dolores, inflammationes, aliaque ſymptomata. *Idem.*

## DE CERATIS ABS-
E tergentibus.

*Ceratum detergens vulnera, & ulcera.*

℞. Maſſæ emplaſtri Diachalciteos ℥ vj.
Olei viſci pomorum q. ſ. ut fiat cerati inſtar, quod vulneri ſuperponatur. *Quercetanus.*

*Ceratum contra vermes.*

F ℞. Myrrhæ, Aloës ana ʒ j.
Pulv. Scordii, ſem. Abſinthii,
Sem. Citri ana ℈ ß.
Ceræ, Reſinæ ana quantum ſufficit.
Fiat ceratum. *Hieron. Mercurialis.*

*Ceratum ad gangrænas.*

℞. Ceræ, Picis navalis ana ℥ iij.
Liquoris Myrrhæ ℥ ij.
Colophoniæ ℥ j ß.
Olei frumenti, olei Ovorum ana ℥ ß.
Miſce, & fiat ceratum ſ. a. quo utendum, ſcarificata prius parte affecta. *Quercetanus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0531-4

## DE CERATIS attrahentibus.

*Ceratum attrahens.*

℞. Ammoniaci,
Bdellii in aceto roſ. diſſol. ana ℥ ij.
Galbani ℥ ß.
Mumiæ, Thuris, Maſticis ana ʒ iij.
Caphuræ ʒ ij.
Coralii utriusque, Magnetis præparati,
A Aſphalti, Carabis ana ℥ ß.
Rad. Ariſtolochiæ, rad. Serpentariæ,
Rad. Arundinis ana ʒ ij ß.
Ceræ, Picis navalis ana ℥ iij.
Alabaſtri ʒ iij.
Olei Terebinthinæ, Olei ovorum ana q. ſ.

Miſce, & fiat cerati inſtar. *Hoc medicamentum rectè preparatum tum venenum elicit ex vulneribus, tum glandem, ferri, oſſium, lignorum, & veſtium fragmenta ad ſe pertrahit. *Quercetanus.*

## *De Dropacibus, Sectio XXXII.*

Dropax, Latinis Picatio, à pice vocata eſt, B qua membra externa omnia extenuata, reſoluta, frigida & humida oblini ſolent.

*Dropax ſimplex.*

℞. Picis quantum ſufficit.
Olei communis, vel Terebinthinæ parum.

Liquentur ſimul, & fiat dropax. *In extenuatis commodiſſimum eſt. Calfacit & humectat, ſanguinemq; ad partes membrorum emaciatas attrahit, reficitque. Quinetiam iis, qui cibum ſolent removere & craditatem experiri: item cœliacis, & aliis alimentum non ſentientibus convenit.

*Dropax compoſitus.*

℞. Picis, Ceræ, Colophoniæ ana ℥ iij.
Nitri ℥ j ß.
Bituminis ℥ j.
Sulphuris vivi ʒ iij.
Piperis, Euphorbii, Adarcæ ana ʒ ij.
Cantharidum ʒ ß.
Olei Cyperini ℥ j.

Fiat dropax. *Diuturnis vitiis convenit, & ante ſinapiſmum corpus præparat: poſt illum autem morbi reliquias diſcutit.

*Aëtius.*

## *De Sinapismis, Sectio XXXIII.*

Sinapismus nihil aliud eſt, quàm cataplaſma, aut emplaſtrum ex ſinapi confectum: qualia ſunt rubificantia, &c.

*Sinapiſmus Aëtii.*

Ficus pingues in aqua tepida pridie macerentur: in ſequenti die valenter expreſſæ, levigentur curioſius: deinde acre ſinapi privatim teratur, interq; terendum paululùm ex diluto illarum affundatur, quò commodiùs hoc teri poſſit; ſic tamen, ut non aquoſum fiat: poſtea utraq; ſeorſim D in maſſa redigantur, & inter ſe commiſceantur, prout uſus requiret. Nam ſi valencẽ ſinapiſmum inducere voluerimus, duas partes ſinapis cum una ficuum temperabimus: ſin imbecillem, unam ficuum cum duabus ſinapis miſcebimus: ſi mediocrem, æquales utriusq; portiones committe- C mus. In delicato & tenero corpore, externoq; affectu, panis vice caricarum ſinapi admiſceri poteſt, aut id priùs in aceto macerari: nam hoc illius efficaciam imminuit. *Omnibus diuturnis affectibus prodeſt, ut comitiali, vertigini, cephalææ, hemicraniæ, arthritidi, coxæq; dolori, & aliis, qui ex frigidiore materia proveniunt.

*Sinapiſmus alius.*

℞. Olei Coſtini ℥ j.
Olei è Caſtorio,
Olei Euphorbii ana ʒ j ß.
Sinapis ʒ ij. Caſtorei ʒ j.
Euphorbii ℈ j.
Sagapeni, Aceti ana ʒ j ß.

Cum cera quantum ſatis eſt ad emplaſtri conſiſtentiam. *Fuchſius.*

## *De Ceris Tingendis ſeu Colorandis, Sectio XXXIV.*

*Cera alba quomodo fiat.*

℞. Ceræ quantum ſatis eſt.
Aquæ claræ part. ij.

Miſceantur duo hæc, & calefiat aqua ad ignem clarũ uſquequò cera ſit liquefacta, deinde paululùm permittatur quieſcere, donec tota cera natet ſuper faciem aquę: deinde accipe vas aliquod vitreatum, cujus pars exterior ſit lenis, madefac id in aqua frigida: deinde infundatur ferè me- E dietas ejus in cera liquefacta, & extrahe cum cera, quæ ſibi adhæret, & permitte ceram illam infrigidari: deinde ſepara eam à vaſe, & tantũ hoc facias, quoad tota cera ab aqua fuerit extracta: deinde dictam ceram taliter formatam Soli exponas & rori in menſe Maji, & illam ſępe volvas, & tandiu permittatur, donec fiat alba, ut ceruſſa. Sunt qui ceram dealbant tribus diebus ſervando prædictum modum. Verùm id faciunt Julio menſe.

menſe, quando Sol eſt in majori calore. Et quia cera facilè à Solis calore liqueſcit, aqua munda frigida bis in die aſpergenda eſt. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Modus alius dealbandi ceram.*

℞. Ceræ quantum volueris.
Aquæ claræ part. ij.

Bulliant ſimul, & coquantur, donec nigreſcat aqua. Et tunc projice aquam illam, & pone aliam, & ita ſepè fiat, donec fiat alba: deinde collige ceram, & reſerva. *Idem.*

### *Cera flava quomodo fiat.*

℞. Ceræ flavæ ℔ j.
Terebinthinæ puræ ℥ iij.

Liquentur ſimul ſupra carbones. Quidam addunt pulverem curcumæ. quod non opus eſt, ſi cera cruda per ſeſe elegans ſumatur. *Colonienſes.*

### *Cera rubra quomodo tingenda.*

℞. Ceræ puræ ℔ j.
Terebinthinæ puræ ℥ iij. in æſtate: in hyeme verò ℥ iv.
Cinnabaris ſuper lapidem pictorũ benè triti,
Olei communis ana ℥ j.

Liquefiant cera & terebinthina, ad ignem: deinde removeantur, & poſt aliqualem infrigidationem addatur oleum & cinnabaris ſimul trita, be-
A neque ſimul miſceantur, & in formulas ſculptas fundantur. Quidam minium ponũt, quod tamen non ita eleganter tingit, ſed minore quantitate: alii utrunque. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Cera viridis quomodo fiat.*

℞. Ceræ novæ ℔ j.
Viridis æris triti,
Olei olivarum ana ℥ j.
Terebinthinæ ℥ iij.

B Liquefiat cera & terebinthina, & poſt aliqualem infrigidationem, addatur viride æris, & oleum, & bene miſceantur: deinde fundatur in formulas ſculptas, & madida ſpongia humectatas. Sed prius ſpuma auferatur candente carbone, vel cerea candela ardente admota: ita enim abſumitur ſpuma. Cavendum autem, ne vel carbo in ceram incidat: vel cinere cera inficiatur. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Cera nigra quomodo facienda.*

C ℞. Ceræ novæ ℔ j.
Terebinthinæ ℥ iv.
Terræ nigræ tritæ,
Olei communis ana ℥ j.

Liquefiant cera & terebinthina, & poſt aliqualem infrigidationem addantur terra nigra, & oleum, & fiat ut ſuprà. *Theſaurus Aromatariorum.*

## *De Salibus, Sectio XXXV.*

Salium alia
- Purgant per
  - Tuſſim: *ut*
    - Sal *Hypericonis.*
    - Sal *Polypodii, &c.*
  - Alvum: *ut* — Sal *Catharticum.*
  - Urinam: *ut*
    - Sal *Chamomillæ.*
    - Sal *Abſinthii.*
    - Sal *Gentianæ.*
    - Sal *Graciolæ.*
    - Sal *Ononidis.*
    - Sal *Geniſtæ.*
    - Sal *ſtipitum fabarum.*
    - Sal *Juniperinum, &c.*
  - Uterum: *ut*
    - Sal *Arthemiſiæ.*
    - Sal *Meliſſæ.*
    - Sal *Chelidonii. &c.*
  - Sudorem: *ut* — Sal *ligni Guajaci, &c.*
- Dolorem *ſedant*
  - Sal *ſanguinis Humani.*
  - Sal *ſanguinis Cervini.*
  - Sal *ſanguinis Hircini, &c.*
- Detergunt: *ut*
  - Sal *urinæ.*
  - Sal *mellis.*
  - Sal *aceti, &c.*
- Erodunt: *ut* — Sal *Alkali.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0533-5

## DE SALIBUS PURgantibus per tuſſim.

*Sal Hypericonis.*

Hypericonis plantam ſiccam in cinerem redige ſuper foco: cinerem projice in aquam ferventem, & decoquantur, & partes terreſtres ad fundum deſcendunt. Poſtea aqua in cucurbita in balneo Mariæ conſumatur, & remanebit in fundo ejus ſal: quem exicca bene. * In pleuritide probatiſſimum eſt. Datur patienti in vino calido, quantum dimidio cortice nucis avellanæ contineri poteſt. *Euonymus.*

*Sal Polypodii.*

℞. Polypodii quantum ſufficit.

Extrahatur eorum aqua per balneum Mariæ: fæces reliquæ in fundo calcinantur in furno reverberationis: cum aqua propria fiat filtratio calcis ſæpiſſimè: aqua filtrata ponatur in pelvi ad Solem, vel cinerem calidum, ut aquoſitas exhalet, & ſal remaneat. * Pleuritidi prodeſt. *Idem.*

## DE SALIBUS PURgantibus per alvum.

*Sal Catharticum.*

℞. Salis Ammoniaci ℥ j ß.
Diagridii, Euphorbii,
Piperis, Cymini, Zingiberis, Marathri,
Aniſi, ſem. Apii, Ameos, Leviſtici,
Petroſelini, Cardamomi ana ʒ ij.

Fiat pulvis, de quo detur manè cum vino calido quaſi ℥ iij. * Purgat caput, & caliginem oculorum, tollit dolorem aurium, paralyticos curat. *Arnold. Villanovanus.*

*Sal Marcelli.*

℞. Salis Ammoniaci ℥ iv.
Coſti ℥ iij.
Piperis nigri ℥ j. ʒ ij.
Cymini, Zingiberis, Piperis albi,
Marathri, Cinnamomi electi ana ℥ j.
Caryophyllorum, Galangæ, Cubebarum,
Cardamomi ana ʒ j. G. v.
Hyſſopi, Thymi, Origani,
Carvi, Aniſi, ſem. Apii, Petroſelini,
Leviſtici ana ʒ iij.

Omnia pulverizentur, & de iſto pulvere utatur in prandio loco ſalis, & ſi volueris facere laxativum, adde doſi ipſius ℈ ij. diagridii, & da manè cum mulſa, vel vino ℥ j. * Expertum ad omnes humores capitis frigidos, phlegma de cerebro educit: hydropicis, iſchiadicis, & artheticis mirè ſubvenit.

## DE SALIBUS PURgantibus per urinam.

*Sal Chamomillæ.*

℞. Chamomillæ quantum ſatis eſt.

Exure in foco ab omni ſorde, ſcopis mundato: (aliqui priùs inſolant, alii in umbra deſiccant.)

A Modus uſtionis eſt, quouſque ambuſta in quodam velut pane cohæreat: ſed ſi ultrà progrediaris urendo uſque ad incinerationem, majorem ſalis menſuram conſequeris. Poſtea in fictili plumbato aquam huic pani vel cineri claram, limpidamq; ſuperfunde, & igni, ut aliquot horis effervescat, admove: demum effunde in aliud vas, ubi reſideat, fæcibus relictis: tandem tranſige per pannum lineum, & quod tranſactum erit, igne redde lento paucorum carbonum, quo ex- B halet aqua, ſal in fundo ſubſideat. * Difficultati urinæ prodeſt, ſi pugillus unus ex vino calido exhibeatur. *Leo Suavius.*

*Sal Abſinthii.*

℞. Abſinthii recentis quantum ſufficit.

Tere, deſtilla aquam per alembicum, calcina fæces vaſe clauſo igne mediocri, quouſque in cinerem ſiccum vertantur. Sitque ignis cautio, ne materia privetur propria & radicali humiditate, C quæ non poſſet ampliùs niſi vitrificatoriam dare fuſionem. Redde aquam ſuæ terræ, inhuma in fimo vel balneo aliquot dies, effunde cautè, ne fæces turbentur, deinde filtra, poſtremò evapora filtrationem. * Omnibus fere morbis exhibetur utiliter, præſertim in peſte. Aquam intercutem educit: urinam movet: ventriculum corroborat. *Idem.*

*Sal Gentianæ.*

Sal Gentianæ eodem modo, quo abſinthii, fit.
D * Febribus omnibus conducit: viſcerum obſtructiones aperit, expurgat: urinã & menſes movet.

*Sal Graciolæ.*

℞. Graciolæ quantum ſufficit.

Exure in foco, vel in fictili obturato, longo & validiſſimo igni, donec in cinerem albiſſimum redigatur. Poſtea in aqua pluvia vel ſtillatitia fac effervescat in vaſe vitreo, locato in fictili cinerũ pleno, & effervescat uſque ad conſumptionem E quartę partis aquę. Deinde ſubſideat aliquo tempore, effundatur in vas aliud vitreum amplum, in quod immittas linguas filtri novi purique, per quas aſcendet aqua clara ſalſa, deſcenderque in alia vaſa recipientia. Ubi ceſſaverit filtratio, evapora illam igne ſuavi in vaſe vitreo, & ſal reſtabit in fundo clarum ſincerumque. * Hydropi medetur. *Idem.*

*Sal Ononidis.*

Sal Ononidis eodem modo fit, quo graciolæ F ſal, vel Abſinthii, vel Chamomillæ. * Calculos cõminuit, expellit, urinæq; difficultati ſuccurrit.

*Sal Geniſtæ.*

Sal Geniſtæ fit, ut Chamomillæ vel Abſinthii. * Calculos frangit, expellit, & urinam movet.

*Sal ſtipitum fabarum.*

Sal ſtipitum fabarum conficitur ut chamomillæ. * Urinæ difficultati ſuccurrit: calculos frangit, expellitque.

*Sal è baccis & lignis juniperi.*

℞. Virgulta juniperi arida, unà cum ſuis baccis, in

cis,in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0534-1 DFG

cis,in magna quantitate,& in cinerem combure
exactiſſimè. Cum hoc cinere fiat lixivium cum
aqua mediocriter calida: aut poteſt in vaſe li-
gneo cinis cum aqua relinqui, ut ſubſideat, ac
poſtea aqua ſeorſim effundi, & cinis cum aqua
turbida ſeparari. His aqua alia affundenda, idq;
aliquoties, quoad nullus ſapor lixivii in aquam
deponatur, ac poſtea aqua decoctione conſu-
menda, ad exiccationem materiæ, & ejusdem
albedinem. Odore refert Boracem & urinam:
acris eſt,& penetrans.*Geſnerus.*

## DE SALIBUS PURgantibus per uterum.

### *Sal Arthemiſiæ.*

Sal Arthemiſiæ fit ut Chamomillæ. * Cādidus
& purus eſt, nec non, ut ſevum, pinguis: menſes
movet.*Euonymus.*

### *Sal Meliſſæ.*

Sal Meliſſæ paratur eodem modo, quo Ab-
ſinthii ſal. * Menſes movet: uterum expurgat:
ſuffocationi uteri ſuccurrit.

### *Sal Chelidonii.*

℞. Radices Chelidonii mundatas à terra ſine
ablutione quantum volueris, tere diligenter in
pila marmorea: pone in vaſe circulationis per
diem naturalem, deſuper infunde aquam arden-
tem: poſtea ſine per noctem in balneo Mariæ
ſtare: demum manè extrahe ſine ulla expreſſio-
ne. Poſtea fac ut ſeparetur (exuperet) aqua ar-
dens deſtillando, ut moris eſt, & colligatur. Et
cum tota aqua ardens per balneum Mariæ fue-
rit reſoluta, in fundo vaſis remanebit pulvis ci-
trinus: quo utere, pro qualibet doſi ℈ j. cum vi-
no albo, loco & tempore neceſſario. * Menſes
evocat.*Euonymus.*

## DE SALIBUS PURgantibus per ſudorem.

### *Sal ligni Guajaci.*

Sal ligni Guajaci fit ut Hypericonis, vel Cha-
momillę, vel Graciolæ.* Luem Veneream curat.

### *Sal Theriacum.*

℞. Viperas eodem tempore captas N.iij.
Salis Ammoniaci, vel communis, modium j.
Gentianæ conciſæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℔ j ß.
Centaurii minoris ℔ ij.
Cardamomi, Marrubii ana ℔ ß.
Scordii montani, Chamædryos,
Sem. Rutæ ℔ j.

Hæc omnia melle Attico commiſcebis. Harum
rerum mediam portionem in ollam novam, ex
argilla confectam, conjice, poſtea Viperas qua-
tuor vivas ſuperimmitte, & cum eis Scillas quin-
que recentes, conciſas: in reliquum aliarum re-
rum dimidium, poſtremò lutum ollæ diligenter
inducito, ubi priùs operculum impoſueris, quod
foraminibus quatuor aperies, ut per eam vapor
A egrediens aſſationis menſuram ſignificet. Nam
fumus, qui primùm exibit, obſcurus admodùm
& valdè turbidus, denotabit ignem ad Viperas
jam perveniſſe: quo tempore diligenter adver-
tas moneo, ut reſpirando, nō aërem attrahas in-
fectum hoc fumo, qui à Viperis exhalat. His per-
actis, cùm fumus deſiſtet, & tenuem quandam
flammam è foraminibus aſcendere videbis, tunc
optimè toſta cuncta judicato: itaq; transfer ol-
lam ab igne in locum, ubi per integrum diem &
B noctem frigeſcat: inde vaſe adaperto, combuſtas
res exime, quibus contuſis atque cribratis, adde

Sem. Rutæ ſylveſtris,
Hyſſopi ℥ ix.
Sem. Fœniculi,
Nardi Gallicæ,
Stachyos Scythicæ ana ℥ vj.
Petroſelini Macedonici ℥ iv.
Racemorum Amomi ℥ iij.
Origani Heracleontici ℥ ix.
C Sem. Hormini torrefacti ℥ iij.
Summitatum Thymi Attici ℥ ix.
Fol. Malabathri Indici ℥ iv.
Carnium baccarum Juniperi Laconici ℔ ij.
Sem. Coriandri ℔ ß.
Piperis albi,
Piperis nigri ana ℔ ij.
Rad. Silphii ℥ x.
Zingiberis ℔ ij.
Rad. Satyrii,
D Pulegii montani ana ℔ ß.
Sem. Seſeleos ℥ vj.
Sem. Tordilii montani,
Menthæ ana ℥ vj.
Caſſiæ optimæ ℥ ij.
Cinnamomi ℥ j.

Hæc ubi ſemel contudi, & excuſſi, denuò cōtun-
dere, & excutere molior, quò ſæpenumerò cri-
brata in tenuiſſimū pulverem redigantur, quem
in vaſis vitreis poſitum, nō ſtatim, ſed à quadra-
E geſimo die utendum trado. * Morbos cutim in-
feſtantes curat, vitiliginē albam, lepram, impe-
tiginem, & demùm omnia ſub cute poſita reſol-
vit. Quamobrem magna pars eorum, qui ſalem
hunc comedunt, plus quàm conſueverant, ſu-
dantes putridam materiam ejiciunt: dentes prę-
terea purgat, & ipſos à putredine ſervat, nec e-
rodi permittit: membra laxa denſat, illucq; de-
ſcendentem fluorem ſupprimit.*Galenus.*

F

### *Sal Abſinthii & Scabioſæ ſudoriferum.*

Abſinthium ſiccum & Scabioſam combure,
cineribus affunde aquam, coque ſeſquihoræ ſpa-
cio: qua effuſa, iterum novam aquam infer, idq;
toties, dum inſipidam aquam demittant. Hinc
aquam depura per cilicium, vel inclinato vaſe
effluat, & exhauriatur igne lento. *Propinantur*
hujus Salis G.x. ex aqua Bugloſſi, cum Vino al-
bo, vel ex conſerva Borraginis. *Idem faciunt*
G.xij. Salis Fraxini cum aqua Cardui benedicti,
vel Scabioſæ.*Heurnius.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0535-6
DFG

## DE SALIBUS DOlorem ſedantibus.

### *Sal ſanguinis humani.*

Sanguinem in fictili, operculo ſuo clauſo, exure longo & valido igne, donec in cinerem redigatur. Poſtea cinis in aqua pluviæ effervescat, hatque ſal: ut in Graciolæ ſale antea dictum eſt. * Veſicæ, articulorumque morbis, ut chiragræ, gonagræ, & podagræ medetur.

Sal ſanguinis cervini & hircini eodem modo fit, ad eademq; valet.

### *Sal Sacerdotale.*

℞. Salis communis ℥ xvj.
Cinnamomi ℥ iv.
Zingiberis, Amomi, Pyrethri,
Cymini, *Ameos, Piperis,*
*Sileris, Saturejæ, Hyſſopi,*
Origani, Pulegii ana ℥ j.

Quæ omnia terendo in pulverem redige: & in omni cibo utere: & uſui ſerva. * Dolorem capitis, & oculorum caliginem ſanat, & ſtomachi & dentium dolorem, tuſſim & anhelitum emendat, os odoratum reddit, & corpus humanum incolume ſervat. *Nicolaus.*

### *Aliud.*

℞. Salis calcinati,
Piperis ana ℥ j.
Cumini ℥ ß.
Carvi, Cinnamomi, Zedoariæ ana ʒ ij.
Zingiberis ʒ j ß.
Macis ℈ ij.

Miſce, & fiat pulvis. *Defluxionibus capitis confert: ſtomachum confortat, & exiccat. *Henricus Wolfius.*

## DE SALIBUS DEtergentibus.

### *Sal Urinæ humanæ.*

Sal urinæ humanæ ſummam ad detergendum vim habet. Conficitur autem ſic: Primùm urina filtranda eſt, tum coagulanda, poſt cum aceto deſtillato diſſolvenda, atque iterum coagulanda. Nam ter aut quater hæc iteranda ſunt. *Quercetanus.*

### *Sal Mellis.*

Ex fæcibus, quæ poſt olei Mellis deſtillationem remanſerint, igne reverberii prius calcinatis, extrahitur ſal cum aqua propria, vel communi, ſolvendo, filtrando & coagulando: idq; ter. * Putridis omnibus ulcerib. confert. Hunc ſalem cum oleo proprio, & adurente ex artis præſcripto commiſcebis, atq; inde majorem quàm dictu fas eſt, opportunitatem auferes. *Idem.*

### *Sal Aceti.*

Quòd ſi caput mortuum (ex oleo aceti parato relictum) diſſolvas in calida, filtres, & coagules, ſubſidebit ſal aceti ad phagedænica omnia accommodatiſſimus. *Idem.*

A

### *Sal Saturni.*

Ex Saturno calcinato ſal elicitur dulceſcens in balneo, cum aceto deſtillato: toties ipſum in fæces affundendo, dum nihil amplius attrahat: evaporato menſtruo, remanet in fundo ſal, qui ſolutionibus, & coagulationibus iteratis fit cryſtallinus. Deinde facile in oleum reſolvitur, in loco humido collocatum. Porrò ſi hunc cryſtallinum ſalem circules in pellicano, cum vini alcoole per quindecim dies: poſtea menſtrui per
B deſtillationem eximas, novumque affundas, & circules, addasque idoneum pondus ſalis tartari cryſtallini, conficies balſamum ſaccharo dulciorem, & qui adverſus maligna ulcera, & oculorum affectus majorem in modum conducit. *Quercetanus.*

### *Sal Fuliginis.*

Fuligo in tenuem pollinem redacta, diſſolvatur in aceto deſtillato, in balneo: ſeparato toto
C menſtruo, quod in fundo ſubſidebit, denuo diſſolves, deinde coagulabis: idq; tandiu, donec in ſalem candidiſſimum abeat: qui in humido ſolvetur in oleum. *Ad gangrænam & quęvis maligna ulcera curanda opportuniſſimum.

### *Sal Antimonii.*

℞. Antimonii crudi, Tartari,
Calcis vivæ ana q. ſ.

Terantur ſingula, & miſceantur, ponanturq; in vaſe terreo optime lutato; unico foramine in
D ſummitate relicto, & in fornace figulina calcinentur. Quo facto, materia teritur, atq; cũ aqua fontana coquitur. qua demq; exiccata, ſal in fundo remanebit. *Uſus in alchymia. *Innominatus.*

### *Sal Tartari.*

Porrò Tartari ſalem extrahes ex fæcibus (quas Caput mortuum appellant) in retorta relictis, easque in aqua calida diſſolves: diſſolutum totum poſtea bis térve filtrabis. Tum eundẽ coagula ad ignem per evaporationem aquæ. ita re-
E manebit ſal in fundo vaſis, quem ſi rurſus diſſolvas, & coagules, ſic expurgabis, ut cryſtallinus evadat. *Quercetanus.*

## DE SALIBUS erodentibus.

### *Sal Alkali.*

Fiat foſſa, cui transverſim imponantur ligna,
F quibus ſupponatur acervum herbæ Kali, & accenſo igne, fiat, ut in foveã ſtillet liquor ex herba: qui liquor tandem concreſcit, & fit ſal Alkali, coloris partim nigri, partim cineritii, valdè acris & ſalſus, ut etiam corrodat. *Joan. Bauhinus ſenior.*

### *Cauterium potentiale.*

℞. Fæcularum vini calcinatarum, ſive uſtarum,
Calcis vivæ ana part. j.

Miſceantur, fiatq; lixivium fortiſſimum, coquatur in vaſe vitreo ad exiccationem uſque, atque ſal in fundo relictus, ſervetur in vitro optimè obturato, ad uſum. *Hugo Bauhinus.*

DE AN-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0536-2
DFG

# *De Antimonii et Aliorum Quorundam Metallicorum præparatione, Sectio XXXVI.*

### *Vitrum Antimonii.*

℞. Antimonii crudi ℔ ij. vel iij.

Contere ſuper lapide minutiſſimè: contritum immitte in fictile latum, non obductum vitro, atque admove ad ignem lentum, ut ita mundificetur, ac agitetur continuè cum ſpatula ferrea, vel cochleari ferreo, donec incipiat veluti conglobari: tum removeatur, & rurſus ſuper lapide, ut antè, comminuatur, iterumq; igni admoveatur: fiatque hoc per tot vices, donec pulvis cineris ſubalbidi formam adipiſcatur, puto decies, B vel duodecies, vel amplius. Poſtea immittatur in crucibulo, quali utuntur Aurifabri (ego aliquando ℥ j. ſalis Ammoniaci addidi) & cooperiatur, inq; copioſum ignem immittatur, atque obruatur ita, ut carbones trium digitorum altitudine excedant ipſum crucibulum: ita liquabitur, & coquetur ſufficienter inter dimidiæ horæ ſpacium: poſtea eximatur, & in pelvi aurichalcea tenuiter diffundatur, & refrigeretur: & habebis vitrum Antimonii, quod Hyacinthi inſtar pellucet. Datur à granis tribus uſque ad novem, vel C decem, cum æquali menſura gummi Tragacanthæ, & Sacchari ſufficiente quantitate, in forma vel tabularum, vel electuarii, vel pulveris, &c. * Tertiana febri à ſtomacho laborantibus prodeſt, nec non colicis.

### *Flores Antimonii.*

℞. Antimonii crudi ℔ ij.
Aquæ Salnitri, vel Salis quantum ſufficit.

Quibus mixtis & ſolutis, ſublimetur. Quod ſublimatū D eſt, collige, ablue, & ad uſum ſerva. Datur à G. iij. uſque ad v. & vij. cum conſerva Roſarum. *Purgant per vomitum & alvum vehementer. *Chymicus innominatus.*

### *Aliter.*

Cape tantùm quod eſt purum in Antimonio, hoc ipſum extolle ter, dando ignem ſublimationis, quo ſublimetur totum ſine ullo capite mortuo: ſic obtinebis totum ipſius Sulphur cum proportionato E Mercurio, quod verum Lilium dicitur: iſtud in reverberatorio vaſe hermeticè clauſo decoque, dando gradus ignis, donec albeſiat, & rubini tandem color appareat, ex quo cum alcoole glaciati Corneoli, ut ſupernatet octo digitis, extrahes precioſam tincturam, quam circulabis in pellicano, ad perfectam uſque graduationem, & fixationem. Cum terrea muria fixatur etiam, ablutionibusq; Alkali extrahitur, remanent tandem flores Antimonii albiſſimi, F qui ſudores potenter movent, ſi illorum exhibueris cum aqua Cardui benedicti ʒ ß. * Ad febres intermittentes optimum eſt medicamentum. *Quercetanus.*

### A *Sulphur Antimonii.*

Decoquatur Antimonium pulverizatum cum capitello, præparato ex tartaro calcinato, aut cineribus clavellatis, & calce viva, per horæ unius ſpacium. Tum finito illud infrigidari, affundendo tantillum aceti, & rubor quidam apparebit ſupernatans, quem colliges: pòſt rurſus ebulliant per horam unam, aut alteram: iterumque refrigerentur, ac denuò quod ſupernatabit collige, id toties iterando, donec rubor nullus amplius appareat. Eſt enim Sulphur Antimonii, quod exiccatum igne lentiſſimo ad uſus bonos ſervabis. *Idem.*

### *Aqua Antimonii.*

Aquam è ſtibio nonnulli ſic eliciunt. Stibio in ſublime, vel alio modo vi ignis, elato, tantum aquæ ardentis, ut tribus digitis ſuperet, affundunt, balneoq; aquæ tepentis, duobus diebus, macerant. Alii ſtibium cum aqua Salnitri portione in calcem redigunt, ad ignem deinde reverberationis, ſeu vitreariarum fornacum, diebus quindecim, tritum in pulverem, ſinunt: huic tantum aquæ argenti ſuperfundunt, quantum tribus digitis, vaſe optime clauſo, circulo agi permittunt. Hujus aquæ ʒ j. ſi cum jure aut vino ſumatur, infrà, ſupraq;, corpus omnibus humoribus, minima moleſtia, liberat. * Febribus tertianis, ſimplicibus, ac nothis: aſſiduis, malignis, ſi tribus diebus ʒ j. quotidiè ſumatur, opportunè plurimùm conducit. *Rubeus.*

### *Vitriolum æris.*

Ex ære calcinato, & reflexo cruſtuli azymi inſtar cum vitreolato aquoſo proprio menſtruo, ut ſupernatet decem digitis, extrahitur Vitriolū cęruleum & pellucidū, ſi circulentur ſimul in vaſe vitreo 15. dierum ſpacio in balneo, ac tandem menſtruum deſtillatione per cineres ſeparetur. *Illud æris Vitriolum, dulcoratum convenienti latione, & rubefactum calcinatione, prodeſt ad curanda maligna omnia ulcera, ad callos detrahendos, ſi in fiſtulam callo obturatam immittatur, & ad delendas ſine dolore omnes carnis excreſcentias: imò carunculam etiā in collo veſicæ exiſtentem curat, ſi cum emplaſtro aliquo permiſceatur, & cum tenui cereolo imponatur, ut decet. Miſy, Chalcitis, Chalcanthū vulgare, Sory, & reliqua ejuſmodi, ita rectè poterunt pręparari, ad omnia maligna ulcera curanda, fiſtulaſq; potenter detergendas ſine morſu & dolore. Amittunt enim hoc modo vim, quam habent exedentem, & cathæreticam. *Quercetanus.*

### *Magnetis præparatio.*

℞. Succi Ariſtolochiæ rotundæ,
Succi Sabinæ ana ℥ iv.

Succi Serpentariæ ℥ ij.
Spiritus vini ℔ j.
Circulentur prius xxiv. horarum ſpacio, tum deſtillentur. Hujus aquæ cape ℔ j. Magnetis electi in pulverem redacti ℥ iv. Circulentur ſimul, & A aquà fecibus deſtilletur: idq; ter reiterabis. Atq; hoc pacto Magnetis præparationem aſſequére. *Idem.*

*Referatur hæc boli Armeni præparatio, quæ poſita habetur Lib. 1. pag. 35. D.*

## *Sulphur Sublimatum, ſeu Flores Sulphuris, Sectio XXXVII.*

Sulphur à ſordibus probè repurgatum, B Chalcantho in calcem redacto, & ſale torrefacto commiſcetur, inditurque vaſi, & ex arena calida urgetur, dum flores appareant citrini: qui per ſe vel in oleum reducti & exhibiti, plurimorum morborum medicina exiſtunt. * Colicam, & membrorum reſolutionem peculiari quadam facultate ſanant. *Andernacus.*

*Flores Sulphuris ſalſi.*

℞. Sulphuris vivi, Olei Salis ana q. ſ.
Miſce, & ſublima. Quod ſublimatum eſt, ſerva ad uſum. *Aſthmaticis & colicis conferunt. *Innominatus.*

## *De Pilulis, ſeu Catapotiis, Sectio XXXIIX.*

Catapotia, medicamenta ſunt, quæ degluttiendo ſumuntur. Latinis, à parvæ pilæ ſimilitudine, pilulæ dicuntur. Porrò pilularum aliæ

- Alterant, *hoc eſt,*
  - Aſtringunt: *ut*
    - Pilulæ *ex Bdellio.*
    - Pilulæ *ad defluxiones tenues.*
    - Pilulæ *ad fluorem & raucitatem arteriæ.*
    - Pilulæ *hypoglottides aſtrictoriæ.*
  - Aperiunt: *ut*
    - Pilulæ *ad jecoris obſtructiones.*
    - Pilulæ *ad lienem obſtructum, &c.*
  - Abſtergunt: *ut* — Pilulæ *ad renum & veſicæ ulcera.*
  - Urinas *& menſtrua movēt: ut*
    - Pilulæ *ad urinas & menſtrua provocanda.*
    - Pilulæ *ex Terebinthina.*
    - Pilulæ *ad urinam.*
    - Pilulæ *ad matricem.*
    - Pilulæ *de Caſtoreo.*
  - Calculum *comminuunt: ut* — Pilulæ *ad calculos.*
  - Dolorem *mitigant: ut*
    - Pilulæ *ad dolorem nephriticum.*
    - Pilulæ *colicæ.*
    - Pilulæ *opiatæ.*
    - Pilulæ *ex Opio.*
    - Pilulæ *ex Cynogloſſa.*
    - Pilulæ *ex Plantagine.*
    - Pilulæ *ex Styrace.*
    - Pilulæ *harmoniæ.*
    - Pilulæ *Scribonii, &c.*
  - Venerem *excitant: ut* — Pilulæ *ad coitum, &c.*
  - Veneno *reſiſtunt: ut* — Pilulæ *ad venena.*
- Purgant *humores, &c. Vide literam A.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0538-3

- A. Purgant *humores*
  - Simplices: *videlicet*
    - Bilem *ex*
      - Capite: *ut*
        - Pilulæ *aurea.*
        - Pilulæ *Arabica, &c.*
      - Hepate: *ut*
        - Pilulæ *ad bilem.*
        - Pilulæ *ad febres.*
        - Pilulæ *ex Rhabarbaro.*
        - Pilulæ *Sabellia.*
        - Pilulæ *de Eupatorio, &c.*
    - Pituitam *ex*
      - Capite: *ut*
        - Pilulæ *cochia.*
        - Pilulæ *hiera cum Agarico, Antonii.*
        - Pilulæ *ex Colocynthide.*
        - Pilulæ *Alhandal.*
        - Pilulæ *ex ſex rebus.*
        - Pilulæ *ex octo rebus, &c.*
      - Pectore: *ut*
        - Pilulæ *hiera cum Agarico.*
        - Pilulæ *ex Agarico.*
        - Pilulæ *bechica, &c.*
      - Stomacho: *ut*
        - Pilulæ *alephangina.*
        - Pilulæ *ante cibum.*
        - Pilulæ *maſtichina.*
        - Pilulæ *ſtomachica.*
        - Pilulæ *ex Turbith.*
        - Pilulæ *communes.*
        - Pilulæ *contra peſtem, &c.*
      - Juncturis: *ut*
        - Pilulæ *de Hermodactylis.*
        - Pilulæ *artritica.*
        - Pilulæ *fœtida.*
        - Pilulæ *ex Sagapeno.*
        - Pilulæ *ex Oppanace.*
        - Pilulæ *de Sarcocolla.*
        - Pilulæ *benedicta.*
        - Pilulæ *de Nitro, &c.*
    - Melancholiam ex *hepate & splene: ut*
      - Pilulæ *ex Fumaria.*
      - Pilulæ *Inda.*
      - Pilulæ *de lapide Lazuli.*
      - Pilulæ *de lapide Armeno, &c.*
    - Serum: *ut*
      - Pilulæ *de Mezereo.*
      - Pilulæ *de Euphorbio, &c.*
  - Mixtos, *ex*
    - Capite: *ut*
      - Pilulæ *ſine quibus.*
      - Pilulæ *lucis majores.*
      - Pilulæ *lucis minores.*
      - Pilulæ *cochia, &c.*
    - Stomacho: *ut*
      - Pilulæ *de Hiera ſimpl. Galeni.*
      - Pilulæ *Aſſajeret.*
      - Pilulæ *de Turbith.*
      - Pilulæ *de Aloë & Maſtiche.*
      - Pilulæ *imperiales.*
      - Pilulæ *peſtilentiales.*
      - Pilulæ *aurea ex Turbith, &c.*
    - Hepate: *ut*
      - Pilulæ *de tribus.*
      - Pilulæ *ex Halicacabo, &c.*
    - Toto: *ut*
      - Pilulæ *aggregativa, &c.*

# DE PILULIS aſtringentibus.

### *Pilulæ ex Bdellio.*

℞. Bdellii ℥ j ß.
Myrobalanorum Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Concharum Venerearum uſtarum,
Charabæ ana ʒ ij ß.
Ammi ʒ iij.
Succi Porri quantum ſufficit.

Excipiantur. Annum durant. * Ad fluxum hæmorrhoidum & ulcerum in eis ad menſes immodicos. *Meſues.*

### *Pilulæ ad defluxiones tenues, in articulos, & ulcera pulmonum.*

℞. Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ʒ j.
Amyli ʒ ß.
Cort. Thuris, Styracis,
Myrrhæ, Succi Glycyrrhizæ,
Opii ana ℈ j.

Sapa excipiantur, formenturq; catapotia x. quæ ß. pendeant. Ex his duo vel tria longiſſimè à cibo dormituris exhibentur. *Rondeletius.*

### *Pilulæ ad fluorem & raucitatem arteriæ.*

℞. Glycyrrhizæ purgatæ & lotæ ℥ ß.
Tragacanthæ ʒ iij.
Croci ʒ j.
Gummi Arabici,
Reſinæ Terebinthinæ ana ʒ ij.
Pulpæ uvarum paſſarum, acinis exemptis ℥ ß.

Gummi & Tragacanthum in vino Cretico, uno die & nocte macerentur: poſtridie in mortario mundo pila contundantur: inde Glycyrrhiza & Crocus contrita adjiciantur: poſtremò Terebinthina & pulpa Uvarum addatur, fiantq; pilulæ ad fabæ magnitudinem, & dentur ſub lingua tenendæ, donec in liquorem reſolvantur. *Andern.*

### *Pilulæ hypoglottides aſtrictoriæ.*

℞. Acaciæ ℥ ß.
Hypociſtidis, Boli Armeni,
Terræ ſigillatæ ana ʒ j.
Roſarum, Spongiæ, Spinæ albæ radicis,
Rad. Biſtortæ ana ʒ ij.
Amyli ʒ iij.

Ex ſyrupo Roſarum ſiccarum aut Myrtorum formentur pilulæ. *Idem.*

### *Aliæ, ejuſdem.*

℞. Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ʒ ij.
Acaciæ, Balauſtii ana ʒ j.
Cinnamomi craſſi ʒ ß.

Balauſtium contundatur: ſiccatum mortario teratur. Cætera poſtridie ex aqua macerentur: deinde omnia ex ſyrupo Roſarum ſiccarum redigantur in pilulas fabæ magnitudinis: quæ ſub lingua tenendæ exhibentur.

A

### *Aliæ ad fluxionem tenuem, ejuſdem.*

℞. Boli Armeni, Terræ ſigillatæ,
Sem. Papaveris ana ʒ j.
Tragacanthi, Gummi Arabici,
Amyli ana ʒ ij.

Ex ſyrupo Ziziphorum fingantur orbiculi, qui noctu in ore contineantur.

### *Aliæ ad pituitam educendam & inſpiſſandam.*

B ℞. Pilularum Penidiorum,
Sacchari candi ana ℥ ß.
Tragacanthi, Gummi Arabici ana ʒ j.
Amyli ʒ ß.
Succi Glycyrrhizæ ℈ j.

Ex ſyrupo Ziziphorum formentur pilulæ. *Idem.*

### *Aliæ ad tuſſim, aſperitatem arteriæ, raucitatem, & materiæ eductionem ex pectore.*

C ℞. Glycyrrhizæ mundæ contuſæq; ℥ j.
Uvarum paſſarum, acinis exemptis ℥ ij.
Hordei integri P. j.

Decoquantur in libra aquæ ad tertias. Colato juri addito
Tragacanthi ℥ ß.
Penidiorum ℥ iij.
Sacchari candi ℥ j.

Modico Amylo fingantur hypoglottides, quæ
D ſub lingua teneantur. *Idem.*

### *Aliæ pectorales.*

℞. *Spec. Diatrag. frig.* Penidiarum ana ℥ ß.
*Succi Glycyrrhizæ* ʒ iij.
Zingiberis ℈ ij.
Ireos ℈ j.
Sem. Urticæ, Hyſſopi, flor. Anthos ana ℈ ß.
Croci Orientalis, Sulphuris ana G. vij.

Cum Loch ſano formentur magdalæones pondere unciæ ſemis, & involvantur Cinnamomo.
E * Ad tuſſientes, aſthmaticos, & reliqua pectoris vitia valent. Auguſtæ Vindelicorum in uſu ſunt. *Adolphus Occo.*

### *Pilulæ probatæ contra fluxum ventris.*

℞. Myrtillorum, Balauſtiarum, Pſidiæ,
Symphyti, Sang. Draconis, Boli Armeni,
Acaciæ, Hypociſtidis, Roſarum,
Tartari, Sumach, Croci,
Galliæ moſchatæ, Gallæ,
F Cinnamomi, Spodii,
Maſticis, Gummi Arabici ana ʒ j.
Opii Thebaici ʒ ß.

Cum ſucco cymarū Myrti, Lentiſci tempera, & fac pilulas in modum Orobi. Dentur ix. vel xj. cum aqua roſacea, vel pluviali. * Contra fluxum ventris, maximè lienteriam & dyſenteriam, valent. *Nicolaus.*

### *Pilulæ ſtypticæ.*

℞. Sumach, Myrtillorum, Pſidiæ,
Balauſtiæ, Conſolidæ major. Sang. Drac.
Boli Armeni, Acaciæ, Hypociſtidos,

Roſarum

Roſarum rubr. Tamarind.
Croci, Galliæ moſchatæ,
Cinnamomi, Spodii, Macis,
Gummi Arabici torrefacti ana ℨ j.
Opii Thebaici ℨ ß.
Cum ſucco cymarum Myrti formentur pilulæ. * Reſpiciunt virtutem retentivam. Datę cum decoctione Balauſtię conferunt omni fluxui ventris, maximè lientericis, & dyſentericis. Datæ cũ vino decoct. Maſticis & Caryophyll. conferunt fluxui in digeſtione. Doſis ix. vel xj. in forma orobi. *Arnold. Villanovanus.*

*Laudanum Theophraſti.*

℞. Spec. Diambræ ℥ j ß.
Opii Thebaici ℨ ij.
Mumiæ ℈ j.
Succi Hyoſcyami ℨ j ß.
Corall. rub. præparat. ℈ j.
Succini albi ℨ ß.
Unicorni G. iv.
Croci Orientalis ℈ j.
Moſchi boni G. iv.
Alcool vini ℔ ß.
Macerentur ad Solem, vel in loco calido per menſem: deinde exprimantur, & evaporentur uſq; ad juſtam craſſitudinem: & formentur pilulæ. Doſis pilulæ vij. cum vino. * Valet ad ſiſtendum ſanguinem undecunque prorumpentem, tum ad dolores omnes pacandos, & defluxiones reprimendas. *Theophr. Paracelſus.*

*Pilulæ de Cynogloſſa.*

℞. Myrrhæ ℨ vj.
Thuris ℨ v.
Opii, Hyoſcyami ana ℥ ß.
Croci ℨ j ß.
Rad. Linguæ canis ℥ ß. ℨ ß.
Fiat maſſa. Datur à ℨ ß. ad ℨ j. * Valent ad catarrhum, coryzam, tuſſim, aliosq; his ſuccedentes affectus. *Meſues.*

## DE PILULIS aperientibus.

*Pilulæ ad jecoris obſtructionem.*

℞. Trochiſcorum de Abſinthio ℨ j.
Succi Apii, vel
Syrupi Byzantini quantum ſufficit.
Formentur pilulæ parvæ N. x. pro ℨ j. Dentur manè, ſuperbibendo parum vini albi modicè diluti ℥ iij. aquæ Graminis, Aſparagi, Endiviæ, capillorum Veneris. *Rondeletius.*

*Pilulæ ad lienem obſtructum.*

℞. Trochiſcorum de Cappar. vel Trochiſcorum de Myrrha ℨ j.
Cum ſyrupo Acetoſo vel Oxymelle formentur pilulæ decem pro drachma, & plures ſi fieri poſſint: quas capiat cum ſyrupo Acetoſo ex cochleari: deinde bibat aquas Graminis & Portulacæ ana ℥ ij. cum duabus unciis ſyrupi Acetoſi ſimplicis, vel Oxymelite. *Idem.*

A *Pilulæ ad hepar, aliæ.*

℞. Succi Abſinthii depurati & exiccati ℨ j.
Spicæ Indicæ, Squinanthi ana ℨ ß.
Sem. Apii, ſem. Petroſelini ana ℈ j.
Pulverizentur ſubtiliſſimè, & cum pauco ſyrupo Endiviæ fiant pilulæ parvæ. *Idem.*

*Pilulæ ad ſplenem, fortiores.*

℞. Myrrhæ, Aſari, Ariſtolochiæ utriusque,
Sem. Capparorum, vel florum ana ℨ j.
B Spicæ Indicæ, Squinanthi,
Sem. Apii, Petroſelini, Agni caſti ana ℨ ß.
Cum ſyrupo Acetoſo, aut Oxymelle fiant pilulæ parvæ. *Idem.*

*Pilulæ noſtræ ad Hydropem.*

℞. Spicæ nardi Indicæ,
Hepatis Lupini ana ℨ j.
Eupatorii ℈ j.
Cum ſyrupo de Abſinthio, & guttis tribus olei Vitrioli fiant pilulæ xxx. auro coopertæ. Doſis
C pilulæ 3. ſingulis diebus cum vino Abſinthiaco.

*Pilulæ ad quartanam, noſtræ.*

℞. Piperis contuſi G. iv.
Cum ſucco Gentianæ fiat pilula una auro cooperta. Capiat cum aqua Theriacali, vel liquore Tartari tribus horis ante paroxyſmum, corpore prius purgato.

*Pilulæ ad fractam œconomiam hepatis in morbo Venereo.*

D ℞. Ligni Guajaci jam in ſcobem tenuem redacti ℨ j.
Corticis ejusdem ligni pulveriſati ℨ ß.
Sarſæ parillæ pulveriſatæ ℈ j.
Cum ſyrupo de ſoncho fiant pilulæ xx. Sumat tres cùm jam paſtum initurus eſt. *Heurnius.*

## DE PILULIS abſtergentibus.

E *Pilulæ ad renum & veſicæ ulcera.*

℞. Tragacanthi leviter aſſi,
Gummi Arabici parum uſti,
Corallii rubri, Sanguinis draconis,
Boli Armeni ana ℨ ß.
Maſticis, Lapidis Judaici ana ℈ j.
Sem. Melonum,
Sem. Alchekengi ana ℈ ij.
Sem. Biſmalvæ ℈ j.
Cum ſucco Caudæ equinæ, vel Narciſſi formen-
F tur pilulæ. Quòd ſi ulcus magnum inferat dolorem, ob caliditatem, ſemen Papaveris addimus. Sin doloris vehementia ſuadeat, Opii paucam quantitatem caſtigati addimus. *Rondeletius.*

## DE PILULIS MOventibus urinam & menſtrua.

*Pilulæ ad menſtrua movenda.*

℞. Aloës opt. lotæ ℨ j ß.
Myrrhæ electæ ℨ j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0541-9
DFG

Sagapeni, Boracis ana ʒ ß.
Caſtorei ℈ ij.
Croci ℈ j.
Spec. Diambræ ℈ ß.
Olei Aniſi, Carvi ana gutt. vj.

Cum Vino malvatico cogantur in maſſulã. Doſis ʒ ß. vel ℈ ij. præmiſſis tamen purgantibus. *Caſparus Bauhinus.*

*Pilulæ ad urinas & menſtrua movenda.*

℞. Succi Abſinthii ſiccati ʒ ij.
Spicæ nardi, Junci odorati ana ʒ ß.
Sem. Apii, Petroſelini ana ℈ j.
Trochiſcorum ex Rhabarbaro ʒ j.

Cum ſyrupo Endiviæ formentur pil. parvæ. *Idem.*

*Pilulæ ex Terebinthina.*

℞. Terebinthinæ coctæ ℥ j.
Rhabarbari electiſſimi ʒ iij.
Succini albi, ſucci Glycyrrhizæ ana ʒ ß.
Cinnamomi electi ʒ j.

Miſce, & fiat maſſa, de qua formentur pilulæ mediocres. Accipiantur autem de his primum novem ante cœnam: deinceps, niſi alvum ſubduxerint, plures. *Difficultati & ſuppreſſioni urinæ conferunt. *Crato.*

*Pilulæ ad urinam.*

℞. Carabæ ʒ j.
Gummi Prunorum, vel Ceraſorum,
Aſari, Seſeli ana ℈ j.
Sem. Apii, Petroſelini,
Spicæ Celticæ ana ℈ ß.

Cum ſucco Apii, vel Braſſicæ marinæ fiant pilulæ, quæ ſumantur ventriculo purgato, & Oxymelite ſuperbibito, cum aqua Graminis, Aſparagi & Apii. *Rondeletius.*

*Pilulæ ad matricem.*

℞. Doronici, Zedoariæ,
Nucis moſchatæ, Caſtorei ana ʒ j.
Sem. Apii, Sem. Anethi,
Margaritarum ana ℈ iv.
Hyoſcyami G. iij.

Fiant pilulæ cum aqua Arthemiſiæ quantum ſufficit. *Avicenna.*

*Pilulæ de Caſtoreo.*

℞. Caſtorei, Galangæ,
Zedoariæ, Nucis moſchatæ ana ʒ j.
Sem. Apii, Anethi,
Margaritarum ana ℈ iv.
Hyoſcyami G. iij.

Formetur maſſa cum aqua Arthemiſiæ. *Utero conferunt, impeditas menſtruas purgationes eliciunt. *Idem.*

## DE PILULIS CALculum comminuentibus.

*Pilulæ ad renum & veſicæ calculum.*

℞. Pilularum ad urinam, proximè præſcriptarum ʒ ß.
A Ochræ, ſem. Paliuri ana ʒ j.
Cineris Scorpionum ℈ j.

Cum Oxymelite vel ſucco Limonũ fiant pilulæ, ſuperbibendo aquam Graminis, Aſparagi, vel Saxifragiæ. *Rondeletius.*

## DE PILULIS DOLOrem mitigantibus.

*Pilulæ ad dolorem colicum.*

B ℞. Spec. Aromatici roſati,
Spec. Diagalangæ ana ʒ ij.
Caſtorei ʒ ß.
Euphorbii G. x.
Opii diligentiſſimè tuſi cum piſtillo ferreo calido, diſſolutiq; in vino Malvatico ℈ j ß.
Piperis, Croci, Myrrhæ ana ℈ ß.

Formentur pilulæ decem pro drachma. Capiat pilulas 4. aut 5. Si nec ſic ſedetur dolor, dentur 9. vel 10. Maſſa iſta non niſi poſt menſes duos pro-
C pinanda. Tunc enim vis Opii remiſſior & ipſa exiccata, ita ut pulverizari poſſit, & cum vino propinari. *Rondeletius.*

*Pilulæ ad dolorem calculi mitigandum.*

℞. Opii ℈ j.
Styracis, Croci, Myrrhæ, Caſtorei ana ℈ ß.

Cum vino Malvaticó formentur pilulæ, & cum piſtillo calido, in mortario calido diu permiſceantur. His deinde addatur pilularum ad uri-
D nam præſcriptarum ʒ j. *Idem.*

*Pilulæ anodynæ, noſtræ.*

℞. Piperis Indici in aceto macerati per noctẽ, & pulverizati ʒ j.
Croci ℈ ij.
Myrrhæ ℈ j.
Opii Thebaici diligentiſſimè tuſi cum piſtillo ferreo calido, diſſolutiq; in vino generoſo ʒ ij.
Moſchi G. iij.

Miſce, & fiant pilulæ, ad quantitatem piſæ. Dan-
E tur tres, vel quinq; ad ſummum, ante ſomnum, cum vino. *Colicos dolores mitigant: ſomnum inducunt.

*Pilulæ colicæ.*

℞. Cnici, Aniſi, Caſtorei ana ʒ j.
Petroſelini, Piperis longi, rotundi ana ʒ j ß.
Opii, Junci odorati,
Myrrhæ, Nardi ana ʒ ij.

Ex Melle parentur catapotia. Ex his ſcrupuli in-
F ſtar ſumetur manè, vel à cœna. *Andernacus.*

*Aliæ.*

℞. Myrrhæ Troglodytidis ʒ ij.
Alterci ʒ j.
Opii ʒ ß.
Cynogloſſæ herbæ corticis ℈ ij.

Cortex prius in Sole exiccetur: deinde in pulverem tenuẽ redigatur, aliisq; admiſceatur. Omnibus ſic mixtis, ex aqua Roſacea fingantur ciceris magnitudine catapotia, dentur quinque aut ſeptem dormituris. *Idem.*

*Pilulæ*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0542-5
DFG

*Pilulæ opiatæ.*

℞.Opii Thebaici minutim inciſi ʒ ij.
Mumiæ G.iij.
Succi rad. Alterci, dum adhuc eſt ſucculenta, collectæ purgatæque ʒ ß.

Hæc ſimul mixta recondantur vitro, macerenturq; ad Solem, vel in loco calido per dies quatuordecim. Poſtea

Spec.Diambræ ℥ j.

cum Vini ardentis quinquies correcti libra vaſe optime conditur, & in loco calido, ſive in Sole ſtare per dies octo vel decem ſinitur, ita ut ſingulis diebus ter quaterq; agitetur. Hujus vini rubicundiſſimi per inclinationem à confectione ſeparati, modicum ſuper opium, ut antea docui, præparatum funditur, & in paſticulam redigitur, idq; per triduum iterum in Sole alióve loco calido, vaſe diligenter clauſo digeritur, atq; hic labor ter reiterari debet. Tandē medicamentum exiccari ſinito, donec induteſcat. hoc in pulverem ſuper lapidē contrito, vino quod dixi, ſubinde adjecto, dum pultis craſſitudo fit: cui adde

Coralli rubri, Succini flavi, præparati ana ℈ j.
Unicornu G.iv.
Moſchi optimi, vel olei ex Moſcho, vel ex Ambra G.iij.
Croci Orientalis ℈ j.

Probe ſubiguntur, junguntúrque, & formantur pilulæ minutiſſimæ, quarum ſingulæ pendeant G.iij. vel iv. Ex his unicum noctu dormituro, unicum mane datur ex vino decumbenti in lecto. * Medicamentum eſt ad omnes febres abigendas efficaciſſimum, ſi Paracelſo fides adhibenda eſt: dolores omnes, præſertim capitis, ſedat: humorumq; defluxiones in partes inferiores prohibet: ſomnum acceſſit: tuſſi medetur: pectoris pulmonumque vitiis auxiliatur: ſanguinis rejectionem coërcet: veſicæ cruciatus mitigat. *Andernacus ex Paracelſo.*

*Pilulæ ex Opio magiſtrales.*

℞.Opii, Croci, Caſſiæ ana ℥ ß.
Vini albi quantum ſufficit.

Miſce. * Faciunt ad tuſſim, & tenues fluxiones inſpiſſant. *Med. Florent.*

*Pilulæ de Cynogloſſa.*

℞.Cynogloſſæ, Opii,
Sem.Hyoſcyami ana ℥ ß.
Myrrhæ ʒ vj.
Thuris ʒ v.
Caryophyllorum, Cinnamomi,
Styracis calamitæ ana ʒ ij.
Aquæ Roſaceæ quantum ſufficit.

Fingatur maſſa. Servatur annos duos vel tres. * Magnam vim obtinent in tenuibus ſiſtendis deſtillationibus, ac doloribus mitigandis. Datur à ℈ j. ad ʒ j. *Nicolaus.*

*Pilulæ de Arnogloſſo ſeu Plantagine, magiſtrales.*

℞.Myrrhæ, Thuris, ſucci Glycyrrhizæ ana ℥ j.
Succi Plantaginis quantum ſufficit.

A Fiat maſſa. * Siſtunt tenues deſtillationes, ac eandem fere cum ſuperioribus facultatem obtinet.

*Pilulæ de Styrace.*

℞.Styracis liquidæ, Thuris, Myrrhæ,
Succi Glycyrrhizæ, Opii ana ʒ j.

Fiat maſſa. Durat annos duos, vel plures. Doſis eadem cum ſuperioribus. * Ad eadem efficaces, ad quæ ſequentes. *Meſues.*

B *Pilulæ Styracis aliæ.*

℞.Styracis ʒ ix.
Opii, Myrrhæ ana ℥ ß.
Sapæ quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Servatur per annos duos vel tres. Datur à ℈ j. uſque ad ʒ j. * Faciunt ad tuſſim recentem, & hæmoptoicos, dolorem levant, ac ſomnū inducunt. *Galenus.*

*Aliæ, ejuſdem.*

℞.Myrrhæ, Piperis, Opii,
C Styracis, Caſtorei, Galbani ana ʒ ij.
Sapæ quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Servatur ad annos tres. Doſis eadem cum ſuperioribus. * Faciunt ad deſtillationem, dolorem capitis, ægre ſpirantes, peripneumonicos, ad veſicæ & uteri affectiones.

*Pilulæ harmoniæ.*

℞.Styracis, Caſtorei, Piperis,
Cardamomi ana ℥ iij.
Opii, Myrrhæ,
D Sem.Hyoſcyami ana ℥ j.
Sapæ quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Servatur in charta pura, ceræ liquatæ intincta, ad annos tres. * Ad deſtillationes & inexuperabilem defluxum utiles ſunt. *Galenus.*

*Pilulæ Scribonii.*

℞.Sagapeni, Myrrhæ ana ʒ ij.
Opii, Cardamomi,
Caſtorei ana ℥ ß.
Piperis albi ℈ j ß.
E Sapæ quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Exiccetur, & papyro, ceræ liquatæ intincta, ſervetur ad annos tres. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. * Phthiſicis, ſanguinem rejectantibus, ſuppuratis educunt pelliculas, & repurgant ſufficienter: verùm immorari pharmaco oportet. *Galenus.*

## DE PILULIS VEnerem excitantibus.

F

*Pilulæ ad coitum.*

℞.Fœniculi aſſi, ſem. Erucæ ana ℥ ij.

Tere cum lacte vaccino, & forma pilulas ad modum fabæ. Da tres cū vino. *Arnold. Villanov.*

*Pilulæ contra mirabiliter ſtimulantes.*

℞.Cerebella Paſſerum N.xxx.

& ſolve diutiſſimè in catino, & accipe æqualiter Sevi hircini, quod eſt circa renes, ſtatim dum occiditur: ſolvatur juxta ignem, cui addantur Cerebra, & Mellis q.ſ. In patella miſceantur, & tan-

diù coquantur, donec indureſcant: poſtea formentur pilulæ in modum avellanæ: & da unam ante coitum. *Arnold. Villanovanus.*

*Pilulæ ad eos, qui coire non valent.*

℞. Ceparum albarum,
Teſticulorum Vulpis,
Cerebella Paſſerum,
Flor. Palmæ maſculi,
Olibani albi ana q. ſ.

Tempera cum aqua calida, & forma pilulas in modum Ciceris. Dabis ſeptem manè cum vino.

## DE PILULIS VENENO reſiſtentibus.

*Pilulæ contra venena.*

℞. Imperatoriæ, Biſtortæ, Tormentillæ,
Valerianæ, Dictamni albi, Carlinæ,
Ariſtolochiæ rot. Gentianæ, Agarici electi,
Salis gemmæ ana partes æquales.
Succi Alliorum, Ceparum q. ſ. eſt.
Croci ʒ j.

Miſce omnia, ut fiat tanquam paſta, quæ in umbra ſiccetur, & ſervetur ad uſum. Quando autem uti voles, recipe hujus paſtæ ℥ ß. & cum ſuprà dictis ſuccis formentur pilulæ.

## DE PILULIS PURgantibus bilem flavam ex capite.

*Pilulæ aureæ.*

℞. Aloës, Scammonii præparati, ſeu
Diagridii ana ʒ v.
Roſarum rubr. ſem. Apii ana ʒ ij ß.
Sem. Fœniculi ana ʒ j ß.
Maſticis, Croci,
Pulpæ Colocynthidis ana ʒ j.

Trita craſſiùs excipiantur, Tragacantha macerata in aqua Fœniculi, & fiat maſſa, quæ ſiccanda, & in veſica, vel charta, ceræ liquefactæ intincta, aſſervanda per annum. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. vel ℈ iv. * Caput expurgant, aciem oculorum exacuunt, flatus ventriculi & inteſtinorum diſſolvunt, ac citra moleſtiam alvum dejiciunt. *Nicolaus.*

*Pilulæ Arabicæ.*

℞. Aloës optimæ ℥ iv.
Rad. Bryoniæ, Myrobal. Citrinarum, Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Maſticis, Diagridii,
Aſari, Roſarum ana ℥ j.
Caſtorei ʒ iij.
Croci ʒ j.
Succi Fœniculi quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Servatur ſiccata in papyro, ceræ liquatæ intincta, ad annum. Doſis ut præcedentium. * Valent ad capitis dolorem, vertiginem hemicraniamque: lætitiam generant, mentisq; vigorem conſervant, viſum acuunt, auditumque amiſſum reparant, ac ſtomachum à vitioſis humoribus purgant. *Idem.*

A
## DE PILULIS PURgantibus bilem ex hepate.

*Pilulæ ad bilem in febribus.*

℞. Rhabarbari electi ʒ ß.
Cinnamomi, Spicæ ana G. vj.
Tamarindorum ℈ j.
Succi Apii ℈ ß.

B
Temperetur Rhabarbarum cum Spica & Cinnamomo in ſucco Roſarum, & cum eodem ſucco aut ſyrupo Roſarum lax. fiant pilulæ. His etiam Diagridii G. vj pro ʒ j. addi poſſunt. Poſt aſſumptionem harum pilularum imperandum, ut æger bibat Violati ℥ j. vel ij. cum pauca quantitate aquæ Borraginis. *Rondeletius.*

*Aliæ.*

℞. Rhabarbari ℈ j.
Aloes, Maſticis ana ℈ ß.
C
Diagridii G. vj.
Spicæ nardi, Nucis moſchatæ ana G. iij.

Cum ſyrupo Roſ. lax. fiant pilulæ. *Andernacus.*

*Pilulæ ex Rhabarbaro.*

℞. Rhabarbari electi ʒ iij.
Succi Glycyrrhizæ, ſucci Abſinthii,
Maſtiches ana ʒ j.
Myrobal. Citrinarum ʒ iij ß.
Sem. Apii, ſem. Fœniculi ana ʒ ß.
Trochiscorum Diarrhod. ʒ iij ß.
D
Spec. Hieræ ſimpl. ʒ x.
Aquæ Fœniculi quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Siccata, in veſica vel papyro, ceræ liquefactæ intincta, ſervatur per annum. Datur à ℈ j. uſque ad ʒ ij. * In febribus diuturnis, jecinoris obſtructionibus, & aquæ inter cutem initiis conferunt. *Meſues.*

*Pilulæ Sabelliæ.*

℞. Spicæ Indicæ ʒ v.
E
Spicæ Romanæ ʒ ij.
Rhabarbari, Agarici,
Epithymi,
Coſti, Maſticis, Chamædryos,
Amomi ana ʒ iij.
Croci ʒ ij.
Myrrhæ, Cinnamomi, Caryophyllorum,
Schœnanthi ana ʒ j.
Aloes ʒ x.

Cum Vino antiquo fiat maſſa: quæ ſiccata in
F
charta ceræ liquatæ intincta, ſervatur ad annum. Datur ad ʒ ij. cum vino. * Obſtructiones ventriculi, hepatis, lienis ſanant, & hydropem materiamque vacuant. *Idem.*

*Pilulæ de Euphorbio.*

℞. Myrobalanorum Citrinarum,
Succi Eupatorii Meſuæ,
Succi Abſinthii ana ʒ iij.
Rhabarbari ʒ iij ß.
Maſtiches ʒ j.
Croci ʒ ß.
Aloës ℥ x,

Succi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0544-6

Succi Endiviæ quantum ſufficit.
Fiat maſſa, ut ſuprà ſervanda. * Mirificè proſunt in febribus intermittentibus billoſis, morbo regio, jecinoriſque obſtructionibus. *Meſues.*

## DE PILULIS PURGANTIBUS PITUITAM EX CAPITE.

*Pilulæ cochiæ.*

℞. Spec. Hieræ ſimpl. ʒ x.
Pulpæ Colocynthidis ʒ iij. ℈ j.
Scammonii præparati ʒ ij ß.
Turbith, Stœchadis ana ʒ v.
Vini albi quantum ſufficit.
Fiat maſſa. Siccetur, & conſervetur in charta ceræ liquatæ intincta per annum. Doſis à ℈ j. uſque ad ʒ j. *Rhaſis.*

*Pilulæ Hieræ cum Agarico.*

℞. Cinnamomi, Nardi Indicæ,
Croci, Schœnanthi, Aſari,
Maſticis, Caſſiæ, Xylobalſami,
Carpobalſami, Violarum,
Epithymi, Colocynthidis ana ʒ j.
Agarici, Turbith ana ʒ ij.
Rhabarbari, Scammonii præparati ana ℥ ß.
Cum vino albo & Theriaca confice, & ſerva ut ſuprà. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. * Opem ferunt vitiis capitis, nervorumque, & ſtomachi cruditatibus. *Antonius de Scarparia.*

*Pilulæ ex Colocynthide.*

℞. Colocynthidis, ſucci Abſinthii ana ℥ ß.
Aloës, Scammonii præparati ana ℥ j.
Rhabarbari electi ʒ iij.
Trita omnia ſucco excipiantur. * Pituitam à cerebro & aliis nervoſis vacuant: ob id conferunt dolori capitis ex frigido. *Galenus.*

*Pilulæ ex Colocynthide, Meſuæ.*

℞. Pulpæ Colocynthidis ʒ vj.
Myrobal. Indarum, Citrinarum, Sagapeni,
Bdellii mollis, Sarcocollæ ana ʒ v.
Aloës ʒ vij.
Nigellæ, Cymini, Origani Perſici,
Naſturtii albi, Salis gemmei,
Abſinthii Romani ana ʒ j.
Succi Porri quantum ſufficit.
Fiat maſſa. Siccetur & ſervetur ut ſuprà, per annum. * Valent ad affectus pituitoſos & melancholicos, ut alphos curatu difficiles, & juncturarum dolores.

*Pilulæ Alhandal.*

℞. Trochiſcorum Alhandal ʒ xij.
Spec. Hieræ ſimpl. ℥ vij.
Maſticis ʒ ij.
Salis gemmei ʒ j ß.
Ladani ℥ j.
Ladanum & Maſtiche inuncta oleo Nucum, tundantur piſtillo calido in mortario æneo: deinde reliqua trita addantur, & fiat maſſa, in charta ceræ liquatæ intincta, ſervanda per annum, vel per

A dimidium. * Ad cephalæam & hemicraniam difficilem, & affectus nervorũ & juncturarũ. *Meſues.*

*Pilulæ ex ſex rebus.*

℞. Aloës, Scammonii, Colocynthidis,
Agarici, Bdellii, Gummi Arabici,
Rhabarbari ana ℥ ß.
(Rhabarbarum à Florentinis additum eſt.)
Tere, & fiat maſſa. Servatur ut præcedens. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. * Pituitam à cerebro & aliis nervoſis evacuant. *Galenus.*

B

*Pilulæ de octo rebus, ſive octomeræ.*

℞. Aloes, Scammonii præparati ana ʒ ij.
Pulpæ Colocynthidis, Epithymi,
Agarici, Maſtiches, Dauci Cretici,
Myrobal. Chebularum, Abſinthii ana ʒ j.
Succi Solani quantum ſufficit.
Fiat maſſa. Probè exiccetur, deinde ad uſum in papyro, ceræ liquatæ intincta, ſervetur uſq; ad annum. Doſis ut præcedens. * Purgant humores
C craſſos à capite, viſum acuunt, & ſuffuſionem arcent. *Nicolaus.*

*Pilulæ contra catarrhum & repletionem capitis.*

℞. Stœch. Arab. ʒ ß.
Nucis moſchatæ, Macis ana G. v.
Caryophyllorum, Cinnamomi ana ℈ ß.
Squinanthi, Aſari, Carpobalſami,
Cubebarum ana G. vij.
Quinque genera Myrobal. ana ʒ j.
Rhabarbari electi ʒ ij.
D Spicæ Indicæ ℈ ß.
Turpeti ʒ j ß.
Agarici opt. fol. Senæ ana ʒ ij ß.
Salis gemmæ ʒ ß.
Aloës ſucco-citrini ℥ j ß.
Roſarum ℈ ß.
Diagridii ℈ ij ß.
Cum ſucco Caulium, vel aqua Majoranæ, vel Salviæ fiat maſſa.

*Pilulæ valdè expertæ contra fluxum capitis.*

E
℞. Aloës hepaticæ ʒ j. G. xv.
Agarici ℈ j. G. iij.
Maſticis ℈ ß.
Zingiberis G. v.
Spicæ Indicæ G. iv.
Salis gemmæ, Trochiſc. Alhandal ana G. iij.
Cum ſyrupo de Stœchade fiant pilulæ N. xxx.
Doſis pilulæ tres vel quinque in introitu lecti.
F * Valent pro capite & ſtomacho.

*Pilulæ epilepticæ noſtræ.*

℞. Cranii humani ʒ ij.
Pulpæ Colocynthidis,
Trochiſcorum Alhandal,
Stœchadis Arabici, Caſtorei ana ʒ j.
Hieræ Galeni ʒ iv.
Agarici, Turpeti ana ʒ j.
Cum aqua Pæoniæ, vel ſyrupo de Stœchade fiant pilulæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0545-2

## DE PILULIS PURgantibus pituitam ex pectore.

### *Pilulæ Hieræ cum Agarico.*

℞.Spec.Hieræ ſimpl.Gal.
Agarici trochiſcati ana ℥ ß.
Aloës ℥ j.
Mellis colati quantum ſufficit.

Fiat maſſa, quæ ut præcedens ſervanda. Datur à ℥ j.uſq; ad ʒ ij. * Auxiliantur ſtomachicis, aſthmaticis, & aliis ſtomachi & thoracis vitiis, à craſſis & pituitoſis humoribus natis.

### *Pilulæ ex Agarico.*

℞.Agarici ʒ iij.
Maſticis, Iridis, *Marrubii ana* ʒ j.
*Turbith* ʒ v.
Spec.Hieræ picræ ℥ ß.
Myrrhæ ʒ j.
Colocynthidis, Sarcocollæ ana ʒ ij.

Agaricum lima in pulverem redigitur: reliqua contunduntur, fiuntque pilulæ cum Sapæ ſufficienti quantitate. Colocynthidis loco ſatius erit trochiſcos Alhandal ſumere. Servâtur ad annum dimidium, vel integrum. Doſis à ʒ ß.ad ʒ j ß. *Auxiliantur aſthmaticis, & aliis thoracis vitiis à craſſis & pituitoſis humoribus natis. *Meſues.*

### *Pilulæ bechicæ.*

℞.*Succi* Glycyrrhizæ,
Sacchari albi ana ʒ x.
Amyli, Tragacanthæ,
Amygdalarum dulc.ana ʒ vj.
Mucilaginis ſem.Cydoniorum q.ſ.

Tere, fiant pilulę. * Ad tuſſim veterem & ſiccam, gutturisq; & faucium aſperitatem pollent. *Idem.*

### *Pilulæ bechicæ, Rhaſis.*

℞.Amyli, Tragacanthæ,
Amygdalarum purgatarum,
Fabarum decorticatarum, ſem.Papaveris,
Capitum Papaveris, Gummi Arabici,
Boli Armeni ana ʒ ij.
Mucilaginis Pſyllii q.ſ.

Fiant pilulæ.

### *Pilulæ bechicæ albæ, magiſtrales.*

℞.Sacchari candi,
Amyli ana ℥ vj.
Penidiorum ℥ iij.
Tragacanthæ ℥ ij.

Tragacantha diſſolvatur in aqua Roſacea per diem, & fiant pilulæ.

### *Pilulæ bechicæ emplaſticæ.*

℞.Gummi, Tragacanthæ ana ℥ ß.
Succi Glycyrrhizæ ℥ j. Sapæ q.ſ.

Fiant pilulæ. *Galenus.*

### *Pilulæ bechicæ cum Terebinthina.*

℞.Piperis, Caſſiæ, Cinnamomi ana ʒ ij.
Galbani, Terebinthinæ ana ʒ j.
Mellis deſpumati q.ſ.

Fiant pilulæ. *Idem.*

A

### *Pilulæ bechicæ.*

℞.Pinearum nucleorum,
Amygdalarum amar.ana ℥ j ß.
Glycyrrhizæ ʒ vj.
Succi Glycyrrhizæ ℥ iv.

Cum aqua Roſacea fiat maſſa. *Adverſus tuſſim veterem pollent, & gutturis ac faucium aſperitatem.

### *Pilulæ bonæ.*

B ℞.Pilularum cochiarum ʒ j.
Azajaret ʒ ß.
Agarici trochiſcati ℈ ß.
Trochiſc.Alhand.G.iix.

Cum ſyrupo de Hyſſopo fiant pilulæ N.xx. Doſis pil.v. * Valent in tuſſi & catarrho.

## DE PILULIS PURgantibus pituitam ex ſtomacho.

C

### *Pilulæ alephanginæ.*

℞.Cinnamomi, Cubebarum,
Ligni Aloës, Calami aromatici,
Macis, Nucis moſchatæ,
Cardamomi, Caryophyllorum,
Rad.Aſari, Maſticis,
Schœnanthi, Nardi Indicæ,
Carpobalſami ana ℥ j.
Abſinthii, Roſarum rubr.ana ʒ v.

D Terantur craſſiùs, & in ℔ xij.aquæ communis per diem macerata, coquantur ad dimidii conſumptionem, deinde fricentur, & colentur: & in colaturæ ℔ ij.injice

*Aloës ſæpius lotæ ſecundùm artem, & in pulverem redactæ* ℔ j.

Inſolabis donec ſiccentur, ſæpiùs agitando: & addes

Myrrhæ, Maſticis ana ʒ v.
Croci ʒ iij.

E Teré curioſe: prædicti decocti reliquum ipſis affunde, agita in Sole, donec ſiccentur, & in iſtam craſſitiem reducantur, ut fieri poſſint pilulæ ſecundùm artem. Servêntur ad annum dimidium, vel integrum. Doſis à ʒ j.uſque ad ʒ ij. Conſici debent hæ pilulæ menſe Junio, vel Julio. *Ventriculum, cerebrum, & ſenſoria humorib.craſſis, putribus, pituitoſis purgant, & inde natum dolorem diſſipant, ventriculum roborant, & concoctionem ejus juvant. *Meſues.*

F

### *Pilulæ Galeni, ſimiles alephanginis.*

℞.Cinnamomi, Calami aromatici,
Caſſiæ, Xylobalſami,
Schœnanthi, Dactylorum ana ℥ j.

Trita omnia macerêtur in aqua pluvię ſufficienti quantitate, in olla nova, deinde excoquâtur ad medias. Cola, & colaturæ impone Aloës ſæpiùs lotæ in aqua pluviæ & pulverizatæ ℔ j. Permiſceantur, & inſolentur per dies Caniculæ, donec exiccata ſint: deinde addita

Croci, Myrrhæ, Maſticis ana ℥ j.

Miſce,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0546-7
DFG

Miſce, & fiant pilulæ. *Idem præſtant quod præcedentes. A

*Pilulæ ante cibum.*

℞. Ligni Aloës, Caryophyllorum,
Macis, Nucis moſchatæ, Zedoariæ,
Zingiberis, Spicæ, Galangæ,
Croci, Amomi, Calami Aromatici,
Xylobalſami, ſeu pro eo, Acori veri,
Carpobalſami, ſeu pro eo, Granorũ Paradiſi,
Cardamomi, Cubebarum,
Abſinthii, Menthæ rubeæ,
Sem. Apii, ſem. Fœniculi, Aniſi,
Sem. Petroſelini,
Sem. Sileris montani,
Sem. Leviſtici, Maſticis ana ʒ j.
Rhabarbari ad pondus omnium, id eſt, ℥ iij.
Aloës ℥ vj.

Miſce, & fiat maſſa cum oleo Nucis moſchatæ per expreſſionem facto: vel cum vino optimo: ſed præſtabit cum oleo fieri, ut dictum eſt. *Medici Colonienſes.*

*Aliæ ante cibum.*

℞. Ligni Aloës, Caryophyllorum,
Folii Xylobalſami,
Sem. Balſami, Caſſiæ ligneæ,
Maceris, Nucis moſchatæ,
Cinnamomi, Cubebarum,
Croci, Sileris montani;
Rad. Nardi, Maſticis ana ʒ ij.
Rhabarbari, *Aloës* ſucco-citrinæ ana ℥ iij ß.

Vino odorato excipiuntur. *Concoquendi vires firmant, humoresque bilioſos leniter purgant. Dantur à ʒ j. uſque ad ʒ ij. *Andernacus.*

*Pilulæ ante cibum & poſt.*

℞. Aloës ʒ xliv.
Rhabarbari ℥ j ß.
Ligni Aloës, Caryophyllorum,
Folii, Maſticis,
Xylobalſami, Carpobalſami,
Croci, Spicæ nardi,
Caſſiæ ligneæ, Cinnamomi,
Cubebarum ana ℥ iij.

Conficiantur cum vino optimo. *Reſpiciunt ſtomachum: dantur conſtipatis, & *iis*, qui ſunt alvo dura, & conquerentibus de dolore ſtomachi propter ventoſitatem, vel exuperantia phlegmatis, præterquam tempore calido, abſq; obſervatione *diætæ* 9. vel 11. cum vino calido conſervant ſanitatem. *Arnold. Villanovanus.*

*Pilulæ ante cibum & poſt cibum.*

℞. Cinnamomi, Caryophyllorum,
Galangæ, Nucis moſchatæ,
Macis, Zingiberis,
Cardamomi, Xyloaloës,
Styracis calamitæ ana ʒ j.
Rhabarbari ad pondus omniũ ſupradictorum,
Aloës ad pondus omnium ſupradictorum.

Confice cum vino. Sumantur ante cibum vij. & poſt cibum v. *Virtutem digeſtivam confortant. *Nicolaus.*

*Pilulæ maſtichinæ.*

℞. Maſticis ℥ ß.
Agarici optimi ʒ iij.
Aloës ʒ x.

Agaricum elimatum aut raſum maceretur in Oxymelite, fiatq; maſſa. Servatur ad annum. Doſis ad ʒ ij. *Ventriculum, cerebrum, viſcera reliqua, oculos, uterum putribus humoribus purgant & roborant. *Conciliator.*

B *Pilulæ ſtomachicæ.*

℞. Myrobalanorum Citrinarum,
Aloës, Turbith ana ʒ x.
Roſarum, Spicæ Indicæ,
Maſticis ana ʒ ij ß.
Aniſi ʒ j ß.
*Salis Indi, vel Salis gemmei*, Croci ana ʒ j.

Cum ſucco *Abſinthii* formetur maſſa. Servatur ad annum dimidium vel integrum. Doſis ad ʒ ij. * Bilioſos & pituitoſos vacuant humores, eos
C potiſſimum, qui caput & ventriculum obſident. *Meſues.*

*Pilulæ ſtomachicæ aliæ.*

℞. Myrobalanorum Citrinarum, Indarum,
Chebularum ana ʒ iij.
Roſarum, Maſticis,
Cardamomi, Ligni Aloës,
Sandali citrini, Cubebarum,
Caryophyllorum, Schœnanthi,
Nucis moſchatæ ana ʒ ij.
D Rhabarbari ℥ ß.
Turbith ʒ vij.
*Aloës* ad pondus omnium.

Fiat maſſa. Servatur ad annum. Doſis à ʒ j. uſque ad ʒ ij. *Cerebrum & ventriculum corruptis humoribus purgant, ventriculum roborant, coctionem juvant, appetentiam excitant. *Alkindus.*

*Pilulæ ſtomachicæ aliæ.*

℞. Hieræ picræ ʒ vij.
E Myrobal. Chebularum,
Citrinarum, Indarum ana ʒ iij.
Agarici ʒ ij.
Turbith boni ʒ x.
*Epithymi Cretenſis*, Aniſi,
*Salis Indi* ana ʒ ij.
Abſinthii, Scammonii,
Penidiorum ana ʒ iij.
Succi Cichorii quantum ſufficit.

Fiat maſſa. *Pituita & bile flava ventriculum, hepar, caput, ſeſſoria, juncturas purgant. Dantur
F ʒ ij. *Meſues.*

*Pilulæ ſtomachicæ aliæ.*

℞. Hieræ picræ ʒ x.
Trium Myrobalanorum,
Abſinthii ana ʒ ij.
Maſticis, Aniſi,
Myrobal. Belliricarum,
Emblicarum, Agarici ana ʒ iij ß.
Zingiberis ʒ ij.
Caryophyllorum, *Salis gemmei*,
Schœnanthi ana ʒ j.

Turbith ʒ xij.
Succi Abſinthii quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Doſis à ʒ j. uſq; ad ʒ ij. vel iij. *Cerebrum & ventriculum corruptis humoribus purgant, ventriculum roborant, coctionem juvant, appetentiam excitant. *Meſues.*

### *Pilulæ ex Turbith, Stomachicæ dictæ.*

℞. Turbith gummoſi ʒ x.
Maſtiches ℥ ß.
Roſarum rubrarum ʒ iij.
Aloes ℥ ij. ʒ j.
Succi Abſinthii quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Servatur per annum dimidium, vel integrum. Datur à ʒ j. uſq; ad ʒ ij. vel ʒ iij. *Materiam pituitoſam, putrem, & aquoſam ex ventriculo & cerebro vacuant. *Idem.*

### *Pilulæ ex Turbith.*

℞. Turbith, Myrobal. Citrinarum,
Aloës ana ʒ x.
Maſticis, Roſarum, Spicæ ana ʒ ij ß.
Aniſi ʒ j ß.
Croci ʒ j.
Salis Indi ʒ ij.

Idem ut ſequentes promittunt. *Idem.*

### *Pilulæ aureæ ex Turbith.*

℞. Aloës ʒ xij.
Maſtiches, Roſarum rubr. ana ʒ vij.
Myrobal. flavarum ʒ x.
Croci ʒ iij.
Turbith gummoſi ʒ xvj.

Pulverizentur, & cum ſucco Abſinthii q. ſ. fiat maſſa. *Pituitam & bilem ſine moleſtia purgant: hepar & ventriculum roborant, coctionem juvant. *Idem.*

### *Pilulæ communes, Peſtilentiales dictæ.*

℞. Aloës ℥ j.
Myrrhæ, Croci ana ℥ ß.
Vini albi q. ſ.

Fiat maſſa. *Mirificè adverſus peſtiferæ luis contagia populatim graſſantia pollent. Humores etiam ventriculo immerſos educunt. *Avicenna.*

### *Pilulæ peſtilentiales, Ruſſi.*

℞. Aloës, Ammoniaci ana ℥ j.
Myrrhæ ℥ ß.

Cum ſucco Limonum fiat maſſa.

### *Pilulæ contra peſtem, magiſtrales.*

℞. Myrrhæ, Croci,
Boli Armeni, Coralii rubri,
Charabæ ana ʒ j.
Myrobal. Chebularum ʒ ij.
Aloës ʒ vij.
Vini albi quantum ſufficit.

Fiat maſſa.

### *Pilulæ peſtilentiales.*

℞. Aloës optimæ ʒ ij.
Rhabarbari electi, Myrrhæ optimæ ana ʒ j.
Zedoariæ ſelectæ, Croci ana ℈ j.

A Cum ſucco Citri, vel Limonum, vel Aurantiorum, vel Acetoſæ fiat maſſula, ex qua formentur pilulæ. Datur ex his ʒ ß. ſingulis ſeptimanis. *Medici Baſilienſes.*

### *Pilulæ peſtilentiales aliæ.*

℞. Aloës lotæ ℥ j.
Myrrhæ ℥ ß.
Agarici ʒ j.
Maſticis ʒ j ß.
Croci, Rhabarbari electi,
B Boli Armeni ana ʒ ß.
Spec. Hieræ picræ ʒ j.
Diagridii ʒ ij.

Cum vino fiant pilulæ. *Valent contra peſtem. *Antonius de Bononia.*

### *Pilulæ contra vermes.*

℞. Aloës ʒ ij.
Myrrhæ, Scordii, Dictamni albi ana ℈ j.

Cum ſyrupo de Abſinthio fiant pilulæ. Doſis ʒ j.
C Et ſi puer ſit tenerior, ʒ ß. aut ℈ ij. *Hieronymus Mercurialis.*

## DE PILULIS PURgantibus pituitam ex juncturis.

### *Pilulæ de Hermodactylis, majores.*

℞. Hermodactylorum,
Myrobal. Citrinarum, Aloes, Turbith,
D Colocynthidis, Bdellii, Sagapeni ana ʒ vj.
Caſtorii, Sarcocollæ,
Euphorbii, Opopanacis,
Sem. Rutæ, ſem. Apii ana ʒ iij.
Croci ʒ j ß.
Succi Braſſicæ q. ſ.

Fiat maſſa. Servatur ad annos duos. Doſis à ʒ j. uſque ad ʒ ij. *Valent ad podagram, & dolores frigidos aliarum juncturarum. *Meſues.*

### *Pilulæ arthriticæ.*

E ℞. Hermodactylorum,
Turbith, Agarici ℥ ß.
Caſſiæ ligneæ, Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum, Xylobalſami,
Carpobalſami, Macis, Galangæ,
Zingiberis, Maſticis, Aſæ fœtidæ,
Fœniculi, Aniſi, Saxifragiæ,
Sem. Aſparagi, ſem. Ruſci, Roſarum,
Milii Solis, Salis gemmei ana ʒ ij.
Scammonii ʒ j.
F Aloës optimæ ad pondus omnium.
Succi Fœniculi q. ſ.

Fiat maſſa. Siccetur & ſervetur in charta, ceræ liquatæ intincta, ad annum. Doſis à ʒ j. uſque ad ʒ ij. *Valent ad podagram, alioſq; articulorum dolores. *Nicolaus.*

### *Pilulæ arthriticæ, aliæ.*

℞. Betonicæ, Myrrhæ,
Boli Armeni præparati, Ivæ arthriticæ ana ʒ j.
Pimpinellæ, Chamædryos, Aloës ana ʒ ij.
Croci ℈ ß. Mellis roſ. colati q. ſ.

Miſceq;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0548-9

Miſce, & fiat maſſa pilularum. Capiat duas pro una vice, per tres horas ante cibum, ad quantitatem Ciceris, ſingulis diebus: & videbis mirabilem effectum. *Innominatus.*

### *Pilulæ arthriticæ quatuor magiſtrorum.*

℞. Hermodactylorum,
Gummi Hederæ ana ʒ vj.
Turpeti gummoſi, Myrobal. Chebularum,
Pulp. Colocynthidis, Agarici ana ʒ ij.
Euphorbii, Diagridii,
Sarcocollæ, Opopanacis,
Serapini, Bdellii, Amomi ana ʒ j.
Salis gemmæ, ſem. Apii,
Petroſelini, Rutæ domeſt.
Rad. Acori, ſem. Cicutæ ana ʒ ß.
Aloës ʒ iij.
Diagridii ʒ j.

Confice cum ſucco Ivæ, vel Fœniculi: imponatur pulvis Ivæ. *Arnold. Villanovanus.*

### *Pilulæ podagricæ.*

℞. Agarici opt. Rhabarbari pul.
Maſticis ana ʒ j.
Croci ʒ ß.
Succi ſive extracti Hellebori nigri,
Succi Fumiterræ,
Succi ſive extracti Colocynthidis,
Succi ſive extracti Gentianæ,
Succi ſive extracti Petaſitæ,
Extracti Rhabarbari ana ʒ j.

Miſce, & fiant pilulæ. *Henricus Wolfius.*

### *Pilulæ fœtidæ, majores.*

℞. Sagapeni, Ammoniaci,
Opopanacis, Bdellii,
Colocynthidis, Rutæ agreſtis,
Aloës, Epithymi ana ʒ v.
Hermodactylorum, Eſulæ ana ʒ ij.
Scammonii præparati ʒ iij.
Turbith ℥ ß.
Cinnamomi, Nardi Indicæ,
Croci, Caſtorei ana ʒ j.
Zingiberis ʒ j ß.
Euphorbii ℈ ij.

Diſſolvantur lacrymæ in ſucco Porri, & fiat maſſa. *Siccetur, & ſervetur in charta, ceræ liquatæ* intincta, per annum. *Doſis à* ℈ ij. ad ʒ j. * Vacuant pituitam craſſam, crudam: ob id conferunt affectibus inde natis, arthritidi, podagræ, gonagræ, dolori ſpinæ, & aliarum juncturarum, ventriculi, colico, alphis, elephantiæ, aliiſque cutis vitiis. *Meſues.*

### *Pilulæ fœtidæ minores.*

℞. Sagapeni, Ammoniaci,
Opopanacis, Bdellii,
Myrrhæ ana ʒ v.
Turbith ʒ x.
Colocynthidis ʒ vj.

Fiant ut priores. * Idem pollent. *Idem.*

### *Pilulæ ex Sagapeno.*

℞. Sagapeni, Ammoniaci,
A Bdellii, Opopanacis, Aloës,
Caſtorii, Rutæ agreſtis ana ʒ ij.
Colocynthidis ʒ iij.
Salis gemmæ ʒ j.
Succi porri quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Siccetur, ſerveturque in papyro, *ceræ* liquatæ intincta, per annos duos. Doſis à ℈ ij. ad ʒ j. * Pituitam lentam purgant: ob id juvant paralyſim, ſpaſmum, dolorem juncturarum, dorſi, podagramque frigidam. *Meſues.*

B

### *Pilulæ ex Opopanace.*

℞. Opopanacis, Hermodactylorum,
Sagapeni, Bdellii,
Ammoniaci, Colocynthidis ana ʒ v.
Croci, Caſtorii, Myrrhæ, Zingiberis,
Piperis nigri, longi, Caſſiæ ligneæ,
Myrobalanorum Citrinarum, Indarum,
Belliricarum, Emblicarum ana ʒ j.
Scammonii præparati ʒ ij.
C Turbith ℥ ß.
Aloës ℥ j ß.
Succi Braſſicæ q. ſ.

Fiat maſſa: ſiccetur & ſervetur in charta, ceræ liquatæ intincta, loco ſicciore, per annum. Doſis ℈ ij. uſque ad ʒ j. * Ad paralyſim, ſpaſmum cynicum, gonagram, podagram, & aliorum articulorum dolores, morboſque partium nervoſarum frigidos, utiles ſunt. *Idem.*

### *Pilulæ de Sarcocolla.*

D ℞. Sarcocollæ ʒ iij.
Turbith ℥ ß.
Colocynthidis, Zingiberis ana ʒ j ß.
Salis gemmei ʒ j.
Aquæ Roſarum q. ſ.

Fiat maſſa, quæ ut precedens ſervanda. Doſis ʒ j. * Pituitam vacuant: ob id pituitoſis affectibus commodant. *Idem.*

### *Pilulæ benedictæ.*

E ℞. Spec. Benedictæ laxativæ ʒ vj.
Mellis roſati q. ſ.

Fiat maſſa. Servatur papyro munda, *ceræ liquatæ intincta*, per annum. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. * Humores pituitoſos, potiſſimum ad articulos decumbentes, eliciunt, à renibus quoque & veſica purgant. *Nicolaus.*

### *Pilulæ de Nitro.*

℞. Aloës, Colocynthidis, Scammonii,
Bdellii, Hellebori nigri,
F Gummi Arabici ana ʒ ij.
Euphorbii, Nitri ana ʒ j.

Cum ſucco Braſſicæ fiat maſſa. * Valent ad craſſos, frigidos, lentos & glutinoſos humores, ex remotioribus partibus educendos, frigidis nervorum affectibus ſuccurrunt, & humores ex alto evocant, quo nomine cerebri, & capitis pertinacibus affectibus, articularis morbis, comitiali & reſolutioni conveniunt. Stomachicis & Iſchiadicis ſuccurrunt. Vertiginoſos juvant: pituitæ lentitiam diſſipant, utramq; bilem deturbant: unde earum uſus in morbo Gallico. *Alex. Trallianus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0549-8
DFG

## DE PILULIS PURgantibus melancholiam ex hepate & ſplene.

*Pilulæ ex Fumaria.*

℞. Myrobal. flavarum, Chebularum, Indarum ana ʒ v.
Aloës ʒ vij.
Scammonii præparati ℥ v.
Succi Fumariæ quantum ſufficit.

Omnia in pulverem redacta comprehende ſucco, & ſiccari ſinito: rurſus trita ſucco excipiantur, ſiccentur: & ſic tertiùm, & in pilulas formentur. Durant annum. * Solvunt humores acres, biliosos, pituitam ſalſam, & alios aduſtos, à quibus pruritus & ſcabies. *Avicenna.*

*Pilulæ Indæ.*

℞. Myrobal. Indarum, Hellebori nigri,
Polypodii ana ʒ v.
Epithymi, Stœchadis ana ʒ vj.
Agarici, Lapidis Lazuli loti,
Colocynthidis, Salis Indi ana ℥ ß.
Succi Eupatorii inſpiſſati,
Nardi Indicæ ana ʒ ij.
Zingiberis ʒ j.
Spec. Hieræ ſimpl. ℥ j ß.
Succi Apii q.ſ.

Fiat maſſa: quæ leviter ſiccata, ſervetur in charta munda ceræ liquatæ intincta per annum. Datur à ℈ ij. ad ʒ j. * Valent ad affectus melancholicos, cancrum nō ulceratum, elephantiam, alphos nigros curatu difficiles, melancholiam morbum, & inde ortum tumorē & mœrorem, quartanam, icterum, ſpleniticum, & ſplenis dolorem. *Meſues.*

*Pilulæ de lapide Lazuli.*

℞. Lapidis Lazuli loti ʒ vj.
Epithymi, Polypodii ana ℥ j.
Caryophyllorum, Aniſi ana ℥ ß.
Scammonii præparati, Hellebori nigri,
Salis Indi ana ʒ ij ß.
Agarici electi ℥ j.
Spec. Hieræ ſimpl. ʒ xv.
Succi Endiviæ quantum ſufficit.

Fiat maſſa: leviter ſiccata ſervetur in papyro mūda, ceræ liquatæ intincta. Doſis à ℈ ij. ad ʒ j. * Valent ad affectus melancholicos, & bile uſta natos. *Meſues.*

*Pilulæ de lapide Armeno.*

℞. Lapidis Armeni loti,
Spec. Hieræ ſimpl. ana ʒ v.
Polypodii, Epithymi ana ℥ j.
Scammonii præparati ʒ iij.
Caryophyllorum ʒ ij.
Salis Indi ʒ j ß.
Succi Solani quantum ſufficit.

Fiat maſſa: ſiccetur leviter, & in charta munda, ceræ liquatæ intincta, ſervetur per annum. Doſis à ℈ ij. ad ʒ j. * Melancholiam & bilem uſtam multiplicem utramq; clementer vacuant: ob id morbis inde natis conferunt. *Meſues.*

A *Pilulæ contra morbum Gallicum.*

℞. Ellebori nigri, triti ℥ j.
Præcipitati ℥ ß.
Fol. Senæ Alex. ℥ ij.
Croci ʒ j.

Miſce, & cum Melle albo fiat maſſa pilularum. Doſis à ʒ j. uſque ad ʒ ij *Fioravantus.*

*Pilulæ Mercuriales ad morbum Gallicum.*

B Nonnulli poſt purgationem univerſalem ſequentibus pilulis Gallicam luem curant:

℞. Rhabarbari electi ℥ x.
Scammonii ℥ iij.

Terantur, ſuccum, vel ſyrupum de Limonibus affundendo,

Argenti vivi, panno concluſi, ut granis minimis effluat ℥ ij. vel ʒ vj.

Extinguatur diligenter eodem ſucco: cumq; ſatis extinctum, & mixtum fuerit, ſæpè de eodem C ſucco, vel ſyrupo affundendo, adde Farinæ triticeæ ʒ ij. Moſchi ʒ j. Fiant pilulæ quinque pro drachma, diligenter deauratæ. Nam aurum mirifice hydrargyri noxam reprimit. Sumat quotidie unam pilulam ſex horis ante cibum: iiſque triginta dies utatur. Interea verò nullo alio utatur medicamento, nec cathartico, nec topico: ſed bis in hebdomada tantùm bibat aquæ Fœniculi ℥ j. & aquæ vitæ ℥ ß. *Ant. Chalmeteus.*

D

## DE PILULIS PURgantibus humores ſeroſos.

*Pilulæ de Mezeræo.*

℞. Foliorum Thymelææ aceto infuſorum & exiccatorum ʒ v.
Myrobal. flavarum ℥ ß.
Myrobal. Chebularum ʒ iij.
Mannæ q.ſ.

Tamarindorum aqua Cichorii ſolut. q.ſ. ad formandum. * Seroſum excrementum valenter purgant, ſeu aquas: ob id hydropem juvant. Dantur E à ʒ j. ad ℈ iv. *Meſues.*

*Pilulæ de Euphorbio.*

℞. Euphorbii, Colocynthidis, Agarici,
Bdellii, Sagapeni ana ʒ ij.
Aloës ʒ v.
Succi Porri q.ſ.

Fiat maſſa. Siccetur leviter, & in charta munda ceræ liquatæ intincta, ſervetur per annum. Da-F tur à ʒ j. ad ℈ iv. * Ad emittendam hydropicorum flavam aquam, & materiam tumoris diſcutiendam valent: opem quoque afferunt lumborum doloribus, & podagræ humida cauſa concitatæ. *Idem.*

*Pilulæ Hydragogæ.*

℞. Hieræ ſimplicis cum Agarico ℥ ß.
Rhabarbari,
Myrobalanorum Chebulorum ana ʒ j.

Foliorum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0550-9 DFG

A Foliorum Chamelææ infuſorum in Aceto vini, cui incoxêre mala Cydonia & exempta, extra Solem areſcant, repetitaq; infuſione à recentato aceto, & maceratione facta per horas 24. & deinde exiccatorum ℥ ß.

Trochiſcorum Alhandel ʒ ß.
Nucis myriſticæ,
Caryophyllorum ana ℈ ß.

Fiat maſſa cum ſucco radicum Iridis. Datur ℈ j. ſuperdormiat, & mox juſculum piſorum ſorbeat. *Heurnius.*

## DE PILULIS PURgantibus humores mixtos à capite.

### *Pilulæ ſine quibus.*

℞. Aloës lotæ ʒ xiv.
Myrobal. flavarum, Chebularum,
Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Rhabarbari, Maſtiches, Abſinthii,
Roſarum, Violarum, Senæ,
Agarici, Cuſcutæ ana ʒ j.
Scammonii præparati ʒ vj ß.

Macerato ſcammonio in ſucci Fœniculi q. ſ. infuſionem panno lineo colligatam fortiter exprime manibus oleo violato inunctis, & cum expreſſione fiat maſſa: ſiccetur leniter, & papyro munda ceræ liquatæ intincta, ſervetur per annum. Doſis à ℈ ij. ad ʒ j. * Mirificè pituitam, bilem, & humorem melancholicum purgant, & ad ſuffuſiones, oculorumque claritatem conducunt, viſum conſervantes: aurium dolorem ſanant, & ilioſis conferunt. *Nicolaus.*

### *Pilulæ lucis, majores.*

℞. Roſarum, Violarum, Abſinthii,
Colocynthidis, Turbith, Cubebarum,
Calami aromat. Nucis moſch. Spicæ Indicæ,
Epithymi, Carpobalſami, Xylobalſami,
Sem. Seſelios, ſem. Rutæ, Schœnanthi,
Maſtich. rad. Azari, Caryophyllorum,
Cinnamomi, Aniſi, ſem. Fœniculi,
Sem. Apii, Caſiæ ligneæ,
Croci, Macis ana ʒ ij.
Myrobal. Citrinarum, Chebularum,
Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Rhabarbari ana ℥ ß.
Agarici, Senæ ana ʒ v.
Euphragiæ ʒ vj.
Aloës ſuccocitrinæ ℥ xj. ʒ ij.
Succi Fœniculi q. ſ.

Fiat maſſa: leviter ſiccetur, & in papyro, ceræ liquatæ intincta, ſervetur per annum. Datur à ℈ ij. ad ʒ j. * Excrementa capitis pituitoſa educunt, viſumq; roborant. *Meſues.*

### *Pilulæ lucis, minores.*

℞. Xylobalſami, Carpobalſami ana ʒ j.
Rad. Chelidoniæ ʒ v.
Roſarum, Violarum, Abſinthii,
Euphragiæ ana ʒ iij.
Senæ, Epithymi, Myrobal. flavarum,

A Chebularum, Indarum, Belliricarum,
Emblicarum, Agarici, Colocynthidis,
Schœnanthi, Lycii,
Lapidis Lazuli loti ana ʒ ij ß.
Aloës lotæ ℥ vj.
Succi Fœniculi, aut Chelidoniæ quantum ſufficit.

Fiat maſſa. Servatur in charta munda, ceræ liquatæ intincta per annum. * Excrementa capitis pituitoſa educunt, viſumq; roborant: atram
B tamen bilem magis vacuant. *Meſuei.*

### *Pilulæ capitales.*

℞. Artanitæ, Colocynthidis, Agarici,
Turpeti, Hermodactylorum ana Gr. xxiv.
Zingiberis, Caryophyllorum, Macis,
Ligni Aloës, Salis gemmæ ana Gr. xij.
Diagridii ℈ j.
Aloes lotæ ʒ x.

Cum Hiera ſimplici fiant pilulæ vij. pro drach-
C ma. *Nicolaus Stocker.*

### *Pilulæ ad omnem dolorem capitis.*

℞. Aloës hepaticæ lotæ ℥ iij.
Bryoniæ, Maſticis ana ℥ j.

Cum vino fiant pilulæ. * Conferunt omni dolori capitis, memoriam reparant, & lætificant. *Franciſc. Gozad.*

### *Pilulæ ad dolorem capitis, ex phlegmate & melancholia.*

D ℞. Myrobalan. Chebularum, Myrobal. Belliricorum,
Myrobal. Emblicorum ana ʒ iij.
Salis ʒ ß.
Stœchados ʒ ij.
Hieræ picræ ℥ j.
Pulpæ Colocynth. ℥ ß.
Abſinthii ʒ ij.
Agarici ℥ j.
Turpeti, Epithymi ana ʒ xv.
Hellebori nigri ʒ v.

E Fiat maſſa. Doſis à ʒ j. uſque ad ij ß. *Avicenna.*

### *Pilulæ ſalvæ mundificantes caput.*

℞. Turpeti, Aloës ana ʒ x.
Colocynthidis, Scammoneæ ana ʒ iij.
Aniſi, Salis ana ʒ ij.

Fiat maſſa cum vino. Doſis aur. j. *Avicenna.*

### *Pilulæ ad dolorem capitis ex melancholia.*

F ℞. Epithymi, Agarici ana ℥ ß.
Polypodii ʒ iij.
Hieræ ʒ vij.
Salis ʒ ij ß.
Myrobal. Indarum ʒ v.
Lapidis Lazuli ʒ ij.
Doſis ʒ ij. *Avicenna.*

### *Pilulæ ad melancholiam, validiores.*

℞. Pæoniæ, Myrrhæ, Stœchados Arabici,
Meliſſæ, Thuris, Croci, Myrobal. trium,
Roſarum ana ʒ j.
Trochiſc. de Agarico, Polypodii, Epithymi,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0551-5

Senæ, Lapidis Lazuli loti & præparati,
Boli Armeni præparati ana ʒ iij.
Aloës lotæ ℥ ij.
Cum vino fiunt pilulæ. *Idem.*

## DE PILULIS PURgantibus humores mixtos à ſtomacho.

### *Pilulæ Hieræ ſimplicis.*

℞. Aloës ʒ l.
Cinnamomi, Xylobalſami, Aſari,
Spicæ Indicæ, Croci, Maſtiches ana ʒ iij.
Mellis roſati q.ſ.

Fiat maſſa. Servatur per annum in charta munda, ceræ liquatæ intincta. Doſis ad ʒ ij. * Adverſus vitia ventriculi ex humoribus bilioſis & pituitoſis nata proſunt. *Galenus.*

### *Pilulæ de Hiera compoſita.*

℞. Cinnamomi, Spicæ Indicæ,
Croci, Schœnanthi, Aſari,
Xylocaſſiæ, Xylobalſami,
Carpobalſami, Violarum, Abſinthii,
Epithymi, Agarici, Roſarum,
Turbith, Colocynthidis, Maſtiches ana ℈ ij.
Aloës ʒ x. ℈ ij.
Aquæ Endiviæ q.ſ.

Fiat maſſa, in papyro munda, ceræ liquatæ intincta, ſervanda per annum. Doſis ut ſuprà. * Opem ferunt vitiis capitis, nervorumq; ab humoribus pituitoſis procreatis.

### *Pilulæ Aſſaieret.*

℞. Spec. Hieræ picræ Gal. ʒ ij.
Maſtiches, Myrobal. Citrinarum ana ʒ j.
Aloës ℥ ß.
Succi Majoranæ q.ſ.

Fiat maſſa, in charta munda, ceræ liquatæ intincta, ſervanda per annum. Doſis ad ʒ ij. * Bilem flavam & pituitam vacuant. *Avicenna.*

### *Pilulæ ex Turbith.*

℞. Turbith gummoſi ʒ x.
Maſtiches ℥ ß.
Roſarum rubrarum ʒ iij.
Aloës ℥ ij ʒ j.
Succi Abſinthii q.ſ.

Fiat maſſa. * Materiam pituitoſam putrẽ & aquoſam ex ventriculo & cerebro vacuant. *Meſues.*

### *Pilulæ ex Turbith, aliæ.*

℞. Turbith,
Myrobal. Citrinarum, Aloës ana ʒ x.
Maſtiches, Roſarum, Spicæ ana ʒ ij ß.
Aniſi ʒ j ß. Croci ʒ j.
Salis Indi ʒ ij.

Idem quod ſequentes promittunt.

### *Pilulæ ex Turbith aureæ.*

℞. Turbith optimi ʒ xvj.
Aloës ℥ j ß.
Maſtiches, Roſarum ana ʒ vij.
Myrobal. flavarum ʒ x.
Croci ʒ iv.

A Succi Abſinthii quantum ſufficit.

Fiat maſſa, in charta munda, ceræ liquatæ intincta, ſervanda per annum. * Bilem & pituitam citra moleſtiam purgant, hepar & ventriculum roborant, coctionem juvant. *Meſues.*

### *Pilulæ de Aloë & Maſtiche.*

℞. Aloës ℥ j.
Maſtiches ℥ ß.
Caryophyllorum, Roſar. rubrarum ana ʒ j.
B Croci, Diagridii ana ℈ ij.
Succi Abſinthii, vel
Succi Fœniculi q.ſ.

Fiat maſſa. * Reſpiciunt virtutem naturalem. Purgant incolumiter ſtomachum à phlegmate & à cholera. *Nicolaus.*

### *Pilulæ de Aloë lota.*

℞. Aloës lotæ cum ſucco roſ. rubrarum ℥ j.
Agarici trochiſcati ʒ iij.
Maſtiches ʒ ij.
C Spec. Diamoſchi dulcis ʒ ß.
Vini malvatici q.ſ.

Fiat maſſa, in papyro munda, ceræ liquatæ intincta, ſervanda per annum. * Ventriculum, cerebrum, viſcera reliqua, oculos, uterum putridis humoribus purgant, & roborant. *Incertus.*

### *Pilulæ de Aloë roſata.*

℞. Aloës roſatæ optimæ & pellucidæ ℥ j.

Cum vino formentur pilulæ, pro drachma quot voles. * Minus purgant, magis roborant. Aloë
D roſata dicitur, quæ ſucco roſarum ſæpiùs eſt elota, aut quæ eundem ſuccum ſæpiùs imbiberit. *Auguſtani.*

### *Pilulæ de Aloë roſata, aliter.*

℞. Foliorum roſ. viridium ℥ iv.

Terantur, ſeu incidantur minutiſſime, & cum Aloës ℥ vj. incorporentur: quibus exiccatis denuò addantur totidem roſæ, & tertium reiterentur: poſtea formetur maſſa, quæ uſui reſervetur.
E *Arnoldus Villanovanus.*

### *Alia elegans Aloës præparatio.*

Aloën parant magni quidã viri, ita ut omnem noxam exuat hoc modo: Cum Syrius æſtivo Solſtitio flagrat, pulveri Aloës remiſcent ſerum lactis, dum pultis characterem trahat: Soli exponunt dum indureſcat. Iterum in pulverem comminuunt & ſuccum Endiviæ affundunt, denuoq; ſiccant: tandem in pollinem vertunt, ac Roſarum Perſicarum ſucco imbuunt: & ſæpiùs
F eandem hiſtoriam peragunt: ultimò ſiccatum in uſum reponunt, & ex ea pilulas efformãt. *Heurn.*

### *Pilulæ imperiales, magiſtrales.*

℞. Cinnamomi, Amomi, Aniſi, Maſtiches,
Cardamomi minoris, Zingiberis,
Zedoariæ, Maceris, Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum, Croci, Cubebarum,
Ligni Aloës, Turbith, Mannæ,
Agarici, fol. Senæ, Spicæ Indicæ,
Myrobal. Citrinarum, Chebularum, Indarum,
Belliricarum, Emblicarum ana ℈ j.

Rhabar

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0552-0

Rhabarbari ℥ j. Aloës ℥ ij.
Syrupi roſ. lax. q. ſ.

Fiat maſſa. * Modicùm ſolvunt, & plurimùm confortant ſtomachum, & omnia inteſtina frigida: muniunt virtutes naturales, removent frigiditatem, clarificant ſanguinem & ſpiritum.

*Pilulæ Aureæ ſive Magicæ.*

℞. Fol. Auri Gr. xij.
Thuris, Myrrhæ, Croci,
Ligni aloës, Cinnamomi, Cort. mali citri,
Meliſſæ, Serici coccinei crudi, Menthæ,
Been albi, Been rubri ana ℥ ß.
Roſarum rub. Sandali rubri, Coralii rubri,
Myrobal. Emblicarum,
Myrobal. Chebularum,
Myrobal. Indarum ana ʒ j.
Aloës lotæ ad pondus omnium.

Cum vino optimo confice pilulas. Pituitam, atram bilem educunt abſque moleſtia: ſingula membra corroborant, ſpiritus acuunt, & illuminant: ita eos dilatant, ne conſtricti mœſtitiam pariant, ſed dilatatione, & lumine gaudeant, ita rurſus ſtabiliunt, ne extenſione nimia evaneſcant *Marſilius Ficinus.*

*Pilulæ Angelicæ Fioravanti.*

℞. Colocynthidis ℥ iv.
Aquæ vitæ optimæ circulatæ ℔ j.

Macerentur per dies tres: inde fiat fortis expreſſio: cui adde
Aloes hepaticæ, Elleb. nigri, Myrrhæ ana ℥ j.

Miſceantur trita, & ponantur in loco calido dum ferè exiccentur: mox adde
Croci, Cinnamomi, Sulphuris flavi ana ℥ ß.

Incorpora benè, & permitte, dum perfectè exiccentur: inde cum melle fiat maſſa, in vaſe plumbeo ſervanda. Doſis ʒ j. Valent ad omnia genera morborum. Purgant bilem utranq; & pituitam clementer, ita ut etiam gravidis mulieribus exhiberi ſine periculo poſſint. Febres omnes & catarrhos ſanant.

*Pilulæ Aquilinæ Fioravanti.*

℞. Conſervæ roſarum ℥ iij.
Ligni aloës ʒ j.
Olei Vitrioli Gr. x.
Cinnamomi electi ℈ ij.
Lapidis philoſophici noſtri ℥ j.
Sacchari albi ℥ ij.

Miſce, & cum ſyrupo acetoſo fiat maſſa. Doſis ʒ j. uſq; ad ʒ ij. cum vino. * Valent ad omnes infirmitates: purgantq; ſine nocumento.

*Pilulæ Magiſtrales.*

℞. Olibani, Maſticis, Myrrhæ, Sarcocollæ,
Aloës hepaticæ, Ellebori nigri, Turpeti,
Colocynthidis, Croci ana q. ſ. eſt.
Moſchi ℈ ß.

Terantur minutiſſimè, & cum melle roſato & aqua vitæ fiat maſſa pilularum. Doſis ʒ ij. ad ʒ iij. *Purgant humores corruptos viſcoſos & craſſos: corpora à putredine conſervant: conferunt po-

A dagricis, nec non Gallico morbo affectis. *Fioravantus.*

*Pilulæ ſaluberrimæ.*

℞. Myrrhæ electæ, Croci,
Oſſis de corde Cervi, Caphuræ,
Spodii, ſem. Ocymi ana ʒ ß.
Ligni aloës ℈ j. Gr. v.
Boli Armeni cum aqua roſ. præparati ℈ j.
Been albi ℈ ß. Gr. v.
Flor. Bugloſſæ ʒ j.
B Caryophyllorum, Cort. mal. citri,
Sem. Citri, Zingiberis ana ℈ j.
Ambræ griſeæ electæ Gr. v.
Hyacinthorum, Granatorum ana ℈ ß.
Agarici optimi, Rhabarbari electi ana ʒ j.
Spicæ Indicæ ℈ ß.

Aloës hepaticæ elect. & elotæ, ad pondus omnium. Cum aqua Bugloſſæ fiat maſſa non nimis ſpiſſa. Iſtæ pilulæ poſſunt circa adminiſtrationem acui cum
C Diagridio, Trochiſcorum Alhand. ana quantum ſatis eſt.

Et formentur pilulæ.

*Pilulæ.*

℞. Myrobal. Chebulorum ʒ ß.
Roſarum rubr.
Sandali rubri,
Emblicorum,
Cinnamomi electi,
D Croci, Cort. mali citri,
Been albi,
Been rubri,
Meliſſæ ana ℥ j.
Aloës electæ riteq; ablutæ ʒ xij.

Cum vino fiant pilulæ: quibus hebdomada quâlibet ſemel utaris diluculo, eo ſcilicet pondere, quo naturæ tuæ conveniat; æſtate quidem cum aqua roſacea, aliàs verò cum vino. Pituitam & atram bilem evacuant. *Marſilius Ficinus.*

E *Pilulæ Galeni ad laxandum.*

℞. Diagridii ʒ iij.
Colocynthidis, Aloës ana ℥ ß.
Myrrhæ ʒ ij
Maſticis ʒ j.

Fac pilulas cum vino, ad modum ciceris.

*Pilulæ de Elaterio.*

℞. Aloës ℥ ij. Maſticis ℥ j.
F Elaterii ℥ iij.

Cum ſucco cucumeris aſinini conficitur. Da iij. vel v. * Suaviter ducunt, & principaliter melancholiam, & phlegma purgant, ſive choleram rubeam. *Nicolaus.*

*Pilulæ aliæ.*

℞. Aloës lotæ ℥ j.
Myrobal. Emblicorum,
Myrobal. Chebulorum,
Maſticis, Roſarum rubr. ana ℥ ij.

Cum vino fiant pilulæ. *Pituitam, atramq; bilem evacuant. *Marſ. Ficinus.*

## DE PILULIS PURGANtibus humores mixtos ab hepate.

*Pilulæ de tribus.*

℞. Rhabarbari, Agarici,
Aloës lotæ ana ʒ ij ß.
Syrupi roſ. lax. q. ſ.
Fiat maſſa, in charta munda, ceræ liquatæ intinƈta, ſervanda per annum.

*Pilulæ ex Halicacabo.*

* ℞. Abſinthii, ſucci Abſinthii,
Succi Eupatorii, Aloës,
Myrobal. flavarum, Maſtiches,
Croci, Rhabarbari, *Cancami loti*,
*Aſari, Aniſi, Caſiæ ligneæ*,
Sem. Fumariæ ana ʒ ij.
Hieræ picræ ʒ iij.
Aquæ Solani q. ſ.
Fiat maſſa. * Ad febres diuturnas ex humoribus variis ortas, obſtructionem hepatis ſolvunt, & inde ortum dolorem, & incipientem hydropem: dantur à ʒ j. ad aur. j ß. *Meſues.*

*Pilulæ ad Hydropem.*

℞. Spicæ Indicæ, & Romanæ ana ℥ ß.
Agarici, Ariſtolochiæ, Amomi,
Croci, Æris combuſti, Epithymi,
Maſticis, Hyperici, Coſti,
Chamædryos ana ʒ iij.
Myrrhæ, Kerſe medicinalis,
Squinanthi, Tithymali ana ʒ j.
Aloës ℥ j.
Pulverizentur, & cum aqua fiat maſſa pilularum. Doſis ʒ ij. cum vino. *Galenus.*

*Pilulæ Philagrii.*

℞. Trochiſcorum Diarrhod.
Trochiſc. de Rhabarbaro ana ℥ ß.
Succi Eupatorii,
A Succi Spinæ albæ ana ʒ ij.
Abſinthii ʒ j ß.
Myrobal. citrinorum, ſem. Cuſcutæ,
Turpeti ana ℥ ß.
Agarici, Aloës ana ℥ j.
Salis Indi ℥ j ß.
Confice cum aqua Fœniculi. Doſis ʒ ij. * Valent ad febres antiquas. *Meſues.*

## DE PILULIS PURGANtibus humores mixtos à toto.

B

*Pilulæ aggregativæ, majores.*

℞. Myrobal. flavarum,
Rhabarbari ana ℥ ß.
Succi Eupatorii,
Succi Abſinthii ana ℥ iij.
Scammonii præparati ʒ vj.
Myrobal. Chebularum, Indarum,
C Agarici, Colocynthidis,
Polypod. ana ʒ ij.
Turbith, Aloës ana ʒ vj.
Maſtiches, Roſarum rubr.
Salis gemmæ, Epithymi,
Aniſi, Zingiberis ana ʒ j.
Craſſiuſcule omnia conterantur, & cum electuarii roſar. Meſuæ quantum ſufficit, fiat maſſa, in charta munda, ceræ liquatæ intinƈta, ſervanda per annum. Doſis ad ʒ j. * Valent ad diuturnas febres, & vitia capitis, ventriculi, & jecinoris.
D Humores item bilioſos, & pituitoſos educunt. *Meſues.*

*Pilulæ aggregativæ, minores.*

℞. Myrob. Citrinorum, Indorum,
Emblicorum ana ʒ iij.
Maſticis, Aniſi, ſucci Eupatorii,
Succi Abſinthii, ſucci Roſarum ana ʒ ij.
Rhabarbari ʒ v.
Spec. Hieræ picræ Galeni ℥ j ß.
Cum ſucco Apii formetur maſſa. *Meſues.*

*De Con-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0554-2

# *De Confectionibus aromaticis ſolidis, Tabulis & Rotulis, Sectio XXXIX.*

CONFECTIONUM ſolidarum aliæ rotundæ ſunt, & vocãtur Rotulæ, aliæ ſunt fruſta aut tabulata, & dicuntur vulgò Morſelli, &c. Fruſta verò ſunt vel quadrata, vel oblonga, &c. Porrò tabularum aliæ

- Uſuales
  - Alterantes: *hoc eſt,*
    - Calefacientes
      - Caput: *ut* Tabulæ
        - Diambræ,
        - Diamoſchi,
        - Fœniculi, *&c.*
      - Pectus: *ut*
        - Tabulæ *ireos,*
        - Tabulæ *bechica, &c.*
      - Ventriculum: *ut*
        - Tabulæ *aromat. roſ.*
        - Tabulæ *diacymini,*
        - Tabulæ *dianiſi,*
        - Confectio *aniſi tabulæ,*
        - Caryophyllorum.
        - Confectio *Zingiberis cocti.*
      - Hepar: *ut* Tabulæ
        - Diacurcumæ,
        - Dialaccæ, *&c.*
      - Matricem: *ut* — Tabulæ *de gemmis, &c.*
    - Refrigerantes
      - Caput: *ut* — Diacodion *ſolidum.*
      - Pectus: *ut*
        - Tabulæ *diatragacanthi frigidi,*
        - Tabulæ *diapenidii, ſine ſpecieb. calidis,*
        - Saponea.
      - Cor: *ut*
        - Diamargaritum *frigidum,*
        - Manus *Chriſti, &c.*
      - Hepar: *ut*
        - Tabulæ *diarrhodon,*
        - Tabulæ *triaſandali.*
  - Purgãtes
    - Bilem: *ut*
      - Tabulæ *elect. de ſucco roſarum,*
      - Zingiber *laxativum.*
    - Pituitã: ut
      - Tabulę *Diaturbith cum Rhabarbaro Montagnana.*
      - Tabulæ *diaphœniconis.*
- *Minus uſuales*
  - Alterantes, *hoc eſt,*
    - Calefacientes
      - Caput: *ut* — Tabulæ *de unicornu.*
      - Stomachum: *ut*
        - Tabulę *corroborantes ſtomachum.*
        - Tabulæ *ex ſulphure.*
      - Hepar, *&c.*
    - Refrigerantes
      - Stomachum,
      - Hepar, *&c.*
  - Purgantes
    - Bilem: *ut*
      - Orbiculi *ex Rhabarbaro,*
      - Tabulæ *ad bilem purgandam,*
      - Aliæ.
    - Pituitam: *ut*
      - Tabulæ *diacnicu,*
      - Tabulæ *ſtibiatæ.*
    - Melancholiam: *ut*–Tabulæ *ad melancholicum humorem, &c.*
    - Humores: *mixtos: ut*
      - Tabulæ *ad humores mixtos,*
      - Tabulæ *Diaturbith cũ Rhabarbaro Langii,*
      - Tabulæ *noſtræ purgantes.*
    - Vermes: *ut*
      - Confectio *ad vermes.*
      - *Alia.*

## DE TABULIS CAL-facientibus caput.

### *Orbiculi Diambræ.*

℞.Spec.Diambræ ℥ vj.
Sacchari albi in aqua Fœniculi vel Majoranæ diſſoluti ℔ j.

Saccharum ad exactam perfectionem coquitur: deinde ab igne remotum, ligneo piſtillo agitatur, & ſpecies injiciuntur, ac probe miſcentur: poſtea per plicam lebetis in tabulam, farina vel pulvere aliquo, ut cinnamomi, ſtratam, ſpatula aſſidue ſaccharum pari & æquali quantitate extrahatur: quod decidens placentulæ modo in orbem concreſcit. Si quid verò remanet in lebete, dureſcit iterum, ſed pauca aqua affuſa liqueſcit: deinde extrahatur *ut prius*. Rotulæ concretæ *digitis ſingillatim* auferantur, & farina ſuperficiei inferiori adhærente penicillo aut panno abſterſa, in cribrum conjiciantur, & ulteriùs in calido loco exiccentur: in ligneis arculis ex tilia aut ſimili materia inodora condãtur. Poſtea in ſicco & calido loco reponantur. * Cerebrum, cor, & ſtomachum confortant.

### *Orbiculi Diamoſchi.*

℞.Diamoſchi ʒ vj.
Sacchari albi aqua Fœniculi diſſoluti ℔ j.

Fiant orbiculi, ut antea dictum. * Malis cerebri frigidis, vertigini, comitialibus, & difficulter ſpirantibus *ſuccurrunt*.

### *Confectio Fœniculi orbiculata.*

℞.Sacchari albiſſimi in aqua roſ. diſſol. ℔ ß.

Saccharum ad perfectionem exactam coquitur: deinde ab igne remotum, diu piſtillo agitetur, addaturque
Olei Fœniculi ℈ j. vel ʒ ß.

Probè miſcentur: deinde per plicam lebetis in tabulam farina ſtratam, ſpatula aſſiduè ſaccharũ pari & ęquali quantitate extrahitur. Rotulæ concretę digitis auferantur, exiccentur, in ligneis arculis condantur, & ſicco loco reponantur. * Capitis affectibus conferunt, viſum acuunt, pectoris anguſtiæ & difficultati ſpirandi ſuccurrunt.

## DE TABULIS CAL-facientibus pectus.

### *Tabulæ Diaireos.*

℞.Spec.Diaireos S. ℥ ß.
Sacchari albi in aqua capill. Veneris vel Fœniculi diſſoluti ℔ ß.

Saccharum ad perfectionem coquitur, agitatur, deinde ſpecies miſcentur: poſtea ſaccharum fluidum adhuc in tabulam æqualiter ſitam effunditur, ſuperficiesque ejus acie cultri perſtringitur: poſtquam ſaccharum induruit, tota maſſa tollitur, & in ſuas portiones pro modo linearũ frangitur: demum tabulæ in arculis ligneis, ſicco loco, reponuntur. * Tuſſiculoſis, difficulter ſpirantibus auxiliatur, &c.

A *Orbiculi ſeu Trochiſci bechici.*

℞.Sacchari albiſſimi ℔ j.
Sacchari candi optimi, Sacch. penidii ana ℥ iv.
Ireos ℥ j. ʒ vij.
Amyli ℥ ij ß.
Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua roſacea factæ q.ſ.

Formentur trochiſci parvi, & ſignentur. * Auxiliantur tuſſiculoſis & difficulter ſpirantibus.

B
## DE TABULIS EXCAL-facientibus ventriculum.

### *Tabulæ Aromatici roſati.*

℞.Specierum aromat. roſ. ℥ ß.
Sacchari albi in aqua roſ. diſſoluti ℔ ß.

Fiant tabulæ, ut ſuprà dictum eſt. * Ventriculo imbecillo, aliisque nutritioni deſervientibus inſtrumentis ſuccurrunt.

### *Tabulæ Diacymini.*

C ℞.Spec.Diacymini ℥ ß. vel ʒ vj.
Sacchari albi in aqua Fœniculi diſſoluti ℔ ß.

Fiant tabulæ eo modo, quo dictum eſt. * Noxam ventriculi corrigunt: tuſſiculoſis, difficultati ſpirandi, inflationibus ſunt adjumento.

### *Tabulæ Dianiſi.*

℞.Spec.Dianiſi ℥ ß. vel ʒ vj.
Sacchari albi in aqua Aniſi vel Fœniculi diſſoluti ℔ ß.

D Fiant tabulæ ſecundùm artem. * Craſſis flatibus in ventriculo natis, ejusdemque perfrictioni ſuccurrunt.

### *Confectio Aniſi tabulata.*

℞.Sacchari albiſſimi in aqua roſar. diſſoluti ℔ ß.

Coquitur ad perfectionem, deinde ab igne removetur piſtillo diu agitatur, additurque
Olei Aniſi ℈ j. vel ʒ ß.

Miſcentur: deinde per plicam lebetis in tabulam
E farina ſtratam ſpatula aſſidue ſaccharum pari & æquali quantitate extrahitur. Rotulæ concretæ ſiccantur, & in ligneis arculis, ſicco loco, reponuntur. * Ad cruditatem ſtomachi ex flatibus, vomitionem, aquam inter cutem, fluorem uteri album valent, &c.

### *Confectio Caryophyllorum orbiculata.*

℞.Sacchari albi in aqua roſ. diſſoluti ℔ ß.
Olei Caryophyllorum ℈ j.

F Fiant orbiculi, modo quo jam dictũ eſt. * Ventriculo, jecori & cordi proſunt.

### *Confectio Zingiberis cocti.*

℞.Cinnamomi electi ʒ ij.
Nucis moſchatæ ʒ j.
Caryophyllorum ℈ iiſ.
Macis ℈ j.

Incidantur omnia craſsè, adde
Zingiberis tenuiſſime triti ʒ vj.
Sacchari aqua roſ. diſſoluti ℥ xvj.

Fiat confectio in morſellis. * Ventriculum frigidum roborat, & firmat. *Auguſtani.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0556-3

## DE TABULIS EXcalfacientibus hepar.

*Tabulæ Diacurcumæ.*

℞.Spec.Diacinnamomi ℥ ß.
Sacchari albi in aqua Eupatorii diſſol.℔ ß.
Fiant tabulæ, modo ſuprà dicto. * Hepatis & lienis ægritudines eradicant, hydropem curant.

*Tabulæ Dialaccæ.*

℞.Spec.Dialaccæ ℥ ß.vel ʒ vj.
Sacchari albi in aqua Eupatorii diſſol.℔ ß.
Fiant tabulæ ſecundùm artem. * Jecinoris & lienis obſtructiones, inflationes, & renum durities ſanant: aquæ inter cutem cauſas omnes diſcutiunt, menſes movent, &c.

## DE TABULIS CALFAcientibus matricem.

*Tabulæ de Gemmis.*

℞.Spec.Diagemmæ ℥ ß.vel ʒ vj.
Sacchari albi in aqua Arthemiſiæ diſſol.℔ ß.
Fiant tabulæ ſecundùm artem. * Malis cordis, ventriculi, cerebri, jecinoris, & uteri frigidis auxiliantur.

## DE TABULIS REFRIgerantibus caput.

*Diacodion ſolidum.*

℞. Capitum papaveris albi, medioeri magnitudine, nec nimis viridium, neque ſupra modum maturorum, N.xx.
Aquæ pluviæ, aut fontanæ ℔ iij.
Macerentur horis viginti: deinde coquantur, donec contabuerint capita, & colentur: ad extremum adde ſacchari ſufficientem quantitatem, & coquatur, ut eſt artis. * In pervigiliis, & fluxionibus è capite tenuibus valent *Auguſtani*.

## DE TABULIS REFRIgerantibus pectus.

*Tabulæ Diatragacanthi frigidi.*

℞.Spec.Diatragacanthi frigidi ℥ ß.vel ʒ vj.
Sacchari albi in aqua violarum diſſol.℔ ß.
Fiant tabulæ ſecundùm artem. * Omnibus pulmonum & thoracis vitiis aridis, maxime tabidis, macie confectis, medentur: inflammatione lateris laborantibus, omnibusq; tuſſibus calidis & ſiccis, &c.

*Tabulæ Diapenidii, ſine ſpeciebus calidis.*

℞.Spec.Diapenidii, ſine ſpeciebus calidis ℥ ß.vel ʒ vj.
Sacchari albi, in aqua violarum diſſol.℔ ß.
Fiant tabulæ ſecundùm artem. * Valent adverſus omnem thoracis noxam, tuſſim à calore contractam, vocis jacturam: tabidis deniq; & purulenta excreantibus ſuccurrunt.

A *Saponea.*

℞.Amygdal.dulcium mundatarum ℥ ij.
Amyli puriſſimi & novi ℥ ß.
Sacchari albi clari ℔ j.
Ex hoc ſaccharo novem unciæ ſumantur cum contuſis amygdalis, quæ ſimul mixta per denſum ſetaceum percolentur, & ad ignem ſuſpendantur: cumq; ſpiſſari amylum cœperit, tum reliquæ tres ſacchari unciæ ad prædictam compoſitionem addantur, & ad perfectam cocturam
B redigantur: ad quam cùm pervenerit, in bolos, quos morſellos vocant, fingatur. Minori porrò coctura linctus formam induit. Prodeſt ad pectoris vitia, tenues deſtillationes à capite ad ſubjectas partes emanantes incraſſat, tuſſim ſedat, pectus mundat, ac roborat. *Auguſtani.*

## DE TABULIS REFRIgerantibus cor.

C *Tabulæ Diamargaritonis frigidi.*

℞.Spec.Diamarg.frig.℥ ß.
Sacchari albi in aqua roſ.diſſoluti ℔ ß.
Fiant tabulę ſecundùm artem. *Omnem virium imbecillitatem firmant, cor confortant, &c.

*Manus Chriſti Perlata.*

℞.Sacchari clarificati ℔ j.
Aquæ roſarum ℔ ß.
Margaritarum minutiſſimè tritarum ℥ ß.
D Saccharum & aqua roſacea coquuntur ſimul, dum aqua evaneſcat, & ſaccharum juſtam craſſitiem conſequatur: in fine margaritę adduntur, atq; ſuper marmor, vel tabulam farina ſtratam, infunditur, & rotulæ formantur. * Medentur dejectis viribus, ardentibus febribus, & imaginationes falſas abolent.

## DE TABULIS REfrigerantibus hepar.

E *Tabulæ Diarrhodon.*

℞. Spec.Diarrhodon Abbatis ſine ſpec.calidis ℥ ß.vel ʒ vj.
Sacchari albi in aqua Endiviæ diſſoluti ℔ ß.
Fiant tabulæ ſecundùm artem. * Valent adverſus ventriculi calorem, jecoris, lienis, pulmonumque, contra viſcerum dolores, & omnem totius corporis noxam à calore proficiſcentem.

*Tabulæ Triaſandali.*

F ℞.Spec.Triaſandali ℥ ß.vel ʒ vj.
Sacchari albi in aqua Cichorii diſſoluti ℔ ß.
Fiant tabulæ ſecundùm artem. * Pollent adverſus jecoris & ventriculi calorem mirum in modum: tabidis & regio morbo correptis proſunt.

## DE TABULIS PURgantibus bilem.

*Tabulæ ex electuario de ſucco Roſarum.*

℞.Spec.Electuarii de ſucco Roſarum ʒ vj.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0557-9
DFG

Sacchari albi in aqua endiviæ diſſoluti ℔ ß. A
vel ℥ iv.

Fiant tabulæ quadratæ ponderis drachmarum quatuor. Datur ℥ ß. * Flavam bilem purgant citra moleſtiam.

*Zingiber laxativum.*

℞. Zingiberis ʒ ij.
Cinnamomi, Caryophyll ana ʒ j.
Nucis moſchatæ, Galangæ ana ℈ j.
Croci G. xiv.
Turbith ℈ j ß.
Diagridii ʒ iij.
Sacchari ℥ iv.

Fiat confectio in morſellis. *Auguſtani.*

## DE TABULIS PURgantibus pituitam.

*Tabulæ Diaturbith cum Rhabarbaro.*

℞. Turbith optimi ℥ j.
Zingiberis ʒ j ß.
Hermodactylorum ℥ j.
Rhabarbari ʒ x.
Diagridii ℥ ß.
Sandali albi, Sandali rubri, Violarum ana ʒ j ß.
Maſticis, Aniſi, Cinnamomi, Croci ana ʒ ß.
Sacchari albi ℔ j. ℥ ij. ʒ ij.

Fiant tabulæ. * Flavam bilem & pituitam educit, atque aqua inter cutem laborantibus mirificè confert, ad nervos etiam efficaciſſimum eſt medicamentum, & valdè idoneum. *Bart. Montagnana.* D

*Tabulæ Diaturbith.*

℞. Spec. Diaturbith majoris ʒ vj.
Sacchari albi in aqua roſarum diſſoluti ℔ ß.
vel ℥ iv.

Fiant tabulæ ſecundùm artem. Datur ℥ ß. * Humores phlegmaticos purgant.

*Tabulæ Diaphœniconis.*

℞. Dactyl. triduo aceto maceratorum N. vj.
Sem. Libiſtici ʒ ij
Pinearum, Amygdal. dulcium ana ʒ xv.
Turbith ʒ xij.
Diagridii ʒ xj.
Sacchari candi ℥ ij.
Piperis longi, Zingiberis, fol. Rutæ ſiccatorũ,
Cinnamomi, Macis, Fœniculi, Aniſi,
Dauci, Galangæ, Ligni Aloes ana ʒ j.
Sacchari ℔ j.

Fiat confectio ſolida, ut eſt artis. Iſta confectio F plerisq; Medicis eſt uſui. Idem quod liquidũ poteſt, eſt tamen paulò gratius altero. Et quia Libiſtici ſemen nauſeam movet, ſubſtitui rectè poterit Liguſticum verum, aut cardamomi ſemen.

*Tabulæ Diaphœniconis, aliter.*

℞. Spec. Diaphœniconis ℥ vj.
Sacchari albi in aqua roſ. diſſoluti ℥ iv.

Fiant tabulæ ſecundùm artem. Datur ℥ ß. * Febribus compoſitis & diuturnis auxiliantur: bilem enim flavam & pituitam ducunt. Colicis cruciatibus mirificè conferunt.

## *De Confectionibus ſolidis minùs uſualib.*

## DE TABULIS CALfacientibus caput.

*Tabulæ ex Unicornu.*

℞. Succini albi, Unicornu ana ʒ ß.
B Margaritarum ʒ j.
Ambari G. iij.
Sacchari in aqua cinnamomi diſſoluti ℥ x.
Olei aniſi G. iv.
Olei ſuccini G. ij.

Fiat confectio in orbiculis. *Crato.*

*Tabulæ ſaluberrimæ.*

℞. Cinnamomi, Zingiberis ana ℥ j ß.
Nucis moſchatæ, Caryophyllorum,
Piperis longi,
C Maceris, Galangæ,
Dictamni, Zedoariæ, Calami aromat.
Pimpinellæ, Angelicæ ana ʒ j.
Rhabarbari opt. ℥ ß.
Rhapontici ℥ ij.
Croci ʒ ß.
Sacchari in aqua roſar. diſſol. ℔ j. ℥ j.

Fiant tabulę. * Cerebrum, & memoriam confortant, vertiginem, pravasq; melancholias tollunt: ſanguinem purificant, & mundant, cor roborant: appetitum generant: alvum lavant: tuſſiculoſis & phthiſicis mirè conferunt: apoſtemata calida, & pectoris ulcera ſanant: cordis diſtrictionem diſſolvunt: omnibusq; aliis membris proſunt, & vitam producunt. *Hieron. Brunſuicenſis.*

## DE TABULIS CALFAcientibus ſtomachum.

*Tabulæ confortantes & exiccantes ſtomachum.*

E ℞. Spec. Aromat. roſ. ʒ ij.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒ j.
Sacchari albi diſſoluti in aqua menthæ ℥ iij.

Fiant tabulæ ſecundùm artem ponderis ʒ ij. *Rondeletius.*

*Tabulæ ſulphuratæ, noſtræ.*

℞. Florum Sulphuris ʒ iij.
Sacchari albi in aqua roſ. diſſoluti ℥ iij.
Olei Fœniculi G. xv.
Moſchi G. iij.

Fiant tabulæ ſecundùm artem. * Paralyſi atque colicæ paſſioni conferunt.

*Tabulæ aliæ confortantes ventriculum.*

℞. Spec. Imperialium ℥ ß.
Pinearum electarum, & ſubtiliter inciſarũ ℥ ij.
Spec. Aromat. roſ. ʒ j ß.
Sacchari in aqua roſarum diſſoluti ℥ xiij.
Olei Cinnamomi G. iij.
Moſchi G. ij.

Fiat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0558-4

Fiat confectio in morſulis ſecundùm artem. A
*Joannes Crato.*

*Morſelli confortantes.*

℞. Pinearum præparatarum ʒ iij.
Amygdal. dulcium ʒ ij ß.
Cinnamomi electi ℈ v.
Caryophyllorum ʒ ß. Macis ℈ j.
Phiſticorum viridium ʒ j ß.
Zingiberis albi, inciſi ℈ ij.
Margaritarum præparatarum ℈ ß.
Foliorum auri N iv.
Sacchari albi, in aqua roſ. diſſoluti ℥ vij.
Fiant morſelli quadrati ſecundùm artẽ. *Langius.*

*Morſelli confortantes mirum in modum.*

℞. Spec. Aromat. roſ. ʒ j.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒ ß.
Spec. Diambræ ℈ j.
Cinnamomi electi ʒ j.
Zingiberis ℈ iij ß.
Macis inciſæ ʒ ß.
Sandali citrini ℈ ß.
Pinearum mundatarum ʒ iv.
Sacchari opt. in aqua roſ. diſſoluti ℔ ß.
Fiant morſelli ſ. a. *Aromatarius quidam Ulmenſis.*

*Confectio pinicata confortans.*

℞. Pinearum præparatarum ℥ j ß.
Phiſticorum viridium ʒ vij ß.
Foliorum auri N. xv.
Margaritarum præparatarum ℈ j ß.
Sacchari in aqua roſarum diſſoluti ℥ xij.
Fiant tabulę quadratę ſecundùm artem. *Langius.*

*Tabulæ confortantes, aliæ.*

℞. Sacchari albiſſimi, in aqua roſarum diſſoluti ℥ iv.
Olei Caryophyllorum G iv.
Coralli rubri præparati ℈ j.
Moſchi G. ij.
Fiat confectio in orbiculis ſecundùm artem. *Joan. Crato, Medicus Cæſareus.*

*Morſelli ad impinguanda corpora emaciata.*

℞. Pulpæ caponum elixorum,
Pulpæ Perdicis,
Nucleorum pini, Piſtaceorum in vino malvatico maceratorum ana ℥ ß.
Amygdal. dulcium ℥ j.
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ ana ℥ j ß.
Sacchari fini q. ſ.
Fiant ſ. a. morſelli. *Hieron. Mercurialis.*

## DE TABULIS REFRIGERANTIBUS ſtomachum.

*Tabulæ orificium ſtomachi claudentes, & corroborantes.*

℞. Coriandri præparati ℥ j.
Cinnamomi electi ʒ ij.
Coralli præparati ʒ j.
Sandali albi, Maſtiches ana ℈ j.
Sacchari albi in aqua roſarum diſſoluti ℥ x.
Conſervæ roſarum ℥ ß.
Fiat confectio in morſulis ſecundũ artem. *Crato.*

## DE TABULIS REFRIGERANTIBUS hepar.

*Tabulæ ad Hepatis refrigerationem.*

℞. Conſervæ flor. Cichorii,
B Flor. Nenupharis ana ʒ j.
Spec. Triaſandali, Diatrag. frig. ana ℥ ij.
Sacchari albi in aqua endiviæ diſſoluti ℥ iv.
Fiant tabulæ ſecundum artem. *Rondeletius.*

*Tabulæ noſtræ, ad lepram.*

℞. Trochiſcorum de Vipera ℥ ij.
Margarit. præparat. ʒ ß.
Spec. aromat. roſ. ʒ j.
Fol. auri N cc.
Sacchari in aqua roſ. diſſoluti ʒ iij.
C Fiant rotulæ auro obductæ.

## DE TABULIS PURGANTIBUS bilem.

*Orbiculi ex Rhabarbaro.*

℞. Sacchari albi, in aqua cinnamomi diſſoluti, & ad perfectionem cocti ℥ iv.
Extracti rhabarbari, in ſucci roſarum drachmis duabus diſſoluti ʒ j.
D Rhabarbari ſubtiliter pulverizati, atq; in aqua cinnamomi humectati ʒ ij.
Fiant tabulæ ſecundùm artem. *Joannes Crato.*

*Tabulæ ad purgandum bilem, aliæ.*

℞. Mannæ electæ ℥ iv.
Succi Roſarum rubrarum ℔ ij.
Conſervæ Bugloſſi, Conſervæ Cyrſii ana ℥ ij.
Diagridii ℥ vj.
Sacchari albi q. ſ. eſt ad placentulam formandam: quæ dividetur in tabellas ſingulas ℥ ß. pendentes. *Andernacus.*
E

*Tabulæ ad bilem, aliæ.*

℞. Sandali citrini, albi, rubri, Galliæ moſchatæ,
Trochiſcorum oxyacanthæ ana ʒ iij.
Mannæ ℥ ij.
Succi roſarum rubr. ℔ j ß.
Conſervæ Cichorii,
Conſervæ Borraginis ana ℥ ij.
Diagridii ℥ j.
Sacchari albi q. ſ.
F Fiant tabellæ ſecundùm artem drachmas duas aut tres pendentes, pro robuſtioribus: pro imbecillioribus ʒ j. dari poſſunt. *Andernacus.*

*Aliæ.*

℞. Spec. Diamoſchi,
Spec. Diarrhod. Abb. Calami aromat. ana ʒ j.
Rhabarbari electi ℈ j.
Diagridii ℈ ij ß.
Sacchari in aqua roſ. diſſoluti ℥ iij. vel ℥ iv.
Fiant tabulæ. Datur ℥ ß. *A' quodam Italo.*

*Tabulæ noſtræ purgantes.*

℞. Sacchari in aqua roſ. diſſoluti ℥ iij.

Quintæ eſſentiæ ſcammonii q.ſ.fiant rotulæ.

## DE TABULIS PURGANTIBUS pituitam.

*Tabulæ Diacnicu.*

℞. Diatragacanthi frigidi ℥ ß.
Carnis Cotoneorum ℥ j.
Zingiberis albi ʒ ij.
Medullæ ſeminis Cnici ℥ iv.
Diagridii ʒ iij.
Turpeti albi ℥ vj.
Mannæ, Mellis roſati colati ana ℥ j.
Sacchari optimi ʒ x.

Parentur tabellæ, pendentes ℥ ß. ſingulæ. *Andernacus.*

*Tabulæ Stibiatæ noſtræ.*

℞. Stibii ſeu Antimonii præparati ʒ ij.
Gummi Tragacanthi ʒ j.
Sacchari albi in aqua roſ. diſſoluti ℥ iij.
Olei Aniſi G. xv.

Fiant tabulæ ſecundùm artem, pendẽtes ʒ j. ſingulę pro robuſtioribus, imbecillioribus verò ʒ ß. vel ℈ ij. exhibere ſoleo. * Purgant per vomitum & alvum valenter.

*Tabulæ noſtræ de Stibio, aliæ.*

℞. Vitri antimonii ʒ vj.
Pul. tragacanthi ʒ iij.
Sacchari in aqua roſ. diſſoluti, & ad perfectionem cocti ℔ ß.

Fiant tabulæ. Doſis à ʒ j. uſque ad ʒ j ß. Purgant per vomitum & alvum vehementer.

## DE TABULIS PURGANTIBUS melancholiam.

℞. Succi Cotoneorum,
Mellis opt. deſpumati ana ℔ j ß.
Caryophyllorum, Zingiberis, Cinnamomi ana ʒ j.
Conſervæ Bugloſſi, Cyrſii, Violarum ana ℥ ij.
Epithymi, fol. Senæ ana ℥ ß.
Veratri nigri ʒ vj.

Ex ſaccharo fingantur tabellæ parvæ, drachmas duas pendentes. *Andernacus.*

## TABULAE PURGANTES humores mixtos.

℞. Spec. electuarii Diacnicu ℥ ß.
Spec. elect. Diaturbeti cum rhabarbaro ʒ vj.
Sacchari ℥ iij ß.

Redigantur in placentulas, drachmas tres pendentes. *Andernacus.*

*Vel:*

℞. Rad. Turpeti gum.
Scammon. præpar. ana ℥ j.
Medullæ ſem. Carthami ℥ ß.
Spec. diatrag. frig.
Zingib. Cinnamom. electi ana ʒ ij.
Carnis Cydoniorum,
Cortic. citri ſicci ana ʒ j.
Sacchari candi ℥ j.
A Sacchari albi diſſoluti in aq. Roſarum ℥ x.

Fiant Tabellæ. Doſis eſt à ʒ j ß. ad ʒ ij ß. mixtos ducit humores, maximè tamen ſeroſos. *Caſparus Bauhinus.*

*Tabulæ Diaturbith cum Rhabarbaro.*

℞. Turbith in oleo amygdal. per noctem macerati ʒ v.
Zingiberis, Cinnamomi ana ʒ j.
Caryophyllorum ℈ iij ß.
B Agarici trochiſcati ʒ j ß.
Fol. ſenæ ʒ ij. ℈ ß.
Hermodactylorum ʒ ij.
Rhabarbari ʒ iij.
Schœnanthi ℈ j.
Galang. Macis ana ℈ ij.
Diagridii ʒ iij ß.
Sacchari in vino citoniorum & aqua roſ. diſſoluti ℥ xviij.

Fiant tabulæ. Doſis ℥ ß. *Joan. Langius.*

C *Tabulæ noſtræ purgantes.*

℞. Spec. aromat. roſ. ℈ ß.
Cinnamomi electi, Zingiberis ana ʒ ß.
Macis, Galangæ, Calami aromat. ana ℈ ß.
Rhabarbari electi ʒ j ß.
Spicæ Indicæ ℈ ß.
Turbith opt. ʒ iij.
Agarici Trochiſ. ʒ ij.
Fol. Senæ mundat. ℈ iv.
Diagridii ʒ ij ß.
D Tragacanthæ, Maſticis ana ℈ ß.
Sacchari in aqua cotoneorum diſſoluti ℥ ix.
Olei Caryophyllorum ℈ ß.
Olei Cinnamomi G. v.

Doſis ʒ ij.
Fiant tabulæ pondere ʒ ij.

*Morſelli præcipua membra foventes, & purgantes nonnihil.*

℞. Cinnamomi electi ʒ ß.
E Myrobal. Chebularum, Myrob. Emblicarum ana ʒ ij.
Croci, Roſarum ana ʒ j.
Sandali rub. ʒ ij.
Coralii rub. ʒ j.
Sacchari albiſs. in aqua roſ. & ſucco citri diſſoluti q.ſ. eſt,
Moſchi, Ambræ ana ℈ j.

Formentur morſelli auro obducti. *Marſ. Ficinus.*

## F DE TABULIS VERMES necantibus.

*Confectio ad Vermes.*

℞. Seminis Sancti ℥ j ß.
Farinæ lupinorum ℥ j.
Diptami albi, Indici ana ℥ ß.
Cornu cervi uſti, & præparati, Scordii veri ana ʒ j ß.
Croci ʒ ß. G. vj.
Sacchari albi, aqua Abſinthii diluti q.ſ. eſt.

Fiat confectio in morſellis. *Auguſtani.*

*Alia*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0560-5
DFG

*Alia.*

℞. Sem. Cinæ ʒ j.
Rad. Filicis, rad. Graminis, Diptami albi ana ℈ ij.
Cornu cervi uſti, Rhabarbari ana ℈ iv.
Sacchari in aqua graminis diluti ʒ vj.
Fiant tabulæ. *Auguſtani.*

## DE TABULIS CONtra Peſtem.

℞. Fragment. Sapphyri, Hyacinthi, Smaragdi, Rubini, Granati, vel Unionum tantundem,
Rad. Biſtortæ, Angelicæ, Tormẽtillę, Carlinæ,
Foliorum Cardui benedicti ana ʒ j.
Raſuræ eboris, cornu cervi,
Coralii rubri, Carabæ ana ℈ iv.
Boli Armeni ʒ ij.
Doronici, Zedoariæ,
Caryophyllorum,
Rad. Cyperi, Schœnanthi,
Roſar. rubrarum ana ʒ ß.
Folior. Meliſſæ, Ocymi,
Croci ana gra. xv.

A Sacchari ſoluti in aqua roſarum q. ſ.
Fiat electuarium tabulatum. *Dalechampius.*

*Aliud.*

℞. Pulveris roſarum rubrarum ʒ j.
Coralii rubri, Margaritarum,
Cornu cervi, Spodii ana ℈ ij.
Corticis citri ſicci,
Rad. Angelicæ,
Macis ana ℈ ß.
Sacchari ſoluti in aqua roſarum q. ſ.
B Fiant Tabellæ *Johan. Bauhinus junior.*

*Aliud.*

℞. Pulv. Roſarum rubrarum,
Boli præparati ana ʒ ij.
Coralii rubri, Margaritarum,
Cornu cervi, Spodii ana ʒ ß.
Rad. Angelicæ, Carlinæ,
Macis ana ʒ j.
Croci ℈ j.
C Foliorum Meliſſæ, Ocymi ana ℈ ß.
Sacchari in aqua roſarum diſſoluti q. ſ.
Fiat Electuarium tabulatum: vel cum Tragacantha addito parvo Moſcho, fiant Trochiſci. *Idem.*

## DE TROCHISCIS, *Sectio XL.*

TROCHISCI, Latinis Paſtilli, ſunt vel rotundi, vel quadrati, cum quadam depreſſione, ad ſimilitudinem groſſi lupini. Horum alii

- Intrinſecùs *aſſumuntur, & vel per*
  - Se: *atq; hi vel*
    - Alterant, &c. *Vide literam* A.
    - Purgant
      - Bilem: *ut*
        - Trochiſci *de rhabarbaro,*
        - Paſtillus *purgans bilem, &c.*
      - Pituitam: *ut*
        - Trochiſci *de agarico,*
        - Agaricus *trochiſcatus,*
        - Trochiſci *Alhandal,*
        - Trochiſci *Hamech, &c.*
      - Humores *mixtos: ut* — Trochiſci *de violis magiſt.*
  - Compoſitiones *aliorum medicamentorum: ut*
    - Trochiſci *de vipera,*
    - Trochiſci *de ſcilla,*
    - Trochiſci *ramich,*
    - Trochiſci *hedichroi,*
    - Trochiſci *galliæ moſchata,*
    - Trochiſci *diarrhod.* Nicolai,
    - Trochiſci *Diani, ſive de violis, &c.*
- Extrinſecùs *applicantur: ut*
  - Paſtillus *Andronius,*
  - Trochiſci *de minio,*
  - Paſtilli *Polyidæ,*
  - Paſtilli *Muſæ, &c.*

- A. Alterant
  - Conſervando: & vel qualitate
    - Prima: Sic
      - Calidi: ut
        - Trochiſci *ligni aloës,*
        - Trochiſci *de croco,*
        - Crocomagma *Damocratis,*
        - Paſtillus *calefaciens, &c.*
      - Frigidi: ut
        - Trochiſci *de ſpodio,*
        - Diaſandalon,
        - Trochiſci *de caphura, &c.*
    - Secunda: Sic
      - Aſtringunt: ut
        - Trochiſci *de terra ſigillata,*
        - Trochiſci *de charabe,*
        - Trochiſci *de berberis,*
        - Trochiſci *de ſpodio,*
        - Trochiſci *ad fluxum,*
        - Trochiſci *de coralio,*
        - Trochiſci *Diaſpermaton Gal. &c.*
      - Emolliunt: *ut* — Trochiſci *de cappare, &c.*
      - Aperiunt: *ut*
        - Trochiſci *hepatici,*
        - Trochiſci *ex amygdal. amaris,*
        - Trochiſci *de abſinthio,*
        - Trochiſci *de roſis,*
        - Trochiſci *de lacca,*
        - Trochiſci *de alkekengi,*
        - Trochiſci *de eupatorio,*
        - Trochiſci *alipta moſchata,*
        - Trochiſci *de Benzoi,*
        - Trochiſci *de myrrha,*
        - Trochiſci *de rhabarbaro,*
        - Trochiſci *de aniſo, &c.*
      - Abſtergunt: *ut* — Trochiſci *cyphi.*
      - Venena *fugant*: *ut*
        - Paſtilli *ad aërem peſtilentem,*
        - Paſtilli *in frigido peſtilentia tempore.*
      - Dolorem *ſedant*: *ut*
        - Trochiſci *diarrhodon Meſ.*
        - Trochiſci *diaſpermaton,*
        - Trochiſci *de caphura, &c.*
  - Corrumpendo: *ut* Trochiſci *interficientes*
    - Glires,
    - Mures.

DE

## DE TROCHISCIS calidis.

### *Trochiſci ligni Aloës.*

℞.Ligni Aloës,Roſarum rub.ana ʒ ij.
Maſtiches.Cinnamomi,Caryophyllorum,
Nardi Indicæ,Macis,Nucis moſchatæ,
Cubebarum,Cardamomi minoris,majoris,
Paſtinacæ,Galliæ moſchatæ,
Corticis Citri ana ʒ j ß.
Moſchi,Ambræ ana ℈ ß.
Mellis paſſulati q.ſ.

Formentur trochiſci. Siccentur in umbra,& ſerventur in charta,ceræ liquatæ intincta. Durant annum unum. * Ventriculum,cor,hepar imbecille roborant: ob id valent ad oris fœtorem, pulſum cordis,& ſyncopen,& hydropen. *Meſues.*

### *Trochiſci de croco.*

℞.Croci ʒ iij.
Roſarum rubrarum,Ammi,Myrrhę ana ʒ j ß.
Ligni aloës ℈ ij.
Aquæ roſaceæ q.ſ.

Fiant trochiſci. *Nicolaus.*

### *Crocomagma Damocratis.*

℞.Croci ʒ c.
Myrrhæ,Roſarum rub.ana ʒ l.
Amyli,Gummi Arabici ana ʒ xxx.
Vini q.ſ.

Fiant trochiſci. *Galenus.*

### *Paſtillus calefaciens,ad vitia ventris ex frigore.*

℞.Abſinthii, ſemin.Apii, Aniſi, Cinnamomi, Caſiæ odoratæ ana ʒ iij.
Myrrhæ,Spicæ Indicæ,Caſtorei ana ʒ j.
Piperis longi, Lachrymæ papaveris, Croci ana ℈ ij.
Succi Fœniculi q.ſ.

Fiant trochiſci. *Andernacus.*

## DE TROCHISCIS frigidis.

### *Trochiſci de Spodio.*

℞.Roſarum rubrarum ℥ j ß.
Spodii ʒ x.
Sem.Acetoſæ ʒ vj.
Sem. *Portulacæ,Coriandri præparati,*
*Sumach ana ʒ ij ß.*
Amyli uſti,Balauſtiorum,Berberis ana ʒ ij.
Gummi Arabici aſſati ʒ j ß.
Agreſtæ q.ſ.

Fiant trochiſci. Servantur in annum.* In febribus bilioſis cum alvi fluore efficaces ſunt: inflammationem ventriculi & hepatis,& ſitim continuam ſedant. *Meſues.*

### *Trochiſci Sandalorum.*

℞.Trium Sandalorum ana ʒ iix.
Spodii,ſem.Cucumeris,
Sem.Cucurbitæ,ſem.Citrulli,
Sem.Portulacæ,Boli Armeni ana ʒ iv.
Roſarum ʒ vj.

A Berberorum aut ſucci ejus ʒ iij.
Caphuræ ʒ ß.
Aquæ Portulacæ q.ſ.

Formentur trochiſci. Servantur in annum. * Ad febrem ardentem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & ſitim dantur lacte acido, aut omphacio, aut ſucco acido citri,aut ſucco ribes. *Meſues.*

### *Trochiſci Sandalorum alii.*

B ℞.Sandalorum citrinorum ʒ ij.
Gummi Arabici,ſem.Citrulli ana ʒ j.
Sem.Lactucæ,ſem.Portulacæ,Tragacanthi,
Succi Glycyrrhizæ ana ʒ ß.

Fac trochiſcos: utere,ut prius. *Meſues.*

### *Trochiſci de Caphura.*

℞.Fol.roſ.rub.℥ ß.
Spodii ʒ ij.
Sandali citrini ʒ ij ß.
Croci ʒ j.
C Glycyrrhizæ ʒ ij.
Sem.Citrulli,Melonis,Cucumeris,
Cucurbitæ,Tragacanthæ,Gummi Arabici,
Nardi Indicæ ana ʒ j.
Ligni Aloes,Cardamomi majoris,
Amyli,Caphuræ ana ℈ ij.
Sacchari albi,Mannæ ana ʒ iij.
Mucilag. ſem.Pſyllii, cũ aqua roſ.extractæ q.ſ.

Formentur trochiſci.Durant annum.* Ad febres ardentes, bilis & ſanguinis fervorem,ventriculi
D & hepatis intemperiem calidam, & ab his ſitim inexpletam,icterum quoq;,ac phthiſim & hecticam conferunt. *Meſues.*

## DE TROCHISCIS aſtringentibus.

### *Trochiſci de Terra ſigillata.*

℞.Sanguinis draconis, Gummi Arabici aſſati,
Trochiſcorum Ramich,Roſarum rub.
Sem.Roſar.Amyli aſſati, Acaciæ, Lapidis hæ-
E matitis,
Hypociſtidis,Balauſtiorum,Boli Armeni,
Terræ ſigillatæ, Coralii rub. Carabæ ana ʒ j.
Spodii,Margaritarum.Tragacanthæ,
Sem.Papaveris nigri ana ʒ j ß.
Sem.Portulacæ.Cornu cervi uſti,
Thuris,Gallarum,Croci ana ʒ ij.
Aquæ Plantag.q.ſ.

Qui volet cum opio,addat Opii ʒ ß.

Formentur trochiſci. Servantur in charta. ceræ
F liquatæ intincta, ad annos duos. * Sunt admodum efficaces ad ſputũ ſanguinis cum aqua plantaginis poti: ad fluorem veró ſanguinis è naribus fronti illiti,ad menſes immodicos utero injecti: vel pubi illiti: ad mictum ſanguinis,in veſicam injecti,& ad alias hæmorrhagias,parti ſanguine fluenti impoſiti. *Meſues.*

### *Trochiſci de Carabe.*

℞.Carabe ʒ ix.
Cornu cervi uſti,Gummi Arabici aſſati,
Coralii rubri uſti,Tragacanthæ,
Acaciæ,Hypociſtidis,

Balauſtiorum, Maſtiches, Laccæ, A
Papaveris nigri aſſati ana ʒ iij.
Thuris, Croci, Opii ana ʒ ij. G. xv.
Mucilaginis Pſylii q.ſ.

Formentur trochiſci. Servantur in charta, ceræ liquatæ intincta. Durant annos duos. * Utiles ſunt ad conſtringendum ſanguinem undecunq; fluentem, menſtrua, ſputum, fluxum ſanguineū, & hæmorrhoidalem: & conſolidant ulcera pectoris & pulmonis. *Meſues.*

### *Trochiſci de Berberis.* B

℞. Berberis ʒ ij.
Spodii, Ligni aloës, ſeminis Acetoſæ, Maſtiches,
Galliæ moſchatæ, Nardi Indicæ ana ʒ j.
Gummi Arabici ʒ iij.
Roſarum rubrarum ʒ v.
Aquæ roſarum q.ſ.

Formentur trochiſci. Siccantur in umbra. Servantur in papyro munda, ceræ liquatæ intincta, per annum. * Valent ad intemperiem calidam, C fluorem alvi, & hepatis dolorem. *Meſues.*

### *Trochiſci ad fluxum.*

℞. Balauſtiorum,
Cort. glandiū aceto maceratorū & toſtorum,
Rhois, Baccarū Myrti, Hypociſtidis ana ʒ ij.
Cymini Carmani,
Gallarum aceto maceratarum & toſtarum,
Capitum Granatorum, fructus Tamaricis,
Macis, Xyloaloës, Galliæ aromaticæ, D
Maſtiches, Spicæ Indicæ ana ʒ j.
Sem. Oxalidis, Gummi, Boli Armeni,
Sem. Uvæ, Paſſerum toſtorum ana ʒ j ß.
Sem. Coriandri aceto macerati & toſti ʒ ij.
Vini Pontici q.ſ.

Formentur trochiſci ponderis ʒ j. quorum unus datur cum ſyrupo cydoniorum, vel aliquo ſucco ſtyptico. *Meſues.*

### *Trochiſci alii ad idem cum exulceratione inteſtinorum.* E

℞. Spodii ʒ vij.
Sem. Roſarum, Balauſtii,
Roſarum, Acaciæ,
Sanguinis draconis ana ʒ ij ß.
Sem. Acetoſæ ʒ j ß.
Oxyacanthæ, Carnis Rhu, ſem. Plantaginis,
Sem. Portulacæ aſſati ana ʒ j. G. x.
Gummi aſſati ʒ j.

Fiant trochiſci ponderis ʒ ß. * Dantur cum decocto hordei excorticati. *Idem.* F

### *Trochiſci de Coralio.*

℞. Coralii rubri, Cinnamomi, Myrrhæ,
Amomi, ſem. Papaveris albi ana ℥ ß.
Schœnanthi, Croci ana ℥ ij.
Calami aromatici, Xylobalſami, Caſiæ, Folii,
Maſtiches, Phu, Polii montani, Aſari,
Pedis columbini ana ʒ j. Vini q.ſ.

Formentur trochiſci. * Sanguinolenta excreantibus, dyſentericis, cœliacis, cibum faſtidientibus mirè ſubveniunt. *Nicolaus.*

### *Diacorallii Galeni.*

℞. Coralii rubri, Terræ Samiæ ana ℥ j.
Balauſtiorum, Amyli,
Terræ Lemniæ ana ℥ ß.
Sem. Hyoſcyami, Opii,
Hypociſtidis ana ʒ ij.
Succi Plantaginis q.ſ.

Formentur trochiſci. Siccantur in umbra & ſervantur in charta munda, ceræ liquatæ intincta, ad annos duos. * Ad eadem efficax. *Galenus.*

### *Trochiſci de Agno caſto.*

℞. Agni caſti, Tamaricis ana ʒ v.
Sem. Endiviæ, ſem. Portulacæ ana ʒ ij ß.

Formentur trochiſci cum aqua ſcolopendrii. Nō ſunt in uſu, poſſent tamen in ſeminis profluvio ſeu gonorrhœa, & aliis ejuſmodi vitiis commode adminiſtrari. *Rhaſis.*

### *Trochiſci Diaſpermaton, Galeni.*

℞. Sem. Apii,
Sem. Amios ana ℥ ß.
Sem. Aniſi, ſem. Fœniculi ana ʒ ij.
Opii, Caſiæ ana ʒ j.

Cum aqua pluvia formentur trochiſci. * Dantur ex paſſo, aut aqua, ad omnes internos affectus: pleuriticis, & ſanguinem rejectantibus conferunt, dolorem ſedant.

### *Trochiſci ad Phthiſim, & ulcera pulmonis.*

℞. Balauſtiarum, Roſ. ſiccarum ana ℥ ß.
Sanguinis drac. Medullæ tritici,
Olibani ana ʒ ij.
Gummi Arabici, Tragacanthi,
Maſticis ana ʒ iij.
Acaciæ, Croci ana ʒ ß.
Carabæ, Myrrhæ ana ʒ j.
Anarcinæ ʒ v.

Terantur & conficiantur cum miva cydoniorū, deinde fiant trochiſci aur. j. pendentes: exiccentur in umbra, & dentur in potu. *Avicenna.*

## DE TROCHISCIS emollientibus.

### *Trochiſci de Capparibus.*

℞. Cort. rad. Capparis, ſem. Agni ana ʒ vj.
Sem. Nigellæ, Calamenthi, ſucci Eupatorii,
Acori, Amygdal. amar. foliorum Rutæ,
Ariſtolochiæ rotundæ, ſem. Naſturtii,
Ammoniaci ana ʒ ij.
Cyperi, Ceterach ana ℥ j.

Ammoniacum diſſolvito, & reliqua triturato: deinde fiant trochiſci. Servantur in annū, in charta munda, ceræ liquatæ intincta. * Ad ſplenis duritiem & flatus ejus diſſipandos valent. *Meſues.*

## DE TROCHISCIS aperientibus.

### *Trochiſci hepatici, Aſclepiadis.*

℞. Aniſi, ſem. Apii. Aſari, Amygdalarum, Abſinthii ana ℥ ß.
Aquæ pluviæ q.ſ.

Formentur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0564-7
DFG

Formentur trochiſci.* Hepaticos juvant:habent enim vim hepar expurgandi per urinas: dantur cum vino,febrientibus cum aqua.*Galenus.*

*Paſtilli ex Amygdalis amaris.*

℞.Aniſi,Apii,Aſari,comarum Abſinthii,Amygdal.amararum ana ʒ ij.
Aquæ q.ſ.

Formentur paſtilli. * Idem præſtant. Dantur febri carentibus ex mulſo, febrientibus cum hydromelite.*Paulus.*

*Trochiſci de Abſinthio.*

℞.Roſarum,Abſinthii,Aniſi ana ʒ ij.
Rhabarbari,ſucci Eupatorii,Aſari,
Sem.Apii,Amygdal.amararum,
Nardi Indicæ,Maſtiches,
Folii ſeu Spicæ Romanæ ana ʒ j.
Succi Endiviæ q.ſ.

Formentur trochiſci, in charta munda, ceræ liquatæ intincta, ſervandi per annum. * Obſtructiones ventriculi & hepatis, & ab his dolorem & febres antiquas tollunt, dictas partes, reliquasq; nutritorias roborant,ac appetentiam excitant.*Meſues.*

*Trochiſci de Roſis,Rhaſis.*

℞.Roſarum rubrarum ℥ ß.
Ligni aloës ʒ ij.
Maſtiches ʒ j ß.
Abſinthii, Cinnamomi,
Nardi Indicæ,Caſſiæ,
Schœnanthi ana ʒ j.
Vini antiqui, & decoctionis quinq; radicũ q.ſ.

Formentur trochiſci. Durant annũ unum.* Sunt efficaces ad multos affectus, præſertim ad ventriculi dolorem, malam coctionem, febres antiquas, hydropem incipientem, & illos maxime, quibus forma corrumpitur.*Meſues.*

*Trochiſci de Lacca.*

℞.Laccæ,ſucci Glycyrrhizæ,
Succi Eupatorii,Abſinthii,
Berberis,Rhabarbari,
Ariſtolochiæ longæ,
Coſti,Aſari,Amygdal.amararum,
Rubiæ, ſem.Apii,ſem.Aniſi,
Schœnanthi ana ʒ j.
Vini q.ſ.

Formentur trochiſci. *Siccantur in umbra*, & reponuntur in charta mũda, ceræ liquatæ intincta. Durant annum unum. *Valent ad obſtructiones hepatis & lienis, & inde natas febres varias antiquas,& aſcitem,per urinas movent.*Meſues.*

*Trochiſci de Alkekengi.*

℞.Fructus Alkekengi ʒ iij.
Sem.Citrulli,ſem.Cucumeris,
Sem.Cucurbitæ ana ʒ iij ß.
Boli armeni,gummi Arabici,
Thuris,Sanguinis draconis,
Sem.Papaveris albi,Amygdal.amararum,
Succi Glycyrrhizæ,Tragacanthæ,
Amyli,Pinearum mundat.ana ʒ vj.
Sem.Apii,Carabæ,Terræ ſigillatæ,

A Sem.Hyoſcyami,Opii ana ℥ ij.
Julepi violat q.ſ.

Formentur trochiſci. Durant annos duos. * Valent ad renum & veſicæ ulcera, & natam inde dyſuriam.*Meſues.*

*Trochiſci de Eupatorio.*

℞.Mannæ electæ,ſucci Eupatorii ana ℥ j.
Roſarum rub.℥ ß.
Nardi Indicæ ℥ iij.
Spodii ℥ iij ß.
B Rhabarbari electi,Aſari,Aniſi ana ℥ ij ß.
Succi Eupatorii q.ſ.

Fiant trochiſci. * Obſtructionem & tumorem præter naturam hepatis & lienis ſanant, ac inde natas febres antiquas, & harum rigorem, icterũ, ac incipientem hydropem.*Meſues.*

*Trochiſci Aliptæ moſchatæ.*

℞.Ladani ℥ iij. Styracis ℥ j ß.
Styracis rubræ ℥ j.
C Ligni aloës ℥ ij.
Ambræ ʒ j.
Camphoræ ℈ j ß.
Moſchi ℈ ß.
Aquæ roſ.q.ſ.

Formentur trochiſci ſecundùm artem. * Valent pueris laborantibus aſthmate, & iis qui anguſto ſunt thorace,nec lac hauſtum retinent,præſtatq; uſum optimi & odoriferi ſuffitus.

*Trochiſci de Benzoi.*

D ℞.Benzoi ℥ vj.
Ligni aloës ℥ iix.
Styracis calamitæ ℥ iij.
Moſchi ʒ ß.
Ireos ℥ ij.
Sacchari candi ℔ iij.

Pulverizatis omnibus fiant trochiſci cum aqua roſarum. Delicati ſunt & ſumptuoſi, ad delicias maximè ſuo odore accommodati, ſuffitu, & vaporatione grati. * Cor & cerebrum roborant.
E *Auguſtani.*

*Trochiſci de Myrrha.*

℞.Myrrhæ ʒ iij.
Lupinorum ʒ v.
Foliorum Rutæ,Mentaſtri,
Pulegii,Cumini,Rubiæ,
Aſæ fœtidæ,Sagapeni,
Opopanacis ana ʒ ij.

Diſſolvuntur gummi in aceto,formanturq; trochiſci cum ſucco abſinthii. Siccantur in umbra,
F & in charta munda,ceræ liquatę intincti,ſervantur per annũ. * Provocãt menſtrua,& ſedant dolores,qui ex recentib.mẽſtruis provenĩũt.*Rhaſis.*

*Trochiſci de Aniſo.*

℞.Aniſi,ſucci Eupatorii ana ʒ ij.
Sem.Anethi,Nardi Indicæ,
Maſtiches,ſolii,Fol.Abſinthii,Aſari,Apii,
Amygdalarum amararum ana ʒ ß.
Aloës ʒ ij.
Syrupi Abſinthii q.ſ.

Formantur trochiſci.Siccantur in umbra.Repo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0565-3
DFG

nuntur in charta munda, ceræ liquatæ intincta: A
& ſervantur in annum unum. * Obſtructiones hepatis, & alios ejus morbos, & inde natas febres antiquas ſanant. *Meſues.*

*Trochiſci ex aniſo alii, ex decem ſimplicibus.*

℞. Aniſi, ſucci Eupatorii ana ℥ ß.
Maſtiches, Spicæ Indicæ, Apii,
Abſinthii Rom. Aſari, Folii ana ʒ j.
Amygdalarum amararum ʒ j ß.
Aloës bonæ ʒ iij.
Decocti Abſinthii q.ſ.

Formentur trochiſci. * Hepatis vitia, & inde natas febres antiquas, & quartanas, & formam corrumpentes ſanare ſunt à veterib. probati. *Meſues.*

## DE TROCHISCIS abſtergentibus.

*Trochiſci Cyphi.*

℞. Pulpæ paſſularum,
Terebinthinæ coctæ ana ℥ iij.
Myrrhæ, Schœnanthi ana ℥ j ß.
Calami aromatici ʒ ix.
Cinnamomi ℥ ß.
Unguis odorati, Bdellii, Nardi Indicæ,
Caſiæ ligneæ, Cyperi,
Baccarum Juniperi ana ʒ iij.
Aſpalathi ʒ ij ß.
Croci ʒ j.
Mellis q.ſ.
Vini modicum.

Formentur trochiſci. * *Valent ad pulmonum, jecoris, aliarumq; internarum partium exulcerationes. Damocrates.*

## DE TROCHISCIS venena fugantibus.

*Trochiſci contra peſtilentem aërem.*

℞. Mithridatii opt. ʒ j.
Rad. Angelicæ, Zedoariæ,
Sp. diamarg. frig.
Cinnamomi el.
Sandal. citrini ana ʒ ß.
Myrrhæ electæ,
Boli Armeni præpar. ana ℈ j.
Moſchi gra. iij.
Sacchari Canarii ℥ vj.

Cum Mucilagine gummi Tragacanthæ infuſi in aqua Scabioſæ & pauculo ſucci Limonum vel Citri. Fiant Trochiſci vel Orbiculi Lupinis ſimiles: detineantur in ore præſervationis loco tempore peſtifero. *Caſparus Bauhinus.*

*Paſtilli ad peſtilentem aërem in æſtate.*

℞. Roſarum rubrarum, florum Violarum,
Flor. Nymphææ ana ʒ j.
Corticis Citri, ſem. Citri ana ʒ ß.
Coriandri, Sandali rubri,
Spec. Diarrhodon ana ℈ iij.
Boli Armeni ʒ j.
Mucilaginis, Tragacanthæ cum aqua roſ. extractæ q.ſ.

Formentur paſtilli. *Andernacus.*

*Paſtilli in frigido peſtilentiæ tempore idonei.*

℞. Spec. Aromat. roſ. item Diamargar. calidi ana ʒ ij.
Boli Armeni ʒ j ß.
B Mucilaginis Tragacanthæ, cum aqua roſarum extractæ q.ſ.

Formentur paſtilli. *Andernacus.*

## DE TROCHISCIS dolorem ſedantibus.

*Trochiſci diarrhodon Meſuæ.*

℞. Roſarum rubrarum ʒ ix.
Ligni aloës, Nardi Indicæ ana ʒ iij.
Glycyrrhizæ ʒ iv ß.
C Spodii ʒ j ß. Maſtices ʒ ij.
Croci ℈ ij ß.
Vini albi q.ſ.

Fiant Trochiſci. * Efficaciſſimi ad febres pituitoſas, antiquatas, aliis implexas, ventriculi dolorem leniendum, & humores ipſi adhærentes detergendos.

*Trochiſci diaſpermaton.*

℞. Sem. Apii, ſem. Ammi ana ℥ j.
Aniſi, Fœniculi ana ℥ ß.
D Opii, Caſiæ ana ʒ ij.
Aquæ pluviæ q.ſ.

Formentur Trochiſci. Durãt annos duos. * Dantur ex paſſo, aut aqua: ſedant dolorem: ad omnes internos affectus, & pleuritides utiles ſunt, & ſanguinem rejectantibus. *Galenus.*

*Trochiſci interficientes glires & mures.*

℞. Farinæ avenaceæ ℥ iv.
Arſenici citrini ℥ ß.
Axungiæ porcinæ q.ſ.
E Mellis parum.

Miſce, & fiant trochiſci.

## DE TROCHISCIS purgantibus bilem.

*Trochiſci de Rhabarbaro.*

℞. Rhabarbari boni ʒ x.
Succi Eupatorii, Amygdal. amararũ ana ℥ ß.
Roſarum ʒ iij.
F Nardi Indicæ, Aniſi, Rubiæ,
Sem. Apii, Abſinthii, Aſari ana ʒ j.
Aquæ Cuſcutæ q.ſ.

Fiant trochiſci, ponderis drachmæ unius cum dimidia. Siccantur in umbra, & ſervantur in charta munda, ceræ liquatæ intincta, per annum. * Valent ad hepatis obſtructionem, dolorem, tumores præter naturam, affectus inveteratos ejuſdem. *Meſues.*

*Paſtillus purgans bilem.*

℞. Maſtiches, Nucis pineæ,
Uvarum paſſarum, detractis acinis ana G. v.

Gummi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0566-9
DFG

Gummi G.vij.
Diagridii ℈ j.
Mellis quantum ſufficit.
Formentur paſtilli, qui una vice aſſumi poſſunt. *Andernacus.*

## DE TROCHISCIS pituitam purgantibus.

### *Trochiſci de Agarico.*

℞. Agarici ℥ iij.
Salis gemmæ ℥ ß.
Zingiberis ʒ iij.
Oxymelitis quantum ſufficit.

Agaricum ligma confringendum, & formandi trochiſci. * Purgant ex cerebro & capite phlegma craſſum cum cholera mixtum: & præcipuè educunt ex pectore craſſos humores putridos & viſcoſos. *Meſues.*

### *Agaricus trochiſcatus.*

℞. Agarici electi ℥ iv.
Vini, in quo maceratum ſit zingiber, quantum ſufficit.

Agaricum limandum eſt, & formandi trochiſci. Additur inſuper gummi, aut tragacantha: & poteſt injici in omnes compoſitiones, in quas agaricum ingreditur: vires enim habet agarici, & tutiùs agit, minoreq; ventriculi noxa. *Meſues.*

### *Trochiſci Alhandal,*

℞. Pulpæ Colocynthidis ʒ x.
Minutim inciſa fricentur cum olei Roſati ℥ j.
Tragacanthi, Gummi Arabici, Bdellii ana ʒ vj.

Macerentur quatriduum in aqua roſacea: his colatis & expreſſis, partem unam cum colocynthide permiſcebis, & fiat maſſa: quæ ſiccata in Sole, rurſum teretur, atq; addetur altera pars colaturæ, & formabuntur trochiſci: qui injici poſſunt in omnes compoſitiones, quæ colocynthidem recipiunt, & ipſa colocynthide ſalubriores ſunt. Doſis per ſe à G.vj. ad G.xij. *Meſues.*

### *Trochiſci Hamech.*

℞. Violarum humidi & ſicci mediarum aureos xij.
Turbith gummoſi aur. vj.
Succi Glycyrrhizæ aur. iij.
Mannæ ʒ iij.

* Sedant inflammationẽ, ventrem leniant, thoracem purgant. Dantur aur. ij. cum ſaccharo, aut pulpa caſſiæ fiſtulæ. *Meſues.*

## DE TROCHISCIS purgantibus humores mixtos.

### *Trochiſci de Violis, magiſtrales.*

℞. Violarum nigrarum ʒ vj.
Turbith ʒ iij.
Succi Glycyrrhizæ,
Diargidii ana ʒ ij.

Formentur trochiſci. * Aquas, pituitam craſſam & bilem purgant, flatusq; diſſipant.

A DE TROCHISCIS compoſitiones aliorum medicamentorum ingredientibus.

### *Trochiſci de Vipera.*

℞. Viperas N.xx.

Sumendæ ſunt autem, non quæ quovis tempore captæ ſunt, ſed à medio potiſſimùm Aprile, in
B finem uſq; Maji, aut pauló tardiùs, locisque procul à mari diſſitis. Eligendæ ſunt fœminæ, quæque colore ſubflavo ſint, non prægnantes: quum caput latius habeant, & depreſſum: collum longius, graciliusq; quàm mares: ventre vaſtiores, cauda minore, quæ non involuta eſt, ſed potiùs contorta & diſtenta: inceſſu quieti proximo, quę tamen poſtremas partes in inceſſu magis moveant: aſpectu ferino & inverecundo, oculis ſubrubentibus, & recens captæ. Capita primùm &
C caudas amputabis, quatuor digitorum longitudine utrinq;: his amputatis, conſiderandum eſt, ſi motum quendam in ipſis reſiduum conſpicies, ſanguinemq; multum fundent: nam hę ceu præſtantiſſimæ ſumendæ ſunt: deinde pelle detracta, interanea cum adipe abjicienda erunt: reliquum corpus in ollam novam bene coctam immittendum, & coquendum in aqua fontana, additis anethi comis, & ſub finem pauxillo ſalis, (ignis autem eſto è carbonibus accenſis, aut ſar-
D mentis vitium) donec carnes à ſpinis ſeparentur. Cùm coctæ fuerint, ollã ab igne depones, & carnes diligenter à ſpinis exemptas, per ſe contundes, nulla juſculi addita parte: & addito pulvere panis biſcocti maximè puri, quantum paſtillis formandis ſufficiat, quę erit ſecundùm Galenum tertia aut quarta pars, admiſceto. Formabis in paſtillos ponderis duarum drachmarũ, & ſiccabis in ſuperiori ædiũ parte, in cella ad meridiem converſa, à pulvere diligenter mundata. Sępè au-
E tem convertendi ſunt, per quindecim dies, aut eò ampliùs, donec probè exiccati fuerint: deinde in pyxidem vitream, aut figulinam vitratam benè obturatam reponendi. Annum unum integri perſeverãt: quanquam longè melius ſit, haud multò pòſt, quàm ipſos confeceris, theriacam cõficere. Qui autem diutiùs conſervare volet, ſubinde abſtergendi ſunt à pulviſculo quodam, qui illis obnaſci conſuevit: qui ſi diutiùs inhęreat, paſtillos perforabit. Hoc itaq; modo cõſervari poſ-
F ſunt integri ad tertium annum. *Galenus.*

### *De Trochiſcis viperinis, ex correctione Bartholomæi Marantæ.*

Ante paucos annos nondum cognoſcebatur vipera, & propterea majores noſtri Medicos barbaros ſequuti, pro illa ſumebant Tormentillam, & Dictamnum, quorum alterum redigebant in paſtillos: ſed noſto tempore adeò innotuerunt, ut etiam ab omni circulatore colligi poſſint. Ideoq; non ero longior in enarrandis notis, quibus cognoſcitur: idque eò etiam magis, quòd



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0567-4

Matthiolus in ſuis commentariis ſupra Dioſcoridem, certis omninò notis eã deſcripſerit. Quare tantùm addam, quo pacto eligi debent laudabiles & idoneæ pro Theriaca paranda Debent itaque viperæ non quovis anni tempore capi, multò minùs in media æſtate, quemadmodum nonnulli faciunt. Nam Theriaca ex ejusmodi viperis confecta, illis, qui eam aſſumunt, magnam ſitim affert. Neque etiam ſtatim, poſteaquam ex ipſarum cavernis (in quibus toto tempore frigidiore ſe abſcondunt, & quaſi ſtupidæ vix ſe movent) rurſum proſerpere ſolent. Nam quandiu intra terram latent, retinent intra ſe quandam veneatã, & perniciosãm qualitatem, quæ poſtea aliis temporibus ſolet exhalare, & præterea tamen ſicciores, & frigidiores ſunt, & magis extenuatę, quàm alio ullo tempore. Quare antea illis permittendum eſt, ut aliquantiſper in liberiore aëre obambulent, & veſcantur cibo illis cõſueto, ut ſunt nonnullę herbę, & inter alia animalcula, Cantharides, Bupreſtes, & Erucæ pini. Et præ aliis omnibus Galenus in lib. de uſu Theriacæ ad Pamphilianum tradit, meliores eſſe recenter captas, & non diù incluſas. Nam hæ ut famelicę ſunt venenoſiores: quod facile etiam conjicitur à morſu hominis jejuni: aliæ verò ſaturæ adveniunt ex campis. Legitimum igitur & magis conveniens erit capturæ tempus circa finem Veris, ne tamen attingant initium æſtatis, niſi Veris conſtitutio magna ex parte fuerit frigida, & hyemi ſimilis. Viperę præterea gravidæ tanquam inutiles ſunt abjiciendæ Color earum debet habere neſcio quid de luteo aſperſum, & ſint agiles, & promptæ ad movendum, & potiſſ. quæ de univerſo corpore ſæpè caput extollant, oculi ſint rubedine tincti, inter ſerpendum obliqua, torva, & elata. Pręterea caput debet eſſe latum, venter rotundus, & prominens, & totum corpus ſinuoſum: locusq;, unde emittit excrementa, ſit prope extremam caudam, quæ etiam non ſit in gyrũ circumvoluta, ſed nonnihil contorta. Et ſi haberi potuerũt fœminæ omnes, melius erit, quàm mares accipere. Dignoſcũtur autem à maribus ex ingreſſu earum magis firmo, & quieto, & in dentibus quoque caninis, quorum mas tantùm duos, fœmina autem, ut ſcribit Nicander, plures habet. Critonis fuit ſententia (quemadmodum Galenus refert in libro de uſu Theriacę) viperas eſſe capiendas aut in fine Veris, aut in autumno, & eas quidem, quæ eſſent corpulentiores, & grandiores. Cùm igitur viperas ejusmodi, quales jam deſcripſimus, habuerimus, primùm ad quatuor digitos, & non plures, caput & cauda amputetur, idque ſi grandiores fuerint. Nam minoribus minus quoque eſt auferendum. Quæ partes propterea abjiciuntur: quia paucam habent carnem, eamque duram, & quòd ſint reliquis venenoſiores. Animadvertendum quoq; eſt, eas eſſe validiores, quę poſtquam caput & cauda reſecata ſint, per aliquod tempus ſeſe adhuc moveant, & ſatis multum ſanguinis emittant, eumque non ſtatim effluere ſinant; ideoque iſtæ, quæ ſtatim moriuntur, neque ſe movent quicquam, nullius ſunt momenti. Poſt iſtam amputationem, interiora viſcera ſunt auferenda, & reliquum corporis diligenter à pelle ſeparandum, quemadmodum etiam omnis pinguedo: & poſteaquam diligenter bis, terve ex aqua ſemper recenti mundatę fuerint, imponantur in ollam fictilem, aut ahenum putiſſimum, cum ſufficiente parte aquæ fontanæ, & ad ignem ex carbonibus paratum, aut alium expertem fumi: (ſunt qui ſarmenta vitium hic maximè probent.) Injicito quoque in vas parum ſalis recentis, additis aliquot frondibus anethi viridibus, quod commodè eo tempore reperiri ſolet. Ubi etiam eſt obſervandum, ſi viperæ in æſtatis initio ſint captę, tum nihil ſalis eſſe imponendum, alioqui Theriaca ſitim excitabit: ſicuti etiã illa, ad quam aſſumptæ ſunt viperæ collectæ in locis maritimis, & ſiccis: aut in paludibus aquæ ſalſæ. Quòd ſi forte-fortuna inter ebulliendum aqua efflueret, ſtatim aliquid frigidæ eſt aſpergendum: tandiù quoque coqui debent, donec facile caro de ſpinis ſeparari poſſit, ſi edendo eſſe ſolerent, diligenterq; cavendum, ne intra carnem aliquid de ſpinis remaneat: idq; ſi fieret, omni ſtudio eſt auferendum, quanquam ſi viperæ ita ut optimè coctæ fuerint, non facilè hic error committatur. Propterea laborandum eſt, ut univerſæ viperæ ſint grandes: quod ſi fieri ſemper nequeat, coctio debet fieri per gradus, primùm ex olla ſumendo juniores. Nam ſic per longiorem coctionem grandiores fient magis friabiles, & caro facilè à ſpinis decidet. Nam hæ cùm planè ſimiles ſint carni, vix ab ea poſſunt diſcerni: quanquam poſtea in ſiccis paſtillis facilè appareant. Atq; omnia hæc ſecundùm commemoratum modum primùm vidi obſervari ab Imperato, qui ſolebat idoneo inſtrumento ſæpiùs juvenes viperas inſpicere, & ſtatim cùm coctæ eſſent, ex olla extrahere: hocque ſi obſervetur, univerſæ ſpinæ adhærent ſceleto, & trunco majori medullæ ſpinalis, nihilque ex ipſis carni admiſcetur. Obſervavi autem, ex vipera quantumvis magna non plus carnis, quàm pondere duarum drachmarum colligi poſſe: & ſi illius affuerit copia major, ſuſpicio eſt illam aliquid in ſe ſpinarum adhuc continere. Hæc coctio ita ritè facta, tanti momenti eſt, ut in ea omnis conſiſtat aut bonitas, aut imperfectio Antidoti. His eo modo peractis, poſteà caro collecta diligenter in mortario contunditur, addito parum panis benè cocti, & fermentati, ex recenti & puriſſima farina facti, cujus certa menſura definiri nequit: quanquam aliqui accipiant æqualem quantitatem cum ipſa carne: nonnulli minus, nimirum tantùm dimidiam: alii tertiam ſolummodò partem Sic Galenus interdum etiam ponebat quartam partẽ, & alibi quintam: prout animadvertebat illius ſatis eſſe ad carnem contundendam. Quam etiam menſuram Bononienſes uſurpare ſoliti ſunt, quemadmodum p. m. Lucas Ghinus olim præceptor meus mihi ſignificavit.

Crito

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0568-0 DFG

Crito, ſicuti Galen. refert, carni ex decem viperis A collectæ addebat panis unciam unam. Sed hic animadvertendum eſt, Theriacam fieri aridam, ſi panis non fuerit benè coctus: quare melius eſt illum rectè coctum per duos aut tres dies ponere in loco perflabili, ut exiccetur nonnihil, & non ſimul cum carne contundere, ſed utrunque ſeorſim, atq; poſtea miſcere ſimul. Hic panis ita ſiccus in pulverem redigi, & per cribrum anguſtiſſimum cribrari, ac deinde miſceri cum carne debet. Cumq; utrunq; fuerit diligenter tri- B tum, & commiſtum, ut ne minima quidem portiuncula amplius de vipera, quæ non ſit bene cõtuſa, appareat, ex iſta poſtea maſſa parẽtur Trochiſci, aut Paſtilli, qui debent eſſe tenerrime & optime ſubacti, idq;, ſi fieri poteſt, ſine juſculo, aut ſaltem cum ipſius exigua quantitate: hoc enim modo multò celerius exiccantur. Contrà, ſi panis in juſculo viperarum maceretur, & poſtea ſimul cum carne tundatur, tales Trochiſci difficulter exiccantur, & ſunt in cauſa, ut poſtea caro C putreſcat, & panis fiat acidus. Trochiſci ita parati ſolent in aliquo conclavi ſuperiori collocari ad exiccandum, verſus Meridiem, ubi Sol majori parte diei verſatur, non tamen radii ejus Trochiſcos attingant, utq; penitus exiccari poſſint, crebrò verti debent. Nam ſi aliqua exigua illorum portio humidior reſtet, facile putreſcũt. Quando ita benè ſunt exiccati, removeantur pauló longiùs ab illo loco priore (attamen in eodem relinquantur conclavi) ad quem Sol perve- D nire potuit, atq; ſemper vertantur, ad quod quidem utrunq; ſatis erunt dies quindecim. Aëtius quoque laudat verſus Septentrionem eos poni. Tandem ſi omnes ſicci fuerint, ungantur parum contra putredinẽ cum Opobalſamo: quam curá adhibuerunt Medici Bononienſes, admoniti ab Aëtio, qui etiam voluit, ut Opobalſamum, dum formantur Trochiſci, adhibeatur. Poſtremò aſſerventur in vaſe ſtanneo, vitreo, aureo, vel argenteo puriſſimo. Quanquam plumbum can- E didum, vel ſtannum (ut vulgò vocant) improbetur, quando admiſtum habeat plumbi. Quia in ejusmodi vaſis quædam rubiginis ſpecies ſolet colligi, quæ malam qualitatem illis conciliat. Ideóq; optimum eſt, ut Theriaca quoque, quamprimùm Trochiſci ad manum ſint, ipſa quoque conficiatur: quanquam etiam ſi rectè aſſerventur, tres annos, & pauló plus durare ſoleant, modò ſæpiùs cum linteolo mundentur à pulvere, & ſitu albo, quo progreſſu temporis obducuntur, F unde ſolent exedi, & cariem ſentire, & privari ſuis omnibus viribus. Præterea quoq; propter ipſam Theriacam, illa ſtatim parari debet. Nam cùm per quadraginta dies quotidie aliquid miſtionis fieri neceſſe ſit, quò fermentatio ſequatur melior, ideò admodùm idoneum ad hanc actionem eſt tempus calidum. Quòd ſi in autumno conficiatur, & ſuperveniat tempus hybernum, ſimplicia omnia quaſi ignava permanebunt, & multò tardiùs calor naturalis in illis excitabitur.

*Trochiſci de Scilla.*

Scillam initio Julii collectam, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice primo detracto, & parte duriore, cui radiculæ adhærent, abjecta, farina ſubacta involves, & eò uſque in clibano coques, donec farina probè ſiccata ſit, & ea perforata, ſtylo ligneo tentabis, num ſcilla undiq; tenera ſit. Ea exempta, partem interiorem diligenter teres; cui admiſcebis farinæ ervi tenuiſſimè cribratæ uncias octo ad ſingulas libras, & formabis in trochiſcos ponderis duarum drachmarum, & ſiccabis in ſuperiore parte ædium, in cella probè mundata, meridiem ſpectante, ſæpiùs obvertendo, donec probè ſiccati ſint: deinde repones, ut ſuprà dictum eſt de paſtillis viperinis. *Galenus.*

*De Trochiſcis ſcilliticis, ex correctione Bartholomæi Marantæ.*

Multæ, & quaſi infinitæ animadverti res, & diligenter conſiderari debent, ſi volumus Theriacam, quemadmodum fieri poteſt, diligentiſſime præparare. Occurrunt autẽ tam multæ difficultates, ut ex illis ob earum multitudinem vix nos poſſimus extricare. Nam Galenus & reliqui univerſi, qui docent Theriacæ compoſitionem ſecundùm ſententiam Andromachi, volunt Scillam non accipi nimis inveteratam, ſed recentiſſimam, & quæ jam primum è terra eruta ſit, rejicientes tanquam inutilem & malam, quæ pauló ante ſit collecta: præterea colligendum eſſe tradunt, quando caulis, vel ſcapus ſit ſiccus. Nam eo tempore omnis vis in radice retinetur: idque fieri nequit, niſi media æſtate, aut ſaltem tempore meſſis: nam ante hoc tempus vel florem fert, vel etiam ſemen. Jubent poſtea, paſtillos viperinos fieri debere, quando jam omnia ad Theriacam parandam ſint in promptu. Nam Trochiſci viperini propter iſtum pulverem, qui ſæpe in illis quaſi efflorelcit, facilè aliquid de ſuis viribus amittunt. Cùm verò illi quoque ipſi dixerint, hoſce paſtillos eſſe parandos in fine Veris, vidẽtur hæc inter ſe diſcrepare, quòd ſtatim poſt Trochiſcorum viperinorum præparationem fieri debeat Theriaca, & quòd aſſumenda ſit Scilla recens, ad faciendos iſtos paſtillos: cùm hi fieri non poſſint, niſi media æſtate; illi verò in fine Veris. Hæcq; difficultas eò major eſt, quòd Aëtius etiam ex ſentẽtia Galeni vult, hoſce de Scilla Trochiſcos ex aliis omnibus primùm fieri debere: quoniam ut benè exiccẽtur, multos dies requirunt. Neceſſe eſt itaque, ut vel in æſtatis fine Trochiſci de Scilla parentur, & aſſerventur uſque ad Vernum tempus ſequentis anni: nam quamprimùm alteri de vipera ſunt facti, Theriaca paratur: vel viperinos Trochiſcos ad finem æſtatis transferre oportet, quando Scillitici benè fuerint exiccati: & quocunque modo hoc fiat, quædam præcepta ex autoribus præcipuis non obſervabuntur. Et videntur minùs errare illi, qui Scilliticos factos æſtate elapſa accipiunt, ad parandam poſtea Theriacam in æſtatis ſequentis

principio: cùm viperini fuerint præparati in fi- A
ne Veris. Quoniam multum refert,ad Theriacã
jam paratam adhibere tempus calidius, ut per
quadraginta dies quotidie miſceri & agitari
poſſit. At ſi ita agamus, Scillitici hac ratione in-
veteraſcent, atq; inſuper pharmacopola nimis
erit incertus, an ita per longa intervalla in The-
riaca paranda verſari, donec hoc atq; illud fuerit
in promptu, velit, cùm alioqui ſatis moræ obji-
ciatur,dum colligantur ex tam diverſis,& remo-
tis locis tot ſimplicia. Quid igitur eſt ſtatuendũ? B
Cenſeo optimum eſſe,ut primum paſtilli viperi-
ni ſtato tempore fiant, id eſt, in fine Veris. Nec
nos impedire debet, quòd tam diu aſſervandi
ſint, donec fiant & exiccentur quoq; Scillitici.
Nam tametſi Galen.cap.7.lib.1.de Antidotis di-
cat; quòd multò melius ſit *conficere Theriacam
paulò poſtea quàm parati ſint viperini trochiſci*,
propter cauſam jam indicatam: nihilo tamẽ mi-
nus ipſemet in eodem loco affirmat, eos poſſe
ſine corruptione evidenti per integrum quoque C
annum aſſervari: imò ſi fuerint bene ſiccati, &
diligenter ſepoſiti, ſolent etiam in quartum an-
num durare, quare in tam brevi tempore, quod
intercedit inter finem Veris, & medium, vel fi-
nem æſtatis, corrumpi nequeunt. Hoc tamẽ ob-
ſervandum eſt, ut quamprimùm fieri poſſit, ha-
beamus Scillam, hoc eſt, ſtatim poſtea quã cau-
lis & folia exaruerint, quò Antidotus in una æ-
ſtate abſolvi poſſit, nec calidiore tẽpore carere
cogatur, quod diximus neceſſario requiri, idque D
40. dierum ad fermentationem totius maſſæ: &
quanquam tum principium autumni ſubſequa-
tur, parum hoc refert, *cum notum ſit omnibus,*
initium autumni æquè atque finem æſtatis eſſe
calidum. Nec multum refert etiam, quod Aëtius
dicit, paſtillos Scilliticos primo loco fieri debe-
re. Nam hoc non aliam ob cauſam voluit obſer-
vari, niſi propter accuratam exiccationem. Quo-
niam plus temporis in his exiccandis, quàm vi-
perinis requiritur. Et apparet Aëtium ideò hoc E
tradere, ut ſcilicet ſatis temporis ſuperſit, ut (in-
terea dum Scillitici primùm facti exiccẽtur) eo-
dem tempore ad Antidoti præparationem vi-
perini quoque haberi poſſent. Atque ita omnis
dubitandi occaſio, quemadmodum unicuique
hæc conſideranti patebit, facilè adimetur. Ut igi-
tur ad rem revertamur, Scillã bene ſucci plenam
è terra erues, quando folia & caulis erunt omni-
nò arida, idq; exquiſitè, tum quando uti illa jam
volueris, ſitq; mediocriter grandis, à qua aufera- F
tur exterior cortex, & omne lignoſum & aridũ:
poſtea fermento recenti, quod etiam maturum
fuerit, facto, totum inungas, non creta aliqua,
quemadmodum nonnulli facere conſueverunt.
Nam primùm hæc eſt ſordida, deinde ad ſe ne-
ſcio quid boni ex ipſa maſſa trahit, & citò coqui-
tur. Sic itaq; cooperta optimè in cineribus cali-
dis recondatur, & ſupra eos imponantur carbo-
nes accenſi, & non prius inde auferatur, quã ap-
paruerit etiam totam maſſam eſſe benè coctã, &
aſſatã, inſtar cruſtę. Quod tamẽ idem fieri poteſt

in furno, in quem panes ſunt impoſiti, ſi in olla
benè cooperta imponantur: & ubi paſta fuerit
ſicca, rurſum eximatur. Quòd ſi non ſatis eſſe co-
ctam exiſtimaverimus, rurſum eadẽ Scilla paſta
obduci, & eodem modo coqui debet. Nã quę im-
perfectè ita fuerit coſta, non ſine periculo gravi
membrorum interiorum exhiberi poteſt, quem-
admodum Dioſcorides quoq; monet. Cogno-
ſcitur autem, quòd rectè ſit cocta, ſi pungendo
eam cum feſtuca aliqua, illa facilè penetret: aut
comprimendo duobus digitis ſine difficultate
aliqua diſſolvatur. Tradit autem Dioſcorides al-
terum quoq; modum coquendi. Nam ejus fru-
ſta jubet ebulliri, & toties aqua illius mutari,
donec in Scilla nihil amaritudinis aut acrimo-
niæ relinquatur, accipiendo ſolùm partes inte-
riores, & auferendo tunicas exteriores uſque ad
vivũ, & abjiciendo ſatis multum de primis cor-
ticibus. Hæc Scilla ita diligenter cocta, benè in
pila tundatur, & deinde admiſceatur farinæ ervi
albiſſimi (quoniã minus albicans, nimis eſt ama-
rum) quæ per cribrum anguſtiſſimum tranſie-
rit, ea quantitas, ut ad tres partes Scillæ ſuman-
tur duæ ervi, quemadmodum quoq; Androma-
chus tradit. Hoc Gal. 1. de Antidot. ſcribit, cui
plus fidei adhibendum, quàm lib. de Theriaca
ad Piſonem: in quo duplum ervi ſumitur: cùm
ibi in aliis multis rebus quædam retractet, de
quibus aliter in lib. ad Piſonem ſenſit. Sed hoc ex-
perientia quoq; melius poteſt deprehendi. Nam
Aëtius de Theriaca ſecundùm Galeni ſententiã
differens, atq; conjungens ſimul quoque cum eo
*Andromachum, vult etiam ad tres Scillę eſſe ac-
cipiendas duas farinæ ervi partes: & poſtea ad-*
dit, quòd interdum æquale pondus utriusq; ſu-
matur. Atq; eam quidem differentiam inde or-
tam, quòd interdum Scilla humidior, vel ſiccior,
quàm ut in Trochiſcos redigi queat, atque ideò
opus eſſe plus aut minus farinæ ervi admiſcere.
Attamen ſi cum duabus partibus ſolùm parari
ſemper potuerit, procul dubio minus errabimus.
Nam ita fiet, ut Scilla ſit iſtius qualitatis, & ea ar-
te cocta, quemadmodum eſſe decet. Quæ ſi erit
ejusmodi, non opus erit ſupervacaneam humi-
ditatem ipſius cum majore quantitate ervi cor-
rigi: & hanc credo fuiſſe cauſam, quòd Gal. ali-
ter ſenſerit in lib. de Antidotis, quàm in lib. 1. de
Theriaca ad Piſonem. De hac igitur maſſa benè
contuſa & commiſta fiunt rotulæ exiguæ, & in-
ter formandũ digiti ungendi ſunt oleo roſaceo,
ſicuti docet Aëtius: quanquam aliqui hoc omit-
tant. Poſtea in illis exiccandis & reponendis ea,
quæ diximus de Trochiſcis viperæ, omnia ſunt
obſervanda. Meſue quoq; monet, Scillam quæ
planè ſola abſq; altera in agro reperiatur, abji-
ciendam tanquam venenoſam admodum: & il-
lam accipiendam eſſe, quæ plures habet alias vi-
cinas: quæ admonitio propter majorem ſecuri-
tatem non eſt negligenda.

### *Trochiſci Ramich.*

℞. Succi Acetoſæ ℥ xvj.

Roſarum

Roſarum ℥ j.
Baccarum Myrti ℥ ij.
Boli pauxillum.
Colentur, & colaturæ adjunge
Gallarum tritarum ʒ iij.
Coque aliquantulum. Cola, & adde inſuper ſubſequentia benè triturata:
Roſarum ℥ j.
Sandali Citrini ʒ x.
Gummi Arabici ℥ j ß.
Sumach, Spodii ana ℥ j.
Omphacii ſeu agreſtæ ʒ vij.
Baccarum Myrti tritarum ℥ iv.
Ligni aloës,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ ana ʒ iv.
Miſce omnia, & ſiccentur in ſcutella figulina, & tere minutim, & fiant trochiſci cum ʒ j ß. de caphura & aqua roſacea q.ſ. Succi acetoſæ loco ſumi poteſt vinum è cidoniis acerbis: ſunt qui C aromatizent Gr. xiix. moſchi. Siccantur in umbra, & reponuntur in charta munda, ceræ liquatæ intincta. Durant in annum. * Ventriculum, cor, hepar, imbecilla firmant, & lubrica viſcera ac inteſtina, choleram morbum ſiſtunt, acrimoniã obtundunt, animum reddunt tranquillum, omnem hæmorrhagiam cohibent, ob quam naribus ſanguine fluentibus flando impelluntur: aliis medicamentis miſcentur. *Meſues.*

*Trochiſci Hedychroi, Andromachi.*

℞. Mari, Aſari, Majoranæ,
Aſpalathi ana ʒ ij.
Schœnanthi,
Calami odorati,
Phu. Xylobalſami,
Opobalſami, Cinnamomi,
Coſti ana ʒ iij.
Myrrhæ, Folii,
Nardi Indicæ,
Croci,
Caſiæ ana ʒ vj.
Amomi ʒ xij.
Maſtiches ʒ j.
Vini quantum ſufficit.
Fiant trochiſci, inunctis priùs manibus opobalſamo: deinde ſiccantur, & in charta ceræ liquatę intincta ſervantur in annum. *ex Galeno.*

*Trochiſci Hedychroi, ex correctione Bartholomæi Marantæ.*

1. ℞. Ligni aſpalathi veri, nuper in collegio Patavino reperti, aut Ligni aloës Rhodii.
2. Radicum aſari recentium, & benè compactarum.
3. Mari, id eſt, majoranæ nobilis, id eſt, ſuæ cimæ cum floribus, & ſeminibus ana ʒ ij.
4. Calami odorati, id eſt, radicum. Ejus loco Agalochum cum tertia ejus inſuper parte: aut vulgaris Calamus odoratus.
5. Junci odorati, id eſt, cimæ odoratæ, & recentes.

A 6. Rad. Coſti veri: aut ſuo loco Rad. Zedoariæ recentis, non exeiæ, & opt. odore præditæ.
7. Rad. Phu, ſolidarum, non exeſarum, & odoris abſolutarum.
8. Cinnamomi: vel ipſius loco duplum caſſiæ, quæ ſit cortice craſſo, & fiſtula prędita ſubtili, optimi odoris, & ſaporis.
9. Opobalſami. Loco ipſius Oleum nucis moſchatæ, per expreſſionem facti.
10. Xylobalſami. Ejus loco Agalochi ana ʒ iij.
B 11. Folii, vel ipſius loco, radicum & ſtipitum Nardi Celtici, aut radicis Phu, aut ſpicæ Nardi cum tertia inſuper ejus parte.
12. Nardi Indici, id eſt, radicum: quę eſſe debent odoratæ, recentes, & de illarum numero, quæ in ſe adhuc retinent terram odoriferam.
13. Caſſiæ cum ſignis in Theriaca commemoratis.
14. Myrrhæ, id eſt, lachrymæ recentis, pinguis, & ſucculentæ cum parte venarum candidarum inſtar ungulum.
15. Croci recentis, colorati, longi, integri, non fragilis, neq; humidi, nec mucidi, vel exeſi, ſaporis acuti, & odoris validi ana ʒ vj.
16. Amomi. *Ipſius loco Acorum, id eſt, radicis galangæ majoris, recentis, acuti ſaporis, & boni odoris* ʒ xij.
17. Maſticis candidiſſimi, pleni, puri, fragilis, ſicci, odorati, ſtridentis ʒ j.
D Fac paſtillos, cum vino optimo exicca.

*Trochiſci galliæ Moſchatæ.*

℞. Ligni aloës ʒ v.
Ambræ ʒ iij.
Moſchi ʒ j.
Mucilaginis, Tragacanthæ, cum aqua roſ. extractæ quantum ſufficit.
Fiant trochiſci parvi. * Cerebrum, corq; roborant, oris, atque adeò corporis totius odorem commendant: compoſitionibus aliis miſcentur.
E *Meſues.*

*Trochiſci diarrhodon, Nicolai.*

℞. Roſarum recentium ℥ ß.
Spodii ʒ j.
Sandali rubri ʒ j ß. G. vij.
Sandali albi ʒ j G. xij.
Croci ℈ ij. G. vij.
Caphuræ G. xij.
Fiunt in hunc modum. Roſis recentes in mortario contundes lapideo, ſine intermiſſione, & re- F liqua in pulverem redacta addes, ac cum aqua roſ. q.ſ. formabis: ſub finem caphuram addito: ſicca in umbra, & ſerva. * Hæc compoſitio adminiſtratur in magnis compoſitionibus. *Nicolaus.*

*Trochiſci Diani.*

℞. Violarum purpurearum viridium ℥ v.
Amyli ʒ iij.
Papaveris albi ʒ ij. ℈ j.
Sem. Plantag. ʒ j.
Rhabarbari ℈ v.
Opobalſami ſeu olei Caryophyllorum ℈ j.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0571-6

Aquæ roſ. quantum ſufficit.
Formẽtur trochiſci. Non præparantur, niſi quando ingrediuntur cõpoſitiones magnas. *Nicolaus.*

## DE TROCHISCIS EXTRINſECÙS APPLICANDIS.

### *Paſtillus Andronius.*

℞. Florum Mali punici ʒ x.
Gallæ omphacitidis ʒ iix.
Myrrhæ, Ariſtolochiæ ana ℥ ß.
Chalcanthi, Aluminis ſciſſilis,
Miſy ana ʒ ij.
Sapæ quantum ſufficit.
Formentur trochiſci. * Faciunt ad recentia vulnera & vetera: curant fiſtulas, aures ſuppurantes, oſſa corrupta: reprimunt omnes carnis excreſcentias: valent ad phagedænas & condylomata. *Andromachus.*

### *Trochiſci de Minio.*

℞. Medullæ panis non cocti, benè fermentati ℥ ß.
Sublimati electi ʒ j.
Minii ʒ ß.
Aquæ roſ. q. ſ.
Formentur trochiſci, qui in clibano tepente reſiccati ſerventur. * Omnes carnis pravas excreſcentias liquat, ſordida ulcera expurgat, calloſa emollit, ac fiſtulas mirabiliter ſanat. *Joannes de Vigo.*

A

### *Paſtilli Polyidæ.*

℞. Florum Mali punici ʒ xij.
Aluminis ſciſſilis ʒ iij.
Thuris,
Myrrhæ ana ℥ ß.
Chalcanthi ʒ ij.
Fellis taurini ʒ vj.
Aloës ʒ iix.
Vini auſteri quantum ſufficit.
B Formentur paſtilli. * Ad nomas, & eadem ferè, quæ Andronii. *Andromachus.*

### *Trochiſci Meſuæ.*

℞. Aluminis ſciſſilis, Aloës,
Myrrhæ, Chalcanthi ana ʒ vj.
Croci, Crocomagmatis ana ʒ iij.
Flor. Malorum granatorũ domeſticorũ ʒ iv.
Vini odorati,
Mellis ana quantum ſufficit.
C Formentur paſtilli. * Paſtillus multiplicis uſus, pus educens, & relaxans.

### *Placenta contra Peſtem.*

℞. Arſenici albi cryſtallini ℥ iij.
Arſenici rubri ℥ ij.
Cum ovi albo, vel mucilagine tragacanthi fiat placenta rotunda craſſitudine digiti. Inſuatur linteolo lineo, ſuperaddito ſerico, & admoveatur cordi. *Jacobus Carpenſis.*

## *De Collyriis, ſive Sief, Sectio XLI.*

Collyria ſunt medicamenta oculis dicata, horum arida, Sief à Barbaris dicta, trochiſcorum forma parantur. Porrò Collyriorum alia

- Abſtergunt: *ut*
  - Trypherum *Galeni*,
  - Sief *de thure*,
  - Collyrium *nardinum*,
  - Diacenu,
  - Diahæmatites,
  - Diamyrrha,
  - Sief *è cornu cervino*,
  - Libianum,
  - Sief *de plumbo*, *&c.*
- Excreſcentias *auferunt*: *ut*
  - Viride *Anthei*,
  - Sief *aliud viride*,
  - Sief *rubrum Meſuæ*,
  - Sief *rubrum Galeni*, *&c.*
- Dolorem *mitigant*: *ut*
  - Sief *album*,
  - Cygnus *Galeni*,
  - Diarrhodon *Nilei*,
  - Sief *de roſis*,
  - Sief *luteum*.

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0572-1

# DE COLLYRIIS abſtergentibus.

*Trypherum Galeni.*

℞.Cadmiæ lotæ ʒ xvj.
Ceruſſæ ʒ iix.
Amyli,Gummi,
Tragacanthæ ana ℥ ß.
Opii ʒ ij.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.

Fiat collyrium. * Ad epiphoras, & affectiones B
oculorum.

*Aliud, Galeni.*

℞.Cadmiæ lotæ ʒ xvj.
Amyli,Thuris ana ʒ iix.
Ceruſſæ ʒ xliix.
Opii ʒ vj.
Gummi ʒ xvj.
Aquæ quantum ſufficit.

Fiat collyrium. Siccatur, & ſervatur per annos duos,in charta, ceræ liquatæ intincta. * Ad inu- C
ſtiones oculorum, puſtulas, chemoſeis, maximè in his, qui nullam mordacitatẽ perferre poſſunt.

*Collyrium,ſeu Stef de thure.*

℞.Cadmiæ,
Pompholygis,
Thuris ana ʒ x.
Ceruſſæ ʒ xl.
Opii,Gummi ana ʒ vj.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.

Fiat collyrium. Siccatur & ſervatur. * Ad fluxio- D
nes oculorum & chemoſeis.

*Aliud, Meſuæ.*

℞.Thuris ʒ x.
Ammoniaci,Sarcocollæ ana ʒ v.
Croci ʒ ij.
Mucilag.fœnigræci q.ſ.

Fiat collyriũ.Siccatur & ſervatur ad annos duos.
* Ulcera oculorum ducit ad maturitatem.

*Collyrium Nardinum.* E

℞.Cadmiæ,
Croci,
Gummi ana ʒ xij.
Æris uſti ʒ v.
Stibii,id eſt,Antimonii,
Acaciæ ana ʒ x.
Nardi Indicæ ℥ ß.
Opii,
Myrrhæ ana ʒ v.
Vini quantum ſufficit. F

Fiat collyrium. Durat in annos duos. * Ad doloris vexationes,fluxum tenuem & multum,puſtulas & aſpretudines oculorum.

*Diaœnu.*

℞.Cadmiæ,
Lap.Hæmatitis,
Aluminis ſciſſilis ana ʒ x.
Æris uſti ʒ vij ß.
Chalcitidis ʒ iix.
Sem.Papaveris ʒ v.

A Maceretur ſemen papaveris in aqua pluviæ q.ſ. Exprimatur, & reliquis tritis fiat collyrium, cum vini auſteri quantum ſufficit. * Ad claritatem & cicatrices oculorum.

*Diahæmatites.*

℞.Æris uſti & loti ʒ xxiv.
Lapidis Hæmatitis ʒ j.
Croci,
Opii ana ʒ iv.
Gummi ʒ xij.
Aceti quantum ſufficit.

Fiat collyrium. * Aſpretudinibus commodum facit ad veteres affectiones, & ad omnem extuberantiam oculorum.

*Diamyrrha.*

℞.Cadmiæ lotæ ʒ xxiix.
Lapidis Hæmatitis uſti & loti ʒ xxv.
Spodii ʒ xxiv.
Myrrhæ ℥ vj.
Croci ℥ ß.
Opii ℥ j.
Piperis albi G.N.xxx.
Gummi ʒ vj.
Vini quantum ſufficit.

Fiat collyrium. * Accommodatum eſt ad veteres affectiones oculorum : facit & ad rhœadas & ægylopas.

*Stef è cornu Cervino.*

℞.Cornu cervi uſti & loti,Thuris,
Plumbi uſti & loti ana ℥ ß.
Squamæ æris lotæ ʒ ij.
Opii ʒ j.
Gummi ℥ ß.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.

Fiat collyrium. Siccatur, & ſervatur ad annos duos. * Facit ad ulcera & puſtulas oculorum: cicatrices exerit.

*Aliud.*

℞.Plumbi uſti & loti,
Cornu cervi uſti & loti ana ʒ xvj.
Thuris,Acaciæ,Spodii ana ʒ iix.
Amyli ℥ ß.
Opii,Squamæ æris ana ʒ ij.
Croci ʒ iix.
Myrrhæ ʒ iv.
Tragacanthæ ʒ j.
Gummi,ſem.Hyoſcyami ana ʒ iix.
Mucilaginis ſem.Hyoſcyami q.ſ.

Fiat collyrium.* Ad eadem efficax.

*Libianum.*

℞.Cadmiæ uſtæ & lotæ,Ceruſſæ lotæ,
Stibii uſti & loti ana ʒ xvj.
Plumbi uſti & loti ℥ j. Amyli ʒ xij.
Pompholygis,Myrrhæ,Terræ Samiæ,
Tragacanthæ,Opii ana ℥ j.
Albuminis ovi q.ſ.

Fiat collyrium. * Ad puſtulas,inuſtiones,rupturas, concavitates, oculos purulentos, chemoſeis, ſtaphylomata, & ad circummoleſtantem dolorem facit,& cicatrices exerit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0573-7

*Aliud.*

℞. Pompholygis ℥ j.
Cadmiæ uſtæ & lotæ ʒ xvj.
Stybii uſti & loti ʒ xij.
Ceruſſæ lotæ ʒ xvj.
Amyli ʒ xij.
Terræ Samiæ,
Plumbi uſti ana ʒ iix.
Myrrhæ, Opii,
Tragacanthæ ana ʒ ij.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.
Fiat collyrium. * Ejusdem cum priore facultatis.

*Sief de plumbo, Meſuæ.*

℞. Plumbi uſti, Antimonii, Tuthiæ lotæ,
Æris uſti, Gummi Arabici, Tragacanthæ ana ℥ j.
Opii ʒ ß.
*Aquæ pluviæ quantum ſufficit.*
Fiat collyrium. * Replet & conſolidat vulnera oculorum. *Meſues.*

*Collyrium præſtantiſſimum contra omnis generis paſſiones oculorum.*

℞. Fœniculi, Abſinthii,
Apii, Rutæ,
Sempervivum unà cum radicibus,
Euphragiæ, Salviæ, Betonicæ,
Auripigmenti, Gradii, Pimpinellæ,
Cardui benedicti ana part. æquales.
Hæc omnia ſimul in mortario contuſa miſce, ac urinam pueri infunde. Deinde
℞. xiv. gran. piperis contuſi, & *cochlearia duo* mellis ex apibus, caphuræ ʒ j.
Hæc omnia ſimul in mortario contuſa, *per linteum* exprime, & colaturam ſeu ſuccum in vitreo vaſe conſerva, ac inde ſingulis diebus veſperi & mane guttam unam in oculum patientis inſtilla. Animadvertendum tamen eſt, quod hæc aqua per ſpatium novem dierum Soli eſt exponenda, & deſtillanda antequam in uſum transferatur. *Ranzovius.*

## DE COLLYRIIS EXcreſcentias auferentibus.

*Viride Anthai.*

℞. Cadmiæ ℥ vj.
Myrrhæ ℥ iij.
Croci ℥ vj.
Opii ℥ iij.
Plumbi uſti & loti ℥ j.
Squamæ æris,
Nardi Indicæ,
Acaciæ ana ʒ vj.
Gummi ʒ xxvj.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.
Fiat collyrium. * Ad doloris moleſtias, puſtulas, inuſtiones, prolapſus, confuſiones oculorum.

*Aliud viride.*

℞. Cadmiæ uſtæ & vino odorato extinctæ ℥ j.
Croci,

A Antimonii uſti, & in lacte extincti ana ʒ iv.
Amyli ʒ j. Gummi ʒ ij.
Succi anagallidis fœminæ quantum ſufficit.
Fiat collyrium. * Ad idem valet.

*Aliud viride, Meſuæ.*

℞. Æruginis æris ʒ iij.
Chalcanthi uſti ʒ vj.
Auripigmenti rubri, ſpumæ Nitri,
Spumæ maris ana ʒ j.
Ammoniaci ʒ j ß.
B Salis Hammoniaci ʒ ß.
Ammoniacum macerato in aqua rutæ, & fiat collyrium. * Ejusdem facultatis eſt ferè cum Sief rubro ſequenti.

*Sief rubrum, Meſuæ.*

℞. Sem. Cannabis ʒ iij.
Æris uſti, Myrrhæ ana ʒ ij.
Croci ʒ j.
Æruginis æris, Salis Hammoniaci,
C Piperis nigri ana ʒ ß.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.
Fiat Sief. * Utile eſt oculorum ſcabritiei, pruriginiq́; , ſuffuſionibus & ungui.

*Aliud, Galeni.*

℞. Cadmiæ ʒ xl.
Chalcitidis uſtæ, Piperis albi,
Gummi ana ʒ xx.
Aquæ quantum ſufficit.
Fiant paſtilli. * Ad lippitudinem, ſycoſin, & carD nis excreſcentias.

## DE COLLYRIIS DOlorem mitigantibus.

*Sief album, Meſuæ.*

℞. Sarcocollæ in lacte aſinino maceratæ ʒ v.
Amyli ℥ ß.
Tragacanthæ ʒ iij.
Opii ʒ j.
E Thuris ʒ j ß.
Ceruſſæ lotæ ʒ x.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.
Fiat Sief. * Confert ophthalmiæ, cùm eſt in augmento, & dolorem ſedat.

*Aliud ſimile, ejusdem.*

℞. Gũmi Arabici, Tragacanthæ, Amyli ana ʒ ß.
Ceruſſæ lotæ ʒ vj.
Sarcocollæ nutritæ ʒ iij.
Opii ʒ j.
F Cum ovi albumine fiat Sief. * Hoc utimur initio vehementis doloris à cauſa calida.

*Cygnus Galeni.*

℞. Cadmiæ ʒ xvj.
Ceruſſæ lotæ ℥ j.
Amyli, Tragacanthæ,
Acaciæ, Opii ana ʒ ij.
Gummi ʒ xij.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.
Fiat collyrium. * Ad maximos dolores & affectiones oculorum.

Diar-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0574-3
DFG

*Diarrhodon Nilei, ex Galeno.*

℞. Roſarum ℥ ß.
Croci ʒ ij.
Gummi ʒ iij.
Opii, Nardi Indicæ ana ʒ j.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.

Fiat collyrium. * Ad doloris moleſtias, fluxum uberem ac tenuem, puſtulas, prolapſus oculorũ.

*Sief de roſis aliud, Meſuæ.*

℞. Fol. Roſæ ʒ xv.
Croci, Gummi Arabici ana ℥ j.
Nardi Indicæ, Opii ana ʒ ij.

A Aquæ pluviæ quantum ſufficit.

Fiat Sief. * Eadem, quæ præcedens poteſt.

*Sief luteum, Meſuæ.*

℞. Cadmiæ lotæ, uſtæ, & in lacte muliebri maceratæ ʒ x.
Ceruſſæ lotæ ℥ j.
Squamæ ferri ℥ ß.
Opii ʒ ij.
Tragacanthæ, Gummi Arabici ana ℥ ß.
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.

B Fiat Sief. * Confert doloribus oculorum vehementioribus à cauſa calida.

## De Apophlegmatiſmis, Sectio XLII.

APOPHLEGMATISMI pituitam ex cerebro per os educunt: quorum alii conferunt ad
- Symptomata: *videlicet*
  - Dolorem
    - Dentium *ex influxu.*
    - Capitis: *ex*
      - Bile.
      - Pituita.
  - Deſtillationem *capitis, &c.*
- Morbos: *ſcilicet*
  - Intemperiem *frigidam & humidam capitis.*
  - Obſtructionem *ventriculorum cerebri: ut morbum comitialem.*

*Apophlegmatiſmus ad dolores dentium ex materiæ influxu.*

℞. Maſtiches ℥ j.
Piperis, Pyrethri ana ʒ j ß.
Mellis quantum ſufficit.

Fiant paſtilli inſtar lupinorum. Manè ante cibum in ore per horam circiter dimidiam contineantur. *Andernacus.*

*Apophlegmatiſmus ad dolorem capitis ex bile.*

℞. Maſticis contritæ ℥ ß.
Mellis quantum ſufficit.

Fiant paſtilli inſtar lupinorum. Unus ad horæ dimidium in ore contineatur, mandaturque, & noviſſimè expuatur. *Andernacus.*

*Alius valentior ad frigidum & humidum capitis affectum.*

℞. Piperis albi, Pyrethri, Zingiberis ana ʒ ij.

C Mellis quantum ſufficit.

Fingantur paſtilli manſiles. * Utere ut prędictis. *Idem.*

*Apophlegmatiſmus ad deſtillationem capitis.*

℞. Maſtiches ℥ j.
Corticis Capparis ʒ ij.
Pyrethri ʒ iij.
Piperis nigri ʒ j ß.

D Uvarum paſſarum ℥ ß.

Mixta pannoque lineo raro involuta, ad horæ dimidium ante cibum mandantur. *Idem.*

*Apophlegmatiſmus ad morbum comitialem.*

℞. Pyrethri, Maſtiches ana ℥ j.
Ceræ quantum ſufficit.

Fiant paſtilli avellanæ magnitudinis, manducenturq; ad horæ dimidium, ita ut pituita ſemper expuatur. *Idem.*

M 5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0575-8

# De Confectis, Sectio XLIII.

**Confecta** vocantur materiæ, ſaccharo ſicco obductæ. Horum alia vel

- Alterant: *ſunt autem vel*
  - Seminum: *ut* Confectum
    - Coriandri, Aniſi, Fœniculi, Anethi,
    - Cumini, Ammi, Amomi,
    - Cardamomi, Erucæ, Sinapi,
    - Cucumeris, Cucurbitæ, Melonis,
    - Papaveris *albi*, Xantonici, *&c.*
  - Fructuum: *ut* Confectum
    - Amygdalarum,
    - Avellanarum,
    - Pinearum,
    - Phiſticorum,
    - Nucleorum *perſicorum*,
    - Ceraſorum, *&c.*
  - Corticum: *ut* Confectum
    - Citri,
    - Arantii,
    - Cucurbitæ, *&c.*
  - Aromatum: *ut* Confectum
    - Cinnamomi,
    - Caryophyllorum,
    - Zingiberis,
    - Moſchatum, *&c.*
  - Saccharata: *ut*
    - Saccharum *penidii*,
    - Fructus, *vel animalia ex ſaccharo varia, &c.*
- Purgant: *ut* —— Confectum *aniſi laxativum*.

### *Confectum Coriandri.*

℞. Coriandri à ſordibus, pulveribus, feſtucis, lapillis & pediculis cribrando, ventilando & ſeligendo repurgati, & ab omni humiditate exiccati ℔ ij.

Ponuntur in æneum vas penſile duabus anſis ſuſpenſum, & ſuper carbones hinc inde, antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum agitantur: nunc in orbem volvuntur, nunc inſtar avenæ in vannis moventur, donec calefiant. Calefactis infundatur parum ſacchari, ad debitam, & quodammodo perfectam conſiſtentiam, id eſt, propemodum ut ad morſulos & orbiculos cocti, cochleari ferreo non procul ab extremitate uno foramine perforato, & continuò agitantur, donec ſiccetur ſaccharum: deinde aliud affunditur, ut priùs, idq; tantiſper fit, dum juſtam acquirat magnitudinem. Superficies in pleriſq; lævis eſt, niſi ſingulari artificio aſperior, ſeu (ut vulgò loquuntur) criſpa fit, videlicet ex alto ſaccharum fundendo. Si materia conglobatur, vel ſaccharo confertim infuſo, vel negligenter moto, manu affricata diſſolvuntur nodi. In fine confecturæ exactè ſiccentur: deinde in locum calidum & ſiccum cribro impoſita reponantur. * Orificium ventriculi ſuperius claudit, & corroborat à cibo ſumptum. *Medici Colonienſes.*

### *Confectum Aniſi.*

℞. Sem. Aniſorum optimè mundatorum ℔ ij. Induntur in vas æneum penſile, ut ſuprà, & ſu-

A per ea infunditur ſaccharum lævis coctionis in principio & benè manibus ducuntur per vas æneum, uſquequò ferè ſint cooperta, beneq; exiccantur ad omnem manum ſacchari: & hoc continuatur uſque in finem, ſi ſolidos ſeu læves aniſos facere velis. Si verò aſperos aut criſpos, poſtquam cooperta erunt, affunde ſaccharum cum cochleari ferreo, ab alto, & fit fortis cocturæ; deinde vas hinc inde agitetur, ut in coriandris eſt dictum. Aniſi quantò minores, tantò pulchriores: & quantò duriores, tantò laudabiliores. Du-
B ri enim fiunt, & non ſolùm aniſi, ſed & cætera alia confecta, ſi benè ſiccentur ad omnem ſacchari affuſionem. * Urinam movet, digerit, flatusq; ventris diſcutit, oris halitum commendat. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Confectum Fœniculi, &c.*

Semen Fœniculi, anethi, cumini, ammi, amomi, cardamomi, erucæ, ſinapi, cucumeris, cucurbitæ, melonis, papaveris albi, Xantonici, &c. eo-
C dem modo ſaccharo obducuntur, ut coriandri & aniſi.

### *Confectum Amygdalarum dulcium.*

Amygdalæ benè cum pane aſpero fricantur, atque in vaſe æneo penſili, ſuper carbones, hinc inde agitatæ, ſiccantur, & ab omni immunditia mundantur: demum ſaccharum fortis coctionis cochleari ferreo perforato ſuper eas infunditur, vas huc & illuc ducendo inceſſanter: & tantiſper hoc fiat, dum benè tegantur: & quantò magis

agita-

agitatio vaſis continuatur, tantò ſolidiores redduntur. Sunt qui cum cortice conficiunt amygdalas: & hoc modo confectæ, longiori tempore durant, nec ranceſcunt. Sunt qui à ſuperiori cortice mundant. Quidam illas dividunt in partes duas, & criſpas faciut. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Confectum Avellanarum.*

℞. Avellanarum quantum volueris: & fac ut in amygdalis dictum eſt, vel criſpos vel leves faciendo. Antequam autem conficiantur avellanę, benè in vaſe æneo penſili hinc inde agitari debent, & calefieri quoad ſubtilis cortex eis adhærens removeatur. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Confectum Pinearum.*

℞. Pinearum benè mundatarum, quantum volueris. Super eas infunde ſaccharũ cum cochleari ferreo perforato, bonæ cocturæ, à principio uſque ad finem: & agita bene vas hinc inde, prout in coriandris aſperis dictum eſt ſuprà. Si verò ſolidos ſeu leves facere voles, facias ut ſuprà de amygdalis dictum eſt, & de projectione ſacchari, & vaſis agitatione. Hoc confectum parum durat, eò quia ranceſcunt pineæ: & antequam conficiantur, animadvertendũ eſt, ne rancidæ ſint. Cognoſcuntur autem, quia ſunt nigræ, & mali ſaporis, quare purgandæ ſunt cum furfure. Quidam in prima ſacchari exhibitione ponunt albumen ovi benè agitatum, cum ſaccharo non multum calido, ne albumen coqueretur: & hoc faciunt eò, quia cum difficultate ſaccharum eis adhæret propter oleaginitatem, quæ in eis eſt: & hic modus non vituperatur. *Idem.*

Eodem etiam modo piſtici, perſicorum & ceraſorum nuclei conficiuntur.

### *Piniocatum.*

℞. Sacchari albi, aqua roſarum diſſoluti, clarificati ℔ j.

Agitetur optimè cum baculo, ab igne remoto: & cùm coctum fuerit ad perfectionem, addantur pinearum mundatarum ℥ iv. miſceantur, & permittantur infrigidari ad formam confectionis ſolidæ. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Confectum Citri.*

℞. Corticum citri, minutim in fruſta longiuſcula inciſorum, quantum volueris.

Ponuntur in vaſe æneo penſili ſuper carbones: ſuperinfundendo ſaccharum coctum, cum cochleari ferreo perforato, atque vas hinc inde agitando, quouſq; ſatis craſſi reddantur. Ad hunc etiam modum Arancii cortices & cucurbitę conficiuntur. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Confectum Cinnamomi.*

℞. Cinnamomum à ſuperiori cortice excorticatum, quantum volueris.

Per parva fila inciditur, & in vaſe æneo penſili ſuper carbones ponitur, ſuperinfundendo ſaccharum cum cochleari ferreo, parvo foramine forato. Et in principio, videlicet per tres vices, ſaccharum fit lævis coctionis, poſtmodum uſq; in finem fortis, vas hinc inde benè agitando, ut in coriandris dictum eſt: & tantiſper hoc continuetur, quouſq; ſatis craſſi reddantur. Quidam poſt primam ſacchari projectionem, aſpergunt zingiber pulverizatum, ut fiant fortiores, acrioresque *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Confectum Caryophyllorum.*

℞. Caryophyllorum quantum volueris.

Exicca, beneq; munda ab omni ſpurcitia: deinde ſuperinfunde ſaccharum cum ferreo cochleari perforato, ſatis fortis cocturæ. Et ſi illos aſperos facere voles, facies ut de coriandris criſpis dictum eſt, & de agitatione vaſis & ſacchari projectione. Ad confecta bene criſpa facienda, foramen cochlearis parvum eſſe debet, & ſaccharum æqualiter & uniformiter ſuperinfundi: & quanto altiùs ſaccharum projicitur, tantò meliùs: nec permittendæ ſunt guttæ ſuper eas cadere: illæ enim opus tuum deſtruent.

### *Confectum Zingiberis.*

Confectum Zingiberis eodem modo fit, ut Cinnamomi.

### *Confectum moſchatum, ſeu moſchardini.*

℞. Cinnamomi interioris, & electi, & benè pulverizati ʒ ij.
Muſci optimi, cum pauciſſima aqua roſarum diſſoluti ℈ ß.

Miſce duo hæc in vaſe æneo penſili ſuper carbones, ſuperinfundendo ſaccharum benè coctum, beneq; & inceſſanter manibus ſaccharum ducatur, & benè exiccetur: & toties hoc fiat, quò ad groſſitudinem ſeminis papaveris veniant, & in fine dando per duas vices ſaccharum lævis coctionis, ut rotundi fiant. Muſcardini nonniſi cum difficultate corpus accipiunt: ſed ſagax Aromatarius & ſollicitus, in miſcendo manibus ſaccharum, & ſpecies, citò eos format: pòſt verò duas vel tres vices ſeu manus ſacchari cribellãdi ſunt: à qua cribratione exeunt muſcardini, groſſitudinis puncturæ acus, & pulvis reſervetur, & alii qui jam corpus ſumpſerunt, expleantur. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Paſta laudatiſſima, Moſtacioni Italis dicta.*

℞. Sacchari albiſſimi pulveriſati,
Farinæ albiſſimæ ana ℔ ß.
Cinnamomi optimi ʒ ij.
Zingiberis, Caryophyllorum ana ʒ j ß.
Piperis ʒ ß.
Vitellos ovorum N. j ß.
Moſchi cum aqua roſata temperati gr. ij.

Miſce, fiat paſta.

### *Panes ad tabem.*

℞. Amygdal. dulcium excorticatarum ℥ ij.
Pinearum, piſtaciorũ non rancidorum añ ℥ j.
Pulpæ dactylorum, paſſularum, jujubarum ana ℥ j ß.
Gummi Tragacanthi & Arabici ana ʒ j.
Amyli ℥ ij. Pulpæ capi elixi ℥ iv.

Fructus macerati aqua roſata, cum reliquis tundatur, & ſaccharo paulatim aſperſo fiat maſſa, indeq; cujusque figuræ panes ſenſim ſiccandi, ac auro obducantur. *Heurnius.* A

### *Morſellata alba.*

℞. Sacchari clarificati, & coctionis non perfectæ ℔ j.
Agitetur optimè cum baculo, & poſt longam ejus ductionem, addantur
Zingiberis minutim inciſi ʒ ij.
Deinde ſaccharum perfecte coquatur, & in morſellis incidatur. B

### *Saccharum Penidii.*

Accipitur ſaccharum album bonum, (poteſt & ex viliori parari) coquitur leviori flamma ad extremam ſpiſſitudinem, quæ ita cognoſcitur. Quādo portiuncula aliqua digitis extremis duobus diſtracta in tenuiſſima quaſi fila abit, quæ percuſſa digito, tanquam vitrum diſſiliunt. Inde effundatur ſuper marmor butyro, oleo amygdalino, aut olivarum leviter inunctum, & manibus vel inunctis, vel amyli polline aſperſis, ne adhæreat comprehenſum, ex alto paulatim comprimendo, & fricando hinc inde demittitur aliquoties: tandem ubi paulùm refrixit, ferramento unco parieti infixo obvolvitur, idq; tantiſper, dum benè lentum & candidum efficiatur. Quo autem diutiùs trahitur, eò candidius redditur. Tandem attractum famulis diſtribuitur, ut diſtrahendo torquendoq; formetur modo conſueto. Formatum reponatur loco calido. Alii mel addendum eſſe ſcribūt, quod uſu non receptum. *Colonienſes.* C D

### *Ad faciendum fructus & animalia omnia ex ſaccharo.*

℞. Sacchari albi quantum volueris, & pulveriza: deinde poſt ſubtilem pulverizationem impaſtetur cum albuminibus ovorum quantitate ſufficienti in tantum, quòd formam paſtę habeat: deinde ungātur formæ cum oleo amygdalarum dulcium, & de dicta paſta formæ impleantur, poſtea ſimul comprimātur: & ſic erunt animalia vel fructus facti: & ſic omnia fieri poſſunt: deinde ponantur in ſtupha ad ſiccandum: deinde colore inficiantur. *Theſaurus Aromatariorum.* E

### *Panis Marſicus.*

℞. Amygdal. dulcium mundatarum, & ſubtiliter contuſarum ℔ ß.
Sacchari optimi pulverizati ℔ ß. vel ℔ j.
Aquæ roſarum quantum ſufficit. F
Formetur marzapanis, pane azymo ſubſtrato.
Coquatur in clibano, vel vaſe cupreo, ad id apto.

### *Paſta nutriens, cor ſiccum alterans & roborans.*

℞. Carnis teſtudinum nemoralium lotæ & elixatæ in decocto Hordei ℔ ß.
Farinæ hordei ℥ iij.
Amygdal. dulcium, Pineorum ana ʒ j.
Seminum Melonū cucurbitæ recent. ana ℥ ß.
Semina inciſa macerentur decocto teſtudinis & adde farinam: reliqua miſce, & adjice Sacchari albiſſimi ℥ iv. tepide paſta coquatur. Fiant boli. *Heurnius.*

### *Alius.*

℞. Pulpamenti capi, perdicis ana ℥ iij.
Pulv. diarrhod. abbatis, diamarg. frig. ana ℈ j.
Pinearum contuſarum & aqua roſata maceratarum ʒ j.
Sacchari aqua roſata & borragin. diluti quod ſatis ſit: fiat Placenta. *Heurnius.*

### *Ovum Lombardicum.*

℞. Vini & aquæ partes æquales,
Aquæ roſatæ cochleare j.
Vitellos ovorum N. ij.
Sacchari quod ſatis eſt, & parum Cinnamomi. Sic parant Belgæ illud quod Ovum Lombardicum vocant, quod ſanguinem & ichorem præbet benignum. *Idem.*

### *Congelatum.*

Capus in minutas partes ſcinditur, cum pauca carne vitulina ex aqua & vino coquitur dum ab oſſibus cedat caro: colo traducitur jus, pinguedo reſtagnans abſtergetur, & iterum coquitur, & tribus libris juris una ſacchari additur & Cinnamomi ℥ j. Saccharo diluto injiciuntur albumina duo ovorum ritè concuſſa, ac parum ſimul coquuntur, mox colantur quinquies vel ſexies juxta ignem. *Idem.*

### *Panis medicamentoſus, contra vertiginem.*

℞. Zingiberis albi, Caryophyllorum ana ℥ ß.
Panis triticei optimi ℥ j ß.
Omnia ſimul contuſa miſce cum aqua vitę optima. Coque iterum, ut panis fiat. Hunc panem comedat manè. *Theophr. Paracelſus.*

### *Confectio Aniſi laxativum.*

Confectum Aniſi laxativum fit ſcammonio cum ſaccharo mixto, vel maceratione aniſi, in aqua, in qua ſcammonium fuerit diſſolutum.

## DE COLORANDO SACcharo, in concinnandis confectis.

### *Ad ſaccharum rubro colore tingendum.*

℞. Praſſilii triti, vel Sandali rubri, vel
Rad. rubiæ, vel Granorum tinctorum ℥ j.
Aluminis Rochæ ℥ ß.
Aquæ ℥ vj.
Infundantur duo hæc in petia ligata in dicta aqua per dies ſex, deinde calefiant ad ignem leviter: & cum ea aqua ſaccharum coquatur. Vel confectis jam abſolutis, ſenſim in aheno calentibus aſpergitur. *Theſaurus Aromatariorum.*

### *Ad ſaccharum viridi colore tingendum.*

℞. Succi Caulium, vel ſucci Anethi, vel ſucci Solani, vel ſucci Rutæ quantum ſufficit.
Hoc confecta jam abſoluta, atq; adhuc in aheno calen-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0578-5
DFG

calentia aſperguntur: vel ſaccharum unà cum A ſucco coquitur, &c. *Idem.*

*Ad ſaccharum flavo colore tingendum.*

Confecta jam abſoluta, atq; adhuc in aheno calida, diluto rhabarbari vel croci aſperguntur.

*Ad ſaccharum colore cæruleo tingendum.*

℞. Succi baccarum Sambuci, vel Florum frumenti, in aceto vel vino dilutorum q.ſ. quo confecta adhuc calentia aſperguntur.

*Ad ſaccharum colore purpureo tingendum.*

℞. Succi florum ireos q.ſ. & cum eo ſaccharum coque.

*Ad ſaccharum colore nigro tingendum.*

℞. Succi Juglandium, vel Gallarum, vel Myrobalanorum in aceto dilutorum quantum ſufficit, quo aſpergatur ſaccharum. Quod ſi voles varicolora reddere confecta, invicem modò hunc, modò illum colorem aſperge. *Colonienſes.*

## *De Glandibus & Suppoſitoriis, Sectio XLIV.*

Glandes penicilla ſunt, quæ ano ſubjiciuntur: Græcis, Balani: Barbaris & officinis, Suppoſitoria dicuntur. Horum alia

- Purgant *ſeu expellunt*
  - Recrementa
    - Leniter: *ut*
      - Glans *ex farina, aqua & ſale,*
      - Glans *ex radice betæ,*
      - Glans *ex ſapone, &c.*
    - Mediocriter: *ut*
      - Glans *mediocris,*
      - Suppoſitorium *mediocre, &c.*
    - Acriter: *ut*
      - Glans *acris,*
      - Aliud *ſuppoſit. acre, &c.*
  - Flatus: *ut*
    - Suppoſitorium *ad flatus, &c.*
    - Aliud, *&c.*
- Dolorem *mitigant: ut* — Glans *dolorem ſedans, &c.*

### DE GLANDIBUS lenibus.

Glandes lenes ex farina hordei, aut tritici, aut ſiliginis, ex aqua in maſſam redacta, & modico ſale condita: aut ex ſapone albo, aut ex pinguedine ſuilla ſalſa: aut ex betæ vel braſſicæ, vel Mercurialis caule, ſine radicibus oleo inunctis, & modico ſale reſperſis.

*Glans lenis.*

℞. Farinæ hordei vel tritici, Aquæ coctæ, Salis parum ana quantum ſufficit.

Fiant glandes, annularis digiti inſtar longæ, & ſiccentur. Tempore uſus, in oleo intinguntur, atque in alvum induntur. *Andernacus.*

*Glans ex radice Betæ.*

℞. Radicem Betæ, vel Mercurialis.

Fingatur indicis, aut annularis, aut minimi digiti modo longa & craſſa, oleoque intincta, & ſale aſperſa, inferiùs indatur.

*Glans lenis, alia.*

℞. Saponis albi ℥ ß. vel ſi adultior eſt. ℥ j.

Glans indicis aut digiti modo longa craſſaq; aut tenuior fiat. *Idem.*

B *Alia.*

℞. Carnis ſuillæ, pinguis, ſalſæ & conciſæ quantum ſufficit.

Glandem minimi digiti inſtar longam parabis, & ſubter alvum adhibebis. *Idem.*

*Aliud ſuppoſitorium lene.*

℞. Mellis probè cocti ℥ ß. vel ℥ j.

Glans inſtar indicis digiti longa craſſaq; conficiatur. *Idem.*

### C DE GLANDIBUS ET globulis lenioribus.

℞. Ficuum N. j.

Invertatur, & in glandis formam redigatur, indaturque.

*Globulus excrementa ducens, lenis.*

℞. Mellis concreti, vel Maſſæ ex farina tritici, vel hordei ex aqua coactæ ℈ ij.

Salis communis ℈ j.

D Redigantur in globulum craſſitiei digitalis, aut pollicaris, qui ad Solem aut fornacem ſiccetur. Ubi uſus neceſſitas adfuerit, oleo vel butyro intingatur, ac in alvum ſic penitiſſimè demittatur. *Andernacus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0579-4

*Nodulus lenis.*

℞.Vitellorum ovorum N.j.
Salis communis ℈ j.

Probè permiſcentur, linteoloq; excepta, ligentur filo, cujus appendix aliqua relinquatur, ut trahi poſſit: oleo intingatur, & indatur. *Idem.*

*Suppoſitorium, quo pueri etiam tutò poſſunt uti.*

Sume recentem ovi toſti vitellum, quem ſale conſperſum, cultroque, unà cum ſale in tenuiſſimas conciſum particulas commiſce. Hujus partem reliquam magnitudine avellanæ linteolo tenui inſere, filoq; longiore conſtringe, id quod propter commoditatem extractionis minimè præcidas. Poſtea in oleum fervens injice, ex quo rurſus exemptum mox in loca ſecretiora, dum calet, inſere. *Ranzovius.*

*Glandes aliæ.*

℞.Mel decoctum ad ſpiſſitudinem, miſce cum farina triticea: poſtea mitte in menſam, & addito recenti butyro, non ſalito, in teretem longamq; formam finge. Deinde immitte in oleũ, ex quo rurſus exemptum loco ſecretiori inſere. *Idem.*

## DE GLANDIBUS mediocribus.

*Glans mediocris.*

℞.Mellis concreti ℥ ß. vel ℥ j.
Salis communis, vel foſſitii ʒ ß.

Miſce, & formetur glans.

*Suppoſitorium aliud mediocre.*

℞.Mellis concreti ℥ ß. vel ℥ j.
Salis communis ʒ ß.
Spec. Hieræ picræ, vel Aloës, vel Agarici ℈ j.

Miſce, & fiat glans.

*Aliud.*

℞.Salis communis ʒ ß. vel
Salis gemmæ ℈ ß. vel
Stercoris muris ℈ j. vel ℈ ij. aut ſpecierum Hieræ ʒ ß.
Mellis ℥ j.

Miſce. Fiat ſuppoſitorium.

Addunt quidam pilos in tenuiſſimas partes inciſos ex melle toſto cum ſale. *Heurnius.*

## DE SUPPOSITOriis acribus.

*Glans acris.*

℞.Mellis ad ſpiſſitudinem cocti ℥ ß.
Veratri, Scammonii,
Salis in pulverem redactorum ana ℈ j.

Miſce, & fingatur ſuppoſitorium.

*Alia.*

℞.Mellis concreti ℥ ß.
Colocynthidis, vel ſucci Cyclamini, vel Scammonii, vel Grani Gnidii G.v.

A In glandem indicis inſtar longam digeſta, oleoq; ſeu butyro inuncta. *Andernacus.*

*Alia.*

℞.Mellis cocti & concreti ℥ ij.
Pulv. Euphorbii ℈ ß.
Pulv. Colocynthidis G.iv.
Pulv. Ellebori G.ij.
Salis communis ℥ j.

Miſceantur ſingula, & digerantur in glandes. Tempore neceſſitatis oleo vel butyro intinguntur & induntur. *Fuchſius.*

B

*Species ad Glandes aut Suppoſitoria acria conficienda.*

℞.Hellebori albi, Gran. Colocynthidis ana ℥ j ß.
Eſulæ præparatæ, Hermodactylorum ana ℥ j.
Specierum Hieræ picræ ſimplicis Galeni ʒ ij.

Miſceantur pulveriſatæ. *Cordus.*

C

## DE GLANDIBUS & globulis flatus diſcutientibus.

*Suppoſitorium ad flatus.*

℞.Mellis cocti ac concreti ℥ j ß.
Sem. Aniſi, Fœniculi ana ℈ j.
Sem. Carvi ℈ ij.
D Colocynthidis ℈ j.
Salis vulgaris ʒ j.

Tundenda tundantur, cribroque ſecernantur, miſceantur, digeranturq; in glandes. *Idem.*

*Glandes ad flatus.*

℞.Mellis ad ſpiſſitudinem cocti ℥ ß.
Sem. Rutæ, item Aniſi, Cumini,
Colocynthidis, Salis foſſitii ana ℈ ß.

Glans medii aut indicis inſtar magna, butyro recenti illita in alvum datur. *Andernacus.*

E

*Globulus flatus diſcutiens.*

℞.Mellis ad ſpiſſitudinem cocti, vel
Maſſæ hordeaceæ ℥ j.
Sem. Rutæ, Cymini, Fœniculi ana ʒ ß.
Salis communis ʒ j ß. vel
Colocynthidis, & Salis communis ana ʒ ß.

In globulos pollicares redigito, & butyro illitos recenti, inferioribus penitus indito. *Idem.*

F

## DE GLANDIBUS dolorem mitigantibus.

*Glans dolorem ſedans.*

℞.Opii ℈ j.
Croci, Caſtorei ana ℈ ß.

Tuſa & cribrata cũ melle cocto, aut cera & oleo nymphææ in unum coëant, formenturque glandes, quibus filum appenſum eſt.

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0580-6

# *De Peſſis, Sectio XLV.*

Peſſus eſt lana concerpta & ad digiti formam rotunda, in qua medicamenta excipiuntur, ac genitalibus mulierum induntur. Horum alii

- Alterant, *hoc eſt,*
  - Aſtringunt: *ut* — Peſſus *ad menſtrua ſiſtenda.*
  - Aperiunt: *ut* — Peſſus *menſtrua provocans.*
  - Abſtergunt *& conſolidant: ut* — Peſſus *uteri ulcera ſiccans.*
  - Emolliunt, *&c. ut* — Peſſus *emolliens.*
  - Dolorem *ſedant: ut* — Peſſus *ad uteri præcipitationem.*
- Purgant: *ut* — Peſſus *pituitam educens.*

## DE PESSIS ASTRINgentibus.

### *Peſſus menſes ſiſtens.*

℞. Stercoris porci ℥ j.
Sanguinis Draconis ʒ j.
Boli Armeni ʒ ij.
Succi burſæ Paſtoris, vel ſucci Plantag. q. ſ.
Fiat peſſarium, ad formam ſuppoſitorii, quo filo obligatum noctu ſubjiciatur. *Rondeletius.*

### *Alius.*

℞. Cornu Cervi uſti ʒ ij.
Thuris ʒ j ß.
Gallarum ʒ ij.
Balauſtiorum, Roſarum rub. ana ʒ j ß.
Gummi, Acaciæ, Hypociſtidis ana ℈ ij.
Boli Armeni ʒ ß.
Trita in pollinem leviſſimum ſucco plantaginis excipiantur, & linteolis deligata fingantur peſſi, qui in mulieris pudendum inſerantur. *Fuchſius.*

## DE PESSIS APErientibus.

### *Peſſus menſtrua movens.*

℞. Myrrhæ, ſem. Nigellæ ana ʒ iij.
Salviæ ʒ ij.
Caſtorei ʒ ß.
Cum ſucco Mercurialis, vel pauca terebinthina, vel melle fiat peſſarium. Aut pulvis ponatur in ſacculo, confecto ex panno raro, addito pauco bombace: fiat ad craſſitudinem digiti majoris, indaturque. *Rondeletius.*

### *Alius.*

℞. Arthemiſiæ, Abrotani,
Dictamni ana ʒ ij.
Rad. Acori, rad. Rub. tinct. ana ℥ j ß.
Nigellæ ℈ ij.
Baccarum Lauri ʒ ß.
Rutæ ℈ ij.
Sabinæ ℈ j.
Caſtorei ℈ ß.
Myrrhæ, Stactis ana ʒ j.
Sagapeni ʒ j ß.

A Tuſis & cribratis iis quæ opus eſt, mellis quantum ſatis eſt, ut in coalitum craſſiorem & unitatem coëant, adjiciatur, & ubi opus eſt, fingantur peſſi, qui in vulvam indantur. *Fuchſius.*

## DE PESSIS ABSTERgentibus & conſolidantibus.

### *Peſſus ulcera ſiccans.*

B Peſſarium paretur, quod unguento è pompholyge imbutum indatur vulvæ: vel aliud unguento roſaceo imbutum naturalibus ſubjiciatur: vel medullę cervinæ, adipis anſerini ana ℥ ß. ovorum duorum coctorum lutea, terebinthinæ ʒ j. croci ℈ j. ſubigantur, vulvæque inſerantur. *Andernacus.*

C

## DE PESSIS EMOLlientibus.

### *Peſſus emolliens.*

℞. Butyri recentis ſine ſale ʒ iij.
Medullæ cervinæ,
Adipis Anſeris, item Gallinæ ana ʒ j ß.
Maſticis, Meliloti ana ʒ j.
Sem. Lini, Fœnigræci ana ʒ j ß.
Ovorum lutea N. iij.
Olei Roſacei, Irini ana ℥ ß.
D Ceræ quantum ſatis eſt ad juſtam craſſitudinem inducendam.
Deinde lana duplicata in hoc medicamentum intincta, utero ſubjiciatur. *Fuchſius.*

## DE PESSIS DOLOrem ſedantibus.

### *Peſſus dolorem mitigans, ex calido.*

Peſſus paretur, cui opii paululum miſceatur, quòd calorem nimiùm obtundat. Verùm tunc
E peſſus nō longiore tempore, quàm dimidiæ horæ ſpatio retineri debet, ne pars nervoſa membranoſaque à frigido noxam concipiat. *Andernacus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0581-1

*Peſſus ad uteri præcipitationem.*

℞.Benzoini,Styracis,
Caryophyllorum ana ʒ j.
Galliæ moſchatæ ʒ ß.
Moſchi G.vj.

Fiat pulvis, exceptus bombace imponatur in uterum. *Rondeletius.*

*Aliud.*

℞.Ficum, finde & inverte: diambra,cinnamomo & moſcho, his nempe permixtis,repleatur: hinc filo ſerico in orbem conſuatur: tandem ſępè pertunditur ſicca,quo incluſum aroma odorent,ſpargat,filoq; alligata, poſtquam oleo ma-
A cis rigata fuerit, ac in acumen faſtigiata utero immittitur. *Heurnius.*

## DE PESSIS PURgantibus.

*Peſſus pituitam educens.*

℞.Spec.Benedictæ lax. ℥ iij.
Agarici trochiſcati ℥ ij.
Terebinthinæ parum,
Succi Mercurialis quantum ſufficit.

B Formetur peſſarium, ad formam ſuppoſitorii: quod filo obligatum, noctu ſubjiciatur. *Rondeletius.*

# *De Sacculis, Sectio XLVI.*

Sacculi ſunt fomenta arida. Horum alii cōferunt

- Capiti: *ut*
  - Pileolus *ad dolorem capitis,*
  - Alius,alius.
  - Pileolus *ad dolorem capitis ex mixto humore,*
  - Pileolus *ad deſtillationem,roborans,& materiam exiccans.*
  - Pileolus *ad frigidam deſtillationem,aſtringens,*
  - Pileolus *ad calidam deſtillationem,aſtringens,&c.*
- Cordi: *ut* — Sacculus *ad cordis affectus frigidos.*
- Ventri: *ut*
  - Sacculus *ad ventriculum imbecillem,doloremq;,calefaciens,&c.*
  - Sacculus *ad dolorem ex pituita,*
  - Sacculus *ad lateris dolores,&c.*

## DE SACCULIS CONferentibus capiti.

*Pileolus ad dolorem capitis.*

℞.Galangæ, Calami odorati, Cyperi ana ʒ iij.
Nucis moſchatæ,Caryophyllorum ana ʒ ij.
Betonicæ,Majoranæ ana ℥ j.
Florum Anthos,flor.Stœchados ana ʒ ß.

Fiat pulvis,qui bombace exceptus,panno rubro raro interſuatur,& fiat cucuffa. *Rondeletius.*

*Pileolus ad dolorem capitis,alius.*

℞.Majoranæ,Betonicæ,Meliſſæ,
Roriſmarini,Stœchados ana P.j.
Roſarum rubrarum,Cort.Citri,
Granorum alkermes ana ʒ iij.
Macis,Piperis longi,Cubebarum,
Caryophyllorum ana ʒ ß.

Hæc in pulverem redacta,panno ſerico rubro & raro,ad formam pileoli cōcinnato inſuantur:vel, ut vulgares dicunt, ſyndone duplici cum modico goſſypio interſuto condantur. *Andernacus.*

*Sacculus capitalis, alius.*

℞. Florum Roriſmarini,
Florum Lavendulæ,
Florum Chamomillæ,flor.Betonicæ,
Roſarum rub.ana M.j ß.
Salviæ,Majoranæ,Serpylli,Meliloti ana M.ß.
Foliorum Senæ ʒ ij.
Stœchados ʒ iij.
Caryophyllorum,Nucis moſchatæ,

C Maceris ana ℈ ij.

Contuſa in ſericum demittantur, formeturque ſacculus tiriæ formam exprimens.

*Pileolus alius,ad dolorem ex mixto humore.*

℞.Roſarum rubrarum,Violarum,
Flor.Meliloti, item Chamomillæ,
Stœchados,Roriſmarini ana P.ß.
Meliſſæ, Betonicæ,Majoranæ,
Pulegii ana M.ß.
D Cocci infectorii ℥ ij.

Omnia diligenter trita pileolo ex panno ſerico rubro & raro inſuantur: qui die noctuq; ad menſes aliquot geſtetur. *Andernacus.*

*Pileolus ad deſtillationem,roborans & materiam exiccans.*

℞.Roſarum rubrarum P.ij.
Meliſſæ,Betonicæ,Majoranæ,
Origani ana M.ß.
E Nucis moſchatæ,Caryophyllorum,
Gummi Juniperi,
Baccarum Cupreſſi ana ℥ j.
Cocci infectorii,Maceris ana ʒ j ß.
Thuris,Maſtiches ana ℥ ij.

Hæc in tenuiſſimum pulverem redacta, panno ſerico rubro & raro,ad pileoli formam adaptato inſuantur. *Idem.*

*Sacculus ad idem,paratu facilis.*

℞.Salis torridi ℥ j ß.
Milii torrefacti ℥ iv.

Indita duobus ſacculis ex lineo pannoraro ad- A
moveantur ſincipiti calido, alter poſt alterum. *Idem.*

### *Alius ex meris aſtringentibus, ad frigidam deſtillationem.*

℞. Salis communis torridi ℥ ij.
Nigellæ, Majoranæ ana M. j.
Cort. Citri, Thuris ana ʒ j.
Gummi Juniperi ʒ ß.

Trita ſacculis ex lino condantur, qui alternatim B
capiti manè ante cibum ad horam unam applicentur. *Idem.*

### *Alius ad calidam deſtillationem ex refrigerantibus.*

℞. Milii torrefacti P. ij.
Myrtorum, Baccarum Cupreſſi ana ℥ ß.
Roſarum rub. P. ß.

In pulverem redacta ſacculo indantur, & capiti adhibeantur. *Idem.*

### *Sacculus refrigerans & repellens pro fronte.* C

℞. Coriandri ℥ ß.
Sem. Lactucæ ʒ iij.
Sem. Papaveris ʒ ij.
Flor. Violarum,
Flor. Nenupharis ana ℥ j.
Roſarum rubr. ℥ ß.

Miſce, fiat pulvis, ex quo impleatur ſacculus, latus quinque digitos, longus pedem unum, pro D
fronte. *Rondeletius.*

### *Frontale ad refrigerandum & repellendum.*

℞. Coriandri ʒ ij.
Sem. Lactucæ, Papaveris ana ʒ j.
Flor. Nymphææ, Roſarum, Violarum,
Betonicæ, Serpylli ana ʒ ij.

Redigantur in pulverem, ut fiat ſacculus latus quinque digitos, longus pedem. *Heurnius.* E

## DE SACCULIS CONferentibus cordi.

### *Sacculus cor calidum alterans & roborans.*

℞. Pulveris Diamargariti frigidi ℥ ß.
Flor. Borraginis, Buglosſi, Nymphææ ana ʒ j.
Caphuræ ℈ j.
Raſuræ panni coccinei q. ſ. ad excipiendum hunc pulverem: ſindoni include. F

Fiat ſacculus ovali forma, qui modicè aqua Roſata & Bugloſſi irrigatur. *Heurnius.*

### *Sacculus ad cordis affectus frigidos.*

℞. Flor. Anthos,
Flor. Stœchados ana ℥ ij.
Summitatum Ocymi,
Corti Citri ſicci,
Macis, Caryophyllorum ana ʒ iij.
Spec. Diamarg. calidi, vel Diagemmæ, vel Diathamaron ʒ ij.

Fiant ſacculi forma rotunda: conſuantur. Imponi autem debet Bombax ad retinendum pulverem, & pannus, qui integit, debet eſſe delicatiſſimus. Irroretur vino & aqua Meliſſæ, & calidus applicetur cordi. *Rondeletius.*

### *Alius ad idem.*

℞. Flor. Bugloſſi, item Borraginis,
Roſarum, Meliſſæ ana M. j.
Cinnamomi elect. Caryophyllorum,
Maceris ana ʒ ß.
Ligni Aloes ℈ j.
Cort. Mali Citri, Spec. Diambræ ana ʒ j.
Oſſis cordis Cervini ℈ ß.
Croci ℈ j.

Contritis omnibus fiat è ſerico ſacculus, cordi admovendus. *Fuchſius.*

### *Sacculus pro corde, contra peſtem.*

℞. Sapphyri, Smaragdi,
Hyacinthi, Rubini,
Corali rubri, albi ana ʒ j.
Croci ℈ j.
Margaritarum ʒ ß.
Arſenici albi ʒ ij.
Ambræ G. vj.
Rad. Iridis ſiccæ & odoræ ℥ ß.
Cornu Cervi uſti ʒ j.
Auripigmenti ℥ ß.

Terantur omnia, & fiat ſacculus cū ſindone purpurea, cordisq; regioni apponatur. *Ranzovius.*

### *Alius.*

℞. Flavedinis corticum Citriorum,
Rad. Galangæ ana ʒ j ß.
Fol. Meliſſæ M. ß.
Flor. Borraginis, Bugloſſi, Stœchados,
Roriſmarini ana P. ij.
Electuarii de gemmis ʒ j.

Fiat ſacculus, qui vino Malvat. rigetur. *Heurnius.*

### *Sacculus, ſive ſcutum pro corde contra peſtem.*

℞. Cinnamomi ʒ ij.
Dictamni veri ʒ j ß.
Angelicæ, Zedoariæ,
Caryophyllorum ana ʒ ß.
Roſarum ℥ ß.
Boli, Coralii rubri,
Spec. Diamarg. frigidi ana ℈ j.
Grana tinctorum ℈ ß.
Scordii ʒ j ß.
Sandali citrini ʒ j.

Miſce. Fiat pulvis tenuiſſimus, qui excipiatur ſerico rubro, & bombace interpuncto fiat ſcutum. *Joan. Bauhinus junior.*

## DE SACCULIS CONferentibus ventri.

### *Sacculus ad imbecillitatem & dolorem ventriculi.*

℞. Comarum Abſinthii ſicci,
Menthæ ana ℥ ij.

Cort.Citri ſicci ℥ j.
Galangæ,Cyperi,
Caryophyllorum ana ℥ ß.
Roſarum rubr.ʒ ij.
Fiat pulvis: ex quo ſacculus, qui à ſcuti figura Scutum appellatur. *Rondeletius.*

*Scutum ſtomachicum.*

℞.Roſarum rubr.P.j.
Maſticis,Coraliorum rubr.ana ℥ ß.
Sem.Aniſorum & Fœniculi ana ʒ j.
Caryophyllorum,Nucis myriſticæ ana ʒ j ß.
Abſinthii,Menthæ ana M.j.
Fiat pulvis,& inde ſacculus interpunctus. *Heurn.*

*Alius ad idem.*

℞.Comarum Abſinthii ſicci,
Menthæ ſiccæ,
Siſimbrii ana M.ß.
Coriandri *præparati* ʒ iij.
Caryophyllorum,
Cinnamomi electi ana ʒ ij.
Ladani ʒ j ß.
Coralii rubri ℈ iv.
Maceris ʒ j.
Cocci infectorii ʒ ß.
Omnia minutim tuſa tritaq́;, ſacculo ex panno ſerico purpureo inſuantur, figura ſcuti ſtomachici, qui acu interpunctus ventriculo applicetur. *Andernacus.*

*Alius.*

℞.Flor.Chamomillæ,item Meliloti,
Anethi ana M.ß.
Sem.Lini,item Fœnigræci,
Althææ ana ʒ ij.
Origani,Abrotani,
Calaminthæ,
A Menthæ ſiccæ,Rutæ ana M.j.
Contuſa in linteolum demutantur, fiatque ſacculus. *Fuchſius.*

*Sacculus ad colicam.*

℞.Milii torridi P.iv.
Salis P.iij.
Fol.Lauri P.ij.
Contuſa in ſacculo ventri admoveantur. *Andernacus.*

*Alius.*

B ℞.Cumini P.iv.
Salis P.iij.
Contuſa & trita, ventri calida applicentur, prius aqua ardente irrorata.

*Sacculus ad dolores lateris.*

℞.Furfuris macri P.j.
Sem.Aniſi,item Fœniculi,
Carvi ana ℥ ij.
Flor.Chamomillæ,Meliloti,
C Sambuci,Anthos ana P.j.
Trita & cõtuſa ponantur in ſacculis duobus conſutis, & ſupra laminam ferream vino extinctam calfactis parti dolenti applicentur. *Rondeletius.*

*Sacculus ad catarrhos inhibendos.*

℞.Milii ℔ ß.
Salis vulgaris ℥ iv.
Baccarum Lauri modicè contuſarum ℥ ij ß.
Aniſi,Fœniculi,
Cari,Cumini,
D Florum Chamæmeli,
Comarum Anethi ana ℥ j.
Sartagine torreſiant integra hęc,nec tuſa,& protinus recondantur in ſacculum: calidus capiti, ventri, aut cuivis parti inducatur, & ſubinde mutetur. *Fernelius.*

## *De Dentifriciis, Sectio XLVII.*

*Dentifricium ad candorem dentibus conciliandum.*

℞.Roriſmarini,Menthæ,Pulegii ana ʒ ß.
Rad.Iridis,Junci odorati ana ℈ j.
Nardi,Piperis ana ℈ ß.
Pumicis,Salis toſti,Cornu cervini ana ℈ ij.
Excipiãtur Tragacantho in aqua Roſarum macerato, & fiant veluti penicilla. Ex Lentiſco bacilli concinnentur, dentibus expurgandis & roborandis apti. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞.Coralii rubri ℥ j.
Terræ Majoricæ ℥ ß.
Oſſis Sepiæ,Pumicis ana ʒ ij.
Caryophyllorum,Cinnamomi,
Maſtiches ana ℈ j.
Unionum electorum ʒ j.
Sanguinis draconis ʒ ij.
Moſchi G.j.
In pulverem redacta, ex Tragacantho aqua Roſacea macerato, in maſſam redigantur; unde fin-
E gantur dentifricia,ſeu penicilla. *Idem.*

*Aliud.*

℞.Cornu cervini,
Dentium Equi ana ℥ ij.
Concharum marinarum,
Salis communis,
Nucis Cupreſſi ana ℥ j.
Urantur ſimul in clibano, & fiat pulvis, mucilagine gummi Tragacanthæ excipiendus. *Rondel.*

*Aliud in pulvere.*

F ℞.Myrrhæ,Maſtiches,Thuris ana ℥ ß.
Cornu Cervi uſti & loti,Coralii rubri,
Roſarum,Sandali moſcatellini,
Caryophyllorum ana ℈ ij.
Oſſis Sepiæ,Aluminis Rochæ uſti ana ʒ ij.
Pumicis ʒ j ß.
Salis communis uſti ʒ j.
Fiat pulvis. Utaris cum radice Malvæ præparata. *Rondeletius.*

*Alius inſignis, dealbans.*

℞.Summitatum Myrti,

Summit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0584-8
DFG

Summit. Lentiſci, Oleaſtri,
Salviæ, Roriſmarini ana M.j.
Coralii rubri, Eboris,
Dentium Equorum ana ℥ ß.
Salis communis P.j.
In vaſe fictili ſimul urantur, donec dealbentur:

A deinde in pulverem redigantur, adjicianturque
Caryophyllorum, Roſarum,
Cinnamomi craſſi ana ℥ iij.
Mixtis dentes confricentur. Vel ex cremore
Tragacanthi formentur penicilla oblonga. *Andernacus.*

# *De Odoramentis, Sectio XLIIX.*

ODORAMENTA ſunt omnia medicamenta, quæ citra ignis acceſſionem ſuo odore cerebrum alterare, aut gravem odorem, aut peſtilentem auram depellere poſſunt.

*Sacculus odoratus.*

℞. Cubebarum ʒ ß.
Caryophyllorum ℈ j.
Nigellæ toſtæ ℥ j ß.
Maceris ℈ ij.
Contuſa & trita diligenter ſerico induntur ad C odorandum. *Fuchſius.*

*Pulvis Violarum.*

℞. Iridis Florentinæ ℔ ß.
Roſarum ℥ iv.
Cyperi ℥ ß.
Majoranæ, Caryophyllorum ana ℥ j.
Sandali albi odoriferi,
Beniovini ana ℥ iv.
Styracis calamitæ ℥ j.
Trita ſerico induntur ad odorandum. D

*Pulvis Violarum Sylvii.*

℞. Rad. Iridis Florentinę ℔ iv.
Majoranæ ſiccæ quart. j.
Calami aromatici ℥ iij.
Roſarum, Violarum ana ʒ v.
Caryophyllorum ℥ ß.
Moſchi ʒ j.
Trita ſerico imponantur.

*Pulvis Violarum, alius.* E

℞. Iridis Florentinæ ℔ ij.
Roſarum rubr. ℔ j.
Styracis calamitæ, Caryophyllorum,
Sandali albi, Calami aromatici,
Coriandri, Cyperi ana ℥ iv.
Majoranæ, Lavendulæ ana ʒ vj.
Zibetti, Moſchi ana quantum ſufficit.
Miſce. *Innominatus.*

*Pomum Ambræ.* F

℞. Styracis calamitæ ℥ j.
Caryophyllorum ʒ ij.
Beniovini ℥ ß.
Ambræ ʒ ß.
Moſchi G. xv.
Pulveris Violarum prędicti q. ſ.
Aquæ Roſarum q. ſ. ad cogendum.

*Idem aliter.*

℞. Styracis calamitæ ℥ j ß.
Beniovini ℥ ij.
Ladani ℥ ß.
Caryophyllorum, Sandali albi ana ʒ iij.
B Roſarum, Majoranæ ana ʒ ij ß.
Moſchi, Ambræ ana ℈ j.
Formetur pomum cum infuſione gummi Tragacanthæ in aqua Roſarum.

*Aliud.*

℞. *Styracis calamitæ,*
*Styracis liquidæ, Benzoini,*
*Galliæ moſchatæ, Aliptæ moſchatæ,*
Ladani ana ℥ j.
C Cinnamomi electi, Caryophyllorum,
Sandali albi ana ℥ ß.
Roſarum rubr. Nucis moſchatæ,
Macis, Ligni Aloës,
Cardamomi, Majoranæ,
Gummi Elemi, ſem. Nigellæ,
Zedoariæ ana ʒ j ß.
Terebinthinæ quantum ſufficit.
Cum modica infuſione Tragacanthæ facta in aqua Roſarum, fiat maſſa. *Auguſtani.*

D *Aliud.*

℞. *Sandali citrini* ʒ vj. ℈ ij.
Ligni *Aloes* ℥ ß.
Roſarum rubr. Baſiliconis,
Lavendulæ, Anthos,
Majoranæ ana ʒ iij. ℈ j.
Cort. Citri ʒ vij.
Cinnamomi, Nucis moſchatæ,
Macis, Caryophyllorum,
E Coriandrorum præparat.
Cardamomi ana ʒ iij. ℈ j.
Ladani puri ℥ iix.
Styracis calamitæ ʒ vj. ℈ ij.
Styracis liquidæ ℥ iij.
Aſſæ dulcis ʒ x.
Ceræ Citrinæ ℥ j ß.
Terebinthinæ ℥ iv.
Aquæ Roſarum ℥ ij ß.
Moſchi Alexandrini,
F Ambræ griſeæ ana ℈ ij ß.
Fiat maſſa. *Auguſtani.*

*Aliud.*

℞. Pulveris Violarum ʒ j ß.
Roſarum, Majoranæ,
Styracis calamitæ, Ladani ana ʒ j.
Caryophyllorum ʒ ij.
Benzoini, Nucis moſchatæ ana ℈ j.
Ambræ ℈ ß.
Maſſa fiat ex aqua Roſarum, in qua maduerit Tragacanthum & gummi Arabicum: hæc momento Olei, vel Cinnamomi, vel Caryophyllorum, vel Nucis moſchatę imbuatur. *Andernacus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0585-4

*Aliud.*

℞. Styracis ʒ iij.
Caryophyllorum, Cinnamomi ana ʒ ij.
Maceris, Nucis moſchatæ ana ʒ j.
Ligni Aloës ʒ ß.
Moſchi, Ambræ ana G. iij.
Maſtiches ʒ j ß.

Trita & cribrata, liquore ſtillatitio Majoranæ, & Stacte quod ſatis eſt excipiantur, finganturq; orbiculi odorati. *Fuchſius.*

*Confectio pomi Ambræ.*

℞. Ceræ virginis ℥ iv.
Olei Olivarum, Terebinthinæ ana ℥ ß.
Ladani ʒ iij.
Olibani, Maſticis ana ʒ j ß.
Myrrhæ, Styracis calamitæ ana ʒ ij.
Been albi & rubri, Roſarum rubr.
Menthæ ſiccæ, Majoranæ,
Caryophyllorum, Cardamomi,
Sandali albi & rubri, Cinnamomi,
Nucis moſchatæ,
Ligni Aloës, Caphuræ ana ʒ j.
Ambræ, Moſchi fini ana ʒ ß.

Pulveriza, & fac pomum, prout decet. *Ex libro manuſcripto.*

*Pomum Ambræ ad aërem peſtilentem.*

℞. Ladani, Styracis calamitæ ana ʒ j.
Caryophyllorum ʒ ß.
Caphuræ, Nardi,
Nucis moſchatæ ana G. vij.

Omnia in pulverem tenuem contuſa, commixtaque, ex aqua Roſarum, in qua Tragacanthum & Gummi Arabicum maduerit, redigantur in orbiculos. *Andernacus.*

*Aliud.*

℞. Ladani ℥ iij.
Styracis calamitæ ℥ j.
Bentovini ℥ ß.
Caryophyllorum ʒ iij.
Roſarum rubr. ʒ ij.
Ligni Aloes,
Sandali albi ana ʒ j.
Majoranæ, Lavendulæ,
Sem. Nigellæ ana ʒ ß.
Camphoræ G. iij.
Styracis liquidæ ℥ ß.

Cum infuſione gummi Tragacanthæ in aqua Roſarum, fiat pomum, quod grati odoris: pro divitibus addi poſſunt Moſchi & Ambræ grana aliquot. *Caſparus Bauhinus.*

*Pomum odore alvum ſolvens.*

℞. Scammonii, Aloës, Myrrhæ ana ʒ j.
Eſulæ, Colocynthidis ana ʒ j ß.

Trita & cribrata cum Coriandrorum ſucco, duo confice poma, invicemq; manibus tractentur, ex una in aliam permutando, ut calefiant, & aërem immutent. *Fumanellus.*

*Aliud contra peſtem.*

℞. Flor. Nymphææ, Bugloſſæ,
A Violarum, Roſarum ana ʒ j.
Cort. Mali Citri ʒ j ß.
Maceris ʒ ß.
Sandalorum omnium ana ʒ j ß.
Papaveris candidi ℈ j.
Caphuræ ℈ ß.
Ladani ʒ ij.
Ambræ G. iv.

Trita excipiantur liquore ſtillatitio Lactucæ & Stacte: fiantq; orbiculi odorati. *Fuchſius.*

B *Aliud.*

℞. Styracis calamitæ,
Aſſæ dulcis ana ℥ j.
Ladani, Maſticis ana ℥ ß.
Caryophyllorum, Xyloaloës,
Sandali citrini ana ʒ j.
Sem. Nigellæ ℥ ij.

Cum modico reſinæ Terebinthinæ Venetæ fiat Pila odorifera, quę aromatizetur Moſchi, Ambrę diſſolutorum ex oleo Caryophyllorum ana
C G. vj. *Ranzovius.*

*Unguentum odoratum.*

℞. Moſchi, Ambræ, Zibetti ana G. iv.
Olei Amygdalarum dulc. q. ſ.

Fiat linimentum.

*Aliud.*

℞. Olei Nucis moſchatæ expreſſi ʒ j.
Zibetti optimi ℈ j.
Moſchi electi G. vj.
D Olei Spicæ, Olei Lavendulę ana gutt. ij. vel iij.

Fiat unguentum, quo nares, frons, aliæque nobiliores partes illinantur. *Andernacus.*

*Candela pro fumo.*

℞. Aſſæ dulcis, Styracis calamitæ ana ℥ iv.
Thymiamatis, Olibani ana ℥ xij.
Ladani ℥ xiix.
Caryophyllorum ℥ j ß.
Nigellæ ℥ j.
Coriandri præparati,
E Grana Juniperi ana ℥ ß.
Styracis liquidæ ℥ vj.
Terebinthinæ ℥ ß.
Carbonum Tiliæ, vel Silicis ℥ xxx.

Cum infuſione Tragacanthæ facta in aqua Roſarum, fiant candelæ. *Auguſtani.*

*Candelæ odoriferæ contra venena & peſtem.*

℞. Ladani ℥ iij.
F Styracis calamitæ ʒ x.
Aſſæ dulcis ʒ vj.
Thuris ℥ j ß.
Stœchadis ℥ ij.
Roſarum rubr. Caryophyllorum ana ℥ iij.
Cort. Mali Citri,
Sandali citrini ana ʒ ij.
Granorum Juniperi ℥ ß.
Ambræ, Moſchi ana ℈ ß.
Carbonum Tiliæ ℔ j ß.

Hæc omnia cum gummi Tragacanthæ & aqua Roſacea tepida mixta pila terantur, & in maſſam redigan-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0586-0 DFG

rediganturːinde parvæ candelę fingantur, & len- A
tè ſiccentur. *Ranzovius.*

*Sapo Moſchatus.*

℞. Saponis Veneti ℔ iv.
Incidatur minutiſſimè: adde
Pulv. Caryophyllorum,
Sandali albi ana ℥ ij.
Benzoi ℥ j.
Moſchi G. xx.

Diſtemperentur in aqua Roſacea. Aliqui addunt
olei de Spica guttas aliquot, ſed melius fuerit o-
leum Caryophyllorum, aut Macis. *Auguſtani.*

*Globuli contra aërem peſtilentem.*

℞. Ladani ℥ iij.
Pulveris Roſarum,
Calami aromatici,
Iridis, Dictamni veri,
Angelicæ, Cinnamomi,
Sandali moſchatel.
Nucis moſchatæ ana ℈ ij.
Benioini ℥ ij ß.
Ambræ ℈ j.
Moſchi G. xx.
Styracis calamitæ ℥ ß.

B Cum Gummi Arabici, vel Tragacanthi ℥ vj. in-
fuſi in ℥ j. aquę Roſarum, fiant globuli ſecundùm
artem, & inungantur Oleo de Benioim.

*Joannes Bauhinus junior.*

# De Suffimentis, Sectio XLIX.

Suffimenta, quæ Grę́cis θυμιάματα, noſtris verò Suffumigationes dicuntur, ſunt medicamēta, quæ incenduntur, aut ignitis carbonibus injiciuntur. Horum alia pertinent ad

- Sanitatem: *&* conferunt vel
  - Capiti: *ut*
    - Suffimentum *ad catarrhos ſiſtendos & ſiccandos.*
    - Aliud *ad idem, ex gummi, &c.*
  - Cordi: *ut*
    - Suffimentum *ad animæ defectionem, ante acceſſionem febrium.*
    - Suffimentum *ad animales & vitales vires corroborandas, &c.*
  - Pulmoni: *ut*
    - Suffimentum *ad ulcera pulmonis.*
    - Aliud *ad ulcera pulmonis cum inflammatione.*
    - Suffimentum *ad tuſſim.*
    - Suffimentum *ad tuſſim veterem, &c.*
  - Utero: *ut*
    - Suffimentum *ad ſuffocationem uteri.*
    - Suffimentum *ad menſes movendos.*
    - Suffimentum *ad caſtigationem uteri.*
    - Suffimentum *calefaciens uterum, & præparans ad conceptum.*
    - Suffimentum *ad procidentiam uteri, &c.*
  - Juncturis: *ut*
    - Suffimentum *ad dolorem juncturarum.*
    - Suffimentum *ad provocandum ſudorem in morbo Gallico, &c.*
- Voluptatem: *ut*
  - Trochiſci *de Fumo.*
  - Trochiſci *Galliæ Moſchatæ.*
  - Trochiſci *de Benzoi.*
  - Suffitus, *qui ex formulis aviculas referentibus excitatur.*
  - Suffitus *ex*
    - Belzoino.
    - Styrace.
    - Ladano.
    - Ambra.
    - Moſcho, &c.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0587-5

## DE SUFFIMENTIS conferentibus capiti.

### *Suffimentum ad catarrhos ſiſtendos, & ſiccandos.*

℞. Coriandri, Roſarum,
Gummi Hederæ torrefactæ ana ℥ j.
Nigellæ torrefactæ in aceto ℥ j ß.
Maſtiches, Thuris,
Cort. Thuris ana ʒ iij.
Gummi Juniperi ℥ ij.

Fiat pulvis non admodum tenuis, quo ſupra carbones impoſito ſuffumigetur capitis operimenta. Poteſt etiam excipi mucilagine gummi Tragacanthæ, & fieri formæ lupinares. *Rondeletius.*

### *Aliud ad idem, ex gummi.*

℞. Thuris, Maſtiches, Ladani,
Styracis ana ʒ ß.

Ex his mixtis linteum aſperum ſuffiatur, deinde caput eo mane fricetur. Melius autem hoc ſuffimen cremore Tragacanthi, vel gummi Arabici macerati in aqua Roſacea ad formam Lupinorum concremari poteſt. *Andernacus.*

### *Suffimentum odoratum ad caput.*

℞. Trochiſcorum Galliæ moſchatæ ʒ j.
Salviæ, Majoranæ, Roriſmarini ana ʒ j ß.
Maceris,
Caryophyllorum, Cinnamomi ana ʒ j.
Fol. Lauri ʒ ß.
Ligni Aloës ℈ j.
Moſchi G. iij.

Terantur ſingula, & commixtis omnib. fiat pulvis, qui exigente uſu carbonibus vivis inſpergatur. *Fuchſius.*

### *Aliud.*

℞. Thuris, Cinnamomi,
Caryophyllorum ana ʒ j ß.
Cort. Mali Citri ʒ j.
Maceris, ligni Aloës ana ℈ ij.
Myrrhæ, Maſtiches ana ʒ j.
Trochiſcorum Galliæ moſchatæ ʒ ij.
Ladani ʒ ij ß.

Trita excipiantur ſtacte, & informentur paſtilli pro ſuffimento. *Idem.*

### *Aliud.*

℞. Gummi Juniperi, Maſticis,
Roſarum ana ʒ j.
Caryophyllorum, Styracis ana ʒ iij.
Terebinthinæ quod ſufficit.

Fiant paſtilli: his prunis injectis, fiat ſuffitus tegumentorum capitis. *Heurnius.*

## DE SUFFIMENTIS conferentibus cordi.

### *Suffimentum ad animæ defectionem.*

℞. Thuris, Maſtiches ana ℥ j.
Cort. Citri ſicci ℥ ß.
Agallochi, Styracis calamitæ,
A Calamenthæ, Caryophyllorum ana ʒ iij.

Ex his in pulverem redactis fiat ſuffitus ante acceſſionem febrium, in quibus anima deficit. *Andernacus.*

### *Aliud ad animales & vitales vires corroborandas.*

℞. Roſarum rubrarum,
Flor. Stœchados, Roriſmarini ana ʒ j.
Thuris ʒ ij.
Caryophyllorum, Macis,
B Xyloaloës ana ʒ j ß.

Detrita in pulverem, imbecillis & deficientibus injiciantur. *Idem.*

### *Suffimentum perfectum ad aëris corruptionem.*

℞. Roſarum rubr. Spicæ nardi,
Ligni Aloës, Coſti, Roriſmarini,
Maſticis, Sandali rubri, Bdellii,
Ladani, Olibani, Croci,
C Corr. Colocynthidis,
Styracis liquidæ ana ʒ j ß.
Bardanæ, Piperis, Citrini ana ʒ iij.
Cardamomi, Cubebarum,
Caphuræ ana ʒ ß. G. xv.
Moſchi G. vj.

Terantur & cribellentur, & conficiantur cum aqua Roſarum, ex quo fiant trochiſci parvi, qui deſiccentur in umbra, ex quibus ſufficit unus ad ſuffumigandum. *Arnoldus Villanovanus.*

## D DE SUFFIMENTIS conferentibus pulmoni.

### *Suffimentum ad ulcera pulmonis.*

℞. Gummi Hederæ torrefacti,
Coriandri, Roſarum rubr.
Sandalorum, Maſtiches, Thuris,
Myrrhæ, Cort. Thuris ana ʒ iij.
Belzoini, Styracis, Ladani puri,
E Hypociſtidis ana ʒ ij.
Auripigmenti rubri ʒ j.

Excipiantur Terebinthina, & fiant formulæ lupinares, quibus fumigentur operimenta capitis. * Efficax eſt ad ulcera narium, aurium, pulmonis & uter. *Rondeletius.*

### *Suffimentum ad ulcera pulmonis cum inflammatione.*

℞. Coriandri præparati,
F Roſarum rubrarum ana ℥ j.
Ladani puri, Hypociſtidis ana ʒ iij.
Sandali albi, rubri,
Blattæ Bizantiæ,
Capitum Papaveris,
Corticum Mandragoræ ana ʒ ij.
Styracis, Belzoini ana ʒ j.
Auripigmenti rubri ʒ ß.

Cum mucilagine gummi Tragacanthæ & Arabici, infuſorum in aqua Roſarum quantum ſufficit, addito Salicis carbone, fiant formulæ utaris ut prius. *Idem.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0588-1 DFG

*Suffimentum ad tuſsim.*

℞. Thuris, Maſtiches ana ʒ iij.
Sandalorum omnium ana ʒ j.
Styracis calamitæ, Ladani,
Roſarum rubr. ana ʒ ij.

His tritis, operimenta capitis manè & veſperi ſuffiantur. *Andernacus.*

*Suffimentum ad tuſsim veterem.*

℞. Rad. & fol. Ungulæ Caballinæ ℥ j.
Fol. Marrubii ℥ ß.
Styracis, Myrrhæ, Bdellii ana ʒ iij.
Capitum Papaveris,
Sem. Hyoſcyami ana ʒ j.

Excipiantur Terebinthina, Pice & Butyro ſimul liquatis: fiant formulæ, quibus fumigentur opercula capitis. Excipiatur etiam fumus per nares & os. *Rondeletius.*

## DE SUFFIMENTIS conferentibus utero.

*Suffimentum ad ſuffocationem uteri.*

Suffitus ad uteri ſuffocationem fiunt ex fœtidis, ut Galbano, Aſa fœtida, Blatta, Caſtoreo, aut fragmentis plumarum, ut etiam ex ſimplicibus ſeparatim: ut ſi Caſtoreum tantùm, vel Aſa fœtida calfacta naribus apponantur. *Rondeletius.*

*Suffimentum ad menſes movendos.*

℞. Myrrhæ, Styracis, Bdellii ana ℥ ß.
Iridis, Aſari, Cumini ana ʒ iij.
Opopanacis ʒ ij.
Pulegii utriusque ſicc. ana ʒ j.

Excipiantur Terebinthina & Butyro: fiat fumigium, quo fumigentur per embotum tempore quo erupturi ſunt menſes. * Calfacit, relaxat. *Idem.*

*Suffimentum ad calfaciendum & ſiccandum uterum poſt menſium purgationem.*

℞. Aliptæ moſchatæ, vel
Galliæ moſchatæ ℥ ß.
Belzoini, Calami aromatici ana ʒ ij.

Cum mucilagine gummi Tragacanthæ fiāt formulæ, recipiant fumū per infundibulum. *Idem.*

*Suffimentum ad conceptionem promovendam.*

℞. Ladani, Maſtiches, Galliæ moſchatæ,
Caryophyllorum, Macis,
Calami, Galangæ ana ʒ iij.
Cyperi, Roſarum ana ℥ j ß.
Hypociſtidis, Caſtorei ana ʒ ij.

Cum mucilagine gummi Tragacanthæ fiāt formulæ, quibus utaris ut prioribus, poſt menſium purgationem ante concubitum. *Idem.*

*Suffimentum ad procidentiam uteri.*

℞. Bituminis, Lapidis Gagatis,
Uſneæ ana ℥ ij.

A Caſtorei, Cyperi,
Rad. Biſtortæ, Cupularum Glandium,
Balauſtiorum ana ʒ iij.

## DE SUFFIMENTIS conferentibus juncturis.

*Suffitus ad dolorem juncturarum.*

℞. Fol. Abſinthii, Anthos,
B Stœchados, Chamomillæ ana ℥ ij.
Myrrhæ, Styracis,
Belzoini ana ʒ iij.

Excipiantur Terebinthina: fiant formulæ. His ſuffiatur Lana vel Bombax: deinde parti applicetur. *Rondeletius.*

*Suffimentum ad tumores induratos.*

℞. Marchaſitæ ℥ ij.
Propoleos ℥ iij.
C Bdellii, Myrrhæ,
Styracis, Iridis ana ℥ ß.

Cum Terebinthina fiant formulæ, quibus ſuffumigetur durities nervorum. *Idem.*

*Suffimentum ad provocandum ſudorem in morbo Gallico.*

℞. Cinnabaris ℥ ij.
Styracis, Belzoini ana ℥ j.
Myrrhæ, Cort. Pini ana ℥ ß.

D Ex Terebinthina figātur orbiculi. Ægri hoc ſuffiantur, loco calido, ſic ut per initia caput extra illum habeant, ne offendantur, aut ſuffocentur: quod multis ob incuriam accidere ſolet. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Sandalorum omnium ana ℥ j.
Nucis moſchatæ,
Maſtiches, Junci odorati,
Caryophyllorum, Caphuræ,
Succini, Aſari ana ℥ ß.
E Cort. Mali Arantii ℥ j.

Conterantur, miſceanturque, & cum guttis aliquot Terebinthinæ fiant paſtilli, quo ægroti ſuffiantur. *Andernacus.*

*Suffitus pro morbo Gallico.*

Suffitus pro curando morbo Gallico parum mihi probatur. Quia non poſſunt fieri ſine magno partium principum periculo, ac ſæpè inducunt ſyncopen, aut paralyſim, aut convulſio-
F nem. Cùm tamen reliqua medicamenta non profuerint, illis tandem uti poterimus in ſequentem modum:

℞. Cinnabrii,
Thuris, Maſticis ana ℥ ß.
Calami aromatici,
Zedoariæ ana ʒ iij.
Olibani,
Sandarachæ veræ ana ʒ ß.
Ceruſſæ ℥ ß.

Excipiantur Terebinthina, & fiant trochiſci pro ſuffitu. *Antonius Chalmeteus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0589-0
DFG

A *Suffitus alius pro Gallica lue.*

℞. Cort. Thuris ʒ ij.
Maſticis, Gummi Hederæ,
Gummi Juniperi, Ladani,
Hypociſtidis ana ℥ ß.
Auripigmenti rubri, vel citrini ʒ iij.
Cinnabrii ℥ j.

Incipiantur Terebinthina, & fiant trochiſci pro ſuffitu. *Idem.*

B *Suffitus alius ad idem.*

℞. Cinnabrii ℥ ij.
Ladani ʒ ij.
Cort. Citri ſicci ℥ ß.
Sublimati ʒ j.
Thuris, Maſticis, Styracis calamitæ,
Rad. Dictamni veri ana ʒ j ß.

Cũ debita theriacæ veteris quantitate fiant trochiſci ponderis ʒ j ß. qui viciſſim conjiciantur in carbones. Si verò fuerit fluxus humoris in pulmones, poterimus ſublimatum detrahere, & il-
C lius loco Auripigmentum miſcere. Solis illis ſuffitibus contenti erimus: vel poſt ſuffitus ungemus extremas partes imbecillo unguento, quo utendum eſſe diximus poſt uſum Guajaci, optimumq; erit in ulceribus, quæ Cacoëthe dicuntur. Si poſt unctiones ſuffitu uti velimus ad abſumendas morbi reliquias, detractis Cinnabrio & Auripigmento, cardiaca miſcebimus, quæ vim incidendi, tenuandi, ac diſcutiendi habeant. Modus autẽ utendi ſuffitu is eſto: Æger nudus collocabitur ſub conopeo in ſedili, oculis clauſis, ne ſuffitus tenuitate lædantur: & in vaſe ignis ex
D prunis luculentis, in quem conjicientur trochiſci ℥ j. vel ℥ j ß. pro viribus ægrotantis, & indicationibus variis. Si fumus valentior fuerit, paululum caput educet, deinde reducet: ac ſi fieri poſſit, moveatur ſudor: poſtea in lecto reclinetur æger, ac ſudet: fiatq; ſuffitus manè ante cibum: vel ſi virtus imbecilla, ſumpto tantùm Ovi vitello, & tantillo Vini, vel ℥ ß. Diamarg. frigidi, vel modico corticis Citri conditi. His autem u-
E tendum, donec morbi materiem abſumptam putaveris. *Idem.*

# DE SUFFIMENTIS odoratis.

*Trochiſci pro fumo S.V.*

℞. Ligni Aloës, Ladani,
Belzoini ana ℥ ij.
Styracis calamitæ ʒ ß.
F Sacchari candi ℥ iij.
Moſchi G. ij.

Miſce cum aqua Roſacea, & ex paſta ſubacta fac trochiſcos: qui tempore uſus magis redolebunt, ſi irrorando aſpergas eis pauxillum aquę Roſaceę.

*Trochiſci Galliæ moſchatæ.*

℞. Xyloaloës crudæ, bonæ, electæ, part. v.
Ambræ part. iij.
Moſchi boni part. j.
Glutinis Tragacanthi in aqua Roſacea ſoluti, quantum ſufficit ad ea comprehendenda.

Fiant trochiſci, figura folii Myrtei: ſigillentur: vaſe vitreo reponantur. *Meſues.*

*Trochiſci de Benzoi.*

℞. Benzoi ℥ vj.
Ligni Aloës ℥ iix.
Styracis calamitæ ℥ iij.
Moſchi ʒ ß.
Ireos ℥ ij.
Sacchari candi ℔ iij.

Pulverizatis omnibus cum aqua Roſarum, fiant trochiſci. *Auguſtani.*

*Trochiſci pro fumo Comitiſſæ Arnsburgenſis.*

℞. Roſarum alb. viridium contuſarum ℥ iv.
Belzoini in aqua Roſacea per diem & noctem macerat. ℥ ij.
Ambræ G. iij.
Moſchi G. ij.
Zibetti G. j.

Trita contunde cum Roſis. Omnibus adde Sacchari opt. ℥ ß. Atq; hæc ita contrita per biduum in mortario bene obturato ſinas. Poſtea in modum maſſæ forma: atq; inde effinge trochiſcos. Admiſcere autẽ oportet gummi Tragacanthæ, in aqua Roſarum macerati, ſingulosque trochiſcos ponere in cochlearium gummi Draconis, ut tantò firmiùs coaleſcant. *Ranzovius.*

*Suffitus, qui ex formulis aviculas referentibus excitatur.*

℞. Suffiminis, officinæ vocant Thymiamatis, ℔ ß.
Styracis liquidæ ℥ j.
Styracis calamitæ ℥ j ß.
Carbonum Silicis,
Tragacanthæ ana ʒ ij.

Pulvis carbonũ & Tragacanthum in aqua Roſarum triduùm macerentur, deinde etiã in maſſam redigantur: ex qua finguntur formulæ avicularum. *Andernacus.*

*Suffimentum optimum.*

℞. Aſſæ dulcis ℥ ß.
Pulv. Ireos ʒ ij.
Ligni Aloës,
Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum, Maſticis ana ʒ j.
Styracis calamitæ ʒ ij.
Sandalorum omnium ana ℈ ß.
Caphuræ G. v.
Ambræ, Moſchi ana G. iv.
Sacchari albi ℥ iv.

Cum mucilaginibus Tragacanthæ & Styrace liquida pauca, & aqua Roſarum cum Muſco fiant candelæ, vel trochiſci. *Innominatus.*

FINIS LIBRI SECUNDI.

ANTI-

# ANTIDOTARII SPECIALIS
## LIBER III.
## *DE MEDICAMENTIS ORNANTIBUS.*

HACTENUS medicamenta, quę ad neceſſitatem pertinent, duobus primis libris abſolvimus: nunc de iis, quæ ad ornatum ſpectant, tertio hoc libro agendum. Sunt itaque, *Vide ſignum* (:)

(:) ORNANTIUM Medicamentorum alia

- Fluida
  - Non *pinguia: ut*
    - Aquæ
      - Corpus
        - Odoratum *reddentes.*
        - Extenuantes, *&c.*
      - Capillos
        - Longos *reddentes.*
        - Colorantes, *ſeu tingentes.*
        - Augentes, Prohibentes, *&c.*
      - Oculorum *vitia tollentes.*
      - Dentes *dealbantes, confirmantes, &c.*
      - Faciem
        - Illuſtrantes.
        - Venuſtantes.
        - Tingentes.
        - Juvenilem *reddentes.*
        - A' maculis *mundantes, &c.*
    - Potiones *impinguantes, extenuantes, &c.*
    - Balneæ *mundantes, venuſtantes, &c.*
    - Lotiones, *capillos*
      - Tingentes.
      - Prolongantes.
      - Augentes.
      - Prohibentes.
      - Criſpos *reddentes, &c.*
  - Pinguia: Olea. *Atque horum alia*
    - Faciem *illuſtrant.*
    - Faciem *tingunt.*
    - Rugas, Maculas *tollunt.*
    - Capillos *conſervant.*
    - Capillos *augent, tingunt.*
    - Capillos *prolongant.*
    - Frigus *arcent, &c.*
- Non *fluida, &c. Vide literam A.*

- A. Medicamenta *ornantia non fluida, ſunt aut*
  - Coacta: *ut*
    - Unguenta, *emplaſtra, &c. quorum alia*
      - Corporis *ſcabiem tollunt.*
      - Capillos
        - Conſervant.
        - Reſtituunt.
        - Prohibent.
        - Auferunt.
        - Tingunt.
        - Criſpos *reddunt, &c.*
      - Superciliorum, Palpebrarum, Cutis — *vitia tollunt.*
      - Faciem
        - Illuſtrant.
        - Erugant, *&c.*
      - Manus
        - Illuſtrant.
        - Venuſtant, *&c.*
      - Mamillas
        - Minuunt.
        - Indurant, *&c.*
      - Ventris *rugas auferunt.*
      - Pedum *callos extirpant.*
    - Smegmata
      - Faciem, Manus — Venuſtantia.
  - Diſſipata: *ut Pulveres*
    - Dentes
      - Abſtergentes.
      - Dealbantes, *&c.*
    - Manus *venuſtantes, &c.*

# *De Aquis Ornantibus, Sectio I.*

## DE AQUIS ODORATIS.

### *Aqua odorata ad corpus & veſtimenta.*

℞. Aquæ Roſarum, item Nanſæ, Myrti,
Moſchatæ ana ℔ j.
Pulveris ireos Orientalis ℥ j.
Zibetti ʒ j.

Miſceantur, & coquantur in vaſe vitreo uſque ad tertiæ partis conſumptionem: deinde in vaſe vitreo optimè obturato ſervetur. *Iſabella Corteſe.*

### *Aqua odorata, alia.*

℞. Aquæ Roſarum q. ſ.
Moſchi ℈ j.
Zibetti, Ambræ ana parum.

Ponantur in vaſe vitreo ad ignem, donec caleA fiant: deinde obturetur, & ſervetur ad uſum. *Marinellus.*

### *Alia, ejuſdem.*

℞. Aquæ Roſarum ℔ iv.
Belzoini, Styracis, Caryophyllorum,
Caphuræ, Ligni Aloës ana ℥ j.
Moſchi, Zibetti ana ℈ j.

Miſceantur in vaſe vitreo obturato, coquantur per horas 4. in balneo Mariæ: deinde frigidum
B colatur, ac in alio vaſe vitreo benè obturato ponatur ad Solem per dies 5. addendo Moſchi Gr. xv.

### *Aqua Moſchata, ejuſdem.*

℞. Aquæ Roſarum opt. ℔ ij.
Moſchi optimi ℥ j ß.

Miſceantur, & deſtillentur in balneo Mariæ, igne perquàm lento: deinde ſervetur in vaſe optimè obturato.

*Alia.*

*Alia.*

℞. Aquarum Roſarum ℔ xij.
Aquæ Lavendulæ, Caryophyllorum,
Cinnamomi electi ana ʒ j.
Macis, Cardamomi, Moſchi, Ambræ ana ℈ ß.
Cort. Mali Citri, Sandali citrini, Ireos ana ʒ ß.
Belzoini, Styracis calamitæ ana ℈ j.

Miſce omnia, atque in phialam poſita in balneo Mariç per 15. dies ponantur, deinde ad Solem per dies alios 15. & erit optima. *Alexius.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Aquæ Roſarum ℔ iv.
Aquæ Lavendulæ ℥ vj.
Aquæ flor. Jaſmini ℔ iij. Moſchi ℈ j.

Miſceantur, deinde cùm per dies decem in vaſe optime recluſa fuerint, deſtillentur in balneo Mariæ, ſerventurque ad uſum.

*Aqua odorata Italorum, quam Damaſcenam vocant, à Roſis Damaſcenis.*

℞. Cinnamomi ℥ j.
Caryophyllorum ℥ ß.
Samptuchi, Roriſmarini, Lavendulæ,
Fol. Lauri, Pulegii, Roſarum albo-rubentium (Provinciales vocant) viridium ana M. j.
Vini Malvatici, Aquæ Roſarum ana ℔ j ß.

Inciſis viridibus, ac aridis in pulverem verſis, Soli exponantur ſex dies: hinc diſtillentur in duplici vaſe. Addunt quidam Citri corticem, Styracis calamitæ, Iridis ana ʒ j. & flores Jaſmini. Hac aqua veſtes, lintea, manus nareſq; aſperguntur. *Heurnius.*

*Alia.*

℞. Caryophyllorum ℥ ß.
Aquæ Roſarum ℔ j ß.

Miſce, & diſtilla. *Idem.*

*Alia.*

℞. Moſchi G. xij. inde vaſi anguſti oris: alteri vaſi inde Roſas, vel Violas: hæc vaſa junge ore & Soli expone, ita ut ſublimes ſint Roſæ, linteo ſepto ora diſcriminentur. Quidam Roſas parum contundunt. Caryophylli & Cinnamomum loco Moſchi poni poterunt. *Idem.*

*Alia.*

Ex Roſis ſervatur Cucurbitæ ima pars: mox Lilia ſuccedunt: & ſeries quæq; habeat aſperſos Caryophyllos, & quid Moſchi & Roſarum ſtratum, hæc iterum tegat: diſtilla. *Idem.*

*Vel hoc modo fiat ſuaviſſima.*

℞. Roſarum ℔ iij incidantur:
Cinnamomi, Caryophyllorum ana ʒ ij.
Camphuræ ʒ ß.
Rad. Ireos ℥ ß.
Nucis moſchatæ, Macis ana ℥ ij.

Vitro excipiantur, ac ſuperfundantur
Vini Cretici,
Aquæ Roſaceæ ac Lavendulæ ana ℥ iij.

Dies octo macerentur, ac diſtillentur: & Moſchi ſcrupulo imbuantur, ac Sole dies 5. digerantur.

A Addi poteſt Styrax calamita, Benzoin. *Idem.*

*Alia, ex ſuperioribus compoſita.*

℞. Aquæ Roſarum ℔ j.
Aquæ Damaſcenæ,
Aquæ ex corticibus Citri,
Iridis ana ℥ j.
Styracis calamitæ ℥ ß.
Caryophyllorum ʒ ij.
Moſchi, Ambari, Zibetti ana ℈ j.

Inſolētur quindecim dies vaſe quotidie agitato.
B * Cordi, cerebro & ſtomacho proſunt. *Idem.*

## DE AQUIS MACIEM inducentibus.

*Aqua capillos longos reddens.*

℞. Caryophyllatæ, Zingiberis,
Roriſmarini ana part. j.

Pulverizentur, & in vino optimo per dies octo macerentur in vaſe vitreo, deinde diſtillentur.
C Utatur quotidie poculum unum ante prādium. *Marinellus.*

## DE AQUIS CAPILlos longos reddentibus.

*Aqua capillos longos reddens.*

℞. Lardi quantum ſatis eſt.

Radendo quàm minutiſſimè conſcindes, deinde in pila marmorea cōtundes, ut paſtam ſubactam
D referat. Hac in alembico deſtillata, liquorem album colliges quo pilos inunges. *Alexius.*

*Alia, capillos elongans.*

℞. Mellis colati ℔ iij.
Vitellorum ovorum N. xl.

Miſceantur, & deſtillentur: qua capilli inunguntur. *Marinellus.*

*Alia, ejusdem.*

E ℞. Capill. Veneris recent. contuſorum M. j.
Mellis optimi quantum ſufficit.

Miſceantur ad formam paſtæ, & deſtillentur.

## DE AQUIS CAPILlos tingentibus.

*Aqua capillos denigrans.*

℞. Gummi Arabici ℥ iv.
Myrobalanorum Chebularum, Emblicarum ana ℔ ß.

F Omnia trita, igneque ſuavi deſtillata, Soli exponantur horis duabus, & capite cum lixivio loto, & exiccato, capilli denuò vino & ſale madentes, cum aqua abluantur deſtillata, cutim tamen non attingente. *Fumanellus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Gummi Arabici ℥ iv.
Ebulorum, Roſarum ana ℔ ß.

Trita igne lento deſtillentur, caputq; priùs aqua lotum, & non exactè ſiccatum, lavetur cum aqua deſtillata.

A *Alia, denigrans.*

℞. Alcannæ tritæ, oſſium Dactylorum pulverizatorum ana part. j.
Aquæ in qua cort. Fabarum & Gallæ fuerint incoctæ, quantum ſufficit.
Miſce. *Marinellus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Nucum Cupreſſi quantum ſufficit.
Vini rubri, Aceti rubri ana part. j.
B Coquantur ſimul, & decoctione hac capilli laventur.

*Alia, ejusdem.*

℞. Spumæ Argenti quantum ſufficit.
Aceti, vel ſucci Citri, vel Limonii q. ſ.
Coquantur ſimul per horam dimidiam: quo capilli laventur.

*Alia.*

℞. Limaturæ ferri quantum ſufficit.
C Ponatur in Aceto fortiſſimo per dies decem: deinde capilli inungantur. *Iſabella Corteſe.*

*Alia, capillos nigros reddens.*

℞. Scoriæ Ferri, Limaturæ plumbi ana q. ſ.
Coque in Aceto ad conſumptionem medietatis. Cola, & unge. *Bayrus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Rad. Capparorum quantum ſufficit.
Coque in lacte Aſinæ uſque ad tertiam partem, & unge, dimittendo per noctem.

*Alia, denigrans.*

℞. Mellis ℔ ij. Gummi Arabici ℥ ij.
Ebulorum, Roſarum ana ℔ ß.
D Trita lento igne deſtillentur, & caput priùs cum Lixivio & Sale lotum, cum prædicta abluatur aqua. *Fumanellus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Salis gemmæ, Squamæ æris,
Alcannæ ana part. j.
Omnia trita alembico deſtillato.

*Alia, ejusdem.*

℞. Salis gemmæ ℔ j.
Vitrioli Romani ℔ ß.
Salis Nitri ℥ iv.
Rad. Chelidonii viridium ℔ ij.
E Contuſis & tritis alembico aquã eximito: quod primò exit, abjicito: quod ſecundò, capillos colorat, priùs lotos, & ferventi Sole ſiccatos.

*Alia, optima.*

℞. Aquæ fortis ℥ ß.
Argenti fini ʒ ij.
F Miſceantur, & cùm argentum diſſolutum fuerit, adde aquæ Roſarum ℥ iij. & inunge capillos. *Cardanus.*

*Aqua, qua capilli flaveſcunt.*

℞. Mellis optimi ℔ ij.
Gummi Arabici ℥ ij.
Suavi deſtillato igne, aqua quæ primò exit, faciem dealbat: quæ ſecundò & tertiò, flavos reddit capillos. *Fumanellus.*

*Alia capillos flavos reddens.*

℞. Buxi raſi, Stœchadis, Citri,
Glycyrrhizæ, tritæ rad. Ungulæ caballinæ,
Capillorum Veneris ana q. ſ.
Croci parum.
Coquantur omnia ſimul uſque ad conſumptionem tertiæ partis. *Marinellus.*

*Aqua capillos rubros reddens.*

℞. Aquæ Raphani,
Alcannæ quantum ſufficit.
Miſce, & capillos unge. *Idem.*

*Aqua capillos colore afficiens croceo.*

℞. Agrimoniæ ℥ j.
Teſticulorum Equi exiccatorum N. j.
In aqua fontis coque, & deſtilla, utereque capite priùs loto. *Fumanellus.*

*Alia ejusdem, ad idem.*

℞. Aceti ℔ ij.
Salis Nitri ℔ ß.
Deſtillentur.

*Aqua dealbans capillos.*

℞. Centaurii majoris ℥ iv.
Aluminis fæcis ℥ iix.
Aluminis Rochæ, Gummi Arabici ana ℥ ij.
Saponis albi mundi,
Lachrymæ ex Tragacantha ana ℥ iv.
Aquæ ℥ vj.
Coquantur ad dimidias, & colentur: caputq; hac lotum colatura, ad Solemque ſiccatum, denuò abluatur lixivio. *Idem.*

## DE AQUIS CAPILLOS AUGENTIBUS.

*Aqua faciens renaſcere pilos.*

℞. Carnium Limaciarum, Veſparum,
Apum, Sanguiſugarum,
Salis adusti ana partes æquales.
Pone in vaſe vitreato, habente in fundo parva foramina, ſicut cribrum: & pone ſub eo aliud vas vitreatum, quod colligat humiditatem, quæ paulatim per multas dies manabit. Colligatur, & loca depilata ex eo fricentur. *Bayrus.*

*Aqua ad caſum capillorum.*

℞. Mellis purioris, Vini Cretici,
Urinæ puerorum, Lactis ana ℔ j.
Deſtillet aqua, qua abluantur loca, unde pili decidunt. *Fallopius.*

*Alia, efficacior.*

℞. Hyſſopi montani,
Calaminthæ montanæ,
Fol. Abrotani ana M. ij.
Vini generoſi Cretici,
Urinæ, Mellis,
Lactis ana ℔ ij.
Sem. Sinapi ℔ ß.
Contritis quæ teri poſſunt, miſceantur omnia, & per tres dies macerentur: mox deſtillet aqua: cujus uſus: viventibus barbam citò educit, ac producit, & pilos qui ceciderunt, reſtituit. *Idem.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0594-8

## DE AQUIS CAPILLOS PROHIBENTIBUS.

*Aqua capillos renaſci prohibens.*

℞. Sanguinis Ranarum, Terræ ſigillatæ,
Sumach, Roſarum, ana tritorum q.ſ.
Aceti, ſucci Sempervivi ana q.ſ.
Macerentur per horas 24. deinde deſtillētur: qua ſæpius loca depilata macerentur. *Marinellus.*

*Alia ejuſdem ad idem.*

℞. Cornu Vaccæ, Aluminis Rochæ,
Papaveris nigri ana tritorum q.ſ.
Sanguinis vaccini recentis ℔ ij.
Macerentur & deſtillentur. Utatur omni ſero.

*Aqua capillos creſcere non permittens.*

℞. Tithymali decoctum cum Aceto, Calce viva, & Malvis commixtum. *Fumanellus.*

*Aqua prohibens ortum pilorum.*

℞. Hyoſcyami triti ℔ ß.
In loco humido reponito, & poſt tempus additis ℥ ij. fol. Fabæ inverſæ, quæ telephium eſt, deſtillato, & pilis evulſis partem glabram ſæpius balneato. *Idem.*

## DE AQUIS OCULORUM VITIA TOLLENTIBUS.

*Aqua ad oculorum lachrymas.*

℞. Fragorum maturorum quantum ſufficit.
Macerentur in fimo equino per dies quindecim, deinde deſtillentur. *Marinellus.*

*Alia ejuſdem, ad idem.*

℞. Flor. Spinæ albæ, flor. Salicis, vel Comarum,
Fol. Salicis ana quantum ſufficit.
Deſtillentur in vaſe vitreo. Ad idem etiam valet aqua Euphragiæ deſtillata.

*Aqua ad rubedinem oculorum.*

℞. Chelidoniæ, Verbenacæ, Rutæ,
Fœniculi ſuccorum ana ℥ iij.
Comarum fol. Roſarum q.ſ.
Sacchari candi ℥ iij.
Tuthiæ optimæ,
Sanguinis draconis ana ℥ iv.
Trita deſtillentur. *Marinellus.*

*Aqua viſum conſervans.*

℞. Myrrhæ ℥ j.
Aloës ʒ ij.
Croci ʒ j.
Thuris, Zingiberis, Sarcocollæ,
Caphuræ tritæ ana parum.
In aqua impoſita ad uſum ſervetur. *Fumanellus.*

*Alia.*

℞. Fœniculi, Verbenacæ, Euphragiæ,
Endiviæ, Betonicæ, Roſarum rubr.
Capillorum Veneris M. iij.
Contuſa per diem in vino macerentur albo, & deſtillentur. *Idem.*

A *Alia ejuſdem, ad idem.*

℞. Fœniculi, Chelidonii, Salviæ,
Roriſmarini, Verbenacæ,
Rutæ ana partes æquales.
Alembico deſtillentur.

*Aqua ad oculorum dolores.*

℞. Aquæ Roſaceæ, item
Euphragiæ, Chelidonii ana ℥ j.
Tuthiæ præparatæ ʒ j.
B Miſce. Valet ad idem aqua Vitis inciſæ. *Idem.*

*Aqua ad viſum inſtaurans.*

℞. Fœniculi, Chelidonii, Verbenacæ,
Rutæ, fol. Enulæ ana M. j.
Virgæ paſtoris, Millefolii ana M. j.
Caphuræ ʒ ß.
Alembico deſtillentur. *Idem.*

*Aqua ad oculorum lachrymas exiccandas.*

C ℞. Tuthiæ præparatæ ℥ j.
Lapidis Hæmatitis ℥ ß.
Sanguinis draconis,
Acaciæ, Antimonii ana ʒ j.
Caphuræ ℈ ij.
Terræ ſigillatæ ʒ j.
Thuris, Maſticis, Piperis albi ana ℈ ß.
Aquæ Fœniculi, Euphragiæ ana ℥ j.
Aquæ Violarum, Roſarum ana ℥ ij.
Vini antiqui ℥ iij.
D Coquito omnia in duplici vaſe ad conſumptionem medietatis, & percolato. *Fumanellus.*

*Aqua ad rubedinem oculorum.*

℞. Succi Uvæ immaturæ ℥ ij.
Aloës ʒ j ß.
In panno lineo ligatæ, infuſæque, in dicto ſucco ſomni tempore oculi madefiant. *Idem.*

*Aqua ad oculorum tenebroſitatem.*

℞. Tuthiæ præparatæ ℥ iv.
E Omphaciæ ℥ ß. vel ʒ v.
Soli diebus 15. exponito, & addita aquæ Roſaceæ ℥ ß. denuò per dies 15. alios ſub Sole jaceat, & per dies 5. cum aqua Euphragiæ: poſt hæc Tuthiam terito, & cum panno xylino, tenui, cribrato in Sole æſtuante, uſuique ſervato. *Idem.*

*Aqua ad ſuffuſionem ejuſdem.*

Marcheſitæ fruſta ignito, & in oleo communi antiquo pellucido extincta, tritaque deſtillato, & denuò cum fæce ſua terito, deſtillatoque.

F *Alia ejuſdem, ad idem.*

℞. Aſæ ℥ j.
Mellis albi puri ℔ ß.
Aquæ Fœniculi, aquæ Rutæ ana ʒ xij.
Aquæ Majoranæ ℥ ß.
Alembico deſtillentur.

*Aqua ad palpebrarum tumores, & lachrymas oculorum.*

℞. Agrimoniæ, Verbenacæ,
Fœniculi, Roſarum,
Chelidonii ana quantum ſufficit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0595-4

Omnia inciſa, viniꝗue albi momento conſperſa deſtillato. *Fumanellus.*

## DE AQUIS DENTES dealbantibus.

*Aqua dentes dealbans.*

℞. Salis Arabici, Salis gemmæ ana ℔ ß.
Aluminis Zuccharini ℥ iij.

Trita deſtillentur, qua fricentur dentes cum panno rubro ſcarlato. *Marinellus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Aluminis Rochæ,
Salis nitri ana ℔ j.
Aceti parum.

Trita diſſolvantur cum Aceto, & deſtillentur. Pro qualibet ℥ j. hujus aquæ, adde ſucci Limonum ℥ iv. & fricentur dentes.

*Aqua dentes albos reddens.*

℞. Aluminis rubri ℥ vj.
Salis communis ℥ iij.
Maſtichis ℥ j.
Myrrhæ ℥ ß.
Caryophyllorum ʒ vj.

Miſce, fiat deſtillatio, qua fricentur dentes. *Rondeletius.*

*Aqua ad dealbandos dentes.*

℞. Salis purgati & contuſi ℔ j.
Aluminis glacialis ℥ j.

Deſtillentur alembico. Hujus aquæ ℥ j. miſce cum uncia Plantaginis, & intincta lana xylina dentes perfrica. *Alexius.*

*Alia precioſiſſima, ejusdem.*

℞. Primæ aquæ Mellis deſtillatæ, quæ alba eſt, ℔ j.
Salis albi ℥ j.
Aluminis ℔ ß.
Salis nitri ℥ j.
Aquæ ex foliis Lentiſci ℔ j.
Maſticis,
Aceti albi, Vini albi ana ℥ ij.

Deſtillentur omnia in balneo Mariæ. Qua ſi quis uti volet, abluat prius dentes: deinde cum panno aliquo ſiccati fuerint, fricentur, vel cum Lentiſci ſtylo intincto, vel cum panno lineo madefacto parvo.

*Aqua dealbans dentes.*

℞. Vini albi ℥ vj.
Comarum Myrti, item Lentiſci,
Sorbarum, Cupreſſi ana ℥ iij.
Balauſtii, Cort. rad. Nucum, Pyrethri,
Sanguinis draconis, oſſium Dactyl. uſtorum,
Roſarum rubr. nondum apertarum,
Cinnamomi ana ℥ j.

Contuſa deſtillentur lento igne, donec omnis exierit aqua. Hujus aquæ ℥ ij. miſce cum ℥ j. cornu Cervi uſti, & ℥ j. ſang. Draconis, & pone ad Solem per dies 4. & frica dentes. *Iſabella Corteſe.*

*Aqua dentes confirmans.*

℞. Nucum moſchatarum N. iij.
A Rad. Zingiberis N. ij. Maſticis parum.
Pyrethri, Majoranæ, Hyſſopi, Menthæ,
Roriſmarini, Salviæ, Salis ana ℥ ß.

Excipiantur omnia, & vino miſceantur odoro, bulliantq; donec pars tertia conſumpta fuerit, & colo transfundantur, & frequenter percolato, utitor calido. *Fumanellus.*

*Decoctum ad dentes firmandos, gingivas purgandas, & conſolidandas.*

B ℞. Aquæ Lentiſci, Roriſmarini,
Aceti deſtillati ana poculum dimidium,
Myrrhæ, Maſticis, Boli Armeni,
Sanguinis draconis, Aluminis uſti ana ℥ j.
Cinnamomi electi ʒ ß.
Aquæ pluvialis pocula tria.

Miſceantur omnia, coquantur igne admodùm lento per quartam horæ partem, addendo Mellis deſpumati ℔ ß. Belzoini parum: & fiat de-
C coctum, quo ſæpius laventur dentes ante & poſt cibum, tenendo in ore aliquandiu. *Alexius.*

## DE AQUIS FACIEM illuſtrantibus.

*Aqua faciem detergens & illuſtrans.*

℞. Medullæ panis Hordei ℔ ij.
Lactis caprini ℔ iij.
Vini albi ℔ ß.
D Quatuor ſem. frig. major. contuſorũ ana ℥ iij.
Thuris, Maſticis, Myrrhæ ana ℥ j.
Fabarum recentium ℔ ij. vel
Flor. Fabarum P. iij. vel
Fabarum ſiccarum, &
Cicerum rubrorum ana ℔ ij.
Oryzæ ℔ ß.
Flor. Nenupharis, Violarum,
Roſarum albarum ana P. ij.
Vitellorum ovorum cum albuminibus N. x.

E Deſtillentur in balneo Mariæ. Si addatur ante deſtillationem Terebinthina, melior erit ſuccus, & diutiùs faciem ſervabit. *Rondeletius.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Decocti Pulli, vel Decocti Caponis, vel
Decocti Gallinæ ℔ iij.
Succi Limonum ℔ j.
Aceti albi ℔ ß.
Flor. Fabarum, Nenupharis ana P. iij.
Caphuræ, Album ovorum ana ʒ ij.

F Miſceantur, & deſtillentur per alembicum. Loco decocti Pulli, vel Gallinæ, lacte Capræ albæ uti licet.

*Alia, ejusdem.*

℞. Furfuris ex meliori frumento cribrati,
Aceti fortiſſimi ana q. ſ.

Miſce, & fiat paſta: cui adde miſcendo
Album. ovorum N. xij. Deſtilla.

*Aqua ad ſplendorem & formam faciei.*

Aqua de albuminibus ovorum recentium per ſpongiam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0596-0
DFG

ſpongiam facta, cum æquali menſura ſucci Limonum deſtilletur, ut roſacea. Huic aquæ poſtea addes lixivii communis ℥ ij. vel circa: & Limonem integrum cõtuſum immittes: poſt octo dies exprimes ab eo ſuccum, & miſcebis cum aqua. Facies prius abluta aqua pura, & abſterſa, hac aqua deſtillata lavetur. *Alexius.*

### *Aqua formam faciei concilians.*

℞. Roſmarini, Tartari albi,
Vini albi ana quantum ſufficit.

Miſceantur, & deſtillentur per alembicum. *Idem.*

### *Aqua faciem pulcherrimam reddens.*

℞. Columbarum pullos N. ij.
Carnis vitulinæ ℔ ij.
Sem. Catapuptiorum à corticibus mundatorum ℥ iv.
Pinearum Amygdalarũ dulcium, amararum,
Rad. Liliorum alborum, cæruleorum,
Fabarum contuſarum & mundatarum,
Fellis Bubuli, rad. Serpentariæ,
Fraxinellæ ana quantum ſufficit.
Limonem unum purgatum, & inciſum,
Medullæ panis albi in lacte madefactæ,
Gummi Ammoniaci in aceto liquefacti,
Flor. Liguſtri ana quantum ſufficit.

Miſceantur & deſtillentur lento igne, ponendo aliquantulum Moſchi & Belzoini circa principium colli vaſis recipientis: & ſervetur in vaſe probe obſtructo. *Idem.*

### *Aqua faciem illuſtrans.*

℞. Pinearum viridium, mundatarum, inciſarum quantum ſufficit.

Ponantur in lacte per dies tres, quotidie addendo novum lac: deinde cum ſequentibus rebus deſtillentur:

℞. Vitri contriti ℥ iv.
Coralii rubri ℥ iij.
Sacchari candi ℥ iv.
Aluminis ℥ j.

Miſce, & fiat pulvis. Deinde

℞. Argenti vivi cum Salvia mortificati ℥ j ß.
Ova recentia, unà cum corticibus, rupta & concuſſa N. xij.
Terebinthinæ novies lotæ ℥ iv.
Cochleas marinas candidas, quas vendunt ſuffitores ℥ ij.
Cochleas terreſtres N. l.

Contundãtur ſingula, & miſceantur: deinde pars aliqua ponatur in cucurbitam vitream, deinde pars aliqua pulveris, poſt pars Terebinthinæ, demum pars cochlearum, aliud ſuper aliud ponendo, donec cucurbita ſit plena. Poſtremò addito

Vini albi menſuram j.

Deſtilla igne lento, & ſerva ad uſum. *Alexius.*

### *Aqua Melonum ad faciem illuſtrandam.*

℞. Melones albos à corticibus mundatos, quot opus erit, eosq; in fruſta unius digiti craſſitudine ſecato: deinde

℞. Aluminis ſaccharini ℥ iv.
Aluminis uſti,
Argenti vivi extincti ana ℥ j.
Cochlearum marinarum albarum ℥ ij.
Terebinthinæ lotæ ℥ j.
Ovorum recentium, & cum corticibus contuſorum N. xij.
Limoniorum albor. in fruſta inciſorum q. v.
Sacchari ℥ iv.
Lactis caprini, Vini albi ana menſ. j.

Hæc omnia ponantur in cucurbitam vitream, aliud ſuper aliud, ut dictum eſt: deinde deſtillentur igne lento, donec aqua omnis exierit, demum ſervetur in vaſe vitreo, ad uſum. *Alexius.*

### *Aqua Cucurbitæ perfecta, ejuſdem.*

℞. Cucurbitas à corticibus mundatas, & in partes rotundas inciſas, quot volueris.
*Aluminis Zuccharini* ℥ vj.
*Aluminis ſciſſilis* ℥ j.
Myrrhæ ʒ j.
Terebinthinæ lotæ ℥ ß.
Ova recentia & contrita N. iv.
Limonia inciſa N. vj.
Cochlearum quantum volueris.
Vini albi menſ. j.

In pulverem redigenda redigãtur, & miſceantur, faciendo ordinẽ primùm ex ſaccharo, deinde ex pulveribus, tertium ex cochleis, demum ex vino, limoniis & ovis: atq; ſic igne lento deſtillentur, donec omnis aqua extracta fuerit: poſtea ſervetur in vaſe aliquo vitreo per dies 8. aut 15.

### *Aqua ad faciem commendandam.*

℞. Pedum Vituli N. ij.
Aquæ fluvialis ℔ xiix.

Coque ad conſumptionem medietatis: deinde adde

Oryzæ ℔ j.
Medullæ panis in lacte mollitæ N. j.
Butyri recentis ℔ ij.
Albuminum ovorum cum corticibus N. x.

Miſceantur omnia, & coquãtur, deinde deſtillentur quouſq; omnis aqua exierit: cui demũ adde

Caphuræ, Aluminis zuccharini ana parum, & erit optima. *Alexius.*

### *Alia, ejuſdem.*

℞. Chryſocollæ, ſeu Boracis ℥ ij.
Aluminis rupei, ſciſſilis, ſquamoſi ana ℥ j.
Caphuræ ʒ ij.

Redigantur in pulverẽ ſingula, deinde miſceantur, ponanturq; in phialam vitream, quam aqua fontana repletam diligenter obturabis. His factis ponatur ad ignem per horas duas, deinde auferatur: & cùm refrixerit, ponatur in aliam phialã, addendo duo alba ovorum recentium, benè cum omphacio agitata: miſceantur, itemq; in Sole per dies viginti: & habebis aquam perfectiſſimam.

### *Aqua ad decorandam faciem.*

℞. Ova in partes diſſecta, Cort. Aranciorum,
Rad. Melonum ana q. ſ.

Cum bocia ampla, roſtrum habente longum, ſtudioſe ac potenti igne per alembicum deſtillato. *Fumanellus.*

*Alia.*

℞. Flor. Fabarum M. vj.
Aquæ Limonum ℔ j.
Rad. Lilii ℥ iix.
Farinæ Fabarum ℔ j.
Gummi Arabici, Tragacanthæ ana ℥ j.
Deſtilla, & utere. *Fumanellus.*

*Aqua faciem decorans, alia.*

℞. Fœniculi, Rutæ, Verbenacæ,
Euphragiæ, Endiviæ, Betonicæ,
Sileris montani, Roſarum rubrarum,
Capillorum Veneris ana M. vj.
In vino albo per diem & noctem infuſa alembico deſtillentur. *Idem.*

*Alia.*

℞. Fabarum albarum à corticibus mundatarum, quantum volueris.
Macerentur in vino albo per dies novem: deinde contundantur, & prædicto vino addantur: quibus adjunge
Oryzæ in lacte caprino coctæ,
Albuminum ovorum ana q. ſ.
Miſce omnia, & deſtilla. *Iſabella Corteſe.*

*Alia.*

℞. Hordei immaturi recentis,
Lactis caprini, Album ovorum ana q. ſ.
Miſce, & deſtilla. *Iſabella Corteſe.*

*Alia, ejuſdem.*

℞. Limoniorum, Fabarum ſiccarum, & in vino maceratarum,
Mellis, Lactis caprini,
Album ovorum ana quantum ſufficit.
Miſce, & deſtilla.

*Aqua ad faciem decorandam.*

℞. Lactis vaccini, menſe Maji ℔ ij.
Aranciorum N. iij.
Limonum N. v.
Incidantur minutim: deinde adde
Aluminis, Sacchari ana ℥ j.
Miſce omnia, & deſtilla. *Rondeletius.*

*Alia ejuſdem, ad ſplendorem.*

℞. Micæ panis albi ℔ ij.
Flor. Fabarum ℔ j.
Flor. Roſarum, item Nymphææ,
Liliorum ana ℔ iv.
Lactis Capræ ʒ vj.
Iridis Venetorum ℥ j.
Deſtilla in balneo Mariæ.

*Alia, ejuſdem.*

℞. Terebinthinæ, Maſticis albiſſimæ,
Tuthiæ præparatæ, Caphuræ,
Aluminis ana ℥ iv.
Infunde in aceto forti per dies tres. Poſtea deſtilla per alembicum.

*Aqua faciem decorans.*

℞. Serpentariæ recentis ℥ j.
Rutæ M. j.
Hederæ terreſtris M. ij.
Boracis ℥ j. Ligni Aloës ʒ j.

A Styracis calamitæ ℥ ß.
Moſchi ℈ ß.
Unguenti ℥ iij. Caphuræ ʒ vj.
Carnis Caponis ℥ ij.
Cort. Limonum, Cort. Aranciorum ana ℔ j.
Deſtilla. *Rondeletius.*

*Aqua ad decorandam faciem.*

℞. Caphuræ ʒ iij.
Aluminis rubri, Boracis ana ℥ vj.
Moſchi ℈ ij.
B Terantur omnia: adde
Tartari ℥ j ß.
Aquæ Roſarum ℔ ij.
Commiſcendo ſemper cum ſpatula. Poſtea deſtilla per filtrum, & in ampulla benè clauſa ſervetur, & manè facie benè terſa, cum panno guttam unam aquæ ſumat, deinde faciem benè fricet. *Idem.*

## DE AQUIS TINGENtibus & dealbantibus faciem.

C

*Aqua faciem dealbans, & oculos.*

℞. Rutæ campeſtris, Fœniculi,
Verbenacæ, rad. Betonicæ, fol. Roſarum,
Capillorum Veneris ana partes æquales.
Macerentur per noctem in vino albo odoro, & alembico deſtillentur. *Fumanellus.*

D *Alia, ejuſdem.*

℞. Ari quantum ſufficit.
Partes craſſiores tundito, & cum Roſarum aqua ad Solem ter quatérve ſiccato, & roſacea impoſita utitor.

*Aqua faciem dealbans.*

℞. Albuminis ovi, Boracis petroſi,
Salis, Albuminis Rochæ ana ℥ j.
Quodlibet per ſe tritum, albumini ovorũ commixtum deſtillato, utitorque. *Fumanellus.*

E *Alia ejuſdem, ad idem.*

℞. Aluminis Rochæ tritæ ℥ iij.
Albuminis ovorum q. ſ.
Miſce, & deſtilla.

*Aqua faciem dealbans.*

℞. Flor. Nenupharis, item Spinæ albæ,
Sambuci, Fabarum, Violarum,
Capillorum Veneris ana partes æquales.
Miſce, & deſtilla. *Fumanellus.*

F *Alia, ejuſdem.*

℞. Lithargyri contriti ℔ ß.
In Aceti albi ℥ iij. coquito, & panno cribratam, in vitreo vaſe ſervato: deinde adde
Caphuræ, Aluminis Jameni, Boracis,
Olei Tartari ana part. æqual. Aquæ Roſar. q. ſ.
Miſce, & deſtilla.

*Alia experta, ejuſdem.*

℞. Terebinthinæ deſtillatæ ℔ ij.
Thuris ℥ iij.
Maſticis, Dracunculi ana ℥ ß.

Omnia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0598-1
DFG

Omnia trita, & cum aqua Terebinthinæ mixta, iterum deſtillato: deinde

℞. Axungiæ ſuillæ, recentis, liquatæ ℔ j.
Caryophyllorum ʒ ij.
Nucis moſchatæ N. iij.
Auri ʒ j. Argenti ℥ ij.

Omnia tenuiſſimè trita alembico deſtillato.

*Alia faciem dealbans & mundans.*

℞. Foliorum Fabarum M. x.
Aluminis Rochæ ℔ j ß.
Aluminis Zuccharini ℥ v.
Aluminis Scariolæ ℥ iv ß.
Salis Nitri ℥ iij.
Aluminis Fæcis ℥ vj.
Argenti vivi extincti ℥ iij.

Deſtillentur igne lento, & quum quid ſtillare incipit, ignem augeto. *Fumanellus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Aluminis Jaſmeni, Boracis, Aluminis Rochę ana tritorum ℥ iij.
Album. ovorum q. ſ. Deſtilla.

*Alia ejusdem, ad idem.*

℞. Argenti electi, Argenti vivi ana ℥ j.

Super porphyreum terantur lapidem, additoq; argenti ſublimati modico, in loco collocētur humido: & quod liquatū eſt, alembico deſtilletur.

*Alia, ad faciei nitorem.*

℞. Radicum Lilii, item Ari,
Dracunculi ana ℔ ß.
Aquæ flor. Fabarum ℔ j ß.
Aquæ roſaceæ ℥ iix.

Deſtilla: adjice moſchi carii, cinnamomi ana ℥ ij. faciem bis die abluito. *Alexius.*

*Aqua faciem dealbans.*

℞. Sulphuris vivi ℥ j.
Thuris albi ℥ ij.
Caphuræ ʒ j.
Aquæ roſarum ℔ j.

Trita miſceantur, & Soli per dies quindecim exponantur, & de ea lavetur facies in ſero: manè verò abluatur cum decoctione furfuris & roſarum. *Alexius, & Bayrus.*

*Aqua cutem reddens albam, Soliſq; aduſtionem auferens.*

℞. Aquæ pluviæ, Omphacii ana menſ. ß.

Coquantur ſimul uſq; ad conſumptionem medietatis: deinde inter bulliendum, addito

Succi Limoniorum tantum, quantum bulliendo antea evanuit.

Deinde cùm cocta ſatis fuerint, auferantur ab igne, addaturque

Albuminum ovorum N. iv.

Poſtquam deferbuerint, ſervetur ad uſum. *Rondeletius.*

*Alia, ad dealbandas faciei maculas & cicatrices.*

℞. Aquæ vitæ quartò deſtillatæ part. iij.
Summitatum flor. Anthos part. ij.

A Macerentur ſimul per diem & noctem in vaſe bene cooperto, deinde deſtillentur. *Rondeletius.*

*Aqua cujusdam mulieris nobilis.*

℞. Sublimati ℥ j.
Caphuræ ʒ j.

Pulverizentur optimè, infundantur in ſucco limonum, & aqua roſarum, nenupharis, cucurbitę, & florum fabarum ana ℔ ß. Inſolentur per dies quindecim, & uſui ſervetur. *Rondeletius.*

B *Fucus Ducis Mediolanenſis.*

℞. Lactis caprini ℔ iij.
Medullæ panis albiſſimæ N. ij.

Temperentur ſimul per horas ſex: deinde adde

Limonum à cort. extremo mundatorum,
Albuminum ovorum N. xij.
Calcis, cort. Ovorum Porcellanarum ana ℥ ß.
Caphuræ, Aluminis, Coralii rubri ana ʒ ij.
Boracis ℥ j.
Ceruſſæ ℥ iij.

C Miſceantur, & cum diligentia deſtillentur. *Rondeletius.*

*Alia ejusdem, ad idem.*

℞. Flor. Fabarum, flor. Nenupharis ana ℔ j.
Medullæ panis albi, farinæ Oryzæ, rad. Ireos,
Cucumeris agreſtis ana ℥ vj.
Mellis ℔ j.
Vini albi, Aquæ fontis ana ℔ iij.

Temperentur ſimul, & fiat deſtillatio in balneo
D Mariæ: adde

Seminis Cucurbitæ mund. ℥ iij.
Thuris, Myrrhæ ana ℥ j.

Aqua ſervetur uſui.

*Alia, ad dealbandas cicatrices.*

℞. Rad. Ireos,
Rad. Cucumeris agreſtis ana ℔ iij.
Rad. Althææ, rad. Liliorum ana ℔ ij.
Racemorum maturorum ℔ ß.
Rad. Dictamni ℥ iij.
E Herbæ Fabarum, herbæ Parietariæ ana M. j.
Flor. Nenupharis, flor. Malvarum ana P. j.
Panis Hordei ℔ j.

Macerentur in vino albo, vel ſero caprino, & fiat deſtillatio. Adde

Raphani ℥ ß.
Quatuor ſem. frig. major. ana ʒ j.
Urinæ puellæ ℔ ß.

Inſolentur, & ſerventur uſui. *Rondeletius.*

*Alia.*

F ℞. Sulphuris, Salis ana ℥ ß.
Caphuræ, Tuthiæ ana ʒ j.
Aquæ roſ. ʒ xiix.

Trita miſceantur. *Innominatus.*

*Aqua faciem dealbans.*

℞. Succi Limoniorum ℥ j.
Porcellanarum ℥ v.

Macerentur, donec diſſolvantur: deinde adde

Limoniorum inciſorum N. xij.
Albuminum ovorum N. x.
Caphuræ,
Boracis ana ʒ j ß.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0599-0

Aquæ pinearum ℔ ß.
Miſce,& deſtilla. *Marinellus.*

*Alia ejuſdem,ad idem.*

℞.Spumæ argenti ℔ ß.
Aceti albi ℔ iij.
Coquantur ſimul uſq; ad conſumptionem tertiæ partis,& deſtilla: deinde aquæ deſtillatæ adde
Caphuræ ℥ ß.
Aluminis Scariolæ,Olei Tartari,
Aluminis Zuccharini ana ℥ j.
Relinquantur ſic,donec diſſolvantur: poſtea coletur,& uſui ſervetur aqua.

*Aqua ad faciem rubram.*

℞.Ariſtolochiæ rotundæ , Been albi & rubri ana ℥ ß.
Rad.Ireos ℥ v.
Rad.Liliorum ℥ vj.
Cicerum rubrorum , Lupinorum combuſtorum ana P. ß.
Nucis moſchatæ,Cinnamomi ana ʒ ß.
Amygdal.amar.contuſ. ℥ ij.
Olei Tartari ℥ iv.
Aquæ pluvialis ℔ ij.
Sanguinis leporini q.ſ.
Trita deſtilla. *Rondeletius.*

*Aqua faciem dealbans.*

℞.Roſarum albarum,flor.Nymphææ,
item Sambuci,Liliorum alborum,ana ℔ j.
Aquæ Fabarum ℔ ß.
Medullæ panis q.ſ.
Albuminum ovorum N.xij.
Thuris ℥ ij.
Ceruſſæ tritæ ℔ j.
Miſce,& deſtilla. *Marinellus.*

*Alia,ejuſdem.*

℞.Lactis caprini , Farinæ frumenti ana quantum ſufficit.
Miſce ad formam panis,& in clibano coquatur.
Hujus panis accipe medullam,in lacte caprino maceratam :
Album.ovorum N.xij.
Deſtillentur.Aquæ deſtillatæ adde
Calcis ℥ j.
Caphuræ,
Aluminis Zuccharini,Coralii albi ana ʒ ij.
Trita miſceantur,& denuò deſtilletur. *Marinell.*

*Alia,ejuſdem.*

℞.Tartari albi , Vini albi , flor.Roriſmarini ana q.ſ.
Miſce,& deſtilla.

*Alia valdè bona,ejuſdem.*

℞.Ovorum recentium N.vj.
Vini Malvatici ℔ ß.
Columbarum juvenum,
Caſei recentis non ſaliti ana N.j.
Malorum aranciorum N.iix.
Olei Tartari ℥ iij.
Ceruſſæ ℥ j.
Contundenda contundantur,miſceantur, & deſtillentur.

A *Alia,ejuſdem.*

℞.Limaciarum N.xxx.
Lactis caprini ℔ ij.
Axungiæ porci ℥ iij.
Caphuræ ʒ j.
Caphura per ſe trituretur , deinde omnia ſimul contundantur,& deſtillentur.

*Alia,ejuſdem.*

B ℞.Medullæ panis albi , in lacte capræ vel aſinæ infuſæ q.ſ. Deſtilla.

*Alia,ejuſdem.*

℞.Myrrhæ ℥ ij.
Thuris,
Maſticis ana ℥ ß.
Zingiberis albi ʒ iij.
Cinnamomi electi,
Argenti ſublimati ana ʒ ij.
Caphuræ ʒ j.
Album.ovorum ℔ j.
C Trita ponantur in ventre gallinæ,addendo
Lactis caprini vel aſinæ ℔ iij. Deſtilla.

*Aqua dealbans faciem,& maculas tollens.*

℞.Boracis ℥ j.
Caphuræ ʒ ß.
Aluminis Rochæ ʒ iij.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ ana ℥ ß.
D Sarcocollæ,
Aſæ dulcis ana ℥ ij.
Ceruſſæ ℥ iv. Tritis adde
Aquæ Serpentariæ,item flor.Liliorum,
Flor.Geniſtæ,Nymphææ ana ℔ ß.
Miſce,& deſtilla *Marinellus.*

*Alia,ad idem.*

℞.Columbarum juvenum N.iv.
Butyri recentis,vel Pinguedinis lactis ℥ iv.
Ovorum recent.albuminum N.xij.
E Radicis Sigilli Salomonis ʒ xij.
Boracis ℥ ij.
Flor.Criſtalli ℥ iij.
Caphuræ,
Aluminis Scariolæ,
Aluminis Zuccharini ana ℥ ß.
Aquæ Cucurbitæ ℥ xij.
Aquæ Omphacii ℥ iij.
Terenda in pulverem redigantur , deinde miſceantur,& deſtillentur. *Marinellus.* F

*Alia ejuſdem,optima.*

℞.Aceti albi ℔ j.
Aquæ Roſarum ℔ j.
Aquæ ex cort.Arantii,
Aquæ ex flor.Arantii ana ℥ vj.
Marrubii M.j.
Mellis ℔ ß.
Moſchi G.iij.
Caryophyllorum ʒ iv.
Aluminis Zuccharini ℥ ij.
Maſticis ℥ j.
Trita deſtillentur.

Alia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0600-7
DFG

*Alia ejuſdem, ad idem.*

℞. Limoniorum N. iv.
Sacchari candi ℥ ß.
Succi Agreſtæ ℔ j. ℥ iv.
Lactis Aſinæ ℔ ß.
Albumin. ovorum recent. N. viij.
Medullæ panis albi ℥ iij.
Caphuræ ʒ j ß.
Florum Fabarum ℔ ij.
Miſce, & deſtilla.

*Alia, ejuſdem.*

℞. Succi Cannæ viridis,
Succi Gentianæ,
Succi Sempervivi,
Succi Limoniorum ana ℥ ij.
Lactis Aſinæ ℥ vj.
Aquæ florum Fabarum ℔ ij.
Coralii albi ℥ iij.
Porcellanarum in ſucco limonum diſſol. ℥ j.
Boracis ℥ ß.
Trita deſtillentur. *Marinellus.*

## DE AQUIS RUBIFICANTIBUS faciem.

*Aqua rubificans faciem.*

Ad rubificandam faciem utitor praſilio raſo, & aqua roſacea diſſoluto, ac modica caphura. *Fumanellus.*

*Aqua faciem coloratam reddens.*

Sumito pullos columbinos albos: hos diebus quindecim nucibus pineis paſcito: deinde eos aperito: capita, pedes, inteſtinaq; abjicito: deinde
℞. Panem dimidium,
Aluminis Zuccharini q. ſ.
Foliorum Auri N. 500.
Foliorum Argenti N. 300.
Medullas panis candidiſſimi, in lacte amygdal. dulcium mollitas N. ix.
Medullæ vituli, aut bubuli, aut axungiæ porcinæ ℔ j.
Miſceantur omnia, & deſtillentur. *Alexius.*

*Rubrica ad faciem.*

℞. Sandali rubri contriti, Aceti fortis bis deſtillati ana q. ſ.
Miſceantur, & coquantur igne lento, addendo parum aluminis: & habebis rubricam perfectiſſimam. *Alexius.*

*Aqua concilians faciei roſeum colorem.*

℞. Pintam aquæ vitæ optimæ,
Praſilii ℥ j.
Caryophyllorum, Granorum Paradiſi N. x.
Cubebarum N. v.
Omnia trita cribrataque cum aqua vitæ, perparum ferveſacies in vaſe diligenter operculato, ne quid ullo modo expiret. Deinde refrigeratum deſtilla. *Euonymus.*

*Aqua rubra ad faciem.*

℞. Albuminum ovorum ad duritiem coctorum N. xxv.

A Lactis ficuum poculum j.
Miſce, & deſtilla. Huic aquæ adde, pro qualibet menſura,
Aluminis ſciſſilis ℥ ij.
Cocci tinctorii ℥ ß.
Cocci, quo ſericum tingi ſolet ʒ ij.
Miſceantur, & ponantur in phialam vitream bene clauſam, in fimo vel in aqua calida, non fervente, per dies octo: deinde eximantur, colenturq; & exprimantur optime. Quibus factis, ad-
B datur rurſus tantundem aluminis, ut prius, coccique: & ſimiliter in fimo, vel aqua calida, per dies octo ponantur: & rurſus ut prius colentur. Quod cùm ter factum fuerit, adde gummi Arabici ℥ ß. aqua fuerit menſura una: & relinquatur per dies octo in loco calido, ut antea: deinde coletur, & ſervetur. *Alexius.*

*Alia facilior, ac precii minoris.*

℞. Glutinis piſcium, in vino albo per quinque aut ſex dies liquefacti ℥ ij.
C Ligni Praſilii inciſi q. ſ.
Aquæ fontanæ q. ſ.
Miſceantur, & coquantur igne admodùm lento, donec ſatis eſſe videatur: deinde addatur
Aluminis triti ℥ j.
Gummi Arabici ʒ ij.
Miſceantur: deinde ablata aqua ab igne, ſervetur in aliquo vaſe optime obturato. *Alexius.*

*Alia, faciem rubram faciens.*

D ℞. Rad. Sigilli Salomonis ℥ x.
Rad. Cyclaminis ℥ v.
Rad. Serpentariæ ſeu Ari ℥ j.
Lardi mundi ℥ j ß.
Limonum inciſorum N. v.
Medullæ panis albi, in lacte macerati q. ſ.
Sublimati, Aluminis Scariolæ ana ℥ ij.
Aluminis Rochæ ℥ j ß.
Porcellanarum in ſucco limonum diſſolutarum ℥ j.
E Miſce, & deſtilla *Marinellus.*

*Aqua faciem rubram reddens.*

℞. Radic. Serpentariæ major. mundatarum & contuſarum q. ſ.
Aquæ fontanæ q. ſ.
Miſceantur, & coquantur uſque ad cõſumptionem quartæ partis: deinde ab igne auferatur, & ſervetur in vaſe cooperto, qua facies lavetur. *Marinellus.*

F Faciem quoque rubram reddunt, aqua ex rad. Serpentariæ, ex rad. Bryoniæ, ex rad. Cyclaminis deſtillata. *Idem.*

*Aqua faciem colorans.*

℞. Rad. Dracunculi ſeu Serpentariæ,
Rad. Liliorum alborum,
Lardi recentis ana ℔ ß.
Aquæ flor. Fabarum ℥ iv.
Aquæ Roſarum ℥ viij.
Moſchi,
Cinnamomi ana ʒ j.
Trita deſtillentur. *Marinellus.*

*Alia, ejuſdem.*

℞. Boracis ʒ j.
Sublimati ℥ ij.
Caphuræ ʒ ß.
Salis Gemmæ ʒ j.
Salis Alkali,
Aluminis Rochæ,
Aluminis Scariolæ ana ℥ ij.
Aluminis Plumæ,
Aluminis Zuccharini ana ℥ ß.
Aquæ Roſarum q. ſ.

Coquantur in vaſe vitreo, uſq; ad dimidiæ partis conſumptionem: & ſervetur.

*Alia faciem coloratam reddens.*

℞. Aquæ vitæ ℥ ij.
Aquæ flor. Fabarum, aquæ Roſarum ana ℥ iv.
Aquæ flor. Nymphææ ℥ vj.
Tragacanthæ tritæ ʒ j.

Miſce, & ponantur ad Solem per ſex vel octo dies: deinde cola, & ſerva. Hac facies priùs lota,
C lavetur. *Marinellus.*

*Alia, ejuſdem.*

℞. Lactis Caprini menſ. ij.
Panis albi calidi N. j.
Rad. Dracunculi, ſeu Serpentariæ,
Rad. Sigilli Salomonis ana ℔ ß.
Caput Vervecis inciſum, unum,
Boracis,
Aluminis Scariolæ ana ℥ ß.
Succi Limonum,
Porcellanarum in ſucco prædicto diſſolut.
Ceruſſæ ana ℥ j.
Lithargyri, Sublimati ana ℥ ß.

Terenda in pulverem redigantur, incidenda incidantur minutim: deinde miſceantur, & deſtillentur.

*Alia, ejuſdem.*

℞. Ceruſſæ ℥ ij.
Sublimati ℥ j.
Aluminis Plumæ,
Aluminis Scariolæ ana ℥ ß.
Boracis ʒ ij.
Caphuræ ʒ j.
Sacchari candi ℈ ij.
Aluminis Rochæ ℈ j.

Trita ponantur in panno lineo ligato: adde deinde
Columbam albam juvenem, mundatam, in fruſta minuta inciſam.
F
Hæc ſimul coquantur in lacte capræ vel aſinæ, donec caro ab oſſibus ſeparetur. Poſtea omnia alembico deſtillentur.

*Alia, ejuſdem.*

℞. Limaciarum, Salis Gemmæ, ſucci Limonum ana q. ſ.

Inciſa & trita miſceantur benè, & in balneo Mariæ deſtillentur.

*Alia, ejuſdem.*

℞. Limonum inciſorum N. xij.
A Succi Bryoniæ, Vini albi ana q. ſ.
Aluminis ovorum N. iij.

Miſce, & deſtilla.

## DE AQUIS FACIEM denigrantibus.

*Aqua faciem denigrans.*

Juglandis calloſo herbidoque putamine illo, quod gulliocam dicunt, & gallis, Chymiſtarum
B organis clariſſima eliciatur aqua: qua ſi facies vel manus maduerint, nigreſcunt paulatim, ut Æthiopis videantur. Quod ſi abjicere, & priſtinæ albedini reſtituere vis, acetum, limonis ſuccum, & colophoniam extillabis: taliſque lotura nigrum illud abjicit & propulſat. *Joan. Baptiſta Porta.*

## DE AQUIS FACIEM juvenilem reddentibus.

*Aqua faciem juvenilem reddens.*

℞. Sulphuris vivi ℥ j.
Olibani,
Myrrhæ ana ℥ ij.
Ambræ ʒ vj.

Trita miſceantur, addendo
Aquæ Roſarum ℔ j.

Deſtillentur, & ſervetur aqua in vaſe obturato: qua ſi quis uti volet, veſperi cùm itur cubitum,
D hac lavet faciem, deinde mane aqua fontana lavet faciem, & erit venuſtiſſima. *Alexius.*

*Alia ejuſdem, ad idem.*

℞. Pedes vituli duos,
Aquæ fluvialis ℔ xviij.

Coque ſimul uſq; ad conſumptionem medietatis. Deinde adde
Oryzæ ℔ j.
Medullæ panis, in lacte mollitæ N. j.
Butyri recentis ℔ ij.
E Album. ovorum cum cort. N. x.

Miſceantur omnia, & coquantur: deinde deſtillentur, quouſque omnis aqua exierit: cui denique adde
Caphuræ, Aluminis Zuccharini ana parum, & erit optima.

*Alia ejuſdem, ad idem.*

℞. Aquæ vitæ ℥ ij.
Aquæ ex flor. Fabarum, aquæ Roſarum ana ℥ iv.
Aquæ Nymphææ ℥ vj.

Miſtis omnibus adjice tragacãthæ albiſſimæ ʒ j. Per ſex dies inſolatam hanc aquam colabis linteo puro. Uſus ejus eſt manè, ita ut non abſtergatur.

## DE AQUIS FACIEI maculas tollentibus.

*Aqua ad verrucas, & alia tubercula faciei.*

℞. Salis Ammoniaci, Vitrioli Romani,

Viridis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0602-8 DFG

Viridis æris ana ℥ ij.
Aluminis rubri ℥ j.
Calcis vivæ ℥ ß.

Deſtillentur in alembico vitreo. Rejiciatur primus liquor: ſecundus efficacior erit, & ſervetur uſui. *Rondeletius.*

*Alia, ad rugas faciei.*

℞. Decoctionis Bryoniæ, Decoctionis Ficuum ana partes æquales.

Abluatur facies. *Rondeletius.*

*Ad impetigines faciei.*

℞. Aquæ Lapathi acuti ℥ iv.
Boracis ʒ iij.
Salis communis ʒ j.
Aceti ſcillitici ℥ j.

Miſce. *Rondeletius.*

*Aqua ad probibendas impetigines.*

℞. Aceti albi optimi ℥ iij.
Succi Lapathi acuti, ſucci Limonum ana ʒ iij.
Lithargyri auri ℔ j.

Decoquantur leviter, deinde deſtillentur, & ad uſum ſerventur. *Rondeletius.*

*Aqua ad dealbandas faciei maculas.*

℞. Aquæ vitæ optim. part. iij.
Florum Anthos part. ij.

Macerentur ſimul per diem & noctem: deinde deſtillentur. *Rondeletius.*

*Aqua ad tollendum omnes violeſtias in facie.*

Florem farinæ frumenti ſubigito cum ſextario lactis caprini: inde panem in furno leniter coquito, & extrahito, antequam nimium coctus ſit. Hujus panis medullam per minuta fruſta diviſam, aut friatam, & in alio recenti lacte caprino infuſam per ſex horas relinquito. Admiſcebis

A aquam in duodecim albuminibus ovorum cum ſpongia factam: calcis de putaminibus ovorum ℥ j. caphuræ, aluminis ſaccharini, coralii albi ana ℥ ij. Omnia trita cum liquidis incorporentur, & in alembico vitreo deſtillentur. *Alexius.*

*Aqua ad rugas faciei.*

℞. Malum granatum N. j.

Ab interioribus munda & evacua: infunde ſerum lactis cum vino ana q. ſ. & coque, donec vinum evanuerit: & utere. *Marinellus.*

B

*Aqua ad maculas faciei.*

℞. Aquæ Roſarum,
Succi Limonum ana ℥ iix.
Sublimati ʒ ij.
Albuminum ovorum N. iv.

Miſce omnia diligenter: deinde pone ad Solem per dies octo, & ſerva ad uſum. *Iſabella Corteſe.*

*Alia, ejusdem.*

C ℞. Lactis Aſinæ ℔ iv.
Vini albi ℔ j.
Medullæ panis recentis N. ij.
Ovorum cum corticibus N. xij.
Sacchari candi ʒ iij.

Contuſa deſtilla.

*Aqua ad delenda variolarum veſtigia.*

℞. Maſticis, Myrrhæ, Aloës hepaticæ, Nardi,
Sanguinis Draconis, Olibani, Opopanacis,
D Bdellii, Carpobalſami, Croci, Gummi Arabici,
Styracis liquid. ana ʒ ij ß.

Terantur omnia, & cum Terebinthina ad pondus omnium, deſtillet vitreis organis liquor. Idem facit aqua e fabis, e pedibus vituli, arietis, porcellorum, e melle, radice ſerpentariæ, limonibus, arantiis, floribus fabarum, corticibus ovorum, &c. *Rubeus.*

## *De Potionibus ornantibus corpus, Sectio II.*

*Potio impinguans corpus.*

℞. Farinæ Cicerum, item Fabarum,
Hordei, Oryzæ ana part. j.
Farinæ Lentium,
Farinæ Papaveris albi ana part. ß.
Farinæ Frumenti,
Farinæ Seſami ana part. j.
Sacchari duplum.

Coquantur in ſufficienti quantitate lactis ovini: de quo ſumat quotidie ſtomacho jejuno poculum unum, ſuperdormiendo per horam dimidiam. *Marinellus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Lactis,

E Aquæ fontanæ ana ℔ j.

Coquantur ſimul uſq; ad conſumptionem aquæ: deinde adde
Sacchari Penidii,
Butyri recentis ana ℥ j.
Olei Amygdal. dulc. recent. ℥ ß.

Coquâtur iterum bullitione una: & ſumatur ſtomacho jejuno, aliquandiu ſuperdormiendo.

F

*Potio maciem inducens.*

℞. Ariſtolochiæ rotundæ ʒ j.
Centaurii minoris ℈ j.
Gentianæ, Polii, Petroſelini ana ʒ iij.

Trita ſumantur cum vino albo, ſtomacho jejuno. *Marinellus.*

## *De Balneis mundantibus corpus, Sectio III.*

*Balneum mundans.*

℞. Parietariæ, Malvæ cum rad. Acanthi,
Violariæ ana M. j.
Hordei integri P. ij.
Violarum, Chamomillæ ana P. iij.

Fiat decoctio in aqua pluviæ, & in ea paretur bal-

neum, quo jejuno ventriculo lavetur. Deinde ubi ſudaverit corpus in lecto, diligenter detergendum eſt. *Rondeletius.*

*Balneum corporis ſordes abſtergens, ipſumq́; venuſtum reddens.*

℞. Salviæ, flor. Lavendulæ,
Flor. Roſarum ana M. ij.
Salis parum.

Coquantur in aqua, vel lixivio, q. ſ. fiatque lavacrum non nimis calidum, in quo totum corpus ante cibum horis duabus lavetur. *Marinellus.*

*Aliud ejuſdem, ad ſordes.*

℞. Aquæ Roſarum, Aceti, Salis ana quantum ſufficit.

Fiat decoctio cum aqua fontana: de qua
℞. Pocula duo, Furfuris q. ſ.

Miſce, quo fricetur totum corpus: deinde mulier ſe abluat aqua calida, vel balneum aquæ dulcis ingrediatur.

*Balneum ad cutis vitia pro bilioſis.*

℞. Hordei mundati P. iij.
Althææ, Malvæ, Violariæ ana M. iij.
Betæ, Parietariæ, Buglosſæ,
Borraginis ana M. j.
Sem. Cucurbitæ, item Citrulli,
Melonum, Cucumeris,
Lini, Fœnigræci ana ʒ ij.
Violarum, Roſarum, flor. Nenupharis,
Florum Liliorum ana P. ij.

A Fiat decoctio in decoctione pedum & capitis arietis, & paretur balneum tepidum. *Rondeletius.*

*Balneum ad cutis vitia, valentius.*

℞. Rad. Liliorum, item Serpentariæ,
Bryoniæ ana ℔ j.
Borraginis, Bugloſſæ, Fumariæ,
Saponariæ ana M. ij.
Parietariæ, Adianthi, Malvæ,
Violariæ ana M. j.
B Hordei integri, Fabarum excort.
Oryzæ ana ℥ iij.
Flor. Meliloti, item Chamomillæ,
Anthos, Malvæ, Violarum ana P. ij.
Rad. Ireos, Nitri ana q. ſ.

Fiat decoctio pro balneo. *Rondeletius.*

*Balneum odoriferum, pro nobilioribus fœminis.*

℞. Roſarum, Cort. Mali citri,
Flor. Mali Citri, item Mali arantii, Jaſmini,
C Lauri, Roriſmarini, Lavendulæ, Menthæ,
Pulegii, Aquæ fontanæ ana q. ſ.

Coquantur ſimul leviter, pareturque lavacrum: cui adde
Olei Spicæ G. vj.
Moſchi G. v.
Ambræ G. iij.
Aſæ dulcis ℥ j.

Ingrediatur fœmina horis duabus ante cibum. *Marinellus.*

# *De Lotionibus, ſeu Lixiviis ornantibus capillos, Sectio IV.*

## DE LIXIVIIS CAPILLOS TINGENTIBUS FLAVOS.

*Lixivium capillos pulchriores reddens.*

Si velis capillos pulchriores reddere, & redolentes, caput lixivio, à Galeno ſtillatitio nuncupato, abluito: confectio utiq; ex pauco vitis crematæ cinere, nodorum paleæ hordei, & glycyrrhizæ mali terræ, ſeu cyclamini: dumque caput pectitur, capillis caryophyllorum pulverem ſuperaſpergito, roſarum, nucis moſchatæ, cardamomi & galangæ cum roſacea, pectine etiam in eiſdem madefacto. Redduntur & pulchri, glandium fagi decocto ſæpius loti. *Fumanellus.*

*Aliud, flavos reddens capillos.*

℞. Rubiæ tinctorum, Stœchadis citrinæ, Polytrichi, Abſinthii, Lupinorum ana q. ſ.

Ponantur in aqua, vel lixivio, in vaſe vitreo per novem dies, movendo ſingulo die bis: & infundatur ſpongia in ea, cum qua laventur capilli: & poſt exiccationem laventur cum aqua calida & ſapone. *Bayrus.*

D *Lixivium capillos aureo colore tingens.*

℞. Palearum Hordei, Cort. Glycyrrhizæ, Raſuræ Buxi, fol. Buxi, Croci, Cumini ana q. ſ.
Lixivii è ſarmentitio cinere q. ſ.

Coquantur omnia benè, & fiat lixivium: quo ſi ſæpiùs capilli laventur, maximè flaveſcent, auriq; colorem imitabuntur. *Alexius.*

*Lixivium capillos flavos reddens.*

℞. Lixivii ſarmentorum q. ſ. ad lavandum ſemel capillos.
E Flor. Thapſi barbati, flor. Stœchados,
Rad. Chelidoniæ ana P. j.

Coquantur ſimul. Ex hac decoctione caput priùs lotum lixivio communi, & ſiccatum rurſus lavetur, & ſenſim ſiccetur linteis calidis. Italicæ mulieres bulliunt in lixivio communi flores ſtœchados contuſos, & raſuram Sandali citrini. *Rondeletius.*

F *Aliud, ad idem.*

℞. Buxi raſi, Stœchadis, Cort. Mali citri,
Glycyrrhizæ tritæ, rad. Ungulæ caballinæ,
Capillorum Veneris ana q. ſ.
Croci parum.

Coquantur in aqua uſque ad conſumptionem

tertiæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0604-9
DFG

tertiæ partis, coletur: quo caput lavetur, & pe- A
cten inungatur. *Marinellus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Palearum Hordei q.ſ.
Flor. Myrti,
Buxi raſi, Croci, Cumini, Alcannæ ana ʒ iij.
Coquantur in lixivio ſarmentorum: quo caput lavetur.

*Aliud, ejusdem.*

℞. Lupinorum ℥ j ß. B
Myrrhæ ℥ j.
Staphidis agriæ, Tartari albi ana ℥ ß.
Coquantur in lixivio: quo capilli tingantur.

*Aliud, ad idem.*

℞. Straminis Avenæ, rad. Chelidoniæ, Agrimoniæ, raſuræ Buxi, cinerum Vitium, cinerum Avenæ ana q.ſ.
Cum aqua calida fiat lixivium: quo caput lavetur. *Trotula.*

*Lixivium capillos colore efficiens croceo.* C

Lixivium, in quo modicum rhabarbari diſſolutum fuerit, capillos croceo tingit colore. *Fumanellus.*

*Aliud, capillos flavos reddens.*

Fulvos reddunt capillos lupini crudi, cum aqua & nitro illiti. *Galenus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Lupinorum tritorum,
Myrrhæ ana ʒ v. D
Salis Nitri, Tartari albi uſti ana ʒ iij.
Lixivii ſarmentorum vitium q.ſ.
Miſce, & fiat lixivium: quo capilli ad Solem laventur cum ſpongia vel pectine. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Cort. Berberorum ℥ ß.
Rad. Glycyrrhizæ ℥ ij ß.
Ceterach. Polypodii ana M. j.
Fiat decoctio in aqua vel lixivio: coletur. Ad E
℔ j. adde
Mellis communis ℥ j.
Aquæ Serpentariæ, aquæ Ari ana ℥ ß.
Miſce: & cum ſpongia vel pectine capillos tinge, ad Solem. *Rondeletius.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Tartari calcinati ℥ j.
Rad. Alcannæ ℥ ij. rad. Raphani ℥ iij.
Piſtentur optime, & bulliant: fricentur capilli,
cum ibit cubitum. Manè autem lavetur lixivio F
ſarmentorum.

*Aliud, ad flavos crines reddendos.*

℞. Lixivii de cinere hederæ ligni decorticati.
Lavetur ſæpè caput, & evenient flavi. *Rondelet.*

*Lixivium ad reddendos pilos rufos & criſpos.*

Bononiæ lavantur in lixivio ſarmentorum, in quo ſunt raſuræ buxi & corticis citri maceratæ. In Italia quoq; ajunt radicē gentianæ idem præſtare. *Rondeletius.*

*Lixivium, capillos flavos, lucidos & longos reddens, memoriamq; juvans.*

℞. Lixivii communis tantum, quantum decies eo caput lavari poſſit.
Cort. Arantiorum dulcium N. vj.
Cort. Mali citri quantum voles.
Flor. Chamomillæ, foliorum Lauri,
Capill. Veneris ana M. j.
Agrimoniæ M. ß.
Palearum hordei inciſarum M. iij.
Lupinorum aridorum M. j.
Fœnigræci M. ij.
Tartari uſti ℔ ß.
Flor. Spartii M. v.
Miſceantur, ponāturq; in vas aliquod magnum, & ſervetur ad uſum. Quum hoc uti voles, ſumito parum ex vaſe, atque in alio vaſe calefacito: addeque, ſi lubet, aliquantulum myrrhæ, & cinnamomi: & ſic erit optimum. *Alexander.*

*Lotio capillorum.*

℞. Aluminis fæcum ℥ viij.
Centauriæ ℔ j.
Gummi Arabici,
Amyli ana ℥ iij.
Saponis albi ℥ j.
Aquæ fluvialis ℔ j.
Miſceantur, & coquantur uſque ad conſumptionem quartæ partis. Poſtquam caput lixivio fuerit lotum, hac aqua cum ſpongia ad Solem tinguntur. *Marinellus.*

*Lixivium capillos flavos reddens.*

℞. Flor. Verbaſci M. j.
Fœnigræci ℥ ij.
Cineris Vitium,
Cineris ligni Hederæ ana M. j.
Aquæ pluviæ ℔ x.
Coquantur ſimul uſque ad dimidiæ partis conſumptionem: coletur, addanturque
Smegmatis albiſſimi ℔ iv.
Croci ʒ ij.
Miſceantur, & ponantur ad Solem per menſem unum: quo tingātur capilli ad Solem cum ſpongia vel pectine, &c. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Lixivii, ex cineribus ligni hederæ facti quantum ſufficit.
Flor. Thapſi barbati, flor. Perforatæ, Fœnigræci ana q.ſ.
Coquantur, & fiat lixivium, quo capilli laventur. *Marinellus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Lixivii ſarmentorum Vitium,
Flor. Verbaſci, flor. Stœchados,
Raſuræ ligni Ruſci, rad. Chelidoniæ ana q.ſ.
Coquantur: quo capilli laventur.

*Lixivium capillos aureos reddens.*

Stipites & radices caulium pulverizentur, & cum eis admiſceantur raſura buxi vel eboris pulverizata; & ex iſtis pulveribus fiat lixiviū, quod facit capillos aureos. *Trotula.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Lixivii ex cineribus vitium q.ſ.
Croci, Saponis albi ana q.ſ.
Miſce. *Marinellus.*

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Lixivii ſarment. vitium, Pulegii ana q.ſ.
Miſce, & coquantur: quo capilli laventur.

*Aliud, ad idem.*

℞. Lixivii ex cineribus caulium facti quantum ſufficit.
Agrimoniæ, rad. Salis ana q.ſ.
Aloës parum.
Coquantur ſimul: deinde adde
Croci, Rhabarbari triti ana parum.
Miſce, & fiat lixivium, quo caput veſperi lavetur, pannoq; linteo calido involvatur: & mane flavi conſpicientur. *Marinellus.*

## DE LIXIVIIS TINGENTIBUS capillos nigros.

*Lixivium capillos denigrans.*

℞. Succi cort. Nucis juglandis ℔ ij.
Lithargyri triti ℔ j.
Omnibus cum lixivio mixtis capillos abluito. *Fumanellus.*

*Lixivium capillos nigro colore tingens.*

℞. Corticum Ficus, Gallarum, Elates, Rubi, Cupreſſi ana q.ſ.
Miſceantur, & fiat lixivium, quo capilli laventur. *Joan. Baptiſta Porta.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Foliorum Ficus, fol. Vitis nigræ,
Fol. Mori ana ℔ j.
Aquæ pluviæ q.ſ.
Macerentur per diem unum: deinde coquantur, quo capilli laventur. *Marinellus.*

*Lixivium capillos nigros reddens.*

℞. Lixivii communis q.ſ.
Foliorum Betæ M. j.
Salviæ M. iij. vel iv.
Myrrhæ, fol. Lauri, Cort. Nucum viridium ana q.ſ.
Miſceantur, & coquantur, quo lavetur caput: deinde in fine abluatur facies & collum lixivio ſimplici. *Alexius.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Baccarum Myrti, Sumach, Salviæ, Nucum cupreſſi, Myrobal. Citrinarum, Chebularũ, Lixivii communis ana q.ſ.
Coquantur omnia ſimul uſque ad conſumptionem tertiæ partis, fiatq; lixivium, quo caput lavetur. *Marinellus.*

*Aliud.*

℞. Myrobal. Indarum, Gallarum, Nucum cupreſſi,
Balauſtiorum, Baccarum Myrti ana ℥ j.
Aluminis Rochæ ℥ ß.
Salis Gemmæ ʒ j.

A Trita coquantur in aqua, qua capilli laventur. *Marinellus.*

*Lixivium capillos denigrans.*

℞. Lixivii communis q.ſ.
Lithargyri auri ℔ j.
Coquantur aliquandiu ſimul, deinde ab igne removeantur, addaturque
Olei Tartari ℥ ß.
Miſce, & capillos inunge. *Iſabella Corteſe.*

*Aliud.*

B ℞. Lixivii communis part. ij.
Cineris Cerri, Sal. Nitri ana part. j.
Miſce, quo capilli laventur. *Iſabella Corteſe.*

*Aliud, capillos & barbam nigro colore tingens.*

℞. Argenti ſpumæ, Æris combuſti ana part. j.
Lixivii fortiſſimi part. iv.
Coquãtur levibus prunis, dumq; in bullas erumpit, lavabis, & reſiccatos calida perlues aqua.
C *Joan. Baptiſta Porta.*

*Aliud.*

Accipiatur aqua capitelli, in qua ponantur acus quatuor ferreę, donec eliquẽtur, & auripigmentũ tritum: & cum penna abluatur pecten cũ dicta aqua, & pectãtur capilli ad ignẽ, vel Solem: ita tamen, ut cutis non tangatur. *Fumanellus.*

## DE LIXIVIIS TINGENTIBUS capillos rubros.

D *Lixivium capillos rubros reddens.*

℞. Lupinorum tritorum ʒ x.
Myrrhæ ʒ ß.
Florum Salicis,
Tartari uſti ana ʒ iij.
Trita ponantur in lixivio, coquanturq; uſque ad ſpiſſitudinem: quo tingantur capilli. *Marinellus.*

*Aliud.*

℞. Sumach ℥ ij.
E Gallarum ℥ iij.
Rubiæ ℥ ij.
Capill. Veneris,
Abſinthii ana ℥ j.
Lupinorum excortic. M. ij.
Aquæ ℔ x.
Macerentur per aliquot dies: quo capilli laventur. *Marinellus.*

## DE LIXIVIIS TINGENTIBUS capillos albos.

F *Lotio.*

℞. Centaurii majoris ʒ iv.
Aluminis Fæcis ℥ viij.
Aluminis Rochæ, Gummi Arabici ana ℥ ij.
Saponis albi mundi,
Lachrymæ ex Tragacantha ana ℥ iv.
Aquæ claræ ℥ vj.
Coquantur ad dimidias, & colentur: caputque hac lotum colatura, ad Solemq; ſiccatũ, denuò abluatur lixivio. *Fumanellus.*

*Aliud.*

*Aliud.*

℞. Cineris vitis ℔ j.
Aquæ ℔ vj.
Conſice lixivium *Fumanellus.*

## DE LIXIVIIS PROLONGANTIBUS CAPILLOS.

*Lotio capillos longos reddens.*

℞. Agrimoniæ, Cort. Ulmi, Verbenacæ, Aquæ pluviæ ana q.ſ. Miſceantur, & coquantur uſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis: quo ſingulis ſeptimanis ſemel laventur capilli. *Marinellus.*

*Alia, ad idem.*

℞. Corticum Salicis, Abſinthii, Abrotani, Roſarum ſiccarum, Aquæ ana q.ſ.
Miſceantur, & macerẽtur per integrũ diem Veneris: die Sabbati coquantur uſq; ad tertiæ partis conſumptionem, & capilli laventur. *Marinellus.*

*Alia ejusdem, ad idem.*

℞. Seri lactis caprini q.ſ.
Cineris Cannæ, ſem. Lini ana q.ſ.
Coquantur ſimul: coletur, & fiat lotio, qua laventur capilli.

*Alia.*

℞. Capillorum Veneris, Myrobalan. Emblicorum, Acetoſæ ana q.ſ.
Coquantur in aqua: colaturæ adde Myrrhæ q.ſ. fiatq; lotio, qua laventur capilli. *Marinellus.*

## DE LIXIVIIS AUGENTIBUS CAPILLOS.

*Lixivium capillos augens.*

℞. Agrimoniæ, Cort. Ulmi, rad. Salicis, Abrotani, Althææ, Pilularum Populi albæ, Cinerũ, ſtipitum caulium, Aquæ ana q.ſ.
Fiat lixivium, quo capilli lavẽtur. *Fumanellus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Branchæ urinæ, Lixivii communis ana q.ſ.
Coquantur: quo capilli laventur.

*Aliud, ad capillos ſpiſſandos.*

℞. Agrimoniæ, Corticum Ulmi, rad. Verbenæ, rad. Salicis, Abrotani, Sem. Lini uſti, radicũ Cannæ ana q.ſ.
Miſceantur omnia, & coquantur in lacte caprino vel aqua: & capilli laventur. *Alexius.*

*Lotio pilos augens.*

℞. Polytrichi ℥ iij.
Ladani, Myrti, Cucurbitæ uſtæ ana ℥ j.
Aquæ ℔ x.
Trita macerentur per dies viginti, ſingulis diebus miſcendo: deinde coquantur uſq; ad tertiæ partis conſumptionem, fiatq; lixivium, quo caput lavetur. *Marinellus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Vini albi q.ſ. Cineris capill. Veneris uſtorum, ſatis bonam quantitatem.
Coquantur ſimul: quo capilli laventur.

## DE LIXIVIIS PROHIBENTIBUS CAPILLOS.

*Lotio capillos creſcere non permittens.*

Tithymalli decoctum, cum aceto, calce viva, & malvis commixtum. *Fumanellus.*

## DE LIXIVIIS CAPILLOS CRISPOS REDDENTIBUS.

*Lotio capillos criſpos reddens.*

Radices Althææ, in aqua decoctæ, percolentur, premanturque: & decocto addatur
Seminis Lini, ſem. Pſyllii ana q.ſ.
Et ex eorum colatura, poſt exactã commixtionẽ & compreſſionem, capilli abluãtur. *Fumanellus.*

*Alia, ejusdem.*

℞. Farinæ Fœnigræci, Hyoſcyami, Lithargyri auri ana part. æquales.
Ponantur in lixivio, quo capilli abluantur.

*Alia ad idem.*

℞. Rad. Filicis, fol. Betæ ana q.ſ.
Coquantur ſimul uſq; ad cõſumptionem tertiæ partis: auferatur ab igne, addaturq;
Gummi Arabici q.ſ.
Miſce, & fiat lotio, quo capilli lavẽtur: qui reſiccati oleo Myrtino tingantur. *Marinellus.*

# *De Oleis ornantibus faciem, Sectio V.*

## DE OLEIS FACIEM ILLUSTRANTIBUS.

*Oleum faciem exornans, puſtulasq; nigras delens.*

Sumito tartarum ex vino albo in fruſta redactum, panno lineo aceto potenti madenti involutum, aut foliis caulium, ſtuppaque ſub cineribus calidis detentum, donec in exactũ pulverem redigi valeat: quem in fictili vaſe, ac declivi, diebus quatuor, quinqueve Soli expones, & oleo quod ſtillabit, faciem aqua calida & ſapone lotam, deinde aqua ex furfuribus exiccatam linies. *Fumanellus.*

*Aliud, Venetiis meretricibus conſuetum.*

℞. Tartari uſti ℔ ß.
Pulverizetur, & reſicca, ut fit de ſale. Tunc accipe ſal illud, & pone intra albumina ovorum decocta. *Rondeletius.*

*Oleum faciem illuſtrans & dealbans.*

℞. Vitellorum ovorum, ad duritiem coctorum N. xij.
Olei lentiſcini poculum dimidium.
Terebinthinæ lotæ duplum.
Miſceantur, & coquantur aliquandiu ſimul: deinde ſub prælo exprimatur oleum, quo facies inungatur veſperi. *Marinellus.*

*Oleum ad faciei ruborem diluendum.* A

℞. Nucleorum perſicorum ℥ iv.
Sem. cucurbitarum ℥ ij.
Contundantur, & fiat oleum, quo inungatur faciés, mane & veſperi. *Alexius.*

## DE OLEIS FACIEM tingentibus.

*Oleum faciem colorans.*

℞. Olei communis, florum Roriſmarini ana part. j. B

Miſceantur, ponanturq; in phialam vitream ſub fimo equino per tres ſeptimanas, vel per menſem: deinde coletur: ad Solem per aliquot dies ponatur, & utere. *Marinellus.*

## DE OLEIS RUGAS faciei tollentibus.

Oleum de ſeſamo, & decoctio granorum ejus, rugas diſtendunt, & molliunt, & ſolidant. Oleum etiam de glande eſt optimum. *Bayrus.* C

*Oleum ad faciei rugas.*

Oleũ tartari faciei rugas tollit: itẽ oleũ amygdalarum amararum: & oleum liliorũ. *Marinellus.*

## DE OLEIS FACIEI maculas delentibus.

*Oleum cicatrices delens.*

Oleum dactylorum delendis veſtigiis cicatricum conducit. *Rondeletius.* D

*Oleum ad faciei puſtulas.*

Nuces juglandes contere, & decoque, donec ex ipſis oleum aquæ ſupernatet: quo & utere. *Fumanellus.*

*Oleum ad faciei maculas.*

℞. Florum Roriſmarini q. ſ.

In vitreo vaſe recondito ſub fimo, à pluvia tuto, diebus triginta ſervetur: quodq; liquatum erit, E Soli diebus novem exponatur, pulvere polypodii cõmixto, quantũ tribus digitis capi poteſt: de quo ſingulo die per mẽſem ſumatur. *Fumanellus.*

*Oleum ad impetiginem faciei.*

℞. Lacertam viridem vivam, coque in vino & oleo uſque ad conſumptionem vini: deinde cola, & utere. *Bayrus.*

* OLEUM Mezerei, oleũ Fraxini, oleũ Ovorum omnes maculas, lentigines faciei tollunt. *Marinellus.* F

## DE OLEIS CONSERvantibus & augentib. capillos.

*Oleum capillos conſervans, augensq;.*

Colocynthidem, abjectis quæ intùs ſunt, oleo laurino impleto, additisq; hyoſcyami ſemine, & auripigmento, capillos illinito. *Fumanellus.*

*Oleum capillos augens.*

℞. Sem. Biſmalvæ q. ſ.

Coquantur in oleo communi, quo capilli inungantur. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

Auget quoq; capillos oleum ex lumbricis terreſtribus. *Fumanellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Omphacii ℥ vj.
Olei Lentiſcini,
Olei Myrtini, olei Ladani ana ℥ ij.
Capillorum Veneris ℥ iv.
Coquantur uſq; ad conſumptionem omphacii, & oleo inungantur capilli. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Colocynthidem ab interioribus mundatam: in cujus cavitate impone olei lentiſcini, quantum capere poteſt, croci parum: coquantur ſimul, uſq; ad tertiæ partis conſumptionem: & utere. *Marinellus.*

*Oleum Abrotani, capillos producens.*

Oleum Abrotani conficitur ut oleum rutaceum. * Confert ad producendos pilos, & in caſu pilorum cum Ladano, & pinguedine urſi illinitur. *Maſſa.*

## DE OLEIS CAPILLOS tingentibus.

*Oleum capillos denigrans.*

Capillos denigrat oleum ex lacertis viridibus confectum. *Fumanellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Alcannæ, Vitrioli, Olei communis ana quantum ſufficit.

Ponantur ad ignem donec bullire incipiat: deinde ſervetur pro capillis inungendis. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Succi ex cort. Salicis, Olei communis, vel Olei de coſto ana q. ſ.

Miſce, & inunge capillos.

*Oleum capillos denigrans.*

℞. Nucum viridium N. c.
Olei communis ſextarium j.
Aluminis liquidi ℔ iij.

Hæc ſimul in vas novum teſtaceum præmadefactum indito, idipſumq; quàm diligentiſſimè oblitum in loco neque humecto nimium, neq; calido reponito, & per menſes tres ſub terra ſitum ſinito, deinde auferto, oleoq; utitor. *Galenus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Succi Papaveris rubri, ſucci Nucum viridium, Olei Myrtini. Olei de coſto ana part. j.

Coquantur aliquandiu, & oleo capilli inungantur. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Myrobal. Emblicarum ℥ j.
Acaciæ ʒ x.
Gallarum, capitulorum Glandium,
Baccarum Myrti,
Sumach ana ʒ x.
Olei Omphacini, Olei Amygdal. dulc. ana ℥ x.
Ladani ℥ iij.
Aceti parum.

Miſce

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0608-2
DFG

Miſce, & coque uſque ad aceti conſumptionem: A ſerva, & utere. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

Si colocynthis, extractis ſeminibus, impleatur oleo (alii laurino) & ſemine hyoſcyami nigri integro, & dimittatur ſic per diem & noctem in loco calido, & ex oleo inungantur capilli, denigrat eos, tardando canitiem. *Bayrus.*

*Oleum capillos flavos reddens.*

℞. Myrrhæ electæ, rad. majoris Rubiæ, rad. B Chelidonii ana partes æquales. Omnia trita in oleo coquantur, in quo prius bullierint buxi ſcobes, ramentáve & crocus. Hoc autem capilli inungantur, loti ſæpius lixivio, è ſpiritibus fabarum confecto, atque hordei. *Fumanellus.*

*Oleum capillos flavos, longos, ſplendidos ut aurum reddens.*

℞. Olei Seſamini menſ. j.
Florum Spartii incíſ ℥ iij.
Sem. Liliorum alborum ℥ j.
Curcumæ ʒ ij.
Croci ʒ ß.
Cinnamomi, Belzoini, Moſchi,
Zibetti ana parum.

Miſceantur omnia, & ponantur in phialam aliquam vitream ad Solem, per æſtatem integram. Hoc oleo pecten inungendum eſt: mox capilli ad Solem pectendi, aut caput pexum calfacto velo tegendum, ita ut ne velo caput prematur, ſed leniter tegatur. *Alexius.*

*Oleum tingens capillos rubros.*

℞. Tartari uſti, Olei Maſtiches, Reſinæ Pini ana quantum ſufficit.

Miſce: & unge hoc oleo capillos. *Marinellus.*

## DE OLEIS CAPILLOS longos reddentibus.

*Oleum capillos elongans.*

℞. Lacertas virides tres,
Olei Myrtini q.ſ.

Coquantur ſimul, donec diſſolvatur caro, & inungatur pecten. &c. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Myrobal. Emblicarum q.ſ.

C Maceretur in oleo ſeſamino, donec intumeſcat: deinde coquantur ſimul per quartã horę partem.

*Oleum præſervans itinerantes à frigore.*

Unguntur extremitates ex oleo de euphorbio calido, fricatis prius extremitatibus: & oleo de pyrethro, & oleo de piperibus. *Bayrus.*

# *De Unguentis capillos defluos conſervantibus, Sectio VI.*

*Unguentum capillos conſervans, augensq;.*

℞. Ladani in vino auſtero macerati, & triti quantum ſufficit.
Olei Myrtini q.ſ.

Miſce, & fiat unguentum, quo pilos ante balneum ſubline. *Crito.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Ladani part. ij.
Olei Myrtini, Vini ana q.ſ.
Adianthi part. j.

Fiat unguentum.

*Aliud, ad idem.*

℞. Baccarum Myrti, Ladani ana ℥ iij.

Cum decocto Acaciæ ad ſpiſſitudinem coque: deinde adde
Olei Nardini, vel Myrtini q.ſ.

Fiat unguentum *Galenus ex Critone.*

*Aliud, capillos conſervans, ipſosq; ſubnigros reddens.*

℞. Baccarum Myrti,
Sem. Apii,
Sem. Betæ,
Virgultorum Myrti ana ſextarium j.
Adianthi,
Ladani ana ſextar. ß.
Vini nigri ſextar. vj.

D Coquito uſquequó penitùs diſſolvantur: atq; ubi tertia pars ſuperfuerit, addito olei Myrtini ſextar. iij. rurſusq; coquito ad ſpiſſitudinem. *Crito.*

*Unguentum capillos conſervans.*

℞. Paſſi Cretici ſextar. j. Ladani ℥ j.
Corticis Nucum pinearum uſti ſextantem.
Polytrichi uſti ℥ j.
Adipis urſini ℔ j.
Succi Betæ cyathos iij.

Ladanũ & paſſum, donec cogãtur in unam com-
E pagẽ, coquito: deinde reliqua injicito, & ſublata in vas plumbeum ſervato. *Galenus ex Critone.*

*Aliud, defluos conſervans, ejusdem.*

℞. Seminis Apii ſextantem,
Callitrichi ſextantem,
Thuris ſextantem,
Nuces juglandes N. xv.
Ladani ſextantem,
Cort. Nucis pineæ ℔ j.

Omnia in novam ollam conjecta, & cum argil-
F la probè obturata, in balnei fornace aſſato: deinde extracta terito, & adde
Adipis urſini ℔ j.

Subigito, & in pyxide ilicea aut cyprina reponito. Uſu verò expetente, quantum ſatis videbitur ex pharmaco accipito, ac quocunq; velis odorato unguine conquaſſato, ex eoq; caput bis in die illinito.

*Unguentum ad capillos defluentes.*

℞. Braſſicæ aridæ q.ſ.

Tere, atque cum aqua in formam unguenti redige, & impone. *Cleopatra.*

*Aliud.*

Ladanum in vino auſtero rigatum terito, & oleo myrteo ac vino viciſſim affuſo ad mellis ſpiſſitudinem redigito, ex eoq; ante & poſt balneum caput illinito. *Galenus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Omphacii, vel Vini immaturi ℔ j ß.
Ladani ℥ j.
Cort. Pinearum uſti ℥ ij. Adianthi uſti ℥ iij.
Adipis urſini vel anatis ℥ iv.
Succi Solani ℥ ß.

Vinum & Ladanum ſimul coquantur, deinde reliqua addantur, & ſervetur. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Ladani, Adianthi,
Olei Myrtini ana ʒ j.
Rutæ ʒ ij.
Vini veteris q.ſ.

Miſceantur & contundantur: deinde addatur
Pinguedinis urſinæ q.ſ. & fiat unguentum.

*Unguentum Archigenis, ad capillos defluos.*

℞. Ladani, Abſinthii ana part. æquales.
Baccarum Juniperi N. x.
Olei q.ſ.

Miſce, contunde, atq; in unguenti formam redige. *Galenus.*

*Aliud Archigenis, ad idem.*

℞. Adianthi nigri, Myrti nigræ ana part. æqual.
Gallarum duplum.

Cum oleo lentiſcino vel myrtino ad mellis craſſitudinem redige, & utere. *Galenus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Thuris, Miſy, Gallarum, Adianthi ana part. æquales.

Cum vino ad mellis ſpiſſitudinem in Sole terendo redige. Aut molliter cocta donec nigreſcant, deindeq; cum oleo lentiſcino vel myrteo miſta in uſum adhibe.

*Unguentum ad capillos defluos.*

℞. Abſinthii, Cort. Pinearũ, fol. Myrti, Adianthi ana q.ſ.

In cinerem comburantur: quibus adde
Ladani triti, Myrrhæ ana part. æquales.
Olei ex ſem. Raphani, Vini veteris ana q.ſ.

Fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Ladani in vino macerati & triti, Olei Myrtini ana part. j.

Miſce, & fiat unguentum.

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Acaciæ,
Ladani ana ʒ iij.
Olei Myrtini,

A Vini ana ℥ ß.

Miſce, & fiat unguentum.

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Gallarum, Myrobalan. Indarum, fol. Myrti ana part. æquales.

Coquantur in vino, colentur: colatura iterum ad ſpiſſitudinem coquatur: deinde addatur
Ladani, Maſticis ana ℥ j.
Olei Omphacini,
Aquæ ana ℔ j.

B Iterum coquantur ad craſſitiem.

*Aliud.*

℞. Ladani ℥ iij.
Gallarum,
Myrrhæ, Maſticis, Thuris ana ʒ j.
Cardui ſylveſtris ʒ ij.

Diſſolvantur omnia in oleo roſato: & utere. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

C ℞. Succi fol. Myrti,
Succi Olivarum ſylveſtrium ana ℥ ij.
Roſarum ſiccarum ℥ ß.
Abſinthii Romani ʒ ij.
Aceti ℔ ß.

Coquantur ſimul uſq; ad dimidii conſumptionem: colentur, addanturque
Ladani ℥ ij.

Quibus omnibus benè contuſis, adde
Olei Myrtini, Omphacii ana q.ſ. ad mellis craſſitudinem.
D Adianthi triti ʒ iij.
Galliæ moſchatæ ʒ j. vel ʒ ij.

Fiat unguentum.

*Aliud.*

℞. Baccarum Myrti,
Cort. Arundinum uſt.
Cort. Pinearum uſt. ana ℥ ß.
Fol. Myrti, Abſinthii ana ʒ ij.

Trita miſceantur cum oleo Myrtino ad unguen-
E ti formam. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Capill. Veneris uſtorum,
Fol. Myrti uſtorum,
Cort. Pini uſt. ana q.ſ. ſeu part. æquales.
Thuris tantundem.
Ladani tantundem.

Trita miſceantur cum oleo ex ſem. Raphani, & vino, ad formam unguenti. *Marinellus.*

## F DE UNGUENTIS CAPILLOS RESTITUENTIBUS.

*Unguentum capillos generans, Cleopatræ.*

Arundinum tenellarum radices ubi contuderis, ſuccum exprimito, muſcasque ubi ſiccaveris, in pulticula miſceto: ſimulque urſinum adipem, atque oleum cedrinum, ubi in unum triveris, atque unà miſcueris, ad illinẽdum exhibeto. Quò verò odorem obtundas, vinum aut paſſum affundito. *Galenus.*

Aliud

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0610-2 DFG

*Aliud, capillos generans, Cleopatræ.*

Lini ſemen ſiccum, unà cum lini ſtipula exurito, tritumq; cũ oleo ſeſamino illinito. *Galenus.*

*Aliud, ad idem.*

Apes crematas, cum melleq; cõmixtas, capillis ſuperponito. *Fumanellus.*

*Aliud, ad pilorum regenerationem.*

℞. Olei Juniperini,
Olei Nucum ana ℥ j.
Mellis albi,
Succi Lapathi ana ℥ ß.
Sem. Apii triti,
Aſari triti ana ℥ ij.
Incorporentur ſimul, & ungatur locus. *Rondelet.*

*Unguentum ad pilorum generationem.*

Alcyonium, quod aſperius eſt, uſtum, ac cum oleo tritum ac lævigatum, loco illinito. Sit autẽ oleum maxime ex lucernis acceptum. *Galenus.*

*Aliud, ad idem.*

Erinaceorũ marinorum teſtas exuſtas & adipe urſino ſubactas locis præfrictis impone. *Crito.*

*Aliud, ejuſdem.*

Arundinis radices uſtas adipe urſino excipe, atq; impone.

*Aliud, Oreſtini, ad alopecias inveteratas.*

℞. Muſcerdæ,
Thuris ana ℥ ij.
Aceto acerrimo diſſoluta præraſis locis illine. *Galenus.*

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Erinaceorum marinorum, unà cum teſtis exuſtorum,
Gallarum immaturarum,
Amygdalarum amararum uſtarum ana ℥ ij.
Muſcerdæ ʒ j.
Aceto diſſoluta, & probè trita imponito.

*Aliud pilos generans, Oreſtini.*

℞. Pilorum urſi uſtorum,
Adianthi uſti,
Rad. Arundinis uſtarum,
Fol. Viſci uſtorum,
Panniculi Cilicii uſti ana part. æquales.
Adipe urſino & cedria excipe. *Galenus.*

*Aliud, Orthonis Siculi, ad idem.*

℞. Cineris Ranarum minimarũ, in olla uſtarum, part. j.
Muſcerdæ, Veratri albi, rad. Arundinis uſtarũ,
Piperis albi ana æqual. part.
Aceto excipe, & ad præfrictum, ac præraſum locum utere. *Galenus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Cineris ungularum caprarum uſtarum, ſucci Thapſiæ, Alcyonii, Muſcerdæ, Spumæ, Nitri, Myrrhæ, Piperis albi, Zingiberis ana part. æqual.
Probè tritis felle caprino excipe. *Galenus.*

*Aliud ad idem.*

℞. Succi fol. Salicis, ſucci fol. Myrti ana ℥ ß.

A Ladani ℥ j.
Olei Myrtini, quantum ad conficiendum unguentum ſatis eſt.
Miſce, & utere. *Marinellus.*

*Aliud ejuſdem, ad idem.*

℞. Apum uſtarum, Adianthi uſti, Olei Roſati ana q. ſ.
Fiat unguentum.

*Unguentum pilos elephanticorum ubiq; renaſci faciens.*

B ℞. Cineris Talpæ, item Veſparum,
Gallinarum ana ʒ ij. Olei Irini ℥ ij.
Ladani ℥ j ß. Ceræ modicum.
Fiat linimentum. *Rondeletius.*

*Unguentum pilos generans.*

℞. Corticum Arundinis,
Spumæ Nitri ana ℥ ß.
Pice liquida exceptis utere. Cæterùm locum aſ-
C ſidue radere, & cum linteolo confricare oportet: ſic enim quàm celeberrimè pilos producet. *Galenus ex Cleopatra.*

*Aliud.*

℞. Murium domeſticorum uſtorum part j.
Panniculi ampelini (alias linei) uſti part. j.
Cort. Arundinis part. j.
Hæc omnia arida lævigentur, & ſufficienti melle admiſto ad craſſitudinem mellis redigantur: indeq; adeps & medulla liquefacta addantur, &
D in æream pyxidem reponãtur: & ex eo alopecia, donec capillos producat, defricetur. *Galenus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Papaveris rubri,
Fol. Myrti, Capill. Ven.
Lavendulæ,
Cyperi, ſem. Apii,
Myrobal. Emblicarum,
Nucum cypreſſi ana ʒ i. Aquæ ℔ iij.
E Coquantur omnia uſq; ad conſumptionem duarum librarum: coletur: colaturæ adde
Olei Myrtini ℔ j.
Iterum coctis ad conſumptionem aquæ, adde
Corr. Pinearum, Ladani ana ℈ j.
Miſce, & fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

Erinacei terreſtris caput aut corium uſtũ, tritum ac melle ſubactum illinito. *Galenus.*

F *Aliud, ejuſdem.*

Hippocampum marinum, & nitri parum coëxure, adipeq; anſerino admiſto, loco nitro præparato illine.

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Calami Cyprii q. ſ.
Folia in olla exurito, deinde reſina pinus cineris plurimum excipito, & præſcarificatæ alopeciæ imponito, ac obligato.

*Aliud Sorani, ad idem.*

℞. Adipis Urſini, Cineris fol. Arundinis uſt.
Squamæ Stomomatis ana part. j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0611-8 DFG

Aceti, Olei veteris ana q.ſ.
Fiat unguentum. *Galenus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Cineris Arundinis uſti, Pilorum Urſi,
Adianthi, Adipis Urſini, Picis liquidæ,
Pilorum Caprarum uſt.
Cedriæ ana part. æqual.

Liquida cum aridis committe: quæ præfrictis adhibe.

*Unguentum ad alopeciam.*

℞. Fol. Arundinis Græcæ uſtorum ℥ ß.
Muſcerdæ ʒ ij.
Erinaceorum uſtorum ʒ j.

Cum aceto trita illine. *Galenus.*

*Unguentum ad calvitiem.*

℞. Adipis Taurinæ inſolatæ ℔ j.
Adarces ℥ j.
Succi Thapſiæ ℥ j ß. Myrrhæ ℥ j.
Polytrichi, Callitrichi ana ℔ ß.
Membri Aſinini,
Splenis Aſini,
Ladani ana ℔ j.

Ladanum in vino pauxillo maceraro, adipē verò aquæ vapore liquefacito: aſini membrū aſſatum, donec inſumatur, radito: ſplenem verò cum callitricho & polytricho, in nova olla torrefacito: contuſisque quæ contundi poſſunt, ac cribratis, omnia gleucino, aut ſabino excipito, & ante balneum utitor, capite prius pectinato. *Galenus.*

*Unguentum ad barbam generandam, expertum.*

℞. Olei amygdal. dulcium,
Myrrhæ ana ℥ j.
Cort. rad. Arundinum uſtarum,
Capil. Vener. uſt. Polytrichi uſti ana ʒ ij.
Capitum Muſcarum uſtarum,
Apum contritarū in ſuis vacuitatibus ana ʒ ß.
Ladani ʒ ij.
Mellis ℥ j.

Pulverizentur: cum modico ceræ fiat linimentū. *Rondeletius.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Cineris Talpæ in clibano exiccatæ ℥ ij.
Cineris Apum,
Cineris Avellanarum uſtarum ana ʒ j ß.
Stercoris Muris ʒ ij.
Ladani ʒ j ß.
Mellis optimi ℥ j.
Olei Nardini,
Ceræ ana q.ſ.

Fiat Linimentum. Oportet manè faciem ſequēti die, hac decoctione abluere:

℞. Polytrichi, Abrotani maris,
Roriſmarini, fol. Myrti,
Cort. rad. Arundinis, flor. Chamomillæ,
Roſ. rubrarum,
Fol. Rumicis ana M. j.
Ligni guajaci ℔ ß.

Fiat decoctio: utatur, ut dixi. *Rondeletius.*

A *Aliud, ad idem.*

℞. Fœnigræci ſextarios iv.
Seminis Lini ſextarios ij.
Ladani beſſem,
Succi Acaciæ ſexuncem,
Folii Malabathri ſexuncem,
Gallas N. xx.
Onychis aromatici ſextantem,
Calami Syriaci ſextantem & ℥ ß.
Bdellii ſextantem,
B Myrti uſtæ ſextarium j.
Muſci, quem alii bryon aromaticum vocant, quadrantem,
Iridis aſtragalitidis, alii Illyricæ, ſextantem.

Singula per ſe contundito, ac per cribrum arctius excutito, & deinceps miſceto. *Galenus.*

*Unguentum capillos generans.*

℞. Cineris Cicadarum uſtarum,
Cineris Apum uſtarum,
Olei myrtini, vel Axungiæ ana q.ſ.

C Miſce, & fiat unguentum. *Marinellus.*

## DE UNGUENTIS CAPILLOS PROHIBENTIBUS.

*Unguentum capillos creſcere non permittens.*

℞. Tithymali decoctū cum aceto, calce viva, & malvis commixtum. *Fumanelius.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Gummi Hederæ,
D Ovorum Formicar.
Auripigmenti, Colophoniæ ana ℥ j.
Hirundinum ſive ſanguiſugarū uſtarum ℥ ß.

Trita miſceantur cum ranarum ſanguine, fiatq; unguentum. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Sang. Veſpertil. Succi Hederæ, Succi Raphani, Sevi Caprini ana q.ſ.

Miſce, & fiat unguentum. *Marinellus.*

E *Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Pinguedinis Ranarum, item Talpæ, Veſpertilionis, Gummi hederæ q.ſ.

Fiat unguentum.

*Aliud, ad idem.*

℞. Opii, Juſquiami ana q.ſ.

Trita cum aceto in unguenti formam redigantur, quo pili quotidie inungantur: & continuè frons depilata videbitur. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

F ℞. Caſtorei q.ſ.
Mellis deſpumati q.ſ. pro unguento.

*Aliud, ad idem.*

℞. Erinaceum integrum.

Coquatur in oleo, donec caro ab oſſibus ſeparetur: cola, & prædicto oleo miſce ova formicarum, & inunge. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Seminis Cicutæ q.ſ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0612-4

Trita cum ſanguine Veſpertilionis ad formam unguenti redigantur.

*Aliud, ad idem.*

℞. Gummi Hederæ ℥ j.
Auripigmenti, Colophoniæ,
Seminis Cicutæ ana ℥ ß. Caſtorei ʒ ij.
Opii ʒ j. Hyoſcyami ʒ j ß.
Succi Cicutæ,
Sanguinis Veſpertilionis ana q. ſ.

Fiat unguentum, quo loca depilata inungantur. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Sanguinis Veſpertilionis,
Sanguinis Humani,
Caſſiæ recentis ana partes æquales,
Ovorum Formicar.
Sem. Juſquiami,
Sem. Papaveris nigri ana part. æqual.

Pulverizanda pulverizentur, atque cum cæteris miſceantur. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Terræ Cimoliæ, Ceruſſæ ana part. j.
Aluminis Rochæ part. ß.
Succi Hyoſcyami q. ſ.

Fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Tartari albi triti, Mellis deſpumati ana q. ſ.

Miſce, & inunge. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Gummi vitis albæ, Gũmi Hederę, Bryonię.

Trita miſceantur cum oleo, in formam unguenti. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Ovorum Formicarum, Sanguinis Ranarum, Rubiginis ferri.

Cum ſaliva miſceantur.

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Fellis Erinacei, Fellis Mergi, Teſtarum marinarum uſtarum, tritarum,
Sanguinis Veſpertilionis ana q. ſ.

Fiat unguentum.

*Aliud, ad idem.*

℞. Cineris Hirundinum uſtarum, Lactis Tithymali ana q. ſ.

Fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Gummi Arabici, Tragacanthæ,
Æris uſti, Viridis æris, Arſenici,
Piperis longi, albi, nigri,
Lapidis hæmatitis, Amyli,
Rubiæ tinctorum,
Squamæ æris uſti ana ʒ ij.
Sang. draconis,
Acaciæ ana ʒ j ß.
Thuris, Spicæ, Licii,
Gallarum uſtarum ana ʒ j. Sarcocollæ,
Ammoniaci, in aqua vitæ diſſoluti ana ℥ ß.

Trita cum ſucco citri vel limonum miſceantur, fiat unguentum. *Marinellus.*

A *Aliud, ad idem.*

℞. Hyoſcyami, ſang. Draconis, Gummi Arabici, Thuris albi ana ʒ vj.
Aquæ Solatri q. ſ.

Trita cum coma miſceantur ad formam unguenti. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Dactylorum uſtorum ʒ iij.
Spicæ ʒ ij.

B Trita miſceantur cum melle & ſtercore talpæ, ad formam unguenti. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Rubiginis ferri, Teſtarum marinarum uſtarum ana q. ſ.

Cum ſaliva hominis jejuni miſceatur.

*Ut pili cadant, & non renaſcantur.*

℞. Auripigmenti, Ovorum Formicarum, Gummi Arabici ana ℥ ß.
Gummi Hederæ ℥ ij.

C Cum ſanguine veſpertilionis, vel ſucco hyoſcyami fiat unguentum. Applicetur, prius abraſis capillis. *Rondeletius.*

## DE UNGUENTIS CAPILLOS AUFERENTIBUS.

*Pſilothrum.*

℞. Auripigmenti auricoloris ℈ vij. aut ℈ x.
D Calcis vivæ ℈ vij. vel x.
Amyli ſextantem,
Terræ Selinuſiæ ℥ j.

Omnia trita, & per anguſtiſſimum cribrum excuſſa reponito. Uſus verò tempore ex pharmaco quod ſufficit acceptum, aqua conquaſſato: deinde illinire jubeto, ac animadverto ne exurat. *Galenus ex Critone.*

*Aliud, cutem eveſtigiò lævem reddens, Critonis.*

E ℞. Calcis vivæ part. ij.
Auripigmenti part. j.

Hæc in mortarium plumbeum conjecta, aqua aut ptiſanæ ſucco affuſo terito: atque ubi nigra reddentur, calefacta illini maximè in balneo jubeto. *Galenus.*

*Aliud, Paridis ſaltatoris.*

℞. Sandarachæ ʒ j.
Calcis vivæ ſextarium j.

F Trita cum aqua diligenter coquito, atque ubi ebullire cœperint, ablatis utitor. *Galenus.*

*Aliud.*

℞. Amyli,
Calcis vivæ, Auripigmenti ana ℥ j.

Contuſa & cribrata repone, utereque ut dictum eſt. *Galenus.*

*Pſilothrum Heraclidæ Tarentini, eveſtigiò pilos tollens, Critonis.*

℞. Calcis vivæ,
Cimoliæ, Pumicis uſti ana ſext. j.
Auripigmenti part. iv.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0613-9
DFG

Trita ac lævigata reponito. Uſus tempore aqua A dilutis, ut dictum eſt, utitor. *Galenus.*

### *Aliud pilos auferens, & cutim tenuans.*

℞. Succi fol. Cucumeris agreſtis,
Lactis Amygdalarum,
Calcis vivæ, Auripigmenti,
Galbani in vino macerati & percolati ana q.ſ.
Invicem coctis adde
Olei Roſati, Maſticis ana q.ſ.
Thuris, Vernicis, Roſarum,
Caryophyllorum, Cumini,
Nucis moſchatæ, Cinnamomi ana parum.
Miſce, & fiat unguentum. *Fumanellus.*

### *Aliud, ejusdem.*

℞. Cineris Cerri part. ij.
Auripigmenti part. j.
Coquantur in aqua fluminis.

### *Aliud, ejusdem.*

℞. Saponis nigri ℔ j.
Tartari ℥ j ß.
Auripigmenti ℥ vj.
Sacci Cyperi ʒ xv.
Calcis vivæ ℥ ß.
Capitelli ℥ j.
Calx ponatur in capitello, & colata cæteris commiſceatur.

### *Aliud.*

℞. Gummi Hederæ ℥ ij.
Auripigmenti,
Ovorum formicarum,
Gummi Arabici ana ʒ iij.
In pollinem redacta, potenti aceto commiſceantur. *Fumanellus.*

### *Unguentum pilos removens.*

℞. Auripigmenti ℥ iij.
Calcis vivæ ʒ j.
Lixivii fortis q.ſ.
Coquâtur donec pluma immiſſa depiletur. *Alex.*

### *Aliud, depilans faciem.*

℞. Colophoniæ ℥ iv.
Maſticis,
Ammoniaci puri ana ℥ j.
Diſſolve in vaſe terreo, benè mundo, & colabis ſupra aquam frigidam: collige, & malaxa ſimul, & ſolvatur parum de eo ſuper ignem, & tepidum applicetur, ſuperdimittendo per horas duas, deinde removeatur. *Alexius.*

### *Pſilothrum.*

℞. Pulveris Noctuæ ℥ j.
Cumini,
Sanguinis Veſpertilionis ana ℥ iij.
Moſchi ℈ j.
Fiat linimentum. Summoperè præſtandũ eſt, ut pars, cui debet applicari unguentum, primò lavetur lixivio cinerum ſarmentorum. Quòd ſi poſt admotum medicamentum pruritus relinquatur in parte, ungatur unguento albo Rhaſis, aut decocto ſeminis hyoſcyami, aut ſeminis caulium. *Rondeletius.*

### *Aliud.*

℞. Sanguinis Teſtudinis, item Ranarum,
Veſpertilionis, Ovorum Formicarum,
Auripigmenti rubri,
Gummi Hederæ ana q.ſ.
Miſce cum aceto, & unge diſcretè, ne excoriet. *Bayrus.*

### *Aliud, ejusdem.*

℞. Auripigmenti, ſucci Hyoſcyami ana partes
B æquales.
Miſce, & inunge.

### *Unguentum auferens pilos ex quacunque corporis parte.*

℞. Albuminum ovorum contuſorum N. iij.
Calcis vivæ ℥ iix.
Auripigmenti ℥ j.
Lixivii q.ſ.
Fiat unguentum, quo adhibita penna aliqua in-
C ungantur partes piloſæ. Quum autem per horæ quadrantem inunctæ fuerint, eluatur unguentum calida aqua. *Alexius.*

### *Aliud.*

℞. Ovorum Formicarum,
Succi Hyoſcyami, item Cicutæ,
Sem. Pſyllii, ſanguinis Veſpertilionis,
Sanguinis Teſtudinis ana q.ſ.
Miſce, & inunge. Alii aurea bractea ignita locum impuberibus percurrunt, ut ne veſtigium remaneat, nec amplius ſanguinoſum appareat. *Joan.*
D *Bapt. Porta.*

## DE UNGUENTIS CAPILLOS TINGENTIBUS FLAVOS.

### *Unguentum capillos flavos reddens.*

Flavos reddunt capillos lupini crudi, cum aqua & nitro illiti. *Galenus.*

### *Unguentum faciens capillos aureos.*

℞. Medianum corticem Sambuci, flores Geniſtæ, Croci, Vitellorum ovorum ana q.ſ.
E Coquantur in aqua, & quod ſupernataverit, colligatur, & inde capilli inungantur.

### *Aliud, ad idem.*

℞. Tartari albi uſti, Olei balanini ana quantum ſufficit.
Fiat unguentum, quo capilli ad Solem inungantur pectendo. *Marinellus.*

### *Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Myrrhæ ℥ j.
F Salis albi ℥ ß.
Trita cum oleo balanino miſceantur, ad formam unguenti.

### *Aliud, capillos flavos reddens.*

℞. Flor. Verbaſci M. j.
Fœnigræci ℥ ij.
Cineris Vitium,
Cineris ligni Hederæ ana M. j. Aquæ ℔ x.
Coquantur omnia ſimul uſque ad conſumptionem dimidiæ partis: colaturæ adde
Saponis albiſſimi ℔ iij. Croci ʒ ij.

Relin-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0614-5
DFG

Relinquantur ſic ad Solem, per menſem unum, A
miſcendo ſingulis diebus cum baculo. Hoc unguento capilli ad Solem inungātur. *Marinellus.*

*Linimentum ad clarificandos, & candidos reddendos capillos.*

℞. Stercoris Hirundinum,
Rad. Enulæ camp.
Sem. Raphani, Sulphuris,
Flor. Capparis, Thuris ana ℥ ß.

Omnia ſimul incorporentur cum paribus partibus fellis bovis albi: fricentur capilli prius loti B
lixivio ſarmentorum, & ſiccati. Et dum capilli erunt ſua ſpōte ſiccati, à lotione in frictione rurſum laventur in dicto lixivio, & ſiccentur paulatim panno calido. *Rondeletius.*

## DE UNGUENTIS CAPILLOS NIGROS TINGENTIBUS.

*Unguentum capillos denigrans, Archigenis.* C

℞. Spumæ Argenti, Cimoliæ, Aluminis liquidi ana part. æquales.

Prælotis & ſiccatis capillis, in noctem illinito, & betæ foliis ſuperne obligato. *Galenus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Terræ Selinuſiæ, Argenti ſpumæ, Calcis ana part. æquales.

Cum aqua ad mellis craſſitudinem redige. & ubi liquido lixivio prælaveris, capillis viciſſim inunge, ſimiliterque betæ foliis impoſitis obligato. D
Mane verò excuſſos capillos applanato.

*Aliud, barbam denigrans.*

Super aridum & plumbum uſtum cum betæ crudæ ſucco mellis ſpiſſitudine illita, ſinito uſq; ad prandium, deinde abluito. *Galenus.*

*Aliud.*

℞. Gallarum, Thuris, Nigellæ ana ʒ ij.

Trita ponantur in malo cotoneo excavato: claudatur, & in panis paſta involutum coquatur in E
clibano, donec comburatur: pulverizetur, cinisq; cum oleo miſceatur. *Marinellus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Gallarum cum oleo communi uſtarum ℥ ij.
Aluminis Rochæ ʒ ij.
Salis Gemmæ ʒ j.

Cum oleo coſtino fiat unguentum.

*Linimentum capillos canos nigros reddens.* F

℞. Myrobalanorum nigrorum, Emblicorum, Gallarum ana P. x.
Ladani P. xx.
Fol. Myrti, Baccarum Myrti ana P. xxx.

Pulveriſata & cribrata infundantur in tribus libris olei per tres dies: deinde coquantur, donec inſpiſſentur, & cum eis liniantur radices capillorum. *Bayrus.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Scoriæ ferri, Limaturæ plumbi ana quantum ſufficit.

A Coque in aceto uſq; ad conſumptionem medietatis: cola, & unge. Inunctio cum plumbo combuſto, confecto cum ſucco betæ ad mellis conſiſtentiam, ungendo nigrificat barbam. *Bayrus.*

## DE UNGUENTIS CAPILLOS TINGENTIBUS ALBOS.

*Unguentum dealbans capillos.*

℞. Stercoris Hirundinis, Fellis Tauri ana q. ſ.

B Miſce, & fiat unguentum.

*Aliud, ejusdem.*

℞. Enulæ, Cort. rad. Raphani, Aluminis, Glutinis ana part j.

Miſce, & unge.

*Aliud.*

℞. Stercoris Hirundinis, ſem. Raphani,
Sulphuris, Cort. rad. Capparorum,
Fellis vaccini, Aceti optimi ana q. ſ.

Fiat unguentum. *Marinellus.*

C

## DE UNGUENTIS TINGENTIBUS CAPILLOS RUBROS.

*Unguentum capillos rubros tingens.*

℞. Tartari uſti, triti, Olei Cucumeris ſylveſtris ana quantum ſufficit.

Fiat linimentum, quo capilli inungantur. *Marinellus.*

D

## DE UNGUENTIS CAPILLOS REDDENTIBUS CRISPOS.

*Unguentum capillos criſpos reddens.*

℞. Cornu arietum q. ſ.

Incidito, & cum oleo terito, capilloſq; inungito. *Fumanellus.*

E *Aliud, ad capillos criſpandos.*

Radix ebuli teratur cum oleo, & inde caput ungatur, & cum foliis ejuſdem ſuperligetur caput. *Alexius.*

*Aliud ad idem.*

℞. Succi Betæ, ſucci Myrti, Olei communis ana quantum ſufficit.

Miſce, & unge. *Marinellus.*

*Aliud ad idem.*

F ℞. Nucleorum Pini uſtorum & tritorum, Olei Myrtini ana q. ſ.

Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud ad idem.*

℞. Spumæ Salis, quæ bulliendo colligitur, Myrrhæ tritæ ana q. ſ.

Miſce, & fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud ad idem.*

℞. Myrrhæ, Gummi Arabici, Olei Fœnigræci, Olei Hyoſcyami ana q. ſ.

Miſce, & fiat unguentum, quo capilli inungantur. *Marinellus.*

## DE UNGUENTIS, SUPERCILIORUM VITIA TOLLENTIBUS.

*Unguentum ad caſum ſuperciliorum.*

℞. Plumbi limati, pinguedinis Anatis ana q.ſ.
Miſce, & fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Avellanarum toſtarum & tritarum, pinguedinis Capræ, vel Urſi ana q.ſ.
Miſce, & fiat unguentum.

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Sem. Juſquiami nigri ʒ ij.
Polytrichi ʒ j.
Unguenti Irini cochlearia iij.
Trita cum unguento miſceantur ad formam unguenti.

*Unguentum ſupercilia renaſci faciens.*

℞. Sem. Hyoſcyami uſti q.ſ.
Cum aqua fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Apum uſtarum & tritarum q.ſ.
Cum oleo q.ſ.
Fiat linimentum, quo ſupercilia inungantur.

*Unguentum ad ſuperciliorum pediculos.*

℞. Vitell. ovorum, ad duritiem coctorum N.j.
Aloës parum.
Miſce, & inunge. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Argenti vivi, cum ſaliva extincti, Staphidis agriæ ana ℥ ß.
Butyri q.ſ.
Fiat unguentum.

*Aliud, ad idem.*

℞. Pomorum coctorum & emundatorum N.j.
Argenti vivi ſaliva mortificati q.ſ.
Miſce bene, & inunge. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Staphidis agriæ ℥ j.
Olei Abſinthii ℥ ij.
Ceræ q.ſ.
Fiat linimentum.

*Aliud, ad idem.*

℞. Aluminis ſaccharini, Aloës, Staphidis agriæ, Aceti ſcillitici ana q.ſ.
Fiat unguentum. *Marinellus.*

## DE UNGUENTIS, PALPEBRARUM OCULORUMQ; LIVOREM TOLLENTIBUS.

℞. Fabarum excort. tritarum q.ſ.
Mellis q.ſ.
Miſce, & fiat unguentum. *Marinellus.*

A *Aliud, ad idem.*

℞. Vitell. ovorum, ad duritiem coctorum q.ſ.
Mellis q.ſ.
Contundantur ſimul ad formam unguenti, quo partes lividæ inungantur. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Ceruſſæ, Cumini, Fabarum ana q.ſ.
Trita cum ſucco coriandri fiat unguentum.

*Unguentum ad caſum pilorum*
B *in palpebris.*

℞. Stibii uſti, & in lacte mulieris extincti ʒ xiij.
Aloës,
Myrrhæ, Spicæ nardi ana ʒ ij.
Hordei uſti ℥ ß.
Trita cum aqua quantum ſufficit, miſceantur. *Marinellus.*

*Aliud, ad pilos defluos in palpebris.*

℞. Medullæ pedis dextri bubuli, Fuliginis ana quantum ſufficit.
C Miſce. *Marinellus.*

*Ad caſum ſuperciliorum & barbæ.*

℞. Juſquiami ʒ ij.
Stercoris Muris ʒ j.
Polytrichi ʒ ij.
Olei Irini q.ſ.
Tere, & miſce cum oleo, & præfomentando unge. *Bayrus.*

*Unguentum ad oculorum lachrymas.*

D ℞. Myrrhæ, Cumini,
Thuris, Maſticis, Ammoniaci,
Boli Armeni ana ℥ ß.
Croci ʒ ij.
Trita omnia cum albuminib. ovorum miſceantur, & ſupra frontem & tempora ponantur. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Thuris, Maſticis,
Gummi Arabici, Tragacanthæ,
E Boli Armeni, Tuthiæ,
Sanguinis draconis ana ℥ ß.
Trita cum ovi albumine miſceantur, & fronti temporibusque applicetur.

## DE UNGUENTIS, OCULORUM LACHRYMAS SISTENTIBUS.

℞. Chelidoniæ, Rutæ, Verbenacæ, Cort. rad.
F Fœniculi ana M.j.
Contuſa cum axungia porcina veteri fiat paſta, quæ coquatur in vino albo, uſque fere ad vini conſumptionem: colaturæ expreſſæ adde
Ceræ albæ novæ,
Aloes ana ʒ iij.
Viridis æris,
Croci ana ʒ j.
Thuris ʒ iij.
Maſticis ʒ iv.
Caphuræ ʒ j.
Fiat unguentũ, quo oculi inungãtur. *Marinellus.*

*Aliud*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0616-6
DFG

*Aliud ejuſdem, ad idem.*

℞. Aloës, Sarcocollæ, Thuris ana q.ſ.
Trita cum ſucco fœniculi miſceantur.

*Unguentum ad oculorum lachrymas.*

℞. Tuthiæ præparatæ,
Sarcocollæ, Myrrhæ,
Thuris,
Styracis calamitæ, Ambræ ana ℈ j.
Roſarum ſiccarum, Sumach,
Sanguinis draconis ana ʒ vj.

Trita cum mucilagine tragacanthæ & gummi Arabici fiat unguentum, de quo parum in oculos ponatur. *Marinellus.*

*Unguentum ad oculorum rubedinem.*

℞. Cumini triti q.ſ.
Cum cera miſceatur, & ſuper oculos ſomni tempore ponatur. *Idem.*

*Aliud ejuſdem, ad idem.*

℞. Tragacanthæ, Gummi Arabici, Roſarum tritarum, Amyli, Ceruſſæ ana ℥ ij.
Opii ℈ j.
Trita cum lacte mulieris miſceantur.

# DE UNGUENTIS, CUTIS CAPITIS VITIA CURANTIBUS.

*Unguentum ad achoras, Apollonii.*

℞. Ceruſſæ ʒ vj.
Spumæ Argenti ʒ ß.
Sulphuris ʒ vj.
Olei Roſacei, vel Myrtini, Ceræ ana q.ſ.
Fiat unguentum. *Galenus.*

*Aliud, Critonis.*

℞. Spumæ Argenti ʒ l.
Fol. Rutæ tenerorum ʒ xxv.
Aceti, Olei Roſati, vel
Myrtini ana q.ſ.
Miſce, & cum penna illinito. *Galenus.*

*Aliud ejuſdem, ad idem.*

℞. Ceruſſæ uſtæ,
Rutæ,
Mannæ, Thuris ana ʒ c.
Corticis Pinus ʒ l.
Olei Myrtini ſextarios ij.
Aceti tantundem.
Miſce. *Galenus.*

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Recrementi Plumbi,
Pampinorum Vitis, Thuris,
Myrrhæ, Spumæ Nitri ana ʒ l.
Olei Myrtini,
Aceti quantum ſufficit.
Miſce. *Galenus.*

*Unguentum ad achoras, Cleopatræ reginæ.*

℞. Ceruſſæ frictæ,
Thuris ana ʒ ij.
Sulphuris ʒ j.

A Trita ex oleo illinito. *Galenus.*

*Aliud ad achoras & furfures, ejuſdem.*

℞. Nitri, Atramenti ſutorii ana ʒ j.
Olei q.ſ.
Trita cum oleo miſceantur.

*Aliud ad achoras, Cleopatræ.*

℞. Sulphuris vivi ʒ vj.
Thuris maſculi,
B Aluminis ſciſſi, Staphidis ſylveſtris,
Erucæ, Spumæ Nitri,
Atramenti ſutorii ana ʒ j.
Rutæ ramulos iij.
Olei Laurini, vel Myrtini,
Aceti ana q.ſ.
Fiat unguentum. *Galenus.*

*Aliud, Sorani.*

℞. Sulphuris vivi,
Spumæ Argenti,
C Ceruſſæ ana part. æquales.
Croci part. dimidiam.
Trita cum paſſo Cretico illinito.

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Spumi Argenti,
Calcis vivæ ana ʒ xx.
Aceti, vel Olei heminam j.
Trita miſce. *Galenus.*

*Aliud, ejuſdem.*

D ℞. Chalcitidis ʒ ij.
Sandarachæ ℥ ß.
Spumæ Argenti ʒ j.
Olei Myrtini, Aceti ana q.ſ.
Miſce, & fiat unguentum.

*Aliud, ad achoras & tineam.*

℞. Succi Betæ,
Succi Chelidonii,
Axungiæ porci ana ℥ ij.
Ellebori albi ℥ j. ʒ ij.
E Miſce, & fiat unguentum. *Fumanellus.*

*Aliud, ad tineam & ſcabiem.*

℞. Ellebori albi, nigri, Sulphuris vivi,
Auripigmenti, Lithargyri, Calcis vivæ,
Vitrioli, Aluminis, Gallarum, Fuliginis,
Cineris Clevelati ana ℥ ß.
Argenti vivi extincti, Viridis æris ana ʒ ij.
Succi Fumiterræ, Olei ana q.ſ.
Fiat unguentum. *Fumanellus.*

F *Unguentum ad tineam.*

℞. Fœnigræci ℔ j.
Sanguinis draconis triti ℥ j.
Pumicis ℔ j.
Terebinthinæ ℥ v.
Mellis ℥ j.
Vitell. ovorum N. iv.
Olei roſati ℥ ij.
Miſce, fiat unguentum: quo capite prius abraſo, & cum infantium urina abluto, ac ſpongia deterſo, & oleo de ſemine lini peruncto, utatur. *Fumanellus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0617-2

A *Aliud, ad idem.*

℞. Chelidonii part. iij.
Pinguedinis ſuillæ tantundem.
Ellebori albi part. j.
Miſce. *Fumanellus.*

*Unguentum ad cruſtas puerorum in capite.*

℞. Myrrhæ, rad. Iridis, Hellebori nigri, Olei o-
B vorum ana q. ſ.
Trita miſceantur in formam unguenti. Similiter oleum de frumento valet. *Bayrus.*

*Unguentum ad furfures capitis.*

℞. Farinæ, Ciceris, Farinæ Fœnigræci,
Baurach, Furfuris, Myrtillorũ, Sinapis añ ʒ xv.
Olei communis quantum ſufficit.
Aceti, Aquæ ana parum.
Fiat unguentum, quo caput deraſum & ablutum
C ungatur. *Fumanellus.*

*Aliud, ad furfures.*

℞. Spumæ Nitri, Atramenti ſutorii ana partes æquales.
Vini quantum ſufficit.
Miſce: atque ter aut quater in menſe affricato. *Galenus.*

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Fæcis Vini, Pumicis, Nitri, Lupinorum ana part. j. Miſce.

D *Aliud.*

℞. Terræ Cimoliæ, Fellis Bubuli, vel Suilli, Aceti ana q. ſ. Miſce. *Galenus.*

*Unguentum ad pediculos.*

℞. Staphidis ſylveſtris part. ij.
Sandarachæ,
Nitri ana part. j.
Olei, Aceti ana quantum ſufficit.
Miſce, & fiat unguentum *Galenus.*

E *Aliud, ejuſdem.*

℞. Veratri albi, Staphidis ſylveſtris, Nitri ana part. æquales.
Olei quantum ſufficit.
Miſce, & in balneo adhibe.

*Unguentum ad pediculos & lendes.*

℞. Staphidis ſylveſtris,
Argenti vivi cum ſaliva extincti ana ʒ iij.
Olei communis ℥ iij.
F Ceræ ℥ j.
Fiat unguentum, quo ungatur loco ſaponis, quando caput lavatur. *Bayrus.*

*Aliud, ejuſdem.*

℞. Sandarachæ, Nitri ana ʒ j.
Staphiſagriæ ʒ ij.
Olei, Aceti ana quantum ſufficit.
Fiat unguentum.

*Aliud.*

℞. Olei Laurini, Olei ex ſem. Raphani ana ʒ ij.
Piperis, Croci ana quantum ſufficit.
Miſce. *Marinellus.*

*Unguentum ad faciei maculas rubentes.*

℞. Rad. Lapathi,
Adipis ſuilli ana ℥ ij.
Ceræ albæ ℥ j.
Liquatis adde
Argenti vivi extincti, Caphuræ ana parum.
Succi Abſinthii, Mellis ana quantum ſufficit.
Fiat unguentum. *Fumanellus.*

*Aliud, ad faciei ruborem.*

℞. Sulphuris vivi,
Auripigmenti,
Saponis Saracenici ana ʒ ß.
Fuliginis ʒ ij. Miſce. *Idem.*

*Aliud ejuſdem, ad idem.*

℞. Succi Arantiorum N. vij.
Succi Solatri, aquæ Nenupharis,
Aquæ limacum ana ʒ ij.
Ceræ albæ ℥ ß.
Pinguedinis Gallinæ, item Arietis ana ℥ j ß.
Rad. Veſicariæ viridium ʒ ij.
Fiat unguentum.

*Unguentum ad rugas & lentigines faciei.*

Caprinum fel cum lupinorum farina commiſceto, & veſperi faciem confricato. *Fumanellus.*

*Aliud ad idem.*

℞. Coraliorum alborum ℥ ß.
Salis Gemmæ, Ceruſſæ,
Caphuræ ana ʒ ij.
Ceræ albæ ʒ j.
Aquæ roſaceæ ℥ j.
Pinguedinis Gallinæ lotæ ℥ ij.
Terenda terito, ſimulq; ad uſum commiſceto. *Fumanellus.*

*Aliud ad lentigines.*

℞. Ceræ albæ ℔ j.
Olei violati ℥ j.
Argenti vivi ℥ ß.
Maſticis ʒ j ß.
Caphuræ parum.
Lithargyri ʒ j.
Fiat linimentum. *Fumanellus.*

*Aliud, ad panum faciei.*

℞. Farinæ Lupinorum, item Fabarum,
Cicerum alb. Orobi ana ʒ ij.
Farinæ Hordei, Farinæ lentium ana ʒ j.
Sem. Raphani, Tragacanthæ, Amyli ana ʒ ß.
Sem. Melonis excort. ʒ iij.
Croci ℈ ß.
Trita conficiantur cum lacte mulieris, & veſperi liniatur ex eo facies: manè verò lavetur cũ aqua cort. melonum & violarum. *Bayrus.*

*Unguentum omnia veſtigia, omnes tuberoſitates & maculas faciei auferens.*

℞. Rad. Cucumeris aſinini, Been albi,
Bryoniæ, Lupinorum ana ℥ j.

Ceruſſæ,

Ceruſſæ, Lithargyri, Tartari ana ʒ j.
Rad. Cannæ, Serapini,
Stercoris columbini ana ℈ ij.
Olei Seſamini ℥ iij.
Olei Juniperi, Olei de frumento ana ℥ ij ß.
Succi Aranciorum ℥ iv.

Pulverizatis pulverizandis, & ſubtiliſſimè cribratis, omnia ſimul lento igne uſq; ad ſucci conſumptionem bulliant: deinde remove ab igne ſemper cum ſpatula agitando, donec infrigidentur: tunc adde album unius ovi recentis conquaſſatum & colatum, caphuræ tritæ ʒ j. deinde ſemper miſcendo: deinde lavetur in ℔ j. aquæ expreſſionis cannarum, quando ſunt teneræ, decies in ea aqua lavando & agitando cum ſpatula: & eſt ſingulare. *Bayrus.*

*Ad panos & coſſos faciei.*

℞. Pinguedinis Gallinæ, Betonicæ ana quantum ſufficit.
Miſceantur, & contundantur ſimul.

*Unguentum ad dealbandas cicatrices.*

℞. Olei Tartari, ſem. Pſyllii ana ℥ j.
Infundantur in mucilagine, in oleo roſato diſſoluta ℥ j. boracis, vel ſalis gemmæ. *Rondeletius.*

*Linimentum ad cicatrices elatas, & rubentes.*

℞. Olei Lithargyri ʒ ij.
Olei Tartari,
Balſami Saturni ana ʒ j.
Caphuræ ℈ j.
Spermatis Ceti ʒ j.
Olei ovorum ℥ ij.
Miſce, & fiat linimentũ. Utere quater quotidie. Ditiores oleo Talci ad omnes maculas delendas omnium præſtantiſſimo utentur. *Quercetanus.*

*Unguentum craßitiem faciei auferens.*

℞. Butyri recentis,
Terebinthinæ ana ℥ j.
Rad. Liliorum decoctorum in foliis betæ ſub cineribus ℥ iij.
Calcis vivæ quinquies lotæ in aqua roſarum, vel ſucco citranguli,
Axungiæ porci recentis liquefactæ in aqua roſarum ana ℥ j.
Miſce, & fiat unguentum. *Rondeletius.*

*Aliud, pro delicatis.*

℞. Rad. Liliorum ſub cineribus decoctarũ ℔ j.
Contundantur in mortario: cui adde
Sacchari candi ℥ iij.
Fiat unguentum: quod applicetur ſupra faciem. *Rondeletius.*

*Unguentum ad varos in facie.*

℞. Mellis Attici,
Aceti acerrimi ana ʒ xij.
Miſceto diligenter, & varos illinito, digito affricando. *Crito.*

*Aliud, ejusdem.*

℞. Spumæ argenti ʒ iij.

A Terebinthinæ puræ, ad fabæ Ægyptiæ magnitudinem.
Olei parum.
Miſce, atq; ubi priùs faciem deterſeris, paululum digito excipe, deinde ambabus manibus terendo varos obline.

*Aliud, ad idem.*

℞. Aluminis ſciſſi & probè lævigati, Terebinthinæ ana quantum ſufficit.
Miſce. *Crito.*

B *Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Coſti Indici tuſi & cribrati, fellis Caprini ana quantum ſufficit.
Fiat unguentum, quo varos circa veſperam illine. Manè verò ubi ſurrexeris, lacte faciem proluere jube.

*Unguentum ad impetigines faciei.*

℞. Aceti ſcillitici ℥ ij.
Aloës,
C Succi Lapathi acuti, Olei Tartari ana ʒ iij.
Fiat linimentum. *Rondeletius.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Aquæ Lapathi acuti deſtillatæ ℥ iv.
Boracis ʒ iij.
Salis communis ʒ j.
Aceti ſcillitici ℥ j.
Miſce, & fiat unguentum. *Rondeletius.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Radicum Lapathi ℥ iij.
D Decoquantur ſub cineribus, poſtea cum aceto ſcillitico fiat linimentum. Si non curetur, adde
Argenti vivi ʒ ß. vel ſublimati ℈ j.
Abluatur ſæpè facies aqua myrtillorum, vel peculi pedum roſ. Poſtea etiam adde parum albuminis, ut cutis meliùs reſiſtat.

*Aliud, ad idem.*

℞. Tartari ʒ ij.
Pulverizetur, & cum albumine ovorum applice-
E tur, vel aluminis uſti ʒ iij. quod eodem modo adhibetur. *Rondeletius.*

*Unguentum ad varos calloſos.*

℞. Saponis Gallici ℥ ß.
Ammoniaci thymiamatis,
Thuris ana ʒ j.
Aqua diſſolvito, & cerati ſpiſſitudinem facito, eoque illinito, & poſt horæ interſtitium tepida abluere jubeto. *Galenus, ex Critone.*

*Aliud, ad idem.*

F ℞. Nitri rubri, Hyſſopi, Pulegii, Salis foſſilis ana part. æquales.
Tundito & cribrato, exceptisq; cerato roſaceo utitor. *Galenus, ex Critone.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Sem. Ocymi, Nitri rubri,
Pulegii viridis,
Aluminis ſciſſi,
Coſti Indici ana part. æquales.
Tuſa & cribrata cum adipe anſerino ſeu gallinaceo q.ſ. Miſce, ad unguenti formam.

*Aliud, ad idem.*

℞. Salis aſſati, Pulegii,
Hyſſopi, Ammoniaci,
Rhois ana part. æquales.
Olei roſati quantum ſufficit.
Fiat unguentum. *Galenus, ex Critone.*

*Unguentum ad impetigines faciei.*

℞. Aloës ʒ ij. diſſolut. in aceto ſcillitico, in modum linimenti.
Liniantur ſerò partes affectæ.

*Aliud, ad idem.*

℞. Radicum Bryoniæ quantum ſufficit.
Cum ſale ſubacta in aceto acerrimo, admota impetigines ſanat. *Idem.*

*Aliud ad impetigines expertum.*

℞. Oxylapathi part. ij.
Gentianæ part. j.
Coquantur in aqua, deinde exprimãtur: expreſſa cum axungia vituli mixta rurſus decoquantur lento igne uſque ad unguenti conſiſtentiam. *Idem.*

*Unguentum ad Solis uſtionem, labiorum ſciſſuras, & maculas faciei.*

℞. Limacum cum putaminibus N. xx.
Conterantur cum teſta: adde
Ceruſſæ ad pondus limacum.
Ceræ novæ ℥ iij.
Cornu cervi ℥ j.
Fiat linimentum, poſtea abluat faciem. *Rondelet.*

*Unguentum ad verrucas in facie.*

℞. Rad. Aſari. Tempera in aqua roſ. biduum: piſta, & illine. *Rondeletius.*

*Aliud, ad verrucas.*

℞. Rad. Chelidoniæ quantum ſufficit.
Cum axungia trita, & admota, verrucas abſumit & tollit. *Rondeletius.*

*Ad ruborem faciei.*

℞. Sulphuris ℥ j.
Ceruſſæ lotæ ʒ ij.
Succi Limonum ℥ j.
Applica veſperi cum decoctione furfuris. *Rondeletius.*

*Unguentum ad ruborem faciei à fumis & vaporibus.*

℞. Olei Tartari,
Olei Roſarum,
Succi Oxylapathi, Lauri,
Serpentariæ, ſuccorum ana ℥ iv.
Ceruſſæ ℥ j ß.
Lithargyri auri ʒ ij.
Argenti vivi extincti ℥ j ß.
Rad. Aſphod. uſtorum ſub cineribus ℥ ij.
Fiat linimentum in mortario plumbeo. *Rondeletius.*

*Aliud, ad ruborem.*

℞. Unguenti Citrini ℔ ß.
Lithargyri ℥ iv.
Ceruſſæ lotæ ℥ ij.
A Bombacis, Aluminis, uſtorum,
Tartari calcinati ana ℥ j ß.
Succi rad. Enulæ, ſucci Oxylapathi,
Item Cyclaminis, Limonum ana ℥ v.
Caphuræ ʒ iij.
Olei roſ. ℔ j ß.
Miſce. *Rondeletius.*

*Aliud, ad ruborem faciei.*

℞. Succi Fumiterræ, item Plantaginis,
Acetoſæ ana ℥ iij.
B Olei Roſati ℥ j.
Gummi Tragacanthi, Gummi Arabici an̄ ʒ ß.
Sanguinis draconis ʒ ij.
Ceræ novæ quantum ſufficit.
Fiat unguentum, quo inungatur in introitu lecti. Die verò craſtina ablue faciem decoctione fabarum. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Lithargyri in aceto bis vel ter infuſi ℥ j. nu-
C triatur ex acet. albo, & ſemine cucurbitæ, & agitetur, donec redigatur in formã unguenti. Adde caphuræ diſſolutæ in aqua roſ. ℥ ß. ungatur facies, & mane fabarum decocto abluatur. *Idem.*

*Linimentum pro virgine, cui facies erat deſœdata ſcabie.*

℞. Lithargyri auri ℥ j ß.
Ceruſſæ lotæ in aqua plantaginis, & caudæ equinæ ℥ ij.
Olei Roſ. ℥ iij.
D Coquatur oleum, & cum cera alba fiat linimentum. *Idem.*

*Unguentum ad ruborem faciei, & tubercula.*

℞. Olei Roſati. Olei Tartari ana ℥ iv.
Succi Oxalidis ℥ iij.
Ceruſſæ lotæ ʒ j ß.
Lithargyri auri ℥ ij.
Argenti vivi extincti ℥ j ß.
E Rad. Aſphod. uſti ſub cineribus.
Fiat linimentũ in mortario plumbeo. *Rondelet.*

*Aliud ad tubercula faciei elephanticorum.*

℞. Spec. Unguenti Citrini,
Lithargyri auri ana ℥ iv.
Ceruſſæ lotæ ℥ ij.
Boracis, Aluminis, uſtorum,
Tartari calcinati ana ℥ j ß.
Succi rad. Elenii, ſucci Oxylapathi, item
F Cyclaminis, Limonum ana ℥ v.
Olei Roſati ℔ j.
Argenti vivi, ſaliva extincti ℥ iv.
Fiat unguentum. *Idem.*

*Unguentum ad tubercula faciei lepræ.*

℞. Cineris rad. Ariſtol. & Serpentariæ, decorticatæ per dies novem in aqua fontis lotæ. Tunc tota per cribrum tranſmiſſa, quantum voles, particulam cum aqua plantaginis vel portulacæ diſſolve, ac faciem illine. *Idem.*

*Unguentum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0620-8
DFG

*Unguentum ad nodos ſub cute apparentes, tanquam avellanæ.*

℞.Rad.Croci. Piſtetur cum lacte mulieris, & exhibeatur. *Rondeletius.*

*Unguentum ad Solis uſtionem.*

℞.Succi Plantag.ſucci Solani ana ʒ j ß.
Lithargyri auri,item argenti ana ℥ j.
Plumbi uſti ℥ ß.
Tuthiæ præparatæ ʒ vj.
Caphuræ ʒ ß.
Olei Roſati,Ceræ ana quantum ſufficit.
Fiat unguentum. *Rondeletius.*

*Unguentum ad impetiginem.*

℞.Miſyos peregrini, Thuris,
Myrrhæ,Aluminis ſciſſi ana ℥ j.
Aloës,
Sulphuris vivi ana ℥ ß.
Excipe paſſo, ut ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem accipiant: & bis aut ter in die præfrictis, illine. *Galenus.*

*Aliud.*

℞.Miſyos ℥ ß.
Acaciæ ʒ ij.
Squamæ æris ℥ ß.
Sulphuris vivi ʒ vj.
Chalcitidis,
Gummi ana ℥ j. Aceti quantum ſufficit.
In quo ubi gummi diſſolveris, reliquaq; admiſcueris,amurcam injice. *Galenus.*

*Aliud ad idem.*

℞.Sulphuris vivi, Thuris, Myrrhæ,
Atramenti ſutorii,Miſyos crudi ana ʒ ij.
Gummi ℥ ß.
Aceti,Olei Cedrini ana quantum ſufficit.
Miſce. *Galenus.*

*Aliud ad idem, Diodori.*

℞.Lachrymæ oleæ Aethiopicæ ʒ xx.
Gummi ʒ xl.
Atramenti ſutorii ʒ xvj.
Sulphuris vivi,
Thuris,
Aeruginis,Acaciæ,
Myrrhæ amineæ ana ʒ x.
Aceti quantum ſufficit.
Ubi diſſoluta fuerint ſingula, ac leviſſima reddita excipe amurca condenſata. *Idem.*

*Unguentum ad lichenas inveteratos.*

℞.Atramenti ſutorii,
Fœnigræci molliti,
Cardamomi ana ʒ ij.
Melanthii,
Fol.Caprifici ana ʒ j ß.
Aceti acerrimi quantum ſufficit.
Lævigata ad mellis ſpiſſitudinem reducito. *Gal.*

*Unguentum ad ignis combuſtionem.*

℞.Olei Roſati, Aquæ Roſarum, Albuminum ovorum ana q.ſ.
Miſce: & per quatuor dies admove loco aduſto, quinto die admove ſequens emplaſtrum:

A ℞.Olei Nucum,Ceræ novæ ana ℥ j.
Liqueſcant ſimul. *Rondeletius.*

*Unguentum ad combuſta aquæ & igne.*

℞.Mediani cort.Sambuci ʒ vj.
Olei Roſati ℥ j ß.
Maſticis,Thuris ana ʒ ß.
Ceræ albæ ℥ ij.
Bulliant in ℔ iv.aquæ ad conſumptionem medietatis, donec expumatur, & refrigeretur: quod
B ſupernatat, idoneum eſt aduſtioni admovere. *Rondeletius.*

*Aliud, ad aduſtionem.*

℞.Succi Solani,ſucci Plantag.ana ℥ ij.
Cort.med.Sambuci,Olei ana ℥ j.
Coque in duplici vaſe ad conſumptionem ſuccorum: adde
Ceruſſæ lotæ in aqua roſ.
Lithargyri auri ana ʒ j ß.
C Tuthiæ præparatæ ʒ iij.
Corticis Thuris ℥ ij.
Axungiæ porci recentis & loti in aqua roſ. ʒ x.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
Fiat linimentum. In fine adde albumina ovorum N.ij. Caphuræ ʒ ß. *Idem.*

*Unguentum ad partes igne affectas.*

℞.Calcis novæ in aqua roſarum lotæ ℔ iij.
Succi Roſarum,ſucci Plantag. ana ℔ ij.
Miſce: fiat unguentum. *Avicenna.*

D *Unguentum ad ambuſta.*

℞.Olei Roſarum ℥ ij.
Olei ex ſem.Cucurbitæ expreſſi ℥ j ß.
Ceræ albæ quantum ſufficit.
Fiat unguentum. *Rondeletius.*

*Unguentum ad leniendam faciem poſt aduſtionem.*

℞.Unguenti Pomatæ,
Olei Roſati ana ℥ iv.
E Unguenti Roſati ℥ ij.
Fiat linimentum. *Rondeletius.*

*Aliud ejuſdem, ad idem.*

℞.Unguenti Pomatæ ℥ iv.
Olei Roſati ℥ iij.
Unguenti Citrini ℥ ß.
Fiat linimentum.

*Aliud, ad uſtionem ignis & aquæ.*

℞.Lardum antiquum, & ferro ignito ſuper-
F pone: deinde excipe guttulas ardentes,cadentes in aquam frigidam, & pinguedinem quæ ſupernatat excipito, & cum aqua roſ.ſubigito, & parti combuſtæ apponito. *Rondeletius.*

*Aliud, ad combuſtionem aquæ.*

℞.Ceruſſæ lotæ in aqua roſarum ℥ j.
Calcis lotæ in aqua roſarum ʒ iij.
Spec.Unguenti Citrini ℥ ß.
Mucilag.ſem.Cidoniorum, & Pyrorum, extractis cum aqua roſarum ℥ iij.
Ducantur omnia in mortario, donec acquirant linimenti formam. *Idem.*

*Unguentum ad delenda veſtigia morbillorum in pueris.*

℞. Olei Liliorum ℔ j.
Pinguedinis ℥ iv. Olei Roſati ℥ j.
Laventur diù cum aqua roſ. & liliorum. Deinde
℞. Abumin. ovorum N. iv.
In teſtis ſuis parentur ; & ad ignem parùm coagulentur : miſce in mortario cũ ſupradictis. adde
Amygdal. dulcium decort.
Amygdalarum amararum ana ℥ j.
Deinde incorporentur, & piſtentur cum ſupradictis. adde
Rad. Arundinis ℥ ij ß.
Sarcocollæ, ſem. Melonum mund.
Lithargyri auri, Sacchari, Medullæ,
Aniſi, Cretæ ana ʒ j.
Omnia miſce in mortario, donec formam linimenti habeant. *Rondeletius.*

## DE UNGUENTIS ad ſcabiem.

*Unguentum ad ſcabiem.*

℞. Sulphuris vivi ℔ ß.
Salis tantundem,
Axungiæ porcinæ ℔ ij.
Olei Laurini ℔ ß.
Miſce. *Fumanellus.*

*Aliud potentius, ad ſcabiem & pituitam ſalſam.*

℞. Lithargyri, Auripigmenti,
Argenti vivi, Tartari, Maſticis,
Olibani, Sulphuris vivi ana ℥ ß.
Axungiæ porcinæ vet. ℥ vj.
Olei Laurini ℥ ij. Aceti parum.
Miſce, & fiat unguentum. *Fumanellus.*

*Aliud, omni carens nocumento.*

℞. Terebinthinæ in aqua roſarum lotæ ʒ iij.
Olei Roſati ℥ iv.
Succi mal. Aranciorum q. ſ.
Vitellorum ovorum N. iij.
Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Butyri recentis ʒ vj.
Aluminis Jameni, Salis communis ana ʒ ij.
Succi Lapathi acuti, ſucci Fumariæ ana ℥ ß.
Vitellorum ovorum N. iij.
Pulveris Ireos ʒ ij.
Styracis liquidæ ʒ vj.
Miſce. *Fumanellus.*

*Aliud, ad omnem ſcabiem expertum, impetiginem & ſerpiginem.*

℞. Lithargyri, Aluminis,
Argenti vivi ana ʒ ß.
Roſarum, Ceruſſæ, Sabinæ,
Sepiæ, Cadmiæ ana ʒ j.
Cineris Lentiſci,
Calaminthæ ana ʒ ß.
Cum ſucco menthæ exceptæ ad tertias oleo incoquantur roſaceo, addita cera. *Fumanellus.*

A *Aliud, ad ſcabiem puerorum.*

℞. Terebinthinæ lotæ ℥ j.
Vitellorum ovorum N. j.
Olei Lini ℥ j ß.
Miſce. *Fumanellus.*

*Aliud.*

℞. Butyri loti ℥ ij.
Terebinthinæ lotæ ℥ iij.
Salis,
Vitellorum ovorum,
B Roſacei ana ℥ j.
Miſce. *Fumanellus.*

*Aliud.*

℞. Butyri recent. in aqua fumiterræ loti,
Terebinthinæ lotæ, Salis communis ana ℥ iij.
Vitellorum ovorum N. ij.
Succi Arancii q. ſ.
Miſce. *Fumanellus.*

## C DE UNGUENTIS FAciem illuſtrantibus.

*Unguentum ad reddendam faciem ſplendidam.*

℞. Olei Tartari ℥ iij.
Sem. Pſyllii ʒ j.
Infundantur in mucilagine : miſce in oleo roſ. diſſoluto ℥ j.
Boracis, Salis gemmæ ana ʒ j.
D Fiat linimentum. *Rondeletius.*

*Fucus ad faciem.*

℞. Unguenti Citrini recenter parati ℥ iij.
Amygdal. dulc. optimè contuſarum,
Farinæ fabarum ana ʒ j.
Oſſis Sepiæ, Cornu Cervi,
Farinæ Hordei ana ʒ ij.
Omnia incorporentur cum melle. *Rondeletius.*

*Fucus alius.*

E ℞. Ranas ſine teſta. Ponantur in vaſe vitreo, & aſpergantur pulv. ſalis gemmæ, & aqua limonum cooperiantur, & tandiù in Sole ponantur, donec fiant quaſi unguentum. De quo facies illinatur : poſtea lavetur aqua florum fabarum. *Rondeletius.*

*Alius, ejusdem.*

℞. Unguenti Citrini ℥ iv. Pomatæ ℥ ij.
Miſce : ungatur facies ſerò & manè. Abluatur aqua florum fabarum.

F *Linimentum in modum lactis virginalis ad ornatum faciei.*

℞. Lithargyri auri ℥ ij.
Bulliant in exiguo vaſe plumbeo, cum ℥ vj. aceti albi diſtillati, per totum movendo ſemper cum baculo. Paſſetur per pannum lineum, ſervetur aqua. In hanc rem tandem accipito
Salis, vel Olei Tartari ℥ j.
Et diſſolvantur in ampulla cum ℥ iv. aquæ liliorum: & pone aquarum ſupradictarum ana guttas tres aut quatuor in manu, & convertantur in lac virginale. Fricetur facies, & ſiccetur. *Rondeletius.*

*Unguentum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0622-9

*Unguentum ad faciem illuſtrandam.*

℞. Olei Medullæ cervi,
Olei medullæ caſtrati ana ℥ ij.
Olei ſem. Cucurbitæ ℥ j.
Pinguedinis caprinæ,
Terebinthinæ lotæ ana ℥ ß.
Ceræ novæ ʒ iij.
Liqueſiant ad ignem: deinde adde
Maſticis, Boracis uſti ana ʒ ij.
Miſce, fiat unguentum, quo veſperi facies ungatur: manè aqua furfuris abluatur. *Marinellus.*

*Unguentum pro facie albanda.*

℞. Lactis virginei ℥ ij.
Olei Tartari ℥ j.
Miſce, & faciem inunge veſperi, cùm itur dormitum: manè lava faciem, & erit clara, lucida & pulchra. *Fioravantus.*

## DE UNGUENTIS MAnus dealbantibus.

*Unguentum dealbans manus.*

℞. Lardi ſaliti, tuſi, & in lixivio per tres dies macerati, (mutando bis quotidie lixivium) quantum ſufficit.
Ceræ albæ parum,
Rad. Liliorum alborum, ſub cineribus coctarum & contuſarum N. ij.
Liqueſiant ad ignem: deinde per cribrum anguſtum paſſetur in aquam frigidam, lavetur benè, aquam quinquies vel ſexies renovando: poſtea ſervetur in vaſe vitreo ad uſum. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Pinguedinis vel ſevi caprini mundati, atque in aqua roſacea per duos dies macerati, & optimè loti q.ſ.
Contundatur in mortario, continuò cum aqua roſacea lavando: deinde adde
Ceræ albæ, Moſchi, Zibetti ana q.ſ.
Liqueſiant ſimul, & in aqua roſacea, vel alia odorata fundatur: deinde ſervetur ad uſum. *Marinellus.*

*Unguentum manus dealbans, & venuſtans.*

℞. Olei Amygdalarum amararum, in aqua roſarum vel violarum optimè loti q.ſ.
Ceræ albæ q.ſ.
Miſce ad ignem, & fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Sem. Melonum mundat.
Sem. Cucurbitarum mundat.
Pinearum mundat. ſem. Perſicorũ non excort.
Farinæ Hordei ana part. j.
Contundantur omnia optimè: deinde ℔ j mellis miſceantur ad formam unguenti, quo manus veſperi inungantur, manè abluantur. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Olei Amygdal. dulcium optimè loti, Ceræ albæ ana q.ſ. Caphuræ ʒ j.
Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Rad. Ireos albi ℥ j.
Rad. Liliorum ℥ iij.
Sacchari albi ℥ j.
Contundantur omnia optimè, & miſceantur ſimul ad formam paſtæ, qua manus fricentur, deinde aqua abluantur. *Idem.*

*Aliud.*

℞. Olei Tartari, Olei Amygdal. dulc.
Ceræ albæ ana q.ſ.
Liquefactis ad ignem adde
Myrrhæ contritæ ʒ j.
Maſticis tuſi ʒ ij.
Miſceantur, & infundantur in aquam roſarum, laventur optimè: poſtea adde
Moſchi, Ambræ, Caphuræ ana parum.
Fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Sem. Cucurbitarum mundat.
Sem. Melonum excort. Pinearum mundat.
Sem. Perſicorum ana ℥ vj.
Furfuris Hordei q.ſ.
Trita cum melle optimo miſceantur. *Marinell.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Pinearum mundat. & contuſarum ℔ j.
Sinapis ℥ j.
Ficuum ℥ iij.
Caphuræ ʒ ij.
Contundantur omnia optimè, miſceantur: fiatq; paſta, qua manus fricentur. *Marinellus.*

*Unguentum, manus pulchras reddens.*

℞. Olei communis loti, Butyri recentis loti,
Pinguedinis caprinæ lotæ ana part. j.
Macerentur ſimul in aqua roſarum per 24. horas, deinde liqueſiant ad ignem, addendo
Ceræ albæ q.ſ.
Moſchi parum.
Fiat unguentum. *Marinellus.*

*Aliud, manus candidas reddens.*

℞. Micæ panis,
Oryzæ, Cicerum rubrorum ana ℥ iij. vel iv.
Saponis mollis ℥ j ß.
Mellis deſpumati q.ſ.
Fiat paſta. *Rondeletius.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Succi Peponis q.ſ.
Amygdal. amarar. in ſero lactis infuſarum q.ſ.
Ficuum in eodem ſero infuſarum N. c.
Sinapis ℥ ij. Rad. Iridis ℥ j.
Fellis bovis ʒ iv.
Incorporentur, & fiat paſta. *Rondeletius.*

*Aliud, ad dealbandas manus.*

℞. Decoctionis ſuper prunas ℥ iij. in ℔. aquæ, & benè cooperiatur vas terreum plumbeatum, coquatur ad dimidium: deinde adde
Succi Limonum ℥ vj.
Mellis,
Olei Amygdal. amararum ana ℥ ij.
Miſce, & fiat unguentum. *Idem.*

P 5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0623-5

*Unguentum ad manus tumidas ex frigore.*

℞.Oeſypi,Adipis Anſeris,item Anatis,
Mucilag.ſem.Cytoniorum ana ℥ ij.
Amyli ʒ vj. Terebinthinæ ℥ j ß.
Olei roſati,Olei vitell.ovorum ana ℥ ij.
Ceræ citrinæ parum.
Fiat linimentum.*Rondeletius.*

*Aliud,ad abluendas manus.*

℞.Pinearum mundat.Pul.Sinapis ana ℥ iij.
Mellis optimi ℔ ß.
Miſce,& fiat paſta.*Idem.*

*Aliud,ad tumorem manuum ex frigore.*

℞.Sem.Lini.Fœnigræci, ſem.Althææ ana ʒ ß.
Extractæ mucilag.cum aqua Liliorum,
Unguenti ſuprà ſcripti,Mucilag.ana ℥ j.
Olei Anethi,Olei Amygdal.dulc.ana ℥ ß.
Fiat linimentum pro manibus cum lana ſordida.*Idem.*

*Unguentum ad ſciſſuras manuum.*

℞.Unguenti ex Lithargyro , Unguenti Ceruſſæ ana ʒ j.
Miſce,& fiat unguentum.*Fumanellus.*

*Aliud,ad idem.*

℞.Axungiæ arietinæ , Amyli , Lithargyri,Olei ana quantum ſufficit.
Fiat unguentum.*Idem.*

*Aliud.*

℞.Lithargyri argenti, Myrrhæ, Zingiberis ana part.æquales.
Mellis,Ceræ,Olei ana quantum ſufficit.
Fiat unguentum. *Fumanellus.*

*Unguentum ad manuum ſciſſuras & frigus.*

℞.Olei communis ℥ iv.
Thuris albi,Ceræ mundæ ana ℥ j.
Succi fol.Sambuci ℥ iij.
Vini albi odorati ℥ iv.
In vino,oleo & ſambuci ſucco coquatur pomum unum , & pòſt addantur thus & cera , & colentur.*Idem.*

*Aliud,ad idem.*

Radice lapathi acuti cum axungia ſuilla linito.*Fumanellus.*

*Unguentum ad manuum ſciſſuras.*

℞.Maſticis,Olei roſati,Ceræ albæ ana q.ſ.
Fiat unguentum.*Marinellus.*

*Aliud,ad idem.*

℞.Furfuris in cinerem uſti , pilorum caudæ equi uſtorum ana part.j.
Mellis quantum ſufficit.
Fiat unguentum.*Marinellus.*

*Aliud,ad idem.*

℞.Tuthiæ,Ceruſſæ,Lithargyri ana ʒ ß.
Arſenici ſublimati G.iij.
Minii,Aluminis ana ℈ ß.
Aquæ roſarum,Plantag.Portulacæ ana q.ſ.

A Albuminum ovorum N.j.
Fiat mixtura.*Fumanellus.*

*Aliud.*

℞.Tragacanthæ ℈ j.
Farinæ Amyli ℥ ß.
Succi Plantaginis ʒ ij.
Cum ſyrupo roſato fiat mixtura.*Fumanellus.*

*Unguentum ad ungues ſcabioſos, leproſosq́;*

B ℞.Pinguedinis Arietis,Colophoniæ ana ʒ ij.
Miſce.*Fumanellus.*

*Ceratum,ad idem.*

℞.Terebinthinæ,Cymini ana ʒ j. Miſce.

*Aliud,ad panaritium.*

℞.Olei Maſtichini,Omphacini ana ℥ ij.
Cinnamomi ʒ j.
Ceruſſæ lotæ,Plumbi uſti ana ʒ ß.
Tuthiæ præparatæ ʒ vj.
C Ceræ albæ,Reſinæ lotæ cum vino ana ℥ j.
Miſce.*Fumanellus.*

*Unguentum ad unguium contuſionem.*

℞.Ceræ novæ,Cumini,Coſti ana q.ſ.
Trita cum cera miſceantur.*Marinellus.*

*Aliud,ad idem.*

℞.Pinguedinis Anatis , Pinguedinis Urſi, Euphorbii triti ana q.ſ.
D Fiat unguentum.*Fumanellus.*

*Unguentum ad unguium ſciſſuras & eroſiones.*

℞.Diachilonis , olei Amygdalarum , olei de Been,Maſticis,Uvarum paſſarum ana q.ſ.
Fiat emplaſtrum.*Marinellus.*

*Aliud,ad idem.*

℞.Seminis Lini,Mellis ana quantum ſufficit.
Miſce ad formam emplaſtri.*Marinellus.*

E *Ad ungues leproſos.*

℞.Picis,Ceræ ana quantum ſufficit.
Liquefiant ſimul , & fiat tanquã unguentũ.*Idem.*

*Aliud,ad idem.*

℞.Sevi caprini,Sandarachæ tritæ ana q.ſ.
Miſce.*Marinellus.*

*Ad ungues excorticatos.*

℞.Salis,Farinæ Hordei,Coſti triti ana part.j.
Mellis q.ſ. Miſce.*Marinellus.*

F *Unguentum poſt caſum unguium.*

℞.Seminis Lini ℥ j.
Cardamomi ʒ iij.
Mellis quantum ſufficit.
Miſce,& fiat tanquam emplaſtrum.*Marinellus.*

*Unguentum faciens cadere ungues.*

℞.Unguenti Roſati,Cantharidum ana q.ſ.
Miſce.*Marinellus.*

*Aliud,ad idem.*

℞.Viſci quercini,Arſenici ana q.ſ.
Miſce.*Marinellus.*

*Unguentum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0624-0
DFG

*Unguentum ad verrucas manuum.*

℞. Radicis vitis, Stercoris ovini, item caprini ana part. j.
Lactis Ficuum, vel Lactis Tithymali q. ſ.
Fiat unguentum. *Fumanellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Fæcis Olei, Aluminis Zuccharini ana ℥ j.
Viridis æris ℥ ij.
Picis navalis ℥ ß.
Tritis omnibus utitor. *Fumanellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Æruginis æris, Auripigmenti,
Dactylorum, calcis vivæ, Spumæ maris,
Tartari, Vitrioli, Stercoris columbini,
Farinæ Siliginis,
Farinæ Nigellæ ana part. æquales.
Fellis taurini q. ſ.
Fiat unguentum, quod ſuperponatur, verrucis priùs ſcarificatis. *Fumanellus.*

*Aliud, ad idem.*

Cortex ſalicis ambuſtus mixtusq; aceto, & ſuperpoſitus. Itẽ canis ſtercus cum cera. *Fumanell.*

## DE UNGUENTIS, pectus ornantibus.

*Unguentum mamillas parvas conſervans.*

℞. Aluminis Rochæ triti q. ſ.
Olei Roſati q. ſ.
Miſce, & inunge mamillas. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Boli Armeni pulverizati, Gallarum viridiũ tritarum ana part. j. Mellis q. ſ.
Fiat unguentum. *Idem.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Ceruſſæ Marmoris albi ana part. j.
Olei Myrtini q. ſ.
Trita cum oleo myrtino miſceantur. *Marinellus.*

*Ut mamillæ decreſcant, minorésve reddantur.*

Cicutæ ſuccus caphura mixtus, illitusque minores illas efficit. Item: Thus album cum Veneris umbilico acriq; aceto mamillas creſcere non ſinit. *Fumanellus.*

*Unguentum prohibens mamillas augeri.*

℞. Terræ tinctorum quantum ſufficit.
Coque cũ melle, fac cataplaſma ſpiſſum & craſſum, & appone mane uſq; ad veſperas: deinde ſuperpone ſpongiam in aqua frigida infuſam, quouſque cataplaſma auferatur. Et ſi vis efficacius, miſce cum eo gallarum immaturarum ʒ x. facit enim mamillas rectas & tenſas. *Bayrus.*

*Unguentum mamillas molles & relaxatas indurans.*

℞. Argillæ, Albuminis ovi, Gallarum immaturarum, Maſticis, Thuris ana q. ſ.
Tuſa omnia calido aceto immiſceantur, & illi-

A nantur mammæ: & integra nocte commorari oportet, & finito illic eſſe: ſi parum fuerit efficax, opus innovato. *Joan. Bapt. Porta.*

*Aliud ejusdem, ad prohibendum incrementum mamillarum.*

Contundantur cicuta, ejusque magmata cum aceto, virginum uberibus imponatur, & ſic coërcet, ut creſcere non patiatur: præcipuè hoc in vir-
B ginitate: quanquam ſolito lac deneget tempore.

*Linimentum ubera flaccida rugúq; deformata expoliens.*

℞. Amurcæ q. ſ.
Gummi Arabici, Tragacanthæ, Maſticis ana parum. Caphuræ perparum.
Miſce. *Alexius.*

*Unguentum mamillas minores & duriores reddens.*

℞. Menthæ viridis, Roſarum ſiccarum,
C Pyrorum ſylveſtrium, Meſpilorum,
Sorborum, Prunorum ſylveſtrium,
Acaciæ, Balauſtiorum, Malicorii,
Nucum pinearum immaturarum,
Plantaginis, flor. Chamæleontis ana part. æquales.
Contuſa coquantur in aceto: deinde adde
Farinæ Fabarum quantum ſufficit.
Fiat emplaſtrum. *Marinellus.*

*Aliud ad idem.*

D ℞. Cotoneorum, Prunorum immatur. ana q. ſ.
Optimè contuſis adde
Boli Armeni, ſem. Plantaginis, Aniſi,
Fœniculi, Cumini ana parum.
Succi Plantag. Aceti ana q. ſ.
Miſce. *Marinellus.*

*Unguentum ad mamillas pendentes.*

℞. Farinæ Fabarum, Thuris, Maſticis,
Succi Sempervivi, Aceti calidi,
Albuminis ovi ana quantum ſufficit.
E Miſce. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Ficuum ſiccarum, Paſſularum,
Cumini, Aceti ana quantum ſufficit.
Coquantur, & contundantur, ad formam emplaſtri. *Idem.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Gallarum, Maſticis, Thuris, Albumin. ovorum, Aceti calidi ana quantum ſufficit.
F Miſce. Idem efficit furfur cum aceto coctum, & ſupra mamillas poſitum. *Marinellus.*

*Unguentum ad papillarum ſciſſuras.*

℞. Olei Roſacei,
Cort. med. Sambuci ana ℥ j.
Ceræ quantum ſufficit.
Miſce. *Fumanellus.*

*Aliud, ad dolorem ex ſciſſuris.*

℞. Olei Violacei, vel Olei Amygdal. dulc.
Thuris albi, Ceræ ana ʒ ij.
Miſce. *Fumanellus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0625-6

*Aliud, ad ſciſſuras.*

℞. Pinguedinis Taxi ℥ ß.
Unguenti Marciaton, item Agrippæ,
Althææ, Anodyni ana ʒ j.
Olei Nardini ℥ j ß.
Miſce. *Fumanellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Roſacei ℥ ij.
Ceræ novæ ℥ ß.
Lithargyri, Thuris ana ʒ j.
Miſce. *Fumanellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Tragacanthæ ℈ j.
Farinæ Amyli ℥ ij.
Succi Plantaginis ʒ iij.
Miſce, & linito. *Fumanellus.*

## DE UNGUENTIS, ORnantibus ventrem & pedes.

*Unguentum, ventris rugas à partu abſtergens.*

℞. Cornu cervini combuſti,
Lapidis Amianti,
Salis Ammoniaci, Myrrhæ, Thuris,
Maſticis ana quantum ſufficit.
Trita cum melle miſceantur *Joan. Bapt. Porta.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Sevi arietis novies in aqua frigida loti ℔ j.
Albuminum ovorum N. ij.
Butyri parum.
Contundantur omnia optimè: deinde addantur
Maſticis, Olibani ana ʒ ij.
Miſce, & fiat unguentum, quo venter inungatur. *Marinellus.*

*Aliud ejusdem, ad idem.*

℞. Cepæ marinæ uſtæ, Cornu cervini uſti,
A Aluminis Plumæ, Salis Ammoniaci,
Myrrhæ, Olibani, Maſticis, Nigellæ,
Farinæ Hordei ana partes æquales.
Trita cum melle miſceantur.

*Unguentum ad callos pedum.*

℞. Farinæ Nigellæ,
Farinæ frumenti veteris,
Ceræ ana quantum ſufficit.
Miſce, & fiat ceratum, quod ſupra callos ponatur. *Marinellus.*

B *Aliud, ad idem.*

℞. Apomelitis, Ammoniaci ana ℥ j.
Bdellii, Sagapeni ana ʒ ij.
Terebinthinæ ʒ iij.
Olei Irini ℥ ij.
Miſce, & fiat unguentum. *Fumanellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Cineris cort. Salicis,
Aceti ana quantum ſufficit.
C Miſce, quo calli inungantur. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Fol. Rutæ viridium,
Paſſularum ana quantum ſufficit.
Contundantur ſimul, & fiat emplaſtrum. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Galbani, Ceræ ana q. ſ.
Miſce. *Marinellus.*

*Unguentum, nobilis odoris gratia.*

D ℞. Moſchi, Ambari, Zibetti ana gr. iv.
Ex oleo Amygdalino dulci in unguenti formam redigantur. *Heurnius.*

Vel:

℞. Olei nucis myriſticæ expreſſi ʒ j.
Zibetti optimi ℈ j.
Moſchi electi gr. vj.
Olei Spicæ, Lavendulæ ana gut. ij. vel iij.
Miſce. Fiat unguentum, quo nares, frons & nobiles partes, roborandi gratia, illinuntur *Idem.*

## DE SMEGMATIS ORNANTIBUS, Sectio VII.

*Smegma album odoratum.*

℞. Smegmatis Veneti antiqui, raſi, atque per ſex dies ad Solem poſiti, q. ſ.
Contundatur probè cum aquæ roſarum optimæ ℔ j. deinde cùm igne lento reſolutum fuerit, addantur
Ireos triti ℥ iv. Amyl. ℥ vj.
Sandali albi ℥ ij.
Styracis liquidæ,
Olei Spicæ ana ℥ j.
Miſceantur optimè: deinde cùm refrixerit, formentur pilæ. *Alexius.*

*Smegma moſchatum Damaſcenum.*

℞. Smegmatis optimi, raſi ℔ j.
Cinnamomi electi, Nucis moſchatæ,
Styracis calamitæ ana ℥ j.
E Ligni aloës ʒ ij. Belzoini ℥ ij.
Caryophyllorum ℥ j.
Conterantur omnia in pulverem tenuiſſimum, addendo
Pulveris Cyprici ʒ j.
Moſchi, Zibetti ana parum.
Mergantur in aqua roſarum: poſtea cùm ad Solem dies xl. fuerũt relictæ, fiant pilæ, quæ ſervandæ ſunt in vaſis ligneis cum bombyce. *Alexius.*

F *Smegma album, odoratum, Damaſcenum.*

℞. Smegmatis communis antiqui, raſi, q. ſ.
Siccetur benè per dies octo, aut decem: deinde contundatur, & cribretur, fiatque pulvis: cui adde ℔ x.
Ireos ℥ iv. Sandali albi ℥ iij.

Mahaleb

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0626-2
DFG

Mahaleb ℥ ij. Farinæ Amyli ℥ j.
Redigatur in pulverem omnia, miſceantur cum prædictis x ℔. & ponantur in mortario, unà cum ℥ j. Styracis liquidæ & pauco oleo Spicæ: contundantur benè omnia ſimul: demum cum farina Amyli formentur pilæ, ſeu globi: ſiccentur in umbra, & ſerventur. *Alexius.*

*Aliud optimum, ejusdem.*

℞. Moſchi in aqua roſarum diſſoluti G. vj.
A Zibetti G. iv.
Miſceantur cum ſupradicto ſmegmate. Verùm moſchum in aqua Roſar. calidum eſſe oportet.

*Aliud, manus dealbans.*

℞. Amygdalarum amararum, mundatarum, & contuſarum ℔ j.
Saponis Saracenici ad ovis magnitudinem.
Sinapis cochlearium unum.
Trita omnia miſceantur benè. *Marinellus.*

# *De Pulveribus Ornantibus Dentes, Sectio IIX.*

*Pulvis dentes dealbans.*

℞. Coraliorum rubrorum,
Oſſium dactylorum, Pumicis,
Oſſium Sepiæ, Salis aſſi ana q. ſ.
Miſce, & fiat pulvis. *Bayrus.*

*Alius gingivas etiam roborans, & dentes confirmans.*

℞. Coraliorum rubrorum, Margaritarum,
Sang. Draconis, Boli Armeni, Thuris,
Cort. Cancrorum ana part. j.
Miſce, & fiat pulvis. *Fumanellus.*

*Dentifricium optimum.*

℞. Hyſſopi, Origani, Menthæ ana ℥ ij.
Aluminis ſciſſilis, Cornu Cervi,
Salis communis ana ʒ j.
Excipiantur, & urantur in olla, donec in prunas reducantur: adde
Piperis, Pumicis, Pyrethri, Maſticis ana ʒ ß.
Myrrhæ, Cinnamomi ana ℈ j.
Fiat pulvis ſubtiliſſimus. *Rondeletius.*

*Pulvis dentes dealbans.*

℞. Oſſium Sepiæ, Marmoris albi uſti ana ℥ j.
Caryophyllorum, Cinnamomi,
Pyrethri ana ℥ iij.
Spongiæ, Pumicis, Salis ana ℥ j.
Miſce, & fiat pulvis ſubtiliſſimus, quo fricentur dentes. *Marinellus.*

*Aliud, ad idem.*

℞. Zingiberis, Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Pumicis,
Ligni aloës, Nucis moſchatæ, Macis ana ℥ ß.
Piperis, Pyrethri, Sinapis,
Staphiſagriæ ana ℥ iij.
Spongiæ, Marmoris albi ana ℥ ß.
Oſſium Dactylorum uſtorum,
B Hellebori albi ana ℥ ij.
Panis Hordei uſti cum ſale & melle ℥ ß.
Tegularum rubrarum,
Cornu cervini uſti, Aluminis Plumæ,
Oſſium Olivarum uſtorum,
Oſſium Myrobalanorum uſtorum ana ℥ iij.
Miſce, & fiat pulvis ſubtiliſſimus. *Marinellus.*

## DE PULVERIBUS ornantibus manus.

C

*Pulvis manus reddens albas.*

℞. Farinæ Fabarum, Lupinorum,
Farinæ Amyli,
Oryzæ, Fabarum minutarum, Ireos ana ℥ vj.
Miſce, & fiat pulvis, quo laventur manus cum aqua. *Marinellus.*

*Alius, ad idem.*

℞. Pinearum mundat. contuſ. ana ℥ ij.
D Sinapis ℔ j.
Amygdal. mundat. contuſ. ana ℥ ij.
Fiat pulvis, qui ad Solem ſiccetur, quo fricentur manus cum ſucco limonum, deinde cum aqua. *Marinellus.*

*Alius, ad idem.*

℞. Sem. Erucæ ℥ vj.
Ireos, Cumini ana ℥ j.
Aluminis Fæcis ℥ ß.
E Sacchari candi,
Tragacanthæ ana ℥ j.
Caphuræ ℈ j.
Pinearum mundat.
Amygdalarum mundat. ℥ iij.
Medullæ panis albi ℥ ß.
Saponis antiqui raſi ℥ ij.
Trita omnia miſceantur: fiatq; pulvis ad manus lavandas. *Marinellus.*

*ANTIDOTARII SPECIALIS LIBRI II. ET ULTIMI FINIS.*

UNI DEO & TRINO Gloria.

# RERUM ET VERBORUM
## IN ANTIDOTARIO SPECIALI
### PRÆCIPUE MEMORABILIUM INDEX.


A.

ABECHENSIUM thermarum ſitus, ratio & vires 18.a
abrotani duo genera 192.d
vires ibid.e
abſinthium quomodo diſtillandum 426.d ejus facultas & vires ibid.
abſinthii ſuccus ab herba quid differat 349.b ejus vires ibid.
abſinthii tria genera 110.b
vires ibid.c
Abudiacarum thermarum ſitus, ratio, vires ibid.f
acacia quid 362.e ejus loco quid ſubſtituendum ibid. vires ibid.f
acacia quid Plinio 363.e
acaciæ deſcriptio obſcura ibid.a
acanthi radicis vires 283.c
accipitris oſſa aurũ trahunt 401.c
acetum caryophyllatum 556.e
acetum diſtillatum quomodo fiat 555.c
acetum lavendulæ 556.e
acetum omne miſtæ ſubſtãtiæ 355.b
acetum quod magis aſtringat ibid.c
acetum quomodo ſtatim fiat 555.b
acetum roſmarinum 556.b
acetum roſaceũ quomodo fiat 556.a
acetum ſalviatum ibid.b
acetum ſambucatum ibid.
acetum ſcillinum quomodo parandum 528.b ejus facultas & vires ibid.f
acetum theriacale deſtillatũ quomodo fiat 555.d
aceti conficiendi ratio ibid.b
aceti vires 353.d
acetoſæ duo genera 155.e
vires ibid.
acetoſæ ſeminis facultas 265.c
acetoſæ ſuccus quomodo exprimendus 351.b ejus vires ibid.
achariſtum 770.b
acinorum nuclei ſtomacho utiles 270.b
aconiti vires 187.c 189.a
acorus conditus, vulgaris 763.a
acori radicis vis 286.a
adamantis vires 63.d
adeps anatum & anſerum ſylveſtriũ quomodo colligatur 405.b
ejus vires ibid.
adeps anſerina calore ſuillã ſuperat 405.b anſerina quomodo colligenda, præparãda, & reponenda ibid. ejus vires ibid.
adeps caponum quomodo colligatur 405.b ejus vires ibid.
adeps gallinarum quomodo colligẽda, præparanda, & reponenda 405.b ejus vires ibid.
adeps humana quando colligitur 403.f ejus vires ibid.
adeps ſuilla eodem modo colligatur, quo humana 404.f
ejus uſus ibid.
adianthum quomodo diſtillandum 425.b ejus facultas & vires ibid.
adianthi duo genera 109.a
ejus vires ibid.
adrianum 654.b
Ægeræ fontis ſitus, ratio & vires 21.a
Ægirinæ balnea ibid.e
Ægyptia Andromachi 989.f
Ægyptium Philoxeni ibid.a
aër corporum & ſpirituum elemẽtum 5.a
aër qui eligendus ibid.
aëris calidi & frigidi vires 5.c
aëris corrupti emendatio ibid.
aëris uſus ibid.
ætites lapis quam vim habeat 73.c
optimus quis, itẽ peſſimus ibid.d
ejus vires 72.e
ærugo raſa quomodo fiat 41.f
ubi gignatur ibid.
quibus modis adulteretur ibid.
æruginis ſcoleciæ duo genera 49.f
agallochum 331.a ejus vires ibid.
agallochum calidum & ſiccum in ſecundo gradu 304.b
agallochi loco calamum odoratum ſumi ibid.c
agaricum duplex 326.c
ejus vires ibid.d
agaricum non admittit fucum 326.e
agaricus trochiſcatus 1089.b
agni caſti florum vires 209.b
agni coagulum quas vires habeat 409.b
agnini pulmonis uſus 397.b
agreſta quid 479.a
agrimonia quid 113.a
ejus vires ibid.b
Ahr balneum 23.d
ejus ſitus, ratio & vires ibid.
ajuga quid 122.c ejus vires ibid.
alabaſtrites qui probatiſſimus 73.c
ejus vires ibid.d
alcamalum 814.c
alcis ungulæ electio 406.e vis ibid.
alcyonii lapidis quinq; genera 77.a
vires ibid.b
alectorii vires 66.b
Alep Syriæ emporium 340.f
aliſma quid 184.a
ejus vires ibid.d
Alkakengi 265.e
allii vires 148.e 288.d
aloë quæ improbetur 365.e
quomodo adulteretur ibid.
quando colligatur, & quandiu ſervetur ibid.d
aloes duo genera 365.b
facultates & vires ibid.
aloës lignum 331.a
ejus vires ibid.b
alterci ſeminis facultas 265.f
althææ appellatio 110.d
vires ibid.e
althææ radicis vires 283.a
alumen optimum quod 45.c
aluminis adulteratio ibid.
tria genera, vires ibid.
alumine ligna illita non ardeſcunt 56.b
amaracus quid 140.b
ejus vires ibid.
ambra citrina unde naſcatur 84.f
ejus genera ibid. vires ibid.
ambræ generationis varia ſcriptorum opinio 79.b
ambroſia Archibii 852.c
ambuſtis medentia 215.b
amethyſti vires 63.f 66.b
amiantus lapis ubi naſcatur 72.b
ejus vires ibid.b
ammi quid 132.c 257.e ejus loco quid ſubſtituendum 132.e 257.e
ammoniacum quid 379.c
quando colligendum ibid.d
quod optimum ibid. ubi gignatur ibid. ejus vires 131.d
amomum quid 131.a quod optimum ibid. ejus vires ibid.b


amomi

amomi loco quid ſubſtituendum 205.e 258.b
amydum unde conficiatur 357.f
ejus vires ibid.
amygdalæ amaræ quæ probentur 240.b earum vires ibid.
amygdalæ quæ optimæ 224.f
earum vires 225.a
amygdalarum vires 356.d
amylum unde conficiatur 357.f
ejus vires ibid.
ex Ampelitide terra quæ inprimis laudetur 38.c vitioſa quæ cenſeatur ibid. ejus vires ibid.
ex Amphisbena demorſis quomodo auxiliandum 394.e
anacardia quid 229.c
ejus vires ibid.e
anagallidis duo genera 175.a
vires ibid.c
anatis ſanguis utiliſſimè in antidota miſcetur 402.f
anemones duo genera 210.f
facultas & vires 211.b
anethum quid 120.d quando colligendum & quandiu ſervetur. ac ejus vires ibid.e
anethi ſeminis collectio 256.e
ejus vires ibid.f
angelica 120.f quando colligenda 121.a ejus vires ibid. & 321.b
anguillæ in vino ſuffocata quid præſtent 376.f
aniſi ſemen quod melius 258.b quando colligendum, & quandiu ſervandum ibid. ejus vires ibid.
Annabergenſia balnea 23.d
Annebergenſis fontis acidi ſitus, ratio & vires ibid.
antheræ ſeminis vires 268.f
anonis vires 323.a
anſeris ſanguis utiliſſimè in antidota miſcetur 402.f
anſerini ſtercoris vires 411.a
anthos flores quomodo diſtillandi 424.c eorum facultas & vires ibid.
antidotum Andromachi 858.f
antidotum contra venena & peſtē 800.a de ſanguinibus 803.d hemazozion 827.c
antidotus Nicomedis Regis contra venena 804.a Saxonica 722.e
Antigaſtrenſia balnea 21.f
Antigaſtrenſis fontis acidi ſitus, ratio & vires ibid.
antimonium quod optimum 49.c
antimonii præparatio 1028.c
vires 49.c
antimoron Nicolai 825.b
aparine quid 186.f
ejus vires ibid.
apii vires 121.b 288.a
apii ſativi radix quando colligatur 283.f ejus vires 284.a
apii ſemen quando colligendum, & quandiu ſervandum 256.f
ejus vires ibid.
apii ſucci vis 349.c
apophlegmatiſmus ad deſtillationē capitis 1106.c ad dolorem capitis ex bile 1105.d ad dolores dentiū ex materia influxu ibid.c ad frigidum & humidum capitis affectum ibid.d ad morbum comitialem 1106.d
apophlegmatiſmorum uſus 1105.a
apozemata unde parentur 531.e
apri coagulum ad quid utile 414.b
dentis vires 402.b
adverſus apum ictus remedium 392.a
aqua ad ambuſta, precioſiſſima 469.d ad caſum capillorum 1144.e ad convulſiones 459.a ad dealbandas faciei maculas 1161.a ad delenda variolarum veſtigia 1161.b ad dentes 470.b ad faciem decorandam 1150.f 1151.a ad faciem rubram 1155.b ad hydropem 466.d.e ad impetigines faciei 1161.b ad juventutē conſervandam, & ſenectutem tardandam 443.e ad loquelam deperditam 460.a
ad maculas faciei 1161.e
ad melancholiam 459.b
ad morbum Gallicum deſtillata 467.b ad nebulas oculorum & ſuffuſiones 462.e 463.c
ad oculorum dolores 1146.a
lachrymas ibid.c
aqua ad oculorum tenebroſitatem 1146.a ad oculorum ulcera, ubi materia calida eſt 463.a item frigida ibid.b ad palpebrarum tumores & lachrymas oculorum 1146.f ad phthiſim 464.b ad rubedinem oculorum 1145.e 1126.a ad rugas faciei 1162.a ad ſplendorem & formam faciei 1148.d ad ſputa cruenta & phthiſim 464.b ad ſtrumas 468.d ad tollendum omnes moleſtias in facie 1161.e
ad venena erodentia 467.a
ad verrucas & alia tubercula faciei 1160.a ad ulcera corrodentia & ſordida 468.e ad ulcera pudendi 469.c
aqua antimonii 1030.b
apoplectica 457.a
aqua Bezoartica 438.b
contra peſtem 450.f
aqua cancrorum 431.d
aqua capillos efficiēs croceos 1144.b denigrans 1142.e 1143.a longos reddes 1141.d renaſci prohibens 1145.a rubros reddens ibid.a tingens 1142.e
aqua caponis 435.c 436.e cicerum quomodo paranda 536.a ejus vires ibid. cinnamomi contra peſtem 449.b ciſternarum cur non æquè commendetur 9.d cochlearum 436.f
aqua concilians faciei roſeum colorem 1157.e
confortans viſum 462.c
contra peſtem 449.d 450.c
aqua contra venena lethalia & peſtem 455.a corpus macilentum reddens 1142.e
corrodens loco cauterii 469.e
aqua cum Mercurio 476.e
cutem reddens albam, Scliud.
aduſtionem auferens 1153.e
cucurbita perfecta 1147.f
aqua dealbans capilles 1144.b
dealbans faciei maculas & cicatrices 1153.f dentes
confirmans 1127.f
aqua epileptica 457.e
Eraſti ibid.f Langii 458.e
aqua faciem coloratam reddens 1157.c 1158.a
aqua faciem dealbans 1152.b 1154.e.f denigrans 1160.a
illuſtrans 1151.d
juvenilem reddens 1160.b
pulcherrimam reddens 1149.a
detergens & illuſtrans 1148.e
aqua fluviatilis quæ probetur 9.f
aqua formam faciei concilians 1149.a
aqua fortis 470.b
faciens renaſci pilos 1144.d
aqua hordei quomodo paranda 535.a ejus uſus ibid.
hydrotica 466.a mellis 434.d melonum ad faciem illuſtrandā 1149.f
aqua mirabilis 437.e 455.f
ad viſum 462.a
aqua mulſa, ſeu hydromel 486.a
aqua oculorum vitia tollens 1145.e
aqua odorata 1139.a.b
ad corpus & veſtimenta ibid.a
aqua panis 424.e philoſophica, ſive theriacalis ad morbū Gallicum 467.f potabilis 11.a
precioſa 455.d
aqua pro leproſis ad faciem 468.e
pro phthiſicis & hecticis 465.b
aqua prohibens ortum capillorum 1145.b

aqua putealis cujusmodi 9.e
qua in humana vitæ uſum admitti non debeat ibid.d
quæ optima ibid.b
aqua rubificans faciem 1157.b.c
aqua rubra ad faciem ibid.f
aqua ſacchari deſtillata 432.a
aqua ſomnifera 460.b 461.b
ſordidis & corrodentibus ulceribus conferens 469.b
ſpermatis ranarum 431.e
ſtillatitia arthritidi utilis 466.f
odorata valdè 442.a
aqua ſtillatitia quomodo ex herbis & floribus extrahatur 421.a
ſudatoria ad peſtem 445.f
tartarea 466.e
theriacalis 444.a 446.f 451.f
caphurata 451.f
aqua viſum conſervans 463.f 1145.f
aqua viſum inſtaurans 1146.a
aqua uſualis ad oculos 462.b
aqua vitæ ad peſtem 445.d 448.e
aqua vitæ aurea 437.a
aqua vitæ contra peſtem 448.e
mirabilis contra graſſantem peſtem 447.f
aqua vitæ optima 441.b 454.a
aqua vitæ precioſa 450.b
precioſiſſima 444.a
alia minùs ſumptuoſa ibid.b
vitam prolongans 442.f
aqua dulcis balneum calidum 9.f
frigidum 10.b
medicamenta ibid.c
aquæ alterantes bilem atram in corde 428.a alterantes qualitate occulta 429.c capillos augentes 1144.a calefacientes caput 423.e cor 426.a hepar 427.a ſplenem 426.c ſtomachum ibid.d
aquæ concoquentes atram bilem in pectore 428.c in hepate 429.a in ſplene ibid.b in thorace 422.b
aquæ dentes dealbantes 1147.a
aquæ excalefacientes atram bilem in capite 428.d matrice ibid.b renes & veſicam 427.e faciei maculas tollentes 1160.f
aquæ lacuſtres & paluſtres omninò improbandæ 9.e minerales, ſive thermæ 10.e
aquæ mulſæ vires 486.d
aquæ ornantes 1139.a purgantes 431.f 432.a.b refrigerantes bilem in capite 422.a cor ibid.c hepar 423.a matricem ibid.e renes & veſicam ibid.b
ſanguinem 421.b
ſtomachum 422.f
Aquarii balnei ſitus & vires 32.b
Aquenſia balnea 24.a
Aquenſium balneorũ vires ibid. 32.b
Arabici lapidis vires 72.e
arenæ vires 70.d
argentum vivum duplex 50.e ejus vires ibid.d quomodo fiat ibid.f quam vim habeat ibid.& 54.e
argenti liquor 670.e
argenti ſcobis vires 50.b
argenti ſpumæ vires 54.d
ariſtolochia clematitis appellata 300.e quomodo diſtillanda 427.c ejus facultas & vires ibid.
ariſtolochia Saracenica 301.d
ariſtolochiæ appellationes 300.e etymon ibid.d tres ſpecies 299.e
ariſtolochiæ quando colligenda 300.c
Armenii lapidis vires 76.c
aromaticum caryophyllatum 772.a moſchatum ibid. nardinum ibid.e roſatum 771.a roſatum Gabrielis 770.e
aron quid 286.d ejus vires ibid.e
arthemiſia quomodo diſtillanda 428.c ejus facultas & vires ibid.
arthemiſiæ duo genera 121.c
artus calefacientia 268.e
refrigerantia 269.f
aſa dulcis 359.f fœtida 362.d
aſarum quid 229.f
ejus vires 130.a
aſarum quãdo diſtillandum 429.a
ejus facultas & vires ibid.
aſari vires 286.c
aſclepias quid 187.b
ejus vires ibid.c
aſinæ lactis vires 406.a
aſini ungularum combuſtarum uſus ibid.
aſinini jecoris vis 397.e
ſtercoris vis 411.b
aſpalathum 332.b
ejus vires ibid.c
aſparagi duo genera 109.e vires ibid.f radix quando colligatur 305.e ejus vires ibid.f ſeminis vires 267.e
aſperula odorata quid 172.c
ejus vires ibid.d
aſphaltii radicis vires 299.b
aſphodelus quid 311.b quando ejus radix colligenda ibid. facultas & vires ibid.
aſpidis exuvii vires 416.a
ictus quomodo curandus 396.c
aſſius lapis quomodo probetur 71.a
ejus vires ibid.
athanaſia major 847.a.b
Mithridatis 800.a
atramentum ſutorium quomodo probetur 47.f
atriplicis duo genera 151.b
vires ibid.
attractylis quid 109.f
ejus vires 110.a
avellanæ quæ præſtantiores 239.f
avellanarum facultates & vires 240.a
aurantia condita 833.b
aurantiorum malorum tria genera 234.f vires ibid.
aurantii mali corticis vis 147.a
aurum quid 130.a
ejus vires ibid.f
aurum omnium metallorum præſtantiſſimum 41.b vi quadam attractrice pollet ibid.a
in omnibus partibus ſuis æquale ibid.d
aurum potabile 666.f præcipitatum 751.b vitæ 669.f
auri facultas & vires 41.e
vena præſtantiſſima quæ ibid.b
aurea Alexandrina 850.e
auripigmentum quod optimum 48.b ejus duo genera ibid.
vires ibid.
Auſtriaca thermæ 14.d

B.

BAccæ juniperi quando colligantur 227.d earum vires ibid.
Bacchus corymbifer cur dicatur 189.d cur hedera coronetur ibid.
Badenſe in Marchionatu balneum 14.b
Badenvvilenſia balnea 19.b
Badenvvilenſium thermarum ſitus, ratio & vires ibid.b.c
balanus myrepſica quid 238.e
ejus vires ibid.
balaninum oleum ibid.
balneum abſtergens, purgans, rarefaciens, digerens, pro leproſis 610.a
balneum ad conceptum perutile, calefaciens & roborans uterum 607.a contractos & convulſos 605.e cutis vitia, pro biliſis 608.d dolorem 612.d
dolorem colicum 611.a
nephriticum ibid.e
inflammationem, cùm fluxus adeſt 607.e duritiem membrorum ibid.f intemperiem calidam 686.a intemperiem frigidam 605.a juvandum conceptum 607.b

balneum ad laſſitudinem 612.a
majores cutis affectus 609.a
morbum gallicum ibid.f
paralyticos 605.b præduram
prætumidamq́; ſcabiem 609.c
ſcabiem, leprã, ulcera, & omnia
cutis vitia 610.c
balneum areum 5.a
quomodo fiat ibid.
balneum aquæ dulcis frigidum contra quos morbos valeat 9.a.b
balneum corporis ſordes abſtergens, ipſumq́; venuſtum reddens 1163.a
balneum emolliens 607.e
balneum frigidum quibus maximè noceat 606.a
menſtrua provocans 608.a
mundans corpus 1153.c
balneum odoriferum pro nobilioribus fœminis 1164.b
balneum primum, cutis affectus emolliens & detergens 608.b
ſecundum, cutis affectus detergens & exſiccans ibid.c
tertium, cutim detergens, ac leniter aſtringens, ſeu corroborans ibid.f
balneum pro hecticis 612.c
remedium totius corporis 605.a
Theophraſti Paracelſi 610.f
balnei diviſio 606.a
laconici incommoda 6.b
balneæ gypſeæ quib. conferant 12.d
balnea abſtergentia cutem 608.c
balnea area quib. auxilientur 12.b
aluminoſa 11.c
aluminoſorum uſus ibid.
balnea aperientia 608.a
aſtringentia 607.b
balnea aurea 12.d quibus utilia ibid. bituminoſa 12.a
bituminoſorum uſus ibid.
balnea calefacientia 605.a 611.a
balnea cuprea & area 12.a cuprea quibus auxilientur 12.b
balnea dolorem mitigantia 611.b
emollientia 607.d
balnea ferrea 12.a
quibus utilia ibid.
balnea gypſea 12.d nitroſa 11.b
nitroſorum uſus ibid.
balnea nitroſa quid à ſalſis differant 11.b ſalſa 10.f
ſalſorum uſus 11.a
balnea ſulphurea 12.e
ſulphureorum uſus ibid.
balſamum ad articulorum dolores 708.b
balſamũ ad morbos diverſos 703.d
paralyſim 707.b
vulnera 704.e
balſamum artificiale 697.a 698.f 699.c artificiale Fioravanti 610.c Chriſti 704.e magiſtrale 700.d mumia 704.b
balſamum optimum 712.a pro vulnerib. conglutinandis 706.b
balſamum Romæ factum 701.e
balſamum, ſeu oleum benedictum 705.b
balſamum ſulphuris 709.b
tartari ibid.c
balſamum trifariam in medicum uſum recipitur 639.c
balſamum Vigonis 710.e
balſamũ hypericonis ſimplex 712.c
compoſitus ibid.d Martis 710.a Mercurii ibid.c
Patis pretioſus, ſarcoticus 711.f
viſci pomorum 712.f
balſamini olei artificialis vires 456.b
balſami vires 639.c d
barbarum Andromachi 691.a
barbarum magnum 980.f
parvum ibid.d
bardanæ majoris folii vires 189.e
baſiliconis ſemen quando colligendum, & quandiu ſervandum 257.e ejus vires ibid.
Baſſenheimenſe balneum 24.c
Baſſenheimenſis fontis acidi ſitus, ratio & vires ibid.
bdellium quid 371.f quod optimũ ibid. ejus adulteratio ibid.
vires 372.a
bedeguar quando colligatur 303.b
ejus vires ibid.c
Bellerthal balneum 24.b
Bellerthalenſis fontis acidi ſitus, ratio & vires ibid.
belzoin quid 360.e 380.b
quod optimum ibid.
been album quid 303.c ejus vires ibid.e rubrum 302.d
ejus vires ibid.e
benedicta laxativa 814.b
berberis quid 242.b quando colligatur ibid.b ejus vires ibid.c
berberorum ſeminis vires 269.f
ſucci vires 352.c
Bertringenſia balnea 24.c
Bertringenſium thermarum ſitus, ratio & vires ibid.
beta duorum generum eſt 111.d
ejus vires ibid.e
betæ radicis vires 283.c
ſucci vires 349.a
betonica quid 12.c
quomodo diſtillanda 423.f
ejus facultas & vires ibid.
betonicæ florum vis 205.b
bezoar lapis 64.c
bilem flavam purgantia 272.d 325.b
bilem in capite concoquentia 422.a
Berchenfeldenſis fontis acidi ſitus, ratio & vires 21.f
biſtorta quid 309.b ejus duæ ſpecies ibid.c vires 310.c
bitumen quid 81.d duũm eſt generum ibid. ejus probatio 82.c vires ibid.
Blanca Nicolai 819.f
blattæ Byzantiæ vires 80.c
blitum duorum eſt generum 154.a
ejus vires ibid.
baccharis quid 132.e
ejus vires ibid.f
bolbocaſtani deſcriptio 310.d nominis ratio 311.a vires ibid.d
bolus Armena quando primùm in lucem venerit 33.a ejus præparatio ibid.c vires ibid.d
borrago quid 111.b
borrago quomodo diſtillanda 428.f
ejus facultas & vires ibid.
borraginis flores quando colligantur 205.a eorum vires ibid.
brachii humani oſſis vires 401.a
branchæ urſinæ radicis plãta 283.b
ejus vires ibid.c
braſſica quid 111.f
ejus vires ibid.b.c
braſſica marina quid 161.d
ejus vires ibid.f
braſſica folii vires 189.b
ſucci vis 349.b
Brigenſia balnea 24.e
Brigenſium thermarum ſitus, ratio & vires ibid.
Brintzbachenſia balnea 19.f
Brintzbacheſium thermarum ratio & vires ibid.
brunella quomodo diſtillanda 425.f
ejus facultas & vires ibid.
bryonia à labruſca differt 291.c
alba 292.f nigra 293.b
etiam Chironia appellatur ibid.
ſylveſtris 294.a
bryonia ſylveſtris appellationes ibid.
bryoniæ duo genera 292.d
bryonia facultates 293.c
bubuli coagulum ad quid utile 405.b
ex bubulorum cornibus annuli vires 401.e
bubulum ſevum quomodo conficiendum, & ſervandum 405.b
ejus vires ibid.
bubuli ſtercoris vires 411.e
bubulinæ medulla uſus 401.e
buccinum quid 86.d
nominis ratio ibid.
vires ibid.e
buccinorum carnes 86.e
bufonis lapis 65.f



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0631-9
DFG

bugloſſum quid 111.b
bugloſſa quando diſtillanda 428.f
ejus facultas & vires ibid.
bugloſſæ radix vino impoſita, voluptates auget 283.c
bugloſſæ ſucci vires 349.a
bulbus eſculentus 311.e
bulbi vires ibid.f 323.f
buphthalmi flores quando colligendi 205.b eorum vires ibid.
bupreſtim qui biberint, quæ mala experiantur 389.d
iisdem quæ auxilientur ibid.
Buretzheimenſia balnea 24.f
Buretzheimenſis balnei ſitus & vires ibid.
burſa paſtoralis quid 165.f
ejus vires 166.a.b 270.b
butyrum quomodo fiat 407.a
ejus vires ibid.
butyri oleum 695.e
buxum Italis idem quod Indis Guajacum 333.b

C.

CAdmia fornicaria 53.c
calamintha quando colligenda 135.f
calamintha quomodo diſtillanda 424.b ejus facultas & vires ibid.
calaminthæ ſucci vis 349.c tres ſpecies 135.e vires 349.c
calamus aromaticus cõditus 880.e
ejus vires 303.f
calamus vulgaris pro vero calamo à Bononienſibus acceptus ibid.d
calculum frangentia 272.e
calendula quomodo diſtillanda 427.a ejus facultas & vires ibid.
calx, cineris quædam ſpecies eſt 4.c
calx quæ efficacior ibid.
quomodo fiat ibid.
calcis facultas & vires ibid.d
camphora quæ optima 380.f
quæ deterior ibid.a
camphora vel caphura quid ibid.f
camphoræ oleum 658.f
vires 381.a
cancrorum diſtillatorum vis 431.d
cancrorum oculi vis 397.b
cancrorum exuſtorum cineris vires 90.b
cancrorum fluviatilium exuſtorũ cineris uſus 386.f
lapilli vis 73.f
candelæ odoriferæ contra venena & peſtem 1128.e
pro fumo ibid.d
quæ præſtantiores 1.c
candelarum uſus ibid.a
canella unde dicta 341.a
canellæ adulteratio ibid.
baccarum oleum 343.f
canellæ diverſa cinnamomi nomina indita 341.e
contra canis rabioſi morſus auxilium 391.b
canis rabioſi morſus 390.e
caninus ſanguis à quibus commodè bibatur 403.a
canini ſtercoris vis 409.d
cantharides quæ probatiſſimæ 386.b
earum uſus ibid.c
cantharidum datarum ſigna graviſſima 386.c quæ in auxilium exhibenda ibid.
capilli Veneris facultas 109.c
ſyrupi vires 481.d
capnos chelidonia 298.d
capparis vires 228.e
corticis vires 347.a
capparum radix quas vires habeat 284.a
capræ ſanguinis vires 402.f
capreæ laticornis coagulum ad quid utile 410.b
capreoli ſevi vires ibid.
caprini ſevi vires ibid.
caprini lactis vires 406.f ſtercoris vis 410.d veſicæ uſus 400.b
caprifolii duo genera 141.f
vires ibid.
caputpurgium Avicennæ 582.e
carbonum ignitorum electio 2.a
uſus ibid.
carbunculi vires 61.d
cardamomum Arabũ aliud à cardamomo Græcorum 258.d
ejus vires ibid.e
cardopatii duæ ſpecies 321.d
carduus benedictus quomodo diſtillandus 425.e
ejus facultas & vires ibid.
Carlinæ duæ ſpecies 321.d
Carpenſis balnei ſitus & vires 32.d
carpobalſamum quid 229.c
optimum quod ibid.
carum quando colligendum, & quando ſervandum 258.c
ejus vires ibid.
caryophyllata radix quando colligatur 304.f ejus vires ibid.
caryophyllorum arboris deſcriptio 227.e facultas & vires 229.a.b
flores quando colligendi 206.f
eorum vires ibid.
carthami ſeminis vires 273.e
caſſia Arabum 243.f
quæ eligenda 244.b
ejus vires ibid.d
caſſia communis, extracta ibid.b
extracta cum foliis ſenæ 805.a
ſine foliis ſenæ 804.e
caſſia Græcorum 334.f
caſſia qualis eſſe debeat 344.f
caſſia quæ optima 335.a 344.f
caſſiæ adulteratio 340.f
copia 344.e hiſtoria veteribus incognita 540.e in cinnamomum mutatio 345.d
Caſteinenſia balnea 17.d
Caſteinenſium thermarum ſitus, ratio & vires ibid.e
caſtellum ex larigna materia conſtructum 338.d
caſtorium quid 398.b
ejus facultas & vires ibid.c
caſtorium rarò verum invenitur 398.e
catagmaticum Andromachi 991.d
cataplaſma ad anginam 1007.b
angeſcente inflammationẽ ibid.d
dolorem oculorum 1009.c
dolorem podagricum ibid.f
dolorem ventriculi ibid.e
dolorem articulorum ex materia calida 1008.f
cataplaſma ad dolores & inflammationes partium externarum 1008.e
cataplaſma ad eruptionem ſanguinis è naribus 1003. hydropem 1007.a jecur inflammatum 1003.a incipientem inflammationem ibid.d induratos tumores lienis & jecoris 1004.c inflammationem 1010.b inflammationem in declinatione 1007.f inflammationem in ſtatu ibid.e lienis inflammationem 1003.c maturandos tumores inguinum 1006.b
cataplaſma ad oculos, refrigerans 1010.c parotidas ex frigore 1008.a
cataplaſma ad vẽtris fluxũ 1001.a
cataplaſma attractorium 1008.b
concoquens & maturãs 1006.b
conſolidans 1005.a
cataplaſma in dolore colico & nephritico 1009.b
inſigne Regis Daniæ 1005.a
cataplaſma magiſtrale 1004.b
mitigatorium ad parotidas per initia 1010.a
cataplaſma quid 1001. ejus diviſio ibid. quo fluxus ſanguinis è quovis vulnere erumpẽtis cohiberi poteſt 1003.f ſanguinem è naribus profluentem ſiſtens 1004.a ſuppuratorium ibid.a
ſtupefaciens 1010.c
cataplaſmata abſtergentia 1005.e
adſtringentia 1001.a attrahentia 1008.b concoquẽtia 1005.f
diſcutientia 1006.f

cata-

cataplaſmata dolorem mitigantia 1008.c emollientia 1003.c
catapotia quid 1031.a
catapotia major 274.b
catharticum imperiale 824.f
Catini montis balnei vires 32.a
catti nigri capitis uſus 396 c
cauterium potentiale ibid.
Caymanum lapis 67.d
cedria pix quæ optima 379.a
ejus vires ibid.
Cellenſium thermarum ſitus, ratio & vires 15.b.c
cenchri morſus curatio 396.a
centaurium magnum quid 315.a
ejus radix cujusmodi ibid.b
vires ibid.
centaurium majus pro rhapontico accipi 307.b majus quid 135.a ejus vires ibid.b.c minus quid 136.a ejus vires ibid. minus quomodo diſtillandum 427.b
ejus facultas & vires ibid.
centaurii florum collectio 215.c
vires ibid.
ceparum vires 289.a.b
cera alba quomodo fiat 418.b
cærulea quomodo fiat ibid.c
cera flava quomodo fiat ibid.& 1022. quæ optima 418.b
nigra quomodo facienda 1022 b
rubea quomodo fiat 418.c
viridis quomodo fiat 1002.a
ceræ omnis vis 418.c
ceram dealbandi modus 1021.a
ceraſa condita 887.f
ceraſa nigra quomodo diſtillanda 423.d eorum facultas & vires ibid. quæ ſtomacho conveniant 341 b
ceraſorum aquæ vis 431.b
ceraſi arboris florum vires 215.d
à Ceraſte percuſſis quomodo ſubveniendum 396.b
ceratum ad gangrænas 1018.f
Alexandri 1013.f
Andromachi 1012.f
capitale 1017.a
cerinæ, Cteſiphontis 1013.c
ceratum contra vermes 1018.e
contra vomitum nimium puerorum 1017.b
ceratum de ceruſſa 1013.c
ceratum de euphorbio 1012.a diapente 1013.e è betonica 1017.a
è ſtyrace, magiſtrale 1014.d
ex pelle arietina 1016.d
ceratum fracturis omnibus opportunum 1018.b
ceratum gratia Dei 1014.d
ceratum infrigidans Galeni 1013.a
matricale 1012.f
ceratum Nicolai 1014.f
ceratum œſypatum, Galeni 1015.b
Pauli ibid.f Philagrii ibid.c.
ceratum oxycroceum ibid.c
ſandalinum 1013.a
ſtomachale, Galeni 1011.a
viride, Machærionis 1017.b
ceratum unde dicatur 1011.a
ex quibus conſtet ibid.
ejus diviſio ibid.
cerata abſtergentia 1018.d aſtringẽtia 1016.a attrahẽtia 1019.a
conſolidantia 1016.d
cerata calida 1011.a emollientia 1013.e frigida ibid.a
cerefolium quomodo diſtillandum 426.f ejus facultas & vires ib.
cervi coaguli ad quid utile 405.d
cervi genitalis uſus 400.e
cervi ſanguinis vires 404.b
cervi ſevum quomodo colligẽdum, preparãdum & conſervandum 405.d ejus vires ibid.
cervi cornu vires 400.e
cervinæ medullæ uſus 401.d
ceruſſa quomodo fiat 52.e ejus utendi modus ibid. vires 53.a
ceruſſa ſuo colore proditur 54.f
ceſtron quid 121.e
ejus vires 122.a.b
chalcedonii lapidis vires 66.b
chalcitis quid 47.b quæ optima ibid. ejus vires ibid.c
chamæ quid peculiare habeãt 89.b
earum vires ibid.c
chamarum appellatio 89.c
chamædrys quid 134.b
ejus vires ibid.c
chamælæa Germanica quid 194 b
vires ibid.c
chamæleon & anthemis dicitur 112.e ejus tria genera ibid.
vires ibid.f
chamæleon niger 322.d
chamæleonis ſanguinis uſus 403.b
chamæmeli flores quando colligantur 205.c
eorum vires ibid.d
chamomilla quomodo diſtillanda 424.a ejus facultas & vires ibid.
chamæpitys quid 122.f
ejus vires ibid.
caryophyllata 133.f
ejus vires ibid.
chelidoniæ ſuccus quomodo exprimendus & ſervandus 349.f
ejus vires ibid.
chelidonius lapis duplex in hirundine invenitur 72.f
chelidonii radicis facultas & vires 312.b
chelidonium majus quid 136.b
ejus vires ibid.c.
chia quæ eligenda 39.b
ejus vires ibid.
chinæ radicis vires 320.c.d
Chinenſes mercium precia quibus commentis auxerint 341.e
chondrilla quid 154.b
ejus vires ibid.c
chryſocolla quid 48.f
ejus vis 49.b
cicadarum uſus 388.a
cicerbitæ ſucci 350.c
ciceris ſativi facultas 227.f
cichorium quomodo diſtillandum 421 e ejus facultas & vires ibid.f
cichorii florum collectio 211.d
vires ibid.
cichorii radicis vires 291.e
cichorii ſeminis facultas 265.d
ciconiæ ſtercoris vis 409.b
ciconia quid 88.e
cicutæ vires 163.c 188.a 265.f
cimicum facultas & vires 385.b
cimolia optima quæ 39.c ejus duo genera ibid. vires ibid.
cinnabaris vera hodie ignoratur 42.b neotericorum factitia ibid.
cinnamomum apud Arabes & Æthiopes non naſci 341.a
cinnamomum quid ſignificet 342.b
cinnamomum quomodo diſtillandum ibid.b
ejus facultas & vires 426.b
cinnamomi adulteratio 340.f
forma 345.f vires 344 b
cinis combuſtorum lignorum 3.e
ciſtus quid 17.a
ejus vires ibid.c
citoniorum ſuccus quomodo extrahatur & conſervetur 351.a
ejus vires ibid.
citria condita 883.e
citri ſeminis vires 268.f
citrulli ſeminis vires 269.b
claretum cum melle 523.f
cum ſaccharo ibid.c
claretum laxativum 524.a
quomodo parandum 529.b
ejus vires ibid.c
claretum purgans 532.b
quomodo conficiendum 527.b
claretum quomodo fiat ibid.
ejus vires ibid.c
clyſter ad anaſarcam 527.f
aſcarides 568 b aſcitem 572.b
clyſter ad bilem alterandam 564.b
colicum dolorem 569.b
clyſter ad comminuendum calculum 567.f
clyſter ad dolorem colicum à pituita vitrea 569.c
clyſter ad dolorem coxendicum 570.f




Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0633-0
DFG

clyſter ad dolorem nephriticum 570.a
clyſter ad flatus 573.e uteri ibid.
clyſter ad lieteriam & diarrhœam 566.a
clyſter ad morbos capitis frigidos & inteſtinorum 563.e
clyſter ad paſſionem iliacam 570.e
pituitam alterandam 563.f
clyſter ad ſcirrhum uteri, emolliens 565.c
clyſter ad tympanitem 572.e
vermes cum alvi fluore 368.e
vermes cum febri ibid.d
vermes in ventriculo ibid.e
urinæ retentionem 567.d
clyſter aſtringens & conſolidans 565.e aſtringens & ſiccans 566.c detergens & ſiccans ibid.f
clyſter dolores dyſentericos ſedans 571.a.b ex vino Hippocratico 569.f
clyſter humores melancholicos purgans 571.f nutriens 563.a
purgans pituitam 571.e
clyſter quid 571.b
ejus diviſio ibid.
clyſter ſedans dolorem colicum 569.b
clyſter vermes necans 568.c.d
urinam provocans 567.e
clyſteres calefacientes 563.d
dolorem ſedantes 569.a
flatus diſcutientes 573.b
purgantes 571.e
clyſteres purgantes aquam 572.e
clyſteres aſtringentes 565.e
cnicus quid 134.e
ejus vires ibid.f
cnici ſeminis vires 273.f
coagulum quod omnium præſtantiſſimum 410.a
coagulorum omnium natura & facultas ibid.
cochlea quæ optima 386.a
cochlearum marinarum vires 89.d
cochlearum vires 388.a
cochlearia ex ficulneo ligno quid peculiare habeant 338.e
collyrium contra omnis generis paſſiones oculorum 1103.b de thure 1101.c Meſuæ ibid.d
nardinum ibid.e
collyria abſtergentia 1101.a
collyria dolorem mitigantia 1104.d
collyria excreſcentias auferentia 1103.e
collyria quid 1100.a
eorum differentia ibid.
colocynthis quid 247.c
ejus vires ibid.d
colophonia quid 381.f
coluber fluviatilis quomodo ore lapidem eructet 65.e
columbæ ſanguinis vires 402.f
columbarum pulli qua polleant proprietate 488.c
columbarum ſtercoris vis 419.c
Conderthalenſe balneum 22.d
Conderthalenſis fontis acidi ſitus, ratio, vires ibid.
conditum ad calidum humorem 890.e calorem jecoris 891.c
conditum ad frigidum humorem 890.b
conditum ad inflammationem pulmonis ibid.f
conditum ad omnes vires roborandas 888.b
conditum de pomis 884.f
excalfaciens 888.e
conditum ex fructibus 887.b ex perſicis 886.f prunis 887.d ſorbis ibid.e
conditum purgans 891.d
conditum refrigerans & conſtringens ſtomachum imbecillum 891.a
condita calefaciẽtia & corroborantia cor 883.a
calefacientia ventriculum 885.a
renes 886.d
condita temperata 888.b
condita unde fiant 881.b
eorum diviſio ibid.
confectio anacardina 76 .a
confectio aniſi tabulata 1068.d
confectio caryophyllorum orbiculata ibid.e
confectio contra vermes 1076.f
confectio cordialis 775.c fœniculi orbiculata 1067.e
confectio Hamech major 821.e
minor 822. liberantis 775.a
pinicata confortans 1184.c
confectio pomi ambræ 1127.b
confectio Ravedſeni 783.e
zingiberis cocti 1045.f
confectionum differentia ibid.
confectum amygdalarum dulcium 1108.c
confectum aniſi 1107.c
laxativum 1112.e
confectum avellanarum 1109.a
caryophyllorum 1110.a
cinnamomi 1109. citri ibid.e
coriandri 1107.a
fœniculi ibid.e
confectum moſcatum ſeu moſchardini 1110. pinearum 1109.b
zingiberis 1110.e
confecta quid 1107.a
eorum differentia ibid.
conſerva abſynthii 869.e acetoſæ 871.e acori 867.b betonicæ ibid.c bugloſſæ 869.a capillorum Veneris 868.e enulæ 869.f euphragiæ 867.d
florum anthos ibid.a
florum aurantii 869.b
florum borraginis 868.f
florum caryophyllorum 869.a
florum cichorii 871.a
florum lavendulæ 867.f
florum nenupharis 870.e
florum perſici 869.e
florum ſalviæ 867.f
florum ſambuci 870.b
florum ſtœchados 867.e
conſerva fumiterræ 870.a
hyſſopi 868.d
conſerva majoranæ 868.a
meliſſæ ibid.e menthæ 869.f
pæoniæ 868.b
conſerva primulæ Veris 868.e
roſarum 870. violarum 871.a
conſervæ calefacientes caput 867.a
cor 868.f hepar 870.a
pectus ibid. ſplenem 870.c
ventriculum 869.d
conſervæ excalfacientes juncturas 870.d
conſervæ excalfacientes uterum ibid.
conſervæ quid 865.a
earum diviſio ibid.
conſervæ refrigerantes caput 870.e
cor 871.c hepar 872.a juncturas ibid.d pectus 871.b
renes 872.c ſplenem ibid.b
ventriculum 871.d
uterum 872.c
conſolida major quid 313.d
ejus vires ibid.
conſolida major quomodo diſtillanda 426.a ejus facultas & vires ibid.
conyzæ tria genera 137.c
vires ibid.d
cor calefacientia 241.b 267.d 303.a 426.a
cor qui flores calefaciant 213.b
cor refrigerantia 241.a 268.f 422.c
coralium triplici conſtat differentia 82.f ejus vires 83.a
coraliorum oleum 672.b
coriandri ſemen cujusmodi 255.a
quando colligendum, & quamdiu ſervandum ibid.
ejus vires ibid.
Carolinorum balneorum ſitus, ratio & vires 16.f
cornus quid 241.f
ejus vires ibid.f
Corſenum balneum 30.d
Corſeni balnei ſitus & vires ibid.e
cortices aperientes 346.c



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0634-6
DFG

cortices bilem purgantes 347.a
cortices calidi ibid. in primo 339.a ſecundo 340.a tertio 346.a
cortices dolorem mitigantes 346.c
cortices fructuum calidi ibid.d
cortices frigidi 347.a
purgantes 346.c
cortices fructuum aſtringentes 376.a
corticum diviſio 339.a
coſtus quid 289.d
ejus facultas ibid.e
cothyledonis ſucci vires 350.b
cranii hominis vires 401.a
Creta inſula cupreſſi patria 337.e
crocus Martis 745.f
crocus quando floreat 206.a
ubi naſcatur ibid.
croci adulteratio 205.f
eſſentia 757.f vires 206.b
cocrodyli terreſtris ſtercoris vires 412.b
crocomagma Damocratis 1081.c
cryſtallus unde gignatur 69.f
ejus vires ibid.
cubebæ quid 238.f
cubebæ fructus in quanta ſit aſtimatione 239.b
ejus vires ibid.d
cucumis ſylveſtris quid diſtet à ſativo 248. quando colligatur, & quandiu ſervetur ibid.c
quomodo corrigatur ibid.
ejus vires 248.c
cucumeris ſylveſtris vires 327.d
cucumeris ſeminis vires 269.c
cucumeris vires 234.c
cucurbitæ quomodo diſtillandæ 422.f earum facultas & vires ibid.
cucurbitæ ſeminis vires 269.c
cucurbitarum vires 234.a
cuminum quando colligendũ 261.e
ejus vis ibid.
cupreſſi duo genera 170.b
vires ibid.c
cupreſſi lignum ſuaveolentiam non exuit 338.a
curcumæ vires 305.e
Curienſe balneum, ſive Piperinum 12.f
cuſcuta quæ deligenda 113.a
ejus vires ibid.b
quando diſtillanda 429.b
ejus facultas & vires ibid.
cyclaminus quid 172.e
ejus vires ibid.f
cyclamini radix ἄρτος 294.e
cygnus Galeni 1103.f
cyperus quid 308.e
ejus genera duo ibid.f
cyperi vires 309.a
cyphoides 783.b
cytonia condita 884.d

D.

Dactyli qui probentur 223.f
qui deteriores 224.a
dactylorum vis ibid.d
Dalſingenſia balnea 24.f
Dalſingenſium thermarum ſitus, ratio & vires ibid.
damæ ſevum quomodo colligendũ, præparandum, & conſervãdum 403. ejus vires ibid.
daphnoides quid 193.e
ejus vires ibid.f
dauci tria genera 261.f
vires 262.a
decoctio aperitiva lenitiva major 551.d minor ibid.f
aperitiva major cũ rhabarbaro ibid.d
decoctio bilem educens 549.d
florum & fructuum 536.d
decoctio ſenæ D. Gereonis quomodo paranda 544.d ejus vires ibid.
vulneraria noſtra 547.a
decoctum ad dentes firmandos 1148.a
decoctum adianthi quomodo parãdum 542.e ejus vires ibid.
decoctum atram bilem vacuans 550.d cephalicum calefaciens 536.f commune magiſtrale ad medicamenta macerãda ibid.d
decoctum contra urinæ ardorem 546.b cordiale 545.e
quomodo fiat ibid.e
decoctum epithymi quomodo parandum 544.a
ejus vires ibid.b
decoctum ex fumaria 546.f
decoctũ ex thymo quomodo parandum ibid.c
decoctũ eupatorii quomodo parandum 545.a
ejus vires ibid.
decoctum flatus pellens, ſeu carminativum 547.f
decoctum fructuum quomodo parandum 543.b
decoctum galli ad colicam ibid.e
decoctum guajaci cum zarza parilla pro ſyrupo 541.d
decoctum hellebori nigri quomodo parandum 551.a
decoctum laxativũ in Majo 552.d
decoctum ligni guajaci cum corticibus 540.b.c.d cum vino 539.b.c.d
decoctum ligni pro potu 539.a
decoctum mixtos educens humores 550.b
decoctum myrobalanorum quomodo parandum 544.e
ejus vires ibid.
decoctum pectorale quomodo parandum 545.c
ejus vires ibid.d
decoctum pituitam educens 550.c
decoctum provocans menſtrua 546.e
decoctum ptiſanæ hordei quomodo fiat 535.e
decoctum radicis Chinæ 542.a
decoctum ſtœchados quomodo parandum 543.f
ejus vires ibid.
decoctum thymi quando parandum ibid.d
ejus vires ibid.e
decoctum zarzæ parillæ 541.b
decoctum zarzæ parillæ cum guajaco ibid.d
decocta alterantia bilem 546.a
bilem atram purgantia 544.a
alterantia caput 536.f
decocta alterantia communia 536.c
decocta alterantia cor 537.d 545.e
pituitam 546.c
ventriculum 537.f
decocta minus uſualia 545.b
decocta officinalia reficientia 535.a
decocta purgantia bilem flavam 543.b 549.e atram bilem 550.f humores mixtos 544.e
pituitam 543.c
ſanguinem 542.e
decocta ſudorem provocantia 538.f
decocta unde parentur 533.a
decocta vulneraria 547.a
defenſivum optimum 949.b
defenſivum magiſtrale 925.b
dentifricium ad candorem dentibus conciliandum 1124.e
dentifricium optimum 1210.a
Deynachenſe balneum 21.c
Deynachenſis fontis acidi ſitus, ratio & vires ibid.
diacalaminthon Galeni 768.e
Nicolai ibid.f
diacapparis 784.a
diacarthamum 824.a
diacaſſia cum manna 806.a
diacaſſia magiſtralis 805.d
Meſuæ ibid.e
diacaſſia ſub nomine caſſia condita ibid.b
diacaſtorium 863.c
diacatholicon 806.e
diacatholicon Theophraſti 433.f
diachylon cum gummi Vigonis 975.e
diacinnamomum 777.d
diacitonium compoſitum 786.d
diacitonium è ſucco citoniorum 889.b

diacodion Montani 873.e
diacodion ſimplex Galeni ibid.c
diacodion ſolidum 1172.f
diacodion ſimplex 885.e
ſtibiatum ibid.a
diacorallus Galeni 1084.a
diacorum 762.e
diacoſtum 783.d
diacuminum 776.e
diacurcuma magna 782.d
minor ibid.f
diadictamnum 982.a
diadictamnum Galeni 1018.e
diagalanga 776.b
diahæmatites 1102.a
diahyſſopum 767.c
diaireos Salomonis 766.c
diaireos ſimplex, magiſtralis 756.b
diaireos uſitata ibid.e
dialacca major 781.e
minor 782.a
dialacca Iſaac ibid.b
diamanna 808.d
diamargaritum calidum 773.a
diamoruſia 783.a
diambra 761.e
diameliton Andromachi 776.d
diamoron Meſue 512.a
diamoron ſimplex Galeni 510.f
compoſitum 511.a
diamoron uſitatum 510.f
diamoſchum amarum, dulce 761.a.b.c
diamyrrha 1102.b
dianiſum 776.d
dianthon 772.c
diaxenu 1101.e
diaolibanum 850.b
diapapaver ibid.a
diapenidion 786.d
diapenidion ſine ſpeciebus calidis 787.c
diaphœnicon 813.d
diapyſalidon 826.d
diapolypodion magiſtrale 811.e
diapraſſium 767.d
diaprunum ſimplex 806.e
compoſitum ibid.f
ſolutivum 811.e
diacentaurion Damocratis 296.c
diarrhodon Abbatis 778.a
commune ibid.d
diarrhodon Nilei 1105.a
diaſatyrium 794.c
diaſatyrium analepticum & venutritorium 795.c
diaſcordium 799.d
diaſena 821.b
diaſpolticum 778.f
diaſulphur 769.d
diathamaron ibid.a
diatragacanthum calidum 767.a
frigidum 787.a
diatrionpipereon 778.b
diatrionſandalon 788.f
diaturbith cum rhabarbaro 824.b
diaturbith majus 815.d
minus ibid.e
diaxyloaloës 772.d
diazingiber 777.e
dictamnum quid 133.b
ejus vires ibid.c & 287.a
diapbryges quid 48.f
quod optimum ibid.
ejus vis & uſus ibid.
dolorem mitigantia 271.f
ſedantia 323.b
dorci coagulũ ad quid utile 410.a
doronici vires 287.a
doryonii vires 188.b
dracunculus major quid 312.e
quando colligendus ibid.f
ejus facultas & vires ibid.
dracunculus minor quid 313.a
ejus vires ibid.
draconis ſanguis factitius 364.f
ejus vis 365.a
dropax quid 1019.b
dropax ſimplex ibid.
compoſitus 1020.b
dryini morſus quomodo curandus 394.f
dulcamara quid 173.d
ejus vires ibid.e
Dunckelbrun balneum 25.b
Dunckelbrunenſis balnei ſitus, ratio & vires ibid.

## E.

EBani balnei vires 30.a
Ebenhauſen balneum 25.c
Ebenhauſani fontis acidi ſitus & vires ibid.
ebenus optima qua 334.a
ejus vires ibid.c
ebrietas omnis nocet 355.e
Ebrus Thraciæ fluvius auri ferax 41.c
ebulus quid 170.e
ejus vires ibid.c
ebulũ quando diſtillandum 438.e
ejus facultas & vires ibid.
ebuli foliorum vires 289.f
radicis vis 328.a
ebur quid 399.e
ejus vires ibid.f
echii ſucci vis 349.c
eclegma quid 871.d
ejus diviſio ibid.
eclegma abſtergens 875.a & 879.a
adſtringens 878.a
elaterium quid 368.e
quod optimum ibid.
quod improbetur ibid.
electuarium Alcanzi 780.e
electuarium Albarif 826.b
electuarium Alſebram ibid.d
electuarium angelicum Fioravanti 825.d
electuarium ad aquã inter cutem 835.a calculum 839.a
coitum augmentandum 840.e
dolorem colicum 842.c dolorem veſicæ cum ulcere ibid.e
dolores cum ulcere ibid.f
hepar calefactum cum obſtructione 838.e
electuarium ad humectationẽ ventriculi totiusq́; corporis 837.b.c
icterum 835.e
libidinem augmentandam 840.d.f
electuarium ad memoriam 830.d.f
morbos capitis frigidos 829.f
ſeminis profluvium, & Venerẽ minuendam 842.a
electuarium ad Venerem 840.b
ventriculi corroborationem 833.e.f 834.a.b urinas & menſes movendos 839.a
electuarium ad uteri dolores 833.d
electuarium calculum frangens 791.a confortans mineram omnium virtutum 832.a
confortans ſtomachum & digeſtivam 834.d conſolida majoris 791.b contra peſtem, Ferdinandi Imp. 801.a
contra ſterilitatem 841.e
electuarium contra ſtomachi ardorem 837.b
electuarium cordis 831.e
electuarium de aromatibus 779.b
baccis lauri ibid. baccis myrti 789.e cineribus 791.b
eupatorio 827.b
electuarium de gemmis calidum 773.b nucibus 797.f
ovo ibid. pſyllio 810.e
ſeminibus 781.e
ſebeſten 808.c ſorbis 789.a
ſucco roſarum 810.b
electuarium diabryonias 820.b
electuarium diacarthami, cholagogum 843.f
electuarium diacoccognidiis 823.d
electuarium diapæonias 764.b
electuarium diureticum 792.c
electuarium Ducis 784.e
electuarium è ſcoria ferri ibid.b
electuarium Eliſcoph 815.e
ex acetoſa 789.b
electuarium ex aſa 785.c
ex citro 778.e
electuarium frigidum ſecundum Cophonem 813.b
electuarium imperiale, Fioravanti 785.

electuarium Indum majus 815.a
minus ibid.c
electuarium Juſtinum 791.a
electuarium lætificans 773.d
electuarium lenitivum 807.f
electuarium Meſuæ 810.d
electuarium officinale ſolutivum 810.b
electuarium opticum 830.c
pectorale 833.a
peſtilentiale 791.d
electuarium Petri 783.d
electuarium præſervativum contra peſtem & alios morbos 798.a 802.e
electuarium pro corde & palpitatione 831.b dolore in fluxu ventris 843.a dolore nephritico 842.d dyſenteria 838.f
electuarium pro iis, qui non poſſunt coire ex frigiditate 841.d
electuarium pro iis, quibus ſemen eſt acre 840.b lienteria 838.d
refrigerato ventriculo 833.d
ſplene 835.f
ventriculo laxato 837.d
electuarium, quo Hiſpani milites utuntur, affecti lue Hiſpanica 846.e
electuarium Reginæ, magiſtrale & uſuale 791.d
electuarium regium ibid.
electuariũ refrigerans caput 786.a
pectus ibid.f
electuarium reſtaurativum 838.a
reſumptivum 787.a
electuarium roſatum Meſuæ 810.d
electuarium ſolvens ventrẽ 845.b
electuarium ſulphuratum 869.f
electuarium vitæ 781.a 846.a
electuaria aquã purgantia 844.d
electuaria aſtringentia 709.c 838.d
electuaria calefaciẽtia caput 829.f
cor 831.a hepar 781.a 835.c matricem 784.e pectus 766.b pulmonem 833.a ſplenem 784.a 825.f ventriculum 776.b
electuaria dolorem mitigantia 842.c
electuaria contra venena 796.e
electuaria officinalia lenitiva 804.a
electuaria purgãtia humores mixtos 823.f 844.f
electuaria quid, & unde dicantur 790.a
electuaria refrigerãtia hepar 838.b
matricem 790.a
ſplenem ibid.
ſtomachum 789.a
electuaria refrigerantia ventriculum 837.a
electuaria Venerem minuentia 842.a Venerem ſtimulantia 794.b 839.e
electuariorum diviſio 753.a
elixir vitæ 438.f 441.a 454.e
ellebori albi vires 325.e
nigri vires ibid.c
Ellenbogenſium thermarum ſitus, ratio & vires 16.e.f
embrocha quid 597.a
embrochæ alterantes ſtomachum 598.b calefaciẽtes caput 597.b
embrocha ad dolorem podagricum 600.b lethargum 597.b
embrocha ad phrenitidem in principio 598.d
embrocha ad ſomnum inducendum 600.a
embrocha ad ſtomachum imbecillẽ in febri quotidiana 598.b
embrocha in augmento 599.a
embrochæ refrigerantes caput 597.c
embrochæ unde componãtur ibid.a
embrocharum diviſio ibid.
Embſenſium balneorum ſitus, ratio & vires 16.b
emplaſtrum abſtergens, purgansq; 997.f
emplaſtrum ad dolorem juncturarum & podagræ 994.d
fluxum ventris 995.a
fœtum retinendum ibid.b
hydropem 985.d 997.a
humiditatem reſtaurandam 837.d materiam concoquendam, & pus movendum 996.c
emplaſtrum ad membra convulſa ex repletione 997.b
morbum Gallicum ibid.c
emplaſtrum album, ſive è ceruſſa 981.c
emplaſtrum Andromachi ad ulcera magna 981.f
emplaſtrum aperiens cutim 999.e
emplaſtrum apoſtolicum 978.f
emplaſtrum Aſclepiadis 982.e
emplaſtrum attrahens 999.c
emplaſtrum baſilicum majus 981.f
minus 982.a
emplaſtrum cephalicum 898.d
emplaſtrum ceroneum 977.c
emplaſtrum chalcanthinũ 984.a
emplaſtrum Comitis 992.c
emplaſtrũ commune ad durities & dolores jecoris & ſplenis 995.e
emplaſtra conſolidantia 985.f
emplaſtrum contra ambuſtionem 1000.a contra ramicem, ſive rupturam 986.d
emplaſtrũ contra vermes 998.a.b
emplaſtrum croceum 953.a
emplaſtrum de apibus 980.a
baccis lauri 994.a betonica 998.f centaurea ibid.
cruſta panis 973.a
emplaſtrum de janua 881.e
lapide calaminari 993.e
maſtice 994.c meliloto 976.b
minio, Vigonis 985.f
rhabarbaro 979.b tribus farinis 980.b item de quinque ibid.c ſtercore canis 984.c vermibus 992.d
emplaſtrum Diabotanon, Critonis 983.b
emplaſtrum Diacadmia 993.d
emplaſtrum diachalcites, palmeum unguentum dictum 988.b
emplaſtrũ diachylon ſimplex 974.f
compoſitum 975.a
magnum filii Zachariæ ibid.e
parvum ibid.d
emplaſtrum diaphœnicon calidum 973.f frigidum 974.b
emplaſtrum diaſulphuris 991.f
diſcutiens 996.f
divinum 981.e
emplaſtrum ex alliis 979.c euphorbio 991. fermento 999.b
gallia 973.b ſalice 997.e
ſalicibus 989.b
Scilla, Critonis 933.e
emplaſtrum filii Zachariæ ſecundum Meſuem 979.e
emplaſtrum gratia Dei ibid.d
emplaſtrum gryſeum de lapide calaminari 993.a
emplaſtrum incarnans 992.c
emplaſtrum inflammationem reprimens 995.d
emplaſtrum Macedonicum 980.b
emplaſtrum Marciatum, Pauli 994.b
emplaſtrum nigrum 988.f
oxycroceum 977.f
emplaſtrum polyarchion 971.b
emplaſtrum pro matrice 974.b
emplaſtra quid 969.a
eorum diviſio ibid.
emplaſtrum ſtomachicum 971.a
ſulphuratum 984.e
emplaſtrum Tarentini 989.a
emplaſtrum triapharmacũ 986.c
emplaſtrum venatorum 989.d
emplaſtrum viride 981.d 990.f
emplaſtrum viride Andromachi 990.e herbarum 931.d
emplaſtra abſtergentia 980.b
adſtringentia 973.b 994.f
ambuſta extinguentia 1000.a
cicatricem inducentia 993.a
concoquentia 996.c

emplaſtra conſolidantia 998.b
diſcutientia 985.a 996.e dolorem ſedantia 994.a emollientia 995.e erodentia 999.e
extrahentia 998.e
emplaſtra frigida 972.a
emplaſtra minus uſualia 971.a
emulſio ad renum veſicæ affectus 511.d
endivia quomodo diſtillanda 421.e
ejus facultas & vires ibid.f
endiviæ ſucci vires 481.c.d
enema ad bilem 571.a
enula quando diſtillanda 428.b
ejus facultas & vires ibid.
ephemeri vires 323.f
epithema ad calidam hepatis intemperiem 595.e ad capitis dolores à frigore 581.d ad coitum 597.a ad dolorem ſtomachi ex calore 595.d ex frigido 595.b ad faciei eryſipelata ibid.e ad febres ardentes & ſiccas 592.f ad frigidos cordis affectus ibid.b ad frontem, primum 589.b ſecundum & tertium 590.a.b ad hecticam febrem 594.a ad hepatis obſtructionem & calorem 596.a
ad palpitationem cordis ex bile 593.a ad ſomnum 591.b ad teſticulos refrigerandos 596.c
ad ventriculum corroborãdum 594.c
epithema ad ventriculum bilioſum ibid.d pituitoſum ibid.f
ad virium imbecillitatem 592.e
epithema commune omnium partium 589.a
epithema contra ulcera virgæ 596.f
epithema frontale commune 590.f
epithema in febri continua arteriis juxta manum applicandum 596.c in febribus ardentibus 592.b
epithema alterantia cerebrum 590.b cor 591.e corpus per arterias juxta manus 596.e
hepar 595.e pectus 594.a
ſtomachum ibid.e
teſticulos 596.e
epithemata quæ dicantur 589.a
eorum diviſio ibid.
epithymum quid 192.c
ejus vires ibid.d
epithymi florum vires 209.b
equi coagulum quibus conveniat 509.b
equorum ſanguinis uſus 403.b
equini ſtercoris vis 409.d
equiſetum quid 166.b
ejus vires ibid.c
eretriadum duæ ſpecies 36.e
quæ optima ibid.
quam vim habeat ibid.f
ericæ florum vis 206.f
erinacei jecoris vis 397.c
eriphionis etymon 297.e
errhinum ad capitis dolorem ex pituita 582.a ad fœtorem narium 583.a ad ſanguinem reprimendum ibid. ad vetuſtum capitis dolorem & lippitudinem 582.b ad ulceris eroſionis deterſionem 581.d ad ulcera narium detergenda & exiccanda ibid. ad ulcera purganda & conſolidanda ibid.f
errhinum detergens pituitam 581.c
errhinum purgans bilem 579.a
melancholiam ibid.e
pituitam ibid.
errhina quid 579.a
eorum diviſio ibid.
errhina aſtringentia 582.f
dolorem mitigantia ibid.a
errhina odorata 583.a
eruca quando diſtillanda 427.e
facultas & vires ibid.
erucæ duo genera 184.b
vires ibid.
erucæ ſemen quando colligendum, & quandiu ſervandum 257.b
ejus vires ibid.c
erucas pinorum qui hauſerint, quos experiantur dolores 589.c iis quomodo ſuccurrendum ibid.d
ervum quid 257.a quando colligendum ibid. ejus vires ibid.
eryngion quid 313.f
ejus radix cujuſmodi ibid.
facultas & vires 314.a
eryngium conditum 886.e
eryſimon quid 286.a
ejus vires ibid.b
erythrodanum 295.c
Eſdræ antidotus 862.e 863.d
eſſentia cornu cervini, monocerotis, oſſium de cornu cervi & eboris 69 .a
eſſentia cranii hominis ibid.f
eſſentia moſchi, zibettæ & caſtorei 644.f
eſſentia viperarum ibid.a
eſula quid 195.b
eſula quæ præſtantior ibid.
eſula quando colligenda ibid.
eſulæ nomine tres plantæ intelliguntur 327.d
eſulæ vires 195.c 327.f
Etingenſia balnea 25.d
Etingenſium balneorum ſitus, ratio & vires ibid.
euangelon 813.e
eupatorium quid Avicennæ 113.c
item Meſuæ ibid.
ejus vires ibid.d
quomodo diſtillandum 427.b
ejus facultas & vires ibid.
euphorbium quid 380.c
quandiu ſervetur ibid.d
quod optimum ibid.
euphorbii vires ibid.
euphragia quomodo diſtillanda 424.d ejus facultas & vires ibid.
extracta quid 893.a
eorum diviſio ibid.
extractum agarici 899.c
extractum aloës ibid.e.f
extractũ cardui benedicti 894.a
chelidonii 893.b
colocynthidis 900.d
extractum elaterii 898.f 903.b
extractum ex helleboro 907.c
ex ſemine Cnici 904.a
extractum euphorbii 900.f
extractum granorum lathyridis 903.e hellebori nigri 901.c hermodactylorum ibid.b. juniperi 894.e lapidis Armeni & Cyanei 902.f mechoaca 899.d meliſſæ 893.a opopanacis 901.a polypodii 899.d
extractum purgans, Norimbergæ in uſu 905.d purgans omnes humores ibid.e
extractum rhabarbari 896.e 897.b.c.d
extractum radicum cucumeris aſinini 903.e
radicum mechoacan 908.c
extractum ſagapeni & ſarcocollæ 901.a ſatyrii 895.e ſcammonii 898.c ſcillæ 896.a ſenæ 899.c
extractum ſolutivũ minus efficax 905.a ſulphuris in colore auri & rubini 896.b ſymphyti 895.e thymelææ & chameleæ 903.c turpeti 900.a

## F.

FAbarum flores quando colligendi 214.d eorum facultas & vires ibid.
faciem quæ exornent 1169.f
Federina balnea 21.d
Federini fontis acidi ſitus, ratio & vires ibid.e
fel omne à quibus animalibus deſumendum, & quomodo ſiccandum 411.d
fellis callionymi piſcis vires 411.e
caprini ſylveſtris vis 414.b
hircini vires 413.b
fellis omnis vis qualis 411.e



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0638-9
DFG

fellis ovilli vires 413.a ſuilli vires ibid.b. taurini vires 414.b
teſtudinum vires 414.c
urſini vires 413.b
ferina balnea in ducatu Wirtembergenſi 14.e
ferri vires 42.e
ficus delicatiſſima 223.c
præſtantiſſima quæ ibid.a
ficus quando colligantur ibid.
ficuum facultas & vires 223.d
ficulnei ligni vis 338.e
filipendulæ radicis vires 315.c
filix quid 167.c ejus vires ibid.
filicis radicis vires 325.a
flatus diſcutientia 215.b 313.f
Fliehen balneum 25.d
Fliehen fontis acidi ſitus & vires ibid.
flos æris quid 42.c optimus quis ibid. ejus vires ibid.d ſalis vires 75.b maris vires ibid.
flores antimonii 1029.a caſſiæ 804.b
flores ſulphuris ſalſi 1032.b
florum differentia 198.b
fœniculi cremor quomodo conficiatur 352.d ejus vires ibid.
fœniculi ſemen quando colligendū 261. ejus facultas ibid.c 137.f 287.a
fœnigræci cremoris vires 255.b
folia quid 91.a eorumq; diviſio ibid.
fomentum ad alvi fluxiones 585.a
ad dolorem colicum 587.f
ad dolorem lateris ibid.e
ad dolorem pleuriticum ibid.d
ad dolorem nephriticum 588.b
ad lienis inflammationem 586.a
ad lienem induratum 587.b
ad menſtrua provocanda 585.e
ad ophthalmiam 586.c
ad ſtomachi frigus 584.a
ad tumores emolliendos lienis 587.c ad ventriculum roborandum 585.b
ad urinæ retentionem & calculum ibid.f
fomentū diſcutiens œdemata 586.f
emolliens, doloresq; ſedans 587.d
fomentum in febribus ardentibus 583.a bilioſis ibid.
fomentum pro ſtomacho eructuoſo 585.d
fomentum relaxans 586.e reſolvens ac flatus diſcutiens ibid.c
fomenta aperientia 585.d
aſtringentia ibid.a
fomenta dolorem ſedantia 587.d
emollientia ibid.b
fomenta unde dicantur 583.a
fomentorum diviſio ibid.
fontes acidi 21.a
formicarum alatarū oleum 586.e
fornacum terra ejuſdem cum teſta effectus 40.d
fraga quid 242.d
eorum vires ibid.
fraga quomodo diſtillanda 423.c
eorum facultas & vires ibid.
fragaria quid 170.c
fragariæ fructus fugax ibid.
vires ibid.
fragariæ herbæ & radicis ujus 308.b
fraxinella an tragii veterū ſit ſpecies 319.a ejus deſcriptio 318.a ſpecies duæ 318.f vires 319.d
fraxini arboris vires 307.d
corticis vis 346.a ſeminis vires 271.a
fructus quid 217.a
eorum differentia ibid.
fucus ad faciem 1220.d
fucus Ducis Mediolanenſis 1151.a
fuligo ex liquida pice quomodo fiat 2.b ejus vis ibid.c
fuligo omnis exiccatoria 2.b
fuligo pictoria 3.e
fuligo thuris quomodo faciēda ib.a
fuliginis facultas & vires ibid.b
fuliginis pictoriæ electio ibid.
fuliginis natura 2.b vires 3.c
fumaria quid 191.f quæ optima ibid. ejus vires ibid.
fumaria quomodo diſtillāda 421.f
ejus facultas & vires ibid.
fumariæ ſuccus quando exprimendus 449.f ejus vis ibid.
fumus terræ quid 151.c
ejus vires ibid.
fungorum vires 323.d
fuſca Ægyptia, Andromachi 984.a

## G.

GAgates qui probetur 71.e
ejus vires ibid. 76.a
galactites unde dicatur 72.d
galāga quomodo adulteretur 287.c
ejus vires ibid.d
galeritæ corculi vis 387.e
galeritæ uſus ibid.
galaxiæ lapidis uſus 72.d
galbanum quid 372.c
quod optimum ibid.
ejus adulteratio ibid.
vires ibid.
galla quid 234.c
galla quæ optima ibid.d
gallæ vires ibid.
gallus ad jus purgatorium qualis eligendus 387.d
gallorum nondum coëuntium vires 398.b
in gallinæ ventriculi interiore ſinu reſidens membrana cujus ſit facultatis 400.a
gallinacei ſtercoris vires 411.a
galiopſis quid 187.a
ejus vires ibid.
gammarorum diſtillatorum vires 431.a
Ganges Indiæ fluvius auri ferax 41.c
gargariſma ad anginam 577.b
ad deterſionem pituitæ, quæ partibus adhæret ibid.f
gargariſma ad dolorem dentium in principio 579.a fluxione jam facta ibid.a
gargariſma ad inflammatas tonſillas per initia exhibendum 575.a
gargariſma ad oris fœtorem 579.b
inflammationem 577.b
ulcera exiccanda 578.d
ulcera putrida ibid.
gargariſma ad pituitam lentam detergendam 578.a
ad ulcerum oris deterſionē ibid.
gargariſma ad ulcera oris in morbo Gallico 578.a
gargariſma deterſorium commune 577.e
gargariſmata conſolidantia 578.c
detergentia 577.e
diſcutientia ibid.b
dolorem ſedantia 578.f
gargariſmata odorata 579.b
gargariſmata unde inſtituantur 575.a
gargariſmatum diviſiones ibid.
Gebersvilenſia balnea 16.e
Gebersvilenſium thermarum ſitus, ratio & vires ibid.
geniſtæ vires 274.a
geniſtarum florum collectio 216.c
vires ibid.
gentiana quid 307.e
quando colligatur ibid.f
gentiana quomodo diſtillanda 427.a ejus facultas & vires ibid.
gentianæ inventio cui aſſignetur 308.a
Gentius Illyricorum rex 307.e
geodes lapis ubi naſcatur 71.a
ejus vires ibid.
Geppingenſia balnea 15.c
Geppingenſium balneorum ſitus, ratio & vires ibid.
gingiber quod eligendum 305.c
gingiberis vires ibid.b
gingidium quid 166.e
ejus vires ibid.
gilvum Halieni 991.e
glans acris 1115.f
glans dolorem ſedans 1116.f

glans ex radice betæ 1113.e
lenis ibid.b
glans mediocris 1115.c
glandis calyculi vis 346.e
glandes ad flatus 1116.b
glandes dolorem mitigantes ibid.f
glandes Græcis, balani: barbaris, ſuppoſitoria dicuntur 1114.a
glandes ſeu globuli flatus diſcutientes 1116.c
glandium differentiæ 1114.a
globulus excrementa ducens ibid.c
globulus flatus diſcutiens 1116.c
globulus lenis 1114.b
Glotterbad 20.b
Glotterbad balnei ſitus, ratio & vires ibid.
glycyrrhiza ubi plurima naſcatur 283. quando colligatur ibid.e
ejus vires ibid.
glycyrrhizæ ſuccus qui optimus 359.f
glycyrrhizæ ſuccus quomodo extrahatur 283.d
gramen quomodo diſtillandum 423.c ejus facultas & vires ibid.d
graminis vires 315.d
granatus unde dictus 61.e
ejus ſpecies ibid.
vires ibid.f
gratiola quid 192.f
ejus vires ibid.
Grotini thermarum vires 31.c
guajacum lignum 333.e
ejus vires ibid.f
guajaci corticis vis 339.a
gummi quid 72.c
ejus differentiæ ibid.
gummi Arabicum quod optimum 381.e ejus vires ibid.
gummi amygdalarum vires 381.f
ceraſi vis 382.a
gummi elemi quid 371.a
quod optimum ibid.
ejus vires ibid.b
gummi hederæ quid 372.b
ejus facultas & vires ibid.
è gummi quomodo oleum eliciatur 658.c
gypſum lapideſcens ſtrangulationem creat 5[.]b
gypſum unde fiat 5[.]c
ejus vires ibid.


H.


HÆmatites optimus 68.b
hæmatites quomodo vitietur ibid.d ejus vires ibid.
hæmorrhoi ictus quomodo curandus 395.b
halicacabum 265.a
halicacabum quid 243.b
ejus vires ibid.c
hederæ natura 189.d
hederæ tres differentiæ 123.d
hederæ vires ibid.e
helenium quid 138.e
ejus vires ibid.f & 287.f
helichryſon quid 184.f
ejus vires 185.a
helleborum nigrum quomodo diſtillãdum 432.a ejus facultas & vires ibid.b
Helvetiorum balnea 13.d
helxine quid 153.e
ejus vires ibid.
hepar excalefacientia 213.d 267.e 305.e refrigerantia 213.f 269.a 403.b
herbæ excalfacientes thoracem 425.b
hermodactylus 328.
ejus vires ibid.b
herniaria quid 177.e
ejus vires ibid.f
Heylbronnenſe balneum 23.b
ejus ſitus, ratio & vires ibid.c
hiera Abbatis ibid. Archigenis 817.f
hiera colocynthidos 819.a
hiera compoſita 816.c
hiera fortiſſima Galeni 819.a
hiera Hermetis cum dracunculo 819.c
hiera Pachii 817.c
hiera picra Conſtantini 816.b
hiera picra cum agarico 817.b
hiera Ruffi 824.d
hieracium quid 171.d
ejus vires ibid.
Hieragladium 822.f
hinnuli coagulum ad quid utile 810.a
hirci ſanguinis vis 401.f
hircinus ſanguis quomodo paretur ibid.
hircinum ſevum quomodo præparandum & reponendum 805.c
ejus vires ibid.
hircinæ medullæ uſus 402.d
jecoris 405.e
hirudo hauſta quo argumẽto deprehendatur 390.d
hirudines cum aqua devoratæ quæ incommoda præſtent ibid.
easdem quæ excutiant ibid.
hirundinum vires 387.e
hœdi coagulũ ad quid utile 410.b
hœdi ſanguis utiliſſimè in antidota miſcetur 402.f
hœdinum ſevum quomodo conficiendum & ſervandum 405.b
ejus vires ibid.
hordei facultas 264.e
horminum quid 187.f
horminũ quando colligẽdum ibid.f
ejus vires ibid.
Hubbad balneum 18.e
ejus ſitus, ratio & vires ibid.
humani ſtercoris vires 411.a
humoris in folliculis ulmi naſcentis vis 352.a
hyacinthus quid 355.c
ejus vires ibid.d
hyacinthus ubi proveniat 211.c
ejus vires ibid.b
hyacinthi vis 322.e
hyacinthorum duæ ſpecies 57.a
vires ibid.b
hydrargyrum metallorum 737.a
hydrelæon 972.b
hydromel compoſitum 486.d
hygia Græca 765.f
hyoſcyamus quid 162.b
hyoſcyami facultas & vires 188.c 189.e
hyoſcyami flores quando colligendi 212.a eorum vires ibid.
hyoſcyami tres differentiæ 162.c
vires ibid.e
hypericon quid 184.e
ejus vires ibid.f
hypociſtis ubi naſcatur 365.b
hypociſtidis extrahendæ modus ibid.
hypociſtidis vires ibid.
hyſſopum quomodo diſtillandum 425.b ejus facultas & vires ibid.
de hyſſopo ſyrupi vires 483.f.


I.


JAſminum quid 208.c
jaſmini olei compoſitio ibid.f
jaſmini vires ibid.
jaſpidis vires 66.e
jaſpidum genera 72.a
vires ibid.b
jecur excalefacientia 267.d
ignis qualis in medicamentis eligendus 1.a
ignis in medicina uſus ibid.
infantis recenter nati umbilici uſus 400.d
infantes ut epilepſiam evitent 75.b
infuſio ad atram bilem prima 559.d ſecunda & tertia ibid.e.f
infuſio ad colicam 559.b
infuſio ad pituitam prima 558.d
ſecunda & tertia ibid.e.f
infuſio hieræ ſimplicis 558.e
infuſio purgans ſanguinem 560.e
infuſio quid 553.a
ejus diviſio ibid.
infuſio roſarum, ſeu ſyrupus ſolutivus.


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0640-9

lutivus, ſive Mucharum 497.c
violarum ibid.d
infuſum ſeri lactis 556. ejus facultas & vires ibid.d
infuſum ſucci herbarum 552.e
infuſa purgantia bilem 556.c 559.d
purgantia pituitam 558.b
infuſa ſanguinem puriorem reddentia 560.e
injectio in veſicam ad ulcus ejus 574.f in uterum ad deterſionem ulceris poſt fœtũ mortuum ibid.b ad ſcirrhum ipſius ibid.d ad ſuffocationem ipſius ibid.e
injectio in uterum menſes provocans 574.a
inſeſſiones aperientes 601.d
aſtringentes 599.c diſcutientes 602. dolorem mitigantes 504.a emollientes 601.c
frangentes calculum 602.f
inſeſſus ad alvi uteriq; nimium fluorem, deſcenſum, hæmorrhoidas, exitum ani, aliaq; ejus vitia 601.b ad anum prolapſum 599.c ad arenam, renumq; calculos 603.d ad colicam paſſionem ventriſq; torſiones 604.a ad calculum 603.e ad dolores colicos mitigandos curandosq; 604.a ad fluorem alvi 600.d
ad hæmorrhoidas ibid.c
ad menſes ciendos 602.c
ad meſtrua indurata tumoresq; & dolores naturalium ibid.b
ad menſtrua provocãda ibid.a
ad nimium uteri fluorem & ani hæmorrhoidas 599.c
ad renes inflammatos 602.e
ad teneſmum ibid. ad veſica calculum & ſtranguriam 603.e
ad uteri dolores & præfocationes 604.c ad uteri inflammationes 602.d
inſeſſus quid 599.a
inſeſſus unde fiant ibid.
inſeſſuum unde diviſio ibid.
intybus duorum eſt generum 115.a
ejus vires ibid.b
intybi ſuccus quando exprimendus 350.c ejus vires ibid.
ireos flores quomodo diſtillandi 425.d eorum facultas & vires ibid.
iris unde dicatur 301.f
ejus vires 302.b
irrigatio ad morbos capitis frigidos 597.c
irrigatio calefaciens caput ibid.d
iſatis quid 170.e ejus vires ibid.
Iſis 981.a
Iſis ex Galeno 1017.d
Iſter Pannoniæ fluvius auri ferax 41.c
Judaici lapidis vis 73.b
juglandes conditæ 886.b
juglandes quomodo diſtillandæ 422.e earum facultas & vires ibid.
juglandiũ viridiũ facultates 346.f
jujubæ quæ præſtantiores 225.b
earum vires ibid.c
julapium ad hepatis refrigeratione 509.b ad pectus ibid.c
ad phthiſim ibid.
ad ſanguinem 509.a
julapium Mercurialis 510.e
oxalidis quomodo fiat ibid.f
roſaceum quomodo fiat ibid.d
ejus vires ibid. violatum ibid.e ejus vires ibid.
Jungbrun balneum 25.e
ejus ſitus & vires ibid.
juniperi lignum quandiu incorruptum perduret 334.d
ejus facultas & vires ibid.
juniperorum duo genera 130.c
vires ibid.d
juncturas qui flores calefaciant 313.e
juncturas refrigerantia 214.a
juſquiami ſeminis facultas 265.f

K.

KErlich balneum 25.e
ſitus ejus & vires ibid.
Keſſelbrunnenſe balneum 22.f
ejus ſitus, ratio & vires ibid.
Keſſingen balneum 26.a
K ſſvvaſſer balneum 25.f
ejus ſitus & vires ibid.
Kibbadenſia balnea 20.a
Kibbadenſium thermarum ſitus, ratio & vires ibid.
Kiſſingenſis fontis acidi vires 26.a
Kronenberg balneum ibid.b
ejus vires ibid.

L.

LAc amygdalarum dulciũ quomodo parandum 511.b
lac humanum omnium dulciſſimũ 405.e.f ejus vires ibid.
lac quod probatiſſimum ibid.
lac virgineum 407.e
lactis aſinæ vires 406.f caprini vires ibid.f ovilli vires 407.a vaccini vires 405.f
laccæ loco ſtyrace utendum 371.a
lacertæ parietariæ capitis vires 396.f
lactuca quid 154.d
ejus vires ibid.e
lactuca domeſtica quomodo diſtillanda 422.b ejus facultas & vires ibid.
lactucæ ſeminis vires 263.e
ſucci vis 350.b
ladanum quid 459.e
ejus vires ibid.f
lapides precioſi alterantes qualitate occulta 64.a frigidi in primo gradu 59.a
lapides ſpongiarum 73.b
lapidum differentia 56.b
lapilli in bovis ventriculo inventi vires 416.a in veſica fellis tauri inventi vires ibid.
lappæ ſeminis vires 271.c
lardi oleum 591.a
larices lignum alumine illitum non comburitur 338.d
lathyris ſeminis vires 274.c
Laubacenſe balneum 26.e
ejus ſitus, ratio & vires ibid.
laudanum Mercuriale 736.d
laudanum Theophraſti 1077.b
lauri baccæ quando colligantur 241.a
lauri vires 139.e
lavendula nardi Italicæ ſpecies 206.e
lavendulæ flores quando colligãtur ibid.f eorum vires ibid.
lazuli lapidis vires 76.e
leonis adeps quomodo colligatur, præparetur, & cõſervetur 405.e
ejus vires ibid.
Leonſtein balneum 26.b
ejus vires ibid.
lemnia terra à rubrica quid differat 55.b
lens paluſtris ubi inveniatur 17[illegible].f
ejus vires ibid.
lepidium quid 149.e
ejus vires ibid.
leporis coaguli vires 410.b
in leporis pedibus prioribus oſſa quã vim habeant 402.a
leporis ſanguinis vires ibid.f
leporis terreſtris cerebrum cujus ſit facultatis & uſus 395.f
leporem marinũ qui biberint, quæ mala experiantur 390.a
iis quid contrà dandum ibid.
leucographidæ lapidis uſus 72.e
leucoium quid 209.b ejus flores quando colligendi ibid.
florum vis ibid.
Leuck balneum 20.e
ejus ſitus, ratio & vires ibid.f
Leuningenſia balnea 27.a
ejus ſitus, ratio & vires ibid.a
leviſtici quando colligendum [illegible].e
ejus vires ibid.a & 428.d
quando diſtillandum ibid.

libianum 1102.f
libohen quid 176.a ejus vires ibid.
lignum ad renum affectiones & urinæ incommoda 337.c
ligna alterantia qualitate occulta 338.d
lignum aromaticum 337.a
ligna calida 331.a frigida 336.e
ligna quid 331.a eorum diviſio ibid.
liguſtici ſeminis vires 271.e
liliorum alborum radix quãdo colligatur 312.d ejus vires ibid.
liliorum convallium flores quomodo diſtillandi 424.c eorum facultas & vires ibid.
limacum terreſtrium vires 386.b
ex limacum capite lapillorum vires 75.a
limonia mala Citriis & Aurantiis acidiora 235.a ejus vires ibid.
limonium quid 185.c
ejus vires ibid.
limonum acetoſitatis ſyrupi vires 481.b
lini cremor quomodo fiat 352.a
ejus vires ibid.
lini ſemen quando colligendum, & quandiu ſervandum 255.d
ejus vires ibid.e
linimentum ad ambuſta 914.e
calculum & fiſtulas curandas 911.f
linimentum ad capitis dolorem ex calore jecoris 913.a ex frigore ibid. ex inſolatu 912.e
linimentum ad cicatrices elatas & rubentes 1193.c clarificandos & candidos reddendos capillos 1183.e combuſtionem faciei & vulnera ſclopetica 914.b dolorem pleuriticum 912.d intertrigines ibid.a membra vulnerata, convulſa ex repletione 909.c oſſa corrupta & carioſa 912.b partes convulſas ratione nervi vulnerati 909.b pectus ibid.a thoracis affectum calidum ibid.d frigidũ ibid.d vetuſtum capitis dolorem 912.e
linimentum capillos canos nigros reddens 1185.c
linimentum contra vermes 913.d
linimentum defenſivum 911.a
linimentum dolorem leniens 913.d
molliẽs duritiem hepatis 910.d
linimentum empyreum extinguẽs, valdè efficax 913.f
linimentum exſiccans 910.c
humectans ibid.b
linimentum in modum lactis virginalis ad ornatũ faciei 1200.f
linimentum præſtantiſſimum ad empyreuma pulveris tormentarii reſtinguendum 914.d
linimentum pro capitis vulneribus cum cranei fractura 912.c
linimentum pro virgine, cujus facies erat defœdata ſcabiẽ 196.c
linimentũ refrigerans ad eryſipelas & inflammationem 910.a
repellẽs, & ſanguinem cohibens ibid.a
linimentum ubera flaccida rugosq; deformata expoliens 1206.b
linimenta ambuſta extinguentia 914.a aſtringentia 910.e
linimenta calida 909.b carnem generantia 911.f
dolorem ſedantia 912.d
linimenta frigida 909.f glutinantia 911.b humida 910.b
temperata 909.a
linimenta unde fiant 908.a
eorum diviſio ibid.
liquor auri 454.d
liquor magnus magiſtralis, Fioravanti 439.e
liquor quid 353.a ejus diviſio ibid.
liquor, ſeu oleum argenti 970.e
liquor tartari 446.e
liquores concreti bilem purgantes 365.c concreti calidi moderatè 357.e
liquores calidi 353.f
frigidi ibid.a
liquores concreti pituitam purgantes 368.e
liquores pingues calidi 355.f
frigidi 357.a
lithargyrii vires 50.c
lithoſpermon quando colligendum, & quandiu ſervandum 256.a
ejus vires ibid.
lithoſpermon unde nomen acceperit ibid.
lithontribon 792.e
lixivium ad achoras 613.b
lixivium ad aſthma, ſiccans & ſiſtens deſtillationes ex capite ad ſubjectas partes 614.d
lixivium ad cerebrũ memoriamq; juvandam ibid.a
lixivium ad deſtillationem ſiſtendam ibid. frigidos affectus ibid.b
lixivium ad melancholiam, inſaniam, ac vigilias 613.e memoriam 614.c pediculos 613.c reddendos pilos ruffos & criſpos 1165.f
lixivium capillos aureo colore tingens 1164.f 1166.f colore afficiens croceo 1165.c criſpos reddens 1170.e denigrans 1167.c
flavos reddens 1165.e
rubros 1168.d
lixivium capillos ſpiſſans 1169.e
lixivium prolongans capillos ibid.a
prohibens capillos 1170.b
roborans cerebrum, nervos, oculos, ſenſusq; reliquos 613.f
tingens capillos albos 1168.f
lixivia capillos ornantia 1164.d
loch abſtergens & concoquẽs 880.a
loch ad acres & erodentes deſtillationes 879.b aſthma 881.b caliditatem & aſperitatẽ pectoris, & ad tuſſim calidam 879.e defluxionem tenuem incraſſandam & ſiſtendam ibid.a frigidas deſtillationes 880.f humorem pituitoſum ibid. incipiẽtem inflammationem laterum & pulmonis 878.f inflammationẽ declinantẽ ibid. phthiſim 881.b pus retentum 881.a ſputum ſanguinis 877.b ulcera pulmonis 881.b
loch Antipatri 876.d
loch de amygdalis 877.f
carthamo ibid.d caulibus ibid.e ervo 876.f papavere 873.a pino 875.d praſſio 876.e pſyllio 873.b
loch de pulmone vulpis 876.f
ſcilla compoſitum 877.b
tuſſilagine ſimplex 875.a
loch è portulaca 879.b ſucco ſcillæ 855.a tragacantho 879.c
loch paſſularum 875.b
loch ſanum & expertum ibid.e
locuſtæ vires 388.a
Loſſingenſia balnea 27.a
Loſſingenſium balneorum ſitus, ratio & vires ibid.
lolii vires 207.c
Lonquich balneum 827.c
ejus ſitus & vires ibid.
Lotharingiæ ſive Plumbaria balnea 13.b
loti arboris lignum dyſentericis utile 338.a
lotio ad alopeciam 613.e axillas 615.a manus ibid. podagram 616.c pediculos 613.d ſomnum ciendum in febribus 615.e
ſordes capitis auferendas 613.a
tingendos capillos, & ad ulcera ibid.d
lotio capillorum 1166.b
lotio pedum ad dolores & podagram 656.d fœtorem 616.f
laſſitudinem ibid.e
lotio pedum polychreſtos 615.f
lotio pilos augens 1170.a
lotiones axillarum 615.a


lotiones

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0642-0
DFG

lotiones capillos ornantes 1163.d
lotiones capitis 613.c
manuum 615.a
lotionum diviſio 611.d
lucerna quæ præſtantiores 1.b
lucernæ quæ meliores habeantur 2.a
lumbricorum vires 386.f
lupi inteſtina quomodo præparanda 400.b cujus ſint uſus ibid. oſſa exſiccata quā vim habeant 401.a
lupini hepatis vis 397.d
lupini ſtercoris vires 412.a
lupinus ſativus quando colligēdus, & quandiu ſervandus 256.b
ejus vires ibid.
lupi ſolitarii vires 190.c
lupuli flores quando colligendi 208.a ejus vires ibid.
lupuli ſuccus quando extrahendus 349.d ejus vires ibid.e
lupuli quomodo diſtillandi 428.d facultas & vires ibid.
lycium quid 358.a
lycii extrahendi ratio ibid.
vires 358.d
lyncis lapis à lyncurio quid differat 73.a
lyncurii lapidis vires 75.b
lyſimachia quid 171.e
ejus vires ibid.f

M.

Macer 339.a ejus vires ibid. macis quid 346.a ejus preciū triplo majus, quam nucis myſticæ ibid.b vires ibid.e
magiſtrantia quid 315.d quando colligatur, & quandiu ſervetur ibid. ejus vires ibid.e
magnes optimus quis 76.a
ejus vires ibid.b
magnetis præparatio 1030.f
magnetis pulveris vis 74.f
majorana quid 139.f
majorana quomodo diſtillanda 424.a ejus facultas & vires ibid.
mali citri corticis vires 346.e
mali punici flores quando colligantur 211.f eorum vires ibid.
mali punici ſylveſtris florum complura genera ibid.
mala acerba adſtringunt, matura ſecus 241.c
mala aurea 236.d
malorum aurantiorum tria genera 234.f vires ibid.
mala citria 232.f
malorum citriorum vires 233.a
mala cotonea 233.c quomodo diſtillanda 442.d eorum facultas & vires ibid.
malorum cotoneorum vires 233.c
mala punica dulcia ſtomacho meliora habentur 235.c
mala punica triplici diſtinguuntur ſpecie ibid.b
malorum punicorum ſuccus quomodo fiat 350.f
mala inſana 237.a
malorum dulciū ſucci vires 350.f
malabathrum quid 114.f
ejus vires ibid.e
malicorium quid 346.f
ejus vires ibid.
malvæ duo genera 152.a
vires ibid.b
malvæ flores quando colligendi 152.a vires ibid.
radicis facultas 291.d
ſeminis vires 266.a
ad Mamillarum incremētum probibendum 1206.a
mandragora quando colligatur 292.a
mandragoræ duo genera 291.f
mandragoræ radicis vis 347.b
vires 160.e 293.a
manna quid 365.e quæ probetur ibid. ejus vires 366.a
manna Calabricum omnibus antefertur 366.d
manna in ſalicibus reperta ibid.c
manna thuris quid 382.a quæ optima ibid. ejus adulteratio ibid.b vires ibid.
manus Chriſti perlata 1070.c
margarita quæ præſtantiſſima 83.f
earum vires 84.e
margaritarum eſſentia 671.f
S. Mariæ in Bagno balnei vires 30.e
marrubium quid 125.c
ejus vires ibid.
marrubium quomodo diſtillandum 425.b
marum quid 140.c
ejus vires ibid.
maſtiche quid 375.c
quæ optima ibid.
maſtiches adulteratio ibid.e
vires ibid.f
matricem calefacientia 213.e
refrigerantia 211.a 423.e
mechoacan radix quando reperta 329.c ejus vires 330.b
meconium 363.c ejus vires ibid.f
meconium quid Dioſcoridi 364.a
item Plinio ibid.
medicamentorum ornantium differentia 1137.a 1138.b
mel anacardinum Azaravii 483.e
mellis anacardini vires ibid.
mel Mercuriale, è ſucco herbæ Mercurialis 494.d
mel optimum quod 407.a
ejus vires ibid.
mel roſatum 487.c
mellis roſati facultas & vires ibid.
mel roſcidū ubi inveniatur 366.b
ejus vires ibid.
mellis oleum & aqua 696.a
è melle difficile aqua elicitur 434.e
melanteria gemina eſt originis 49.f
quæ præſtantior ibid.
ejus vires ibid.
melanthium quando colligendum 262.d ejus vires ibid.
Melis forma & vis 40.a
melinum Serapionis 983.a
melones quomodo diſtillandi 423.b
eorum facultas & vires ibid.c
melonis ſeminis vires 269.d
melilotus quando colligatur, & quandiu conſervetur 114.b
ejus vires ibid.
meliloti vires 205.c
meliſſa quomodo diſtillanda 425.f
ejus facultas & vires ibid.
meliſſatum & borraginatum vinum, ſunt cordialia vina 516.a
meliſſophyllon quid 124.d
ejus vires ibid.
melites à galactite quid differat 72.e
memoriæ confortandæ medicina 437.e
memphites lapis ubi inveniatur 71.f ejus vires ibid.
menſes moventia 215.a
ſiſtentia ibid. & 243.d 271.c
menſtrua provocantia 271.b 319.e
menſtrui ſanguinis vires 403.b
mentha quomodo diſtillanda 426.a
ejus facultas & vires ibid.f
menthæ ſuccus quomodo extrahendus 349.d ejus vires ibid.
meon quid 315.d
quando colligatur ibid.e
ejus vires ibid.
Mercurius auri, & quomodo præcipitetur 751.a
Mercurius præcipitatus 749.d
Mercurius præcipitatus cum auro 750.e fixus & dulcificatus ibid.b vulgi 749.e
Mercurius ſublimatus 750.f
mercurialis quid 190.d
quando colligatur ibid.e
ejus vires ibid.
Mertesdorff balneum 27.c
ejus vires ibid.
meſpilus quid 241.d
ejus vires ibid.
meſpila condita 887.f

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0643-6

metalla alterantia qualitate occulta 55.b adſtringentia 56.b calefaciẽtia & ſiccantia in gradu ſecundo 42.a tertio ibid.c
metalla calida & ſicca in gradu quarto 47.f
metalla ignita quæ meliora habeantur 2.b eorum vis ibid.
metalla venenoſa 54.d
metallorum differentiæ 40.a
metallicorum quorundam præparatio 1029.c
michleta 790.c
milii facultas 265.b
millefolium quid 167.f
ejus vires ibid.
millepedæ quid 388.d
earum vires ibid.
milvi capitis uſus 397.a
miſy quam vim habeat 49.c
Mithridatium Damocratis 859.a
à Bartholomæo Maranta Venuſino correctum 860.a
mituli quid 88.f qui laudatiſſimi ibid.
miva citoniorum aromatica 479.f
Montebaur balneum 27.d
ejus ſitus, ratio & vires ibid.
morbi Gallici curatio 532.b
morochiti lapidis uſus 72.f
morſellata alba 1111.a
morſelli ad impinguanda corpora emaciata 1073.e
morſelli confortantes ibid.a
morſelli præcipua membra foventes & purgãtes nonnihil 1076.d
moſchus quid 413.d
qui melior ibid.
moſchi adulteratio ibid.
vires 413.e
à mure araneo percuſſis quomodo ſuccurrendum 495.d
murini ſtercoris vires 412.b
Muſa Enea, ſeu Zazenea 850.a
myexis lapis 74.b ejus vires ibid.c
myricæ vires 296.f 338.c
myrobalani Arabum quid 244.f
earum vires 245.a
myrobalani Bellirica quæ meliores 248.f earum vires ibid.
chebulæ conditæ 864.a
chebulæ quò majores, eò meliores 248.d earum vires ibid.e
myrobalani Emblicæ quæ præſtantiores ibid. earum vires ibid.e
myrobalani emblicæ conditæ 886.e
myrobalani Indæ quæ optimæ 247.b
earum vires ibid.
myrrha quid 373.c
quæ eligenda ibid.d
ejus vires ibid.e
myrrhæ & bdellii ſimilitudo 374.b
myrrhis quid 125.e
ejus vires ibid.
myriacantha quid 307.b
ejus vires ibid.c
myrti baccæ quæ probentur 242.e
earum vires ibid.e
myrti duo genera 152.d
vires ibid.f & 153.a.b

N.

NApporum ſemen 262.
ejus vis ibid.
naphtha quid 86.f
ejus vires ibid.e
narcaphthum 334.d
ejus vires 87.a
nardus Celtica 119.a
ejus vires ibid.c
nardus Indica 118.d
nardi duo genera 117.e
vires ibid.
nardum quod optimum 118.a
naſturtium quomodo diſtillandum 427.c ejus facultas & vires ibid.
naſturtium ſativum quid 149.d
ejus vires ibid.f
naſturtii ſemen quando colligendum 263.f vires ibid.
natricis morſus quomodo ſanandus 395.d
naxiæ vires 72.f
nectar bonum quomodo fiat 522.b.e
nectar quomodo parandum 516.f
ejus vires 517.a
nectar laxativum quomodo parandum 531.c ejus vires ibid.d
Neubad 27.d ejus ſitus & vires ibid.
nenupharis duo genera 164.c
vires ibid.d
nenupharis flores quomodo diſtillandi 421.c ejus facultas & vires ibid.d
nephritici lapidis vires 67.a.b
nephrocatharticum 793.f
nicotiana quid 177.f ejus facultas & vires 178.d.e
de nicotiana quæ Carolus Cluſius habeat 181.f
Niderãnenſis fontis acidi ſitus, ratio & vires 21.b
Niderborn fontis acidi ſitus, ratio & vires 21.b
nigella quid 140.e 367.d
ejus vires 140.f
nitri apud veteres multæ differentiæ 46.d hodie unicum tantum genus ibid.
noctuæ ovorum vires 408.e
nucleorum perſicorum vires 243.c
nux moſchata Indica condita 883.a
quæ eligenda 227.a
ejus vires ibid.
nuces cupreſſi quæ præſtantiſſimæ 225.d earum vires ibid.e
nuces Indicæ quid 240.c
earum vires ibid.e
nuces pineæ quæ præſtantiores 223.f
earum vires ibid.
nucum juglandium facultas & vires 225.f
nymphææ duo genera 164.c
vires ibid.d
nymphææ flores quando colligantur 211.d eorum uſus ibid.

O.

OBerborn balneum 22.b.c ejus ſitus, ratio & vires ibid.
ochræ electio 36.b vires ibid.
ocymum quid 125.f
ejus vires ibid.
ocymi ſemen quando colligendum, & quandiu ſervandum 257.c
oculus cati laudatiſſimus 72.d
ejus precium ibid.e
odoramenta quid 1125.b
œnanthe quid 141.b
œnanthe vires ibid. & 209.c
Oenelaum 988.e
œſypus quid 413.f ejus parandi ratio ibid vires 415.a
oleum abrotani, capillos producens 1172.b abſinthinum 604.a
oleum ad capitis dolorẽ à cauſa frigida 713. faciei puſtulas 1171.c faciei ruborem diluendum ibid.a fiſtulas 716.a gravitatem auditus 630.b impetiginem faciei 1171.c paralyſin 714.a podagram 727.d ſcabiem 637.f
oleum æris 683.a ammoniaci 663.b
oleum amygdalarum amararum 624.f quomodo fiat ibid.
ejus vires ibid.
oleum amygdalarũ dulcium 653.a
oleum anethinum quomodo parandum 625.a ejus vires ibid.e
oleum aniſi 650.f antimonii 682.a arſenici 688.c avellanarum 646.f auri 666.b auripigmenti 687.d
oleum balaninum unde fiat 356.e
ejus vires ibid.f balſami 638.a 700.e
oleum balſaminũ precioſum 638.a
belzoinum 661.e
oleum benedictum Fioravãti 714.f
oleum euphorbii 661.e
oleum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0644-2
DFG

oleum vini 665.d butyri, lardi
695.d calcinum 689.c
caphura 662.e
oleum capillos conſervans augensq; 1171. denigrans 1172.d elongans 1174.b flavos reddens ibid.b. longos, ſplendidos ut aurum reddens ibid.b
rubros tingens ibid.a
oleum caryophyllorum 656.a caſtorei 694.e ceræ 606.d chamæmelinum 636.e. chelidoniæ 647.b chrinum quomodo fiat 626.e ejus vires ibid.
oleum cicatrices reddens 1171.d
oleum cinnamomi 655.f
cnicinum 646.a colophoniæ, picis & hederæ 264.f
coraliorum 672.b
corticum & lignorum 655.c
oleum coſtinum 628.e cranii humani 691.d. croci 658.f crocinum quomodo parandū 676.f ejus vires 627.a cryſtallorum 689.e cucurbitarum 634.c
oleum cujusdam eremitæ 714.b
cumini 651.e cupri 683.a
cytoniorum 632.b
oleum de been 625.c caſtoreo 627.a ceraſis 642.e euphorbio 629.b lateribus 689.c myrrha 636.f nuce Indica 628.b capparibus 625.b papavere 631.b piperibus 629.a b
ranis 693.f
oleum divinum 714.b
oleum dulce vitrioli 678.b
enulatum 629.d
oleum ex animalibus, & eorum partibus 690.c
oleum ex avellanis quomodo fiat 356.f ejus vires ibid.
oleum è baccis hederæ 650.b
juniperi 649.d lauri 650.a
bdellio 665.a calvaria humana 691.d
oleum è cepa 850.d
oleum ex corticibus 663.a mali aurantii 655.c nucum ibid.d
oleum ex cornubus cervinis 691.a
radicibus 652.e
oleum ex floribus quomodo elicitur 647.e fructibus ibid.f
granis cataputiæ 652.c
citri 642.a
oleum ex gummi 658.c
lapide pyrite 690.a
oleum ex lignis 652.f lignis fraxini 653.e hederæ ibid.f
juniperi ibid.d
oleum ex luteis ovorum 695.a maxillis equorum 690.f nucibus cupreſſi 650.d nucleis pinis ibid.c oſſibus humanis 690.e piſtaciis 642.f reſinis & gummi 636.c roſis præſtantiſſimum 648.e ſanguine humano & cervino 690.c ſemine ebuli 645.d ſemine lactucæ & hyoſcyami 652.e ſtercore humano 693.c ſtyrace 636.a
taxo 693.d
oleum faciei maculas delens 1171.d
rugas tollens ibid.e
oleum faciem colorans ibid.f
exornans, puſtulasq; nigras deles 1170.d illuſtrans & dealbans ibid.f
oleum ferri 642.a 686.b fœniculi 651.b formicarum 642.f frumenti 637.b 651.b gentianæ 637.e hydrargyri 686.e hyoſcyami 642.a quomodo fiat 357.e ejus vires ibid.
oleum hyperici 643.c
magiſtrale 643.e
oleum irinum quomodo parandum 625.f ejus vires 676.a
oleum ladani 663.c
oleum laurinum 643.b unde fiat 357.a ejus vires ibid.
oleum lentiſcinum 632.f ligni guajaci 652.f liguſtrinum, ſive de alcanna, ſive cyprinum 630.b
liliorum convallium 644.a
liliorum ſimplex 625.d
compoſitum ibid.e
oleum lini 625.d quomodo fiat 357.d ejus vires ibid. liquidambar 638.c lithargyőri 787.b lumbricorum 629.e macis 656.c malorum aureorum 641.f mandragoræ 631.d f Martis 685.f maſtichinum 623.b 659.b
oleum medicinale 641.a meliſſæ 647.b mellis 695.a melonum & cucumeris 653.e menthæ 623.f Mercurii 710.a
oleum Mercurii corporale ibid.a
oleum Mercurii ſublimati ibid.
oleum moſchellinum 644.d
myrrhæ 660.c myrtillorū 632.e
myrtinum ibid.d
oleum nardinum ſimplex 624.b
compoſitum ibid.d
oleum nenupharis citrini 634.e
oleum Nicotianæ 638.a
oleum nucis moſchatæ 628.c 656.f
oleum nucum 628.b quomodo fiat 356.f ejus vires ibid.
oleum nucleorum perſicorum 625.a
oleum nymphæatum, ſive nenupharis albi 634.a
oleum œnanthinum 635.d
oleum olivarum recens 634.f
omphacinum 633.a
oleum optimum ad memoriam augendam 713.d
oleum ovorum 637.b papaveris unde fiat 357.d ejus vires ibid. perlarum 671.d petroſelini 651.f philoſophorum 715.a piperis 657.d plumbi 684.d
oleum populinum 645.a
oleum præſervans itinerantes à frigore 1174.c
oleum raphaninum 637.e
oleum Regis David 630.c
oleum ricinū, ſive de cherva 634.e
oleum roſaceum 633.b
oleum roſatum completum ibid.c
omphacinum ibid.e
oleum rutaceum 627.f
oleum ſacchari Mercuriale 665.f
oleum ſalis 673.b ſalviæ 647.b
ſambucinum 637.d 643.a
oleum ſarcocollæ 661.e
oleum Saturni 685.a
ſcorpionum 694.d
oleum ſcorpionum ſimplex 642.b
compoſitum ibid.c
oleum ſeſaminum 635.b
unde fiat 357.b
ejus vires ibid.c
oleum ſpicæ 674.e ſtanni 683.f
ſtibii 681.c ſtyracis 661.c
ſuccini 661.e
oleum ſulphuris 627.e 674.a
acidū 677.d terebinthinatum ibid.e vitriolatum ibid.b
oleum talci 689.b tartari 638.a 679.d
oleum terebinthinæ 663.d
thuris 660.b thymeleæ 646.b
Valerianæ 647.b
oleum vetus magis calefacit 355.b
violaceum 633.f vitrioli 677.d
oleum vulneri à machinis bellicis, perutile 641.e
oleum vulpinum 645.b
olei vires 356.a
olea aromatum, lachrymarum & gummi 658.b
olea aſtringentia 636.d calefacientia articulos 627.c hepar 624. lienem 625.a nervos 628.d ventriculum 623.e
uterum 625.f
olea craſſo modo parata 623.a
olea detergentia 636.e digerentia ibid.e emollientia 635.e
ſiccantia 634.d
olea ex aromatibus 656.a
baccis 662.f liquoribus 665.d
metallicis 666.b
olea frangentia calculum 642.a

olea fructuum 649.a glutinantia 638.a herbarum & florum 646.f
olea humectantia 634.a juvantia coitum 642.f laxantia 636.b
olea pinguedinum & axungiarum 695.b purgantia 646.a
quomodo parentur 617.a
olea rarefacientia 636.e refrigerantia caput 631.c ventriculũ 631.b hepar 634.b pectus 633.f ſedantia dolorem 643.a ſomnum inducentia 641.f
olea ſubtili modo parata, ſeu deſtillata 646.f
oleorum officinariorum vera praparandi methodus 643.a
olibanum quid 375.e ejus vires ibid.f
oliva qua laudatiſſima 241.d
earum vires ibid.e
omphacium unde paretur 355.a
ejus vis ibid.b
ononis vires 323.a
onyx qui probatiſſimus 73.a
ejus vires ibid.d
ophites lapis quam vim habeat 73.c
opiata ſopiens ſenſus 864.e
opium quid 363.d optimum quod ibid. vulgare quale 364.a
opii adulteratio 363.e duo genera ibid.c
opopanax quid 669.a 384.c
quomodo adulteretur 370.a
ejus vires ibid.
opopanax optimus 384.c
opopanacis adulteratio ibid.d
vires ibid.
opopyra 765.a
orbiculi diambra 1067.a
diamoſchi 1067.c
orbiculi ex quernio viſco 338.e
ex rhabarbaro 1074.c
orbiculi ſeu trochiſci bechici 1068.a
origanum quomodo diſtillandum 427.a ejus facultas & vires ibid.
origanum trium eſt generum 141.b
ejus vires ibid.
Ormuz urbs 341.f
ornantia medicamenta 1137.a
orobus quid 257.a quando colligatur ibid. ejus vires ibid.b
oryza vires 256.d
oſtracita lapidis vis 72.f
oſtreorum vivorum vires 386.f
oſtrutium quid 315.d
quando colligatur ibid.e
ejus vires ibid.
oſyris cur linaria dicatur 117.d
ejus vires ibid.e
ovi candidi vires 418.e
lutei ibid.d
ova qua aliis plus alant ibid.
eorum vires ibid.f
ovorum aut limacum in calcem reductio 4.a
ovilli lactis vires 407.a ſtercoris vires 411.c
ovilla veſica uſus 400.d
oxalis duorum eſt generum 155.e
ejus vires ibid.
oxalis quomodo diſtillanda 421.e
ejus facultas & vires ibid.
oxelaum 988.d
oxycroceon Vigonis 978.d
oxylapathum quid 151.d
ejus vires ibid.
oxylatrum 811.e
oxymel elleboratum majus Juliani purgans phlegma & melancholiam 502.a minus 503.a
oxymel ex calamintha ad quid valeat 489.a
oxymel ex liguſtico ad quid utile ibid.c
oxymel diureticum quomodo parãdum 506.f ejus vires ibid.
oxymel noſtrum compoſitum 488.c
oxymel phlegmagogum quomodo fiat 495.a ejus vires ibid.
oxymel ſcilliticum Dem criti 488.e
oxymel ſimplex 487.e compoſitum ibid.f ejus vires ibid.
oxymel vacuãs melancholiã 495.d
oxymyrſine quid 307.b
ejus vis ibid.
oxyſacchara ſimplex 478.e
compoſita ibid.f
oxytriophylli radicis vires 299.b

P.

PActolus India fluvius auri ferax 41.c
Padus auri ferax ibid.
paonia flores quando colligendi 212.b eorum vires ibid.
radix quando colligatur 299.c
ejus vires ibid.
paonia ſeminis facultas ibid.d
palma Chriſti vires 274.e
panacea Andromachĩ 993.e
Hera 984.f
panchriſton 785.d
panchymagogon Phadronis 845.d
panici ſeminis vires 271.f
panis Marſicus 1111.e
panis medicamentoſus contra vertiginem ibid.d
papaver corniculatum quid inferat 188.e quibus auxiliis expugnetur ibid.
papaveris albi folia quomodo diſtillanda 422.a eorum facultas & vires ibid.b
papaveris ſex genera apud Dioſcoridem 163.d vires ibid.f
ſuccus quomodo fiat 350.d
ejus vires ibid.
paralyſis herba flores quando colligendi 212.d eorum vires ibid.
pardi adeps quomodo praparanda 406.a ejus facultas ibid.
parietaria quid 153.e
ejus vires ibid.
parietaria quomodo diſtillanda 427.f ejus facultas & vires ibid.
parthenium quid 129.a
ejus vires ibid.b
paſtillus Andronius 1099.a
calefaciens ad vitia ventris ex frigore 1081.d purgans bilem 1088.e
paſtilli ad peſtilentem aerem in aſtate 1087.d ex amygdalis amaris 1085.a in frigido peſtilentia tempore idonei 1088.a
paſtilli polyida 110.a viperini quando fieri debeant 1094.f
à Paſtinaca marina percuſſis, qua mala accidant 393.c
iisdem qua in remedium conveniant ibid.
paſſerum cerebella quando & quomodo reponenda 395.f
paſſerculus troglodytis quam vim habeat 386.d
Patavina balnea 30.b
Paulina 848.e
pectus refrigerantia 213.f
pentaphyllum quando colligatur 298.f ejus vires 299.a
veneni reſiſtit 190.b
pentarbis lapidis vires 72.e
peplus quid 193.b
ejus vires ibid.e
periclymeni duo genera 141.f
vires 142.e flores ubi naſcantur 209.d eorum vires ibid.
perlarum oleum 671.d
Perſica arboris foliorum & florum vires 190.f 215.d
perſicorum plurima ſpecies 236.a
vires ibid.d
peſſus ad uteri pracipitationem 1119.a
peſſus dolorem mitigans ex calido 1118.b emolliens ibid.c
menſes ſiſtens 1117.a
menſtrua movens ibid.c
pituitam educens 1120.a
peſſus quid 1117.a ejus differentia ibid. ulcera ſiccans 1118.b
peſſi abſtergentes & conſolidantes ibid. aperientes 1117.c
aſtringentes ibid.a
pesi herba quomodo diſtillanda 425.e

425.e ejus vires ibid.
Petrioli balnei ſitus & vires 31.a
petroſelini ſemen quando colligendum 262.f ejus vires ibid.
petroſelini vires ibid. & 228.a
peucedanum quid 126.f
ejus vires 127.a
à phalangiis demorſi quæ mala ſentiant 392.a quæ contrà medeantur ibid.b
pharicum quid inferat 188.e
quomodo ei reſiſtendum ibid.
philanthropos 793.b
Philonis Tharſenſis antidotus 847.e
philonium Hamech 848.a
philonium majus, ſive Romanum ibid.b Perſicum ibid.c
Phrygius lapis unde dictus 72.b ubi naſcatur ibid. ejus vires ibid.c
phu verum ubi creſcat 318.b ejus radix cujusmodi ibid.c
pili ut cadant, & non renaſcantur 1182.b
pileolus ad deſtillationem, roborans, & materiam exſiccans 1120.d dolorem capitis 1119.c
pilulæ abſtergentes 1038.d
pilulæ ad bilem in febribus 1044.a coitum 1043.e defluxiones tenues, in articulos & ulcera pulmonum 1036.a dolorem colicum 1040.a dolorem calculi mitigandum ibid.c
pilulæ ad eos, qui coire non poſſunt 1043.a fluorem & raucitatem arteriæ 1035.c fluxionem tenuem 1036.a hepar 1038.a hydropem ibid.b jecoru obſtructionem 1037.e lienem obſtructum ibid.f matricem 1039.d melancholiam 1058.c omnem dolorem capitis ibid. pituitam educendã & inſpiſſandã 1036.a quartanam 1038.c renum & veſicæ calculum 1039.f renum & veſicæ ulcera 1038.d ſplenem ibid.a tuſſim, aſperitatem arteriæ, raucitatem & materiæ eductionem ex pectore 1036.b urinam 1039.c urinas & menſtrua movenda 1038.f
pilulæ aggregativæ, majores 1064.b minores ibid.d alephangina 1048.b Albandal 1045.e anodynæ 1040.d angelicæ Fioravanti 1061.c
pilulæ ante & poſt cibum 1049.a aperientes 1037.d arthriticæ 1052. arthriticæ quatuor magiſtrorum 1053.a
pilulæ Aquilinæ, Fioravãti 1061.d Arabicæ 1043.e Aſſajeret 1059.d aſtringentes ibid. aureæ 1043.d ex turbith 1051.b
pilulæ aureæ, ſive magicæ 1061.a
pilulæ bechicæ 1048.a albæ, magiſtrales 1027.e cum terebinthina ibid.f emplaſticæ ibid.
pilulæ benedictæ 1054.e bonæ 1048.a calculum comminuentes 1040.c capitales 1058.a cochiæ 1045.a coitum mirabiliter ſtimulantes 1042.f colicæ 1040.e
pilulæ communes, peſtilentiales dictæ 1051.d
pilulæ contra catarrhum & repletionem capitis 1046.c fluxum capitis ibid.c morbum Gallicũ 1056.a peſtem 10 5.e venena 1043.b vermes 1052.b
pilulæ de aloë & maſtiche 1060.a aloë lota ibid.b aloë roſata ibid.c arnogloſſa, ſeu plantagine 1041.f caſtoreo 1039.e cynogloſſa 1037.d 1041.e elaterio 1026.e eupatorio 1044.c euphorbio 1056.e hermodactylis, majores 1052.c lapide Armeno 1055.e lapide lazuli ibid.d mezereo 1056.d nitro 1054.e
pilulæ de octo rebus, ſive octomeræ 1046.a ſarcocolla 1054.c ſtyrace 1042.a tribus 1063.a
pilulæ dolorem mitigantes 1040.a
pilulæ epilepticæ 1046.f
pilulæ ex agarico 1047.a bdellio 1035.a colocynthide 1045.d fumaria 1055.a halicacabo 1063.b opopanace 1054.b rhabarbaro 1044.c ſagapeno 1035.f
pilulæ ex ſex rebus 1046.a terebinthina 1039.b turbith 1051.c 1060.f
pilulæ fœtidæ majores 1053.d minores ibid.f
pilulæ Galeni ad laxandum 1061.e
pilulæ Galeni ſimiles alephanginis 1048.e
pilulæ harmoniæ 1042.c hieræ cum agarico 1045.b hieræ ſimplicis 1059.a compoſitæ ibid.b hypoglottides aſtrictoriæ 1035.e imperiales 1060.f Indæ 1055.b lucis majores 1057.d minores ibid.f magiſtrales 1061.f maſtichinæ 1050.a mercuriales ad morbum Gallicũ 1056.a moventes urinam & menſtrua 1038.f opiatæ 1041.a peſtilentiales, Ruffi 1051.e pectorales 1036.d Philagrii 1063.d podagricæ 1053.b
pilulæ probatæ contra fluxum ventris 1036.e purgantes bilem ex capite 1043.c ex hepate 1044.a purgantes humores mixtos à capite 1057.b ab hepate 1063.a à ſtomacho 1059.a purgãtes humores ſeroſos 1056.d purgantes melancholiam ex hepate & ſplene 1055.a purgantes pituitam ex capite 1045.a juncturis 1052.c pectore 1047.a ſtomacho 1048.c
pilulæ Sobell. 1044.d ſalvæ mundificantes caput 1058.e ſaluberrimæ 1062.a Scribonii 1042.d ſine quibus 1057.b ſtomachicæ 1050.b ſtypticæ 1036.f veneno reſiſtentes 1043.b
pilulæ unde dicantur 1042.a earum differentia ibid.
pilulæ Venerem excitantes 1042.f
pimpinella quomodo diſtillanda 428.b ejus facultas & vires ibid.
pimpinellæ duo genera 126 b vires ibid.c
piniocatum 1109.d
pinguedo quid 404.b ejus differentia ibid.
piper longum Galeni tempore dupliciter adulteratum 232.b
piper quid 229.f quod optimum 230.a quomodo adulteretur ibid.b quæ regiones gignant ibid.d
Piperina balnea quibus utilia 12.f eorum uſus ibid.e.f
piſcium lapidum vires 73.c
piſſaſphalti appellatio 87.b vires ibid.b.c.d
piſtacia cujusmodi eligenda 227.b eorum vires ibid.
piſtolochia 301.a
pituitam purgantia 216.c 273.f
pityuſa vires 198.b
pix navalis duorũ generum 376.d quæ optima ibid.f unde ſumat ibid.e
picis differentia ibid.f vires ibid.
placenta contra peſtem 1100.c
plantago quomodo diſtillanda 423.b ejus facultas & vires ibid.
plantaginis duo genera 155.f vires 156.b radicis vires 223.b ſucci vires 350.e
pleres archonticon 761.d
plumbago quæ optima 51.d quæ vitioſa ibid.c
Plumbaria balnea in Lotharingia



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0647-9

quibus auxilientur 13.b
plumbum qua conſtet natura 51.a ejus vires ibid.
plumbi lotura quomodo fiat 52.b ejus vires ibid. recrementi vis ibid.c
pnigitis colore ſimilis ferè Eretriæ 40.a ejus effectus ibid.
polii duo genera 168.e vires ibid.f
polygonatum quid 313.b ejus vires ibid.c
polygoni planta quando colligenda 350.e
polygonium quid 156.e ejus vires ibid.
polypodii radicis vires 326.b
pompholyx unde fiat 53.e ejus vires ibid.f
pomum Ambræ 1127.b ad aerem peſtilentem ibid.e
pomum odore alvum ſolvens ibid.f
Ponterbornenſe balneum 23.a ejus ſitus, ratio & vires ibid.
porri capitati vires 149.f
Porretanum balneum 30.c ejus ſitus. ratio & vires ibid.c
portulaca quomodo diſtillãda 421.c ejus vires ibid.
portulacæ duo genera 159.f ejus vires 160.a ſeminis vires 269.d 350.d
potio alexipharmaca contra vulnera ſclopetica venenata 549.c
potio impinguans corpus 1161.e
potio inferioris ventriculi vulneribus conducens 549.a maciem inducens 1162.f muſcata major quomodo paranda 538.a ejus uſus ibid.b
potio purgatoria 553.b purgans pro delicatis 552.e
potio ſanguinem ex vulneribus erumpentem cohibens 548.f
potio venenatis vulneribus ſclopetariis conveniens ibid.c
potio vomitoria ſine moleſtia 554.a vulneraria 558.d vulneraria cephalica 548.e vulneraria in fracto oſſe, ab ictu ſclopetario ibid.c vulneraria pectoralis 549.a
potiones caput ornantes 1161.a
potus Hippocraticus quomodo fiat 314.f 315.e
præcipitatum 749.b
praſſium quomodo diſtillandum 425.b ejus facultas & vires ibid.
de praſſio ſyrupi vires 484.b
primulæ Veris flores quomodo diſtillandi 424.d eorum facultas & vires ibid.
propolis quæ eligenda 418.b ejus vires ibid.
prunorum vires 233.f
prunellæ flores quando colligendi 212.d
pſyllion quid 157.a ejus vires ibid.b.c
pſyllii cremor quomodo conficiatur 352.b vires 272.c
pſilothrum 1181.a 1182.c Heraclidæ Tarentini veſtigio pilis tollens 1181.a pilos auferens, & cutim tenuans ibid.e
ptarmica quid 144.f ejus vires ibid.
ptiſana plus alimenti præbet, quàm polenta 264.e
pulegium quando diſtillandum 428.c ejus facultas & vires ibid.
pulpa tamarindorum 785.e
pulvis ad capitis dolorem à vaporibus 752.c ex frigore ibid.b
pulvis ad conſtringendum os ſuperius ventriculi 745.b
pulvis ad dentifricia 946.d dolorem lateris 752.f flatus ventriculi diſcutiendos 743.d
pulvis adverſus flatus, magiſtralis 728.f
pulvis ad hydropem 735.d juvandam concoctionem 727. menſium provocationem 731.c naſalia 735.a omnem hæmorrhagiam 746.d peſtē 743.a phrenitidem ibid. ſtrumam 751.a ſuppoſitoria communia 741.d ſicca ibid. ſuffitus 719.c ventriculum calefaciendum 743.e
pulvis aromatum 729.e
pulvis alexipharmacus cõtra vulnera ſclopetica 723.f
pulvis bezoarticus 721.b
pulvis capitalis temperatus 742.a cauſticus 749.a cephalicus 747.d
pulvis contra caſum 733.d diſſectionem nervi 748.c lumbricos 740.d morbum caducum, Regis Daniæ 719.c ſcabiem, communis 747.e periculoſos & peſtiferos morbos puerorum 713.a peſtem 721.a toxicum & omne venenum 723.b
pulvis aſtringens 745.e
pulvis cordialis temperatus 742.b
pulvis de granis myrti 730.b dentes dealbans 723.a diarrhodon 724.a
pulvis electuarii de bolo 721.f emplaſticus & ſanguinem ſiſtens 745.f epilepticus 719.b epuloticus 748.e
pulvis è turbith, magiſtralis 735.b
pulvis gingivas roborans, & dentes confirmans 1208.a
pulvis gryſeus Cæſaris contra peſtem 722.d
pulvis incarnans, Lanfranci 747.b item Rhaſis ibid.
pulvis imperialis 727.e impinguans 734.a
pulvis laxativus 738.e delectabilis ibid.a magiſtralis 735.f
pulvis ligni aloës 723.f manus reddens albas 1207.f
pulvis optimus cum cibo ſumendus 724.b partum provocans 732.f
pulvis paſſavant cum rhabarbaro, uſualis 736.c
pulvis præſervativus in peſte 722.b pro familia ibid.d
pulvis pro condiendis cibis 742.d pro epithemate cordis refrigerans 744.c hepatis excalfaciēs 743.f refrigerans 745.d
pulvis pro tragea communi 725.f ulceribus gutturis 733.a pulvis purgatorius 737.a
pulvis rubeus Cæſaris contra peſtem 721.e
pulvis ſedans dolorem ad ſuppoſitoria 733.b
pulvis ſenæ præparatæ 735.c
pulvis ſolutivus de tribus 736.c ſolutivus ſine dolore 738.e ſternutatorius 734.f
pulvis ſtomachum corroborans 730.c
pulvis valdè bonus, & qui poteſt dari in ferculo 717.e
pulvis violarum, Sylvii 1125.d urinas movens 731.d
pulveres abſtergentes cutem 747.e dentes ibid.
pulveres aſtringentes 730.e
pulveres calculum frangentes 731.e
pulveres calefacientes caput 742.d cor 721.a 742.d hepar 743.f pectus 720.c ſtomachum 723.f
pulveres carnem auferentes 749.a
pulveres cicatricem inducentes 748.d
pulveres conſolidantes 733.a
pulveres dentes ornantes 1208.a
pulveres diſſolventes ſanguinem 733.d
pulveres incarnantes 748.a mitigantes dolorem 752.a ornantes manus 1209.a
pulveres purgantes aquam 735.d
pulveres purgantes bilem 734.a

pulveres

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0648-4

pulveres purgantes per nares pituitam 734.f purgantes feces 740.d humores mixtos 735.f pituitam per alvum ibid.b
pulveres refrigerantes caput 744.a cor ibid.c hepar 730.d 745.d ventriculum 730.a
pulveres ſtrumas diſſolventes 751.f
pumex qui probetur 71.a ejus vires ibid.b
purpura quid 87.f earum vires 88.b
pyra condita 886.b
pyrorum multa genera 233.f vires ibid.
pyrethrum quid 291.b ejus facultas & vires ibid.c
pyrites lapis qui eligi debeat 68.e quomodo uratur ibid.f ejus vires ibid.

Q.

QUadrimeron 770.a
quercus quam vim habeat 172.a.b
quinquefolium quid 168.a quando colligatur 298.f ejus vires 168.b 299.a

R.

RAdices abſtergentes 311.e adurentes 312. aperientes ibid. alterantes qualitate occulta 324.b ambuſtis conferẽtes 322.e bilem flavam purgantes 324.d
radices calidæ in primo 283.a ſecundo ibid.f excalefacientes in tertio 285.f in quarto 288.c
radices cavæ duæ 297.a
radices cichorii conditæ 888.a
radices diſcutientes 311.b dolorem ſedantes 322.f ſtrumas diſcutientes ibid.b emollientes 312.c extenuantes ibid.
radices frigidæ in primo, ſecundo & tertio 291.c.d.e glutinantes 312.e
radices menſes moventes 315.a ſiſtentes 319.f pituitam purgantes 326.e ſemen generãtes 314.f ſiccæ in primo 292.d in ſecundo & tertio 297.a
radices ſudorem provocantes 320.a ſuppurantes 312.d venenoſæ 323.c venenis reſiſtentes 321.a
rapæ vires 284.e ſeminis vires 271.e
raphani quomodo diſtillãdi 428.a eorum facultas & vires ibid.
rana paluſtris hauſta, quæ mala inducat 390.b quibus adjuventur ibid.e
ranarum cordis vis 398.a facultas & vires 387.b jecoris vis 398.a
ranarum ſeminis diſtillatio 431.d ejus facultas & vires ibid.e
ranarum ſpermatis vis 410.a
remedium præſtantiſſimum contra peſtem 846.c
renes calefacientia 213.e 340.f 268.b 308.b refrigerantia 214.a 269.f
requies 849.c
reſina quæ improbetur 279.d
reſina quid ibid.c
reſinæ duplex differentia 279.c vires ibid.d
rhaponticum à rhabarbaro quid differat 305.f optimum 306.b quomodo adulteretur 307.a vulgò rheuponticum 305.f
rhapontici vires 306.b
Rhenus aurifєrax 41.c
Rhodia radix ubi gignatur 285.d unde nomen acceperit ibid. ejus vires ibid.e
rhus quid 157.d ejus vires ibid.e.f
ribes ſuccus quam vim habeat 351.c
ricini ſeminis vires 274.e
rob de agreſta 307.c de berberis ſimplex ibid.b compoſitũ ibid. de cornis 509.f de ribes ſimplex ibid.e compoſitum ibid.
rob nucum 510.e
roſmarinus quid 127.c ejus vires ibid.d
roriſmarini flores quando colligantur 208.b ejus vires ibid.
roſæ Damaſcenæ quomodo diſtillandæ 422.d earum facultas & vires ibid.
roſæ quæ præſtantiſſimæ 209.f quando colligendæ ibid.
roſarum multa genera ibid.e perſicarum florum ſuccus 216.a ejus vis ibid.
roſarum ſuccus quando exprimendus 350.a ejus vires ibid.
roſarum vires 210.a
roſata novella 778.f
rubeta aſſumpta, quæ mala pariat 390.b quib. adjuventur ibid.c
rubi vires 185.d.e
rubia tinctorum 295.c
rubia ubi naſcatur ibid.f
rubiæ appellationes 295.d radicis vires 296.a radices quando legantur ibid. ſemen 295.e
rubini vires 61.d
rubrica ad faciem 1157.a
rubrica fabrilis ſinopide inferior 36.d quæ optima ibid. ubi gignatur ibid. lemnia alia res, quàm ſigillum lemnium 34.c
rubrica ſinopis quæ maximè probetur 36.c ubi effodiatur ibid. ejus vires ibid.d
rutæ ſeminis facultas 286.e ſuccus quomodo extrahẽdus 349.a ejus vires ibid. ſylveſtris vires 145.c 169.f

S.

SAbina quomodo diſtillanda 428.d ejus facultas & vires ibid. duorum generum eſt 146.c ejus vires ibid.
ſaccharum penidii 1111.a
ſaccharum quid 358.e quod præſtantiſſimum ibid.f ejus vires 359.c
ad ſaccharum colore cœruleo tingendum 1109.a flavo ibid. nigro 1114.a purpureo ibid. rubro 1112. viridi ibid.
de ſaccharo colorando in concinnandis confectis ibid.e
ex ſaccharo fructus & animalia facere 1111.a
ſacculus ad calidam deſtillationem 1121.b colicam 1124.a cordis affectus frigidos 1121. dolores lateris ibid.c frigidam deſtillationem ibid.a imbecillitatem & dolores ventriculi 1122.f
ſacculus capitalis 1119.e odoratus 1125.b pro corde contra peſtem 1122.b refrigerans & repellens, pro fronte 1121.e
ſacculi quid 1119.a eorum differentiæ ibid. conferentes capiti ibid.d cordi 1121.e ventri 1122.c
ſagapenum quid 383.a quod optimum ibid.
ſagapeni adulteratio ibid.d vires ibid.
ſalamandram qui hauſerint, quæ mala conſequantur 389.e iiſdem quæ contrà præſtanda ibid.f
ſal abſinthii 1024.b aceti 1027.f alkali 1028.e antimonii ibid.c arthemiſiæ 1025.b
ſal catarthicum 1023.e chamomellæ ibid. chelidonii 1025.c
ſal è baccis & ligno juniperi ibid.b
ſal fuliginis 1028.b geniſtæ 1024.f gentianæ ibid.c gratiolæ ibid.f
ſal ligni guajaci ibid.d

*ſal Marcelli* 1023.d *meliſſæ* 1025.b.d *mellis* 1027.e *ononidis* 1024.e
*ſal ſacerdotale* 1027.b *ſanguinis humani* ibid.a
*ſal Saturni* 1028.a *ſtipitum fabarum* 1024.f *tartari* 1028.d *theriacum* 1025.e *urinæ humanæ* 1027.d
*ſalis duo genera* 45.e *factitii multa genera* ibid.f *flos* 46.a *gemmæ* ibid. *oleum* 673.b *vires* 46.c
*ſales detergentes* 1027.d *dolorem ſedantes* ibid.a *erodẽtes* 1028.e *purgantes per alvum* 1023.c *purgantes per ſudorem* 1025.d *per tuſſim* 1023.a *per urinam* ibid.f *per uterum* 1025.b
*ſalium diviſio* 1022.a
*ſalvia quid* 127.d *ejus vires* ibid.e *quomodo diſtillanda* 423.f *ejus facultas & vires* ibid.
*ſambuci corticis vis* 246.f *item radicis* 328.c
*ſambuci corticum aquæ vis* 431.e *duo genera* 193.f *vires* ibid. *florum collectio* 213.c *vires* ibid.
*ſamius lapis quomodo probetur* 72.c *ejus vires* ibid.
*ſamiæ duæ ſpecies* 37.a *quæ optima* ibid.b *vires* ibid.
*ſampſuchus* 139.f *ejus vires* 140.a
*ſandali tria genera* 338.a *vires* ibid.b
*ſandaracha quid* 48.d *quæ optima* 382.c *ejus facultas & vis* 49.e
*ſanicula quid* 177.a *ejus vires* ibid.
*ſanguis draconis factitius* 362.f *ejus vis* 363.a *hircinus quomodo paretur* 401.f *humani diſtillatio* 431.a *ejus facultas & vires* ibid.
*ſanguinalis lapis* 67.f
*ſanti, ſantonici vires* 270.f
*ſapa quid* 491.f *quomodo fiat* 353.f *ejus vires* 364.a
*ſapo moſchatus* 1129.a
*ſaponea* 1070.a
*ſapphyrus gemmarũ omnium pulcherrima* 59.c *ejus duo genera* ibid.f *vires* ibid.e.f
*ſarcocolla quid* 382.d *quæ optima* ibid. *ejus vires* 382.b
*ſarcocollæ correctio* ibid.
*ſarda nomen cum ſardonyche communicat* 62.a *ejus effectus* ibid.b
*ſardæ tria genera in India* 62.b
*ſarmentorum cinis* 4.a *urendi vim habet* ibid. *ejus uſus* ibid.
*ſarſa parilla quid* 320.d *ejus vires* ibid.f
*ſaſſafras* 335.b *ejus vires* 336.e
*ſatyrii radicis vires* 292.b
*Saurenthal balneum* 27.e *ejus ſitus & vires* ibid.
*ſaxifragia quãdo diſtillanda* 427.f *ejus facultas & vires* ibid.
*ſaxifragiæ radicis vires* 308.c *ſeminis facultas* 268.a
*ſcabioſa quid* 127.f *vires* ibid. *quomodo colligenda & diſtillanda* 425.c *ejus facultas & vires* ibid.d
*ſcammonium adulteratũ* 367.b.c *quod laudetur* ibid.d *quò antiquius, eò melius* 368.e
*ſcammonii vires* ibid.c
*ſcariolæ ſeminis vires* 268.c
*ſcincus quid* 386.d *ejus carnium facultas* ibid.
*ſcincorum renum vires* 400.c
*à ſcolopendra icti quæ mala experiantur* 393.d *quæ his ſint remedio* ibid.e
*ſcolopendrium quid* 119.c *ejus vires* ibid.d.e
*ſcordium quid* 128.a *ejus vires* ibid.b
*ſcordii ſuccus quomodo extrahendus & ſervandus* 349.e
*ſcoria quid* 54.c
*ſcorpionis morſum quæ mala ſubſequantur* 392.e
*à ſcorpione percuſſis quæ præſenti ſint auxilio* ibid.f
*ſcorpiones terreſtres quid* 385.e *eorum vires* ibid.
*ſcillæ præparandæ ratio* 1095.a
*ſcillæ vires* 285.a
*ſebeſten quid* 224.b *quæ probatiſſima* ibid.c *eorum vires* ibid.c & 246.e
*ſecacul verum* 314.f *ejus vires* ibid.
*ſelinuſia quæ maximè laudanda* 39.c
*ſemen quid* 250.a *eorum differentia* ibid.
*ſemina abſtergentia* 270.d *aſtringentia* ibid.a *diſcutiẽtia* ibid.d *emollientia* ibid. *flatus diſcutientia* ibid.f *glutinantia* ibid. *indurantia* 271.a *ſuppurantia* 270.e
*ſemina venenoſa* 271.e
*ſempervivum, ſeu ſedum quomodo diſtillandum* 421.f *ejus facultas & vires* 423.a
*ſempervivi, ſeu ſedi tria genera* 161.e *vires* ibid.f
*ſempervivi ſuccus quomodo conficiendus* 350.d *ejus vires* ibid.
*ſena quid* 191.a *quæ optima* ibid.b *ejus vires* 191.d
*ſepiarum oſſa* 90.c *oſſium vires* 402.a
*ſerapinum quid* 382.e *quod optimum* ibid.
*ſerapini vires* 382.f
*ſerici vermiculi vires* 408.e
*ſerpentis exuvii vires* 415.a
*ſerpillum quomodo diſtillandum* 426.f *ejus facultas & vires* ibid.
*ſerpilli duo genera* 146.d *vires* ibid.f
*ſerum quid* 407.e *ejus vires* ibid.
*ſeſami ſeminis vires* 266.a
*ſeſeli optimum quod* 182.f *ejus vires* 183.a.b
*ſeſelis ſemen ubi inveniatur* 263.b *quando colligendum* ibid. *vires* ibid.
*ſciſtes lapis ubi gignatur* 71.d *ejus vires* ibid.e
*Siculorum balneorum vires* 32.c
*ſief album Meſuæ* 1104.a
*ſief de plumbo* 1103.b *de roſis, Meſuæ* 1105.b *è cornu cervino* 1102.b
*ſief quid* 1099.a
*ſief rubrum Meſuæ* 1104.b
*ſigillum Lemnium* 33.f
*ſigillum Salomonis quid* 313.b *ejus vires* ibid.
*ſilenites lapis Lunæ figuram reddit* 74.b *ejus vires* ibid.
*ſinapi quando colligendum* 261.b *vires* ibid.c
*ſinapiſmus Aëtii* 1019.e
*ſinapiſmus quid* ibid.c
*ſymphytum quid* 313.d *ejus vires* ibid.e
*ſiſymbrii vires* 147.a
*ſmaragdus gemmarum omnium precioſiſſima* 60.b *ejus vires* ibid.f
*ſmaragdi vires* 66.a
*ſmegma manus dealbans* 1207.f *album odoratum* ibid. *moſchatum Damaſcenum* ibid.
*ſmilacis arboris vires* 188.f
*ſmyris qualis lapis* 69.d *ejus vires* ibid.
*ſmyrnium quid* 175.d *ejus vires* ibid.f
*ſolani duo genera* 158.a *vires* ibid.d.e *folia quomodo diſtillanda* ibid. *eorum facultas & vires* ibid. *hortenſis ſucci vires* 350.c *veſicatorii ſeminis facultas* 265.e


ſorba

*ſorba quid 242.a ejus facultas & vires ibid.*
*ſory quod optimum 49.c ejus vires ibid.d*
*ſparadrappum Vigonis 1015.a*
*ſpecies ad carnes & piſces 724.e dulces pro cibariis 729.d fortes fina ibid.e*
*ſpecies inciſa ſaccharo obducto 728.b*
*ſpecies pro clareto 521.a tragea ſimplici 725.f vino zedoartico 527.a*
*ſpecierum & pulverum differentia 715.a*
*ſpica Celtica quid 314.b quomodo adulteretur & dignoſcatur ibid.c quæ laudatiſſima ibid. ejus vires ibid.*
*ſpica nardi radix, non ſpica 314.d quæ eligenda ibid. quomodo adulteretur & dignoſcatur 314.e ejus vires ibid.*
*Spiegelbergenſe balneum 27.f ejus ſitus, ratio & vires ibid.*
*ſpinæ albæ vires 303.c*
*ſpiritus tartari 681.a*
*ſplenem excalefacientia 213.d 267.e 307.d refrigerantia 214.a 269.e*
*ſpodium ubi inveniatur 54.a*
*ſpongiarum duo genera 383.f vires ibid.*
*ſpongites lapis quam vim habeat 74.e ejus vires ibid.*
*ſpuma argenti vires 50.c*
*ſquama æris quæ optima 43.a ejus vires ibid.*
*ſquinanthū peſſimum quod 207.a quod laudatiſſimum ibid.*
*ſquinanthi floris uſus ibid.b*
*ſtaphiſagria quādo colligatur 263.d ejus vires ibid.*
*ſtercoris aſinini vires 419.d anſeris vires ibid.c bubuli vires ibid.e canini vires 411.a caprini vires 405.c 409.c ciconiæ vires ibid.c columbarum ibid.a crocodyli terreſtris vires 412.b*
*ſtercoris differentia 419.c*
*ſtercoris equini vires 403.d gallinacei vires 412.a humani diſtillatio 411.a ejus facultas & vires ibid. & 409.c lupini vires 412.a murini vires ibid. ovilli vires 411.f ſuis ſylveſtris 412.a vulturini vires 409.d*
*ſtibium quod optimum 50.a ejus vires ibid.*
*ſtimmi quod optimum ibid. ejus vires ibid.*
*ſtœchas quid 128.f ejus vires 129.a*
*ſtœchados florum vires 205.e*
*de ſtœchade ſyrupi vires 483.b*
*ſtomachum calefacientia 240.f 267.d refrigerantia 269.a*
*ſtyrax duorum generum 378.b optimus quis ibid.c quomodo dignoſcatur ibid.*
*ſtyracis adulteratio 378.c vires ibid.*
*ſuccinum pterygophoron 414.a*
*ſuccus fructuum calidus 350.f frigidus 351.a*
*ſuccus herbarum calidus & frigidus in primo, ſecundo & tertio 349.a in quarto 350.e*
*ſuccus quid 347.c ejus diviſio ibid.*
*ſuccus ſeminum calidus 349.b frigidus ibid.c*
*ſudor omnis malus 414.b*
*ſudatoribus quæ vina conveniant 355.b*
*Suenningenſe balneum 28.a ejus ſitus, ratio & vires ibid.*
*ſuffimentum ad animæ defectionem 1131. animales & vitales vires corroborandas ibid. calefaciendum & ſiccandum uterum poſt menſium purgationem 1133.e catarrhos ſiſtendos & ſiccandos 1130.a conceptionem promovendam 1133.e menſes movendos ibid.d procidentiam uteri ibid.f provocandum ſudorem in morbo Gallico 1134.a ſuffocationem uteri 1133.c tumores induratos 1234.d tuſſim 1133.a ulcera pulmonis 1132.e*
*ſuffimentum optimum 1136.e*
*ſuffimenta capiti conferentia 1131.c cordi ibid.f juncturis 1134.a pulmoni 1132. utero 1133.c*
*ſuffimenta odorata 1135.e quid 1129.a eorum differentia ibid.*
*ſuffitus ad dolorem juncturarum 1134.a pro morbo Gallico ibid.e*
*ſuffitus qui ex formiculis aviculas referentibus excitatur 1136.d*
*ſuffumigium ad aëris corruptionem 1132.b*
*ſuffumigium tempore hyberno 1136.c*
*ſulphur antimonii 1029.a optimū quod 46.e ſublimatum ſeu flores ſulphuris 1032.b*
*ſulphuris duo genera 46.e vires ibid.f*
*ſulphuris oleum 674.e*
*Saltzburgenſia balnea 18.f eorum ſitus, ratio & vires ibid.*
*Sultzbrun balneum 18.b ejus ſitus, & vires ibid.*
*Sultzenſe balneum 20.e ejus ſitus, ratio & vires ibid.a*
*ſumach eandem vim cum acacia habet 362.e*
*ſuppoſitorium ad flatus 1116.c*
*ſuppoſitorium, quo pueri tutò poſſunt uti 1115.a*
*ſuis ſylveſtris ſtercoris vires 412.a*
*ſuis veſica vis 400.e*
*ſuilli pulmenis uſus 397.b*
*ſylveſtre balneum 288.b ejus ſitus & vires ibid.*
*ſylveſtris myrtus quid 307.b ejus vis ibid.c*
*ſymphyti duo genera 119 f*
*ſyrupus acetoſus diarrhodon 478.a*
*ſyrupus acetoſus de ſuccis herbarum cum aromatibus ibid.d*
*ſyrupus acetoſus ſimplex 477.d compoſitus ibid.e*
*ſyrupus acetoſitatis limonum 481.a*
*ſyrupus ad anaſarcam 503.a aſcitem ibid.e atram bilem quomodo parandus 500.a.b.c calculum 508.c epilepſiam 498.e melancholiam quomodo conficiendus 500.e menſes provocandos 499.e tympanitem 504.b*
*ſyrupus alterans bilem flavam 497.b*
*ſyrupus alterans pituitam 498.f*
*ſyrupus Ambroſii provocans ſudorem, & ſitim extinguens, utilis in febribus 497.e*
*ſyrupus arantiorum 481.a*
*ſyrupus capillorum Veneris magiſtralis 484.d ſimplex ibid. compoſitus ibid.*
*ſyrupus contra acutas & peracutas paſſiones 497.f omnem fluxum ventris 498.b pleureſin & peripneumoniam, phthiſicos & hecticos 497.c*
*ſyrupus de abſynthio 486.e acetoſitate citri 480.f agreſta 479.a*
*ſyrupus de arthemiſia 490.a ejus facultas & vires ibid.d*
*ſyrupus de betonica compoſitus 483.a ad quid valeat 494.f*
*ſyrupus de calamintha 485.a quibus plurimùm conferat ibid.b*
*ſyrupus de cichorio cum rhabarbaro 493.e ejus vires 494.a*
*ſyrupus de cinnamomo noſter 499.c*
*ſyrupus de duabus radicibus 489.a endivia compoſitus 481.d*
*ſyrupus de epithymo 491.e ejus vires ibid.f eupatorio 489.e glycyrrhiza 481.f*

ſyrupus de hermodactylis 495.a
hyſſopo 483. jujubis 476.e
lupulo 492.a ejus vires ibid.
ſyrupus de mentha major 486.f
minor 487.b
ſyrupus de nymphæa ſimplex 475.a
compoſitus ibid.b olibano
Rhaſis 482.c papavere contra
omnem ventris ſolutionē 498.d
ſyrupus de papavere ſimplex 475.c
compoſitus ibid.d
ſyrupus de pomis 490.e ejus vi-
res ibid. praſſio 484.b de
quinq; radicibus 489.d ejus
vires ibid.f rhabarbaro ſolu-
tivus 494.b ejus vires ibid.c
ſcolopendrio 492.b ejus vires
ibid.c ſtœchade ſimplex 485.b
compoſitus ibid.c ſucco aceto-
ſæ 480.e ſucco borraginis 491.b
ejus vires ibid.c ſucco bu-
gloſſæ ibid. ejus vires ibid.
ſucco endiviæ, vel endiviæ ſim-
plex 481.e ſucco fumi terræ
major 492.e minor 493.a eo-
rumq; vires ibid. ſucco myr-
tillorum, ſeu myrtinus ſimplex
480.b compoſitus ibid.c ſuc-
co roſarum 479.d ſucco viola-
rum 476.b
ſyrupus diacnicu quomodo paran-
dus 496.d ejus facultas & vi-
res 497.a
ſyrupus diaſereos 495.e ejus vi-
res 496.e
ſyrupus Dinarii, ſive de Bizantiis
ſimplex 485.a compoſitus ibid.e
ſyrupus diureticus 507.a
ſyrupus domeſticus, ſive de ſpina
infectoria 505.b ejus vires ibid.
ſyrupus ex bryoniæ radicum ſucco
494.e ex floribus perſicis 493.d
ejus vires ibid.e è pomis regis
Saporis 491.a ex quinta eſſen-
tia Fioravanti 499.a è ſcabio-
ſæ ſucco 485.c ad quæ valeat
ibid.d è ſucco fumariæ ſimplex
49 b ejus vires ibid.
ſyrupus granatorum acetoſorum
487.d dulcium 476.d
ſyrupus infuſionis roſarum 497.c
violarum 477.d
ſyrupus purgans bilem quomodo
parandus 500.e melancholiam
501.e pituitam ex thorace ibid.e
ſyrupus quid 471.a
ſyrupus ſaccharatus 499.b
ſyrupus ſolutivus Fioravãti 505.d
ſyrupus ſpleneticus 492.c
ſyrupus violarum 476.d
ſyrupi alterantes bilem atrã 500.a
pituitam 498.f
ſyrupi concoquentes bilem flavam
in corde 480.e hepate 481.c
ſtomacho 477.e thorace 476.a
ſyrupi concoquentes melancholiam
in corde 490.e hepate & liene
491.d
ſyrupi concoquentes pituitam in ca-
pite 482.f corde 485.d hepa-
te 489.c matrice 490.a ſto-
macho 486.a thorace 483.f
ſyrupi de abſynthio facultas & vi-
res 486.e.f
ſyrupi de arthemiſia vires 490.d
mentha majori vis 483.a ſuc-
co roſarum vires 481.a
ſyrupi educentes urinam 506.f
ſyrupi minus uſuales, alterantes
497.b
ſyrupi officinales, concoquētes bilem
in capite 475.a
ſyrupi purgantes 501.a
bilem 493.c
ſyrupi purgantes humores mixtos
405.f 504.d pituitam 494.e
ſyruporum differentia 471.a

T.

TAbaci apud Indos uſus 181.e
vires 179.e
tabaci nomen nicotianæ cur indi-
tum 177.f
tabulæ aromatici roſati 1068.b
tabulæ ad hepatis refrigerationem
1074.a lepram ibid.b pur-
gandam bilem ibid.c
tabulæ calefacientes caput 1067.a
1072.a hepar 1069.a matri-
cem ibid.b pectus 1067.e ſto-
machum 1072.d ventriculum
1068.b
tabulæ confortantes 1079.a con-
fortantes & exſiccantes ſtoma-
chum 1072.d ventriculum
ibid.f
tabulæ de gemmis 1065. ſtibio
1075.c
tabulæ diacnicu 1075.a diacur-
cuma 1069.a diacymini 1068.c
diaireos 1067.a dialacca
1069.a
tabulæ diamargaritonis frigidi
1070.c dianiſi 1068.e
tabulæ diapenidii ſine ſpeciebus ca-
lidis 1069.a diaphœnicenis
1071.d diarrhodon 1070.d dia-
tragacanthi frigidi 1069.e dia-
turbith 1071.d diaturbith cum
rhabarbaro ibid.b 1076.a
tabulæ ex electuario de ſucco roſa-
rum 1070.f
tabulæ ex unicornu 1072.a
tabulæ orificii ſtomachi claudentes
& corroborantes 1073.f
tabulæ purgantes 1074.f bilem
1074.c 1078.f humores mixtos
1075.e melancholiam ibid.e
pituitam 1075.d
tabulæ refrigerantes cor 1070.b
hepar ibid.d 1074.a pectus
1069.e ſtomachum 1073.f
tabulæ ſaluberrimæ 1072.b ſti-
biatæ 1075.b ſulphuratæ 1072.e
triaſandali 1070.e
tabulæ vermes necantes 1056.f
Tagus Hiſpaniæ fluvius auri ferax
41.c
tamarindi quid 246.f
tamarindorum adulteratio ibid.
vires ibid.
tamariciscorticis vires 340.a
tamaricis cortices & folia quando
diſtillanda 491.c eorum facul-
tas & vires ibid.
tamaricis radicis vis 296.f
tamnum non eſſe bryoniam 291.f
tarantulæ ictus quomodo curan-
dus 396.e
taurinum ſevum quomodo confi-
ciendum & ſervandum 405.b
ejus vires ibid.
taurini ſanguinis uſus 403.a
taxi vires 188.f
tellinarum vires 89.a
Teplica balnea 28. eorum vires
ibid.
terebinthina quomodo cognoſcatur
378.a
terra omnis quam vim habeat
38.a
terra, ſeu bolus Armena quando
primum in lucem venerit 33.a
terræ in medicina uſus 32.c
diviſio ibid.
terra ſigillata duo genera 33.a
terrarum ſigillatarum duo genera
hodie Conſtantinopoli adferun-
tur ibid.f
teſtudinis marinæ ſanguinis uſus
403.b
teſtudinis terreſtris ſanguis quam
vim habeat 404.a
thapſia unde nomen acceperit
150.e
thapſiæ vires ibid.e 188.f
theriaca Andromachi à Bartho-
lomæo Marantha correcta 855.b
item à Medicis Romanis & Bo-
noniensibus 853.e
theriaca Andromachi ſenioris
851.e
theriaca communis ibid.
diateſſaron 764.f
theriaca ex lilio Pauli ab Armena
compoſita 858.a
theriaca, ſeu antidotus contra pe-
ſtem 802.b

thermæ

thermæ Germaniæ 12.f
Italiæ 30.b
thermarum de Aquis ſitus & vires 31.a
thermarum de Grotæ ſitus & vires ibid.e
thermarum differentia 10.e
thlaſpi quid 273.b ejus vires ibid.
thoracem excalefacientia 1089.c 299.e refrigerãtia 241.a 269.a
Thracius lapis ubi naſcatur 71.f
ejus vires ibid.
thus quid 371.e
thuris adulteratio ibid. & 345.e cortex probatiſſimæ quis ibid. vires ibid. & 375.f
thutia Arabum 54.b
thyites lapis ubi gignatur 69.e
ejus vires ibid.
thymelææ ſeminis facultas 272.f
thymiamatis vis 346.e
thymũ quando diſtillandum 429.c
ejus facultas & vires ibid.
thymi vires 147.c
Ticinus Italiæ fluvius auri ferax 41.e
tiliæ duo genera 212.d flores quando colligendi ibid.f quomodo diſtillandi 424.e eorum facultas & vires ibid. & 212.f
ex Tiliæ floribus aqua ſtillatitia facultas 431.c
tinctura auri 679.e mumiæ liquida 692.d recentis ibid.f ſicca ibid.b
tithymalum 274.b
tithymali ſeptem genera 19.f vires ibid.b & 188.f 327.f
topazius qualis gemma 65.d
ejus vires ibid.e
tormentilla quid 177.b
ejus vires ibid.d.e & 319.f
toxicum unde dictum 189.a
tragacanthum quid 371.c
ejus vires ibid.e
tragea groſſa 337.a communis pro ſtomacho & capite 726.b laxativa 740.a
tragea nobilis pro ſtomacho, capite, pectore & hepate 726.c optima 724.f pro mulieribus in puerperio 726.a pro ſtomacho ructuoſo 727.a rubra 725.d ſpecialis pro ſtomacho 726.f ſolvens ventrem 740.b
tragema ad pulmones exulceratos 733.b Venerem ſtimulandam 732.d vomitum & ventris fluxum 731.a
Trevirenſia balnea 22.a eorum ſitus, ratio & vires ibid.b
trifolium ubi copiosè naſcatur 169.a
ejus vires ibid.c
trifolii vires 147.f 190.a 299.b
triomphyllon Nicolai 789.c
tripharmacum crudum 929.e
trochiſci abſtergentes 1087.b ad fluxum 1080.c ad phthiſim & ulcera pulmonis 1084.c adſtringentes 1082.d Alkandal 1089.c alipta moſchata 1086.b aperientes 1084.f calidi 108[illegible].a
trochiſci compoſitiones aliorum medicamentorum ingredientes 1090.a
trochiſci cyphi 1087.b
trochiſci de abſynthio 1085.b agarico 1080.a agno caſto 1084.b alkekengi 1085. aniſo 1086.f Benzois ibid.d berberis 1083.a caphura 1082.b capparibus 1084.e carabe 1082.f coralio 1083.f croco 1081.b eupatorio 1086.a lacca 1085.a minio 1099.c myrrha 1086.e rhabarbaro 1088.e roſis, Rhaſis 1085.c ſcilla 1094.a
trochiſci de ſcilla quando parandi ibid.b ſpodio 1081.e terra ſigillata 1082.d violis 1089.f vipera 1090.a
trochiſci diarii 1098.f
trochiſci diarrhodon Meſue 1088.b
Nicolai 1098.b
trochiſci diaſpermaton 1088.c
trochiſci galliæ moſchatæ 1098.d 1135.f
trochiſci Hamech 1089.e
hedychroi Andromachi 109[illegible].f
hedychroi ex correctione Bartholomæi Maranthæ ibid.f
trochiſci hepatici Aſclepiadis 1084.f
ligni aloës 1081.a
interficientes glires & mures 1088.d
trochiſci Meſue 1100.b
trochiſci pituitã purgantes 1089.a
trochiſci pro fumo Comitiſſæ Arnsburgenſis 1136.b
trochiſci purgantes bilem 1088.b
mixtos humores 1090.f
trochiſci quid 1077.c
eorum diviſio ibid.
trochiſci ramich 1096.f
ſandalorum 1081.f
venena fugantes 1087.d
de trochiſcis ſcilliticis, ex correctione Bartholomæi Maranthæ 1084.b
de trochiſcis viperinis ex correctione Bartholomæi Maranthæ 1090.f
tryphera Galeni 796.b 1101.a
tryphera magna 849.a minor Piſonis 791. moſchata 796.b perſica 809.c Saracenica 795.e
turbith quod laudatiſſimum 328.e
ubi creſcat ibid.f
ejus vires 329.b
turpetum minerale 432.e
tuſſilago quid 120.b
ejus vires ibid.e
quomodo diſtillanda 422.b
ejus facultas & vires ibid.c

## V.

VAccæ ungularũ combuſtarum vires 406.d
vaccini lactis vires ibid.f
Valerianæ genera tria 316.a
varia appellationes ibid.e
facultas & vires 317.a
Uberkingenſe balneum 21.b
ejus ſitus & vires ibid.
Uberlingenſia balnea 28.e
eorum vires ibid.
venenis reſiſtentia 186.e 215.c 243.d 271.e 323.d
ventriculum excalfacientia 427.a
refrigerantia 213.f 242.a
veratri albi vires 324.b
verbaſci duæ differentiæ 162.f
vires ibid.b
verbaſci flores quando colligendi 214.e eorum vires ibid.
verbenaca quid 128.a
ejus vires ibid.b
vermium terrenorum facultas & vires 386.c
vermiculi in medio echino reperti cujus ſint facultatis & uſus ibid.
verticis oſſiculi vires 401.b
veſicam calefacientia 213.d 240.f 267.f 308.e refrigerantia 214.a 269.f
adverſus veſparum ictus remediũ 391.a
Villacenſe balneum 28.d
ejus vires ibid.
vinum abſinthite purgans 530.f
quomodo parandum 518.c
ejus facultas & vires ibid.
vinum ad aſthma 517.f
ejus vires ibid. ad memoriam & oblivionem 515.f
vinum Adrianum 351.e
vinum album in ſecunda & ſiniſtra valetudine laudatur ibid.b
vinum alkekengi quomodo fiat 525.a ejus vires ibid.a
vinum aniſatum quomodo parandum 535.b ejus vires ibid.f
vinum Aſianum 354.a
vinum borraginatum ad quid va-

leat 516.a
vinum bugloſſatum quomodo parandum ibid.c ejus vires ibid.
vinum Cecubum 354.d
ceraſorum nigrorum acetoſorum quomodo fiat 518.e
ejus facultas & vires ibid.
vinum chamædrytes quomodo parandum 524.e ejus vires ibid.
vinum Chium 353.f
Clazomenium 355.a
Coum ibid. Creticum 354.d
vinũ cydonites quomodo fiat 525.d
ejus vires ibid.
vinum ebulatum quomodo parandum 530.a ejus vires ibid.b
vinum è betonica quomodo parandum 515.a ejus vires ibid.
vinum è chamelæa quomodo parãdum 536.c ejus vires ibid.
vinum enulatum quomodo fiat 517.d ejus facultas & vires ibid.
vinum ex punicis malis quomodo fiat 525.f ejus vires ibid.
vinum è prunis ſylveſtribus quomodo fiat 526.d
ejus vires ibid.
vinum ex pyris quomodo fiat 525.e
ejus vires ibid.
vinum è marrubio quomodo fiat 517.c ejus vires ibid.
vinum è thymelæa quomodo parãdum 530.c ejus vires ibid.
vinum è veratro nigro quomodo fiat ibid.a ejus vires ibid.
vinum Epheſium 354.f
vinum euphragiæ quomodo parandum 515.b ejus vires ibid.
vinum Falernum in Italia primũ locum obtinet 355.c
vinum fœniculatum quomodo parandum 515.f ejus vires ibid.
vinum guajacum quomodo fiat 526.d ejus vires ibid.
vinum Hippocraticum laxativum quomodo parandum 531.b
ejus vires ibid.
vinum hyſſopites quomodo parandum 517.c ejus vires ibid.
vinum Iſtricum 354.f Lesbium 355.e Mamertinum ibid.
Muralti 530.d
vinũ myrtites quomodo fiat 526.a
ejus uſus ibid.
vinum noſtrum, ad calculum 525.b
vinum noſtrum guajacinum purgans 531.e
vinum œnanthinum quomodo fiat 525. ejus vires ibid.
vinum palmeũ quomodo fiat 526.b
ejus vires ibid.
vinum paſſulatum quomodo fiat 517.f ejus vires ibid.
vinum pro ſenibus, noſtrum 518.d
vinum purgans, noſtrum 532.a
vinum purgatorium in epilepſia 529.d
vinum raſpatitium quomodo parandum 518.f ejus vires ibid.
vinum roſaceũ quomodo fiat 525.a
ejus vires ibid.a
vinum roſmarinatum quomodo parandum 515.b
ejus vires ibid.c
vinum ſaccharatum quomodo fiat 516.e ejus vires ibid.
vinum ſalviatum quomodo fiat 515.d ejus vires ibid.e
vinum ſcammonites quomodo fiat 529.f ejus vires ibid.
vinum ſcilliticũ quomodo parandum 527.a
ejus facultas & vires 528.a
vinum ſtœchadites quomodo parandum 515.d ejus vires ibid.
vinum tamaricis quomodo fiat 520.d ejus vires ibid.e
vinum zedoarticum quomodo parandum 527.e
vina alba craſſioribus partibus conſtant 354.d
vina aſtringentia 525.d calefacientia caput 515.a cor 516.a hepar, ſplenem 524.d.e thoracem 517.b ventriculum 518.b
vina craſſa ſtomacho negotium præbent 355.d
vina cordialia 516.b
vina purgantia aquam 530.f
bilem flavam 529.e
pituitam 527.f
vina reſiſtentia venenis ibid.b
ſapore diſtans 354.d
ſudorem provocantia 401.d
vinorum differentia 513.a
violarum flores quomodo diſtillandi 401.d ejus vires ibid.
violarum florum ſuccus 216.b
violarum purpureарũ uſus 210.d
violarum ſuccus quando exprimẽdus 350.a ejus vires ibid.
viperæ quæ meliores 1091.c
quando capiendæ 1092.a
quo tempore colligendæ 1090.a
viperæ morſus quomodo curandus 394.b
viperinarum carnium vires 386.c
virga paſtoris quid 166.f
ejus vires 167.a
viride Anthai 1103.e
Meſue 1104.a
viſcum quod laudatiſſimum 334.a
ejus vires ibid.d
viſci querni vis 338.e
vitis ſylveſtris 294.f
vitrum antimonii 1029.a
vitriolum duplex 47.f
quod præſtantius 48.a
ejus vires ibid.c
vitriolum æris 1030.d
vituli coagulum ad quid utile 405.b
vituli marini coagulum ad quid utile 410.a
quomodo excipiendum ibid.
vitulinum ſevum quando conficiendum & ſervandum 405.b
ejus vires ibid.
vitulinæ medullæ vis 401.d
vitex quid 130.b
ejus genera duo & vires ibid.c
viticis ſeminis facultas 263.e
unguenta abſtergentia 926.c 956.c ambuſta extinguentia 967.c
unguentum barbam denigrans 1185.d
unguentum Baſilicon majus & minus 927.c.d
unguentum Bernardinum 923.c
unguentum ad achoras 1189.a
aduſtionem ibid.b alopeciam 1129.c ambuſtionem 967.d 9:8.a 1198.d
unguentum ad barbam generandam 1179.d
unguentum ad calefaciendum hepar 943.b callos pedum 1208.a calvitiem 1179.b
capillos defluentes 1175.e
unguentum capillos prohibens 1180.c
unguentum ad caſum pilorum in palpebris 1147.f
caſum ſuperciliorum & barbæ 1187.e coitum 967.b
combuſta aqua & igne 1198.a
combuſtionem aqua ibid.
contracturas 941.d cruſtas puerorum in capite 1191.a
unguentum ad dealbandas cicatrices 1193.b delenda veſtigia morbillorum in pueris 1199.a
deterſionem ſuffuſionis 956.c
unguentum ad dolorem capitis ex calore 965.b frigore ibid.
unguentum ad dolorem capitis & articulos, in morbo Gallico 966.c dolorem colicum ibid.a
unguentum ad faciei maculas rubentes 1192.a
faciei ruborem ibid.b
faciem illuſtrandam 1200.e
facilitandum partum 945.e
furfures 1190.a
furfures capitis 1185.b
unguentum ad gangrænas 960.f
genarum ſcabritiem, ſcabiem & ulcera

ulcera 956.e
unguentũ ad hæmorrhoidas 936.a
herpetes 957.c
humorem concretum & ſcirrhoſum 949.d
unguentum ad ignis combuſtionem 1197.f impetiginem ibid.b
impetigines faciei 1194.c
inflammationem oculorum cum defluxione 947.d
inflammationem oculorũ digerendam 952.f juvandam concoctionem 942.e
unguentum ad lachrymarum fluxum 956.f lendes 1191.f
lichenas inveteratos 1197.e
lienteriam 946.f
lienteriam frigidam 943.a
unguentum ad mamillas pendentes 1206.d memoriam 940.f
menſtrua provocanda 945.d
mollificandum ſplenem 949.f
morbum Gallicum 954.a
movendas urinas 945.a
unguentum ad oculorum lachrymas 1189.a oculorum rubedinem ibid.b oculos, magiſtrale 935.b omnem ſcabiem, impetiginem, & ſerpiginem 1199.f
unguentum ad panaritium 1203.b
panum faciei 1192.e
unguentum ad panos & cuſſis faciei 1193.b papillarum ſciſſuras 1206.f parotidas 952.a
partes igne affectas 1198.e
partes convulſas 953.a pectoris anguſtiam & maturationem 941.f pediculos 931.b 1191.d
unguentum ad phthiſim 942.c 961.e pilorum generationem 1177.b pilos deſluos in palpebris 1188.b polypos excedendos 965.f pruritum 957.f pſoram 957.a
unguentum ad retentionem fœtus 946.a ruborem faciei 1195.f
ruborem faciei à fumis & vaporibus ibid.e
rugas & lentigines faciei 1192.c
rupturam oſſium 962.c
unguentum ad ſanguinis eruptionem 962.c ſanguinis impetum ſiſtendum 947.f ſcabiem 957.d 1199.c ſcirrhum ſplenis 944.b ſcirrhos jecoris ibid.b ſciſſuras manuum 1203.e Solis uſtionem 1197.a ſtomachi reſolutionem 943.a ſuperciliorum pediculos 1187.e ſuper purgationem menſtruorum 946.b
unguentum ad tineam & ſcabiem 1199.e tubercula faciei elephanticorum 1196.e
tubercula faciei lepra ibid.f
unguentum ad tumorem lienis ob flatus 944.f tumorem manuum ex frigore 1203.b
unguentũ ad varos calloſos 1194.e
ventriculum calefaciendum & conſtringendum 942.d
ventriculum refrigerandũ 946.d.e vermes, magiſtrale 939.d
verrucas in facie 1195.d
verrucas manuum 1124.a
ulcera narium 959.f
unguentum ad ungues excorticatos, ſcabroſos leproſosq; 1204.a
leproſos ibid.e
unguentum ad unguium contuſionem ibid.c
ſciſſuras & eroſiones ibid.d
unguentum ad vomitum provocandum 968.d
urinæ retentionem 945.b
uſtionem ignis & aquæ 1198.a
vulnera venenata 963.a
unguentum adſtringens 924.e 947.d
unguentum Ægyptiacum 927.e
Agrippæ regis ibid.e
unguentum album de ceruſſa dictum 926.e
unguentum anodynum 936.a
apoſtolicum 926.c
unguentum Archigenis ad capillos defluos 1175.c
unguentum Aregon 980.c
aureum 931.b
unguentum attrahens venenum ex vulneribus 963.e
unguentũ calefaciens caput 1191.d
hepar 943.b pectus 941.f
renes & veſicam 945.a
ſtomachum 942.a
uterum 945.d
unguentum caphuratum album 924.e rubrum ibid.d
unguentum capillos auferẽs 1181.a
conſervans augensq; 1173.d
creſcere non permittens 1180.c
criſpos reddens 1186.d dealbans ibid.a defluos conſervans 1174.e denigrans, Archigenis 1185.c flavos reddens 1184.d generans 1179.d
unguentum capillos generans, Cleopatræ 1176.f 1180.e reſtituens ibid.f rubeos tingens 1186.c
ſubnigros reddens 1173.f
unguentum capitale 933.b
unguentum ceraſeos magnũ 931.e
parvum 932.a
unguentum citrinum 928.d
Comitiſſæ 924.b
unguentum contra caſum & contuſionem partium internarum 962.a
unguentum contra ſerpiginem, impetigine & elephantiam 929.f
unguentum craſſitiem faciei auferens 1193.d
unguentum de Artanita majus 939.a minus 925.e
unguentum de bryonia 926.a
colocynthide, Avicennæ 940.a
lino 934.d
lithargyro 929.d
minio 927.a tuthia, ſeu diapompholygos 930.e
unguentum detergens 958.a
unguentum deſiccatorium rubrum 934.f
unguentum diaireos 933.f
unguentũ dialthææ, ſimplex 922.e
compoſitum 923.a
unguentum diapalma 933.b
diapompholygos 931.a
unguentum ex bdellio 923.b
unguentum excalfaciens ſplenem 944.b
unguentum ex calce 938.c
cantharidibus 935.a
caprifolio 932.e panno lineo Hebenzezar 934.c
unguentum empyreuma in vulneribus ſclopeticis extinguens, & puſtulas prohibens 968.a
unguentum epuloticum 964.c
unguentum faciem depilans 1183.e
illuſtrans 1200.c
unguentum faciens capillos aureos 1184.d
unguentum faciens cadere ungues 1204.f
unguentum fuſcum 935.b
unguentum D. Gerconis de ſapone ad dolores juncturarum ibid.e
unguentum gleucinum Andromachi 937.c
unguentum glutinans 934.e 962.e
unguentum in morbo Gallico cum puſtulis, ſine articulorum dolore 954.a
unguentum lamiarum 960.f
unguentum laxativum Nicolai 940.c
unguentum magnum Fioravanti 937.a
unguentum mamillas minores & duriores reddens 1205.f molles & relaxatas indurans ibid.f
parvas conſervans ibid.c
unguentũ manus dealbans 1201.e
unguentum Martiatum 921.d
magnum ibid.
parvum 922.a
unguentum Mercuriatum cum theriaca 931.d
unguentum mirabile 932.e 934.a



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0655-3
DFG

unguentum mundificativum 928.b
oculorum lacrymas ſiſtens 1188.e
unguentum odoratum 1228.b
unguentum omnia veſtigia, omnes tuberoſitates & maculas faciei auferens 1192.f
unguentum Oreſtini ad alopecias inveteratas 1177.e
ad pilos generandos ibid.f
unguentum ornans ventrem & pedes 1207.c pectus 1205.c
unguentum Othonis Siculi ad pilos generandos 1177.e
unguentum, palpebrarum oculorumq; livorem tollens 1187.f
pectorale 936.d
unguentum Philagrios 922.e
unguentum, pilos elephanticorum ubique renaſci faciens 1178.a
pilos removens 1183.d
unguentum populeon 924.a
unguentum poſt caſum unguium 1200.a 1203.a
unguentum potabile 934.e
unguentum precioſum, Fuckerſalb 950.a
unguentum precioſum, noſtrum 951.b
unguentum pro epilepticis 941.b
facie dealbanda 1201.b
ſcabie 930.a
unguentum prohibens mamillas augeri 1206.b
unguentum pſoricum Alexandri 929.a
unguentum pſoricum, ſive emulatum ibid.
unguentum purgans 938.a 986.c
unguentum quid 915.a
ejus diviſio ibid.
unguentum, quando exactè obduruit lien 944.d
unguentum refrigerans 923.d
unguentum refrigerans, Galeni ibid.f
unguentum refrigerãs hepar 947.b
ſtomachum 946.e
uterum ibid.a
vulnera ſclopetaria 967.f
unguentum Regis Angliæ 961.d
unguentum repellens, & ſanguinem cohibens 946.d
unguentum reſumptivum, vulgare 925.e
unguentum roſatum, Meſuæ 923.d
unguentum rubeum, caphuratum 929.a rubeum Græcum 933.d
unguentum ſanguinem cohibens 948.c ſtringens 949.a
unguentum ſarcoticum 960.b 961.b ſomniferum 966.e
unguentum ſomniferum, magiſtrale 938.a
unguentum Sorani, ad pilos generandos 1178.f
unguentum ſtomachicum 922.d
unguentum ſudores movens in morbo Gallico 955.e
unguentum, ſuperciliorum vitia tollens 1187.a ſupercilia renaſci faciens ibid.c
unguentum ſuppurans 951.a
tetrapharmacum 925.d
Venerem excitans 957.a
ventris rugas à partu abſtergens 1207.c ventrem laxans 568.a
unguentum nervinũ Vigonis 967.e
unguentum vulneris corruptionem prohibens 948.e
unguentum violatum 923.f
ungula caballina quomodo diſtillanda 422.c
ejus facultas & vires ibid.
ungus odorati vires 82.e
unicornu facultas & vires 399.e
unionum pulveris vis 90.d
bituminis ſuffitus vis ibid.
vomitorium Andreæ 818.a
Nicolai ibid.c
Patriarchæ ibid.e
Scarpellæ 819.a
Vogeſpergenſe balneum 20.e
ejus ſitus, ratio & vires ibid.
Urbis veteris thermarũ vires 31.e
urina aprina vis 414.b aſinina vires, caprina vires ibid.
catti deſtillata vis 413.e humana ibid. lyncis vires ibid.
taurina vis 414.b
urſi adeps quomodo præparanda 406.a ejus vires ibid.
urſini pulmonis uſus 397.b
urtica quando diſtillanda 427.e
ejus facultas & vires ibid.
urtica duo genera 411.a
urticæ ſemen quando colligendum 257.e ejus vires ibid.
uterum calefacientia 240.f 308.d
refrigerantia 242.d
uva taminia 294.d
uvarum facultas & vires 226.a
uvarum paſſarum vires ibid. 227.b
Waldsborn balneum 28.e
ejus ſitus, ratio & vires ibid.f
Wattenvvilenſia balnea 191.d
ſitus, ratio & vires ibid.c
Weadingenſia balnea 18.b
eorum ſitus, ratio & vires ibid. c.d
Veringenſe balneum 29.a
ſitus, ratio & vires ibid.
Willingenſia balnea 19.e
eorum ſitus, ratio & vires ibid.
Wisbadenſia balnea 17.b
eorum ſitus, ratio & vires ibid.
vulpis adeps quomodo colligatur, præparetur & conſervetur 406.a ejus facultas & vires ibid.
vulpis pulmonis uſus 397.e
vulturini ſtercoris vis 410.e
ex vulturis capite lapilli vis 75.b
Wolckenſteinenſe balneum 29.d
ejus ſitus, ratio & vires ibid.d.e

X.

Xyloaloë lignum 331.a
ejus vires ibid.b
xylocaſſia 334.f
xylocinnamomum ibid.

Z.

Zedoariæ ſeminis vires 270.f 285.b
zibettum quid 415.b
ejus vires 416.a
ziziba quid 240.a
earum vires ibid.
zingiber quod eligendum 305.c
zingiber conditum 676.f
zingiberis vires 305.b
Zuckenthalenſe balneum 20.c
Zuckenthalenſis balnei ſitus, ratio & vires ibid.
zurumbeth quid Arabibus 314.b

INDICIS ANTIDOTARII SPECIALIS FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0657-4

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0658-0

# ANTIDOTARIUM SPECIALE,

à

JOAN. JACOBO WECKERO BASILIENSE,

*Ex*

*OPT. AUTHORUM tàm veterum, quàm recentiorum SCRIPTIS*

fideliter congeſtum, & tandem methodicè, ſupra priores Editiones, uberrimè auctum, conjunctim editum, & exornatum.

*Adjectis* ELENCHIS *locupletiſsimis.*

BASILEÆ,
Typis JOAN. JACOBI GENATHI,
Sumptibus hæredum LUDOVICI KÖNIG.
Anno cIↃ IↃC XLII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0659-9

# ELENCHUS ET SERIES SECTIONUM ANTIDOTARII SPECIALIS contentarum.

## ANTIDOTARII SPECIALIS LIB. I.


De Igne. *Sect. I.* — *fol. 1*
De Aëre. *Sect. II.* — 5
De Aqua. *Sect. III.* — 6
*Thermarum differentiæ à metallis* — 7
*Thermæ Germaniæ* — 12
*Fontes acidi* — 21
*Thermæ Italiæ* — 30
De Terris. *Sect. IV.* — 31
De Metallis. *Sect. V.* — 39
*De metallis temperatis 41. calefacientib. & ſiccantibus in gradu ſecundo ibid. calefacientib. & ſiccantib. in gradu tertio ibid. calidis & ſiccis in gradu quarto 47. frigidis in primo 49. frigidis in ſecundo 50. aſtringentibus 53. venenoſis* — 54
De Lapidibus. *Sect. VI.* — 55
*De lapidibus precioſis, ſeu gemmis frigidis in gradu primo 59. ſecundo 61. quarto* — 62
*De gemmis amuletis* — 63
*De lapidib. precioſis, alterantib. qualitate occulta 64. minùs precioſis: ac primùm de calidis 67. frigidis 69. aſtringentib. 70. emolliẽtibus, obſtupefacientib. 71. abſtergentib. 72. glutinantibus, cicatricẽ inducentibus, calculũ comminuentibus, fœtum retinentibus, menſes cientibus, amuletis, minùs precioſis, alterantibus qualitate occulta ibid. & 73. purgantibus* — 76
De Marinis. *Sect. VII.* — *ibid.*
*De marinis calidis ibid. frigidis 80. aſtringentib. 82. emollientib. 81. abſtergentibus 86. qualitate occulta alterantib.* — 88
De Animatis ſine ſenſu, *à terreſtribus, hoc eſt, ex plantis & arboribus ſumptis: & primò de foliis. Sect. IIX.* — 89
*De foliis temperatis* — 109
*De foliis, ſeu herbis calidis in primo gradu 110. ſecundo 120. tertio 129. quarto* — 148
*De foliis frigidis in primo 151. ſecundo 154. tertio 159. quarto* — 163
*De foliis humidis in primo 164. ſecundo* — *ibid.*
*De foliis ſiccis in primo ibid. ſecundo 165. tertio 167. quarto* — 169
*De foliis aſtringentib. 170. aperientib. 172. emollientibus, indurantibus, extenuantib. 174. diſcutientib. 175. extrahentibus, ſuppurantibus, abſtergentibus, glutinantibus, & cicatricẽ ducentib. ibid. & 176. flatus diſcutientib. 182. ſemen generantib. 183. menſes moventibus, menſes ſiſtentibus, venenis reſiſtentib. ibid. ſtrumas diſcutientibus 186. dolorem mitigantibus, venenoſis 189. alterantibus qualitate occulta* — 187
*De foliis purgantibus bilem flavam 190. bilem atram 191. pituitam 192. ſeroſos humores* — 193
De Floribus. *Sect. IX.* — 198
*De floribus calidis in primo 205. ſecundo ibid. tertio* — 209
*De floribus frigidis in primo ibid. ſecundo 210. tertio 211. quarto* — *ibid.*
*De florib. humidis in primo 212. ſecundo* — *ibid.*
*De floribus ſiccis in primo ibid. ſecundo ibid. tertio* — *ibid.*
*De floribus calefacientibus caput ibid. pectus 213. reliquas corporis partes ibid. humectantibus pectus & cor* — 214
*De floribus ſiccantib. cor & pectus, aſtringẽtibus, diſcutiẽtibus, abſtergẽtibus, extenuantibus, emolliẽtibus, ſuppurantibus, glutinãtibus, & cicatricem inducentibus 214. menſes movẽtibus, & ſiſtentibus, flatus diſcutientibus, qui ambuſtis medentur* — 215
*De floribus venenis reſiſtentibus ibid. dolorem mitigantibus* — *ibid.*
*De floribus purgantibus bilem flavam ibid. pituitam* — 216
De Fructibus. *Sect. X.* — 217

De fructibus temperatis 227
De fructibus calidis in primo 224.
ſecundo 226. tertio 227. quarto 229
De fructibus frigidis in primo 232.
ſecundo 234. tertio 236. quarto 237
De fructibus humidis in primo 238.
ſecundo ibid.
De fructibus ſiccis in primo ibid.
ſecundo ibid. tertio ibid.
De fructibus calfacientibus caput 238. thoracem 239. cor 240. ſtomachum ibid. renes & veſicam ibid. uterum 241
De fructibus refrigerantibus thoracem & cor ibid. ſtomachum ibid. hepar 242. renes & uterum ibid.
De fructibus aſtringentib. 242. diſcutientib. ibid. extenuantibus ibid. glutinantib. ibid. flatus diſcutientibus 243. ſemen generantibus ibid. urinam cientib. ibid. menſes moventib. ibid. menſes ſiſtentib. ibid. venenis reſiſtentibus ibid. dolorem mitigantibus ibid.
De fructibus purgantibus bilem flavam 243. bilem atram 247. pituitam ibid.
De Seminibus. Sect. XI. 248
De ſeminibus calidis in primo 255. ſecundo 256. quarto 263
De ſeminibus frigidis in primo 265.
ſecundo ibid. tertio ibid.
De ſeminibus humidis in primo 266
De ſeminibus ſiccis in primo ibid.
ſecundo ibid. tertio 267
De ſeminibus excalfacientibus jecur ibid. ſplenem ibid. renes & veſicam ibid. uterum 268. artus ibid.
De ſeminibus refrigerantibus caput 269. thoracem, cor, & ſtomachum ibid. hepar, ſplenem, renes, veſicā, & artus 269
De ſeminibus aſtringentib. ibid. diſcutientibus, abſtergentibus, emollientib. indurantibus, ſuppurantibus, glutinantibus, flatus diſcutientibus, generantibus ſemen 270. menſtrua provocantibus 271. menſes ſiſtentibus, calculum frangentibus, venenis reſiſtentibus, mitigantibus dolorem ibid. diſcutientibus ſtrumas, venenoſis 272
De ſeminibus purgantibus bilem ibid. pituitam 273
De Radicibus. Sect. XII. 275
De radicibus calidis in primo 283. ſecundo ibid. tertio 285. quarto 288
De radicibus frigidis in primo 291.
ſecundo ibid. tertio ibid.
De radicibus humidis in primo 292
De radicibus ſiccis in primo ibid.
ſecundo 297. tertio ibid.
De radicibus excalfacientibus caput 299. thoracem ibid. cor 303. ſtomachũ ibid. hepar 305. ſplenem 307. renes 308. uterum & juncturas ibid.
De radicibus refrigerantib. ſtomachum, hepar & ſplenem ibid.
De radicibus aſtringentib. ibid. diſcutientibus 311. abſtergentibus ibid. aperientib. extenuantibus, adurẽtibus & emollientib. 312. ſuppurantibus, glutinantibus ibid. flatus diſcutientib. 313. ſemẽ generantib. 314. menſes moventib. 315. menſes ſiſtentibus 319. ſudorem provocantibus 320. venenis reſiſtentibus 321. ambuſtis conferentibus 322. dolorem ſedantibus ibid. diſcutientibus ſtrumas, venenoſis 323. alterantibus qualitate occulta 324
De radicibus purgantib. bilem flavam ibid. bilem atram 325. pituitam 326
De Lignis. Sect. XIII. 331
De lignis calidis ibid. frigidis 337. alterantibus qualitate occulta 338
De Corticibus. Sect. XIV. ibid.
De corticibus calidis in primo 339.
ſecundo 340. tertio 346
De corticibus aperientibus ibid. dolorem mitigantibus, purgantibus ibid.
De corticibus fructuum calidis ibid. aſtringentibus ibid.
De corticib. radicũ calidis 347. frigidis 348
De corticibus purgantibus bilem ibid.
De Succis. Sect. XV. 347
De ſuccis temperatis herbarum 349
De herbarum ſuccis calidis in primo ibid.
ſecundo ibid. tertio 350
De ſuccis herbarum frigidis in primo 351.
ſecundo, tertio, quarto ibid.
De ſuccis fructuum calidis 350. 352.

fri-

*frigidis* 351. 352
De Liquoribus. *Sect. XVI.* 351
*De liquoribus frigidis* 353. *calidis* ibid.
*De liquoribus pinguibus calidis* 355.
*frigidis* 357
*De liquorib. concretis calidis moderatè* ibid.
*De liquoribus concretis calidis in primo* 358.
*ſecundo, tertio* 359
*De liquoribus concretis frigidis in primo* 360.
*tertio* 363. *quarto* ibid.
*De liquoribus concretis purgantibus bilem* 367. *pituitam* 368
De Gummi & Reſinis. *Sect. XVII.* 369
*De Gummi & reſinis calidis temperatè* 371
*De gummi & reſinis calidis in primo* ibid.
*ſecundo* 372. *tertio* 379. *quarto* 380
*De gummi & reſinis frigidis ibid. emollientibus, aſtringentibus* 381. *calculos pellentibus* 382. *purgantibus pituitam* ibid.
De Animatis *aquatilibus. Sect. XIIX.* 383
De Animalibus *integris. Sect. XIX.* 385
*De animalib. terreſtribus, aquatilibus, aëreis, & volatilibus* 387
De Animalibus *venenoſis. Sect. XX.* ibid.
De Animalium *partibus. Sect. XXI.* 395
De Oſsibus. *Sect. XXII.* 400
De Medullis. *Sect. XXIII.* 401
De Sanguine. *Sect. XXIV.* 402
De Pinguedine, *Adipe, & Sevo. S. XXV.* 403
De Excrementis *utilib. Sect. XXVI.* 405
De Excrementis *inutilibus primæ coctionis. Sect. XXVII.* 409
De Stercore. *Sect. XXVIII.* 410
De Excrementis *ſecundæ coctionis. Sect. XXIX.* 412
De Excremẽtis *tertiæ coctionis. S. XXX.* 414

## ANTIDOTARII SPECIALIS LIB. II.

De Aquis *deſtillatis. Sect. I.* 416
*De aqua ſtillatitia, quomodo ex herbis & floribus extrahatur* 421
*De aquis deſtillatis refrigerantib. ſanguinem ibid. refrigerantibus, ſeu concoquentibus bilem in capite* 422. *concoquentibus bilem in thorace* ibid.
*De aquis deſtillatis refrigerantibus cor, ſtomachum* 422. *hepar, renes, & veſicam* 423. *cicatricem* ibid.
*De aquis deſtillatis excalfacientib. caput, ſeu concoquentibus pituitam in capite* 423. *thoracem* 425. *cor* 426. *ſtomachum* ibid. *hepar, ſplenem, renes & veſicam* 427. *matricem* 428
*De aquis alterantibus & concoquentibus bilem atram in capite ibid. pectore, corde ibid. hepate, ſplene* 429
*De aquis alterantib. qualitate occulta* ibid.
*De aquis purgantibus* 431
*De aquis purgantib. compoſitis ibid. confortantibus* 434. *alterantibus* 437
De Syrupis. *Sect. II.* 471
*De ſyrupis officinalibus, concoquẽtibus bilem flavam in capite* 475. *thorace* 476. *ſtomacho* 477. *corde* 480. *hepate* 481
*De ſyrupis cõcoquentib. pituitã in capite* 482. *thorace* 483. *corde* 485. *ſtomacho* 486. *hepate* 489. *matrice* 490
*De ſyrupis concoquentibus melancholiam in corde* 490. *hepate & liene* 491
*De ſyrupis purgantib. bilem* 493. *pituitam* 494. *humores mixtos* 495. 503
*De ſyrupis minus uſualibus* 497
*De ſyrupis alterantibus pituitam* 498. *bilem atram* 500. *purgantibus* 501. *educentibus urinam* 506
De Julapiis. *Sect. III.* 507
De Succis, *ſeu* Rob. *Sect. IV.* 509
De Emulſionibus. *Sect. V.* 511
De Vinis *artificialibus. Sect. VI.* 513
*De vinis excalfacientibus caput* 515. *cor* 516. *thoracem* 517
*De vinis excalfacientib. ventriculũ* 518. *hepar* 524. *ſplenem, renes & veſicam* ibid.
*De vinis aſtringentibus, ſudorem provocantibus* 526
*De vinis reſiſtentibus venenis* 527
*De vinis purgantibus pituitam ibid. bilem flavam* 529. *bilem atram & aquam* 530. *humores mixtos* 531
De Decoctis. *Sect. VII.* 533
*De decoctis officinalibus reficientibus* 535
*De decoctis alterantibus communib.* 536. *ca-*

put 537. pectus 538. cor, ventriculum ibid.
De decoctis ſudorem provocantibus 538
De decoctis purgantibus ſanguinem 542. bilem flavam 543. pituitam ibid. bilem atram, humores mixtos 544
De decoctis minùs uſualibus 545
De decoctis alterantib. pectus, cor ibid. bilem 546. pituitam, bilem atram ibid.
De decoctis purgantib. bilem flavam 549. pituitam 550. atram bilem ibid. humores mixtos 551
De Infuſionibus. Sect. IIX. 553
De acetis 555
De dilutis, ſeu infuſis, purgantibus bilem 556. pituitam 557. bilem atram 559
De infuſis ſanguinem puriorē reddentib. 560
De Clyſteribus. Sect. IX. 561
De clyſteribus nutrientibus 563. calfacientibus ibid. refrigerantibus 564. emollientibus ibid. aſtringentib. 565. detergentib. 566. conſolidantib. 567. urinā provocantibus, comminuentib. calculū ibid. vermes necantibus 568. dolorem ſedantibus 569. purgantibus 571
De clyſteribus purgantib. aquam 572. flatus diſcutientibus 573
De Gargariſmatis. Sect. X. 575
De gargariſmatis diſcutientib. 577. detergētibus ibid. conſolidantibus, dolorem ſedantibus 578. odoratis 579
De Errhinis. Sect. XI. ibid.
De errhinis purgantib. bilem, pituitam ibid. melancholiam 581
De errhinis detergentib. 581. dolorē mitigantibus 582. aſtringentib. ibid. odoratis 583
De Fomentis. Sect. XII. ibid.
De fomentis aſtringētibus 585. aperientibus, diſcutientibus ibid. emollientib. 587. dolorem ſedantibus ibid.
De Epithematibus. Sect. XIII. 589
De epithematibus ad omnes partes 590
De epithematibus alterantib. cerebrum ibid. cor 591. pectus 593. ſtomachum 594. hepar 595. corpus per arterias juxta manum 596
De Embrochis. Sect. XIV. 597
De embrochis calfacientibus caput ibid. alterantibus ſtomachum 598. refrigerantibus caput ibid.
De Inſeſſionibus. Sect. XV. 599
De inſeſſionib. aſtringentib. ibid. emollientibus 601. aperientibus ibid. diſcutientibus 602. frangentibus calculum ibid. dolorem mitigantibus 604
De Balneis. Sect. XVI. 605
De balneis excalfacientib. ibid. refrigerantibus 606. aſtringentibus, emollientibus 607. aperientibus, abſtergentibus cutem 608. dolorem mitigantibus 611
De Lotionibus. Sect. XVII. ibid.
De lotionibus capitis 613. axillarum, manuum, pedum 615
De Oleis. Sect. XIIX. 617
De oleis craſſo modo paratis 623
De oleis excalfacientibus ventriculum ibid. hepar 624. lienem 625. uterum ibid. articulos 627. nervos 628
De oleis refrigerantibus caput 731. corroborantibus ventriculum 632. pectus ibid. hepar, uterum 634
De oleis ſiccantibus, humectātib. ibid. aſtringentibus, emollientib. 635. laxantib. 636. rarefacientibus, digerentibus, detergentib. ibid. glutinantib. 638. ſomnum inducentib. 641. frangentib. calculū 642. juvantibus coitum, ſedantibus dolorem 643. purgantibus 646
De oleis ſubtili modo paratis, ſeu diſtill. 645
De oleis herbarum & florum 646. ex fructib. 649. ex ſeminib. 650. ex radicib. 652. ex lignis ibid. ex corticib. 653. ex aromatib. 655. ex reſinis & gummi 658. ex liquoribus 665. ex metallicis 666. ex animalibus, & eorundem partibus 690
De Balſamis. Sect. XIX. 697
De Pulveribus. Sect. XX. 715
De pulveribus calfacientibus & ſiccantibus caput 719
De pulveribus excalfacientib. pectus 720. cor 721. ſtomachum 723. hepar 729
De pulveribus refrigerantibus ventriculum 730. hepar ibid.
De pulveribus aſtringentib. 730. menſes moventi-

ventibus 731. moventib. urinã, calculum frangentibus ibid. Venerẽ ſtimulantibus, partum provocantibus 732. conſolidantibus 733. diſſolventibus ſanguinem concretum ibid. impinguantibus 734. ſedantibus dolorem ibid.
De pulveribus purgantibus bilem ibid. pituitam per nares ibid. item per alvum, bilem atram 735. aquam ibid. humores mixtos ibid. fæces 740
De pulveribus extrinſecùs applicandis 742
De pulveribus capitis temperatis ibid.
De pulveribus excalfacientib. caput ibid. cor ibid. ventriculum 743. hepar ibid.
De pulveribus refrigerantib. caput, cor 744. hepar 745
De pulveribus aſtringentibus ibid.
De pulveribus abſtergentibus dentes 746. cutem 747
De pulveribus incarnantibus, cicatricem inducentib. 748. carnem auferentibus 749. ſtrumas diſſolventibus 751. mitigantibus dolorem 752
De Electuariis. Sect. XXI. 753
De electuariis calfacientib. caput 761. pectus 766. cor 770. ventriculum 776. hepar 781. ſplenem, matricem 784
De electuariis refrigerantib caput 786. pectus ibid. cor 788. ſtomachum 789. hepar, ſplenem & matricem, juncturas 790
De electuariis aſtringentibus ibid. calculum frangentibus 791. Venerem ſtimulantibus 794. contra venena 796
De electuariis officinalibus lenitivis 804. ſolutivis 810
De electuariis officinalibus ſolutivis, purgantib. bilem ibid. pituitã 814. bilem atram 821. aquam 823. humores mixtos ibid.
De electuariis minùs uſualibus 829
De electuariis excalfacientibus caput ibid. cor 831. pulmonem, ventriculum 833. hepar, ſplenem 835
De electuariis refrigerantib. ventriculũ 837. hepar 838
De electuariis aſtringentibus ibid. urinas & menſes moventibus, frangẽtibus calculum 839. Venerem ſtimulantibus ibid. Venerem minuentibus 842. dolorem mitigantibus ibid.
De electuariis purgantib. bilem 843. aquam 844. humores pituitoſos & mixtos 845
De Opiatis. Sect. XXII. 847
De Conſervis. Sect. XXIII. 865
De conſervis calfacientib. caput 867. pectus 868. cor ibid. ventriculum 869. hepar 870. ſplenem, uterum ibid. juncturas ibid.
De conſervis refrigerantib. caput 870. pectus, cor, ventriculum 871. hepar, ſplenem, renes, juncturas 872
De Eclegmatis, ſive Loch. Sect. XXIV. ibid.
De eclegmatis aſtringentibus 873. abſtergentibus 875
De eclegmatis minùs uſualibus aſtringentib. 878. abſtergentibus 880
De Conditis. Sect. XXV. 881
De conditis calfacientib & roborãtib. cor 883
De conditis excalfacientib. ventriculum 885. renes 886
De conditis refrigerantib. ventriculum ibid.
De conditis temperatis 888. excalfacientibus ibid.
De conditis compoſitis refrigerantibus 890
De conditis purgantibus 892
De Extractis. Sect. XXVI. 893
De extractis ſimplicibus alterantibus 894. purgantibus 896
De Linimentis. Sect. XXVII. 908
De linimẽtis temperatis 909. calidis ibid. frigidis ibid. humidis 910. aſtringentib. ibid. glutinantib. 911. carnẽ generantib. ibid. dolorẽ ſedantibus 912. vermes necantib. 913. ambuſta extinguentibus ibid.
De Unguentis. Sect. XXIIX. 915
De unguẽtis excalfacientib. 920. refrigerantibus 923. aſtringentibus 924. emollientibus 925. abſtergentib. 926. carnem generantib. 931. glutinantibus, & cicatricem inducentib. 934. erodẽtib. 935. extrahentibus ibid. dolorẽ ſedantib. ibid. ſomniferis, ad ambuſta 838. purgantibus ibid.
De unguentis minùs uſualibus 940
De unguentis excalfacientibus caput, pectus, ſtomachum 942. hepar 943. ſplenem 944. renes & veſicam, uterum 945

De unguentis refrigerantibus uterum 946. ſtomachum ibid. hepar 947
De unguentis aſtringentib, ibid. emollientibus 949. calculũ expellentib. 950. ſuppurantibus 952. digerentibus ibid. abſtergentibus 956. carnem generantibus 959. conſolidantib. 961. glutinantibus 962. cicatricem ducentib. 964. carnẽ auferentibus 965. dolorem ſedantibus ibid. ſomnum conciliantibus 966. Venerem excitantibus 967. ambuſta extinguentibus ibid. purgantibus 968
De Emplaſtris. Sect. XXIX. 970
De emplaſtris calidis 971. frigidis 972. aſtringentibus 973 emollientibus 974. abſtergentib. 980. diſcutientibus 985. conſolidantibus & glutinantibus ibid. cicatricẽ inducentibus 993. dolorem ſedantibus 994
De emplaſtris minùs uſualibus ibid. aſtringentib. ibid. emollientib. 995. concoquentibus 996. diſcutientibus ibid. abſtergentibus 997. conſolidantibus 998. extrahentibus ibid. erodentibus, ambuſta extinguentibus 999
De Cataplaſmatis. Sectio XXX. 1001
De cataplaſmatis aſtringentibus ibid. emollientibus, conſolidantib. 1004. abſtergẽtibus, concoquentib. 1005. diſcutientib. 1006
De cataplaſmatis attrahentibus, dolorem mitigantibus 1008
De Ceratis. Sect. XXXI. 1011
De ceratis calidis 1012. frigidis 1013. emollientibus ibid. aſtringẽtibus 1016. conſolidantibus, & glutinantibus ibid. abſtergentibus 1018. attrahentibus 1019
De Dropacibus. Sect. XXXII. ibid.
De Sinapiſmis. Sect. XXXIII. ibid.
De Ceris tingendis, ſeu colorandis. Sectio XXXIV. ibid.
De Salibus. Sect. XXXV. 1021
De ſalibus purgantibus per tuſſim 1023. per alvum ibid. per urinam ibid. per uterum 1025. per ſudorem ibid.
De ſalibus dolorem ſedantibus, detergentibus 1027. erodentibus 1028
De Antimonii præparatione. Sect. XXXVI. 1029
De Sulphure ſublimato, ſeu floribus Sulphuris. Sect. XXXVII. 1031
De Pilulis, ſeu Catapotiis. Sect. XXXIIX. 1032
De pilulis aſtringentibus 1035. aperientibus 1037. abſtergentibus ibid. moventibus urinam & menſtrua 1038. calculum comminuentibus 1040. dolorem mitigantibus ibid. Venerem excitantib. 1042. veneno reſiſtentibus 1043
De pilulis purgantibus bilem flavam ex capite ibid. bilem ex hepate 1044
De pilulis purgantibus pituitam ex capite 1045. ex pectore 1047. ex ſtomacho 1048. ex juncturis 1052
De pilulis purgantib. melancholiam ex hepate & ſplene 1055. humores ſeroſos 1056
De pilulis purgantib. humores mixtos à capite 1057. à ſtomacho 1059. ab hepate 1063. à toto 1064
De Confectionibus aromaticis ſolidis, Tabulis & Rotulis. Sect. XXXIX. 1065
De tabulis excalfacientib. caput 1067. pectus, ventriculũ ibid. hepar 1069. matricẽ ibid.
De tabulis refrigerantib. caput, pectus 1069. cor & hepar 1070
De tabulis purgantibus bilem, pituitam 1071
De confectionib. ſolidis minùs uſualibus 1072
De tabulis calfacientib. caput, ſtomachũ ibid.
De tabulis refrigerantib. ſtomachum 1073. hepar 1074
De tabulis purgantib. bilem ibid. pituitam 1075. melancholiã, humores mixtos ibid.
De tabulis vermes necantibus 1076
De Trochiſcis. Sect. XL. 1077
De trochiſcis calidis 1081. frigidis ibid. aſtringentibus ibid.
De trochiſcis emollientibus 1084. aperientibus ibid. abſtergentibus 1087
De trochiſcis venena fugantibus, dolorem ſedantibus 1088
De trochiſcis purgantibus bilem, pituitam 1089. humores mixtos ibid.
De trochiſcis compoſitiones aliorum medicamentorum ingredientibus 1098
De trochiſcis extrinſecus applicandis ibid.
De Collyriis, ſive Sief. Sect. XLI. 1099

De col-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0666-4
DFG

# Elenchus Sectionum.


De collyriis abſtergentibus 1101. excreſcentias auferentibus 1103. dolorē mitigantib. 1104
De Apophlegmatiſmis. Sect. XLII. 1105
De Confectis. Sect. XLIII. 1107
De colorando ſacchgaro, in concinnandis confectis 1112
De Glandibus & Suppoſitoriis. Sect. XLIV. 1113
De glandibus lenibus ibid.
De glandibus lenioribus, mediocribus, acribus 1115
De glandibus flatus diſcutientibus 1116. dolorem mitigantibus ibid.
De Peſsis. Sect. XLV. 1117
De peſſis aſtringentibus, aperientibus ibid. abſtergentibus & conſolidantibus 1118. emollientibus ibid. dolorem ſedantibus ibid. purgantibus 1119
De Sacculis. Sect. XLVI. ibid.
De ſacculis conferentibus capiti ibid. cordi 1121. ventri 1122
De Dentifriciis. Sect. XLVII. 1123
De Odoramentis. Sect. XLIIX. 1126
De Suffimentis. Sect. XLIX. 1129
De ſuffimentis conferentibus capiti 1131. cordi ibid. pulmoni 1132. utero 1133. juncturis 1134
De ſuffimentis odoratis 1136


## Antidotarii Specialis Lib. III.


De Medicamentis ornantibus 1137
De Aquis ornantibus. Sect. I. 1139
De aquis odoratis ibid. maciem inducentibus 1142
De aquis capillos longos reddentibus, tingentibus ibid. augentibus 1144. prohibentibus 1145
De aquis oculorum vitia tollentibus ibid. dentes dealbantibus 1147. faciem illuſtrantibus 1148. tingentibus & dealbantibus faciem 1152. rubificantibus faciem 1157. faciem denigrantibus 1160. faciem juvenilem reddentibus ibid. faciei maculas tollentibus. 1160
De Potionibus ornantibus corpus. Sect. II. 1161
De Balneis mundantibus corpus. Sect. III. 1162
De Lotionibus, ſeu Lixiviis ornantibus capillos. Sect. IV. 1163
De lixiviis capillos tingentibus flavos 1164. nigros 1167. rubros 1168. albos ibid.
De lixiviis capillos prolongantibus 1169. augentibus 1176. prohibentibus, criſpos reddentibus ibid.
De Oleis ornantibus faciem. Sect. V. 1170
De oleis faciem illuſtrantibus ibid. tingentibus 1171
De oleis faciei rugas tollentibus ibid. maculas delentibus ibid.
De oleis capillos conſervantibus, & augentibus 1172. tingentibus ibid. longos reddentibus 1174
De Unguentis capillos defluos conſervantibus. Sect. VI. ibid.
De unguentis capillos reſtituentibus 1176. prohibentibus 1180. auferentibus 1182
De unguentis capillos tingētibus flavos 1184. nigros 1185. albos, rubros 1186
De unguentis capillos reddentibus criſpos, ſuperciliorum vitia tollentibus 1187. palpebrarum oculorumq́ livorem tollentibus ibid. oculorum lachrymas ſiſtentibus 1188. cutis capitis vitia curantibus ibid. ad ſcabiem 1199. faciem illuſtrantibus 1200. manus dealbantibus 1201. pectus ornantibus 1205. ornantibus ventrem & pedes 1207
De Smegmatis ornantibus. Sect. VII. 1208
De Pulveribus ornantib. dentes. Sect. IIX. 1209
De pulveribus ornantibus manus ibid.


## Elenchi Sectionum Finis.

# ANTIDOTARII SPECIALIS PRAECIPUARUM SECTIONUM DISPOSITIO.

Medicamentorum differentię in ſpecie à cauſis deducuntur. Primā ergo differentiam ſumimus à fine: & quemlibet rurſus diſtinguimus ex materia: quam materiā formæ etiam diverſitas ſequitur. Forma rurſus ex Efficiētis varietate diſtinguēda. Medicamēta igitur alia conferunt ad

- Sanitatem, *vel conſervandā, vel præſervandam, vel reſtituendam. Hæc autem medicamenta cùm ſint mixta corpora, mixtio ipſorum ſit vel*
  - Naturâ, *quamvis levis præparatio ab artifice adhibeatur, ita tamen, ut ſuā formā retineat. Sic Medicus adipem præparat. Et de his* Liber I. *Antidotarii noſtri diſputabit. Dividitur rurſus, quia colligūtur vel ex corporibus*
    - Simplicibus *dictis: non quòd reverà ſint ſimplicia, ſed ſenſu, aut certè reſpectivè, quòd comparatione aliorum minimum habeāt admiſtionis. Talia ſunt, quæ ſumuntur ab*
      - Igne. *Sect. j. fol. 1*
      - Aëre. *Sect. ij. 2*
      - Aqua. *Sect. iij. 5*
      - Terra. *Sect. iv. 32*
    - Mixtis
      - Inanimatis, *quæ reperiuntur vel in*
        - Terra: *ut*
          - Metalla. *Sect. v.* 39
          - Lapides. *Sect. vj.* 56
        - Aqua *ſeu Mari. Sect. vij. 75*
      - Animatis: *vel*
        - *Sine ſenſu, tum*
          - Terreſtribus: *nimirum plātis & arboribus: ut*
            - Folia. *Sect. iix. 91*
            - Flores. *Sect. ix. 198*
            - Fructus. *Sect. x. 217*
            - Semina. *Sect. xj. 249*
            - Radices. *Sect. xij. 275*
            - Ligna. *Sect. xiij. 331*
            - Cortices. *Sect. xiv. 339*
            - Succi. *Sect. xv. 347*
            - Liquores. *Sect. xvj. 351*
            - Gummi. *Sect. xvij. 371*
          - Aquatilibus: *ut* Spongia, *&c. Sect. xiix. 383*
        - Cum *ſenſu: ab animalibus*
          - Integris
            - Alterantibus. *Sect. xix. 385. tum*
              - Terreſtribus: *cùm greſſilibus, tum reptilibus: ut ſunt*
                - Cimices.
                - Millepedę.
                - Scorpiones.
                - Vermes *terreni.*
                - Cochleæ.
                - Formicæ.
                - Viperæ.
              - Aquatilibus: *ut ſunt*
                - Scincus.
                - Cãcer *fluviatilis.*
                - Rana.
              - Aëreis & *volatilibus tā integris, quā inſectis: ut ſunt*
                - Hirundo.
                - Gallus.
                - Galerita.
                - Locuſta.
                - Cicada.
                - Cantharides.
            - Corrumpentibus, *hoc eſt, venenoſis. Sect. xx. 387*
          - Partibus *eorundē. Vide in ſeqq. ſig. A.*
  - Arte. *Vide in ſeqq. ſig. B.*
- Ornatum, *vel pulchritudinem. In quibus* Liber Tertius *noſtri Antidotarii conſumetur.*

*A. Medicæ*

# ANTIDOTARII SPECIALIS DISPOSITIO.

- A. Medicamentorum *differētia à partibus animalium deſumpta, ſive partes illæ*
  - Sentiant: *& ſunt vel*
    - Principes: *Sectio xxj.* 395
      - Cerebella
        - Paſſerum.
        - Leporis, *&c.*
      - Pulmo
        - Agninus.
        - Suillus.
        - Urſinus.
        - Vulpinus, *&c.*
      - Hepar
        - Erinacei.
        - Lupinum.
        - Aſininum.
        - Caprinum.
        - Caninum.
        - Mergi, *&c.*
      - Teſtes
        - Gallorum.
        - Fibrorum, *&c.*
    - Non-*principes: atq; vel alterantes qualitate*
      - Prima. *Sic calida ſunt*
        - Ventriculi *gallinæ.*
        - Inteſtina *lupi, &c.*
      - Secūda. *Sic Venerem excitāt*
        - Genitale
          - Cervi.
          - Tauri, *&c.*
        - Renes *Scincorum, &c.*
  - Non*ſentiant, & ſunt vel partes*
    - Propriè *dictæ*
      - Oſſa. *Sect. xxij.* 399. *ut*
        - Unicornu.
        - Ebur.
        - Cornu *cervinum.*
        - Os *de corde cervi.*
        - Cranium *hominis.*
        - Oſſiculum *verticis, &c.*
      - Medulla. *Sectio xxiij.* 401
        - Cervina.
        - Vitulina.
        - Bibulina.
        - Hircina, *&c.*
      - Sanguinis. *Sect. xxiv.* 402
    - Impropriè *dictæ*
      - Pinguedo. *Sect. xxv.* 404
      - Sevum.
      - Ungula
        - Aſini.
        - Capræ.
        - Vaccæ, Mulæ, *&c.*
      - Excrementa
        - Utilia. *Sectio xxvj.* 406
          - Lac, Butyrum,
          - Serum, Mel,
          - Cera, Propolis,
          - Ova, Sericum, *&c.*
        - Inutilia *coctionis*
          - Primæ. *Sectio xxvij.* 409
            - Coagulū
              - Leporis.
              - Hœdi.
              - Vituli, *&c.*
            - Stercus. *Sect. xxiix.* 410
          - Secūdę. *Sectio xxix.* 411
            - Fel
              - Capræ.
              - Hirci, *&c.*
            - Urina
              - Humana.
              - Aprina, *&c.*
          - Tertiæ. *Sectio xxx.* 413
            - Sudores.
            - Sordes, *ſeu* Strigmēta.
            - Moſchus.
            - Oeſypus.
            - Spolium *ſerpentis.*
            - Zibettum, *&c.*

# ANTIDOTARII SPECIALIS DISPOSITIO.

B. Arte, quæ figuram naturalem aufert, & artificialem novam indit, de quib. LIBER II. *Antidotarii noſtri aget. Sic ergo figuram habet medicamentū, vel*

- Fluidam: *& vel*
  - Non *pinguē, quibus ars indit figurā rei, vel*
    - Naturalis,
      - Aquæ. *Sect. j.* 417
      - Mellis: *ut* →
        - Syrupi. *Sect. ij.* 471
        - Julapia. *Sect. iij.* 507
        - Succi ſeu Rob, &c. *Sect. iv.* 509
      - Lactis. *Sect. v.* 511. *ut*
        - Lac *amygdalarum dulcium.*
        - Emulſiones, *&c.*
      - Vini. *Sect. vj.* 513
    - Non-*naturalis,*
      - Potiones →
        - Decocta ſeu Apozemata. *Sect. vij.* 533
        - Dilata. *Sect. iix.* 553
      - Clyſteres. *Sect. ix.* 561
      - Gargariſmi. *Sect. x.* 575
      - Errhina. *Sect. xj.* 579
      - Fomenta. *Sect. xij.* 583
      - Epithemata. *Sect. xiij.* 589
      - Embrochæ. *Sect. xiv.* 597
      - Infeſſus. *Sect. xv.* 599
      - Balnea. *Sect. xvj.* 605
      - Lotiones, *&c. Sect. xvij.* 611
  - Pinguem: *cujusmodi ſunt Olea præparata modo vel*
    - Craſſo. *Sect. xiix.* 617
    - Subtili, *&c. Sect. xix.* 697
- Non *fluidā: eāq; vel*
  - Diſſipatam: *ut* →
    - Pulveres.
    - Tragemata, *&c. Sect. xx.* 715
  - Coactam, *vel*
    - Humidam
      - Actu: *ut* →
        - Electuaria. *Sect. xxj.* 753
        - Opiata. *Sect. xxij.* 847
        - Conſervæ. *Sect. xxiij.* 865
        - Eclegmata. *Sect. xxiv.* 872
        - Condita. *Sect. xxv.* 881
        - Extracta, *&c. Sect. xxvj.* 893
      - Potētiā, *medio calore, ut ea, quæ ex pinguibus: ut*
        - Linimenta. *Sectio xxvij.* 907
        - Unguenta. *Sect. xxiix.* 869
        - Emplaſtra. *Sect. xxix.* 869
        - Cataplaſmata. *Sect. xxx.* 1001
        - Cerata. *Sect. xxxj.* 1011
        - Dropaces. *Sect. xxxij.* 1019
        - Sinapiſmi. *Sect. xxxiij.* 1020
        - Ceræ *colorata. Sect. xxxiv.* 1020
    - Siccā, *eámque acquirunt arte rei, vel*
      - Naturalis: *videlicet Metallis: ut*
        - Salia *ex reb. diverſis. Sect. xxxv.* 1021
        - Vitrum *Stibii. Sect. xxxvj.* 1029
        - Flores *Sulphuris, &c. Sect. xxxvij.* 1031
      - Non-*naturalis: quales sūt*
        - Pilulæ. *Sect. xxxiix.* 1032
        - Tabulæ, *Orbiculi. Sect. xxxix.* 1065
        - Trochiſci. *Sect. xl.* 1079
        - Collyria. *Sect. xlj.* 1099
        - Apophlegmatiſmi. *Sect. xlij.* 1105
        - Confecta. *Sect. xliij.* 1107
        - Glandes. *Sect. xliv.* 1113
        - Peſſi. *Sect. xlv.* 1117
        - Sacculi. *Sect. xlvj.* 1119
        - Dentifricia. *Sect. xlvij.* 1125
        - Odoramenta. *Sect. xliix. ibid.*
        - Suffimenta. *Sect. xlix.* 1129



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0670-6

# ANTIDOTARII GENERALIS,

## PER JO. JACOBUM WECKERUM editi,

## LIBER PRIMUS.

### *DE FOLIIS ſeu herbis.*

### CAPUT I.

*Herba quæ.*

CUM de Medicamentorum materia hoc primo libro diſſerere nobis propoſitum ſit, primò de naturali animata inſenſibili agemus, à foliis ſeu herbis ſumpto exordio. Sunt itaque herbæ latiores plantarum partes: & vel peregrinæ, vel domeſticæ. Quæ apud nos naſcuntur, deligendæ ſunt ſucci plenæ, floridæ: fugiendæ grandiores, graciliores, & marcidæ. Comæ ergo cum floribus ſumendæ ſunt. Colliguntur autem in montibus, collibus, & planis locis: ipſis montibus altiſſimis colligi debent, locisque Soli & vento expoſitis: paucis exceptis, quæ collibus frequentiores, magisque odoratæ ſunt, ut chamædrys, & chamæpitys. Quæ verò locis planis duntaxat naſcuntur, eæ locis ſiccioribus, & à lacubus, & fluminibus procul diſſitis colligendæ ſunt, niſi riguis gaudeant, ut tribulus aquaticus, nymphæa, & ſimiles. Cæterum quædam ſolùm virides in uſum recipiuntur, præſertim in uſum apozematum, fotuum, cataplaſmatum, enematum, &c. & hæ quovis tempore colligi poſſunt, ut beta, braſſica, mercurialis, parietaria, borrago, malva, &c. Quæ autem reponuntur, jam florentes, & ſemen quodammodo conficientes (quod plerunque fit menſe Junio, & principio Julii) colligi debent cœlo ſereno, atque tempore meridiano, nullis per aliquot antè dies decidentibus pluviis, nec etiam rore nimiùm maden-

*Domeſticarum electio.*

*Locus colligendi herbas.*

*Tempus colligendi herbas.*

A tes, nimióve Solis calore retorridæ. Quòd ſi herbæ nec caulem, nec florem, nec ſemen edunt, ut adianthum omne, aſplenum, legendæ in foliorum vigore, quando ſcilicet maxima, & virentiſſima ſunt: quædam verò, dum florent, aut ſementeſcunt, quia lignoſæ ſunt & exuccæ, ante illud tempus legendæ, ut cichorium, beta, &c. Herbæ, ubi probè in umbra fuerint ſiccatæ, reponuntur ad ſacculos lineos non compreſſos, ſeu collapſos, ſed juxta ſacculo- B rum imum circulo vel orbe ligneo diſtentos: vel (quod melius eſt) ligneis capſulis, vel pyxidibus reſervantur, ne à pulvere, vel fumo offendi poſſint.

*Locus reponendi herbas.*

SERVANT herbæ ſuas vires annum unum: itaque quotannis mutandæ, niſi anno collectæ fuerint, cujus temperies admodum ſicca fuerit, pluviarumque expers: & contrà ſubſequatur æſtas admodum humida: tunc enim præſtat his uti, quæ ſicco illo anno ſuperiore col- C lectæ ſint, quàm quæ ſubſequenti pluvioſo. Porrò, recentes manipulis pluribus in balneis: in clyſteribus verò, tum in decoctionibus, uno vel duobus manipulis, ſi pro uno clyſtere, vel una potione paretur decoctio, menſurantur. Quòd ſi plures clyſteres, vel potiones ex eadem coctione parandæ ſint, doſis augenda erit, videlicet ad manipulos quatuor, vel quinque ad ſummum. Siccæ, in externis, & magis remediis, ut in balneis, & lavacris, D pluribus manipulis: in clyſteribus, & potionibus, ut ſuprà dictum, menſurari ſolent. In aliis autem remediis, ut pulveribus capitalibus, ſtomachicis, &c. à ʒ j. ad ℥ ß. vel ℥ j. recipiuntur. Eadem quantitate etiam in quibusdam fumigiis, ut in iis, quæ ad tuſſim parantur, tuſſilago ſicca, & ad fumigia capitis, folia roriſmarini, ladi, ciſti, origani, imponi poſſunt. In internis verò, ut in antidotis, co-

*Duratio herbarum.*

*Menſura, ſeu doſis herbarum.*

licis, & nephriticis, pulveribus cordialibus, & capitalibus, vel qui ad ventrem, vel uterum præſcribuntur, à ʒ ß. ad ℥ ß. exhiberi debent.

*Taxatio.* PRÆTEREA, Pharmacopœi noſtri manipulum herbarum communium denario uno Colmarienſe (qui bazii Conſtantienſis decima pars eſt) vel duobus ad ſummum vendere ſolent.

*Herba peregrina. Dignotio peregrinarū.* QUOD ad peregrinas herbas attinet, quæ apud nos non creſcunt, quasque omnino aliunde advehi oportet, ex Medicorum ſcriptis, uſuque quotidiano, notis quibusdam generalibus facilè cognoſci poſſunt, è quibus deprehendere licet, num eæ plantæ collectæ fuerint loco, tempore, modoque convenienti; tum etiam repoſitæ, ita ut nec temporis, nec loci, nec vecturæ ratione incommodum ullum paſſæ ſint: quod ex ſapore, odore, & colore deprehenditur, ſi inſuper folia & flores ipſis ramis cohæreant, &c.

## DE FLORIBUS.

### CAP. II.

*Electio.* FLORES, qui in quotidianum uſum veniunt, magna ex parte apud nos naſcuntur. Recentes, maturi, non corrupti eligendi ſunt.

*Dignotio.* QUI verò aliunde advehuntur, ex odore, ſapore, & nativo colore dignoſcuntur: ſi præterea adhuc integri ſunt, nec comminuti, vel ſi nullum aliàs vitium contraxerint.

*Locus.* COLLIGUNTUR iis in locis, in quibus ipſæ plantę maximè celebres ſunt. Deinde ubi in umbra fuerint ſiccati, & præſertim qui jucundum odorem efflant, articulis tiliaceis nullo ſitu obductis reponuntur.

*Tempus.* DECERPENDI autem, cùm maximè vigent, & quum ſeſe ritè explicuerint: (roſis exceptis, quibus ad conſervas utimur, eæ enim antè quàm aperiantur, avelli debent) cœlo ſereno, atque tempore pomeridiano, rore abſumpto calore Solis, (alioqui enim propter alienam humiditatem facilè corrumpuntur) non quum jam vetuſtate tabeſcunt, defluuntque: non ut Bulcaſis & indocti alii ſcribunt, hoc vel illo menſe. Nam quibusdam regionibus & cœli conſtitutionibus celerius aut tardius plantarum partes perficiuntur.

*Duratio.* FLORES in univerſum ſicci ad annum duntaxat edurãt, etſi anthemidis, centaurii, chryſanthemi, millefolii, ſpartii, & roſarum flores etiam longiori aſſerventur tempore, ſi ligneis arculis oportunè incluſi diligẽter recondantur. Quamdiu itaq; coloris & odoris gratiam retinent, tamdiu aſſervari poſſunt: quod in paucis ultra annum non contingit.

*Doſis.* SICCOS pondere & menſura metimur: recentes menſura tantùm. Nam in antidotis, & nobilioribus compoſitionibus, in quibus parva tantùm quantitas recipitur, ſicci à ℈ j. ad ʒ ij. admittuntur, ut in pulveribus cordialibus, capitalibus, ſtomachicis & unguentis. In ſyrupis autem & apozematis, & aliis decoctionibus à P. ß. ad P. ij. vel iij. vel plures, ut & in balneis, & clyſteribus. ſunt enim parum efficaces, niſi in mole magna. Quare in pilulis nunquam uſurpandi ſunt, quia augendo molem, vim aliorum medicamentorum minuunt. Sunt tamen præſtantiores ob ſuam tenuitatem partium, ideo uſurpantur in aliis. Recentes, quia efficaces tantùm ad refrigerandum, humectandum, & laxandum, in ſyrupis, & apozematis, & aliis hujusmodi decoctionibus ſolùm immittuntur: iique à P. ß. ad P. plures, vel manipulos: non autem pondere, niſi in conſervis parandis, ad proportionem cum ſaccharo ſervandam.

*Taxatio.* CÆTERÙM pugillus florum communium in officinis noſtris, duobus denariis noſtratibus æſtimatur: peregrinorum verò à tribus denariis uſque ad plures, pro locorum, ex quibus advehuntur, diſtantia.

## DE FRUCTIBUS.

### CAP. III.

*Fructus.* FRUCTUS, eſt id, quod ultimò planta profert ad ſpeciei conſervationem & propagationem, conſtans utplurimum carne & ſemine: & dicitur potiſſimum de grandioribus plantis, ut ſunt arbores, frutices, ſuffrutices.

*Electio.* Noſtrates deliguntur pleniores, & benè habiti, ſeu corpulenti, non rugoſi, & carioſi.

*Dignotio.* Peregrini ex ipſorum ſapore, & odore probè dignoſci poſſunt.

*Locus.* COLLIGUNTUR his locis, ubi eorum plantæ ſunt præſtantiſſimæ. *Siccantur Sole aut clybano pro humiditatis illis innatæ ratione.* Reponuntur armariis, pyxidibus, vel ſportis, & locis, quò neque humor ullus, neque fumus, neque pulvis pertingere poſſit, ſed temperatis. Ita enim nec ſitum facile contrahunt, nec corrumpuntur, nec nimiùm ſiccantur. Quidam fructibus folia interponunt. Oleoſi fructus, ut juglandes, amygdala, pineæ, meliùs ſparſim quàm acervatim aſſervantur. Nam in acervos congeſti, facilè incaleſcunt, & rancidi ſiunt, maximè in loco & tempore calidiore: ſervandi ergo loco frigidiore. Quidam fructus, ut medica mala, hordei aut milii, acervo ſepeliuntur, alii paleæ inſtrati, quidam appenſi.

*Tempus.* CÆTERÙM fructus rei medicæ competentes, quum maturitatem ſenſerint, (niſi data opera immaturi expetantur) ex arbore antequam marceſcant, decerpendi ſunt, & quotannis mutandi.

*Doſis.* QUOD ad doſim attinet, non uno & eodem modo menſurantur: alii enim pondere, alii numero, alii utroque modo. Fructus igitur magni, integri, & diſcreti, ut pruna, poma, pyra, mala punica, cotonea, meſpila, ſorbæ, ficus, jujubæ, ſebeſten, nuces, & iis fructus ſimiles numero præſcribuntur. Interdum etiam pondere menſurantur, cùm ſcilicet ab iis ali-

quæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0672-7
DFG

quæ partes detrahuntur, vel aliquæ partes tantum in uſum revocantur. ut cùm dicimus, carnium cydoniorum abjectis cortice & granis ℔ j. vel corticis malorum granatorum ℥ iij. Vel cùm religioſius proportionem miſcendorum ſervare volumus, ut in maſticatoriis, & ſynapiſmis, in quibus pro ℥ j. ſeminis ſynapi, aliquando ficuum ℔ ß. miſcemus, & aliquando ℔ j. Nam ſi numero ficus metiremur, minus certa eſſet proportio, cùm ficus aliæ majores, aliæ minores ſint. Inter fructus ſunt nonnulli, qui ad varios uſus uſurpari ſolent, & diverſa menſura pro diverſitate ſcopi, aut uſus, ut pruna, ſebeſten, tamarindi, quæ bilem extinguunt, eamque expurgant, vel partes refrigerant. Quare ſi ad refrigerationem, vel ad bilis alterationem uſurpabuntur, parvo numero injicientur, ut ad paria duo, vel tria: ſi verò ad laxandum, quia imbecilliter laxant, ad paria viginti. Idem facimus de paſſulis & ficubus: nam ſi ad laxandum, magno numero: ſi ad leviter detergendum, vel calfaciendum præſcribantur, minori: & hoc de internis remediis eſt intelligendum. Nam in balnea ficus, & paſſulæ injici poſſunt: ſi detergere, & relaxare ſit animus, maxima quantitate, quia forma remedii, & paucitas virium id poſtulant, ut ad paria L. fructus laxantes: detergentes, & emollientes ad paria x. vel xx. dentur. Refrigerantes & lenientes in injectionibus inflammationum uteri, veſicæ & inteſtinorum, decoqui poſſunt ad paria x. qualia ſunt pruna, ſebeſten, tamarindi. Dulciores fructus, in clyſteribus ſedantibus dolorem, lenientibus, laxantibus, detergentibus, & vermes deorſum trahentibus, eodem numero ponuntur commodè. Nec non adſtringentes, in clyſteribus ad fluxum ventris præſcribuntur eodem numero: in decoctionibus verò alterantibus, ne obſtructiones pariant, minori. Detergentes in laxantibus ad paria xx. vel xxx. vel xL. poni poſſunt: in alterantibus ad paria v. vel vi. in decoctis verò pectoralibus, vel ſyrupis, media quantitate: fructus enim detergentes in pectoralibus majori quidem numero ſunt opus, quàm in alterantibus tantùm, ut vis medicamenti ſervetur, donec ad pulmones pervenerit: minori verò quàm in laxantibus: nam ſi æqualis menſura, ut aut paria xx. aut xxx. ponantur, nimium detergendo ventrem laxant, & ad partes ſuperiores non perveniunt. In alterantibus ergo ponantur ad paria v. in laxantibus ad paria xx. in pectoralibus ad paria x. ut medius modus ſervetur. Quod de paſſulis, ficubus, jujubis, ſebeſten, & dactylis volo intelligi. Horum item fructuum pulpa, ceu caro, præſcribitur in eclegmatis, opiatis, & cataplaſmatis: ſed pondere, non numero: quia eorum tantùm pars uſurpatur. Pulpa paſſularum in opiatis laxantibus ad ℥ ij. in eclegmatis media menſura: in cataplaſmatis hepaticis, corroborantibus, vel malacticis

*Pulparum doſis.*

A à quart. v. ad ℔ ß. vel ℔ j. ponitur. Pulpa prunorum dulcium laxantibus tantùm medicamentis, & opiatis miſceri poteſt. acidorum in cataplaſmatis adſtringentibus ventrem, ut & alii fructus omnes adſtringentes, ut pyrorum, pomorum, malorum cotoneorum, à quart. j. ad ℔ j. Dactylorum pulpa in hepaticis, corroborantibus, vel malacticis poni ſolet ad ℔ j. Capita papaveris ut fructus numeramus, ut ex deſcriptione Diacodii apud Galenum patet libro *κατὰ τόπ.* Fructus minores, ut paſſulæ Corinthiacæ, myrthi fructus, ſive baccæ vel berberis, vel lentiſci, vel balſami, vel terebinthi, pondere majore, vel minore, pro ſcopo, natura, viribus & forma remediorum uſurpantur, maxima ex parte à ʒ j. ad ℥ j. Fructus in*diſcreti, vel contuſi, ut tamarindi*, pondere, non numero menſurantur. Paſſulæ utraque menſura: dicimus enim paſſularum ℥ ij. vel iij. interdum paſſularum paria x. xx. vel xxx.

C Porro cùm fructuum variæ ſint differentiæ, precio quoque variant. *Taxatio.*

## *DE SEMINIBUS.*

### *CAP. IV.*

SEMEN eſt ea pars plantæ, ex qua in terram projecta, ſimilis planta producitur. Differt à fructu, ſicut pars à toto, contentum à continente. Ficus, uvæ, poma, pyra ſunt fructus: grana in illis contenta, ſemina ſunt. Omnes fructus habent ſemina: ſed non è converſo: non omnia ſemina fructu continentur, ut ſemina aniſi, fœniculi, milii Solis. Eligenda ſunt matura, bene habita & corpulenta ſeu pleniora, non rugoſa, & quæ naturæ ſuæ vires proprias habent efficaciſſimas, & odorem, ſaporem, colorem ſui generis perfectiſſimum ſervant. Quæ foris & peregrinis locis adferuntur, conſiderare oportet, an notis reſpondeant à Medicis præſcriptis, & in eorum cognitione exerceri, ut ex ſapore & odore dignoſci poſſint. Deliguntur plena, non cariola, nec rugoſa.

*Semina.* *Electio.* *Dignotio.*

NOSTRATIA iis in locis colliguntur, quibus præſtantiſſimæ herbæ naſcuntur. Quæ certis regionibus celebrantur (ut etiam ipſæ herbæ) his locis, ſi fieri poteſt, colligi debent, quæ proximè accedant ad eorum ſimilitudinem, quæ à veteribus commendabantur. *Locus.*

F SICCANTUR ut herbæ: deinde vaſculis vitratis, aut ſacculis reponuntur, locoque ſicciore, & humiditatis experte: aut charta, aut membranis aptè involvuntur. Legenda ſunt ex fructibus ſummè maturis, ubi ſiccari cœperunt priùs quàm defluant: ex ſtirpibus jam ſiccis, nec amplius virentibus, quæ ſanè in Sole ſuſpendendi, potiſſimum ex cucurbitæ, cucumeris, & hujus generis fructibus, ut eorum omnis caro exiccetur. Noſtratia annum, aut vix biennium durant. Quare quotannis innovare ſatiùs crediderim. *Tempus.*

*Doſis calidorum.* SEMINA ſemper pondere metimur: ſed di- A
verſa diverſo, pro natura ipſorum, & ſcopo, & forma remediorum. Calida & grata, ut aniſum, fœniculum, ad ʒ j. vel ʒ ij præſcribuntur, ut in pulveribus poſt paſtum. Quæ minùs grata ſunt ob odorem, vel ſaporem, à ʒ ß. ad ʒ j. ut ſemen cumini, ſeſeli Maſſilienſis, carvi, ameos. Quæ magis acria ſunt: ut rutæ agreſtis, naſturtii, thlaſpi, multò minori quantitate ſumuntur. *Temperatorum.* Quæ temperata ſunt, à ʒ j. ad ℥ j. in internis remediis poni poſſunt. In balneis ve- B
rò & fotibus, vel clyſteribus, ab ℥ j. ad plures: cujusmodi ſunt ſemen malvæ, althææ, lini, bombacis, fœnigræci.

*Diureticorum doſis.* SEMINA diuretica pro ſcopo & ſua acrimonia diverſis ponderibus adminiſtrari debent. Si ad ciendam urinam dentur, à ʒ j. ad ʒ ij. vel iv. exhibentur: ſi verò purgantibus permiſceantur, ad humoris attenuationes, vel medicamenti deductionem, à ℈ j. ad ʒ j. Poſ-
ſent eum impedire, derivando ad renes, vim C
medicamenti laxantis. *Doſis aperientium.* In aperientibus obſtructiones, media quantitate poni debent. In arteriacis à ℈ j. ad ʒ j. In Bechicis à ℈ j. ad ʒ j. *Flatus diſcutientium doſis.* Quæ flatus diſcutiunt, in clyſteribus, & ſedantibus dolorem, & remediis aliis colicis, à ʒ ij. ad ʒ vj. in antidotis, à ʒ j. ad ʒ iij.

*Calidiſſimorum doſis.* CALIDISSIMA ſemina in pulvere, ut naſturtii, rutæ agreſtis, thapſiæ, ſynapi, erucæ, in internis remediis à ℈ j. ad ʒ j. in externis autem à ʒ ij. ad ℥ j. In decoctionibus verò intrin- D
ſecùs ſumendis à ʒ j. uſque ad ʒ iij. in externis autem remediis à ʒ iij. ad ℥ j ß.

*Frigidorum doſis.* SEMINA frigida majora, in cientibus urinam à ʒ ij. ad ℥ j. In pectoralibus à ʒ ß. ad ʒ ij. vel ʒ iij. In laxantibus à ℈ j. ad ʒ j. In clyſteribus ab ℥ ß. ad ℥ j. In balneis ab ℥ ij. ad ℥ iv. vel ℥ vj. Frigida verò minora in internis remediis, ut pulveribus, à ℈ j. ad ʒ j. & ʒ ij. in externis à ʒ ß. ad ℥ ß. Narcotica à ʒ ß. ad ʒ ij. vel ʒ iij. ponantur, ut in colicis: liberiùs verò in ex- E
ternis remediis, videlicet à ʒ j. ad ℥ ß.

*Cerealium doſis.* CEREALIA integra pugillis vel manipulis menſurantur: in balneis quidem ad manus plures: in clyſteribus P j. vel P. ij. in decoctionibus verò ſyruporum, injectionum, gargariſmatum, ad P. j. vel P. ß. *Farinæ doſis.* Cerealia verò in farinam redacta pondere menſurantur: ut, ad cataplaſmatum compoſitionem, à ℔ j. ad ℔ ij. Sic ad inſpiſſationem ſucci herbarum, quantum ſufficit, imponitur, donec mellis conſi- F
ſtentiam acquirat: ut in bechico medicamento, aut arteriaco farina hordei, vel amylum à ʒ j. ad ʒ ij. vel iij.

*Leguminũ.* LEGUMINA, ut Cerealia, metiuntur: in farinam verò redacta ponderantur.

*Valor, ſeu taxatio.* CÆTERÙM, ℥ ß. noſtratium ſeminum à denario uno uſque ad duos, vel tres ad ſummum vendi ſolet. Peregrina verò pro nobilitatis & loci ratione precio variant.

## DE RADICIBUS.

### CAP. V.

*Electio.* RADICES deligendæ ſunt, quæ ſaporem, odorem, & colorem ſui generis perfectiſſimum habeant, quæque ſint benè habitæ, extento cortice, non carioſæ, non marcidæ, nec rugoſæ. *Dignotio.* Exoticæ peculiaribus notis dignoſcuntur. *Locus colligendi.* Colliguntur locis aptis, & terra vel ſordibus purgatæ, vel inciduntur, vel inte-
B græ filo trajectæ ſuſpenſæ ſervantur, *Locus reponendi.* loco non inſolato, non infumato, non humido, non pulverulento: ſed ſublimi, puro, ſicco, aut ſeptentrionem, aut meridiem ſpectante, modò non flent auſtri.

*Tempus colligendi.* EVELLUNTUR fructu jam deperdito, & incipiente foliorum defluvio, cœlo ſereno, (pluviæ namque illas imbecilliores reddunt, & humore crudo implent) quum crudi & excrementitii humoris quàm minimum ha-
C bent, quando nec nimis molles, nec nimis duræ & lignoſæ. *Duratio.* Exiguæ radices in annum ſervantur: majores in biennium, vel triennium ad ſummum. Mutandæ autem ſunt intra id tempus, ſi anni temperies ſicca fuerit: ſin autem admodum humida fuerit, eo præſertim tempore, quo radices colligendæ ſunt, ſatius eſt illis uti, quæ præcedente anno collectæ ſint, modò ea, qua dictum eſt, ratione ſint ſervatæ.

D *Doſis in apozematis.* RADICUM doſis in ſyrupis, vel apozematis, eſt ab ℥ j. ad ℥ ij. vel ℥ iij. ſi pro multis doſibus paretur: ſi pro una doſi, à ℥ iij. ad ℥ ß. vel ℥ j. *magis vel minus pro radicum natura, &* viribus. Nam ſi cum *purgantibus miſceantur* radices aperientes, minori quantitate ponendæ ſunt. Nam ſi in majori quantitate ponantur, humores tenues & ſeroſos à ventre ad renes deducendo, & derivando, alvi ſubductionem minuunt.

E *Doſis in balneis & epizematis.* RADICUM verò quantitas in balneis, libris, vel manipulis multis menſuratur. In clyſteribus verò, ſi pro uno clyſtere paretur decoctio, ab ℥ ij. ad ℥ iij. Quòd ſi plures clyſteres ex eadem decoctione parandi ſunt, vel clyſter, fotus, irrigationes, encharifmata, & balneum, doſis augenda erit. Quod ad purgantium radicum doſim attinet, ſuprà in Antidotario ſpeciali dictum eſt.

*Valor ſeu taxatio radicum.* PORRÒ, Aromatarii noſtri ℥ ß. radicum
F à denario uno, uſque ad tres vendere poſſunt, pro locorum, in quibus colliguntur, ratione.

## DE LIGNIS.

### CAP. VI.

*Electio. Locus. Tempus. Doſis naturalium.* LIGNA *ſunt* partes plantarum firmiſſimæ, tanquam oſſa in animalibus, duriſſimæ. Eligendum ſolidum, grave, minime carioſum & corruptum. Ligna magna ex parte peregrina ſunt, de quibus in Antidotario ſpeciali particulatim tractavimus. Noſtra

autem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0674-8 DFG

autem ex arboribus adultis decerpenda ſunt. Quod ad quantitatem attinet, odorata, nobilia, vel precioſa pondere ʒ j. utplurimùm deſcribuntur, ut lignum aloës, xylobalſamum, & ſandali omnes. Horumque uſus eſt non in internis ſolum, ſed & in externis remediis, ut in antidotis, in pulveribus cordialibus, capitalibus, in unguentis ventriculi, hepatis, & uteri. Item in epithematis cordis & ventriculi: in ſuffumigiis etiam uſurpantur.

B *Ignobilium doſis.* LIGNA autem craſſiora, & minùs nobilia, ex quibus decoctiones parantur, ut ligni guajaci, tamaricis, fraxini ramenta, majori pondere uſurpantur, videlicet ab ℥ j. ad ℔ j.

## DE CORTICIBUS.

### CAP. VII.

CORTICES, quibus Medici utuntur, partim e fructibus, partim ex radicibus, partim ex ramis ſumuntur.

*Electio.* EXOTICI eliguntur, qui nec ſitu obducti, nec aqua ſubmerſi, aut excocti, nec teredine corrupti ſunt.

*Locus.* COLLIGUNTUR, ubi eorum plantæ ſunt præſtantiſſimæ. Craſſiores arborum cortices aut manu avelluntur, cùm leviter adhærent: aut cùm tenaciùs adhærent, ferro abſcinduntur. Tenues verò ac membranoſi abraduntur. Radicum cortices ſic parantur: Finduntur radices per medium, vel pulſantur piſtillo à ſummo uſque ad imum: deinde eximuntur medullæ, & abjiciuntur: cortices verò diligenter exiccantur, atque arculis ligneis reconduntur.

*Tempus colligendi.* CÆTERÙM fructuum cortices eximere convenit, cùm maximè matureſcunt fructus: radicum, cùm herbæ foliis ſuis exuuntur: arborum verò, cùm vigent.

*Duratio.* SERVANTUR autem in annum.

E *Doſis.* QUO ad doſim, nobilium corticum erit à ℈ j. ad ʒ iij. vel ℥ ß. ut cinnamomi, nucis moſchatæ, &c. Ignobilium verò arborum, & fructuum, niſi ingratitudo prohibeat, ab ℥ j. ad plures, ut guajaci, capparis, fraxini, tamaricis, &c.

## DE SUCCIS.

### CAP. IIX.

F SUCCI ex plantis eliciuntur, virentium & tenerorum foliorum cauliúmve tritura, & manuum aut torcularis expreſſione. Horum ſtatim ab expreſſione uſus eſt, adſervanturque aut liquidi, aut ſiccati, aut cum ſaccharo mixti

*Electio.* in modum ſyrupi. Eliguntur non vetuſti, non elangueſcentes, non aliena qualitatum ſuarum conditione. Peregrini ſive externi aut odoris, ſaporis, coloris præſtantia dignoſcuntur, aut ſi non pulverulenti ſint, alióve modo

*Tempus colligendi.* corrupti. Eliciuntur ex adultis potiùs herbis, jam tum ingentibus, (utpote minùs excrementitiis) nondum lignoſis, aut tabeſcentibus. Qui liquidi ſervandi ſunt, igne aut inſolatione

A à craſſioribus partibus repurgantur, & in phialam anguſti oris injiciuntur ſuperfuſo aliquantulo oleo. Qui ſicci reponendi ſunt, aut Sole, aut igne probe ſiccantur: tum demùm vaſculis vitreis, aut pyxidibus reponuntur. *Locus reponendi.* Liquidi mutantur quotannis. Sicci verò & apud nos expreſſi, aut ſingulis annis, aut ad ſummum biennio. *Duratio.*

## DE LIQUORIBUS, LAchrymis, & gummis.

### CAP. IX.

LIQUOR à ſucco differt: hic namque eſt, qui contuſione & quaſſatione exprimitur; ille verò, qui inciſa vel ſcarificata aut terebrata plantæ alicujus parte extillat ſive emanat. Lachryma eſt, quæ ſua ſponte ex plantæ alicujus parte aliqua promanat, & concreſcit vel in gummi, vel reſinam. Liquores, lachrymæ &

C gummi, quæ Medicis in uſu ſunt, magna ex parte peregrina ſunt. Eliguntur non vetuſta, non elangueſcentia, & evanida, non aliena qualitatum ſuarum conditione, ſic ut guſtus judicium ſubeuntia, nihil reſipiant. *Electio.* Liquores excipiuntur inciſo per ſummum adoleſcentiæ vigorem caule. *Tempus colligendi.* Gummi verò genera non priùs decerpuntur, quàm concreta, ac conglobata ſuis ſtirpibus, idoneam maturitatem aſſecuta ſint: reſinæ tamen igne ſæpiùs ſibi concrementum adſciſcunt. *Locus colligendi.*

D Reponuntur loco ſicco. *Locus reponendi.* Liquores triennio utplurimùm vigent: gummi verò & reſinæ diutius. *Duratio.*

*Doſis.* CÆTERÙM reſinarum pondus, pro ſcopi, effectus & formæ remedii ratione, variat. Siquidem liquidæ per ſe aſſumptæ, ut larycæa, & abietina, à ℈ j. ad ʒ ij. vel ʒ iij. exhibemus, cùm detergere renes volumus: ſi alvum ſubducere, à ʒ ij. ad ℥ ß. In emplaſtris & unguentis ab ℥ ß. ad ℥ j. vel plures pro ſcopi ratione. Siccarum verò reſinarum, ut picis, doſis eſt, & quidem in externis remediis, ut emplaſtris & unguentis, ab ℥ ß. ad ℥ j. vel plures.

## DE ANIMALIBUS, ET eorundem partibus.

### CAP. X.

F EX animalibus integris, aut eorum partibus medicamenta ſumuntur. *Electio.* Præferenda autem ea ſunt, quæ ex animalibus mediæ ætatis, benè pinguibus, beneque habito corpore deſumuntur: non ex morbidis, ætate confectis, aut cadaveribus. *Dignotio.* Præſtantia autem ex nativo colore, ſapore & odore dignoſcitur.

*Locus reponendi.* CÆTERÙM pauca animalia integra aſſervantur. Sicciora, ut cantharides, non difficulter, ubi ſemel probè exiccata fuerint, cuſtodiuntur. Humidiora verò, & pinguiora, facilè corrumpuntur, putreſcunt, & vermes



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0675-4

generant. Unde abſynthium, & ſimilia putre- A dinem arcentia illis adduntur. Reponuntur autem in loco ſicciore non calido.

*Duratio.* Partes molles aliæ aliis diutiùs durant, nec certus terminus præfiniri ſingulis poteſt. Pleraque annum durant, quædam vel propter cœli intemperiem, vel propter malam aſſervationem citiùs corrumpuntur. Quotannis autem uſitate mutantur, interdum conſultò: quædam diutiùs anno ſervantur.

*Doſis.* Animalia quæ integra uſurpantur, nu- B mero frequentius menſurantur: quæ verò mutilata aliqua parte ſunt, & numero & pondere: quanquam nihil prohibet etiam integra animalia, ſi minora ſint, pondere metiri, ut cimices, cantharides, &c. Partes animalium, ſive majores ſint, ſive minores, etiam liquidiores, ut fel, penduntur omnes: item quæ uſtæ ſunt, vel alio modo præparatæ: doſis earum à ʒ ß. ad ʒ j.

*Parùm efficaciũ doſis.* Quæ minus ingratæ ſunt, vel parùm efficaces, à ʒ j. ad ʒ iij. vel iv. præſcribi C poſſunt, ut raſura eboris, vel cornu cervi, vel unicornis, quæ quia cariùs emitur, minori pondere datur.

*Acriũ, aut fœtidarum, aut nimiùm odoratarum doſis.* Partes autem, quæ acres, aut fœtidæ, aut nimiùm odoratæ ſunt, in internis remediis à gran. ij. ad ℈ j. vel ℈ ij. vel ad ʒ j. admiſceri poſſunt, ut moſchus, ambra, zibettum, caſtoreum. In externis verò remediis poteſt quantitas eorum augeri.

*Inteſtinorũ doſis.* Inteſtinorum quantitas à ʒ j. ad ℥ ij. per ſe, vel cum vino propinatur. Verùm ſi o- D piatis, vel pulveribus inſerantur, ad ℥ j. vel ij. imponi poſſunt, quod ad multas doſes componantur.

*Pulmonum & hepatum doſis.* Pulmones, & hepata, præſertim ingrata, & male olentia, ſiccata in furno, à ℈ ß. ad ʒ j. dantur, vel ad ʒ ij. ſi odoratis aliis admiſceantur.

*Excrementorum doſis.* Excrementorum alia aliis ſunt efficaciora, & magis acria. ob id diverſa præſcribuntur menſura, ut ſtercus gallinarum adverſus fungos, à ʒ j. ad ʒ ij. ſtercus columbarum à ʒ ß. E ad ʒ j. In externis verò remediis ab ℥ ß. ad ℥ ij. vel plures poſſunt imperari. Stercus ovis & capræ & boum nec pondere, nec menſura eadem præſcribuntur. Stercus enim ovis in cataplaſmatis ab ℥ ij. ad ℥ vj. ſtercus verò caprarum ad ℥ iv. at vaccæ ad ℔ j. vel plus, habita ſemper ratione quantitatis remediorum & partis, cui applicabuntur.

*Felliũ doſis.* Fella, ut acrimonia & conſiſtentia differunt, ſic etiam pondere. Fel enim avium, cum F minùs acre, tenuius autem felle quadrupedum ſit, acrius verò, ſed minùs tenue felle piſcium: fellis quadrupedum doſis erit ʒ j. avium ʒ ij. piſcium verò ʒ iij.

*Cornuum doſis.* Cornua, quia dura ſunt, vel uruntur, ut oſtracea, vel lima raduntur, à ʒ j. ad ʒ iij. vel ʒ iv. dantur. Precioſa autem, ut unicornu, à gr. vj. ad ʒ ß. vel ʒ j. exhiberi ſolent, præſertim divitibus, quibus nihil carum eſſe poteſt.

*Teſtarum doſis.* Testæ ſimiliter oſtreorum, mitulorum, concharum, purpurarum, buccinarum, cancrorum, &c. uruntur, ut faciliùs in partes tenuiſſimas reduci poſſint, & à ʒ j. ad ʒ ij. vel ʒ iij. dantur. In externis autem remediis à ʒ ß. ad ℥ ij.

*Perlarum doſis.* Uniones verò ſeu perlæ, quas uſus in antidotis, & pulveribus cordialibus, & quibusdam collyriis recipit, à ℈ j. ad ʒ ij. aſſumuntur.

## DE MINERALIBUS, *metallicis, & lapidibus, & terris.*

### Cap. XI.

*Mineralia. Metallica. Electio.* Mineralia ſunt, quæcunque ex terra effodiuntur. Metallica verò, quæ præterea poſſunt liquefieri concreta. Horum autem medicamentorum genus cùm plerunque peregrinum ſit, de ſingulorum, quæ in majore uſu ſunt, delectu peculiariter in ſpeciali Antidotario tractavimus: nunc ſaltem de doſi eorum in genere agendum eſſe videtur. Itaque metallica omnia, pro ratione efficaciæ & acrimoniæ, diverſis ponderibus metiuntur.

*Efficacium doſis.* Quæ ſummæ ſunt efficaciæ, à ʒ j. ad ℥ j. exhibentur.

*Doſis parùm efficacium.* Quæ parùm efficacia ſunt, magna copia imponuntur. Quæ autem poſſunt liquari, & emplaſtica ſunt, ut ceruſſa, lithargyrum, ab ℥ j. ad ℔ ß. vel ℔ j. vel plures imponuntur.

*Acrium doſis.* Acria verò per ſe, vel ob uſtionem, ut ærugo, flos æris, &c. à ʒ ß. ad ʒ ij. ſi fuerint abluta, majori copia. Parùm acria, ut plumbum non uſtum, pompholyx, thutia, ceruſſa, &c. & quæ ſine morſu ſiccant, à ʒ j. ad ℥ j. ponuntur: poſſunt tamen majori quantitate uſurpari. Mineralia verò, ut ſulphur, alumen, chalcanthum, cùm ſint acerrima, non niſi in fortioribus remediis ſunt uſurpanda.

*Cauſticorũ doſis.* Cauſtica, ut chalcanthum, chalcitis, ſandaracha, chryſocolla, &c. à ℈ ß. ad ℈ j. per ſe imponuntur: ſi verò mitioribus admiſcentur, ad ʒ j.

*Gemmarũ doſis.* Precioſorum lapidum, ut ſmaragdi, ſapphyri, &c. doſis eſt à ℈ ß. ad ʒ j.

*Acrium lapidum doſis.* Qui efficaciores ſunt, & acrimoniam quandam habent, ut lapis armenus, & cyaneus, pro diverſitate ſcopi, & præparationis ratione, diverſimode menſurantur. Siquidem in cordialibus à gr. vij. ad ℈ ß. in purgantibus verò à ʒ j. ad ʒ ij ß. pro unica doſi ponitur: in compoſitionibus majoribus, majori copia, pro earum ſcilicet quantitate. Sic uſtus minori quantitate ponitur, quàm non uſtus & ablutus.

*Lapidũ non acriũ doſis.* Lapides verò nulla acrimonia præditi, ut Judaicus, & lapis lincis, à ʒ ß. ad ʒ j. vel ij.

*Terræ acris doſis.* Porrò terra eodem pondere menſurari debet, quo lapides. Nam acris, ut ochra uſta, à ℈ j. ad ʒ ß.

*Terræ non acris doſis.* Quæ verò ſine acrimonia eſt, ut ſigillata, rubrica fabrilis, bolus armenus, à ʒ ß. ad ʒ ij.

## *DE AQUIS DEſtillatis.*

### CAP. XII.

HACTENUS de medicamentis, quæ natura conſtant, diſſeruimus; nunc de artificialibus tractandum venit, ſumpto a fluidis, quæ intrinſecùs ſumuntur, initio. Horum autem primum locum obtinent aquæ ſtillatitiæ, quæ ex herbis, floribus, fructibus, radicibus, liquoribus, & animalibus eliciuntur.

*Electio.* PRÆSTANT, quæ quaſi vitreis, vel figulinis tempore, quo maximè vigent plantæ, deſtillantur, & quidem in balneo Mariæ, vel vapore aquæ calentis, vel cineribus moderate calidis. Veruntamen vapore aquæ ferventis deſtillatæ, vires & qualitates plantarum integriùs retinent. Neceſſarius autem eſt ignis ex carbonibus accenſis, & non lignis, præſertim viridibus & fumum reddentibus.

*Locus repoſitionis.* SERVANTUR in vaſis vitreis, in loco temperato. Verùm antequam reponuntur, per aliquot dies Soli exponi debent, vaſis linteo, aut membrana perforata obturatis, ut quicquid excrementoſum eſt, reſolvatur, ſimulque exhalet empyreuma, quod in aquis deſtillatis remanſerat.

*Duratio.* DURANT annum, plus minúsve, pro deſtillationis ratione. Nam in vapore aquæ calentis deſtillata, cùm ſint excrementoſa, parum diu ſervari poſſunt: quæ verò in cineribus calidis, aut arena, diutiùs: quæ in balneo, medio modo ſe habent.

*Doſis.* CÆTERUM aquas ſtillatitias omnes propemodum hodie Medici cum ſyrupis commiſcent, ac ſi potandas præbent ab ℥ iij. uſque ad ℥ iv. addita dimidia ſyrupi convenientis parte, ita ut ſit dupla aquarum ad ſimplam ſyruporum menſura. Aquis quoque extrinſecùs utuntur Medici, in forma epithematis, de quorum doſi infra ſuo loco. *Valor.* Æſtimatur ℥ j. denariis duobus, vel tribus.

## *DE SYRUPIS, JULApiis, & ſapis.*

### CAP. XIII.

*Syrupus.* SYRUPUS eſt medicamenti forma liquidior ex ſuccis, vel aliis plantarum partibus cum humore aliquo percoctis, & ſaccharatis ad ſaporis gratiam & cuſtodiæ diuturnitatem. Horum autem alii ſimplices, alii compoſiti. *Syrupi ſimplices.* Simplices, qui ex unius ſimplicis decocto vel ſucco fiunt. Coquuntur autem ſucci in olla vitrata ad quartæ partis conſumptionem, & depurari ſinuntur: deinde hujus ſucci ſic depurati libra cum ſacchari clarificati tantundem coquitur ad juſtam craſſitiem: cujus indicium erit, ſi guttula in marmor effuſa hæreat: aut digitis accepta,

A horum adductione & diductione fila ducat. Alii ſaccharum coquunt ad penidiarum uſque craſſitiem, deinde ſuccum admiſcent, & ſimul fervere ſemel ſinunt, poſtea igni exemptum inſolant.

*Syrupi compoſiti.* COMPOSITI, ex infuſionibus, & variarum rerum decoctionibus conficiuntur, ac variè parantur. Alii decoctiones à ſimplicibus ſine expreſſione effundunt, & colant, ac addito ſaccharo, ut ſuprà dictum, vel quantum ſatis eſt, coquunt. Alii decoctum manibus, vel prælo B priùs exprimunt: expreſſum donec clarum fiat, purificant: deinde ad perfectionem coquunt. Hi prioribus videntur eſſe efficaciores: illi elegantiores. Optima ratio eſſe videtur conficiendi efficaces ſyrupos, macerare aliquandiù *materias in liquore præſcripto & calide ſuperinfuſo, non nimis multo, ſed quantum* tegendis & humectandis materiis ſufficit: deinde tanquam recentes, & virides prælo ſubjicere, ſuccum exprimere, & ut decet, percoquere, ne coquen- C do, & diutiùs fervendo multùm exhalet, & quod tenuius eſt, pereat. In quibuſdam etiam ſyrupis compoſitis, materiæ exactiſſime tritæ, & in panniculum lineum incluſæ, in ſyrupos adhuc ferventes imponunt, & relinquuntur ibidem, donec ſyrupus abſumatur, ut in ſyrupo de cichorio cum rhabarbaro, &c. Rectiùs facere viderentur, ſi qui materiam illam vel diſſolutam, vel laxiùs incluſam, in medio decoctionis injicerent, atque aliquantiſper ſimul D fervere ſinerent, ſubinde rudicula ad lebetem comprimendo, movendoque, ac tandem fortiter exprimerent.

*Locus reponendi.* REPONUNTUR vaſis vitreis, aut figulinis vitratis, ac ſimplices quidem ad annum unum: compoſiti verò, biennium. *Duratio.* Exhibentur frequenter diluculo appetente, prius quidem calefacti. *Tempus exhibendi.* Nonnunquam etiam veſperi, potiſſimùm ubi ſomni conciliandi gratia ſumuntur.

E *Doſis.* DOSIS alterantium à ʒ vj. ad ℥ ij. cum dupla aquæ affectui accommodatæ quantitate: laxantium verò ab ℥ ß. ad ℥ iv. cum decoctione laxativa ℥ j. ſyrupi ſufficit, pro unica doſi.

*Taxatio.* ÆSTIMATUR ℥ j. ſyrupi à denariis uſque ad vj. ad ſummum. In quibus autem ingreditur caſſia, aut manna, aut aliquod pretioſorum laxantium, taxabitur ℥ j. bazione unico, ſeu denariis decem noſtratibus, aut plus, F ſecundum ingredientis valorem. Cæterùm *Julapium.* Julepus Arabum potionis genus eſt delicatæ apud Græcos, quæ parabatur ex aqua, vino, & ſuccis cum ſaccharo. Arabes id genus ſolùm deſcripſerunt, quod ex aqua & ſuccis componebatur, illudque Juleb vocarunt: Græci recentiores Julapium. Fiunt autem cum aquis ſtillatitiis, & horum frequentior eſt uſus hodie: aut cum decoctionibus, & ſuccis ori gratis, ſed horum uſus nullus eſt: nam eorum loco ſyrupo ſimplici utimur. Sumitur autem in julapiis conficiendis æqualis aquæ cum ſaccharo



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0677-5
DFG

quantitas, & ad ſyrupi conſiſtentiam coquuntur: deinde in vaſis vitreis (ut ſyrupi) vel figulinis vitratis ad annum reponuntur.

*Uſus.*

Q U O D ad ſyruporum & julapiorum uſum attinet, ſuccos corporis purgationi præparant, meatus reſerant, obſtructiones levant, humoris lentitiam diſſecant & detergunt, materiam in corporis habitum digerunt, diſſipant, qualitatibus ſuis intemperiem oppugnant: & quod non parvi eſt momenti, quiddam etiam læviſſime educunt, ut his omninò nominibus in purgationibus ipſis non parvo ſint uſui.

*Rob.*

P O R R Ó Rob aut ſapa, ſuccus eſt fructuum, Solis aut ignis calore inſpiſſatus, ut aſſervari poſſit, & eo uti liceat in oris præſertim morbis, aut per ſe, aut cum melle, aut ſaccharo, aut ſapa. *Perfectæ coctionis indicium eſt, ſi tantum inſpiſſata ſit, ut frigefacta unitatem quandam, & mellis craſſitudinem adipiſcatur.* Reponuntur, ut julapii & ſyrupi, ad annum unum, vel ultrà.

## *DE DECOCTIS, SEU Apozematis.*

### CAP. XIV.

*Decoctorum & ſyruporũ differentia.*

DECOCTA (quæ Græcis Apozemata dicuntur) cum ſyrupis compoſitis magnam habent cognationem, à quibus tamen differunt duratione, ſuavitate & conſiſtentia. *Siquidem ſyrupi, ubi ritè fuerint cocti, ultra annum etiam quandoque durant.* Decocta verò vix per ſeptimanam ſervari poſſunt. Syrupi plus ſacchari recipiunt, quàm decocta: ideoque ſuaviores, & gulæ gratiores. Syrupi præterea ad juſtam ſpiſſitudinem coquuntur, decocta verò non.

*Decoctorum compoſitio.*

Fiunt decocta ex foliis, floribus, radicibus, fructibus, ſeminibus, corticibus, lignis: interdum etiam ſuccis: raró ex liquoribus, gummis, reſinis: *raró item ex animalium partibus:* rariſſimè ex terris & metallicis corporibus. Coquuntur autem hæc nunc ex aqua, tum ſimplici, qualis fontana, pluvia: tum medicamentoſa, qualis ex plantis deſtillata, marina, ſalſa, ſulphurea, aluminoſa: nunc ex alio humore, ut ſero lactis, vino, aceto, lixivio, &c.

*Ingredientium doſis.*

Foliorum autem quantitas manipulos quinque ad ſummum: florum pugillos quatuor: radicum uncias tres, ad ſummum quinque: ſeminum drachmas quatuor aut ſex non excedat. Aquæ menſura raró libras duas, vel ad ſummum tres, ſuperet. Cæterùm initiò omne meditullium lignoſum, durum, vetuſtum ex radicibus auferendum, (alioquin in recentibus relinquendum) atque radices, ſemina, cortices lignorum mediocriter comminuenda, & ſi quæ ſunt craſſioris ſubſtantiæ, & inodora, primo loco cocturæ committenda:

*Ordo in coctura qualis ſervandus.*

deinde quæ rarioris materiæ exiſtunt, veluti **A** radices graciles, & fructus aliquot: poſtremò flores, herbæ, & radices odoratæ, fructus, cortices peregrinæ & odoratæ, aromata, & id genus alia imbecilla. Quæ verò mucorem de ſe præbent, qualia ſunt ficus, myxa, ſemina citoniorum, lini, fœnigræci, tragacanthum, gummi Arabicum, ad finem quoque injicienda, aut (quod ſatius) in panno lineo raro & laxo ligata, longo & contumaci filo appenſo coquenda.

*Modus coquendi.*

C O Q U U N T U R autem omnia in olla vi- **B** trata ad tertias, interdum ad dimidiæ partis conſumptionem: poſtea colo transfunduntur, adjectaque ſacchari convenienti quantitate, decoctum dulce redditur, & cum ovi albo ab omni ſpurcitia mundatur, & pro qualibet una doſi decocti ℥ j. ſyrupi convenientis commiſcetur.

*Decoctorum purgantium componendi ratio.*

C O M P O N U N T U R etiam decocta quędam purgantia, non multum à jam commemoratis variantia, niſi quòd in illorum compoſitione di- **C** ligenter ad pondus purgantium medicamentorum ſit reſpiciendum, adjectis ſemper iis, quæ vim eorundem infrænant, atque vehementiam remittunt.

*Locus reponendi decocta. Duratio.*

P O R R Ó debent decocta conſervari in vaſis vitreis, diligenter obturatis, loco frigido, aut arena ſepeliri, ſi diutiùs ſint aſſervandi. Servantur autem vix, ut antea dictum, per ſeptimanam.

*Tempus exhibendi. Doſis.*

A S S U M U N T U R autem inſtar ſyrupo- **D** rum, diluculo appetente, pondere trium, aut quatuor, aut quinque unciarum, priùs calefacta.

## *DE INFUSIONIBUS, ſeu Dilutis.*

### CAP. XV.

*Infuſio quid.*

**E** INFUSIO, quæ & maceratio, & irrigatio, & dilutum nonnunquam appellatur, eſt liquor, in quo medicamenta certo tempore citra elixationem macerantur. Infunduntur autem ſeu macerantur eædem materiæ, quæ in decoctis ſeu apozematibus decoquuntur:

*Infuſio duplex.*

atque vel ſimplices, & infuſio ſimplex dicitur; vel diverſæ, ac infuſio compoſita appellatur, aut in vino, aceto, ſero, aqua deſtillata aut alio quodam liquore. Utrunque infuſorum genus ſæpiùs à Medico præſcribitur, in quo humore, qua quantitate, qualitate **F** item, calidéne an frigidè, quantoque tempore fieri debeant: item quales fieri debeant expreſſiones, fortes an imbecillæ. Hæc autem omnia diligenter perfici debent: & ſi quando contingat, ut in medicamento non ſit expreſſa quantitas, qualitas & tempus: aut ſi ſcribatur, Infunde ſecundùm artem, tanta quātitas aquæ ſumenda eſt, ut medicamenta, quæ maceranda ſunt, operiat.

*Medicamenta ſicca quādiu, & quomodo.*

R A D I C E S, fructus, ligna, aut cortices, ſicci, & ſæviente hyeme, macerari debent primùm contuſa & confracta, aqua tepida aut

calida,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0678-1

*modo macerãda, & exprimenda.* calida, per vigintiquatuor horarum ſpacium, aut ſupra cineres, aut ſuper fornacem, aut in vaſe calido, aut ad Solem, aut loco calido.

*Recentia quomodo & quandiu infundenda.* FLORES, herbæ, aut fructus recentes, & æſtivo tempore, macerantur in humore frigido duodecim horarum ſpacio. In utriſq; expreſſio fortis facienda eſt.

*Purgantia quandiu irrigãda, & quomodo exprimenda.* MEDICAMENTA purgantia, veluti rhabarbarum, agaricum, & ſimilia, craſſiùs aut minutiùs confringuntur ex Medici præſcripto: deinde macerantur, hyeme horis duodecim, æſtate ſex. Expreſſio autem magis aut minus fortis eſto pro Medici præſcripto. Nam quæ ſaltem colantur, & non exprimuntur, imbecilliora ſunt, ſed tenuiora & jucundiora: quæ verò exprimuntur, valentiora exiſtunt, & minùs jucunda, prout expreſſio magis aut minùs fortis eſt.

*Doſis purgantium.* OBSERVANDUM etiam venit, ut purgantium medicamentorum pondus rite ſervent, & ut iis commiſceantur, quæ vehementiam eorum *Infrænãtia.* infrænare poſſunt, de quibus omnibus in ſpeciali egimus Antidotario.

*Duratio.* CÆTERÙM omnes infuſiones recentes fieri debent, non autem eæ ſumendæ, quæ tempus legitimum prætergreſſæ ſint: nam facile corrumpuntur. Quòd ſi conſervandæ ſint, vas arena obruendum eſt: nam ſic melius perdurant.

*Tempus aſſumendi. Quantitas.* SUMUNTUR autem calidè, tempore matutino, & ſtomacho vacuo, ſicuti ſyrupi & apozemata, ab ℥ iij. ad ℥ iv.

## DE CLYSTERIBUS.

### CAP. XVI.

DE Medicinis artificialibus liquidis, quæ per os ſumuntur, quatuor præcedentibus capitibus diſſeruimus: nunc de iis, quæ per anum induntur, clyſteribus ſcilicet, agendum eſt.

*Clyſter.* CLYSTER, Latinis Ablutio, Enema, Injectio dicitur. Medici hujus temporis clyſteris, & enematis vocibus Græcis potiùs quàm Latinis *Clyſterum compoſitio.* utuntur. Etſi varia ſint enematum genera, tamen ex quatuor potiſſimùm rebus componuntur: videlicet liquore, ut juſculo aliquo, vel decocto: medicamentis purgantibus: oleis, & ſale: quæ omnia pro morbi diverſitate variãtur. Interdum etiam mel, aut ſaccharum, aut vitelli ovorum, aut butyrum, aliaque ejus generis, prout morbus poſtulat, adjiciuntur. Singula tamen eorum, quæ jam ordine recenſuimus, certa quadam ponde- *Decocti doſis.* rum ratione permiſcentur. Nempe juris decocti, aut liquoris libra magna ex parte, una, aut plus minùſve, pro corporis magnitudine, ventris plenitudine, morbi natura, & ætatis ratione. Siquidem in procerioribus, & magnis inteſtinorum inanitionibus, uſque ad ℔ j ß. infundimus. At in affectibus, qui cum fluore ſunt, cùm inteſtina eluere volumus, & injectionem citò reddi, majorem quantitatem imperamus. Id etiam obſerva- A tur in ulceribus detergendis, præſertim quæ altiora inteſtina obſederunt. In aliis autem affectibus, quibus diutiùs clyſteres retineri oportet, minorem quantitatem præſcribimus, ut in colicis doloribus, magna ventris plenitudine gravidis, in enterocele. Idem etiam intelligendum, cum juſculum, ſeu brodium nutritionis gratia injicimus. Similis eſt puerorum ratio, quorum clyſteres eadem, vel minore quantitate contenti ſunt.

*Purgãtium doſis.* MEDICAMENTORUM pondus, vere genuinum, ad ea, quæ devorantur, exiſtit: B videlicet purgantium ſimplicium, ut agarici, turpeti, colocynthidis ad ʒ ij. vel ʒ iij. compoſitorum verò, ut hieræ picræ, diaphœniconis, benedictæ, &c. ad ℥ j vel ℥ j ß. plus minúſve pro virium ratione, & morbi vehementia. In febribus enim, & debilibus, ſenibus, convaleſcentibus, & inteſtinorum mordicationibus minorem doſim præſcribimus: econtrà in apoplecticis, lethargicis, coxendicum doloribus, & in C iis, qui exitiale venenum hauſerunt, majorem doſim imperamus.

*Olei menſura.* OLEORUM utplurimùm ℥ iij. Pinguedinum, mellis, butyri, ſacchari ℥ j. aut ℥ ß. Vitelli ovorum maxima ex parte, duo, aut tres. *Salis quantitas.* Salis communis ʒ j ß. plus minúſve, prout facultatem excretricem proritare neceſſe eſt. Cæ- *Tempus injiciendi clyſteres.* terùm omnia in mortario diligenter permiſcenda ſunt, & ſi quid craſſi, aut terreni in fundo reſederit, abjiciendum: reliquum autem modera- D tè calidum, per veſicam, vel ſyringam, duabus vel tribus horis ante cibum injiciendum. *Tempus detinendi.* Detinendi verò tempus non unum idemque eſt: ſed pro eorundem diverſitate variatur. Quibus enim abluendi & extergendi vis ineſt, hi ſupra horæ dimidium in corpore haud retineantur. Dolores mitigantes longiori tempore detineri debent. Omnium longiſſimo, quibus glutinandi eſt facultas. Quibus purgandi vis ineſt, ſua ſponte erumpere ſolent. Quòd ſi tamen diutius in corpo- E re cunctantur, glandem ſupponere convenit, ut facultas expultrix excitetur, noxiaque tandem expellantur.

## DE GARGARISMATIS.

### CAP. XVII.

*Gargariſmatũ compoſitio.* EX genere particulariter evacuantium medicamentorum ſunt gargariſmata, quo- F rum mixtura conſtat ex decoctis, vel aquis ſtillatitiis & aridis medicamentis in pulverem redactis, quibus pro affectus diverſitate, aut additur mel roſatum, vel mel anthoſatum, ſyrupus de ſtœchade, è calamintha, vel diamoron, vel ſuccus è ribes, vel oxyacantha, vel hiera picra, &c. *Doſis.* Horum autem pondus nullum certum obſervatur. Sunt tamen, qui liquorum triplum pondus ſimplo antidotorum, ſuccorum medicatorum & ſyruporum debere reſpondere velint. Verbi gratia, ſi ſyruporum & antidotorum, ſuccorumque medicato-

rum ℥ ij. ſint, liquorum eſſe debent ℥ vj. Sunt A etiam, qui decocti ℔ ß. & aridorum medicamẽtorum ℥ ij. vel iij. præſcribere ſolent.

*Duratio. Tempus uſurpandi.* Corrumpuntur gargariſmata brevi tempore: ideò recenter parari debent. Tempus autem uſurpandi conveniens matutinum eſt, & veſpertinum ante cibum.

*Uſus.* Usus verò horum in affectibus capitis, faucium oris, cùm ſcilicet pituitam ex cerebro elicere, vel faucium & oris tumores inhibere, vel diſcutere, vel ulcera detergere & conſolidare vo- B lumus.

## DE CAPUT-PURGIIS, *ſive errhinis liquidis.*

### Cap. XIIX.

*Errhinorum tria genera. Caput-purgia.* Errhina ſunt medicamenta, quæ naribus inſeruntur, à quibus nomen acceperunt. Horum cùm tria ſint genera, alia liquida, alia ſolida C ſive coacta, alia diſſipata: de liquidis ſeu fluidis hoc loco tantũ agemus, de reliquis verò duobus ſuo loco tractabimus. Itaque Errhina liquida ſunt, quæ Medicis Caput-purgia voce conficta appellantur.

*Caput-purgia ex quib. parentur.* Fiunt autem vel ex humidis ſolis, vel aridis & humoribus ſimul ad unguenti ſpiſſitudinem miſtis. Humida, ex quibus componuntur, ſunt ſucci herbarum: videlicet betæ, anagallidis, cucumeris ſylveſtris, braſſicæ, majoranæ, ſambuci, ſabinæ, nigellæ, liquoribusque iis D ſimilibus.

*Doſis.* Horum ſufficit una vice ſemunciam infudiſſe. Admonendi ſunt, qui ſumunt, ut os aqua compleant, ne ſcilicet è naribus per meatus in os perfluant ſucci: caputque in poſteriora reclinandum. Arida verò, quæ humoribus commiſcentur, ſunt piper, nigella, nitrum, caſtoreum, pyrethrum, elleborus albus, carpeſium, zingiber, radix iridis, acori, pulegium, origanum, calamenthum, agaricum, colocynthis, &c. Ex his, inquam, errhina ad unguenti ſpiſſi- E tudinem formantur.

*Tempus uſurpandi.* In uſu, panno lineo aut ſerico penicilli inſtar formato oblinuntur, & naribus conduntur. His quidem omnibus ſtomacho jejuno utendum eſt, & non niſi poſtquam corpus univerſum, aut venæ ſectione, aut purgatorio medicamento evacuatum fuerit.

*Ingredientium doſis.* Doſis verò ingredientium ex Antidotario ſpeciali cuivis facile patebit.

*Uſus.* Cæterùm errhinorum uſus eſt, in diuturnis capitis affectibus, præſertim morbo comitia- F li, oculorum hebetudinibus, narium obſtructionibus & ulceribus, odoratus difficultate, convulſione cynica, & morbo regio, &c.

## DE EPITHEMATIS.

### Cap. XIX.

Hactenus de medicamentis fluidis, quæ intrinſecùs ſumuntur, actum eſt: nunc de iis, quæ forinſecus apponuntur, tractandum eſſe videtur, ſumpto ab epithematis exordio.

A *Epithemata.* Epithemata, veteribus Malagmata, recentioribus verò Irrigationes & Irrorationes dicuntur.

*Epithematũ compoſitio.* Componuntur ex ſtillatitiis liquoribus affectui, & parti propriis, adjectis pulveribus, vel ſpeciebus aliquot, interdum etiam vino, & croco, interdum aceto, pro partis affectæ natura. Quibus omnibus ſimul mixtis & agitatis, intinguntur panni linei tepide, ac madefacti, leniterq; expreſſi, parti applicantur, & ſubinde mutantur, ne calefacti corpus calefaciant.

*Locus.* Admoventur ho- B die ſæpiùs jecori & cordi epithemata: rariùs autem fronti, pectori, ventriculo, lieni, renibus, & teſtibus. His quæ cordi applicantur, aliquid vini optimi & croci miſcetur: iis verò quæ jecori, vel lieni, aceti parum (ut nimirum ad jecur, vel lienem, & corporis interiora vim medicamẽtorum deducant) & adſtringentia aliqua: quæ autem ventriculo, adſtringentia aromatica ad robur parti inducendum.

*Tempus applicandi.* Applicantur autem poſt evacuationem C factam, vel poſt ſanguinis miſſionem: & potiſſimùm in febrium ſtatu, in quo omnia ſunt ſæviſſima. Frequenter iis utendum ſerò & manè. In ſumma, quoties pars aliqua inflammatur, aut alia calida affectione afficitur.

*Doſis.* Mensura epithematum libram non excedit: communiter autem ſemilibram, vel ℥ x. continet. Sic autem ea magna ex parte miſcentur, ut libræ uni liquorum ℥ j ß. aut ℥ ij. ſpecierum reſpondeant. Quæ vinum & crocum D (ut cordialia epithemata) recipiunt, eum modum in illis miſcendis ſervant, ut libræ liquorum uncia una vini, & croci aliquot grana adjiciantur; quæ verò acetum (ut in epithematis hepaticis & ſpleneticis) expoſcunt, iis pro ℔ j. aquarum ℥ ß. aceti ſufficiet.

*Uſus.* Utimur autem his in febribus hecticis & ſqualidis, ardentibus, peſtilentialibus, viſcerum inflammatione, & totius corporis incendio, item in cordis palpitatione, cardiaca paſſione, eryſipe- E late, & virium imbecillitate, &c.

## DE FOMENTIS.

### Cap. XX.

*Fomẽta unde dicta.* Epithematis ſimilia ſunt fomenta, quæ à fovendo dicta ſunt, quòd ſcilicet ſuo calore partes corporis, quibus applicantur, foveant, Græci πυρίας vocant. Sunt autem duplicia, hu- F mida nimirum, & arida: hæc nihil ferè à ſacculis, de quibus ſuo loco tractabimus, diſtant: illa verò, de quibus hoc capite agimus,

*Fomenta ex quib. fiant.* fiunt vel ex aqua calida, vel vino, vel oleo, vel decoctis herbarum, florum & ſeminum, ad tertias vel dimidias, interdum etiam ex decoctis cataplaſmatum, quę vel in veſica bubula, vel vaſculo æreo, aut fictili, aut vitreo poſita, aut ſpongia, aut filtro, vel panniculis ſeu linteis duplicatis, aut triplicatis excepta,

*Partes quibus applicentur.* parti affectæ admoventur, videlicet oculis, thoraci, ventri, jecori, lieni, renibus, veſicæ, utero, &c.

Fo-

*Tempus.* Fomentis ſæpè utimur, antè quàm vel cataplaſmate, vel unguentis utamur, quò pori aperiantur, partes relaxentur, & quodammodo viam muniant aliis remediis. Ante tamen corporis evacuationem non ſunt temerè adhibenda: tunc enim plus humorum ad calefactam partem trahetur, quàm id ſit quod diſcutitur. Præterea in febribus ante acceſſionem ipſis utendum, ſed non ſtatim per initia, neque cùm copia humorum in toto corpore ſuperat.

*Doſis.* Frequenter autem ſunt mutanda, ne refrigerata lædant.

Quod ad ingredientium quantitatem attinet, pro ſingulis manipulis, vel duobus herbarum, libra una humoris addenda eſt.

*Uſus.* Cutim rarefaciunt, & tranſpirabilem reddunt, ſanguinem & biliofiorem ſuccum qui eſt in inflammationibus attenuant, crudum humorem concoquunt, emolliunt, & per halitum digerunt, quibus de cauſis dolores leniunt, & ſedant.

## DE EMBROCHIS.

### Cap. XXI.

*Embrocha quid.* Embrocha, Latinis perfuſio, & irrigatio, eſt ubi ex alto pluviæ inſtar in partem aliquam fit deſtillatio: à verbo βρέχω, quod pluo ac irrigo ſignificat. Differt à fomento humido, quòd hoc ſpongia, vel pannis denſis, in decoctione madefactis utamur, illa verò pars ex alto irrigetur.

*Embrocha ex quibus componatur. Pars cui applicetur.* Componitur ex herbis, floribus, radicibus, ſeminibus, & id genus aliis, decoctis in aqua, aut vino, aut lixivio, vel oleo. Utimur iis calidis: & quidem in capitis malis, aliarumque partium fracturis & contuſionibus.

*Doſis.* Adjicitur autem magna ex parte ad manipulos duos plantarum, libra una liquorum, atq; quoad medietas abſumatur, decoquitur.

## DE INSESSIONIBUS.

### Cap. XXII.

*Inſeſſus quid.* Inseſſio, inſeſſus, Græcis ἐγκάθισμα, quemadmodum à fomentis materia non differt, ita forma cum balneo convenit, ut ſit quaſi dimidium ſolium, cui ægri ad ventriculum uſque tantummodo inſideant, cruribus, & brachiis exemptis: vulgò appellant ſemicupium.

*Inſeſſus ex quibus componantur. Doſis ingredientium. Tempus inſedendi.* Fiunt ex decoctione herbarum, florum, radicum, & ſeminum, quæ omnia pro morbi natura variantur. Herbarum autem quantitas ſit à manipulis quinque ad iix, vel decem: radicum ab ℥ ij. ad ℥ iv. ſeminum à ℥ vj. ad ℥ v. vel ℥ vj. aquæ verò, quantum pro inſeſſu ſufficere videtur. Imponuntur medicamenta ſacco, & in aqua ad tertias uſq; coquuntur. Utimur his temperatè calidis, duabus aut tribus horis ante cibum, corpore prius purgato, vel ſaltem alvi & veſicæ excrementis depoſitis: non autem, ubi crudis & malis humoribus corpus eſt refertum.

*Mora in inſeſſu.* Mora autem in eo ad horam eſſe de-A bet plus minùſve, tum pro affectus vehementia, tum virium imbecillitate.

*Uſus.* Cæterùm inſeſſionum uſus expetitur aut ob balneorum defectum, aut virium imbecillitatem.

## DE BALNEIS.

### Cap. XXIII.

*Balneum quid.* Balneum eſt remedium totius corporis B aqua vel vapore irrigati, vel ad deterſionem, vel dolores, vel laſſitudines, vel cutis vitia, vel corporis totius intemperiem. Sunt autem vel naturalia, vel artificialia.

*Balnea naturalia.* Naturalia dicuntur, quæ per ſe, aut ſponte, naturaliterque proveniunt, & thermæ vocantur, à thermon Græcè, *Latinè* calor.

*Artificialia. Solii quid.* Artificialia verò, aut aëreа, ut Laconicum, vel liquida ſeu aquoſa, ut ſolium, quod nihil aliud eſt, quàm vas, in quo homines ſedentes lavantur: labrum, lava-C crum, piſcina, & tina appellatur.

*Laconicum quid.* Laconicum verò nominamus locum undique vallatum, cujus aer per medium calefit, ſive ab igne, ſive ab aqua fieri contingat.

*Balnea ex quibus conſtent.* Naturalia conſtant ex ſulphure, vel alumine, vel ſale, vel nitro, vel bitumine, ære, ferro, cupro, auro, vel ex his miſtis. Artificialia verò vel ex ſimplicibus, ut aqua ſimplici calida, vino, lacte, oleo: vel compoſitis, ut herbis, floribus, fructibus, ſeminibus, radici-D bus, corticibus, ſuccis herbarum, mineralibus, & id genus aliis, ſacco impoſitis, atq; in aqua ad tertias uſque decoctis.

*Doſis ingredientium.* Liquoris quidem quantitas pro balneo conveniens eſſe debet, & non ultra ventriculi orificium ſedentis progredi: herbarum verò à manipulis v. ad M. x. vel M. xv. plus minùſve pro morbi natura, & virium robore: florum à P. ij ad P. x. vel xij. radicum ab ℥ iij. ad ℔ iij. vel iv. vel v. ſeminum ad ℥ j. leguminum ab ℥ vj. ad ℔ ij. mineralium ab ℥ iij. ad E ℔ iij. &c.

*Tempus balneandi.* Cæterùm tempus laconici conveniens eſſe videtur hyemis & Veris principium, vel quod neque frigore, neque æſtu nimio excedit. Solii verò, Ver, æſtas, & æſtatis finis, corpore prius evacuato: non autem adhuc ex labore itineris defatigato, vel repleto, vel crudis & malis humoribus referto. Hora diei commoda, matutina eſt poſt Solis ortum per horam unam, ſtomacho vacuo (in balneo namq; F neque comedendum, neque bibendum, neque dormiendum, ne actio balnei impediatur) alvi & veſicæ excrementis prius depoſitis, natura, vel arte. Veſpertina verò hora ea conveniens eſſe videtur, in qua prandii digeſtio completa eſt.

*Mora.* Mora autem in balneo matutina prolixior ſit veſpertinâ, manè videlicet ab una hora uſque ad horas duas, vel tres, plus minùſve pro ægri natura, & virium robore. Siquidem bilioſi, macilenti & debiles longam moram non ferunt; contrà fortes, pingues, frigidi &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0681-7

humidi longiorem. Veſpertina mora duarum A horarum ad ſummum.

*Laconici uſus.* PORRÒ laconicum materias per totum corpus calefacit, fundit & evacuat, cutim laxat: confert craſſis & pinguibus, & minùs quàm par eſt exercitatis.

*Solii uſus.* SOLIUM aquæ dulcis moderatè calidum pueris ac ſenibus confert, calefacit & humectat, laſſitudinem ſolvit, mitigat, plenitudinem diſcutit, duras partes emollit, flatus diſcutit, ſomnum provocat: tepidum verò humectat B & infrigidat: febribus exiccantibus, hecticis & vehementibus Solis exuſtionibus confert: quod verò juſto calidius eſt, calefacit quidem, ſed nòn perinde humectat.

*Balnei ex lacte uſus.* BALNEUM ex lacte, ad emaciatos, viribus destitutos, & alimenti indigos: *ex ejus ſero*, ad pruritum & calorem cutis, maximè ad puerorum exanthemata. *Balneum ex vino* ad membra debilia corroboranda. *Balnei ex vino uſus.*

*Balnei ex oleo uſus.* BALNEUM ex oleo febribus cum frigore ac- C cidentibus, doloribusque nervorum inde ortis, confert: item convulſioni ex punctura, aut vulnere factæ: calorem nativum roborat: materiam noxiam reſolvit: articulorum doloribus prodeſt, &c.

*Naturaliũ balneorum uſus.* THERMÆ in univerſum omnes exiccant, ſed quædam cum exiccatione egregiè ſimul calefaciunt: quædam exiccando conſtringunt: ſed de his abundè in ſpeciali Antidotario.

## *DE LOTIONIBUS.*

### *CAP. XXIV.*

*Lotiones ex quibus componantur.* LOTIONES quodammodo balnea particularia ſunt. Abluuntur enim caput, axillæ, manus, pedes, & naturalia. Capitales ablutiones, ex herbis, & floribus capitalibus in lixivio coctis, componuntur: axillarum, ex aſtringentibus, ut oleaſtro, lentiſco, E additis quibusdam odoratis, ut roſis, in lixivio: pedum verò, ex herbis, floribus, vel calidis, vel frigidis, in aqua vel lixivio bullitis. *Doſis.* Horum autem quantitas communiter à manipulis iv. ad M. iix. vel M. x. Qui frigidi & humidi natura ſunt, capitalibus lotionibus rariùs: qui verò calidi & ſicci, frequentiùs utantur.

*Tempus lavandi caput & pedes.* CAPITIS autem lotiones calidè exhi- F bendæ manè ante cibum, corpore recrementis vacuo, ſic tamen, ut ſtatim caput abſtergatur linteis calidis, & exiccetur: pedum verò lotiones, manè, vel veſperi ante cibum, vel etiam ante ſomnum: non autem pedes rurſus abſtergendi, ſed linteo humido involvendi ſunt. *Uſus.* Lixivia ſudores & ſordes capitis detergunt: & cutis meatus reſerant. Pedum verò ablutiones, humores ex ſupernis partibus ad infernas eliciunt, laſſitudinem diſcutiunt, ſomnum conciliant.

## *DE OLEIS.*

### *CAP. XXV.*

ABSOLUTA de medicamentis fluidis, non pinguibus, tractatione, de pinguibus nunc, nimirum oleis, differendum eſt. Itaque Oleum ſimpliciter & propriiſſimè Galeno dicitur, quod ex maturis olivis eſt expreſſum, omnis verè excedentis qualitatis expers. *Oleũ quid.* Nobis verò hic dicitur quicunque B ſuccus oleaginoſus, unguinoſus, & pinguis, ſive expreſſus, ſive deſtillatus, ſive quocunque alio modo paratus. Horum alia ſimplicia, alia compoſita.

*Olea ſimplicia.* SIMPLICIA vocantur, quæ ex fructibus expreſſa ſunt ſine ulla alia admiſtione, aut quæ ex oleo conflata ſunt, in quo macerati flores, vel herbæ unius generis inſolantur, aut coquuntur.

*Compoſita.* COMPOSITA ea ſunt, quæ multa medi- C camenta ſimplicia, & odorata recipiunt, quæque plerunque igni parantur: hæc apud veteres unguenta nuncupabantur, quod reciperent aromata & lachrymas. *Olea ex quibus parantur.* Fiunt olea ex floribus, herbis, ſeminibus, fructibus, aromatis, lignis, metallis, &c. & hæc quidem vel per expreſſionem, vel macerationem, vel deſtillationem.

*Olea per expreſſionem parandi modus.* EXPRIMUNTUR olea hoc modo: Accipitur ſemen aliquod, ſeu fructus, à cortice du- D riore purgatus, & contunditur calido piſtillo in mortario calido: contuſum per ſetaceum pannum torculari ligneo, ſi vulgaris eſt materia: *ſin* precioſa, ſtanno obducto exprimitur. Quòd ſi materia exprimenda aridior eſt, ut ſemen lini, torreri hinc probè in lebete agitando, & verſando debet: deinde fervens prælo ſubjici, & exprimi involuta ſetaceo.

*Olea per macerationem parandi modus.* MACERANTUR ſimplicia in oleo communi recenti, flores aut herbæ, ita ut oleo integan- E tur, frigidæ quidem in oleo lavato, calidæ verò in oleo puro: deinde inſolantur per aliquot dies, & facta expreſſione valida, herbæ abjiciuntur, & recentes immittuntur, idque ſæpius: aut coquuntur in duplici vaſe, donec flores vel herbæ immiſſæ tenereſcant, deinde exprimuntur, recentesque injiciuntur & coquuntur ſæpiùs: id autem fit ob temporis anguſtiam, aut quia ſubitò eorum uſus requiritur, aut quia F flores, vel herbæ, quæ medicamentum ingrediuntur, non ſunt tam diuturnæ, ut macerari & inſolari poſſint, quantum neceſſe eſt. Compoſita magna ex parte coquuntur, admiſta oleo, aqua, aut vino, aut infuſo, aut decoctione aliqua, pro medicamenti præſcripti ratione. Coquuntur autem lento igne ex carbonibus conflato, donec omnis ferè humor, qui admiſtus eſt, conſumatur: aut coquuntur in vaſe duplici: quod præſtat.

*Olea per destillationem parandi modi duo.* QUÆ per deſtillationem parantur olea, aut per aſcenſum, aut deſcenſum deſtillantur. Nam quæ contumacius reddunt oleum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0682-2 DFG

ut ligna, per deſcenſum extorquentur: quæ verò facilius, ut ſemina, & aromata, per aſcenſum. Eliciuntur autem in arena calida, quorum deſtillandi modum in tertio libro expediemus. A

*Locus.* Expressa & macerata olea reponi debent vaſis vitreis, vel figulinis vitratis: deſtillata verò in vaſis vitreis, anguſto ore, benè obturato: ſervantur hæc diù: illa verò durant annum unum.

*Tempus.* Quæ ex fructibus & ſeminibus temperatæ B qualitatis fiunt, quale eſt oleum amygdalarum, ſeſaminum, elici debent, cùm horum uſus neceſſarius eſt: nam ſi antè extrahantur, novas acquirunt qualitates.

*Quantitas, ſeu menſura olei.* Quod ad quantitatem attinet, non una deſcribitur menſura, ſed pro natura olei, & medicamenti forma & ſcopo variatur.

*Olei communis temperati doſis.* Oleum enim commune, per ſe vel cum aliis commixtum uſurpatur, ut in clyſteribus. Si per ſe, à ℔ ß. ad ℔ j ß. injici debet, pro ra- C tione ætatis, corporis mole, & ventris repletione, ut ſuprà in capite de clyſteribus dictum. Si verò aliis commiſceatur, ut vino, vel decocto, tum ad doloris lenitionem, æquis partibus, ad mollitionem verò excrementorum durorum, ad ℥ iij. injici debet. Idem de omnibus temperatis oleis ſentiendum eſt: ut chamæmelino, amygdalino, liliorum, & ſeminis lini. Aliorum autem multùm calefacientium, tertia pars ſufficiet ſuprà dictæ doſis, vel dimidia, ni- D ſi morbus extremus eſſet, in quo licebit communem doſim uſurpare ad ℥ iij. Minuitur verò quantitas, quando ex decocto pingui clyſter paratur, vel quando butyrum, vel axungia porci admiſcetur.

*Externorum doſis. In unguētis. In ceratis. In emplaſtris.* In externis verò remediis, ut unguentis, & linimentis, pro ℥ ij. olei, addimus ceræ ℥ ß. In cerato verò pro ℥ ß. olei, ceræ vetuſtæ & duræ ℥ ij. adduntur. In emplaſtro, aliquando æqualis menſura olei, & ceræ, vel ejus rei, quæ E ceræ vices gerit, datur. Si emplaſtrum fiat ex decoctione herbarum, radicum, vel ſeminum, pro ℔ j. olei, M. j. herbarum injici poteſt. Quòd ſi in decoctione fuerit aliquod viſcidum, ut radix althææ, ceræ quantitas minui poteſt, pro regione, & tempore, & iis quæ admiſcentur. Quòd ſi axungia addatur, olei quantitas eſt minuenda, vel ceræ quantitas augenda ad dimidium.

*In metallicis, aridis, vel acribus.* In metallicis autem, aridis, vel acribus, oleum majore quantitate ponendum: quia F multum olei imbibunt, & acrium frangitur acrimonia. Augendum verò, vel minuendum pro conſiſtentia, vel natura miſcendorum, vel pro fine & ſcopo. Nam ſi ad ſedandum dolorem, vel emolliendum, vel relaxandum, plus olei: ſi verò ad conſtringendum, vel ſiccandum, minus ponendum eſt.

*Valor, ſeu taxatio.* Cæterùm, per expreſſionem, vel macerationem factorum oleorum ℥ ß. communiter æſtimatur denariis qua[illegible] noſtratibus: deſtillatorum verò, & quidem pretioſiorum guttà unica denario uno, plus minúsve pro olei A præſtantia.

*Uſus.* Porrò, oleorum uſus eſt frequentiſſimus, ita ut illis ſolis aliquando utamur ad dolores, aſperitates, & alios multos affectus curandos: ſæpiùs autem ad unguentorum, ceratorum, & emplaſtrorum confectionem.

## *DE PULVERIBUS & ſpeciebus aromaticis.*

## CAP. XXVI.

Hactenus fluida medicamenta expedivimus: nunc ad minimè fluida accedentes, primùm de diſſipatis, hoc eſt, pulveribus; deinde etiam coactis, tractabimus.

*Pulveres.* Pulveres Arabibus Suffuf, & Alcohol, & quæ ex rebus aromaticis conſtant intrò ſu- C mendis, noſtris Species dicuntur.

*Species & pulveres quomodo differant.* Verùm ſpecies & pulveres differunt, ſicut compoſitum & ſimplex. Sunt enim ſpecies, pulveres compoſitorum medicaminum mixti, ſed nondum humida aliqua materia uniti. Vocantur & compoſita quædam pulveres, ut pulvis ſenæ, &c. Species omnium ferè aromaticorum in uſu & promptu eſſe ſolent, opiatorum nullæ, catharticorum paucæ.

*Pulveres ex quibus componantur.* Pulverum autem alii intra corpus aſſu- D muntur, alii foris applicantur. Qui per os ſumuntur, aut vim alterandi, aut purgandi obtinent. Alterantes ex aromaticis componuntur: purgantes verò ex medicamentis purgantibus, vel ſpeciebus compoſitorum, additis ſemper iis, quæ vehementiam eorundem remittunt.

Qui extrinſecùs apponuntur, ex variis medicamentis commiſcentur ſimplicibus, iique diverſis corporis adminiſtrantur partibus, ve- E luti qui à vulgo Medicorum & Pharmacopœorum epithemata cordialia, & hepatica vocantur.

Alii ſunt utiles ad vulnera, & ulcera, idque in variis corporis partibus, & varias ob cauſas, ut pulveres capitales, adſtringentes, ſarcotici, erodentes. Hi autem ex ſelectiſſimis fiunt medicamentis, plus minúsve tritis, pro medicamenti præſcripti ſcopo, eoque ordine, & diligentia, quo libro tertio, capite de tritura, F dicetur.

*Locus reponendi. Duratio.* Cæterùm, reponuntur pulveres ſeu ſpecies ſacculis coriaceis benè conſutis, aut, quod magis probatur, vaſis vitreis, optimè clauſis: vel ſtanneis, vel pyxidibus ligneis. Verùm ſingulis annis utplurimùm renovari debent. Qui foris applicandi ſunt, quòd frequenti in uſu non ſint, neque magna eodem tempore copia opus ſit, primùm componi ſolent, cùm iis utendum eſt.

*Tempus utendi.* In[illegible]ſecùs ſumendi dantur in vino, [illegible] ſyrupo aut alio liquore conveniente,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0683-8
DFG

*Menſura ſeu doſis.* idque jejunis & diluculo appetente, à ℈ j. ad ʒ j. ſiquidem ſuaviores ſint, ut ſpecies diamarg. frigidi, aromatici roſati, diarrhodon Abbatis, triaſandali. Efficaciores verò, ut diagemmæ, diacameron, à ℈ ß. ad ℈ ij. Species cordiales ſuaviores, in potionibus cordialibus, à ʒ ß. ad ʒ j. cum ℥ iv. aquarum, & ℥ j. ſyrupi ſumuntur. In eclegmatis & pectoralibus remediis ponuntur pulveres diatragacanthi, incraſſantibus, à ʒ j. ad ʒ iij. In expectorantibus leviter, diairis ſimplicis, à ʒ ß. ad ʒ j. vel ʒ ij. Diairis Salomonis, à ℈ ß. ad ℥ ß. augendo, vel minuendo pro forma remedii. Pulveres in inſtaurativis adduntur ea proportione, qua in opiatis: vel pro ℥ j. decoctionis capi, pulverum cordialium ʒ j. imponimus.

*Valor.* Porrò ℈ j. ſpecierum, quæ moſchum, ambram, aurum, vel argentum recipiunt, æſtimatur communiter, à denariis octo noſtratibus, ad denarios decem, hoc eſt, bazium unum Conſtantienſem: cæterarum verò à denariis quatuor ad denarios ſex.

## DE TRAGEMATIS.

### Cap. XXVII.

*Tragemata.* Tragemata, vulgares Trageas, Latini bellaria & ſecundas menſas appellant, ſive ventriculi corroborandi gratia: ſive ad flatus diſcutiendos, aut vapores impediendos, aliorumque viſcerum ac membrorum affectus ſanandos exhibeantur. *Tragemata ex quibus.* Componuntur ex ſpeciebus antidotorum, odoratiſque aliis rebus, & medicamentis ſimplicibus in pulverem redactis, ſaccharo adjecto. *Quantitas.* In his conficiendis communiter capitur ℥ j. ſacchari ad ſingulas drachmas ſpecierum, præſertim amariorum, aut minus gratarum: quia minus ſacchari ſumi poſſit, ſi jucundiores fuerint ſpecies. Qui palato magis ſerviunt, communem ſacchari modum pro libito excedunt.

*Tempus utendi.* Exhibentur drachmæ unius aut duarum pondere, cum pane toſto, in vino optime macerato, manè ſtomacho jejuno, & veſperi, duabus vel tribus horis ante cœnam: interdum etiam poſt cibum, quando vapores in caput exhalantes prohibere volumus, quæ tamen nullo odore, vel ſapore acri prædita eſſe debent.

*Tragæa rubra.* Cæterùm tragæa rubra ſic fieri ſolet. Accipitur pulvis ſacchari albi craſſiuſculus, & in aheno ſupra prunas verſatur, donec bene incaleſcat. Deinde affunditur ſandalum ſublimato maceratum, ac manibus, vel ligno in eum uſum facto, ſaccharum miſcetur, ne in grumos conglobetur.

## DE ELECTUARIIS aromaticis.

### Cap. XXIIX.

De medicamentis diſſipatis, id eſt, pulveribus & tragematis, modò diſſeruimus: nunc de coactis, & actu humidis agendum eſt, ab Antidotis ſumpto exordio. Verùm cùm horum tria ſint genera: electuaria videlicet aromatica, cathartica, & opiata, de aromaticis primò tractandum. *Electuaria.* Electuaria itaque aromatica appellantur, quòd ex electis conſtent aromatis, vel quòd præ cæteris medicamentis eligantur. Sunt autem medicamina, melle, aut ſyrupo ſacchari, id eſt, ſaccharo ad ſyrupi conſiſtentiam cocto, excepta. *Electuaria ex quibus.* Conficiuntur ex variis & multis peculiaribus medicamentis, præſertim aromatis (quorum delectus maxima cum diligentia ex typo ſuprà in capite primo poſito, fieri debet) melle, aut ſaccharo exceptis. *Quantitas ingredientium.* Aromatum verò quantitas melli ſaccharóve inſpergenda, plerunque in ipſa compoſitione expreſſa eſt. Quòd ſi expreſſa non ſit, & ſimpliciter ſit additum mellis aut ſacchari q. ſ. id eſt, quantum ſatis eſt, tunc triplum mellis, aut ſyrupi recipimus, niſi Medico ſecùs videatur. Nam de quantitate variant authores. Alii ſiquidem triplum, alii quadruplum, imo & ſexcuplum mellis aut ſacchari ſpeciebus admiſcent. Quare hic (ut in aliis omnibus ambiguis) Medicos Pharmacopœi in conſilium adhibeant, & nihil pro arbitrio ſuo faciant. Cæterùm aromata ſaccharo vel melle cocto, & deſpumato, & igni exempto paulatim inſperguntur, & aſſiduè verſantur, donec perfectè fuerint mixta. Perfectæ autem mixtionis notæ ſunt, ſi neque grumi, neque bullæ, neque lineæ, neque feſtucæ, neque id genus alia, ſed color æqualis conſpiciatur. *Locus reponendi.* Ubi probe fuerint permixta, reponuntur non nimis calidè, vaſis figulinis vitratis, aut ſtanneis, aut plumbeis (ſi acetum admixtum non habent) bene obturatis. Vaſa autem non debent ad ſummum uſque repleri, ne dum fervent, exundent, ac diffluant. *Duratio.* Relinquuntur itaque aperta, donec refrigeſcant, aut charta, cribri inſtar, ſtylo pertuſa imponitur: deinde obturata reponuntur: & grata quidem & jucunda ad annum unum: amara verò & ingrata ad biennium. *Tempus utendi.* Tempore verò neceſſitatis exhibentur diluculo, & veſperi, tribus aut quatuor horis à cœna, *Doſis.* pondere ʒ j ß. aut ʒ ij. *Valor.* Horum ℥ j. à denariis quatuor uſque ad ſex vendi ſolet. *Uſus.* Ad confortandum membra principalia magis, quàm ad alios uſus, comparata ſunt.

## DE ELECTUARIIS catharticis.

### Cap. XXIX.

*Cathartica.* Electuaria cathartica (vulgò ſolutiva, & laxativa) dicuntur, quòd alvum purgandi facultatem habeant. *Cathartica ex quibus.* Conficiuntur ex medicamentis purgantibus, aliiſque melle aut ſaccharo exceptis, additis ſemper iis, quæ malitiam eorum corrigunt: *Quantitas ingredientium.* ita ut ſpecierum pars ſit una, atque mellis vel ſacchari partes tres. Horum autem omnium exquiſita & pro-

ba fiat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0684-4

ba fiat permixtio: primò cathartica probe miſceantur, adeò ut jam omnia unum & idem eſſe appareant: deinde paululum ſyrupi in pilam lapideam infundendum eſt: mox ſpecies adjiciendæ, & circumagenda ambo ſimul ligneo piſtillo, donec omnia unum & idem conſiſtentia & colore eſſe videantur. Poſtea per vices affundatur reliquum ſyrupi, & eodem modo procedatur. Quando res negligenter miſcentur, ſæpè uſuvenire ſolet, ut ſpecies in una parte quaſi conglobentur, (id quod in diagrydiatis facilè & ſæpè fieri ſolet) in alia verò vix ſenſu percipi poſſint: unde ægrotis maximum periculum, Pharmacopœis verò & Medicis ignominia conjuncta cum mala conſcientia accedit. *Locus reponendi.* Servantur ut prædicta, vaſis figulinis vitratis, vel ſtanneis, obturatis in annum. *Duratio.* Frequenter autem hodie de paulò validioribus ℥ vj. aut paulò plus minúsve, pro ætatis, ſexus, annique temporum ratione, & pro ſumentis viribus exhibent. *Doſis.* De mitioribus, & iis, quæ alvum leviter movent, atque ſine tumultu exonerant, qualia ſunt diaprunum, diacatholicum, & ſimilia, plus præbent: nimirum unciam integram. Sumuntur autem vel in forma potionis, vel boli. Unicè etiam obſervandum, ut purgantibus medicamentis aliquid commiſceatur, quod in jucunditatem redundet, & quod ſtomachum firmet: quod pleraque purgantia medicamenta ſtomacho adverſentur, & eidem negotium faceſſant. Interdum reipſa exigente, aliqua, quæ viam faciant, & tranſitum præbeant, atque adeò humorum craſſitiem incidant, adjicienda.

*Tempus utendi.* Propinantur omnia medicamenta purgantia diluculo, cum ſcilicet ventriculus copia humorum haud gravatur.

*Valor.* Horum ℥ ß. communiter denariis decem, ſive batzione Conſtantienſi æſtimari ſolet, plus minúsve pro ingredientium ratione.

## DE OPIATIS.

### Cap. XXX.

*Opiata.* Opiata ſunt præſtantiora quædam antidota narcotica, id eſt, ſtupefactiva, ab opio, quod ingreditur compoſitionem eorum, dicta. Hæc non minorem, quàm cathartica, in miſcendo diligentiam requirunt. *Locus reponendi.* Reponuntur communiter in vaſe ſtanneo, loco temperato declinante ad ſiccitatem. *Duratio.* Durant communiter in decennium, Theriaca verò ad vigeſimum annum: neque exhiberi debent ante ſemeſtre, niſi Medicus aliud præſcribat. Operculi itaque cavo inſcribendum tempus mixtionis eſt. *Doſis.* Dantur ex iis ℈ ij. aut ʒ j. Veteres ad ſummum nucis avellanæ magnitudine præbebant. *Tempus utendi.* Sumuntur autem veſperi, dum cubitum itur, in vino aut alio liquore convenienti. *Valor.* Horum ʒ j. à denariis quatuor uſque ad octo æſtimari ſolet, plus minúsve pro varia eorum A differentia. *Uſus.* Utimur his in magnis doloribus, colicis paſſionibus, aliiſque affectibus, qui mitigatione indigent.

## DE CONSERVIS.

### Cap. XXXI.

*Conſerva.* Conſervæ ſunt flores, vel herbæ exactiſſimè conciſæ, vel tuſæ, & ſaccharo mixtæ. *Pondus ingredientium.* Sumitur plerunque triplum B ſacchari pulverizati, ad unam partem conciſorum florum, aut herbarum: alii, qui vel quæſtui ſtudent, vel gulæ gratificari cupiunt, plus accipiunt. Parantur autem ſic: Conciſæ materiæ additur ſaccharum, & ſimul in mortarium bene mundatum conjiciuntur, miſcentur, & contunduntur, deinde aliquot diebus Soli exponuntur. Cavendum autem, ne conſervæ fermentando diffluant, quod floribus bugloſſi, borraginis præcipuè uſuvenire C ſolet: ita verò cavetur, quando vas non ad ſummum impletur. Si herbæ aridiores ſunt, vel naturâ, ut lavendulæ, roriſmarini; vel ratione cœli, ut conſtitutione anni calida, non coaleſcere cum ſaccharo, quod etiam ſiccum eſt, facile poſſunt: quare ſaccharum coquendum eſt ultra ſyrupi conſiſtentiam, & deinde ſimul miſcenda aliquandiu ſupra prunas. *Locus reponendi.* Quo facto, vaſis vitreis, vel fictilibus denſis, benè obturatis, ſervantur in annum, vel biennium. *Duratio.* D Eſt enim earum duratio inæqualis: aliæ enim ſatis diu durant, ut roſarum: aliæ contrà citò corrumpuntur, aceſcunt, vel areſcunt, & tanquam vermiculis in ſuperficie corroſæ videntur, ut conſervæ borraginis, bugloſſi, violarum. Virtus autem earum melius ex colore, ſapore, odoreque deprehenditur.

*Tempus & modus utendi.* Cæterum nullus in iis ſumendis præſcriptus eſt modus: uſus tamen obtinuit, ut diluculo & veſperi nucis juglandis quantita- E te exhibeantur, vel per ſe, & citra aliorum acceſſionem, vel aliis ſpeciebus, robur certis corporis partibus addentibus, mixtæ, & ſyrupo aliquo exceptæ.

*Valor.* Quod ad earum pretium attinet, uncia una Pharmacopœis communiter à denariis quinque noſtratibus uſque ad octo vendi ſolet.

## DE CONDITIS.

### Cap. XXXII.

F

*Conditura florum.* Condita fiunt ex floribus, fructibus, radicibus & corticibus. Flores pauci integri ſervantur, ut flores citrinati, arantiorum. Reliqui minutiſſimè inciſi, vel tuſi ſaccharo condiuntur. Sunt qui etiam roſarum folia integra condiunt. Capparum flores ſale, geniſtæ ſale & aceto condiuntur.

*Conditura fructuum.* Fructus condiuntur, aut conficiuntur coctione: cocti enim cribro cernuntur, & ad ſingulas julepi libras, pulpæ quatuor unciæ adjiciuntur, deinde lento igne coquuntur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0685-9
DFG

donec ad eam conſiſtentiam perducti ſint, ut nec A nimium liquidi, nec nimia coctione aridi, & exſucci ſint redditi: quod experientia facilè deprehendi poteſt: nam ſi guttula in marmor aut ferrum demiſſa, manus, ubi refrixerit, non inquinet, juſtam eſſe coctionem cenſebitur.

*Conditura fructuum integrorū.* CONDIUNTUR etiam fructus, ſi primùm repurgati à cortice, & oſſibus æquis partibus cum ſaccharo & aqua, lento igni coquantur, donec ſaccharum totam fructuum ſubſtantiam B penetrarit, & ad juſtam coctionem perducti ſint: quod ex eo deprehendetur, ſi julepus conſiſtentiam habeat lentam, ita ut digitis ductus fila tenuia mittat: ſed id experientia ipſa certius commonſtrat.

FRUCTUS peregrini primùm macerantur, deinde cocti cum *julepo dilutiore*, quem longum vocant, condiuntur.

*Conditura radicum.* RADICES ut condiantur, primùm terra & cortice exteriori purgatæ, & matrice, deinde C in partes ſectæ, coquuntur in julepo dilutiore, donec radicum ſubſtantiam penetrarit, & probè coctæ ſint, ut in fructibus dictum eſt. Peregrinæ verò radices humectantur, deinde in julepum impoſitæ coquuntur, ut ſuprà de fructibus dictum eſt.

*Conditura corticum.* CORTICES quorundam fructuum, veluti citriorum, malorum medicorum, & limonum, quòd ſubſtantia ſint aliquantulum amara, primùm aliquot dies in aqua macerantur, ſæpius aqua mutata, deinde aquæ incoquuntur, do- D nec tenereſcant: tandem in aquam recentem ſemel atque iterum *immittuntur: poſtremò in* julepum aut mel, *cui multa ſit aqua admiſta*, injecti coquuntur ad juſtam craſſitiem. Quòd ſi fuerint peregrini, primùm humectantur, deinde cum julepo, ut de fructibus dictum eſt, coquuntur.

*Locus reponendi. Duratio.* REPONUNTUR pyxidibus aut vaſis benè obturatis: durant autem annum, & interdum biennium, cortices diutiùs. E

*Condita compoſita.* INTERDUM condita compoſita à Medicis præſcribuntur ex conſervis, conditis fructuum, corticum & radicum, ſpeciebus aromaticis, & ſaccharo: ſic tamen, ut conſervæ duarum aut trium unciarum inſtar: ſpecierum autem, ſi acres & caræ ſint, uncia: ſi lenes, ſeſcuncia: ſacchari, quod ſatis eſt: auri autem bracteæ tres, aut quatuor, ſi divites aſſumunt, injiciuntur. F

*Uſus.* PORRÒ, condituræ ars planè ad delicias inventa, magnum ægrotis momentum affert, dum eo invento medicamenta alioqui per ſe ſatis faſtidita ita condulcantur, ut ſtomacho & palato grata ſint, aut etiam in plures annos integra, & veluti recentia durent.

## *DE ECLEGMATIS.*

### *CAP. XXXIII.*

*Linctus.* LINCTUS, *Græcis* Eclegmata, Arabibus Lohoch, eſt medicamentum thoracicum, A ad pulmonis noxiam præſidio efficax, & ad pituitæ in thoracem effluxum expectorandum idoneum. Horum alia ſimplicia, alia compoſita. *Simplicia*, ex ſolius medicamenti ſimplicis decocto, aut ſucco, & ſaccharo, melle, alióve humore parantur. Compoſita, gummi, fructus & aromata recipiunt. Fiunt ex dulcibus, mediocriter amaris, & nonnullis acribus. *Linctus ex quibus.*

B REPONUNTUR vaſis figulinis vitratis. Servantur autem ſimplicia in ſua perfectione annum unum: compoſita verò biennium: his exceptis, quæ amygdalas, pineas, piſtacia, & alia hujuſmodi, quæ facilè ſeneſcunt, receperunt. *Locus reponendi. Duratio.*

EXHIBENTUR quovis tempore, ante & poſt cibum, nucis avellanæ aut fabæ quantitate, potiſſimùm verò diluculo & veſperi, melius verò, ut unciæ unius pondere lambendo C ſumantur. Detinentur in ore, donec ſua ſponte liqueſcant, atque adeò paulatim deſcendant. *Tempus & modus utendi.*

Horum ℥ ß. ſeplaſiariis quatuor emitur denariis noſtratibus. *Valor.*

AD aſperæ arteriæ aſperitatem, pulmonis inflammationem, ulcera, ſpiritus difficultatem, anhelationes, tuſſim ex humoris influxu ac deſtillatione ortam, & eos, qui difficulter glutinoſa excreant, ut præfocari videantur, &c. *Uſus.*

D

## *DE EXTRACTIS.*

### *CAP. XXXIV.*

*Extracta.* EXTRACTA, ἐκχυλώματα *Græcis vocan*tur: fiunt ex medicamentis ſimplicibus & compoſitis, ad hunc modum. In aqua vitæ optima ponitur medicamentum aliquod minutim inciſum, ita ut ad duos digitos emineat aqua, vaſe optimè obturato: deinde ubi per tres dies in loco aliquo calido vas fuerit E relictum, aqua in aliud vas effunditur, medicamentum verò per pannum lineum validè exprimitur, & abjicitur. Tunc rurſus aliud ejuſdem generis medicamentum in eandem aquam, ut priùs, infunditur, maceratur, & exprimitur: idque ter quatérve ita reiterandum, prout extractum validum, aut imbecillum quis parare voluerit. Quòd ſi medicamentum fuerit magni precii, ut eſt lignum *aloes*, rhabar- F barum, &c. non ſemel *eſt ei affundenda* aqua vitæ, ſed ſæpè ac ſæpiùs, ut penitùs quicquid inerit ſpiritus, aut facultatis, in aquam deponatur. Poſteaquam igitur vini ſpiritus facultate medicamenti abundaverit, ita ut quaſi proprium jam miſerit ſaporem aut odorem, tum medicamentum exprimitur, colatur, aquaque vitæ à facultate medicamenti per balneum Mariæ ſeparatur, extrahendo quouſque incraſſeſcat: tum in vaſe vitreo, vel figulino vitrato reponitur, vaſe optimè clauſo: quod quò fuerit vetuſtius, eò etiam erit melius. Datur ex jure, alióve diluto, à ℈ ß. uſque ad ʒ ß. vel in cata- *Locus reponendi. Duratio. Uſus. Tempus utendi.*

catapotio per ſe, aut medicamentis aliis mixtum, mane ſtomacho vacuo.

*Uſus.* Usus quidem extracti eſt, quòd pauca quantitate aſſumptum, magna in corpore noſtro præſtet commoda. Etenim ubi de medicamentis in tota ſubſtantia dari ſolet ℥ j. extracti ſufficit ʒ j. in quo certé ægrotis multùm gratificari poteſt, præcipue cum plerique ab aſſumptione medicamentorum plurimum abhorrere ſoleant.

## DE LINIMENTIS.

### CAP. XXXV.

De medicamentis coactis humidis intrinſecùs ſumendis hactenus diſſeruimus: nunc de iis, quæ extrinſecus apponuntur, agemus, initium à linimentis ſumentes.

*Linimenta.* Itaque linimenta ſunt, quæ liquida inunguntur. Differunt ab oleis & unguentis, ab his quidem, quòd liquidiora exiſtant: ab illis, quod C crasſiora ſint, eoque magis adhæreant. *Linimenta ex quibus conſtent.* Fiunt ex oleo, adipe, butyro, ſevo, liquefactis, vel aliis quæ olei ſpiſſitudinem habent, ut ſtyrace liquida, myrrha liquida. Aliquando additur terebinthina, vel mucilago, vel medulla, quæ adipis temperatura & conſiſtentia ſimilis eſt. *Quantitas.* Horum autem nulla certa quantitas deſcribitur: communiter tamen Medici ad ℥ j. olei recipiunt butyri, adipis, cremoris ana ʒ ij.

*Locus reponendi.* Reponuntur vaſis figulinis. D *Tempus utendi.* Utimur autem his calidè duabus vel tribus horis ante cibum, cùm vel aſperam partem lenire, vel dolorem mitigare, vel calefacere, rarefacere, vel *Uſus.* refrigerare, vel exiccare, vel humectare, vel diſcutere, vel detergere, vel emollire, vel maturare, intendimus.

## DE UNGUENTIS.

### CAP. XXXVI.

*Unguentũ quid.* Unguenta craſſioris conſiſtentiæ ſunt, quam linimenta, & valentiora: & Galeno ea dicebantur, quæ ex odoramentis conficiebantur: nobis verò, quæ unguinoſo ſuo corpore, partibus illita, & cereo quodam lentore craſſitudinem adepta, inhærent. *Unguenta ex quibus.* Fiunt ex oleis, pulveribus & cera: interdum etiam adipe, butyro, mucilagine, lachrymis & gummi, &c. Species juxta affectuum, quibus adhibentur unguenta, diverſitatem variantur. Cera, ut convenientem nanciſcatur conſiſtentiam, adjici- F tur. *Doſis.* In his autem componendis hodie plerique obſervant, ut unciæ uni oleorum, drachmam unam ſpecierum, & drachmas duas commiſceant. Sed præſtat ceræ quantitatem ejus qui componit, arbitrio ac judicio relinquere, ut is ſcilicet addat, quantum ad juſtam unguenti conſiſtentiam ſatis eſt.

*Modus parandi.* Cæterum horum alia absque igne parantur, cùm materiæ oleo, vel pinguedini piſtillo bené miſcentur: alia admota igni, idque

A dupliciter: vel pinguedinibus liquatis, ut materiæ metallicæ, terreæque facilius miſceantur, atque uniantur: vel maceratis aliquandiu pinguedine plantis coctis, & validiſſimé per craſſioris texturæ pannum, vel per ſe expreſſis materiis pinguedine addita, ad perfectionem coctis. Si unguentum ceram recipit, liquatæ ſimul pinguedo & cera ab igne removentur: ubi concreſcere cœperint, pulveres injiciuntur, & ſimul miſcentur, donec prorſus refrixerint. Si
B mora moleſta eſt, patella aquæ frigidæ imponatur, & citiſſime concreſcet.

Reponuntur pyxidibus vel vaſis figulinis vitratis, vel ſtanneis. *Locus reponendi.*

Durant autem annum, quædam biennium & triennium. *Duratio.* *Uſus* verò horum ante cibum eſt. *Tempus utendi.*

Quod ad valorem attinet, venditur ℥ ß. *Valor.* communiter denariis quatuor noſtratibus.

## DE EMPLASTRIS.

### CAP. XXXVII.

Emplastra Græcis ſunt medicamenta, *Emplaſtra.* varia ſimplicium genera, & metallica præſertim recipientia, atque eò uſque percocta, quonique manus amplius non inficiant, quæ refrigerata ſint ſolida & dura, calefactione verò malaxantur. Arabibus recentioribusq; Cerota nuncupantur.

D Arabum verò emplaſtra ea ſunt, quæ Græcis Malagmata, Cataplaſmata, & Epithemata ex herbis, floribus, farinis, oleis, & adipibus compoſita, quæ tam diuturnam coctionem non patiuntur atque emplaſtra. Verum de his deinceps, nunc verò de Græcorum emplaſtris agendum eſt. *Emplaſtra Græcorum ex quibus.* Hæc fiunt ex metallicis, lapidibus, terræ ſpeciebus, fecibus, lachrymis, ſuccis, liquoribus, ſeminibus, radicibus, herbis, animalium excrementis, cera, & reſina, &c.

E Metallica prius oleo, vino, aceto, aut *Modus componendi emplaſtra.* alio quovis liquore ſine igne nutriuntur, & in pila, aut ſartaginis fundo rudicula vel piſtillo continenter mota craſſeſcunt. Pinguia, ſi quæ addenda, in lebete ſuper ignem lentum aſſiduè tribulata, metallicis adjunguntur. Gummium genera poſtrema cæteris decoquendis adhibentur. Liquanda humore aliquo idoneo macerantur, diſſolvuntur, colantur, & ad humoris illius conſumptionem
F coquuntur. Quæ verò terenda ſunt, per ſe probè trita in opus cum cæteris veniunt. Succi item craſſi & ſiccati, aliquo liquore ſoluti, & ad illius expirationem cocti, póſt miſceri debent, quando emplaſtrum refrigerari incipit. Liquidi vero & recentes oleo immiſcendi, & cum eo coquendi. Herbæ etiam recentes, liquore aliquo maceratæ, in eo poſtea percoqui debent, dum expiret: quod in emplaſtro Gratia Dei ex vino in uſum venit. Emplaſtri corpus & materiam faciunt cera & reſina: quorum quod primum eſt, nullam ad vi-

tutem efficacitatem addit, ſed ſolidum tantùm corpus præbet. Alterum verò, ut nonnihil materiam augeat, pro vario tamen genere qualitatem admovet, & aliquantulum medicamenti vires immutat. Eſt, ubi neutrum ad emplaſtri conſiſtentiam requiritur, quando juſta craſſities non temerè ex aliorum materia ſuppeditatur: quod in emplaſtro diachalciteos factitatum eſt. Oleum ad medicamentorum coctionem, & idoneum materiæ argumentum in emplaſtra venit: quod etiam nonnunquam ſuis viribus totam medicamenti molem afficit. Anodynum namque molliens, reſolvens, illius opera efficitur & medicamenti vis acrior, aut ſubauſtera obtunditur. Emplaſtra ipſa oleo, aut aliquo liquore idoneo coquere convenit ad liquoris, quem adhibueris, conſumptionem, dum manus non inquinent, tandem manibus oleo inunctis, formanda in magdalias oblongas rotundas.

*Doſis.* Quod ad ingredientium quantitatem attinet, ad aridorum uncias tres olei: ad hujus autem quadrantem, ceræ libra, reſinæ des, quò illud fiat tenacius. Hodie expreſſo aridorum & oleorum pondere, ceræ quod ſatis eſt addere ſolemus. Non poteſt autem in omnibus emplaſtris certus medicamentorum modus pondusque deſcribi.

*Locus reponendi.* Reponuntur emplaſtra, ſeu potiùs chartis oleo inunctis involvuntur, vel pyxidibus *Duratio.* ſervantur, utplurimùm quidem ad annum.

*Valor.* Æſtimatur ℥ ß. communiter denariis quatuor noſtratibus.

*Tempus utendi.* Utimur autem his *ante cibum, tum ad humorum* influxum per inflammationes repel- *Uſus.* lendum, tum dolorem leniendum, membra corroboranda, dura emollienda: diſcutienda ea, quæ coierunt: cruda concoquenda maturandaque infixa pertinaciter, evocanda: ad ſuppurationem ducenda: purganda: aperienda: glutinanda: cicatrice obducenda.

*Emplaſtra impropriè quæ.* Porrò ſunt & emplaſtra impropriè dicta, quæ citra coctionem parantur, ut quæ cremore alicujus, velut pſyllii, & ſuccis: quædam aut pane, aut farina hordei coagmentantur.

## DE CATAPLASMATIS.

### Cap. XXXIIX.

*Cataplaſmata.* Cataplasmata cum emplaſtris impropriè dictis magnam habent ſimilitudinem. Chirurgi hodie pulticulas quoque vocant, eò quòd mollem ſpiſſitudinem habeant, & linamento, aut ſtupa, aut lana excepta, emplaſtri modo extendantur, ut adhærere poſſint. In hoc autem à pulticulis differunt, quòd hæ farina aliqua, in oleo & aqua, vel melle, vel butyro decoctæ ſint: illa verò ex herbis viridibus, radicibus, floribus, fructibus, ſeminibus contuſis, oleis, adipibus, farinis conficiantur.

*Doſis.* Plantarum autem, vel alterius mate-A riæ ſingulis faſciculis: olei, vel adipis ſingulæ unciæ, vel ſeſcunciæ miſceri debent.

*Locus.* *Tempus.* Possunt autem ſupra omnes partes dolentes aut inflammantes applicari. Quòd ſi hypochondriis calefacientia & diſcutientia cataplaſmata applicanda ſint, niſi anteà vacuato corpore, adhiberi minimè debent. Attrahunt enim totius corporis excrementa.

*Uſus.* Cæterùm doloribus leniendis, tumoribusque concoquendis, vel dirigendis maximè B accommodata ſunt.

## DE CERATIS.

### Cap. XXXIX.

*Ceratum quid.* Ceratum à cera & oleo dictum, eſt medicamentum conſiſtentiâ quodammodo medium inter unguenta & emplaſtra. *Cerata ex quibus.* Concinnantur ex cera, pice, reſina, propoli, adipe, & oleo, & pulveribus. Fiunt etiam ex empla- C ſtris oleo liquefactis, cum ſcilicet pars affecta emplaſtri duritiem ferre nequit. *Doſis.* In hujus compoſitione idem quod in unguentis, pondus nonnulli obſervant Medici, ut ſcilicet ℥ j. oleorum, ʒ j. aut ʒ j ß. ſpecierum reſpondeat. Ceræ duræ paulò plus quàm ℥ ß. pro ℥ j. olei, addita pauca reſina. *Locus.* Adhibentur ventriculo, hepati, ſpleni, pectori, utero & oſſibus fractis, ita tamen, ut eorundem figura parti, cui admoventur, ſimilis ſit. D Quod enim ventriculo adhibetur, ſcuti formam obtinere debet: quod jecinori apponitur, jecoris: quod lieni, *lienis. Acu etiam transverſim transmiſſo, conſuuntur: atque ante cibum ſtomacho* *Tempus.* *jejuno applicantur. Stomachica cibi tempore* ſeponuntur.

## DE DROPACE.

### Cap. XL.

E *Dropax quid.* Dropax, Latinis picatio, à pice vocata eſt, qua membra externa omnia, extenuata, reſoluta, frigida & humida oblini ſolent. *Dropax duplex.* Eſt autem ſimplex, vel compoſitus. Simplex ex pice modica oleo liquata conſtat. *Dropaxæ quibus.* Compoſitus præter picem oleo liquatam, recipit etiam piper, pyrethrum, bitumen, ſemen roriſmarini: & ſi opus ſit ſiccare, ſulphur vivum, ſalem, cinerem ſarmentorum: ſin vellicare, adarcem, aut euphorbium, atq; hæc tria liquefactis ad- F jiciuntur, ut majorem calorem excitent. *Forma.* Forma autem varia eſt. Quidam enim emplaſtri formam referunt, alii cataplaſmatis.

Cæterùm dropax uterque calidus adhuc cuti illinetur, & præraſis membris adglutinabitur. Priusquàm autem perfrigeſcat, avelletur, rurſusque calefactus ad ignem admovebitur: idem anteà quàm refrigeſcat, avelli debet, idque ſæpiùs. Tam craſſus autem membris affectis, quibus pili priùs ablati ſint, adhibebitur, quàm ægri vires tolerare poterunt. Qui robuſti ſunt, etiam lavare, & corpus exer-

cere

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0688-6
DFG

cere poſſunt interea, dum dropax eſt partibus affectis obductus.

*Uſus.* Usus hujus in totius corporis, aut ejusdem partium extenuatione eſt. Humectat enim, calefacit, ac ſanguinis copiam allicit, atque adeò amiſſam carnem reparat, extenuatosque reficit. Adhibentur etiam iis, qui crebrò vomunt, & qui cruditatem patiuntur, atque affectus cœliacos: item cataplaſmatis vice in malis diuturnis, & ante ſinapiſmum, ut corpus ad ſinapi præparetur: & poſt ſinapiſmum, ut affectus reliquias B diſcutiat.

### *DE SINAPISMO.*

### CAP. XLI.

*Sinapiſmus quid.* Sinapismus nihil aliud eſt, quàm cataplaſma, aut emplaſtrum ex ſinapi, additis ficubus contuſis confectum, qualia hodie ſunt, quæ vulgò vocant rubificantia, & Græci φοινιζοντα, unde Φοινιγμὸς nomen habet. Mitior autem ſit, vel fortior, pro natura corporis, vel partis affectæ. In corporibus duris, qualia ſunt ruſticorum, nautarum, piſcatorum, & id genus hominum fortioribus utimur: in urbanis, mediis: in pueris, mulieribus, & non multùm carnoſis, imbecillioribus.

*Doſis.* Fortior duas partes ſinapi contuſi recipit, ficuum partem unam. Imbecillior contrà ficuum partes duas, ſinapi unam. Medius

*Parandi ratio.* æquales utriusque partes. Parantur autem hoc D modo: Ficus ſiccæ in aqua tepida pridie macerantur, ſequenti die expreſſæ probè lævigari debent, deinde ſinapi acre per ſe contuſum miſceri, & maſſa facienda.

*Modus adhibendi ſinapiſmi.* Supra partem autem remanere debet, donec dolor ſubſecutus fuerit vehemens, & caro lividior altiorque evaſerit, & poſtquàm ablutum fuerit, puſtulæ mitiùs eruperint. Quòd ſi etiam ſenſus perierit, animum adhibere oportet, parte quam obleveris ſæpiùs detecta: quia E ſi vel immodicè adurantur ita affecti, tamen non ſentiunt.

Porrò ſi dolor vehemens ruborque acceſſerit, & puſtulæ, linteolum ſucco malvæ, aut fœnigræci cum roſaceo madefactum imponemus. Deinde roſaceo cerato cum ceruſſa utemur. In his autem, qui continua febre laborant, ulcusque habent, tum in cartilaginoſis, tum locis excarnibus, vitari debet ſinapiſmus. Ulcera enim efferuntur, nimiaque acrimonia F exacerbantur: partes verò carnibus vacuæ, ſi obducantur ſinapiſmo, uruntur, interdum etiam nigreſcunt.

*Uſus.* Imponitur autem ſinapiſmus, ubi ex alto ad ſuperficiem extrahere volumus, ideoque alicui parti admotus, non amovetur, dum cutem exulceret, aut cruento colore ſuffundat. Uſus autem in diuturnis potiſſimùm affectibus, ubi reliqua præſidia non ſuffecerint, efficaciſſimus eſt. Maximè verò prodeſt capitis dolori, hemicraniæ, morbo comitiali, vertigini-

A bus, inſaniæ, capiti admotus. Thoraci autem in aſthmate, orthopnœa, tuſſi diuturna. Item in deſtillatione, caput & thorax ſinapiſmo illinendus. Stomachus etiam & ventriculus in longis ipſorum paſſionibus ſinapiſmo obducuntur. Conveniens quoque præſidium iſchiadicis, podagricis, & omni parti reſolutæ, aut alio quodam modo ſic refrigeratæ, ut difficulter calefieri queat. Præterea in acutis paſſionibus, utpote lethargo, cataphora & catocho, B ſinapiſmus inducitur, initiò quidem cruribus: ubi verò materia radices egerit, ac firmata fuerit, capiti.

### *DE TABULIS, orbiculis, & morſellis.*

### CAP. XLII.

C Peracta coactorum humidorum medicamentorum natura, ſiccorum & ſolidorum ineunda eſt ratio, exordio à confectionibus ſolidis ſumpto. Horum autem triplex eſt forma, rotunda videlicet, quadrata & oblonga. Quę rotundam orbicularemque formam accipiunt, Orbiculi ſive Placentę dici poſſunt, à noſtris Rotulæ vocantur. *Orbiculi.* Quæ quadrata forma effinguntur, Tabulæ aut Tabulatæ nominantur. *Tabulæ.* Quæ figuram oblongam recipiunt, Morſelli & Lozen- *Morſelli.* D giæ barbaris appellantur.

*Confectiones ſolidæ ex quibus.* Componuntur magna ex parte, ex ſpeciebus electuariorum, adjectis quibusdam novis & recentibus. Interdum caponum & perdicum pulpæ, amygdalæ, nuces pineæ, uvæ paſſæ & id genus alia commiſcentur, adjecto ſaccharo. Fiunt nonnunquam ex medicamentis, quæ alvum ſolvunt, in pulverem redactis, quibus ſaccharum in aqua ſtillatitia aliqua, humori evacuando accommodata, diſſolutum additur: & E tabulæ purgantes dicuntur.

*Doſis.* In orbiculis autem ſeu rotulis parandis accipiuntur unciæ quatuor ſacchari ad drachmas duas ſpecierum.

In tabulatis verò & morſulis parandis eadem ſervatur quantitas & proportio: alii tamen ad libram unam medicinalem ſacchari ſumunt ſpecierum drachmas octo: alii duodecim, præſertim in purgantibus tabulis.

*Orbiculos parandi ratio.* Cæterùm orbiculos parandi ratio hujusmodi eſt. F Coquitur ſaccharum ad perfectionem exactam, deinde ab igne remotum ligneo piſtillo agitatur, & ſpecies injiciuntur, ac probè miſcentur. Cavendum, ne nimis citò pulveres addantur, ne adurantur, aut vis ipſorum reſolvatur, mixtis ſimul cunctis per plicam lebetis, in tabulam, farina vel pulvere aliquo, ut cinnamomi, ſandali rubri, &c. ſtratam: ſpathula aſſiduè ſaccharum pari & æquali quantitate extrahatur, quod decidens placentulæ modo in orbem concreſcit. Si quid verò remanet in lebete, dureſcit iterum,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0689-5

ſed pauca aqua affuſa liqueſcet. Deinde extra- A
hatur ut prius. Rotulæ concretæ digitis ſigilla-
tim auferantur, & farina ſuperficiei inferiori ad-
hærens penicillo, aut panno abſterſa, in cribrum
conjiciatur, & ulterius in loco calido exiccetur.
Quando candidiores orbiculi expetuntur, ſac-
charum albiſſimum coctum diu piſtillo agitetur:
ita non ſolùm candidius, ſed etiam friabilius ſac-
charum evadet, & qui inde fiunt orbiculi, eodem
modo.

Quidam in tabulam ſuperficie tenus B
ſpongia madefactam ſaccharum infundunt,
quæ ratio non aliena eſt, ſed rotulæ valdè
tenues fiunt. Alii marmor butyro, vel oleo
leviter inungunt prius, quemadmodum peni-
dium paratur.

Sunt rurſus alii, qui *ſimpliciter in nudam*
tabulam æneam *tenuem benè lævigatam* ſac-
charum *fundunt*: deinde ubi refrixit, ut avelli
poſſit, leviter igni admovent.

Verùm cùm multa una vice conficienda C
ſunt, farinam ſubſternere commodiſſimum
videtur: nec poſſunt hîc ſigillatim orbiculi au-
ferri, ſed ſimul deinde in cribrum conjiciun-
tur, cribrando farina trajicitur: quod reliquum
eſt tenuioris farinæ, cauda vulpina baculo alliga-
ta excutitur.

*Tabularum & morſellorum parandi modus.*

In tabulis quoque & morſellis ſaccharum
diutiùs agitari, additis in fine materiis opor-
tet: quod deinde in tabulam ſuperficie hume-
ctata ſimul ſecundùm longitudinem effundi- D
tur, & *ligneis* tabellis adpoſitis madefactis u-
trinque cogitur, *atque latitudine & craſſitu-*
*dine* tabularum vel *morſulorum formatur*: po-
ſtea præciduntur, & in alium locum ſicciorem
tranſponuntur.

Quidam ſaccharum in tabulis latitudine
morſulorum, aut tabulatorum imponunt & for-
mant, deinde in fruſta apta ſecant.

Quidam verò ſaccharum fluidum
adhuc, in tabulam æqualiter ſitam effundunt, E
nec cohibent, ſed ſuperficiem ejus acie cul-
tri, forma morſulorum ſeu tabulatorum per-
ſtringunt: poſtquam ſaccharum *induruit*,
totam maſſam tollunt, & in ſuas portiones
pro modo linearum frangunt. Hic modus o-
mnium eſt expeditiſſimus, minimeque diſpen-
dioſus.

Sunt qui non effundunt ſaccharum, ſed
ligneis quibusdam ſpathulis ex lebete fru-
ſtatim eximunt: verùm tales fiunt valdè in- F
æquales.

Placotomus, ex quo hæc trans-
ſcripta ſunt, certis quibusdam formulis ligneis,
vel ſtanneis, quatuor lateribus clauſis, uti ſo-
let, quibus ſaccharum, tanquam carcere quo-
dam, ne inæqualiter diffluat, continetur: de-
inde formato ſaccharo, formulam removet,
& in partes, ut priùs dictum eſt, maſſam
diſſecat. Hic modus videtur omnium optimus,
& ad efficiendos elegantes æquales morſus
aptiſſimus.

A Morsuli, ſi opus eſt, in cribro ſubje-
ctis chartis fornaci impoſiti, exiccentur.

Quando fructus, ut amygdala, pineæ, uvæ
paſſæ, ſpeciebus adduntur, diutiùs morſuli ſic-
candi ſunt.

Item ad morſulos materiæ plerunque inci-
duntur, aut craſſius quàm ad rotulas contundun-
tur. Obſervandum autem eſt, ut in tabulatis ci-
tiùs immiſceantur ſpecies, fervente quodammo-
dò adhuc ſaccharo: in morſellis verò ſeriùs te-
B pefacto, & tantùm non refrigeſcente ſaccharo:
unde etiam in morſellis & lozengiis minùs lædi-
tur, aduritur, abſumiturque vis ſpecierum, vege-
tiorque & efficacior remanet, quàm in tabellis
ſeu tabulatis.

Præterea ad confectiones ſoli-
das ſaccharum coquitur tantiſper, dum aquo-
ſitas omnis abſumpta eſt. Id vocant ad perfectio-
nem coqui, cujus rei ſignum eſt, quando ſpa-
thula extractum, & violenter in aërem proje-
C ctum, in floccos, inſtar nivis craſſioris abire
videtur.

Servantur orbiculi, & tabulata
in ligneis arculis, ex tilia, aut ſimili ma-
teria inodora. Quæ enim ex abiete, & aliis
reſinoſis lignis fiunt, ſuo odore medicamenta
incluſa inficiunt, vel in calidiore loco reſinam
reſudare ſolent. Poſtea in ſicco & calido loco
reponuntur. Servantur autem ad menſes ſex,
vel plus.

*Locus reponendi.*

*Duratio.*

D Tempus exhibitionis ante cibum, duabus
vel tribus horis. Purgantes verò tabulæ tribus,
aut quatuor horis cibos præcedunt.

*Tempus & modus utendi.*

Exhibentur ex iis *orbiculi duo*,
aut tres, *plus aut minus*, *pro morbi conditio-*
*ne*. Morſulus unus, niſi admodùm exiguus ſit,
pro vice ſufficit. Expurgantibus utplurimùm
non datur, niſi ℥ ß. interdum verò plus minusq́;
pro ſumentis viribus, per ſe, vel trita in juſculo
capi, vel galli.

E Quod ad precium attinet, ℥ ß. utplurimùm
à denariis quinque uſque ad decem noſtrates
venditur.

*Valor.*

## *DE TROCHISCIS.*

### *Cap.* XLIII.

*Trochiſcus quid.*

Τροχίσκοι & κυκλίσκοι, ſive ἀρτίσκοι Græcis,
paſtilli, ſive placentulæ Latinis: medicamen-
tum planum depreſſum, in rotæ aut orbiculi, ſe-
F minisve lupini formam coactum, etſi quadrati
hodie pluribus fiant.

Horum autem alii *per ſe* in corpus
aſſumuntur: alii in *compoſitiones* aliorum
medicamentorum *recipiuntur*: alii extra
corpus applicantur, *conſtantque* ex metallicis:
& hi vel ulceribus *malignis* utiles: vel oculo-
rum morbis *inſerviunt*, qui Sief Arabibus, &
Collyria *Latinis dicuntur*. Ex eorum numero,
qui intra corpus *ſumuntur*, alii ex aromatibus,
herbis, fructibus & medicamentis quibusdam
purgantibus conſtant: alii ad eorum com-
poſitio-

*Trochiſcorum compoſitio.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0690-0
DFG

poſitionem opium requirunt. Fiunt ex medicamentis ſiccis tritis, & cum aqua, aut decoctione, aut ſucco miſtis, donec ad eam craſſitiem reducantur, qualis eſt maſſa pilularum. Formantur autem in rotulas. Quidam imagines imprimunt, quod in vulgaribus ſupervacaneum eſt: in precioſis verò, ut gallia, alipta, moſchata & cæteris, non indecorum.

*Locus reponendi.* Siccantur in umbra, & papyro involuti, ligneis pyxidibus reponuntur.

*Duratio.* Durant annum unum, & qui opium recipiunt, duos, tres, & plures. Qui foris applicandi ſunt, cùm ex medicamentis conſtent, quæ non facilè reſolvuntur, ſervari poſſunt in annum unum, aut duos.

*Doſis.* Cæterùm paſtillorum, qui citra aliorum medicamentorum commiſtionem ſumuntur, pondus haud excedat ℥ j. vel ʒ j ß. Et ii ſanè, quorum compoſitionem opium ingreditur, pondere ℈ j. aut ʒ ß. dantur, triti ex aqua, aut vino, aut alio quovis liquore, ut congruere videtur.

*Uſus.* Porrò paſtillorum forma ideò à veteribus inventa eſt, ut medicamenta in pulveres redacta, per eam diutiùs conſerventur, quæ alioquin perirent, exhalarentque, & vires ſuas amitterent. Nam paſtilli ſic indurati, denſique facti, faciliùs aëris injuriis reſiſtunt: pulveres minimè: quia cùm tenues ſint, aër ſtatim eos ſubit, atq; ita immutantur. Nonnunquam antidotis, ſuccis medicatis, ſaccharis, catapotiis, clyſteribus, unguentis, aliiſque ejus farinæ commiſcentur. Præterea utiles ſunt paſtilli, qui ab inferioribus partibus injiciuntur, ad eos potiſſimum affectus, qui infra umbilicum infeſtant. Nam ſuperiùs vis illorum pervenire non poteſt.

## DE PILULIS.

### Cap. XLIV.

*Pilula.* Pilulæ à parvæ pilæ ſimilitudine dicuntur, & Græcis καταπότια vocantur: medicamentum eſt, quod deglutiendo ſumitur, ad fallendum medicamenti inſuavitatem inventum.

*Pilularum compoſitio.* Conficiuntur ex amaris, acribus, & fœtidis, aloë videlicet, colocynthide, ſcammonio, agarico, ſagapeno, ſarcocolla, myrrha, aliiſq; lachrymis, additis iis, quæ malitiam eorum corrigunt: omnibus, inquam, tritis, deinde cum ſuccis, aut aquis ſtillatitiis, in maſſam tereti forma redactis, quæ cùm leviter in umbra fuerit exiccata, veſica, vel corio, vel, quod melius eſt, papyro ceræ liquatæ intincta involvitur, & pyxidibus ſtanneis ſicciore loco reponitur.

*Locus reponendi.* *Duratio.* Servatur autem purgantium pilularum maſſa annum unum, vel eò uſque, quò ſitum varii coloris intùs non contraxerit, (ea enim vitioſa eſt:) quæ verò opium acceperunt, duos, tres, & plures annos. Tempore uſus maſſa rurſus teritur, & cum ſucco aliquo in pilulas vel majores, vel minores, vel
A mediocres, prout eas magis vel minùs diu in ventriculo immorari volumus, formatur.

*Tempus utendi.* Quæ majori forma parantur pilulæ, ut ſunt capitales, tribus aut quatuor horis à leviori cœna, vel media nocte, vel poſt primum ſomnum aſſumuntur. Minores & leves, ut peſtilentiales, & alephanginæ, hora una, vel duabus ante cibum commodè exhiberi poſſunt. Medioceres verò matutinis horis in uſum veniunt.

*Doſis.* *Valor.* Modus tamen exhibitionis rarò drach-
B mam unam excedit, quæ communiter ſeplaſiariis à denariis ſex uſque ad octo noſtrates venditur. Quoniam autem ſemel, id eſt, non maſticatæ devorandæ ſunt, ob ingratum ſaporem tectorio aliquo indigent. Qua in re ſaccharo, aut cinnamomi pulvere, aut auri foliis utimur, quod longè eſt æquius quàm membrana prunorum & uvarum (quod nonnulli factitant) inducere. Durior enim ille cortex tam obſtinatè ſæpè pilulas tegit, ut ventriculo ne-
C gotium faceſſant, nec multis pòſt horis actionem exerant: interdum etiam integræ vomitu, aut ſeceſſu regerantur. Prunorum aut pomorum pulpa involvi tutò poſſunt, ut & pane azymo vino molliter perfuſo. Quidam facili negocio ex ovo ſorberi jubent.

*Uſus.* Horum ferè in capite purgando ſolennis eſt uſus. Quum enim materiæ vacuandæ longinquitas vulgaribus medicamentis non cedat, ea faciliùs pilulis, quàm alio quovis phar-
D maci genere, propinantur.

## DE COLLYRIIS.

### Cap. XLV.

*Collyria quæ.* Collyria Latinis medicamenta vocantur, quæ oculis admoventur. Græci κολλύρια vocant. Hæc verò duûm generum ſunt: quædam enim liquida ſunt, & privatim hodie à Medicis collyria nominantur; quædam
E verò arida, & Arabibus Sief, & Alcohol, dicuntur.

*Collyria liquida.* *Collyriorum compoſitio.* *Doſis.* Liquida fiunt ex aquis ſtillatitiis, ut roſarum, myrthi, plantaginis, portulacæ, caprifolii, &c. aut ex ſuccis herbarum fructuúmve repurgatis, quibus parum albuminis ovorum adjicitur: quorum gutta una aut altera oculorum angulis inſtillatur. Arida ex metallicis conficiuntur, herbis, floribus, fructibus, aliiſq; plantarum partibus tenuiſſimè tritis, ac liquore
F aliquo competenti, in pyramidis ferè, vel trochiſcorum formam redactis: quæ uſus tempore vel trita, ac in cote lævigata & in tenuiſſimum pollinem coacta, aliquo ſtillatitio liquore diſſoluta, inſtillantur: vel arida inſpirantur, aut intra palpebras ponuntur.

*Locus reponendi.* *Duratio.* Siccantur arida in umbra, & chartis involuta, pyxidibus reponuntur ad annum unum, vel duos.

*Uſus.* Utimur his in oculorum diverſis morbis, ulceribus, vulneribus, fiſtulis, ſuffuſionibus, & id genus aliis.

## DE APOPHLEGMATIſmis.

### CAP. XLVI.

*Apophlegmatiſmus quid.* APOPHLEGMATISMI Græcis ſunt medicamenta, quæ retenta in ore, & commanducata, per emiſſaria palati pituitam, & qui in capite concreverant, humores noxios eliciunt: vulgò maſticatoria vocant. *Apophlegmatiſmorũ compoſitio.* Fiunt ex ſinapi, hyſſopo, cortice, capparis, origano, thymo, pulegio, uva paſſa, maſtiche, radice acori, zingibere, pyrethro, pipere, uva taminea, & id genus aliis.

*Modus utendi.* HORUM uſus varius eſt: ut enim medicamenta in partes minutas conciſa commanducantur, dentibusque confringuntur: aut trita & contuſa ſucco *aliquo, vel liquore*, vel melle *excipiuntur*, & in manſiles paſtillos, ſive trochiſcos coguntur, & cum poſtulat uſus, unus præbetur mandendus. Aut medicamenta contuſa ſacculo è ſubtili linteo confecto induntur & commanducantur. Aut jus decoctorum medicamentorum diù in ore continetur.

CÆTERÙM oportet manducantem deorſum nuere, & ex intervallis, quò congeſtus humor effluat, hiare.

*Tempus utendi.* UTENDUM autem apophlegmatiſmis matutino tempore, & tum potiſſimum, cùm à reliquis excrementis corpus vacuum eſt.

*Uſus.* ADHIBENTUR hæc ad omnes capitis vetuſtos affectus, hebetudinem oculorum, auditus difficultatem, linguæ reſolutiones, puſtulasque omnes, quæ caput aut faciem occupaverint. Poſt illarum uſum aqua calida os abluendum erit, aut melicrato, aut ptiſanæ ſucco.

## DE NASALIIS.

### CAP. XLVII.

*Errhina quæ.* ERRHINA Græcis vocantur, quæ in oblongam, ac pyramidis formam coacta, naribus induntur: hodie vulgus Medicorum naſalia nominat. *Errhinorũ compoſitio.* Hæc autem filum ſibi, ut extrahi queant, alligatum habentia, ex medicamentorum huic inſtituto ſervientium ſpeciebus, liquore aliquo, aut adipe, & exigua cera exceptis, componuntur. *Sternutamentum.* Eſt & aliud errhinorum genus, quod ſiccum, naribus inditum, aut calamo inſpiratum, ſternutamentum vulgò dictum, ex pipere, pyrethro, nitro, nigella, caſtoreo vel elleboro albo, &c. confectum. *Tempus utendi.* His autem omnibus non utendum eſt, niſi poſtquàm corpus univerſum aut venæ ſectione, aut purgatorio medicamento fuerit evacuatum.

*Uſus.* USUS verò eſt in diuturnis capitis affectibus, præſertim epilepſia, oculorum hebetudinibus, narium obſtructionibus, odoratus difficultate, convulſione cynica, & morbo regio, &c.

## DE CONFECTIS.

### CAP. XLIIX.

*Confecta quæ.* CONFECTA vocantur materiæ ſaccharo ſicco obductæ, & ceu tectorio quodam veſtitæ. Obducuntur autem ſemina, fructus, fructuum cortices, aromata integra, vel in fruſta diſſecta, ut gulæ magis arrideant, & minori moleſtia aſſumi queant: alia enim nimis amara, aut acria ſunt, aut alioqui ſaporem nimis medicamentoſum habent, ideoque guſtum offendunt.

SEMINA (ut coriandrum, aniſum, fœniculum, carum, cuminum, ſemen agni, canabis, amomum, cardamomum, eruca, ſinapi, urticæ, cucurbitæ, cucumeris, melonis ſemina, papaveris albi ſemen, abſynthii marini, & ſemen contra lumbricos, quod vulgò ſanctum, quaſi xantonicum, & zedoariæ ſemen vocant, &c.) priusquàm conficiuntur, à ſordibus, pulveribus, feſtucis, lapillis, & pediculis cribrando, ventilando, & ſeligendo repurgantur.

FRUCTUS, ſub quibus modò etiam comprehendimus ſemina majora, (ut amygdalæ, avellanæ, piſtacia, ſtrobyli, nuclei perſicorum, prunorum, ceraſorum, bombacis, &c.) injecti ferventi aquæ, putaminibus ſuis exuuntur, & cum furfure parum fricando ſiccantur, priusquàm conficiuntur.

CORTICES item fructuum (ut citri, arantii, cucurbitæ) ut commodius conficiantur, priùs minutim in fruſta longiuſcula inſtar aromatum longorum ſecantur.

AROMATA ante confectionem ſeu (ut loquuntur) confectam, *in fruſta longiuſcula*, & tenuia ſinduntur atque conciduntur.

SACCHARUM coquitur ad debitam & quodammodo perfectam conſiſtentiam, id eſt, propemodum ut ad morſulos, & ad orbiculos, ut ſuperiùs dictum eſt.

MATERIA conficienda in æneum vas penſile duabus anſis ſuſpenſum inditur, & ſuper carbones hinc inde, antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum agitatur: nunc in orbem volvitur: nunc inſtar avenæ in vannis movetur, donec calefiat: calefactæ infunditur parum ſacchari cochleari ferreo, non procul ab extremitate uno foramine perforato, & continuò agitatur, donec ſiccetur ſaccharum: deinde aliud affunditur, ut *priùs, idque* tantiſper fit, dum *juſtam acquirat magnitudinem.* Superficies in pleriſque *lævis* eſt, niſi ſingulari artificio aſperior, ſeu (ut vulgo loquuntur) criſpa fit, videlicet ex alto ſaccharum fundendo.

SI materia conglobatur, vel ſaccharo confertim infuſo, *vel* negligenter moto, manu affricata diſſolvuntur nodi. In fine confecturæ exactè ſiccantur: deinde in locum calidum & ſiccum cribro impoſita reponuntur.

EST & alius quidam modus exaſperandi

confectu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0692-2
DFG

confecturas, non admodum neceſſarius, plus oſtentationis, quàm utilitatis habens, videlicet talis. Calefacto aheno infunditur parum ſacchari in medium, & cochleari hinc inde agitatur: ubi bullæ apparent, portio aliqua ſacchari jam confecti imponitur, & ſtrenuè deorſum ſurſumque movetur, ne fundo adhæreat: deinde impellitur ut decet, idque fit, quouſque ſatis exaſperata ſit: abſoluta hac portione, iterum calefiat, ut priùs, ahenum: idque tantiſper fiat, donec ſatis criſpum videbitur: mox alia portio ſumitur.

Quidam quæſtui magis, quàm utilitati ſervientes, primùm impuriore ſaccharo obducunt materias, & ſubinde aſpergunt amylum in tenuiſſimum pollinem tritum: tandem purius, & candidius ſaccharum addunt, ut exteriores cruſtæ elegantes & albæ appareant.

*Confecta quomodo coloranda.*

Tinguntur etiam confecta variis coloribus magis ad ſpectaculum quàm neceſſitatem aliquam.

Ad flavum colorem recipitur rhabarbari ſuccus, aut croci. Ad rubrum, ſandalum, præſilium, rubræ radix, lacca, grana tinctorum, flores amaranthi purpurei.

Ad viridem, ſuccus anethi, ſolani, rutæ. Ad cæruleum, flores frumenti, baccæ ſambuci. Ad nigrum, gallæ, mirobalani, ſuccus corticum juglandium. Hæ materiæ aceto, aut vino ſublimato diluuntur, &, ſi opus eſt, aliquid aluminis additur. Deinde confectis jam abſolutis, ſenſim in aheno calentibus aſpergitur. Quòd ſi voles varicolora reddere confecta, invicem modò hunc, modò illum colorem aſperge.

## DE GLANDIBUS,
### *ſive ſuppoſitoriis, globulis, & nodulis.*
### CAP. XLIX.

*Glandes quæ.*

Glandes penicilla ſunt, quæ ano ſubjiciuntur: Græcis βάλανοι, vulgò ſuppoſitoria dicuntur. Sunt autem glandes vel leves, vel mediocres, vel acres.

*Glandium compoſitio.*

Leves, in quotidiano ferè uſu familiares, quales ſunt, quæ ex betæ radice, melle peruncta, ſuillo adipe, ſale conſperſo, ficu inverſa, & butyro, adjecto ſale, farina hordei, aut tritici, aut ſiliginis, ex aqua in maſſam redacta, & modico ſale condita: aut ex ſapone albo: aut è vitello ovi, farina & ſale, & id genus aliis parantur. Mediocres ex melle ſolo, vel adjecto ſalis momento, vel pulvere aloës, vel hieræ pieræ ſimplicis, vel agarici ſimiliumque parantur. Acres verò & vehementiores ex melle quidem etiam fiunt, ſed validis medicamentis purgantibus additis, ſcammonio videlicet, colocynthide, euphorbio, iiſque ſimilibus concinnantur.

*Doſis ingredientium.*

Cùm autem omnis ferè generis glandibus mel accedat, ſciendum erit, illud ſic eſſe commiſcendum, ut pondere ſuo ſpeciebus reſpondeat. Quare danda opera, ut drachmæ uni ſpecierum & ſalis, uncia una mellis addatur. Neque dum componuntur glandes, ſunt admovendæ ſpecies, niſi poſtquam mel ſatis concretum fuerit, quòd aliàs vis illarum ignis vehementia diſſipetur. Mel autem lento igne in exiguo cacabo ad ſpiſſitudinem uſque incoquitur: mox in aſſerem conjectum in glandes, indicis aut digiti modo longas craſſaſque formatur.

*Tempus utendi.*

Dum autem glandes ſubjiciuntur, priùs oleo, butyro, aut alia pinguedine illitas eſſe oportet: ſic enim minori moleſtia induntur. Induntur autem ante cibum, una vel duabus horis.

*Uſus.*

Uſus autem harum eſt, non ſolùm cùm venter eſt adſtrictus, ſed etiam cùm ſanguinem emittere cogitamus, ne venæ putridam excrementorum colluviem ab inteſtinis attrahant: id quod noſtrates Medici parùm diligenter perpendunt.

*Deinde* cùm ægri clyſterum injectionem, ob virium imbecillitatem ferre nequeunt: nec non in febribus valdè ardentibus, cùm materia ad caput facile rapitur: adhæc in frigidis, ac ſoporiferis capitis affectibus conveniunt: nonnunquam adhibentur, cùm injecti clyſteres non ſatis tempeſtive redduntur, nam pruritum in muſculo adſtrictorio excitantes, recrementorum expulſionem promovent. Aliæ glandes ſubduntur, ut materiam noxiam à ſuperioribus revellant: aliæ, ut recrementa alvi ducant: aliæ, ut vermes necent: aliæ, ut hæmorrhoidas aperiant: aliæ, ut ulcera recti inteſtini abſtergant.

*Globuli.*

Cæterum globuli præſtant glandibus oblongis: quòd rotundum ani muſculum minùs laceſſant, irritent, & rodant: eoque minùs ſint dolorifici, ut qui non diu ei adhæreſcant, ſed penitùs delabantur digito indice impulſi. Fiunt autem in hunc modum ad excrementa educenda. Mellis concreti, aut maſſæ ex farina tritici, ſive hordei, ex aqua coactæ ſcrupuli duo: ſalis communis, aut foſſitii ſcrupulus unus: redigantur in globulum craſſitiei digitalis, aut pollicaris, qui ad Solem, aut fornacem ſiccetur: ita diù etiam per menſes aliquot aſſervari poteſt. Ubi uſus neceſſitas adfuerit, oleo, vel butyro intinges, ac in alvum ſic pleniſſimè demittes. Nunquam fruſtrari ſucceſſu utentes ſolent: eoque proficiſcentes peregrè, qui ſæpè in alvi adſtrictionem incidunt, hujuſmodi globulos circumferunt.

*Noduli.*

His accedunt, qui in Galliis noduli appellantur, fabæ figuram referentes, glandibus & globulis facultate pares: qui in hunc modum parantur. Vitellus ovi, ſalis communis ſcrupulus, probè permiſcentur, linteoloque



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0693-8

excepta, ligentur filo, cujus appendix aliqua relinquatur, ut extrahi poſſit.

*Cautio.* Cavendum tamen diligenter, ne glandes, globulos, nodulosque illis ſubjiciamus, qui ani affectibus laborant, ſanguinis ex venis in illo extantibus profluvio, quod hæmorrhois Græcis dicitur, aut fiſſuris, aut tuberculis dolorificis.

## DE SACCULIS.

### Cap. L.

*Sacculi.* Quæ veteribus arida dicebantur fomenta, hæc hodie medicamenta ſacculi nominantur: nihil enim aut parùm differre videtur. Componuntur ex herbis, floribus, radicibus, ſeminibus, & id genus aliis medicamentis. *Sacculorum compoſitio. Sacculi quibus partibus adhibeãtur.* Herbæ & radices conciduntur, aut leviter contunduntur, perinde atque ſemina. Adhibentur magna ex parte capiti, cordi, ventriculo, jecori, lieni, & utero. Ideoque & compoſitio, & forma eorundem juxta partis laborantis morbum, ſitum, & figuram variantur. Capiti enim, quod ad figuram attinet, qui admoventur, oblongi eſſe, aut tiaræ formam obtinere debent: qui ventriculo, ſcuti ferè effigiem referant: qui verò cordi, jecori, lieni & utero applicantur, hi partium quoque jam dictarum formam imitentur. Qui capiti & cordi imponuntur, ſerico: reliqui verò linteolo obducuntur. Sacculi autem ſemper acu tranſverſim miſſa conſuuntur, ne ſcilicet ea, ex quibus conſtant, in unam omnia partem labantur ac declinent. Utplurimùm etiam antequàm adhibentur, lapidi ab igne excalfacto imponuntur, ac vino, aut aceto irrigantur, ac ſubinde contracto calore partibus laborantibus admoventur.

## DE PESSIS.

### Cap. LI.

*Peſſus quid.* Pessus eſt lana pexa, & ad digiti formam rotunda, in qua medicaměta excipiuntur, ac genitalibus mulierum partibus induuntur. Latini peſſum vocant, barbari peſſarium, & naſalia.

*Peſſorũ differentia.* Horum autem generales differentiæ tres exiſtunt: alii ſiquidem emolliunt, alii adſtringunt, alii aperiunt.

*Peſſorum compoſitio.* Emollientes, ex cera, oleis, pinguedinibus anſeris, aut gallinæ, butyro ſalis experte, reſina, medulla cervina, fœno græco, & ſimilibus fiunt.

Aperientes verò parantur ex melle, arthemiſia, dictamno, braſſica, glycyrrhiza, ſucco rutæ porro, ſcammonio, & id genus aliis.

Adstringentes componuntur ex bolo armeno, ſanguine draconis, ſucco plantaginis, burſa paſtoris, ſtercore porcino, &c.

Hac autem ratione componuntur, ut ad ceræ, aut mellis cocti unciam unam, etiam medicamenti morbo accommodati, altera miſceatur. Cæterùm non ſemper lana excepta medica- A menta induntur, ſed nonnunquam aptis liquoribus gummiq; ac reſinis additis ad formam paulò ante dictam coguntur. Interdum etiam medicamenta ſubacta bombyce ſeu ſerico, aut linteo tenuiſſimo obducuntur, & utero ſubjiciuntur. Danda verò opera eſt, ut peſſi filum prælongum habeant alligatum, quò facilè, quando viſum fuerit, poſſint extrahi.

*Tempus utendi.* Subjiciuntur autem veſperi, & dum ſomni tempus appetit, & ſex aut ſeptem horis in B utero relinquuntur, ac ſubinde extrahuntur.

*Uſus.* Porrò emollientes uteri inflammationibus, exulcerationibus, averſionibus, & inflationibus accommodantur. Aperientibus verò utimur, cùm ſuppreſſos menſes evocare, aut uterum conniventem, aut compreſſum emendare conamur.

Adstringentes contrarium aperientibus uſum præbent: nam fluxum muliebrem cohibent, & apertum, laxúmve uterum con- C trahunt, prolapſumque reprimunt atque propulſant.

## DE ODORAMENTIS.

### Cap. LII.

*Odoramenta quæ.* Odoramenta ſunt medicamenta tam ſimplicia, quàm cõpoſita, quæ citra ignis acceſſionem ſuo odore cerebrum alterare, aut gravem odorem, aut peſtilentem auram depellere D poſſunt. Horum autem varius eſt uſus: interdum enim ſimplicia medicamenta naribus duntaxat admoventur: ſic nigella in aceto macerata, & ſubinde exiccata, linteolo tenui, aut ſerico inſerta adhiberi naribus ſolet. Nunc verò multa ſimul ſimplicia medicamenta miſcentur. Nonnunquam etiam ex iiſdem unguenta, aut orbiculi odorati (poma noſtri vocant) componuntur. Medicamenta verò, quæ ad compoſitiones odoramentorum adhibentur, ſunt moſchus, am- E bra, nigella, majorana, ſtyrax, caryoph ylli, ocymum, ſtacte, ſpica nardi, lavendula, lignum aloës, ladanum, roſæ, violæ, ſandali, nymphæa, caphura, & id genus alia.

In componendis autem orbiculis, poſtremum ambra & moſchus adjici debet.

## DE SUFFIMENTIS.

### Cap. LIII.

*Suffimenta quæ. Suffituum compoſitio.* F Suffimenta, quæ Græcis Thymiamata, noſtris ſuffumigationes dicuntur, ſunt medicamenta, quæ incenduntur, aut ignitis carbonibus injiciuntur. Fiunt aut ex rebus odoratis, ut moſcho, zibetto, belzoino, ambra, ſtyrace, *ladano*, thure, maſtiche, gallia, calamintha, *&c.* aut fœtidis, videlicet caſtoreo, galbano, *bdellio*, bitumine, lapide gagate, & *id* genus aliis. Odorata orbiculari forma, nunc majore, nunc minore, interdum glandes repræſentant, interdum aviculas, quæ vulgò cypria vocantur: aliàs paſtillorum,

ut

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0694-4

ut qui ex alipta, vel moſcho, vel *gallia* moſchata inſcribuntur: aliàs pulveris craſſi modo fiunt. Uſus horum incenſorum, ad odorem gratum conciliandum: item ad deſtillationes ex capite in ſubjectas partes, gravedines, obſtructiones, alios frigidos cerebri affectus, & peſtilentiæ contagia arcenda: tumque naribus admoventur. Conveniunt etiam aſthmaticis, & iis, quibus frigidorum ac craſſorum humorum copia
A thorax refertus eſt. Suppurationibus, tuſſi, laterumque doloribus. Nec non præſidio ſunt & reſolutis, & iis, qui ſyncope deficiunt, ſi roborantibus ſtomachum cataplaſmatis admiſceantur: item illis, qui ſe à morbo, præſertim febrili recolligunt: nec non ad frigidos jecoris & uteri affectus mirificè valent, ſicut etiam fœtida ad ſtrangulatum, & procidentiam illius efficacia ſunt.

*FINIS LIBRI PRIMI.*

# ANTIDOTARII GENERALIS LIBER II.

## *DE MEDICAMENTIS alterantibus qualitate manifeſta.*

### CAPUT I.

HACTENUS medicamentorum materiam expedivimus, ea nimirum, quæ medicinam facturis in promptu eſſe debent, ſeu ſimplicia ſint ea, ſeu varia Pharmacopolarum arte compo-
C ſita, quo quidem diſcrimine duobus ea libris videbantur eſſe tractanda. Cùm itaque pharmacopolium, quoad ejus fieri potuit, optimè jam ſit inſtructum, jam nihil aliud reſtare videtur, quàm ut ejus uſum Medicinæ Studioſis exponamus. Vires ergo medicamentorum hocce libro deſcribemus, at eas tamen in genere ſolummodò, quòd aliàs in noſtro videlicet Antidotario ſpeciali vires uniuscujusque medi-
D camenti, ſeu ſimplicis, ſeu compoſiti, ſigillatim edocuerimus.

QUONIAM verò ſedula Medicorum induſtria, nobis medicamentorum vires innotuerunt, & eæ quidem vel certo rationis adminiculo, vel fortuita ſolùm experientia: diſcrimen hoc quoque nobis meritò fuerit obſervandum, ne noſtram nobis hæc confuſio methodum interturbet. Quæ manifeſtis ergo qualitatibus ſuas in corpora noſtra vires exerunt, ea primùm, qua fieri poterit dexteritate, diſcu-
E tiemus: poſt ſi quid fuerit, quod de ſpecifica medicamentorum facultate dicendum eſſe videatur, Studioſis etiam id animo lubente communicabimus.

ITAQUE qualitates Medici manifeſtas appellant, quæ noſtris ſenſibus, maximè verò duobus hisce, guſtui nimirum & tactui, ſunt obviæ. Licèt enim vel viſu, vel odore medicamentorum vires aliquo fortaſſe modo per-
B cipiantur, id tamen judicium levius eſt, & magis infirmum, quàm ut certis regulis deſcribi poſſit: ſaporum verò diſcrimina certò quidem, quibus unumquodque viribus polleat, oſtendunt, non ea tamen hic inter medicamentorum vires reponenda ſunt. Non enim quicquam medicamenta ſaporibus agunt, ſed hos eis natura tribuit, ne quis eorum uſu facilè deciperetur: ſiquidem non quid edendo ſit, ſolum ſapore diſtinguimus, ſed quibus unumquodvis in corpus vel aſſumptum, vel admotum viribus agere poſſit, edocemur; nec quæ guſtamus, omnia devorantur, ſed ea vel abjicimus, vel iis aliter utimur, manu videlicet gulæ vices obeunte. Manifeſtas ergo medicamentorum vires exponemus, quas equidem omnes vel ad calorem, vel ad frigus, vel ad humectationem, vel ad exiccationem referre poſſis: tot ſiquidem qualitatibus efficiuntur omnia, quorum actio certis poſſit demonſtrari rationibus.

## *DE MEDICAMENtis temperatis.*

### CAP. II.

CUM medicamentorum vires ad quatuor genera modò retulerimus, ut omnia vel calore, vel frigore, vel humectando, vel exiccando ſuas exerant actiones, mirum fortaſſe videbitur aliquibus, quòd hic aliqua
E ſtatuamus eſſe medicamenta, quæ nec ad calorem, nec ad ullam aliarum qualitatum referantur: quo etiam nomine temperata vocantur, quòd vires adeò manifeſtas non habeant, ut meritò vel frigida, vel calida, vel ſicca, vel humida dici queant. Et certè non absq; ratione dubitari poſſit, an tale uſquam medicamentum inveniatur, in quo tanta ſit harum qualitatum temperies, ut non ex his aliqua cæteris ſit evidentior. Ne tamen ſubtiliùs hæc



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0695-9

inquirendo, cætera negligantur, quæ plus referant emolumenti, quæſtionem hanc aliis examinandam relinquemus, qui theoriæ magis ſunt addicti, quàm ut ad uſum aliquem ſuas dirigant diſputationes. Hoc nunc ſat eſto noviſſe, temperata vocari medicamenta, quæ (licèt aliqua forſan qualitate veram excedãt temperiem) non adeò vel calefaciunt, vel refrigerãt, vel exiccant aut humectant, ut jam aliquem in hisce gradum contingere poſſint. Quotidiana ſiquidem experientia notum eſt, hæc, ſi quibus adjiciantur medicamentis, eorum vires non immutare: ſunt enim ceu materia multarum compoſitionum, varias in ſeſe vires excipiens. Temperatis igitur in iis affectibus utimur, in quibus nulla primarum qualitatum manifeſta eſt intemperies, ut in viſcerum *obſtructionibus*, quæ medicamenta quidem *incidentia* dici poſſunt. Febris tamen metu calida reſpuunt. Fit etiam in febribus, maximè pituitoſis, ut mixtæ ſint intemperies, ex cauſa nimirum frigida & humida, effectuque calido & ſicco: quibus ut occurramus, medicamentis utimur, quæ nec calore febres augeant, nec frigore pituitam reddant crudiorem. Hinc ex hyſſopo, paſſulis, aceto cæteriſque ſimilibus (ſi fortè ſimplicia deſint) medicamenta componuntur, quæ primarum qualitatum reſpectu temperata quidem exiſtant, ſuas tamen nihilominus ita vires exerant, ut iis (nequaquam aucto febris calore) morbi cauſa præparetur optime, quò faciliùs educi queant.

Cæterum quòd contraria ſibi contrariis tolli, ſimilia verò ſui ſimilibus conſervari dicantur, hic primus eſſe videtur uſus temperatorum, ut iis temperata corporis conſtitutio, viriumque robur in ſuo vigore conſervetur. Quoniam verò non hæc medicamenta, ſed alimenta dici conſueverunt, aliò videbantur eſſe rejicienda, ne quid hic à noſtro propoſito alienum immiſceretur.

## DE MEDICAMENTIS *ordine primo calefacientibus.*

### Cap. III.

Tanta fuit veterum Medicorum ſedulitas, ut ad rectam medendi methodum, non ipſas ſolùm medicamentorum vires, ſed & earum gradus inveſtigarint: ut enim ad ſuam temperiem pars intemperie affecta reducatur, non omnia conferunt, quæcunque ſunt affectui contraria, ſed in hac contrarietate ſymmetriam obſervare convenit, ne vel imbecilliora ſint medicamenta, quàm ut contrariam tollant intemperiem, vel vehementiora ſint. Hac enim ratione contrarios equidem pellerent affectus, ſed ipſam in affecta parte ſuperarent intemperiem, ſicque priore malo majus fortaſſis induceretur. Gradus ergo medicamentorum diligenter obſervabun-

*Gal. de ſimplicium medicam. facultat. lib. 3. cap. 12.*

A tur, ne (quod Empyricis contingere ſolet) recta ratione poſthabita fortuitum atque adeò dubium in curationibus eventum naniſcamur. Quatuor itaque gradibus Medici quatuor primas medicamentorum qualitates diſtinxerunt, de quibus ordine ſeorſim agemus, ſumpto à calefacientibus exordio, quorum ea primo gradu continentur, quæ ſolo calore corpora noſtra leviter afficiunt, partibuſque vel natura frigidioribus, vel alio quovis modo frigefactis gratum mitemq; calorem inducũt, quo naturalis & imbecillis calor fovetur, vel amiſſus reſtituitur: ut enim corpus hyemali frigore rigidum tepido hypocauſtorum aëre, vel igne moderato refocillatur, ſic medicamenta, quæ prima calefacientium claſſe comprehenduntur, ſuaviſſimo calore corpora, quibus adhibentur, ad ſuam quæque temperiem reducunt, niſi forte graviores exiſtant affectus, quàm ut poſſint curari mitioribus. Hic itaque primus eſt moderati caloris effectus, ut frigida partis intemperies miti & temperato fotu corrigatur, atque adeò dolor ex intemperie natus hac ratione miteſcat. Licèt autem vis hæc cæteris quoque ſit medicamentis attributa, quæ magis hiſce calefaciunt, aut etiam refrigerant, ſiquidem ipſa adhibita contrarias tollunt intemperies: quæ tamen ſunt moderatum nacta calorem, præ cæteris anodyna vocantur, quòd non frigidis ſolùm, ſed calidis interdum competant affectibus. Humores enim partibus impactos, quæcunque modò comitetur intemperies, leni calore ſolvunt, ut vel ſudore, vel *inſenſili tranſpiratu diſcutiantur. Sunt hac etiam ratione hoc maximè digna nomine,* quod noſtro corpori ſint amiciſſima, utpote cujus calor quoque ſit temperatus. Non enim tanta eſt in ſanis humorum temperies, ut æquè calidi ſint & frigidi, ſed in eis calor excedit manifeſtiſſime, ut non frigore, ſed humido calore vivamus, vitaque noſtra conſervetur. Humidus verò calor tantus eſſe nequit, ut primum is ordinem tranſcendat. Quæ ſunt enim ſecundo gradu calida, (ut mox oſtendemus) ea jam humores aliquatenus abſumere poſſunt. Cùm ergo hæc medicamenta, quæ primo continentur ordine, noſtro calori juſta proportione reſpondeant, meritò certè præ cæteris anodyna vocantur: ſiquidem quæ vel calidiora ſunt, vel frigida, dolorem inferre poſſint, ſua nimirum virtute noſtrum excedentia calorem. Quòd hæc itaque moderato calore partibus frigidis grata ſint, & moleſtos humores liquefaciãt, ad dolores ſedandos aptiſſimè uſurpabantur. Hac eâdem vi laſſitudinem tollunt, & febres extrinſecùs admota diſcutiunt, quòd & cutis meatus aperiant, & humores leni calore præparatos, terraſque febrium fuligines educant. Cæterùm ſua quoque ſunt his incommoda, quæ Medici diligenter obſervabunt, ne majus medendo fortaſſe malum inferant. Uſu namque nimio non ea ſolùm, quæ nobis infeſta ſunt, liquant, ſed noſtras etiam ſubſtantias fundunt, ſpiritus, adeoque vires eis

*I. Effectus, in ſimplici intemperie.*

*II. Effectus, doloris ſedatio.*

*III. Effectus, ad febres & laſſitudines.*

inſitas

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0696-5

inſitas exolvunt, ut animi deliquia, morsque A nonnunquam ipſa ſequatur. Quod certè non in balneis ſolùm uſu venit, ſed multis etiam Medicis contingit, qui floribus meliloti, chamæmelo, lini ſemine, oleo, cæteriſq; ſimilibus viſcerum inflammationes ita maturare, vel diſcutere conantur, ut dicta nonnunquam inferant ſymptomata. Præter hos moderati caloris effectus, alii quoq; in quibusdam conſpiciuntur, quæ ſub eodem ſunt ordine: ſua ſiquidem eſt calori differentia, ut ex eis, quæ ſunt B æquè calida, viſceribus aliqua competant, aliqua verò ſint iiſdem minùs amica: quo fit, ut non omnia, quæ moderatè calefaciunt, in corpus IV. *Effectus.* aſſumantur. Quibus itaque moderatè calidis intrinſecùs utimur, ea viſcerum calorem fovent, eaque ratione concoctiones juvant, ut probus etiam generetur ſanguis, in ſuaque temperie conſervetur, & maximè quòd hujus quoque temperatus ſit calor. Sunt & aliæ moderati caloris vires, quæ poſt in ſecundis & tertiis medi- C camentorum qualitatibus reponuntur.

## *DE MEDICAMENTIS ſecundo, tertio & quarto gradu calefacientibus.*

### CAP. IV.

QUÆ verò magis hiſce calefaciunt, ut jam ſecundo calefacientium ordine conti- D neantur, alias à modò deſcriptis obtinent facultates. Horum enim calor non eſt uſqueadeò mitis, ut extrinſecùs appoſita dolorem æquè ſedent, atque ſi magis temperata forent, aut guſtum pariter oblectent, cùm calor hic jam à naturali corporis noſtri temperie receſſerit. Hinc ſi quibus pituita refertus ſit ventriculus, horum uſus eſt commodiſſimus, utpote quibus facultas inſit, ut calefacere poſſint, & exiccare. Obſtructiones hæc E quoque tollunt, cutiſque meatus aperiunt, alia tamen ratione, quàm primo calefacientia gradu: hæc ſiquidem nulla vi, ſed grato tepore liquant humores, cutimque laxant, cùm illa tamen ignea quodammodo facultate glutinoſos atque tenaces incidant humores, quos etiam vi majore diſcutiunt. At quæ tertium caloris gradum aſſequuntur, easdem cum modò dictis obtinent facultates, eo tamen diſcrimine, ut hæc tanto potentiùs agant, quanto ſunt illis F calidiora. Tantam enim & calefaciendi vim habent, & incidendi, ut febres excitent, & contumaces partibusque impactos humores incidant, ſudoremque copioſum educant: quo fit, ut omnia fermè venenis adverſentur.

SUMMUS autem caloris gradus eis attribuitur, quæ adeò calefaciunt, ut tactas corporis partes urant, in eisque puſtulas excitent, quo nomine ad ſinapiſmos iis & cauteria utimur, de quibus poſtea copioſiùs agetur.

## *DE MEDICAMENTIS refrigerantibus.*

### CAP. V.

QUATUOR etiam in medicamentis obſervantur frigoris gradus: quorum enim frigus eſt inter cætera læviſſimum, ad primum ea gradum referuntur. Quoniam verò calore fovemur & vivimus, ex refrigeran- B tibus certè nullum ſuapte natura nobis eſt amicum, ſiquidem innatum calorem minuunt, aut etiam extinguunt, prout ſua cuique fuerit frigiditas. Neceſſarius tamen etiam eſt refrigerantium uſus, non in alimentis ſolùm, ut grata cibis temperies concilietur: ſed iis quoque, ut medicamentis indigemus, ad frænandos viſcerum æſtus, ad febres & ſanguinis ardorem compeſcendum. Itaque ſi levis fuerit caloris intemperies, ea, quæ primo continen- C tur ordine, ſufficient, ut pueris & quibus ventriculus eſt imbecillior, ne frigidioribus fortè lædantur. Quibus verò firmius eſt viſcerum robur, aut ventriculus, aut hepar calidius, non ea modò ferent, quæ ſecundo refrigerant ordine, ſed iis etiam juvabuntur, quorum vis ad tertium uſque frigiditatis gradum extenditur, utpote quibus optimè bilis flava dometur. Ad calidos itaque tumores, phlegmonas nimirum & eryſipelata, refrigerantibus utemur, hac ob- D ſervata ratione, ut ſi levis ſit inflammatio, levia quoque uſurpentur: ſin ſit ea vehementior, ad ſecundum aut etiam tertium ordinem progrediamur; ſiquidem remedium (ut priùs etiam monuimus) effectui juſta proportione reſpondere debet. Porrò quòd æſtu nimio ſpiritus interdum nimis exagitentur, ut aut immodicæ ſequantur vigiliæ, aut animi deliquia, refrigerantibus hiſce ſymptomatis eſt ſuccurrendum. Frigus enim cutis meatus E denſat, humores incraſſat, & motum nimiumque ſudorem inhibet, quò nonnunquam ita diſperguntur ſpiritùs, ut viſcerum & maximè cordis vires exolvantur. Denique maxima refrigerantium eſt utilitas ad vehementiſſimos dolores, qui nec lenientibus, nec calidioribus ſedari poſſunt: hos enim mirando ſæpè ſucceſſu narcotica conſopiunt, ſuo nimirum frigore, quod tamen eſt, ut ad quartum gradum referatur.

## *DE MEDICAMENTIS humectantibus.*

### CAP. VI.

INTER humectantia vix tantum diſcrimen invenitur, ut duobus plures humiditatis gradus conſtitui debeant. Cùm enim omnia vel calefaciant, vel refrigerent, certè nec calor, nec frigus, ſiquidem extrema ſint, in humido conſiſtere poteſt. Hoc ipſum & ratione probatur, & experientia confirmatur. Calor

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0697-1
DFG

enim humidum paulatim abſumit, ut ſi vehementior ſit, ſubjectum ſiccius efficiat neceſſarió. Sed hæc Phyſicis diſcutienda relinquemus. Hoc unum ſatis eſſe poteſt, quód nullum inveniatur medicamentum, cui tanta inſit humiditas, ut hac ipſa quartum contingant ordinem. Paſſivas Philoſophi qualitates vocarunt humiditatem & ſiccitatem, quibus ſua tamen attribuitur operatio: leniunt enim, & lubricant, quorum vis humectandi primo continetur ordine, ut & tuſſim mitigent, & gutturis aſperitati conferant. Quæ veró potentiùs humectant, membrorum naturalium vires reddunt imbecilliores, & humorum acredinem obtundunt, ſanguinem etiam & ſpiritus efficiunt craſſiores: alvum quoque laxant, aliasque partes fluxui reddunt *magis idoneas.* Quód ſi & *hunc humoris* gradum tranſcendant, corpus pigrum, & torpidum efficiunt, & actiones omnes manifeſtè obtundunt: ſiquidem horum vis non in ipſa partium ſuperficie hæret, ſed in earum ſubſtantiam penetrat altiùs: quó fit, ut talia inducant ſymptomata, quæ purgatis etiam partibus altè fixa ſuperſunt: qualis eſt in ventriculo nauſea, in inteſtinis lienteria. Venenum eſt, & partes enecat, ſi quid hiſce magis humectet. Eſt enim ſua cuiq; parti ſiccitas: aliàs veluti liquida difflueret. Suas ergo vires amittunt, adeoque putreſcunt, quæ nimio diſſolvuntur humore.

### *DE MEDICAMENtis exiccantibus.*

### CAP. VII.

CONTRARIAS modó dictis obtinent facultates exiccantia. Cúm enim humiditas fluxiles reddat humores, certè quod ſiccat, hanc abſumens humiditatem, fluxum inhibet, parteſque lubricas exaſperat. Quæ veró magis exiccant, corpus & membra reddunt firmiora, ſiquidem ſiccitate conſiſtunt, ſuaſque hac ipſa functiones exercent, cúm nimio tamen humore langueſcant. Licèt autem exiccantia, partium robur contineant, ne affluente collabantur humore: ſuum tamen eis ineſt humidum, quod ſi vehementiùs exiccantibus abſumatur, nec foveri poſſunt ipſæ, nec ſuas exercere actiones, ſpiritus enim hoc humido reſtaurantur: quod ſi deficiat, naturales quoque vires excidunt. Quæ tertium ergo ſiccitatis ordinem contingunt, partes ſuo ſpoliant alimento, ut hac etiam ratione tabem inducant. Præter hoc humidum aliud quoque corporis humani partibus ineſt, quod humidum radicale vocant; hoc ſublato partes etiam interire neceſſe eſt, cúm in hoc calor innatus, atque adeó vita conſiſtat. Hoc nempe virus eſt eorum, quæ quarto exiccant ordine. Cenſet Galenus, ea, quæ ſummè ſiccant, urere neceſſarió: qui certè non ſiccitatis, ſed ſummi caloris eſt effectus, niſi forſan ea, quam mo- A dó protulimus, ratione dicantur urere, quód innatum partibus humorem abſumant. Sed ut hæc ſubtiliùs examinentur, non fert inſtituti noſtri ratio. Hæc ſunt, quæ de primis medicamentorum qualitatibus nobis in genere ſcribenda eſſe videbantur, & eó quidem breviùs, quód in aliarum qualitatum expoſitione ad primas perpetuó ſit recurrendum, utpote quarum effectus meritó dici poſſunt.

*ultimo cap. l.5 de ſimpl. medic. facultatibus.*

B

### *DE MEDICAMENtis emollientibus.*

### CAP. IIX.

EXPEDITIS ergo primis medicamentorum facultatibus, reliquum eſt, ut ad ſecundas progrediamur: quas ideó ſecundas Medici nuncuparunt, quód ex primis neceſſarió conſtituantur, ſiquidem pro varia ſimplicium qualitatum mixtione, varias quoque C neceſſe eſt oriri facultates, quas nunc etiam paucis exponemus, à mollientibus ſumentes exordium, ut & in his, quemadmodum in præcedentibus, caloris & frigoris gradus obſerventur. Quid ſit durum, quid item molle, noverunt plures, pauci tamen exprimere poſſunt. Durum itaque Philoſophi definierunt, quod tactui non cedit: molle veró contrarium, ut emolliens medicamentum ſit, quod induratam ſubſtantiam ad ſuam reducit tempe- D riem, non caloris quidem, ſed ipſius ſubſtantiæ, quæ preſſa recedere poſſit. Cum itaque, ut molle ſit quidpiam, duo requirantur, ut & prematur, & cedat humido & ſicco, temperatam oportet eſſe ſubſtantiam. Quod enim liquidum eſt, cedit equidem tactui, non autem premitur: ſiquidem quæ propriè premi dicuntur, quodammodó reſiſtunt. Aqua veró ne tantillum quidem ex ſeipſa reſiſtit, niſi vaſculis extrinſecùs contineatur. Hæc paucis præ- E ter inſtitutum (quód phyſica ſint) addere placuit, ut intelligerent Studioſi, quid Philoſophis premi dicatur, quid item tactui cedere. Quoniam veró quæ ſicca ſunt, tactui non cedunt, mollia quoque dici non poſſunt. Durum etiam appellatur, quod nimia repletione diſtenditur. Eſt & aliud, quod Medicis propriè durum dicitur à lento & craſſo humore progenitum: hic enim calor deſtitutus, in corporis partibus, in quas influxerit, ſponte ob- F dureſcit. Emolliens ergo totidem quoque modis diſtinguere licet, ut quæ ſicca ſunt, humectantibus, quæ diſtenta ſunt, diſcutientibus, & quæ frigore concreverunt, colliquantibus emolliantur. Ex hiſce veró ſolum id propriè dicitur emollire, quod moderato calore duriorem ſubſtantiam ad mediocrem conſiſtentiam reſolvit. Hic enim diſcrimen diligenter obſervandum eſt inter ea, quę Medicis concreta, & Phyſicis congelata vocantur: ea namq; congelari dicuntur, quæ liquida cúm ſint, intenſo frigore coaleſcunt, quod in humano corpore

acqua-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0698-7

nequaquam contingit, ſed ea Medici volunt A indureſcere, quæ non liquida, ſed conſiſtentia ſunt mediocri: quo fit, ut levi frigore obdureſcant. Non igitur quemadmodum glacies ſolo calore liqueſcunt, quæ propriè nobis indurata vocantur, ſed cum præter frigus ipſa quoque ſiccitas & humorum craſſities in cauſâ ſit, ut hæc indurentur, humida ſint oportet, quæ dici debens emollientia: licet enim ex emollientibus aliqua ſint in ſecundo vel etiam tertio gradu ſicca, B qua tamen ratione malactica ſunt, (ut probè annotavit Hollerius) humido calidoque elemento temperari neceſſe eſt. Non enim ſiccitatis eſt, ejus maximè, quæ ſecundum ſuperat ordinem, emollire, ſiquidem ea quæ dura ſunt, magis indureſcant. Fit tamen interdum,

*Emollientiũ uſus.* ut in ſcirrhoſis tumoribus (in quibus emollientibus maximè utimur) varia conſpiciantur ſymptomata, ut cùm ſimplex durities non ſit,

*Reg. I.* non una quoque ſit emollientium ratio. Nam C ſi tumor aquea imbutus ſit humiditate, ſicciora competunt, non equidem emolliendo tumori, ſed ut aquam inutilem abſumant. Con-

*II.* tingit etiam interdum, ut humor temperandus contumacior exiſtat, quàm ut domari poſſit levioribus, quo nomine vehementiora quoque conveniunt, quàm quæ calore ſunt temperato. Hinc certis etiam gradibus emollientia diſtinguuntur, quibus tamen omnibus ſua reſtat temperies: licet enim aliqua magis ca- D lida ſint aut ſicca, quàm ut temperata dicantur, ejus tamen affectus ratione, cui adhibentur, temperata ſunt, quod in his & aliis medicamentorum generibus diligenter eſt obſervandum, ne generales regulas quiſquam exiſtimet ideò falſas eſſe, quòd ab eis interdum recedere videamur, cùm hic verus tamen ſit regularum uſus, ut variis affectuum ſymptomatis certa ratione adaptentur, quo nomine non minùs judicio indigent Medici, quàm E prudentia Judices ἐπιεικείᾳ jus temperaturi.

*Ut dignoſcătur emollientia.* Cùm ſint ergo emollientia humido calidoque temperata, guſtu, vel tactu facilè dignoſcentur, ſiquidem ſapore ſunt dulcibus proxima, ſed ſubſtantia pingui & oleaginoſa, ut nec acria ſint guſtu, nec auſtera, nec acida, nec ſalſa, nec alium referant ſaporem, quo vel adſtrictio, vel vehemens aut frigus aut ca-

*III.* lor denotetur. Tactu quoque nulla percipitur aſperitas, nec glutinis inſtar digitis adhærent, F cùm partes emolliendas penetrare debeant emollientia, cujus etiam nomine mollientibus incidentia ſæpenumerò adjiciuntur. Sunt & alia, quæ in emollientium uſu diligenter ſunt obſervanda, ſed ad particularem tumorum curam ea rejiciuntur. Hic ea docuiſſe ſat eſt, quæ ad emollientia dignoſcenda, eorumque naturam & uſum intelligendum in genere videbantur eſſe tractanda.

## *DE MEDICAMENTIS INDURANTIBUS.*

### CAP. IX.

GALENUS libro 5. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, capite decimo, indurantia ſtatuit frigida & humida eſſe. Frigida quidem ſunt neceſſariò, quòd ſint emollientibus contraria. Cum autem humida dixerimus eſſe emollientia, certe ſic- B ca decet eſſe indurantia. Quæſtio ſane digna hæc eſt, quæ probè diſcutiatur, utpotè cùm ſit jucundiſſima. Nos verò ne quicquam in Galenum ſtatuiſſe videamur, & quòd hæc non ſint nobis ex inſtituto tractanda copioſiùs, aliquid ſaltem proferemus, judicium aliis relicturi. Cùm ſuprà de humectantibus ageremus, nihil de hac facultate dictum à nobis eſt, quòd nimirum indurent humectantia. Certè non minùs abſurdum hoc C eſſe videtur, quàm ſi quis calida refrigerare dicat. Hoc in confeſſo eſt, indurantia ab exiccantibus eſſe diverſa. Exiſtimat ergo Galenus, quæ frigida ſunt & ſicca, indurare quidem; at non propriè, ſiquidem congelatione potiùs, quàm evacuatione durum efficitur corpus. Duo ponit Galenus, quæ ſiccitatem conſequuntur, evacuationem & ſiccitatem, quæ judicat indurantibus non eſſe tribuenda. Quæritur itaque, an quæ ſiccant, evacuare neceſſe ſit? D Non exiſtimavero: fieri ſiquidem poteſt, ut ſiccis aliquid æquè ac humidis repleatur. An verò ſiccitas nullum in hiſce indurantibus locum habeat, dubitari meritò poteſt: diximus enim priùs, in humano corpore diverſam eſſe ab externa glacie humorum concretionem, nec liquida eſſe, quæ indurantur, ſed conſiſtentia mediocri. Detur ſane, nil hic ſiccitate opus eſſe. Quæ congelantur, humida ſunt neceſſariò: non igitur ſicca ſunt, ſed humida, E quæ congelant. Aliter certe philoſophandum eſt veritatem inveſtigaturis. Humiditas enim ei quod patitur, non ei quod agit, eſt adſcribenda, & frigus quò fuerit intenſius, eo magis quoque congelat. Extremas autem qualitates in humido conſiſtere non poſſe, noverunt, qui cauſam intelligunt, cur ſiccitas non aquæ, vel aëri, ſed terræ & igni ſit à Phyſicis attributa. Cùm itaque congelatorum ſit humiditas, non congelantium, & humiditas non con- F gelet, ſed congeletur, mirum non abſque ratione videbitur, quòd Galenus congelantia velit eſſe humida. Si frigus humidum eſſet, ſeipſum profectò congelaret. Sed de hiſce ſatis: glacies pluvioſa tempeſtate quæratur, ſi humidum debeat eſſe, quod aquam eſt congelaturum. At neque ſiccum eſſe poteſt, quod congelat, (inquit Galenus:) aliàs exiccaret evacuando. Nihil certè minùs: ſi namque frigus ſiccitati jungatur, poros omninò contrahit, ne diſſipari poſſit humiditas: quo fit, ut ad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0699-5
DFG

diſcutiendos tumores nemo ſiccis & frigidis utatur, ſed calidis, interdum etiam humidioribus. Quòd verò ſæpe fiat, ut conſtrictis partibus humiditas aliquando extorqueatur, quod hyemali tempore crebrò contingit, non eſt id ſiccitati, ſed frigori tribuendum. Hæc in medium protulimus, non ut in Galenum quicquam concluderetur, ſed ut cauſam intelligerent Studioſi, cur de indurantibus, an humida eſſe debeant, aut ſicca, nihil certi pronunciemus. Facilè tamen ex hiſce, qui volet, colligere poterit, quid veritati ſit magis conſentaneum. Siquidem inter exiccantia, incraſſantia, indurantia & congelantia diſcrimen eſt obſervandum, quod nunc paucis exponemus. Exiccari dicuntur, quorum abſorbetur aut exprimitur humiditas. Hoc maximè fit ope *caloris*, *ſuctu*, *ſpongiis* aut hiſce ſimilibus, quibus humectatæ partes exiccantur. Incraſſari verò ſtatuimus ea, quæ ſicciora quidem fiunt, at non abſumpta, vel expreſſa humiditate, ſed ſiccioribus immixta, quo modo ſyrupi pulveribus, conſervis, & ſimilibus in electuaria incraſſantur. At quæ congelantur, ea nec expreſſa humiditate ſiceſcunt, nec admixtis ſiccioribus incraſſeſcunt, ſed ingenti frigore contrahuntur. Ab hiſce diverſum eſt quod propriè Medicis indurari dicitur: partes enim humani corporis intumeſcunt & indurantur, non cùm extremo frigore obrigeſcunt, nec cùm ſua deſtituuntur humiditate, nec cùm admixtis ſiccioribus incraſſantur, ſed cùm pituitoſis humoribus, aut ſanguine melancholico replentur, qui ſanguis vel pituita frigore non congelantur quidem verè, ſed concreſcunt modo Medicis notiori, quàm Phyſicis. Ut igitur indurantium naturam intelligas, non id ſolùm quod agit, ſed id etiam, quod actionem ſuſcipit, eſt obſervandum. Hoc enim idoneum decet eſſe, ut externo frigore poſſit indurari: ſiquidem ſerum etſi frigore congelari, nunquam tamen indurari poterit. Non igitur humiditas, ſed quædam humorum craſſities & ſiccitas facit, ut indurari poſſint, quo nomine ſiccitatem & frigiditatem indurationis cauſas conſtituere licebit, & maximè quòd humiditas ſuapte natura nec incraſſet, nec induret quicquam.

*De indurantium uſu.* De indurantium uſu nihil eſt fermè quod ſcribam, ſiquidem tollenda potiùs eſt à corpore durities, quàm ei ſit inducenda. Quòd autem Galenus inter indurantia portulacam numeret, pſyllium, ſempervivum & cætera, videtur ex ejus ſententia indurantibus utendum eſſe ad refrænandam humorum in tumoribus caliditatem, & tenuis ſanguinis influxum inhibendum: aliàs incraſſandi ſunt humores potiùs, quàm indurandi, quod ſæpè fit in ſubtilibus & acribus in thoracem defluxionibus, de quibus infrà copioſiùs. *Dignotio.* Dignoſcentur autem indurantia ſapore, qui nec calorem denotet, nec linguam vel mordicet, vel contra-

A hat: cùm enim frigida eſſe oporteat, certè nec ſalſa ſunt, nec acria, nec amara, nec dulcia: cumque ut quidpiam induretur, (quod à Galeno probè annotatum eſt) nulla fieri debeat evacuatio, nulla quoque opus eſt adſtrictione: quo fit, ut nec acerba ſint indurantia, nec auſtera: fortè nec acida fuerint, ſiquidem attenuantia eſſe non debent. Mixtus ergo ſapor eſt indurantium, niſi quis inſipida vocare velit.

B

## *DE TENDENTIBUS & laxantibus.*

### CAP. X.

Tenduntur membra varias ob cauſas, ut totidem quoq; modis laxari poſſint: aliquando namq; ſiccitate nimia, frigore nonnunquam, vel repletione, vel ſcirrho contrahuntur, aut junctis horum aliquibus. C

Cùm itaque laxantia vel ad humectantia referri poſſint, ex Galeni ſententia, vel ad calefacientia, vel ad mollientia, vel ad evacuantia, non opus eſſe videbatur, ut eis proprium caput attribueretur, atque ſi propria quædam eorum vis eſſet, de qua ſeparatim tractaretur. Etſi verò de laxantibus aliàs egimus, in primis nimirum medicamentorum qualitatibus, cùm calefacientium & humectantium vi- D res exponeremus, in ſecundis etiam, ubi naturam emollientium deſcripſimus: hoc tamen *loco laxantia nobis ſunt diligentiùs expendenda: cùm laxantium nomine non humectantia, vel calefacientia, vel mollientia,* vel evacuantia intelligantur; (hæc namque propriis denotantur nominibus) ſed quæ junctis viribus & humectant & calefaciunt: quam ob cauſam inter ſecundas medicamentorum facultates numerantur.

E Distinguenda ſunt igitur, quæ propriè laxantia dicuntur, ab emollientibus & evacuantibus. De his ſuo loco, & maximè cùm diſcutientia tractabimus. Cùm itaque laxantia cum emollientibus in eo conveniant, quòd utriſque facultas inſit & calefaciendi, & humectandi, ſæpenumerò confunduntur, ut interea diſcrimen poſſit difficulter inveſtigari. Laxitas & tenſio partibus adſcribuntur mobilibus, ut ligamentis, membranis, muſcu- F lis & ſimilibus: mollities autem & duritas propriè rebus competunt, quæ digitis palpari poſſunt. Hæc in fidibus & cera facile dignoſcentur: molleſcit enim cera, fides verò laxari dicuntur. Diſcrimen hoc à partibus ſumptum, veram differentiam non conſtituit. Hac enim ratione unum & idem varios edere poteſt effectus. Quæ laxant ergo, minùs calida eſſe videntur, minuſque ſicca, quàm quæ molliunt. Hæc enim ſuo calore magis, illa verò humiditate magis operantur.

*Uſus.* Præcipuus eſt laxantium uſus in convulſioni-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0700-2
DFG

vulſionibus, quas & frigus inducit & ſiccitas, quamvis & ab aliis cauſis orta convulſio laxantibus interdum curetur.

*Dignotio.* CÆTERUM iisdem, quibus emollientia facilè dignoſcentur, ut ampliùs deſcribenda non ſint.

## DE RAREFACIENTIBUS & *denſantibus.*

### CAP. XI.

LAXANTIBUS proxima ſunt rarefacientia, quæ cutis meatus reſerant ac dilatant: id tamen diſcriminis eſſe videtur, quòd hæc minùs humida ſint, & tenuium partium: infarctos enim cutis meatibus humores ſecant, & diſſolvunt, atq; adeò poros reddunt ampliores. Hæc quidem calida ſunt: tantus tamen calor non eſt, ut materiam vel attrahant, vel diſcutiant, quod ſuo loco patebit evidentiùs.

CÆTERUM quòd calida ſint rarefacientia, frigida ſunt hiſce contraria, quæ nimirum cutis meatus ligant, & continent. Hæc humida eſſe ſtatuit Galenus, ut eadem ſint cum indurantibus, quæ priùs oſtendit humida eſſe & frigida. Diſcrimen ex Galeni ſententia, qui volet, exponat. Eadem certè propoſuit indurantium exempla, quæ condenſantium, ut nec in his, nec in eorum deſcriptione, ulla conſpiciatur differentia. Quòd ſi eadem ſint condenſantia & indurantia, eadem quoque eſſe oportebit, quæ molliunt, & quæ rarefaciunt. Quia verò non fert inſtituti noſtri ratio, ut ſubtiliùs hæc & copioſiùs exponamus, non morabimur in hiſce diutiùs, ſed ea vel aliàs tractabimus, vel aliis tractanda committemus.

NON equidem dubium eſt, quin ea, quæ refrigerant, ſimul & adſtringunt, ipſos quoq; cutis meatus condenſent: talia tamen non vult eſſe Galenus, ideò fortaſſis, ut rarefacientibus, ora vaſorum aperientibus, & diſcutientibus ſua poſſit attribuere contraria. Nam ſi condenſantia craſſarum partium eſſe ſtatuiſſet, eadem quoque ora vaſorum aperientibus fuiſſent opponenda. Sed hæc ſequenti capite docebuntur apertiùs, ut diſcrimen inter rarefacientia & ora vaſorum aperientia intelligatur.

*Uſus.* RAREFACIENTIBUS autem utimur, ut ex modò deſcriptis colligere licet, ad cutis meatus aperiendos & dilatandos, ut vapores, aut fuligines ex concalfacto ſanguine difflari poſſint: quo nomine veteribus in more poſitum erat, ut ſeipſos exercitaturi priùs inungerent, ne concluſi vapores vel febres excitarent, vel aliud viſceribus damnum inferrent. Hac eadem ratione rarefacientia proſunt ad mitigandos dolores: dilatatis enim cutis meatibus, materia dolorem movens faciliùs expellitur.

VENIT & aliud in mentem, quò poſſit & alia reddi ratio, cur rarefacientia leniendis doloribus competant. Notum hoc eſt experientiâ, cutem, ſi vel nimia ſiccitate corrugetur, vel ſit nimio rigida frigore, ubi leviter attingitur, dolere plurimum. Hinc fit, ut in tumoribus non ipſa ſolummodò humorum copia dolorem moveat, ſed cutis durities & tenſio. Quare cum laxent etiam, & emolliant rarefacientia, dolores his quoque mitigant operationibus, niſi vires unius ejuſdemque medicamenti diſtinguere præſtet, ut alia ſit qua laxat, alia qua mollit, alia qua rarefacit.

*Denſantium uſus.* PORRÒ ſua quoque denſantibus eſt utilitas, ut nimirum cutis firmior reddatur atque robuſtior, tum ad evitandam externorum injuriam, tum ad nimium ſudorem, vel ſpirituum diſſolutionem inhibendam, quo nomine veteres à balneo frigida inſpergebantur, ut ea ratione membra, quæ calida lotione languidiora eſſent, confirmarentur.

*Dignotio.* QUÒD autem rarefacientia eadem fermè ſint cum laxantibus & emollientibus, iisdem quoque dignoſcuntur qualitatibus, ſapore nimirum calorem moderatum denotante: quemadmodum denſantia quoque, cum contraria ſint his, frigiditate pollent, non uſque adeò vehementi. Quæ linguam ergo vel mordaci vellicant, vel adſtringenti ſapore contrahunt, ex Galeni ſententia nequaquam inter denſantia numerabuntur.

## DE MEDICAMENTIS *ora vaſorum aperientibus.*

### CAP. XII.

CUM Galenus eodem capite, quo de rarefacientibus egit, hæc quoque medicamenta diſcuſſerit, quæ ora vaſorum aperiunt, ideò de his hoc capite nobis agendum eſſe videbatur, licet hæc ad tergentium claſſem referre conſtituiſſemus: quod fortaſſis etiam fuiſſet multò conſultius, ut facilè conjicere poterit, qui horum naturam diligentiùs examinaverit. Hæc itaque cenſet Galenus calida quidem eſſe, craſſarum tamen partium, & mordacia. Mirum certè videri poſſit, quòd aperientibus ſubſtantiæ craſſities attribuatur, qua quidem obſtruere potiùs, quàm aperire poſſe videntur. Sciendum eſt igitur, hæc non eadem eſſe cum obſtructiones tollentibus: ſiquidem obſtructiones incidentia poſcunt, quibus non partium craſſities, ſed ſubſtantiæ tenuitas ineſt, ut faciliùs penetrare poſſint: quæ verò vaſorum oſcula dicuntur aperire, non ſubtilia, ſed craſſa ſunt, ut non penetrent ſolùm, ſed meatus, per quos tranſeunt, potentiores reddant. Hinc eis Galenus probe præter calorem, & partium craſſitiem, & acredinem attribuit, & mordacitatem: ut calor acris exiſtens vel ad incidendum & penetrandum eſſet efficax: ſubſtantia verò

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0701-8

mordax non obſtrueret, ſed exederet ora vaſorum, aut etiam corraderet.

Hisce contrariis Galenus etiam partium craſſitiem adſcribit, ſed quæ ſit mordacitatis expers. Stegnotica Græcis dicuntur: occludentia vocare licebit, quòd vaſorum oſcula coarctent. Frigida certè ſunt omnia, quemadmodum & ea, quæ cutis meatus condenſant: ſed vis etiam eis ineſt, qua vaſorum oſcula conſtringere poſſint. Cutis enim levioribus facilè contrahitur, cùm vaſcula non, niſi vehementer conſtringentibus, occludi poſſint. Hinc condenſantia ſtatuit Galenus humida eſſe, quòd talia tantam adſtringendi vim non habeant, atque ſi ſicca ſimul eſſent & ſubſtantia craſſiori. Cæterum ut hæc ab obſtruentibus aut emplaſticis differant, *ſuo loco* demonſtrabimus.

*Uſus.* Aperientium uſus ex vaſculorum uſu facilè colligitur. Cùm hæc enim ſanguinem contineant, qui vel copia, vel pravitate nocet interdum, hiſce malis ſuccurrendum eſt aperientibus, & maximè ad reſerendas hæmorrhoidas. An verò movendis menſibus ea competant, ſuo tempore docebitur. Hiſce contraria contrarios etiam produnt effectus: ſiquidem hæmorrhoidas, aliosque ſanguinis fluxus inhibent. Hæc Galeno ſenſiles cohibent excretiones. Quòd ſi ſudorem intellexerit, non exiſtimaverim eſſe fatendum: licèt enim hæc ſudorem quoque cohibeant, contraria tamen non ſunt, ipſo etiam Galeno atteſtante, ſudorem promoventibus.

*Dignotio.* Aperientia ſapore jam aliquotiès expoſito facilè dignoſcentur: cùm etiam acria ſint & mordacia, linguam pungunt, & corradunt. Occludentia verò, quòd frigida ſint, & adſtringant ſine mordacitate, linguam equidem coarctant, non autem vellicant, aut exedunt.

## *DE ATTENUANTIbus medicamentis.*

### *Cap. XIII.*

Aperientibus proxima ſunt attenuantia, quibus facultas ineſt ad ſolvendas viſcerum obſtructiones. Obſtruuntur autem craſſis & viſcoſis humoribus: quo fit, ut hæc medicamenta tenui debeant eſſe ſubſtantia. Num verò calida ſint omnia, dubitari meritò poteſt, quòd frigida etiam inveniantur, quæ glutinoſos humores incidunt, & obſtructiones liberant: ut acetum, cichorium, & ſimilia. Neceſſaria quidem eſt partium tenuitas, aliud tamen eſt, quod incidere poſſit: ſiquidem Medicis ſubſtantiæ nomine non ipſa facultas, ſed ejus ſubjectum intelligitur, quod patitur potiùs quàm ut agat quidpiam, quo nomine ſiccitatem & humiditatem paſſivas Philoſophi qualitates appellarunt. Itaque vel frigori, vel calori vis hæc eſt adſcribenda, cumque frigus partes conſtringat potiùs,

A quàm dividat, non immeritò fortaſſis attenuantia neceſſariò calida eſſe ſtatuentur. Quòd ſi quis frigida quæpiam opponat, quibus ſua quoque vis inſit attenuandi, non omninò caloris expertia ſtatuemus eſſe: quin quanta fuerit attenuandi vis, tantum quoque caliditatis gradum aſſequantur.

*Uſus.* Quòd in humano corpore varios affectus inferant obſtructiones, varia quoque eſt & multiplex attenuantium utilitas, ad expurgandum B pituita thoracem, movendos menſes, & viſcerum ductus expediendos.

*Tempus utendi.* Non prius autem utendum eſſe attenuantibus, quàm ventriculus, & inteſtina pravis expurgata ſint humoribus, ne attenuantium uſu in venas rapiantur, atque adeò vel viſcera magis obſtruant, vel febres excitent, aut graviores efficiant.

*Dignotio.* Sapore quidem acria ſunt hæc & amara, linguam tamen diſſolvunt potiùs, quàm conC trahant, cùm tenuium ſint partium, & adſtrictionis expertia.

## *DE MEDICAMENtis attrahentibus.*

### *Cap. XIV.*

Varia eſt attrahentium natura. Quædam enim manifeſta, quædam occulta qualitate, vel ſpicula, vel humores attrahunt. D De occultis rerum proprietatibus aliàs: nunc ea nobis examinanda ſunt, quorum attractio certa ratione comprobatur. Manifeſtis ergo *qualitatibus attrahentia, calida ſunt, partiumque tenuium. Ipſo quidem calore fit* attractio, ſubſtantiæ tamen tenuitas ideò requiritur, ut humores ex alto avocentur, quo nomine attrahentium vis in intima uſque penetrare debet. Quæ verò craſſarum ſunt partium, in altum ferri nequeunt, & poros conE trahentia repellunt potius, quàm attrahunt.

*Uſus.* Varius eſt & multiplex uſus attrahentium, ut nimirum viſcera pravis humoribus exonerentur: his enim medicamentis forinſecùs admotis, materia peccans ab interno corpore ad ſuperficiem attrahitur. Eadem ratione critici naturæ conatus adjuvantur, cùm abſceſſibus adhibentur attrahentia. Ad extrahendum è corpore virus probata eſt horum medicamentorum utilitas. Curantur his quoque partes F perfrigeratæ, non ea ſolùm, qua ſuo contactu calefaciunt ratione, ſed quòd ſpiritus, quibus vita calorque fovetur, attrahant: quo certè modo tabidas, ac veluti ſyderatas partes reficiunt, non calore ſolùm, ſed attracto, quo foveantur, alimento. Sunt & alii attrahentium effectus, qui tamen ad hos referri poſſint.

*Dignotio.* Dignoſcuntur attrahentia iiſdem ferè, quibus attenuantia: ſiquidem utriſque partium tenuitas ineſt, & calor non mediocris, ut ſecundùm magis & minus ſolùm differre videantur. Fortè tamen & hoc diſcrimen fuerit evidentius, ut

partium

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0702-3 DFG

partium tenuitas attenuantibus, calor verò magis proprius ſit attrahentibus. Calor itaque non guſtu ſolo, ſed ipſo quoque tactu manifeſtus attrahentia prodit.

## DE DISCUTIENTIBUS.

### CAP. XV.

DUPLICIA Practici reſolventia conſtituerunt: alia leviora, quæ rarefacientia, vel ἀραιωτικὰ nominarunt, de quibus ſuprà egimus: alia vero fortiora, quæ διαφορητικὰ, propriè diſcutientia nuncuparunt: de his hoc capite ſumus acturi.

DISCUTIENTIBUS natura eſt cum attrahentibus adeò affinis, ut diſcutientia nulla ſint, quin eadem attrahere poſſint, & vix ullum attrahens inveniatur, quin idipſum quodammodo quoque diſcutiat. Hæc verò differentia ſtatui poterit, ut quæ diſcutiunt, calidiora ſint attrahentibus. Non eſt igitur, ut de diſcutientium natura quicquam ſcribamus amplius, cùm ex ſupraſcriptis facilè colligi poſſit. *Uſus.* Uſus autem vel ipſo nomine ſatis patet, ſiquidem quos nimia repletio morbos parit, eos curat evacuatio. Cæterum nec ſanguis, nec humores craſſi diſcutiuntur: ſanguinis enim copia venarum ſectione, craſſi verò humores purgationibus educuntur. Sudoribus ergo, vel inſenſili tranſpiratione, vel ſeroſa humiditas, vel fuligo, tetrique vapores diſcutiuntur. Hinc hydropicorum aquas exhauriunt, podagricis & iſchiadicis opitulantur, phlegmonas curant, aliosque humores minuunt. Quia verò, niſi recta methodo diſcutientibus utamur, nocent ſæpenumerò plurimùm, non eſt temere quidvis magna vi diſcutiendum.

TUMORES enim diſcutientibus interdum indurantur adeò, ut poſt curari nequeant, dum quod in eis tenue eſt, diſſiatur, remanet autem, quod durum eſt. Hinc variè Practici diſcutientibus utuntur, ea nonnunquam repellentibus, aliquando jungentes emollientibus, pro variis tumorum affectibus. Quæ verò ſint in diſcutientium uſu medicinam facturis obſervanda, non eſt ut hoc loco doceamus, ne propoſiti noſtri limites transgrediamur. Fit etiam, ut diſcutientibus graviſſima nonnunquam inferantur ſymptomata, cùm videlicet vel materia non cedit, vel in partes nobiliores propellitur, vel plus aliunde attrahitur, quàm diſcutiatur. Ad hæc evitanda ſuas habent Medici regulas, ut vel præcedant purgationes, vel materia concoquatur & attenuetur, de quibus non eſt hoc loco tractandum copioſiùs.

Ex his autem facilè colligitur, quo ſit morbi tempore diſcutientibus utendum, in declinatione nimirum. Quamvis enim iis in phlegmones augmento & ſtatu nonnunquam utamur, tum tamen non pura, ſed eis immixta ſunt repellentia pro curationis ſcopo.

*Dignotio.* DIGNOSCUNTUR diſcutientia, quem- A admodum & attrahentia, ſapore, qui linguam adurat, acri videlicet, utpote cùm & tenuium partium ſint, & calidiſſima. Nullus hic eſt adſtrictioni locus: quo fit, ut ea linguam quoque non contrahant.

## DE REPELLENTIBUS.

### CAP. XVI.

TRIBUS modò deſcriptis medicamentorum generibus, ſunt, qui repellentia ſo- B lùm opponant. Cùm enim una fere ſit omnibus natura, unum quoque videtur eis opponi poſſe contrarium, quod & frigidum ſit, & craſſarum partium: ſiquidem & calida ſunt, & tenuis ſubſtantiæ, quæ attenuant, quæ attrahunt, & quæ diſcutiunt. Si tamen horum natura diligentiùs examinetur, ſuum unicuique competet contrarium, ut attenuantibus incraſſantia correſpondeant, attrahentibus repellentia, & diſcutientibus quæ humores con- C tinent, & tenaciores reddunt. De incraſſantibus aliquid ſuprà dictum eſt, ubi de indurantibus ageremus: de iis autem, quæ diſcutientibus contrariantur, nihil eſt quod hoc loco ſcribamus, cùm horum vice repellentibus utamur. Varia eſt Authorum de repellentibus ſententia. Cùm enim variis modis influxus inhiberi poſſit, totidem rationibus repellentia definire licebit. Influxum autem cohibent, quæ refrigerant, quæ conſtringunt, quæ D obſtruunt & incraſſant, ut ex Arabum decretis annotavit Hollerius. Hæc ſi ita ſint, non attrahentibus modò, ſed & attenuantibus & diſcutientibus contraria meritò ſtatuentur eſſe repellentia. Propriè tamen ea repellere dicuntur, quæ non influxum ſolummodò ſiſtunt, ut ſunt incraſſantia & obſtruentia, ſed quæ vel influentes, vel in parte jam hærentes humores aliò propellunt, ut repellentibus natura ſit frigida, craſſarum partium & adſtrin- E gens. Hæc equidem ſimpliciſſima ſunt repellentia: ſunt tamen alia, quæ tenuium ſunt partium: alia calida quoque ſunt, & inter repellentia numerantur. Adſtrictio certè competit omnibus, ut hæc definiri poſſint repellentia. Quæ verò præter adſtrictionem & frigida ſunt, & tenuis ſubſtantiæ, cæteris operantur efficaciùs.

DIGNOSCENTUR itaq; repellentia ſapore *Dignotio.* vel acido, vel acerbo, vel auſtero: ſiquidem hi, F quòd adſtrictione participent, linguam ſuo ſtatim contactu contrahunt.

REPELLENTIBUS in multis affectibus *Uſus.* utimur, ut in calidis tumoribus, capitis dolore, & ſimilibus: his enim vapores in febribus maximè à capite arcentur, influxu repercuſſo phlegmonarum augmentum inhibetur. Commodiſſimum vero tempus, quo repellentibus *Tempus utendi.* in calidis tumoribus uti licet, principium eſt & augmentum, quibus nimirum influxus maximè viget. Cùm autem duo ſint in tumorum cura ſcopi, ut quod influit, repellatur, &

quod jam infixum eſt, diſcutiatur, in principio commodiſſimè repellimus, in declinatione verò diſcutimus, & mediis temporibus utraque miſcentur, ea ratione tamen, ut in augmento repellentia ſuperent, in ſtatu diſcutientia. Porrò quòd humores interdum vel copioſi ſint, vel criticè per abſceſſus expellantur, aut materia venenoſa ſit, vel abſtinendum eſt repellentibus, vel priùs eſt purgatione minuenda materia, ne repellentium uſu in viſcera protrudatur, atque adeò magis periculoſa inducat ſymptomata, & maximè ſi viſcerum aliquod infirmius exiſtat. Quòd ſi gravis etiam dolor infeſtet, metuenda ſunt repellentia. Cavendum eſt præterea, ne repellentium uſu cutis nimium contrahatur: ita ſiquidem ſcopus alter impediretur, nec tumoris materia diſcuti poſſet.

## *DE MEDICAMENTIS ADURENTIBUS.*

### CAP. XVII.

ΠΥΡΩΤΙΚΑ Græcis vocantur medicamenta, quæ calore ſunt adeò vehementi, ut cutem non ſecus atque fervens aqua vel ignis adurant. Ignea certè vis omnibus ineſt, ut natura ſicciſſima ſint, & calidiſſima: ſunt ſuis tamen etiam diſtincta gradibus, ut mitiora ſint alia, quæ cuti ruborem atque puſtulas inducunt: alia vehementiora, quæ ſuo contactu carnem abſumunt: *his ad cauteria, illis ad* phænigmos utimur, dropaces, & ſimilia.

*Dignotio.* DIGNOSCUNTUR adurentia tactu magis, quàm ſapore: talia ſiquidem ſunt, ut cutem denſam, humoreſque duriſſimos corradant atque abſumant. Leviora tamen acria ſunt, & deguſtata linguam acriter pungunt.

*Uſus.* Adurentibus utimur interdum ad exuccas partes, tabidas, ac propè extinctas reficiendas. His enim caleſcunt, attractoque foventur alimento. Pilos etiam adurentibus extirpamus, duroſque & callofos tumores, tubercula, verrucas, polypos & hiſce ſimilia. Morbis etiam diuturnis conferunt, podagricis adultiſque capitis doloribus, aliis item cerebri frigidis & humidis affectibus. Fiſtulas quoque malignaque compeſcunt ulcera. Denique periculoſos humorum defluxus ad corporis ſuperficiem derivant & exhauriunt, aliaq; quamplurima commoda præſtant, quæ quotidiana docebit experientia medicinam facturos.

*Tempus utendi.* Cautè tamen & circumſpectè his utendum eſt medicamentis, ne vel febres excitent, vel convulſiones: quo fit, ut eis utendum non ſit, quin priùs benè ſit corpus expurgatum.

*Aduſtionis modus.* CUM autem pyroticis ad impinguandas, vitæque reſtituendas partes utimur, hic ſervari poterit modus, ut mitigantibus temperentur, ne cutem exurant, nec in parte diutiùs hæreant, & diſcuti tumor incipiat: hic enim replendum eſt, non evacuandum. Quæ verò carnem ignea vi detrahunt, majus inferunt periculum: ideò diligenter pars affecta eſt obſervanda, ut ratio quoque partium vicinarum habeatur, ne forſan inflammatione corripiantur: quod incommodum evitatur, ſi refrigerantibus undequaque muniantur.

## *DE MEDICAMENTIS EXTERGENTIBUS.*

### CAP. XIIX.

HACTENUS eas expedivimus medicamentorum qualitates, quæ vel ad calorem, vel ad frigus referri poterant. Extergentia verò, quòd nec ad calefaciendi vim reduci poſſent, nec ad refrigerandi, non fuerunt antè diſcutienda, quàm calefacientium claſſem abſolviſſemus. Abſtergentium itaque natura nec caliditate, nec frigiditate videtur eſſe definienda, ſiquidem & calida inveniuntur, & frigida, quibus tergendi vis attribuitur. Eſt ergo facultas hæc abſtergendi terrena quædam ſubſtantiæ qualitas, quæ ſordes partibus inhærentes ſuo contactu rapit, & expurgat. Hic autem diſcrimen inter ablutionem & abſterſionem obſervandum eſt, cùm utraque ſæpenumerò confundantur. Abluunt liquida, quæ ſordes ſuo fluxu ſecum trahunt: nondum tamen hæc abſtergentia nominantur, niſi quadam vel aſperitate, vel nitroſa vi ſordes etiam impactas eliciant. Hic etiam differentia patet inter abſtergentia, & *diſcutientia: ſiquidem hæc craſſos humores extenuant, at facile pertranſeunt, & eas ſolùm ſordes expurgant*, quæ ob ſui craſſitiem diſſipari non poterant: extergentia verò ſordes parti tenacius adhærentes rapiunt. Porrò tergentium aliqua leviora ſunt, quæ *ῥυπτικὰ* Græci vocant: aliqua verò vehementiora: quæ non abſque ratione diſtinguuntur, cùm ea, quæ validiùs extergunt, (cathæretica nominant) aliquibus ad pyrotica referantur, atque ſi præter abſtergendi facultatem vim etiam habent adurentem, quòd forſan admitti poſſent, niſi forent ex eis aliqua quoque frigidiſſima.

NON uno tergentia ſapore dignoſcuntur: *Dignotio.* ſiquidem & dulcia tergent, & ſalſa, & amara: quæ verò frigida ſunt, ſe magis aliqua *tactili* qualitate produnt, quàm ſapore: *nec enim* acida, nec auſtera, nec acerba dicuntur eſſe abſtergentia, cùm abſtergentibus adſtrictio ſit adverſiſſima, utpote qua *ſordes* parti magis impingantur.

*Uſus.* ABSTERGENTIBUS ad ſaniem, pus, aliaſque ulcerum ſordes expurgandas utimur: cathæretica verò *non ſordes ſolùm*, ſed ipſam quoque carnem *exedunt* & abſumunt, ſed alio, quàm adurentia, modo. Hæc enim ignea vi quas contigerint partes, non abradunt, ut cathæretica, ſed deurunt, & in cruſtam muſant, quæ poſt emollientibus abſcedit. Eſt &

alia

alia tergentium utilitas, quæ ſuo loco patebit, A ubi ſarcoticorum naturam exponemus. Quando ſit autem abſtergentibus utendum, non ipſa ſolùm ulceris affectio docebit, ſed ipſius etiam corporis temperamentum. Nam ſi vel plethoricum ſit, vel cacochymon, hiſce priùs providebitur: aliàs nec ulcerum, nec vulnerum cura proſperè ſuccedet.

*Utendi tempus.*

*Utẽdi ratio.* Ipsa quoque partis abſtergendæ ſymptomata ſuas habẽt indicationes, ut vel dolor ſimul cum abſterſione leniendus ſit, vel aliqua ulceris B pars maturãda, vel ſiſtendus influxus, vel inflammatio temperanda: quæ prudens artifex in curatione diligenter obſervabit.

### DE MEDICAMENTIS emplaſticis.

### Cap. XIX.

Modò deſcriptis contraria ſunt glutinoſa: Græcis ἐμπλαστικὰ dicuntur: quæ C pingui vel tenaci ſubſtantia ceu glutine partes, earumque ductus obfarciunt. Ab obſtruentibus diſſident, quòd meatus non oppleant ſolummodò, ſed eis inſtar viſci tenaciter adhæreſcant. Horum natura, velut abſtergentium, nulla primarum qualitatum definiri poteſt: hæc enim vis totius ſubſtantiæ, non alicujus eſt qualitatis. Sunt itaque glutinoſa calore quodammodò, & frigore temperata, quibus humiditas ineſt aëreo lentore D permixta.

*Dignotio.* Sapor ineſt emplaſticis vel nullus, vel qui nec caloris, nec frigoris exceſſum denotet. Pinguia ſunt ergo, vel inſipida, vel dulcia quodammodò, tactuque lenta & viſcoſa, qui-

*Uſus.* bus emplaſtica vis attribuitur. Ad ſanguinis impetus inhibendos, aliaſque fluxiones coërcendas emplaſticis utimur. Horum etiam uſus eſt ad ſuppurandum. Cutis enim meatus opplent, caloremque continent, quò tumores E apprimè maturentur. Cæteris quoque medicamentis admiſcentur, ut in emplaſtrorum formam componantur, atque adeò partibus meliùs adhæreant.

## DE TERTIIS MEDICAMENTORUM facultatibus.

### DE MEDICAMENTIS pus moventibus.

### Cap. XX.

Magna eſt emollientibus, & hiſce medicamentis, quæ pus movent, affinitas. Utriſque ſiquidem calor ineſt, qui temperatus ſit, & partium, quibus adhibentur, temperaturæ ſimilis, etſi calidiora ſunt emollientia, junctamque habent (authore eodem Galeno, ut ſuprà monuimus) exiccandi vim, cùm pus moventia exiſtentem in partibus humiditatem ſervent. Hoc verò diſcrimen an ſerri debeat, facilè intelliget, qui tumores conſideraverit, quibus accommodantur emollientia. Scirrhos enim fatetur Galenus ex atra bile, & reſiccata pituita fieri, ut cùm curentur contrariis, non exiccare, ſed humectare debent emollientia: ſed de his ſuprà copioſiùs.

Differentia certè eſt in effectibus manifeſtiſſima, ſiquidem alteratio eſt, cùm quæ dura ſunt, emolliuntur. Pus verò non qualitate ſolùm, ſed ipſamet ſubſtantia differt ab iis, quæ ſuppurantur, ut generatio veriùs dici poſſit, quàm alteratio, ſi quid in pus commutetur. *Hinc non ineptè coctionem vocant eam, quæ in pus fit converſio.* Naturalis namque calor efficiens eſt ſuppurationis cauſa, nec quicquam extrinſecùs appoſitum per ſe ſupputat: ſed ea ratione ſuppurantia vocantur medicamenta, quòd blando calore inſitum foveant calorem. Fovetur autem calor non iis ſolùm medicamentis, quæ calore ſunt temperata, ſed iis etiam, quæ cutis poros ſuo lentore, ceu glutine replent & obfarciunt, ne partis affectæ calor diſſipetur. Etſi verò quæ conſtringunt, hanc quoque ſpirituum & inſiti caloris diſſipationem prohibent, non ideò tamen ſuppurationem promovent, cùm in ſuppurandis humiditas retinenda ſit potiùs, quàm exprimenda.

Cum itaque ſuppurantia calorem habeant, *Dignotio.* qui nobis inſito non ſit abſimilis, ſapore quoque ſimili dignoſcentur: ſiquidem quæ calida ſunt vehementiùs, vel acredine, vel amarore ſunt inſuavia. In ſuppurantibus etiam nulla vel adſtrictio, vel mordacitas, aut nitroſa vis animadvertitur: talia ſiquidem benignam naturæ maturationem impediunt potiùs, quàm juvant. Licèt autem ſuppurantia nullum ſaporem habeant, qui caloris exceſſum denotet, non ideò tamen guſtu grata ſunt omnia, quibus ad ſuppurandum utimur. Poſſunt tamen extrinſecùs eſſe ſuavia, quæ ſi vel odorentur, nauſeam moveant.

Suppurantium uſus ad maturandas *Uſus.* phlegmonas eſt frequentiſſimus: hic enim naturæ motus eſt ad curandos tales tumores optimus, ut non modò non impediri debeat, F ſed commodis ad hoc medicamentis juvari. Commodiſſimum his utendi tempus eſt, ubi defluxio conſtiterit, & dolor ex æſtu nimio temperatus fuerit, ut circa ſtatum maximè ſuppurantia ſint adhibenda, quo nimirum tempore in ſummo conflictu eſt, ut ſuo calore (quem ſuppurantia juvant) malignam tumorum materiam in benigniorem ſubſtantiam convertat, quò poſt faciliùs expurgari poſſit.

*Tempus utendi.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0705-0 DFG

## *DE MEDICAMENTIS urinam cientibus.*

### CAP. XXI.

MULTÆ ſunt cauſæ, quibus urina ſupprimitur. Aut enim exiccatione nimia, ſudoribus, aliisque ſimilibus vel abſumitur, vel alió derivatur: aut renum inflammatione, aut viarum, per quas urina defluit, compreſſione ſiſtitur. His quæ medentur, nondum propriè diuretica nominantur: ſed quæ ſanguinem fundunt, extenuant, ac ſecernunt. Urina ſiquidem pars eſt ſanguinis tenuiſſima, quæ in renibus à craſſiori parte ſecernitur. Cùm itaq; vel craſſior eſt ſanguis, vel viſcoſior, facilè partes ejus ſegregari nequeant, niſi medicamentis incidentibus, & abſtergentibus oppidò ſuccurratur. Quòd autem Galenus ſanguinem afferat absque calido valore nec fundi poſſe, nec ſegregari, mirum videri poſſit, quòd inter diuretica numerentur, quæ non ſolùm non valdè calefaciunt, ſed refrigerant, ut ſunt quatuor ſemina frigida majora, fructus halicacabi rubentes, & hisce ſimilia. Sed hæc urinas movent, non quòd ſanguinem fundant, ac ſegregent, ſed quòd urinæ meatus abſtergant, & expurgent: quo fit, ut duplicia conſtitui poſſint diuretica: quod monuiſſe profuerat, ut urinas cientium natura melius intelligeretur. Abſtergentibus autem hoc etiam ineſſe oportet, ut tenuium ſint partium, quò poſſint ad renes uſque penetrare, humorumq; craſſitiem incidere.

*Dignotio.* ACRI *ſapore dignoſcuntur urinas cientia:* cùm enim validè calida ſint, & incidant, potentiſſimè acria ſunt omninò. Licet enim amara valdè quoque calida exiſtant, humoresque craſſos extenuare poſſint, ſiccitate tamen pollent majore, quàm quæ ciendis urinis conveniat; & terrena ſunt ſubſtantia: quo fit, ut non æquè, velut acria, incidere poſſint. Quæ verò frigida urinas movent, non acria quidem ſunt, ſed præter nitroſam abſtergendi vim, facultatem etiam habent incidendi, quam vel ad levem acredinem, vel amarorem referre poſſis.

*Uſus.* URINAS cientium uſus ſatis vel ipſo nomine patet, ut ampliori diſcurſu non ſit deſcribendus. *Tempus utendi.* Quoniam verò acrium natura eſt, ut quos in inteſtinis & venis attigerint humores, ad ipſos etiam renes deducant, non quovis tempore diureticis utendum eſt, ne craſſorum humorum influxu magis urina forſan impediatur. Priùs ergo viæ, per quas hæc medicamenta ferri neceſſe eſt, expurgabuntur, poſtea commodiùs urina ciebitur.

## *DE MEDICAMENTIS menſes moventibus.*

### CAP. XXII.

MAGNAM hæc medicamenta cum modò deſcriptis habent affinitatem. Nam A quæ menſes movent, urinas etiam cient. & eadem fermè utrisque natura eſt, calida nimirum & tenuis eſſentiæ. Hoc tamen diſcriminis inter ea conſtituit Galenus, ut quæ cient urinas, validè ſiccent: non autem, quæ menſes movent. Cujus fortaſſis hæc ratio fuerit, quòd quæ validiùs exiccant, ſanguinem abſumant, atque adeò (quòd & ea ratione minùs fluxilis reddatur, ejusque copia minuatur) menſium eductionem impediant, B cùm tamen ſiccitas adeò cientibus urinam incommodo non ſit, ut ea maximè hoc præſtare cenſeat Galenus, quæ præter calefaciendi vim validam quoque ſortita ſunt ſiccitatem: & hoc eo nomine, quòd calore ſegregata craſſior ſanguinis pars à magis tenui, magis etiam in ſeſe cogatur, ut quod ſeroſum eſt, exprimatur. Hæc ſunt equidem, quæ nobis ex Galeni ſententia dicenda fuerant, ad horum medicamentorum naturam intelligendam, quibus & hoc C adjiciemus, non minùs forſan utile, quàm intellectu jucundum. Ut menſes facilè procedant, non eſt ſolùm fundendus & attenuandus ſanguis, ſed vaſculorum oſcula ſunt etiam aperienda: ſiquidem inſenſili tranſpiratione non ſanguis, ſed ſudor ſeroſaque ſanguinis pars evacuatur. Quæ verò vaſorum ora reſerant, terreni quidpiam in ſe continent, quò non penetrant ſolùm, ſed penetrando meatus dilatant, ſordesque (ſi quæ fuerint) abſtergunt, D ut talia quoque ſtatui meritò poſſint, quæ menſes movere ſtatuuntur: quod paucis & eleganter expreſſit Fernelius. Quæ menſes movent, *(inquit) calida ferè ſunt receſſu tertio, nec tamen vehementer ſiccant: ejusmodi ſunt amara & acria, quorum tanta vis eſt, ut in diſtantiſſima ſalvis viribus penetrare poſſint, & venatum ora reſerare, craſſa extenuare, & lenta detergere.*

CÆTERÙM ex hisce facilè quis colli- *Dignotio.* E get, qua modò ratione dignoſcenda ſint, quæ menſes moveant. Cùm enim calida ſint ad tertium uſque receſſum, & præter incidendi vim facultate polleant abſtergenti, guſtu certè linguam mordicant, non tamen contrahunt: qualia ſunt amara, quibus vel nulla, vel levis ineſt adſtrictio. Acria quoque ſunt ex hisce plurima, quæ non quòd oſcula vaſorum aperiant, menſes movent, ſed quòd craſſum ſanguinem incidant, & ſuo calore liquent, fluxilemque F reddant.

STATUTUM naturæ tempus eſt, quo *Tempus.* ſanguinem mulieribus per uterum educat. Non ergo temerè movenda ſunt menſtrua, ne naturæ vis inferatur: nec ſi movenda ſint, ea negligi debent, quibus mulieres ad hanc purgationem præparantur. Nam ſi cacochymum ſit corpus, *pravisque* refertum humoribus, expurgandum priùs erit, quàm calidioribus utamur, ne talium uſu crudos humores in venas protrudamus.

CÆTERÙM varia eſt hisce medicamen-

tis uten-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0706-6
DFG

*Utendi ratio.* tis utendi ratio. Nonnunquam enim ex horum decoctione ſyrupi conficiuntur, quandoque potiones, aut pedum lotiones: interdum etiam in forma pilularum exhibentur: etſi liquidior forma movendis menſibus eſt accommodatior, cùm ad remotas partes medicamentorum vis penetrare debeat. *Uſus.* Uſus autem & utilitas horum medicamentorum iis utique patet, qui noverunt, quot, quantaque ſæpenumerò ſymptomata ex menſtruorum retentione oriantur: de quibus hoc loco non eſt agendum copioſiùs: hoc ſolùm ſcripſiſſe ſufficiat, corpus hac ſanguinis purgatione levius reddi, naturamque onere depoſito fieri longè alacriorem, ut ſanitas eò quoq; ſit ſecurior: ſecùs enim, ſi quando vel pravo, vel nimio ſanguine gravetur, vel hydrops, vel epilepſia, *vel alii* graviores morbi conſequuntur, qui menſtruorum provocatione vitantur aliquando, & Hippocrates podagra negat affici mulieres, niſi menſtrua defecerint.

## *DE MEDICAMENTIS, quæ lac vel generant, vel minuunt.*

### CAP. XXIII.

Cùm ex ſanguine lac generetur, dubium non eſt, quin ad lactis copiam ſanguis augendus ſit. Quia verò, licèt interdum ſanguis copioſior exiſtat, lac non ob id augetur neceſſariò, ſiquidem vel talis fuerit ſanguis, qui nequeat elaborari, vel lacti generando dicata facultas aut impedita fuerit, aut depravata. Quamvis itaque multas ob cauſas lac imminuatur, ea tamen propriè lac generare dicuntur, quæ multum & probum ſanguinem efficiunt, eumque moderata incidendi facultate ad mammas deducunt. Calida ſunt ergo, tenuiumq; partium, quibus lac generatur: ab iis tamen differunt, quæ vel urinam, vel menſes movent. Hæc enim vehementer excalfaciunt, cùm temperato calore ſint, quæ lac augent: ſique ſiccitas menſes moventibus eſt adverſa, certè lacti generando eſt adverſiſſima.

*Dignotio.* Sapore dignoſcentur hæc medicamenta, quibus lactis augendi vis ineſt, vel pingui, vel dulci. Cùm enim & lac, & ſanguis temperata ſint, medicamentis certè vel alimentis augentur, quibus ineſt natura non abſimilis. Aliqua tamen (ut ex modò ſcriptis patet) in iis, quæ lac augent, animadvertitur acrimonia, quæ ad augendum ſanguinem aliàs non requireretur. *Lac minuentia.* Ex hiſce ſatis liquere arbitramur, quæ'nam eis inſit natura, quibus item rationibus dignoſcantur, quæ lac imminuunt. Cùm enim iis contraria ſint, quæ lac augent, contrariis etiam notis agnoſcentur, ut quæcunque vel exiccando ſanguinem abſumunt, vel frigiditate, vel alia quavis qualitate deteriorem reddunt, lac quò minùs generetur, impediant. Saporibus ergo dignoſcen-

A tur amaris, acerbis, auſteris, & hiſce ſimilibus, qui vel caloris, vel frigoris exceſſum indicant.

*Tempus.* Cæterùm, quando, quibúsve rationibus lac generandum ſit, non eſt ut pluribus exponamus, cùm talia ex profeſſo in morborum curationibus tractentur. Hoc ſolùm admonuiſſe ſuffecerit, ſi corpus cacochymum fuerit, non priùs tentandam eſſe lactis procreationem, quàm humorum vitia correxeris. B Impura namque corpora quò magis nutries, eò magis offendentur, ut Hippocratis notum ſit authoritate. Nec eſt etiam, ut rationes, quibus lac inhiberi poſſit, hoc loco perſequamur, nec præter inſtitutum longiùs evagemur.

*Uſus.* Quæ verò ſit horum medicamentorum utilitas, inde ſatis liquet, quòd moderatus lactis proventus non ad ſugentium ſuſtentationem ſolùm proſit, ſed ipſius quoque lactantis C ſanitatem tueatur: cumque nimia lactis copia non aſpernanda ſæpenumerò ſymptomata inducat, contrariis hiſce medicamentis optimè ſuccurritur.

## *DE MEDICAMENTIS ſemen ipſum ſpectantibus.*

### CAP. XXIV.

D Ut lac à ſanguine, ſic & ſemen ſuam ab eodem ſumit originem. Sanguis enim propriis & venis & arteriis ad vaſa, quæ vocant, ſeminalia defertur, à quibus eam ſubſtantiam & calorem nanciſcitur. Cùm igitur eadem ſit utrique materia, tum lacti, tum ſemini, manifeſtum certè ſit, ut ſemen augeatur, ſanguinem multùm nutrientibus alimentis eſſe fovendum. Hoc tamen fortaſſe fuerit diſcrimen inter ea, quæ lac, & quæ ſemen augent, E ut illa melioris ſucci exiſtant, hæc verò ſanguinem reddant magis flatulentum. Hanc enim ſemini facultatem ineſſe ferunt, ut concalefactum ſpiritibus pudendum virile diſtendat. Hæc itaque medicamenta, quibus ſemen augetur, humida ſunt, & calore temperata: ſubſtantiam verò magis pinguem & viſcoſam habent, quàm quæ lacti generando ſunt accommoda. Non his autem ſolùm ad Venerem utimur, ſed iis maximè, quibus & ſemen languidum F excitatur, & ſopita Venereorum facultas extimulatur. Hæc calidiora ſunt, quàm ut ſemen augeant: minus tamen ſicca ſunt, quàm ut id abſumere poſſint. Quibus itaque facultas ineſt utraq;, tum ut ſemen augere, tum ut ipſum reddere poſſint acrius, optima ſunt ad Venerem excitandam medicamenta. Cæterùm ut in hiſce vis duplex animadvertitur, ita duo ſunt in horum contrariis conſideranda. Quædam enim ſuo frigore Venerem cohibent, quædam nimio calore: ſemen hæc abſumunt, illa verò non ſemen ſolùm languidius, ſed ipſas



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0707-2
DFG

quoque vires ad exercendam Venerem reddunt ineptiores. Nimia namque frigiditate partes obſtupeſcunt, & humores veluti congelantur, ut hiſce medicamentis non ipſe ſolum ſeminis motus, ſed & ipſa quoque tentigo penitùs inhibeatur. Plura de iis & aliis, quæ ad ſemen ſpectant, dici poſſent. Quot enim ſunt hominum, totidem quoq; ſunt ſeminis intemperies, quæ non uno certè modo corriguntur: ſed de his aliàs. Hic ea ſolùm exequi voluimus, quæ ad Venerem vel excitandam, vel inhibendam, vires habent præ cæteris apertiſſimas: nam quæ nimis fluxile ſemen incraſſant, ex accidenti, non propria facultate ad Veneris uſum valere dicuntur.

*Dignotio.* QUÆ ſemen augent, calida ſunt & humida: quo fit, ut iiſdem fermè dignoſcantur, quibus ea, quorum uſu lac augeri diximus, niſi quòd pinguia magis ſint & viſcoſa, quæ ſemen generant. non hic enim æquè ſanguinis probitas, ut in lacte procreando, deſideratur. Quæ verò ſemen ſtimulant, ſatis ipſa dignoſcuntur acredine. Contrariis ut natura ineſt contraria, contrariis ita notis agnoſci poſſunt: frigida quidem ſaporibus frigoris, & calida caloris exceſſum indicantibus.

*Tempus.* DE tempore, quo vel augendum ſit ſemen, vel ſupprimendum, nihil eſt quod annotari poſſe videatur: id ſiquidem pro cujusque libito, vel occaſione commoda fieri poteſt. Quod tamen de lacte ſuprà ſcripſimus, idem hoc quoque loco ſcribi poſſet, ut nimirum ſi quæ vel in ſanguine, vel in interno corpore ſint vitia, corrigantur priùs, quàm augendo ſemini detur opera. Priùs etiam augendum ſemen eſt, quàm irritetur. Acria namque ſemen imminuunt: quo fit, ut paulò ante Veneris uſum conveniant. tum enim & ſemen ſuo calore diffundunt, & partes Venereas ad expulſionem extimulant: aliàs aſſiduo eorum uſu diſperditur ſemen potiùs, quàm colligatur.

*Utēdi ratio.* CÆTERÙM hoc quoque fuerit obſervandum, non eadem omnibus convenire medicamenta. Quibus enim pituita refertum corpus eſt, iis proritantibus magis, quàm multùm nutrientibus alimentis, Venus excitatur. Pro variis itaque temperamentorum generibus, varia quoque eſt hiſce medicamentis utendi ratio, de qua non eſt ut pluribus hoc loco diſſeramus.

*Uſus.* QUANTA denique, & quàm neceſſaria ſit horum medicamentorum utilitas, notius eſt, quàm ut demonſtrari debeat. Ecquid enim lacte ſemen fuerit ignobilius, ſi generis humani procreatio non minùs celebranda eſt ejusdem conſervatione? Notum eſt præterea, ſine lacte, licèt difficiliùs, infantes nutriri poſſe, cùm ſine ſemine ſpecies humana propagari nequeat. Sed vereor, ne plures ipſa voluptas ad Venerem alliciat, quàm prolis deſiderium. Quos autem pietas ab uſu Veneris arcet, majus ab hiſce contrariis percipient emolumentum, etſi jejunio magis & philoſophiæ ſtudiis, quàm refrigerantium uſu, vel ſemen abſumentium libido cohibetur.

## DE MEDICAMENTIS *dolorem ſedantibus.*

### CAP. XXV.

HAUD equidem dubium eſt, quin eadem, quæ morbum facit, cauſa dolorem excitet, ut quæ morbos curant, dolores etiam ſedare dicantur. Veruntamen ea propriè anodyna vel paregorica cenſeri debent, quæ dolorem maximè ſpectant, eumque mitigant, & cauſâ & morbo remanentibus. Hæc certè calore temperata ſunt, & tenuis eſſentiæ, vel non uſqueadeò calida, ut intemperiem inducere, vel multùm adaugere poſſint. Cum enim non frigidis ſolùm, ſed calidis etiam affectibus competere debeant, nec calore, nec frigore multùm à temperatis abſunt. Calore tamen aliquantum exuperant, ea ſiquidem ratione dolorem leniunt, qua cutim laxant, ejusque poros aperiunt, & materiam, quæ dolorem infert, quodammodò diſcutiunt: qui certè ſunt moderati caloris effectus. Licet autem calida ſint hæc medicamenta, refrigerant tamen etiam, diſcuſſa nimirum fuligine, quæ dolorem inferens, ipſum quoque calorem augebat: quo fit, ut affectibus etiam à calida cauſa conveniant. Horum autem natura ſatis jam expoſita eſt, cùm de laxantibus & rarefacientibus medicamentis ageremus.

CÆTERÙM quæ dolorem ſedant, non demulcendo partes, ſed obſtupefaciendo narcotica, vel ὑπνωτικὰ dici, non autem anodyna cenſeri debent: ſiquidem non dolorem vel tollunt, vel mitigant, ſed vel partibus ſtuporem inducunt, vel ſomnum conciliantia ſenſum eis ſuffurantur, ut dolor quantuscunque ſit, eas velut emortuas nequaquam afficiat. Hæc ſuprà diximus intensè frigida eſſe, ut natura eis ſit ab anodynis diverſiſſima. *Tempus utendi.* Dolorem demulcemus eo maximè tempore, quo periculum minatur: fit enim ſæpenumerò, ut neglecta morbi cauſa, ei quod magis urget, inſiſtamus, ne vel dolore morbus ingraveſcat, vel alia ſubſequantur ſymptomata, quæ ſint ipſomet etiam morbo graviora. *Modus utendi.* Is autem utendi modus eſt, ut lenientibus adſtringentia nonnunquam adjiciantur, ſiquidem metus ſit, ne fluxio nimis ad partem affectam attrahatur. Addi poſſunt etiam interdum ea, quæ morbi cauſam impugnant, ut utrique intentioni ſimul ſatisfiat. Ad eundem modum cætera quoque obſervare licebit, quæ cum dolore incidunt, amovenda. Anodynis forma convenit liquida, ſiquidem dolor in cute ſit: ſin is profundior exiſtat, tantò ſolidior eſſe debebit, ne priùs medicamentum diſcutiatur, quàm ejus

vis ad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0708-7
DFG

A vis ad partem affectam devenerit. Ex hiſce, quis anodynorum ſit uſus, ſatis utique conſtat, ut tanta ſit eorum utilitas, quanta ſunt nimii doloris incommoda. *Uſus.*

### DE MEDICAMENTIS *carnem generantibus.*

### CAP. XXVI.

B MULTA ſunt in ulcerum & vulnerum curatione diligenter obſervanda, quæ ſubinde incurrunt, & Medici conatus impediunt, quò minùs vel citò, vel facilè partes à ſe invicem ſeparatas conjungere, & ad naturalē ſtatum reducere poſſit. Talia ſunt, ſanguinis influxus, inflāmatio, durities, dolor, & alia, de quibus ſatis ſuperque ſuprà egimus. Id unum hoc loco tractandum reſtat, antequàm partes ſecretæ jungantur, ut ſi quæ ſit in ulceribus, aut vulneribus C cavitas, carne impleatur. Hujuſcemodi medicamenta ſarcotica nominant. Hoc opus naturæ quidem eſt, medicamentis tamen adjuvatur, quę ſanguinem ita præparant, ut eò faciliùs in carnem verti poſſit. Sunt ergo ſarcotica, non ea quidem medicamenta, quæ vel probum generant ſanguinem, vel affectæ partis intemperiem corrigunt, ſed quæ in ipſa carnis generatione ſanguinem & ulcus ipſum à corruptione tuentur. Cùm igitur natura, dum carnem generat, D duo producat excrementorum genera, ſeroſos nimirum humores, (quos ichores vocant,) purulentasque ſordes, ea certè remedia, quæ has extergent, & illos abſumunt exiccando, carnem generare dicunt, utpote quorum ope natura hoc muneris exequitur. Utramque facultatem ſuprà ſatis expoſuimus, ut ſarcoticorum natura nobis jam non ſit diſcutienda copioſiùs. Hoc intellexiſſe ſufficiet, hiſce medicamentis tantam non ineſſe vim exiccandi, ut præter ſaniem E ipſum etiam ſanguinem abſumant, nec tantam extergendi facultatem, ut cum ſordibus tenellam quoque carnem exedant. Non ergo primum ordinem tranſcendent, niſi fortè duriſſima ſit & ſicciſſima pars, quæ vulnerata eſt, & ulcus humidiſſimum. Hac enim ratione vehementiùs & tergentia, & ſiccantia competerent, ut modò clarum fiet.

*Tempus utendi.* SARCOTICIS utimur in ulceribus, aut vulneribus, quæ ob ſui cavitatem, abſum- F ptam nimirum carnem, jungi & conglutinari nequeunt. Tum autem eis utimur, ubi vel intemperies, vel dolor, vel alia ſi quæ fuerint ſymptomata, removerimus. Hic enim eadem ratio eſt, quæ reficiendis corporibus; quæ ſi fuerint impura, ex Hippocratis ſententia, tantum lædes, quantum nutriveris.

*Utendi ratio.* Sarcoticorum tam varia eſt & multiplex differentia, quotuplex eſt partium vulneratarum. Caro ſiquidem ei ſimilima ſubſtitui debet, quæ abſumpta eſt: ut ſi mollis & tenella fuerit, leviter extergentia & exiccantia ſat eſſe poſſunt: ſin paulò durior, medioeria: quòd ſi duriſſima fuerit, vehementer exiccantibus utemur. non enim idem eſt omnibus ſarcoticum, ut pluribus oſtendit Galenus libro 3. methodi medendi.

*Uſus.* DENIQUE ſarcoticorum uſus evidentior eſt, quàm ut ampliùs demonſtrari debeat: ſiquidem cavum ulcus coire nequit, niſi carne prius impleatur.

### DE GLUTINANTIBUS *medicamentis.*

### CAP. XXVII.

HÆC vera eſt ulceris curatio, ut ejus oræ coaleſcant. hac enim ratione ulcus dicitur, qua ſoluta eſt continuitas. Quæ verò hactenus expoſuimus, ulcerum ſymptomata ſunt. Non hîc autem glutinantia vocantur ea, quæ ſubſtantia tenaci & viſcoſa partes continent, ne diſſiliant, nec quæ conſtringunt eaſdem, quod vinculis exequimur, aut ſuturis: ſed quæ partes adductas exiccando & adſtringendo ita copulant, ut per ſe non externo aliquo pòſt contineantur. Hic ſcilicet exiccatione opus eſt, & majori quidem, quàm ſi caro gignenda ſit, ut non id ſolum, quod influit, ſed quod in ipſa carne conſiſtit liquidius, abſumatur. Diffluit enim caro liquidior potius, quàm cohæreat. Cæterùm ad partes conglutinandas id quoque vel maximè fuerit obſervandum, ut ſubſtantia medicamentis adſtringentibus cogatur, non autem vel incidentibus ſeparetur, vel abſumatur exedentibus: cujus etiam ratione glutinantia differunt à ſarcoticis. Hæc enim præter exiccandi vim ſordes etiam extergent, nihil utique adſtrictionis poſſidentia, ne ſic compingatur, quod terſione fuerit amovendum.

*Dignotio.* QUA verò ratione glutinantia dignoſci poſſint, non eſt ut multis oſtendamus, cùm id ex iis ſatis conſtet, quæ de adſtringentibus & exiccantibus ſuprà ſcripſimus.

*Tempus utendi.* TEMPUS etiam, quo glutinari debeat ulcus, ex ipſa ulceris conditione colligi facilè poteſt: ſi nimirum, quod ſordidum erat, prius expurgatum: quod cavum, carnę repletum fuerit, aliaque ſublata ſint ſymptomata, quæ prohibebant, quò minùs ulcera vel poſſent, vel etiam deberent conglutinari. Fit enim ſæpenumerò, ut aperta ſerventur ulcera, quæ ſuapte natura facilè coaleſcerent: idque tum ob alias cauſas, tum ut pus, aliæ've ſordes, quæ in profundo deliteſcunt, expurgentur.

*Utendi modus.* Ad vulnera glutinãda faſciis utimur, ſutura, vel vinculis: de quibus cùm ad medicamenta non referantur, hoc loco nobis agendum non eſt. Hic autem eorum, quæ verè glutinantia dicuntur, modus eſto, ne nimis adſtringendo in tenella parte dolorem excites, qui vel defluxionem, vel alia moveat ſymptomata.

*Uſus.* GLUTINANTIUM uſus ſatis ex hiſcè pa-

tet evidenter. Cùm enim hoc fine cætera peragantur, (de quibus hactenus) ut ſoluta continuitas in integrũ reſtituatur, tantò certe potior eſt glutinantium utilitas, cùm ad hunc ſcopum reliqua dirigantur.

## DE MEDICAMENTIS *cicatricem inducentibus.*

### CAP. XXIIX.

ULTIMUM hoc eſt in ulceris curatione, ut vel cute, vel quod cutem referat, obducatur: ne vel tenella caro rurſum diſſiliat, vel externis injuriis perpetuò pateat, tum ad decorem priſtinum quodammodò recuperandum. Epulotica vocantur hoc generis medicamenta, *quæ vulneribus cicatricem inducunt.* Licèt autem ea quoque nonnullis epulotica videantur, quæ carnem excreſcentem abſumunt, quòd his interdum opus ſit, ut cicatrix inducatur: propriè tamen hoc eis nomen nequaquam competit. Non enim exedenda, ſed induranda caro eſt, ut cicatricem inferas. Quòd ſi contingat, ut carnis aliquid auferendum ſit, non hoc ipſo certè cicatrix efficitur, ſed caro ſolùm præparatur, ut in commodam pòſt cicatricem indurari poſſit. Sunt igitur epulotica verè, quibus caro (quantum equidem fieri poteſt) amiſſæ cuti quàm ſimillima redditur: quod exiccantibus conſequimur, & adſtringentibus. Etſi D verò glutinantia & adſtringunt, & exiccant, in eo tamen ab *epuloticis differunt*, quòd *hæc* utraque vi ſuperant, *ut non id ſolùm, quod influit*, & in carne ſupereſt excrementitium, abſumant, ſed ipſius quoque carnis humorem, qui nec ſupervacuus eſt, nec à natura carnis alienus. Cùm enim cutis velut indurata caro ſit, ut cicatricem efficias, (quæ cutis vices agit) tantùm exiccanda caro fuerit, ut tantum à carnis ſubſtantia recedat, quò magis ad cutis naturam E acceſſerit.

*Dignotio.* CÆTERÙM quòd ſecundùm magis & minus ſolum à glutinantibus epulotica differant, non eſt ut horum naturam, quaque ratione dignoſci poſſint, curioſiùs expiſcemur, cùm poſito diſcrimine ſatis hæc ab illis agnoſcantur.

*Tempus utendi.* EPULOTICIS utimur, cùm ulcus penè (nondum tamen omninò) carne repletum fuerit: quod certè non uſque adeò videtur eſ- F ſe rationi conſentaneum. Hoc enim modo cava cicatrix redderetur, cùm adſtrictione caro in ſeipſam contrahatur, & exiccantibus imminuatur, ut præſtet procul dubio vulnus paulò plenius eſſe, quàm tantò magis vacuum. Sed alia eſt hujusce ratio: mitiora ſiquidem epulotica ſimul & carnem generant, & cicatricem inducunt, ut cùm primò talibus utamur, & vulnus adæquare poſſimus, & cicatricem obducere. Contingunt etiam plurima, quæ vim epuloticorum impediant, ut

A vulnera cicatricem admittere non poſſint. Dyſepulota vocantur Medicis hæc ulcera, quæ cicatrice non priùs obduci poſſunt, quàm ejus malitiæ cauſas amoveris. Cæterùm non fert inſtituti noſtri ratio, ut hæc ſymptomata copioſiùs expendamus. Hoc ſaltem in genere dictum ſufficiat, quod ſuprà quoque in ſarcoticorum expoſitione tractavimus, ea priùs, quæ cauſarum rationem habent, amovenda eſſe, quàm ultimum curationis ſco- *Utendi ratio.* B pum aggrediamur. Cùm itaque cicatrix inducenda eſſe videbitur, & affecta pars, & ſubjecta caro diligenter obſervabuntur, ut epuloticorum modus inveſtigari poſſit. Non eadẽ enim competunt omnibus, ſed colliquant aliqua tenellam carnem aliquibus, quæ cicatricem aliis inducerent. Hæc nimirum eſt cicatricis inducendæ ratio, ut epulotica vel acribus exaſperentur, vel temperentur emollientibus, pro varia vulnerum conditione: quamvis ex propria rei natura nec C acria, nec humectantia inducendę cicatrici competant, ne, quod indurandum eſt, emolliatur, aut defluxio ad partem indurãdam proritetur. Uſus *Uſus.* autem & utilitas epuloticorum ex ſuprascriptis facilè colligi poteſt, ut pluribus exponenda non ſit.

## DE MEDICAMENTIS *venena arcentibus.*

### CAP. XXIX.

ALEXITERIA, *vel Alexipharmaca dicuntur hæc medicamenta, quibus ad evincendum venenum utimur. Eſt autem* duplex venenorum genus: alia namque manifeſta qualitate mortem inferunt, alia verò tota ſui ſubſtantia, vi nimirum occulta, necant: hæc tantilla portione lethifera ſunt, cùm illa non, niſi quantitate majori, venena cenſeri debeant. Non E hic equidem de occultis medicamentorum viribus nobis agendum eſt: cùm tamen alexipharmaca non ſolùm ea dicantur, quæ occulta facultate venenorum vires infringunt, ſed quæ manifeſtis etiam qualitatibus id ipſum præſtant, de his aliquid in præſentiarum agemus: illa ſuo quoque loco diſcutientur. Quæcunque venena manifeſtis oppugnant rationibus, triplici differentia comprehenduntur. *Aut enim naturam corroborant, ut venena fa-* F *ciliùs edomare poſſit: aut venenorum vires contraria qualitate dejiciunt: aut venena foràs violenter extrudunt.* Naturam maximè reficiunt alimenta, de quibus aliàs. Medicamenta verò, quæ *naturæ vires* ſubminiſtrant, vel certæ cuidam *corporis parti* ſuccurrunt, vel univerſis: fit enim ſæpenumerò, ut venena partem aliquam *præ cæteris* infeſtent. Si quid igitur vel *ventriculum*, vel hepar, vel cerebrum, aliámve *corporis* partem veneno debilitatam corroboret, ea ratione venenis obſiſtere cenſebitur, qua partis ejus naturam fovet

atque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0710-8 DFG

atque tuetur. De his autem infrà tractabitur, ubi medicamenta certis deſtinata partibus diſcutientur. Quæ verò vel corroborant, vel ſpiritus reficiunt, omnibus corporis partibus opem ferunt. Corde ſiquidem affecto, vel ejusdem ſpiritibus, cæteræ corporis partes collabuntur.

PORRÒ cùm venena vel primis, vel ſecundis qualitatibus ſuas in corpora vires exerant, contrariis quoque facultatibus pollent, quæ his opponuntur alexipharmaca. Venenis enim, quæ refrigerando necant, calefacientia competunt: ſin aliqua corrodendo noceant, medicamentis utemur, quæ leniant, & veneni temperent acrimoniam. Quæ verò vel indurata, vel in grumos redacta, vel coagulata periculum minantur, medicamenta poſtulant incidentia. Idem de reliquis eſto judicium. Quoniam autem id omnibus ineſt, ut non in aliqua parte morentur, ſed hinc inde proſiliant, dum cor vitæ fontem oppreſſerint, ideò inventa eſt à quibusdam alia facultas, qua veneni motus inhibetur: terrena nimirum & emplaſtica: judicant enim, ſi venenum in hæc medicamenta inciderit, ceu viſco implexum expediri non poſſe. Statuunt etiam viam & meatus hisce medicamentis intercipi, quò minùs venena liberè poſſint evagari, qua ratione cretam terræ lemniæ vices ſubire poſſe Rondeletius exiſtimavit. Rationes ecce non injucundas: utinam verò tam ſint utiles, quàm id ipſum præ ſe ferunt: exiguis certe ſumptibus plurimorum ſaluti conſuleretur. Tutiſſimum autem eſt ac præſtantiſſimum inter omnia remedium, ſi venenum quàm citiſſimè foràs expellatur. Id ergo vel vomitu, vel alvi dejectione, vel ſudoribus exequemur.

*Tempus utendi.* CÆTERÙM quo tempore ſit alexipharmacis utendum, ſatis ipſa docet neceſſitas. Non enim moram fert imminens mortis periculum. Quòd ſi cùm turget materia, ſubitò ſit evacuanda, non dat certè venenum inducias, ut concoqui, vel ad expurgationem præparari poſſint humores, quibus maligna venenorum qualitas inhęret. Non ergo differendus eſt uſus alexiteriorum: quin ex tempore venena, quibus licet rationibus extirpemus. Cùm id tamen multis fiat (uti modò diximus) remediorum generibus, non eſt certè in re tam ardua temerè quibusvis utendũ: quin remediorum naturam diligenter expendamus, ut quæ priùs, & quæ poſteriùs adhibenda ſint, intelligamus. Hic autem eſt ordo remediorum, ut omnium primò vomitum provoces, pòſt vel injectis, vel aſſumptis inteſtina expurgentur, tandem è corpore ſudoribus veneni, quod reliquum fuerit, extrudatur.

*Utendi ratio.* EST tamen non eadem in omnibus utendi ratio, cùm nec vomitus perpetuò competat, nec purgationes vel ſudorem ferre quivis poſſit. In his itaque prudenter procedendum eſt, ut obſervata corporis affecti venenique natura & motu, quæ conveniant, quibus item abſtinendum ſit, edoceamur. Id autem commune eſt omnibus, quæ ſunt ingeſta venenis, ut ſubitò vomitoriis evacuentur: quæ verò jam ſanguinem & ſpiritus infecerunt, ſudoribus extrudantur. Quòd ſi plethoricum fuerit corpus, ſanguinis miſſio: ſin cacochymum extiterit, tantumque temporis res ipſa conceſſerit, totius purgatio præmitti poterit. Eſt etiam & corroborantium & alterantium habenda ratio, ut & natura ſit ad expellendum robuſtior, & venenum contrariis quadamtenus evictum faciliùs ejiciatur. Hæc in genere dicta ſufficiant: cætera, quæ particulatim convenire videbuntur, uſus edocebit. Denique cùm præſentiſſimum venena minentur interitum, maxima proculdubiò eſt alexipharmacorum utilitas, quæ pluribus illuſtranda non eſt, cùm ſit ipſa per ſe notiſſima. *Uſus & utilitas.*

## DE MEDICAMENTIS *ornatui deſtinatis.*

### CAP. XXX.

ΚΟΣΜΗΤΙΚΑ nominantur ea, quibus corpori decor & formæ dignitas conciliatur. Licèt autem hisce nec præſens ſanitas conſervetur, nec amiſſa reſtituatur: cùm tamen ornatum multi non minùs atque ſanitatem ipſam affectent, quorum deſiderio ſatisfieri decet: non eſt hoc alienum à Medici officio, ſi ſuam hac in re poſtulantibus opem impertiat, ut eis recto medicamentorum uſu decorem magis gratum inducat. Itaque conveniunt hæc medicamenta univerſæ corporis cuti: quòd ornatus ubivis ſit acceptiſſimus, maxime tamen eis adaptantur partibus, quæ patent, & oculis adſpicientium objectæ ſunt: qualis eſt tota facies, barba, capilli, dentes & manus. Facies autem (ut hinc exordiamur) multis conſpurcatur vitiis, quibus coſmeticis ſuccurrimus. Aut enim ſordibus, maculis, & alieno colore defœdatur, aut erumpunt tubercula, vel rugis contrahitur, aut cicatricibus, aut in nimium tumorem exuberat. Capilli (ſub quibus etiam barba comprehendi poteſt) vel defluunt, vel non naſcuntur, vel colore præditi ſunt non ſatis eleganti. Nonnullis etiam minùs placent qui ſunt erectiores, ut criſpos reddi velint. Manibus eadem fere, quæ faciei contingunt. Dentes verò vel vacillant, vel decidunt, vel ſordibus & fœdo colore conſpurcantur: tot enim maximè vitiis hæ partes infeſtantur, ut totidem quoque ſtatui poſſint medicamentorum ornatui comparando deſtinatorum differentiæ. Sordes itaque ſeu manibus, ſeu faciei, ſeu dentibus adhæreant, medicamentis expurgantur abſtergentibus, de quibus ſuprà hoc libro egimus. Iiſdem quoque remediis, aut

mediocriter adſtringentibus impetigines & maculæ delentur.

Rubor autem faciei pro variis ejus cauſis varia ſortitur remedia. Nam ſi calidior ſit ſanguis, refrigerantibus temperatur: ſi concitatior exiſtat, à facie repellitur adſtringentibus: ſin craſſior, & cuti ſit impactus, extenuantibus diſcutitur. Cùm externa verò cutis ſuperficies ſolùm rubore inficitur, macularum inſtar tergentibus curatur. Utplurimùm tamen probata Practicorum experimenta, remediis hiſce conſtant ſimul junctis, ſucceſſu fortaſſe magis felici, quàm ratione ſit evidens. Sunt, qui pallido faciei colore magis delectentur: alii roſeum, qui mixtam rubori referat albedinem, cæteris anteponunt. Duobus id verò maximè modis exequimur. nam vel *intrinſecùs* remedia, vel *extrinſecùs* adhibentur: intrinſecis temperies immutatur, qui modus omnium eſt commodiſſimus, utpote quo firmus faciei color inducatur, & univerſo quoque corpori, cùm vel ipſo nomine topica ſuam prodant fallaciam. Fuci nempe vocantur, quòd colorem gratum ementiantur, qui tamen vel levi ſudore diſperdatur. Itaque cùm in facie corporum temperamenta maximè conſpiciantur, ſanguinis ſcaturiginem odoriri cõvenit, ut firmum in facie colorem nanciſcaris. Palleſcunt autem cholerici: nigriores exiſtunt, in quibus melancholia redundat: ſanguine rubeſcimus, & corpus pituita fit albidius. Verùm hæc medicamenta propriè *coſmetica*, ſeu *comptoria* non nominantur, quo fit, ut nec ſint nobis hoc in loco diſcutienda copioſiùs, cùm ad artem curandi morbos referantur. ſunt enim temperamenta ſanitatis cauſæ, velut intemperies morbos inferunt.

De fucis multa ſunt à Practicis expoſita, quorum tamen generalis ratio conſtitui non poſſit: ſunt enim talia, quæ vel ſtultos eludere poſſint, vel ſi certos polliceantur effectus, occultis id viribus præſtent potiùs, quàm qualitatibus manifeſtis. Interdum tamen ex iis conficiuntur, quæ non ſunt conſiſtentiæ craſſioris & firmiùs adhærent, actu etiam vel ſimplici, vel mixtis prædita coloribus, pro vario cujusvis arbitrio.

Multæ ſunt puſtularum differentiæ: quæ cùm inter morbos recenſeantur, de iis non eſt ut hoc loco quicquam agamus, veluti neque vulnerum, quibus facies etiam ſæpè fœdatur, curationem aſſumimus.

Rugas ferè laxantibus, lenientibus, & emollientibus, ad æquum cutis lævorem reducimus.

Cicatrices manifeſtis etiam medicamentis dealbantur. Cùm enim & ob ſanguinis influxum, & quòd eum facilè tenella cutis excipiat, haud abſurda ratione medicamentis iſta *corriguntur*, quæ vehementer &

A ſiccent & adſtringant, utpote quæ ſanguinem repellant, & cutem reddant craſſiorem. Quoniam ergo ſuapte natura cutis eſt albidior, certè cicatrices, quò magis indureſcunt, eò quoq; redduntur albiores, cùm ſiccitate cutis naturam aſſequantur.

Nimia faciei craſſities rarefacientibus, aut etiam exedentibus corrigitur, quæ tamen rectà ratione pro patientis natura temperantur.

B Capillorum varius quoque decor eſt. Licèt autem capillorum defluxus inter morbos plerisque Practicorum numeretur: cùm tamem pili magis ad ornatum, quàm ad neceſſitatem hominibus à natura tributi ſint, haud abſurdum fuerit, ſi quæ ad generandos, aut conſervandos pilos, aut etiam extirpandos extrinſecùs adhibentur, inter coſmica retulerimus. Quæ ad corrigendam humorum pravitatem, qua pili corrumpuntur & de-
C cidunt, intrinſecus aſſumuntur, comptoria quidem non ſunt, cùm ad tollendas morborum cauſas (ut dictum priùs eſt) exhibeantur. Topica tamen, quibus pilos aut tuemur, aut producimus, nec morbos, nec morborum cauſas oppugnant. Pilos itaque generamus medicamentis, quæ levi caliditate probum attrahunt alimentum, idque moderata retinent adſtrictione. Conſervantur etiam iisdem fere, quibus producuntur. Pilos autem extir-
D pamus medicamentis validè tergentibus & exedentibus. *Pſilothra* Græcis vocantur hæc medicamenta. *Pili verò variè pro cujusvis libito tinguntur medicamentis, quæ magis experientia, quàm ratione innoteſcunt: ſiquidem* colorum cauſæ manifeſtis qualitatibus (ut ſuprà docuimus) deſcribi nequeunt. Medicamenta quoque, quibus criſpi redduntur capilli, non ita rationi patent, niſi fortè vehementer ſicca & adſtringentia eſſe oporteat, ut & humoris
E inopia, & adſtrictione pili contrahantur. Manus (ut pauló antè diximus) iisdem ferè, quibus facies, vitiis infeſtantur. Hoc tamen in iis ſæpè deſideratur, in facie non ita requiſitum, ut teneræ molleſque fiant, quod medicamentis exequimur emollientibus.

Dentes & tergentibus expurgantur, & confirmantur adſtringentibus, in quibus id unicè cavendum, ne denigrandi vim habeant, quæ rebus vehementer adſtringentibus maximè fami-
F liaris exiſtit.

*Utendi ratio.*

Furfuribus ſæpenumerò caput univerſum infeſtatur, quod vitium diſcutientibus corrigitur, & abſtergentibus.

Hæ ſunt maximè *ſpecies* medicamentorum, quibus ad ornatum utimur, in quorum uſu hæc diligenter obſervari debent, an videlicet vitia, *quibus* occurrere conſtituimus, humorum totius corporis pravitatem, aut malam viſcerum conſtitutionem ſequantur. Nam niſi hæc mali ſcaturigo priùs expurgetur, topicis parùm profeceris. Hæc itaque genera-

lis

lis eſto regula, ne vehementioribus caput aggrediaris, corpore non prius ad id præparato. Conſultum quoque fuerit, ut medicamenta, quibus uti voles, ſi forte ſuſpecta ſint, in aliqua corporis parte prius probentur, atque adeò tutior ſit eorum uſus in tenella faciei cute. In fucis admovendis id etiam obſervabitur, ut facies tergenti liquore abluatur, ne forſan ob ſordes aut pinguedinem fuci non adhæreant. Denique cùm capilli vel generantur, vel conſervantur, duo maximè conſiderari debent, ut cutis raritas contrahatur, & alimentum ſufficiens pilis ſuppeditetur, quæ prius etiam admonuimus. Ea verò ratione miſcentur attrahentibus adſtringentia, ut ſi minus deſit alimenti, raritas autem major exiſtat, ab adſtringentibus vincantur attrahentia: ſin verò contingat contrarium, potior ſit attrahentium ratio, quàm adſtringentium. Hæc & hiſce ſimilia diligenter obſervanda ſunt, ut res probè ſuccedat.

## DE OCCULTIS MEDICAMENTORUM VIRIBUS.

### CAP. XXXI.

HACTENUS, qua fieri potuit brevitate, medicamentorum facultates expoſuimus, quæ manifeſtis patent qualitatibus, certiſque confirmari poſſunt rationibus. Reſtat, ut de iis aliquid etiam agamus, quæ nec manifeſta qualitate produntur, nec rationibus inveſtigari poſſunt. Occultas itaque medicamentorum vires appellarunt Medici, non quòd ſimpliciter occultæ ſint: hac enim ratione nihil adferrent auxilii, ſed quòd (ut modò dictum eſt) nec ſenſu, tactili nimirum qualitate, nec rationis diſcurſu cognoſcantur. Noti certè ſunt horum medicamentorum effectus, etſi quo modo tale quid præſtent, ignoratur. Sunt tamen, qui medicamenta negent præter rationem quicquam operari. Cùm enim naturaliter agant, mediis ad id à natura deſtinatis utuntur. Etſi verò non adeò manifeſtæ ſunt omnium operationes, ut facilè ab omnibus intelligantur, non ob id tamen præter rationem talia fieri judicandum eſt, cùm ſi diligentiùs exquiras, horum effectuum aliqua ratio poſſit inveſtigari, quod celeberrimus ætatis noſtræ Philoſophus Thomas Eraſtus graviſſimis confirmavit argumentis. Haud equidem dubium eſt, quin plurima lateant hominum ignavia potius, quàm quòd ipſa per ſe talia ſint, quæ rationibus exquiri non poſſint. Nec id tamen propterea veritati videtur eſſe conſentaneum, nihil quicquam operari poſſe, quin id ipſum manifeſtis exequatur qualitatibus. Certum enim eſt, omnibus penè rebus ſubſtantiam ineſſe, quæ licèt ex elementorum mixtione nata ſit, ab ipſis tamen elementis, & eorum qualitatibus maximè diſcrepet, ut nec eadem natura ſit omnibus, quæ ſunt æqua lance temperata. Sit ſane, detur & hoc, nihil quicquam efficere naturaliter, quin id mediantibus procedat qualitatibus: non tamen id omne qualitatum eſt, quod res ipſa qualitatibus operatur. Simul enim & id, quod ipſius eſt temperiei, & quod ſubſtantiæ eſt, contribuitur. An non earundem qualitatum miniſterio natura res etiam diverſiſſimas procreat, & temperamentorum certæ ſunt ſpecies, cùm infinitæ propemodùm ſint rerum ſubſtantiæ? Pluribus hoc ipſum demonſtrari poſſet, non id tamen fert inſtituti noſtri ratio, ut negocium hoc ſubtili diſputatione diſtrahamus. Hoc ſaltem media inſiſtentes via pro confeſſo tueamur, etſi plurima ſint ex eis, quæ inter occulta numerantur, quorum ex qualitatibus manifeſtæ rationes reddi poſſint: fieri tamen etiam plurima, quæ rerum eſſentiis, non autem qualitatibus adſcribi debeant. Diſtinguenda certè eſt rei proprietas ab ejus temperamento: quod ii nequaquam aſſequentur, qui quorumlibet effectuum cauſas à manifeſtis ſumunt qualitatibus. Sed mirum fortaſſe quibuſdam videbitur, quomodo hæc innoteſcant, ſi nulla qualitate prodantur. Nihil abſurdi proferimus: experientia namque plurimorum eſt inventrix, quæ nulla rationum ſubtilitate quiſquam expiſcari potuiſſet. Cùm itaque ſolertes Medici ratione rerum naturas, & obſervatione medicamentorum vires exquirerent, invenerunt plurima, quæ potiùs admirarentur, quàm ut eorum cauſas acri ſtudio, & labore fortaſſis etiam inutili diſquirerent. Quoniam verò multi pro ſecretis multa venditant, quæ nihil minus exiſtunt, Medicos certè veritatem in hiſce ſcrutari decet, ut & certior ſit eorum uſus, & hoſce jactatores gravitate philoſophica peſſundent.

*Occultorum inventio.*

*Occultorum examen.*

ID quoque videtur magis eſſe conſultum, ut iis priùs utamur, quorum vires veterum authoritate, ſenſibus etiam ipſis, & rationis diſcurſu notiſſimæ ſunt, antequàm ad ea leviter excurramus, quæ præter rationem miros pollicentur effectus. Excuſari namque Medicus meritò poterit, ubi res minimè ſucceſſerit, ſi quod recta ratio, & ars ipſa poſtulat, egerit: aliàs temeritatis actionem nequaquam effugerit. Cæterùm ſi res deſperata ſit, nec morbus uſitata curandi ratione profligari poſſit, ubi quod ex officio faciendum erat, egeris, ea tentare vel experiri licebit, quæ tibi præ cæteris videbuntur eſſe certiſſima. Cavendum porrò eſt, ne iis utamur, quæ cùm viribus occultis ſalutem polliceantur, manifeſtis tamen facultatibus exitium minantur. Præſtat enim non juviſſe, quàm ut ægros in præſentiſſimum vitæ diſcrimen impellas.

*Utendi tempus.*

NEQUE verò ſi medicamentis hiſce fuerit utendum, methodus ob id aſpernabitur, quod video factitare monoculos ætatis noſtræ

*Utendi ratio.*

cyclopes, qui ut novam medendi rationem, ſuasque nugas extollant, in Galenum ejusque doctrinam debacchantur impudentiſſimè. Non equidem negavero, quin medicamenta prodant, quæ vires habent ad morbos profligandos eximias: cùm verò rectam iis utendi rationem negligant, imitandi certè non ſunt, ſed ſi ſecretis utendum ſit, benè utendum eſt. Hæc autem optima eſt utendi ratio, ut nec communia medicamenta deſpicias, nec ſatis utique confirmatam veterum medendi rationem. Si quis igitur hisce medicamentis & prudenter, & methodicè fuerit uſus, dubium non eſt, quin admiranda ſæpè ſit experturus, quæ manifeſtæ medicamentorum vires nequaquam præſtiterint. Ad eos tamen magis morbos uſurpari poſſunt, quorum occulta eſt, & ab humorum pravitate diverſa malignitas.

*Uſus, & utilitas.*

## DE MEDICAMENTIS, *certis quibusdam corporis partibus addictis.*

### CAP. XXXI.

EADEM & in hisce medicamentis inter doctos agitatur controverſia. Cùm enim aliqui ſpecificas (ut vocant) medicamentorum vires negaverint, hoc etiam admittere noluerunt, medicamenta quædam certis quibusdam corporis partibus vel competere, vel adverſari peculiariter. nam quæ caput roborant, eadem cæteris quoq; viſceribus auxiliantur: nec quicquam eſt, quod vel renibus, vel cordi negocium faceſſat, quin id ipſum lædat, quascunque partes offenderit. Verùm utraque parte peccatur. Nec enim vera eſt eorum ſententia, qui nihil in hisce præter occultam ſubſtantiæ proprietatem admittunt: nec eos penitus approbare licet, qui nulla cenſent medicamenta partibus ullis peculiariter addicta eſſe. Licèt enim (quod ajunt) nihil ulli parti tantum vel obſit, vel conveniat, quin id ipſum cæteras quoque vel juvet, vel offendat, nihilominus tamen fieri poteſt, ut quod omnibus competit partibus, alicui ſit magis familiare: vel viciſſim, quod omnibus nocet, alicui magis & propriè quidem noceat. Sunt enim corporis humani partes ita conſtitutæ, ut & in multis conveniant, & propriis etiam ſubſtantiis diſcrepent. Licèt itaque partibus aliquid conducat omnibus, qua nimirum eis eſt ratione quodammodò ſimile: quid obſtat, quin propria ſubſtantiæ differentia vel hepar primariò juvet, vel aliam quamvis partem? Nocentium idem quoque judicium eſto. Rerum enim ſympathias, & antipathias à natura tollere non poſſumus, quarum certè nemo rationem ab ipſis qualitatibus expoſuerit: conetur modò, qui volet, licebit, palmamq; feret, ſi quid fuerit aſſequutus. Etſi verò negari non poteſt, quin hæc medicamenta (quæ Medici certis quibusdam partibus adſcripſerunt) proprietate quadam occulta juvent, nequaquam tamen ob id omnis rationum diſcurſus excluditur: ſiquidem ab ipſius partis & medicamentorum natura quædam poteſt oſtendi ratio ſimilitudinis, ut paulò pòſt clarum faciemus.

QUIS verò ſit horum medicamentorum uſus & utilitas, facilè collegerit, quisquis intelliget ea meritò prodeſſe magis, quæ non qualitatibus ſolùm, ſed tota ſua ſubſtantia juvant. Hæc ſint in genere dicta: quæ verò in ſingulis obſervanda fuerint, ſequentibus capitulis exponentur.

*Uſus.*

## *DE MEDICAMENTIS, quæ vocant cephalica.*

### CAP. XXXII.

CAPITIS nomine totam ejus compagem intelligimus à ſummo apice ad ipſas uſque claviculas, quibus ſuprema corporis pars à pectore ſejungitur. Ea tamen propriè cephalica dicuntur, quæ cerebri vitiis accommodantur: ſiquidem quæ vel oculis competunt, vel auribus aliisq; ad capitis molem pertinentibus, ſuas habent ab ipſis partibus denominationes. Capitis, ut & aliarum partium medicamenta duabus Medici claſſibus diſtinxerunt: alia namque calida vocarunt, alia frigida: quo certè diſcrimine patet, hæc ipſa non ſola ſubſtantiarum ſimilitudine, ſed manifeſtis etiam qualitatibus cuique parti competere. *Non enim caloris, aut frigoris occultæ ſunt facultates, & quæ tota ſui ſubſtantia juvant, ſemper omnibusque conveniunt.* Cæterùm ut cephalica dignoſcantur, cerebri natura, & affectus maximè proprii ſunt deſcribendi. Cerebrum itaque cùm & rationis ſedes ſit, ſenſuumque principium, & nervorum origo, natura temperatum eſt: quovis enim exceſſu cæteris partibus magis afficitur, ſiquidem ſi calidius exiſtat, ſubitò ſenſus & ratio commoventur: ſin verò ſit frigidius, iidem languent & obſtupeſcunt, ut reliqua taceam ſymptomata, quæ ſubinde caput invadunt, ſi cerebrum à ſua recedat temperie. Hoc etiam cerebro peculiare eſt, ut odoribus, ſonis & coloribus vel delectetur, vel offendatur, cùm reliquæ partes hisce ſenſibus deſtituantur. Uterum tamen excipiunt aliqui, utpote qui manifeſto motu fœtida refugiat, amplectatur autem ſuaveolentia: verùm hac de re ſuo loco tractabitur. Cenſebuntur ergo cephalica, non ea ſolùm, quæ gratis odoribus cerebrum recreant, ſed quæ vel ſuavi concentu vel jucundis variarum rerum picturis oblectant audientes, aut inſpicientes. Hoc tamen *in hisce* diſcrimen obſervari poteſt, odores cerebrum afficere innata magis olfaciendi facultate, quàm diſcernendi judicio, cùm nec Muſicis, nec aſpectu quisquam oblectetur, quin ab harmonia diſſonantiam, & ab eis quæ pulchra ſunt, deformia diſcernere

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0714-0
DFG

nere poſſit, ea procul dubio ratione, quód odoratus hiſce ſenſibus, viſu nimirum & auditu, magis terrenus exiſtat. Hæc grata diſputatione, jucundis item objectionibus copioſé diſcuti poſſent, niſi ſervanda brevitas hoc ipſum prohiberet.

Quamvis autem & Muſica cerebrum & picturis reficiatur, non tamen hæc inter cephalica numerantur, quód medicamenta non ſint. Ex ipſius autem cerebri affectibus cephalica etiam dignoſci poſſunt. Quoniam itaque cerebrum (utpote quod reliquis viſceribus minus natura calidum exiſtat) pituita plerumque repletur, ob id ea maxime cephalicis annumerantur, quæ præter occultam, qua cerebrum roborant, facultatem, excalefaciunt, tergent, incidunt, & exiccant. Cerebri veró ſitum ſi conſideres, cúm in ſuprema corporis parte ſedem habeat, calidos vapores facilè ſuſcipit, unde (præterquàm quód aliis obſint rationibus) ægri ſæpenumeró vigiliis excruciantur & capitis doloribus: quæ ſymptomata refrigerantibus cephalicis compeſcimus. Hæc alia eſt cephalicorum ſeries, ſub qua fortaſſis etiam narcotica comprehendere liceat, cúm ſuas frigore vires exerant. Licèt autem hæc ipſa in aliarum etiam partium doloribus adhibeantur, propriè tamen cephalica cenſeri debent. Ea ſiquidem ratione dolores ſedant, qua ſomnum inducunt, aut partis alicujus ſenſum obſtupefaciunt. Cúm itaque cerebrum, ſomni & vigiliarum ſedes exiſtat, & origo ſenſuum, hac & illa ratione narcotica pro cephalicis haberi poſſunt. An veró hæc tota ſubſtantia capiti familiaria ſint, iis perpendendum relinquimus, qui præter occultas vires in hiſce medicamentis nihil agnoſcunt, cujus reſpectu certis partibus competere poſſint. Hoc fortaſſe magis rationi conſentaneum fuerit, narcotica cerebro & ſenſilibus corporis partibus adverſari tota ſubſtantia, quàm ut eis auxilientur. De purgantibus autem, an eorum aliqua certis quibusdam partibus competant, infrà proprio capite tractabitur.

Tot ergo ſunt cephalicorum claſſes, ut aliqua cerebrum expurgent, item aliqua refrigerent, aliqua veró corroborent, quibus equidem omnibus hoc forſan commune eſt, ut cerebro ſint occulta facultate familiaria, quæ nec ratione comprehendi, nec præceptis deſcribi poſſit. Cæterúm quæ morbos cerebro peculiares proprietate quadam excutiunt, vel talia ſunt, quorum ratio reddi nequeat, vel ad dictarum claſſium aliquam meritó referentur. Hoc tamen ut addatur, forſan non abs re fuerit: hæc nimirum medicamenta vel ideó prodeſſe, quod hiſce morbis antipathia quadam adverſentur, vel quód cerebrum adverſus malignas morborum vires tota ſubſtantia muniant, atque tueantur.

Porró cúm variæ ſint (ut modó dictum eſt) cephalicorum vires, non eadem ſemper aut eodem tempore conveniunt. Non enim cerebrum facilè corroboratur anté quàm expurgatum fuerit: nec prius idipſum cephalicis expurgatur, quàm univerſum corpus probè fuerit evacuatum, ne ſcilicet caput attractione repleatur. Refrigerantibus ferè, cúm id caloris vehementia poſtulat, utimur: periculoſa tamen ſunt, ſi criſis expectetur. De narcoticis aliàs ſat dictum eſt. Qua veró ſit cephalicis utendum ratione, paucis exponi non poteſt, cúm pro variis morborum generibus, pro variis item uniuscujusque morbi temporibus & ſymptomatis, varia quoque ſit cephalicis utendi ratio.

*Utendi tempus.*

*Utendi ratio.*

## *DE RELIQUIS CApitis partibus.*

### CAP. XXXIII.

Sub Capitis nomine (quod etiam præcedenti capite monuimus) externæ quoque partes, ut oculi, nares, ôs, & aliæ, comprehenduntur: de quibus aliquid ſaltem exponemus, ut earum etiam remedia poſſint inveſtigari.

*Oculi.*

Primúm ergo de oculis agemus, quód inter ſenſus externos viſus primas obtineat, cujus organa ſunt oculi. Duplicia veró ſtatuuntur oculorum medicamenta, quæ nimirum ad ſpiritus viſorios, & quæ ad ipſosmet oculos referuntur. Spirituum ea debet eſſe conſtitutio, ut nec nimis craſſi, nec nimis ſubtiles exiſtant. Cæterúm etſi ſæpe fit, ut nimia ſpirituum ſubtilitas viſum efficiat debiliorem, ea tamen ocularia maximè nuncupantur, quæ facultate, quam habent, incidendi viſum exacuunt: ὀξυδερκικὰ Græci nominant. Inter hæc autem à Medicis plurima recenſentur, quæ non hac, ſed occulta proprietate viſum juvent. Non hic equidem hac in parte refragabimur, utpote cúm noverimus prodeſſe multa, quorum vires non ita rationi pateant, niſi quis ad ipſam ſubſtantiæ ſimilitudinem recurrat. Hic tamen eorum acumen mirari contingit, qui caprinum jecur nyctalopas juvare cenſent, haud alia ratione, quàm quód capras exiſtiment non minús noctu cernere, quàm interdiu. Liceat itaque ab uno cætera comminiſci, ut mirandos rerum effectus intelligendo comprehendere videaris. Sed quæſierit forſan aliquis, quæ'nam ſit hepati cum oculis affinitas? Certè nec eadem ſubſtantia, nec idem eis ineſt temperamentum. Hæc jucunda diſputatione tractari poſſent ampliſſimè: brevitatis tamen cauſa ſolummodó proponenda fuerunt, & eo fine quidem, ut hæc quoque ratio pateret, qua non oculis ſolúm, ſed reliquis etiam partibus, medicamenta propriè, vel admirando ſucceſſu competentia, nonnullo diſcurſu rationis exquirerentur. Conſtat, veteres ab animalibus didiciſſe plurima,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0715-6 DFG

quæ nec mentis acumine potuiſſent aſſequi, nec ipſa fortaſſis etiam experientia. Porrò quod ad ipſam oculorum conſtitutionem attinet, cùm ſenſu ſint exactiſſimo, nec levia leviter ferant incommoda, non quævis ſubitò cenſeri debent ocularia, ſi viſum extenuando poſſint acuere, ſed hoc in extenuantibus requiritur, ut nec nimis acria, nec calida nimis exiſtant. Quòd ſi quæ ſint extrinſecùs adhibenda, ſolùm ea convenient, quæ nec duritie lædant, nec irritent mordicando, nec adeò viſcoſa ſint, ut tenaciter adhæreant. Hæc nimirum ocularia ſunt medicamenta, quæ nec in pulveres, nec in unguenta reducuntur, quòd hæc ob oleum oculis infenſa ſint, tum quòd glutinis inſtar validiùs in partes impingantur. Pulveres autem quisque novit, quid negocii *ſæpè oculis inferant*, cùm eis adverſiſſima ſit aſperitas. Sed hæc ad medicamentorum formam ſpectant magis, quàm ut eorum vires oſtendant. Sunt tamen obſervanda nihilominùs, quòd hac etiam ratione, non viribus ſolùm ocularia dicantur, quæ vitiis oculorum adhibentur.

*Nares & os.* Eadem quoque ratio eſt aliarum partium, ne vel fœtida naribus offerantur, vel palato, quæ ſaporem habeant ingratum. Hæc enim non guſtui ſolùm officiunt, ſed ventriculum etiam ſubvertunt, cùm eadem ſit oris & ventriculi tunica. Quæ verò graviter olent. & naribus moleſta ſunt, & cerebro non leve damnum inferunt. Sint ergo ſtomatica vel dulcia, vel ſaltem non ingrata: ſint errhina vel odorata, vel nullo gravia fœtore. Quòd autem & nares & os viæ ſint ad expurgandũ cerebrum, ideò facile vitiis infeſtantur, quę perpetuò poſtulant abſtergentia. Cęterùm de maſticatoriis, gargariſmatis, & errhinis non eſt ut hîc verba faciamus, tum quòd cerebrum magis, quàm vel os, vel nares ſpectent, tum quòd de purgantibus ſuo loco ſimus acturi.

*Aures.* Aures quòd pateāt, facilè frigidis infeſtantur: quòd ſicciſſimæ ſint, medicamenta poſtulant, quæ vehementiſſimè ſiccent.

*Dentes.* Dentibus autem inimicum frigus eſt & calor vehemens. Acidis etiam, auſteris & acerbis maximè læduntur, cùm nec cute, nec carne ſint obducti, quibus horũ injuria contemperari poſſit. Detergentibus juvantur dentes, & aſtringentibus, quòd levi de cauſa defluxionibus infeſtentur: quæ cauſa etiam eſt, ut facilè dulcium & pinguium uſu putreſcant.

*Facies.* Ut oculi coloribus, aures harmonia, nares odoribus, & lingua ſapidis oblectatur: ita facies, & maximè muliercularum, iis inhiat, quibus & nitorem, & formæ decus conſequatur. Hæc ſunt, quæ nobis hoc loco de cephalicis ſcribenda eſſe videbantur: cætera in fucis & morborum curationibus exquirantur: ubi copioſiùs à Practicis deſcripta ſunt.

## A DE MEDICAMENTIS *pectoralibus.*

### Cap. XXXIV.

Medicamentorum, quæ pulmonibus & thoraci addicta ſunt, non unum genus eſt: quædam enim partes affectas ſpectant, aliqua materiam, quæ morbum infert. Etſi verò quibusdam pulmones exulcerantur, ut ſint adſtringentibus conglutinandi: B non hæc ideò tamen thoracica nuncupantur, cùm adſtringentia pectori ſint & pulmonibus adverſiſſima, tum quòd reſpirationem prohibeant, tum quòd expectorationem remorentur. Thorax itaque lenientia maxime poſcit, ut & liberior ſit reſpiratio, & ſi quid inhæreat, faciliùs diſcutiatur. Cùm autem pulmones deſtillationibus à capite ſint obnoxii, ſit, ut ea præcipue pectoralia cenſeantur, quibus expuitio procedit expeditiùs. C Non una tamen eſt ſputi promovendi ratio: nonnunquam enim materia, quæ delabitur, tenuis eſt, ut quantocunque thoracis motu nequeat expelli, cùm ſubinde diffluat: quandoque tamen adeò craſſa eſt, ut per anguſtas pulmonis arterias ejici non poſſit. Hinc duæ ſunt pectoralium natæ ſpecies, ut nimirum materia tenuis incraſſetur, & craſſa nimis incidatur, quò faciliùs expui poſſit. Eorum verò, quæ tenues incraſſant humores, D quædam mitiora ſunt, quæ calidis & frigidis conveniunt humoribus: alia verò vehementer etiam frigida ſunt, ut *humorum acrimoniam refrænare poſſint.* Cæterùm quòd inter pectoralia, quæ *phthiſicis competunt*, etiam recenſeantur, de his ut *aliquid ſaltem dicamus*, operæ precium eſſe videtur. In his itaque medicamentis tria conſpiciuntur, quorum ratione tabidos juvant. Sanguinem enim concretum incidunt & expectorant, pulmones peculia- E ri virtute fovent atque tuentur, & vulnera conglutinant: quæ quidem vires aliquibus etiam ſimplicibus tributæ ſunt, ſæpe tamen pro variis Medici ſcopis variè diſtribuuntur, ut nimirum ulcera vel magis expurgentur, vel magis conglutinentur. Contrariæ ſiquidem vires exiſtunt, & quò magis aliqua tergent, & incidunt, tantò quoque magis glutinantium vires impediunt. Hæc igitur ratio temporis obſervatur, ut in principio F magis abſtergentia competant, poſtea verò magis juvent glutinantia. Licet itaque tabidis adſtringentia conveniant, non hac ipſa tamen ratione pectoralia cenſentur, ſed quòd & incidant, & propria vi pulmonibus familiaria ſint. Ad hæc tanta nequaquam eis ineſt adſtrictio, ut reſpirationem impediant, aut humores pulmonibus vehementer impingant. Sunt ergo pectoralia, quæ vel laxant & emolliunt extrinſecus admota, vel humores pulmonum arteriis impactos incidunt & expurgant:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0716-2 DFG

gant: aut tenues incraſſant defluxiones: aut acres temperant, & arteriæ leniunt aſperitatem.

## DE MEDICAMENTIS *cordialibus.*

### CAP. XXXV.

UT cerebrum ſenſus, ita cor affectuum ſedes eſt, vitæ fons, & inſiti caloris origo. Cùm itaque duo ſint cordi maxime propria, ut & ſuo calore vitam foveat in reliquis partibus, & voluntati ſuis affectibus vigorem inferat: quo quoque ſunt eorum genera, quæ cordi convenire dicuntur. Quædam enim, quód animum exhilarent: quædam, quód cor ipſum juvent, cordisque ſpiritus reficiant, cordialia nuncupantur. Eorum porrò, quæ cor oblectant, non una eſt ratio, cùm vel ira, vel amore, vel metu, vel odio, vel triſtitia, vel aliis affectibus cor varie conturbetur, quorum vel temperantia, vel ablatione id ipſum viciſſim erigitur. Etſi veró cor affectibus hisce plurimùm ſæpè recreatur, ut cordialia meritò ſint, quæ vel amatoribus obblandiuntur, vel iratos placant, aut ſolantur meticuloſos: quód tamen hæc medicamentis primarió nequaquam aſſequamur, ad aliud vel tempus, vel locum referenda ſunt: maximè veró Philoſophiæ præceptis ita mens imbui poteſt, ut minimùm affectibus conturberis. Cor enim medium eſt inter hepar & cerebrum, ut non ratione minùs, quàm ingeſtis afficiatur. Quamvis autem vis hæc medicamentis quibusdam ineſſe dicatur, ut lætitiam inferre poſſint: nequaquam tamen id ita fuerit intelligendum, atque ſi ſuapte natura cor exhilararent. Lætitia namque non corporis, ſed animi motus eſt: quo fit, ut ſine judicio lætari nemo poſſit. Sunt tamen, qui medicamentis odium, aut amorem concilient: verùm id exiſtimaverim (ſi fiat) vel occultis rerum proprietatibus, aut incantationi potiùs adſcribendum eſſe. Quód veró lætitia quibusdam medicamentis attribuitur, id hac ratione verum eſt: cor ut vitam omnibus corporis partibus impertit, iisdem ita compatitur, & pede vel manu læſa ſubitò contriſtamur. Quicquid ergo dolorem vel tollit, vel ſaltem mitigat, oblectare dicendum eſt. Magis tamen hoc ipſum præſtare videntur ea, quæ propriis cordis affectibus mederi poſſunt. Cor itaque nimio calore, venenis, & tetris vaporibus affligitur. Hic nimirum patet altera medicamentorum cordialium ſeries: nam quæ modó propoſuimus, animam in corde magis, quàm cor ipſum ſpectant: hæc veró cor, & cordis ſpiritus naturali virtute magis, quàm rationis vi fovent atque tuentur. Tria ſunt igitur horum medicamentorum genera, quibus affecto cordi naturæ adminiculo ſuccurrimus. Quædam enim: quód refrigerando febrium ardorem mitigent: quædam, quód venenis adverſen-

A tur: quædam veró, quód cordis ſpiritus peculiari virtute refocillent, cordialia nominantur. At non quicquid refrigerat, protinus eſt cordiale. Plumbum enim non minus ac aurum, argentum, aut gemmæ precioſiſſimæ, frigidum eſt. Hic nimirum vis alia ſubeſt, quæ nec ſcripto facilè, nec verbis exprimitur. Sed vereor, ne talia magis ex accidenti, quàm propria facultate lætitiam inducant: ut ad primam cordialium claſſem meritó ſint referenda, cùm
B ratione magis animum in corde, quàm naturali dote cor oblectent. De venenis & eorum alexipharmacis ſuprà proprio capite actum eſt, ut hic nihil ſupereſſe videatur, quod jam ſcriptis addi debeat. Huc tamen non quæcunque venenis adverſantur, referenda ſunt: ſed ea, quæ oppreſſo cordi ſuccurrunt. Quædam enim (ut ſuprà demonſtratum eſt) alterando, quædam vires naturamque fovendo, venenis reſiſtunt: quædam tota ſui ſubſtantia,
C facultate nimirum occulta, certis quibusdam venenis adverſa ſunt, quorum tamen nullum ſub hac claſſe continetur. Ecquis enim ſcorpium aut viperas inter cardiaca recenſeat? De cibis, & iis, quæ contrariis qualitatibus venenorum vires infringunt, idem quoque dictum eſto. Quæ cor autem vel occulta virtute, vel quadam ſubſtantiæ ſimilitudine, vel vi, quam ratione quodammodò comprehendere poſſis, roborant, ad hunc cordialium ordinem
D referenda ſunt. Cùm hoc enim venenis inſit omnibus, ut cor petant, & vitæ inſidientur: quæ cor adverſus hæc muniunt atque tuentur, alexiteria meritó nominari debent. Tertia cordialium claſſis eſt eorum, quæ cordis ſpiritus reficiunt. Hæc nimirum ea ſunt, quæ cor exhilarare dicuntur, tum quód peculiari facultate vitales ſpiritus excitent, & vividiores reddant, tum quód tetros & melancholicos arceant à corde vapores. Ut odorata
E ſpiritus animales erigunt, aromatica naturales, ita hæc amica cordi virtute vitales fovent & recreant.

## DE MEDICAMENTIS *ſtomachicis.*

### CAP. XXXVI.

MEDICAMENTA, quæ ventriculo conveniunt, ſtomachica nominantur: etſi
F ſtomachus non ventriculum, ſed ejus orificium, ſeu gulæ partem inferiorem deſignat. Cùm itaque ſtomachica non partis, ſed totius exiſtant, non unius etiam ſunt generis: ſiquidem in ventriculo tria maximè propriis curanda medicamentis obſervantur: appetentia dejecta, concoctio debilis, retentrixq; facultas vitiata. Quæ appetentiam excitant, acida ferè ſunt, & grato condita ſapore. Licèt autem variis de cauſis appetitus ſæpè concidat, ut cùm obruitur bile ventriculus, aut putridis humoribus, non ea tamen, quibus

hæc expurgantur, propriè dicenda ſunt orectica, ſed quæ quadam acida vi gulam & ſtomachum contrahunt, gratoque ſapore delectant.

CONCOCTIONEM juvant ea, quæ vel calore convenienti, vel aromatica facultate ventriculi calorem fovent, vel occulta proprietate ventriculum roborant. De occultis dictum ſæpè eſt: hic tamen ratio ſuperiùs propoſitæ ſimilis, pauló tamen veritati magis conſentanea, nobis offertur. Nyctalopes ex quorundam ſententia caprino jecore juvari ſuprà diximus, quód exiſtiment aliqui, capras nocte non minùs cernere, quàm interdiu. Ventriculi veró concoctionem interna ventriculi gallinarum tunica juvare creditur, quód hæc animalia inſignem habeant concoquendi vim.

RETENTRIX *ventriculi facultas* vitiata nauſeam parit, vomitum, & alvi profluvia. Medicamentis hæc corrigitur adſtringentibus: non ob id tamen, quicquid adſtringit, ſtomachicum eſt, cùm adſtringant multa, quæ ventriculo ſunt adverſiſſima. Stomachicis ergo præter manifeſtas qualitates alia vis ineſt, qua ventriculo ſunt accepta.

*Utẽdi ratio.* AD appetentiam excitandam medicamentis interdum utimur, quæ non uſqueadeó ventriculum juvant: quo fit, ut hac in re multa ſint obſervanda, tum ut tempore convenienti, tum ut aptis ad id medicamentis appetentiam excitemus, quæ quidem paucis deſcribi non poſſunt, cùm pro variis appetentiæ dejectæ cauſis variè ſit etiam procedendum. Hoc tamen maxime notum, & commune præceptum eſt, orectica impuro ventriculo, vel ſi cibandum non ſit, nequaquam adhibenda eſſe. Quæ veró concoctionem juvant, ([illegible] dicere liceat) ante cibum offerri debent, tum quód in ventriculi fundo, non ſuperiori parte, calor excitandus ſit; tum quód calefieri debeat ventriculus ante quàm cibus offeratur. Quibus autem ventriculus adſtringitur, ea cùm duplici fine conveniant, ut vel ſtomachum, vel pylorum occludant, hoc quoque diſcrimine ſunt exhibenda, ut ſi vomitum evitare velis, à paſtu; ſin fluxus inferiores, ante cibum præbeas adſtringentia. pòſt enim aſſumpta, cùm cibos deorſum pellant, alvum ſæpenumeró movent: maximè veró, ſi lenientia priùs ingreſſeris.

## DE MEDICAMENTIS *hepatis.*

### CAP. XXXVII.

HEPATICORUM tres fortè licuerit conſtituere gradus. Quibusdam enim delectatur hepar, quibusdam robur viresque nanciſcitur: ſunt & alia, quæ vitiis ejus propriè competunt. Ut ad ciborum dignotionem, ne facilè quidvis ingereretur, guſtus & appetentia ventriculo præmiſſa ſunt, & linguæ ſtomachoque concredita, quibus & competens ciborum qualitas, & ſufficiens eorundem quantitas indicaretur: ita eſt hepati quiddam & manibus ingerentibus, & linguæ guſtanti & ſtomacho diſcernenti correſpondens & natura tributum. Venis enim meſaraicis ſibi conveniens attrahit alimentum, quod nimirum ejuſdem naturæ fuerit, aut temperamenti. Hæc ſunt ea, quibus hepar delectatur, alimenta quidem maximè: verùm ex medicamentorum ſerie nonnulla jecori quoque grata ſunt, dulcia nimirum: hæc enim avidè, velut alimenta ſibi competentia, trahit. Hepar autem corroborant ea, quæ leviter adſtringunt. Cùm enim concoctioni dicatum ſit, quadam opus habet adſtrictione, qua tum calor, tum concoquendus humor contineatur, ne diffluat hic, ille veró diſpergatur. Nequaquam tamen tanta eſt hepaticorum adſtrictio, quanta ſtomachicis competit. Ventriculus enim ampliſſimus eſt, & ingreſſum & exitum habens maximè patentes: at hepar exilibus eſt refertum venis, quibus vel chylum attrahit, vel ſanguinem in reliquum corpus diſtribuit. Quamobrem ne vel obſtruatur hepar, vel diſtributio ſanguinis impediatur, adſtringentia jecori competunt, non adeó tamen valida, ut hæc inferant ſymptomata. Quód itaque jecur ita ſit conſtitutum naturaliter, ut præ cæteris viſceribus facilè obſtructionibus corripiatur, ideó medicamenta, quæ vel prohibent obſtructiones, vel iiſdem factis medentur, *hepati cenſentur eſſe peculiaria. Sunt autem ea, quæ ſine vehementi calore incidunt & extenuant: quibus tamen & adſtrictio lenis,* & aliqua facultas ineſt abſtergendi. Obſtructiones plerumque ſequitur inflammatio, quæ refrigerantia poſcit, non quæcunque, ſed hepatica, hoc eſt, quæ ſimul & abſtergant & extenuent. *Utẽdi ratio.* Cæterum ex viſceris natura diligenter hoc eſt obſervandum, ut cùm id concoctioni deſtinatum ſit, calidis refrigerantia temperentur, ne calor, adeoque concoquendi facultas aboleatur: aut etiam diaphragma, cui vicinum & annexum eſt, ita refrigeretur, ut reſpiratio impediatur. Hic etiam modus in extenuantibus obſervari debet, ne viſceris robur diffundatur: in adſtringentibus, ne vel attractio chyli, vel diſtributio ſanguinis (ut modó dictum eſt) impediatur.

## DE MEDICAMENTIS *ſplenicis.*

### CAP. XXXIIX.

IN ſanguinis generatione tria maximè conſpiciuntur excrementa, ſeroſus humor, flava bilis, humorque melancholicus. Bilis propriam habet in hepate cyſtim: ſerum ad renes delabitur: ſplen veró craſſiorem ad ſe ſanguinis partem allicit. Duplex autem eſt hoc ſanguinis excrementum: aut enim nimio calore

lore aduſtum eſt, quam bilem atram nominant, aut ex ſeipſo craſſum ac terrenum eſt, qui propriè melancholicus humor appellatur. Hinc inveſtiganda eſt vis & natura ſplenicorum. His enim humoribus lien utplurimùm infeſtatur: unde varia conſequuntur ſymptomata, quibus cætera quoque viſcera noxam ferunt. Atra namque bilis, ubi vel efferata, vel adducta fuerit, melancholiam furoresque parit: humor autem melancholicus & viſceris obſtructionem, & ſcirrhum inducit, ut & ſanguinis concoctio vitietur, hydropsque ſæpenumerò ſubſequatur. Duplicia ſunt itaque medicamenta, quæ lieni cenſentur eſſe peculiaria. Quædam enim atræ bili competunt, quædam humori melancholico. De purgatione nihil hic nobis agendum eſt, cùm id infrà proprio capite ſimus tractaturi. Splenica ſunt ergo, quæ bilem atram humectando contemperant & refrigerando: licet ex his etiam aliqua ſint calore temperata. Non enim bilis hæc uſqueadeò calida eſt, ut medicamenta poſcat, quæ dicunt bilioſa, quibus eximia vis ineſt refrigerandi. Hæc nimirum ſunt ea, quæ ſuperiùs inter cordialia retulimus, quòd tetros *bilis atræ* vapores, quibus cor obruitur, temperent & demulceant: qua ratione lætitiam inferre dicuntur. Sunt ea quoque ſplenica, quibus humor melancholicus corrigitur & præparatur, ut commodè pòſt evacuari poſſit. Medicamentis id aſſequimur incidentibus & aperientibus, quæ ab hepaticis ea ratione differunt, quòd ſint adſtrictionis expertia. Splen enim concoctioni non eſt addictus: quo fit, ut adſtrictione non indigeat, cùm ad hepatis vires confirmandas chylumque retinendum ea non parum ſuppeditet auxilii. Splen etiam ab humore melancholico non obſtruitur ſolùm, ſed induratur, ut inter ſplenica meritò quoque numerentur emollientia, quæ non equidem aſſumuntur intrinſecùs, quòd ventriculo ſint & viſceribus concoctioni deſtinatis inimica, ſed extrinſecùs admoventur. Quamvis autem ſcirrho jecur etiam afficiatur, hæc tamen ei non conveniunt, quòd hepar (ut ſuprà dictum eſt) adſtrictione indigeat, qua tamen hæc deſtituuntur, & tantam emolliendi vim habent, ut calorem viſcerum, & ſpiritus, adeoque vires diſſolvant.

## *DE RENUM AC veſicæ medicamentis.*

### CAP. XXXIX.

AD ſerum à ſanguine ſecernendum renes à natura cæteris additi ſunt viſceribus. Id autem ut exciperet, nec ſubinde urinam excernere cogeremur, veſica iis adjuncta eſt amplitudine ſufficienti. Cùm
A itaque renum & veſicæ munus hoc ſit maximè proprium, ut à corpore tenuiſſimam ſanguinis partem excernant, morbis etiam utplurimùm urinæ vitio corripiuntur. Vel enim calculo, vel inflammatione, vel craſſis humoribus urina ſupprimitur, ut hac quoque ratione medicamenta renibus & veſicæ competentia (quæ nephritica & cyſtica vocant) ſint diſtinguenda: ſiquidem alia refrigerant, alia craſſos humores incidunt, alia lapides etiam confringunt.
B Etſi verò phlegmone ad ſiſtendum ſanguinis influxum adſtringentia poſtulat: renum tamen & veſicæ conſtitutio talis eſt, ut eis & veſicæ maximè periculoſus exiſtat adſtringentium uſus, utpote quibus urina magis impediatur. Quæ craſſos humores incidunt, uretica propriè nominantur, de quibus ſuprà ſatis actum eſt. Lapides autem confringentia, præter eam, qua pollent, incidendi facultatem (cujus etiam reſpectu meritò ſub diureticis
C comprehendi poſſunt) propria quadam vi prædita ſunt, ut lapides adeo duros comminuant. Ex his plurima paſſim à Practicis recenſentur, quæ id ipſum occulta proprietate præſtant, quorum alia ratio reddi nequit, quàm quæ ab ipſa eorum ſubſtantia ſumitur, non manifeſtis qualitatibus. Ex ipſa itaque renum & veſicæ natura, morbisque peculiaribus, hæc propriè nephritica & cyſtica videntur eſſe nominanda, quæ leniunt, & citra validum calo-
D rem incidunt & extenuant. Quòd autem eadem & renibus & veſicæ tribuerimus medicamenta, diſcrimen hoc in iis obſervari debet, ut cùm veſica ſit à corporis centro quàm renes remotior, ei quoque validiora præſcribantur medicamenta, ne vires eorum, antè quàm ad locum affectum pervenerint, evaneſcant.

E

## *DE MEDICAMENTIS hyſtericis.*

### CAP. XL.

UTERO competentia medicamenta ſunt, quæ menſes movent, vel nimis fluentes ſiſtunt: de quibus abundè ſuprà dictum eſt, ut jam nihil ſupereſſe videatur, quod pluribus exponi debeat. Hoc ſaltem de uteri na-
F tura dictis addere liceat: Uterum videlicet cerebro & ventriculo ſubſtantia quodammodo ſimilem eſſe. Cephalicis enim & aromatica vi præditis adeò delectatur, ut id manifeſto motu clarum faciat, dum iis accurrit, eorum verò contraria fugitat. Hoc experientia ferunt eſſe certiſſimum. Si qua namque mulier uteri præfocatione corripiatur, (quo quidem affectu ſurſum ferri creditur uterus) ori graviter olentia, ſed uteri collo admoventur ea, quæ grato ſunt odore prædita. Sin autem procidat uterus, vice verſa progrediuntur. Ob-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0719-2
DFG

latis enim ori beneolentibus, & fœtidis vulvæ admotis, uterus retrocedere perhibetur. Hæc ratio fuit, quæ movit aliquos, ut olfaciendi vim utero adſcripſerint. Sit'ne naſutus mulierum uterus, an verò ſit eorum naſus uterinus? Qui tale quidpiam aſſerunt, viderit, qui volet. Dubium non eſt, quin (quod ſuprà de cephalicis diximus) quæ gratum ſpirant odorem, cerebro ſint & nervoſis partibus amiciſſima: non ideò tamen olfactu ſolo talia prodeſſe judicanda ſunt, cùm & aliis qualitatibus, & ipſamet ſui ſubſtantia partes nullo præditas olfactu juvare poſſint. Eadem fœtidorum eſt ratio. Suffitus enim præter odorem, vim etiam habet certis quibusdam partibus adverſiſſimam. Fœtidis certè ventriculus offenditur, & ita quidem interdum, ut vehementi motu quicquid aſſumpſerit, evomat, non quòd olfaciendi facultate polleat, vel odorandi, ſed quòd alia fœtidorum noxa vellicetur. Uterum itaque judicamus, non, quòd olfactu præditus ſit, offendi fœtidis, ſed quòd ea ſint ejus naturæ adverſiſſima. Licèt autem olfactu nec oblectetur, nec offendatur: fœtidis tamen læditur, & beneolentibus corroboratur. Odor enim medicamentorum index eſt, quo natura, quid ſibi competat, edocet olfacientes. Hæc quæſtio pluribus hoc loco non eſt diſcutienda, ne propoſiti limites egrediamur: hoc ſaltèm concluſionis vice dictum ſufficiat, uterum perinde atque cerebrum benè odoratis & aromatica vi præditis confortari. Cerebrum enimverò nec guſtu pollet, nec olfactu, quod calvaria læſa & malè ſapidis, aut graviter olentibus admotis comprobari poteſt. Denique cùm ſuprà ſatis ea diſcuſſerimus, quæ menſes vel ſiſtunt, vel movent, hoc eis hoc loco ſolùm adjicere volumus; Hyſterica nimirum dici medicamenta, non quæcunque vel adſtringendo menſes ſiſtunt, vel eosdem movent incidendo, ſed quæ ſimul utero grata ſunt & accepta, qualia cenſeri debent, quæ vel odore ſuavi, vel aromatico ſapore ſuam oſtendunt ſubſtantiæ bonitatem.

### *DE MEDICAMENtis arthriticis.*

### *CAP. XLI.*

ARTICULI morbis ferè capitalibus infeſtantur: quo fit, ut cephalicis etiam curentur medicamentis. Ex ipſarum autem partium natura, cùm eadem ſit nervorum, quæ cerebri ratio, nihil quoque colligere licet, quod in cephalicis ſuprà non ſit expoſitum. Quòd tamen arthritica medicamenta doloribus oculorum maximè accommodentur, & ita quidem à Medicis deſcribantur, atque ſi hac ipſa ſolùm ratione arthritica ſint appellanda, de his aliquid etiam adjiciemus, ut qualia poſcant articuli, qualia item eorum dolores me-
A dicamenta requirant, intelligatur. Ex ipſa itaque articulorum natura, cùm nervacea ſint corpora, facilè colligitur, articulis ea competere, quibus & ſiccandi vis inſit, & calefaciendi, cum levi quadam adſtrictione, vel peculiari virtute, qua robur articulis addere poſſint: quæ certè facultas cephalicorum eſt, cùm tamen articuli ſint à corporis centro remotiſſimi, vehementiſſima quoque poſcunt medicamenta. Quod ad ipſos autem attinet
B articulorum dolores, hæc progrediendi methodus eſt. Dolor aut tollitur, aut ſaltèm demulcetur. Vera quidem ejus cura eſt, ſi cauſam, quæ dolorem infert, radicitùs extirpemus. Tanta eſt tamen interdum doloris rabies, ut anodynis utendum ſit priùs, quàm doloris cauſam impugnemus: & id quidem eò maximè, quòd dolore partes incaleſcant, & influxu ſanguinis inflammentur: quæ verò doloris cauſam evellunt, calidiſſima ſunt, ut cum
C furit dolor, iis abſtinendum eſſe videatur. Duplex autem eſt doloris ſedandi ratio: nam ſi dolorem ſpectes, anodynis uti licebit: ſin ardorem oppugnare velis, refrigerantia convenient, tum quòd iis ardor optimè temperetur, tum quòd iis influxus etiam inhibeatur, & maximè ſi repellentium aliquid immiſceas. Anodynorum naturam & utendi rationem ſuprà docuimus: de refrigerantibus ſuo quoque loco actum eſt. Porrò doloris cau-
D ſas Practici varias conſtituerunt, de quibus nunc non eſt diſſerendum. Hæc tamen ante alias admittenda fuerit: Pituitam nimirum articulis impactam, cùm irritatur, influxum atque dolorem excitare. Nam quæ Medici ad dolorem penitùs extirpandum, arthritica recenſent, talia ſunt, ut validiſſimas ad incidendum & attrahendum vires habeant, quæ profectò nec bili flavæ, nec ſanguini competerent. Hæc ſubſtantia ſunt eximiè tenui, quòd ad-
E ſtrictio pituitæ ſit adverſiſſima. Magis enim partibus impingeretur, à quibus tamen eſt elicienda. Cùm verò ſatis & attractum, & diſcuſſum eſſe videbitur, ut & dolor ceſſaverit, & cauſa doloris abſumpta fuerit, adſtringentibus utemur, & iis quæ articulos corroborare poſſint, ne poſt facilè defluxiones excipiant. Hæc ſunt, quæ nobis de propriis partium corporis humani medicamentis ſcribenda fuerant, ut qualia quibusque competerent, ex earum
F natura & affectionibus maximè propriis intelligeretur.

### *DE MEDICAMENtis purgantibus.*

### *CAP. XLII.*

DE purgantibus medicamentis plurimùm à Medicis diſceptatur, utrùm occulta proprietate ſibi deſtinatos attrahant humores, an verò manifeſtis qualitatibus id ipſum præſtent.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0720-3

ſtent. Quæſtionem hanc aliis diſcutiendam relinquemus, & qua fieri poterit brevitate methodum edocebimus, qua purgaturis procedendum eſſe judicamus. Hoc itaque primum eſto, quod medicinam exhibiturus obſervabit, quid nimirum ſit evacuandum: dein medicamenta inveſtiget, quibus idipſum aſſequatur. Cùm enim non eadem ſit in omnibus materia peccans, non idem certè medicamentum competit omnibus. Rationes autem, quibus exquiri debeat humor expurgandus, B per quas item vias educere conveniat, non fert inſtituti noſtri ratio, ut hocce loco demonſtremus: purgantium natura nobis & vires exponendæ ſunt. Variis itaque modis humores educunt medicamenta. Quædam enim leniendo, quædam abſtergendo, nonnulla naturam exſtimulando, aliqua conſtringendo purgare conſpiciuntur. Quæ verò propriè purgantia nominantur, præter haſce facultates aliam habent, qua humores à remotiſſimis etiam partibus eliciunt & attrahunt. Utrùm autem vis hæc calori tribuenda ſit, an occultæ proprietati, noſtrum hoc diſſolvere non eſt. Calida quidem cenſuerunt eſſe veteres omnia purgantia, cujus nomine calori vim purgatricem adſcripſerunt aliqui. Notum tamen eſt, recentiorum experientia, purgandi vim quibusdam ineſſe, quæ vel frigida ſunt, vel ſaltem exiguo prædita calore. Præter enumeratas purgantium medicamentorum qualitates, hæc etiam omnibus verè purgantibus ineſt, quædam nimirum ſubſtantiæ pravitas, qua ventriculo ſunt cæteriſque viſceribus inimica. Non equidem dubium eſt, quin hæc ipſa vis ad purgationem plurimùm conducat. Naturam enim ad expulſionem magis irritat, quàm vel acria, vel mordacia. Nondum tamen attractionis ratio patet. Magis enim natura, quàm medicamenta purgare diceretur, ſi ſit humorum expulſio nominanda purgatio. Licèt itaque non abſurda ſint, quæ à multis in hunc modum ad purgatricem vim demonſtrandam proferuntur, nequaquam tamen ideò negari poteſt, quin occulta quædam eis inſit ſubſtantiæ proprietas, ut humores certos ad ſe alliciant. Quamobrem hoc pro confeſſo habeatur, purgantia medicamenta præter eam, qua pollent, purgandi vim, qualitates habere varias, quibus vel occultè, vel ratione manifeſta negotium naturæ faceſſunt: quo fit, ut eis addenda ſint corrigentia. Sunt etiam variæ purgantium differentiæ. Quædam enim pituitæ, quædam bili, quædam melancholiæ, nonnulla verò ſeroſis humoribus addicta ſunt: & aliqua leviter purgant, aliqua verò vehementiùs, ut ejus non parum interſit, quænam ſint eligenda medicamenta. Denique ſi competens habeas medicamentum, & id, prout res ipſa feret, commodè correxeris, tempus etiam & utendi ratio diligenter exquirenda ſunt. Ut ergo generalem purgantium medicamen-
A torum doctrinam paucis, & recta methodo comprehendamus, hæc capitibus aliquot ſigillatim expediemus: quæ ſint nimirum purgaturis eligenda medicamenta: quibus item corrigi debeant: quando, qua denique ratione iis utendum ſit.

## *DE PURGANTIUM medicamentorum electione.*

## CAP. XLIII.

Cùm eadem medicamenta morbis omnibus nequaquam ſine diſcrimine conveniant, ſed unaquæque certis deſtinata ſint humoribus, in hoc omnium primò decet intentum eſſe Medicum, ut conveniens inveſtiget medicamentum, quo morbum ſibi propo-
C ſitum expugnare poſſit: hoc autem ex humorum natura, & manifeſtis medicamentorum viribus eſt exquirendum. Occultas equidem rerum facultates nullo rationis diſcurſu licet experiri: quo fit, ut hîc de iis nihil etiam ſimus acturi. Manifeſtis tamen etiam qualitatibus prædita ſunt purgantia, quarum reſpectu dignoſci poſſunt. Humores itaque purgandi quatuor exiſtunt: pituita, ſeroſus humor, bilis, & melancholia. Medicamentorum verò qua-
D litates, quibus ea diſcernuntur, hæ ſunt notiſſimæ: quædam enim leniendi vim habent: quædam adſtringendi: nonnulla partium tenuitate prædita ſunt: aliqua vehementi pollent acredine. Diſcrimen in his hoc etiam obſervandum: aliqua videlicet levem habere purgandi vim, alia vehementem: nonnulla verò media quadantenus prædita eſſe facultate. Hac ergo ratione cum modò ſcriptis humoribus conferri debent, ut quæ ſubſtantia ſunt tenui,
E pituitæ, vel melancholiæ conveniant, cùm enim humores hi craſſi tenaceſque ſint, ut attrahentibus cedant, incidentia poſcunt. Quæ verò leniunt, quòd humores nulla ferè vi oppugnent, bili conveniunt, ſeroſis humoribus, & iis, qui fluxiles & ad purgationem præparati fuerint. Hæc nimirum cauſa eſt, quòd biliosa medicamenta mixtis incidentibus pituitam expurgent: ſiquidem ubi fuerit attenuata, fluxilis exiſtat. Ob id ipſum quæ pituitam pur-
F gant, demptis incidentibus, aquas evacuat, cùm ut expurgentur, attenuatione non opus habeant. Cæterùm quòd hydragoga non ea propriè vocentur, quæ ſeroſos humores, quos in viis purgationi deſtinatis offenderint, ſecum rapiunt, ſed quæ aquas in loco remotiori collectas violenter eliciunt: talia certè ſunt, quæ non exigua pollent acredine, tum ut partium tenuitate penetrent, tum ut attrahant, calore vehementi. Quæ verò medicamenta vim habent adſtringendi, pituitæ, vel melancholiæ ſunt infenſiſſima, quòd craſſos humores ad-

ſtrictione partibus magis impingant, ſed iis conveniunt expurgandis, quæ ſuapte natura facilè fluunt, qualis eſt bilis, aut putrefacta pituita, quæ defluxiones, aut alvi profluvia ſæpenumerò excitant.

Coloribus etiam medicamenta diſcerni poſſunt. nam quæ alba ſunt, pituitam: quæ nigra ſunt, bilem atram: quæ flavo colore tingunt, flavam evacuare cenſentur, ut præter rationem & guſtum viſu quoque poſſis edoceri, quódnam ibi medicamentum ſit ad humoris alicujus expurgationem eligendum. Sed vereor, ne Medicos color fallat, ut bilem eſſe ducas ſerum, vel liquefactam pituitam, quæ flavo fuerit tincta colore.

Porrò quòd aliqua leviter, aliqua verò vehementiſſimè purgent, id quoque paucis expediendum fuerit. Competent ergo vehementiora, ſi quæ purgare voles, vel contumaciora, vel remotiora fuerint: quo fit, ut bilis cùm facilè cedat, etiam leviſſimis expurgetur. Sunt tamen ex vehementioribus aliqua, quæ bili conveniunt, ea fortaſſis ratione, quòd cito ferantur impetu, eaq; ſolùm rapiant, quæ facilè ceſſerint. Talia certè nec viſcoſis humoribus competunt, nec iis, qui ſunt ab inteſtinis, aut ventriculo procul diſſiti.

Purgantium denique diſcrimen hoc quoque diligenter expendendum eſt, cùm aliqua per ſeceſſum, aliqua vomitione purgent, utra conveniant. Hoc autem ex morborum natura colligi poterit. Quod ad ipſa tamen attinet vomitoria, *debili ventriculo, pectori, pulmonibus & oculis affectis nocent, aliàs morbis* ex cruditate conferunt. Vomitoria verò ſunt, quæ ſubſtantiam habent unctuoſam, vel quæ citò fœtorem in ventriculo concipiunt, aut quæ vehementiſſimas habent purgandi vires, ut operationem præcipitent. Non equidem hæc propriis addicta ſunt humoribus, niſi pituitam ea poſcere dicas, quibus incidendi vis ineſt. nam quæcunque ventriculus in ſe continet, vomitione foràs extruduntur.

## *DE PURGATIONIS tempore.*

### Cap. XLIV.

Antequam purgationem aggrediaris, priùs ex Hippocratis ſententia corpus fluxile reddes, & humores ad expurgationem præparabis, ne, ſi non cedant, naturæ vis inferatur. Cùm itaque concocta, non cruda, medicanda ſint, humores & maximè viſcoſos & tenaces calidis & incidentibus ſyrupis concoquemus: hac tamen prudentia, ne nimio calore in venas materia protrudatur, atque adeò febres excitet. Quòd verò vomitoria concoctione non indigeant, febrium, vel acceſſionum initiis exhiberi poſſunt, humorum præparatione poſtpoſita. Cæterùm ſi valdè

A purgandum ſit, priùs inteſtina vacuabuntur, vel lenitivo, vel clyſtere: ſecus enim viis non præparatis, materia violenter attracta interciperetur, & tormina, vel aliud quoddam grave malum inferret.

Horas autem circiter tres, aut quatuor, ante cibum exhibentur medicamenta, ne vel in alimenta vertantur, & maximè ſi dulcia fuerint eis immixta: vel alimentis eorum vires obruantur, ſi quis ea pauló ante cibum exhibeat. Natura B quoq; diverſo motu moleſtanda non eſt, ut purgationem expediat, & nutritione ſimul intenta ſit. Maximum id verò eſt, quòd purgantia ventriculo, & naturæ, ceu venenata, plurimùm infeſta ſint, ut cum cibis in corpore nequaquam retineri debeant. Etſi verò pilulas cibum aſſumpturis aliquas exhiberi poſſe concedimus: nequaquam tamen hoc modò ſcriptis repugnat. Ex iis enim conficiuntur, quæ nullam vim habent naturæ moleſtam, ſed ventriculum potius C roborant, & concoctione peracta, leviter alvum movent. Quòd ſi cum chylo quidpiam in venas feratur, id putredinem arcet, nec ſanguinis concoctionem remoratur. Lenientia quoque (qualia ſunt manna, caſſia, ſyrupus roſatus laxativus) quòd naturæ non ſint adverſa, pauló ante cibum, ut hora una, vel dimidia, commodè ad excrementorum eductionem exhibentur. A' cibo pilulæ nonnunquam capitales exhibentur, ut cum ciborum vaporibus earum vires ad caput D ferantur.

## *DE PURGANTIUM medicamentorum correctione.*

### Cap. XLV.

In purgantibus plurima conſpiciuntur, quæ E vel adjuvanda ſunt, vel corrigenda. Quædam enim manifeſtis nocent qualitatibus, quædam occulta malignitate naturam laceſſunt, aliqua vel tardiùs, vel imbecilliùs purgant, aliqua denique nimis efferato motu corpora viresque dejiciunt. Cùm hæc itaque vitia vel nota ſint antè quàm exhibeantur, vel poſtmodò nobis innoteſcant, de iis primùm agemus, quæ cum ipſis purgantibus exhibentur: dein & aliquid eorum attingemus, *quæ à pur-* F *gatione* nonnunquam offeruntur. *Omnibus* hoc fere purgantibus ineſt, ut *ſtomacho* & naturæ adverſentur: quo nomine *ſemper* eis admiſceri debent, quæ cor aut *ſtomachum* roborant. Id etiam, quæ leniendo purgant, habent incommodi, quòd in *flatus* facilè convertuntur, ut ea perpetuò *poſtulent*, quæ flatus diſcutiunt. Hoc *autem non* in iis ſolùm, quæ ſuapte natura *flatulenta ſunt*, venit obſervandum, ſed in iis etiam, quibus ad expurgandam pituitam, aut humorem melancholicum utimur. Talia namq; *licet in* flatus converti nequeant, ſuo tamen

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0722-5 DFG

tamen calore, ſi vel pituitam, vel melancholiam attigerint, flatus excitant, qua procul dubio ratione ſena flatulenta dici debuerit. Purgantia, quorum acrimonia viſceribus adverſa eſt, non adſtringentibus, ſed iis corriguntur, quæ leniendi vim habent & incraſſandi. Talia namque ſic temperanda ſunt, ne diù in corpore contineantur: quod ii perpenderint, qui roſis aut aliis adſtringentibus antimonium corrigunt. Tragacantha commodiùs temperari poſſet, ſiquidem medicamentorum acrimoniam tollit, nullius particeps adſtrictionis. Ad excitandas purgantium vires, quò citiùs & faciliùs operentur, iis interdum utimur, quæ vel partium tenuitate, vel acrimonia naturam extimulant. Id autem in attenuantium uſu diligenter obſervabitur, ne modum exuperes, atque adeò vel venenatam medicamenti qualitatem ad cor deferas, vel ſudorem excites, quo multiplex damnum inferretur. A' purgatione ſi medicamentum imbecilliùs agat, vel clyſteribus, vel balneis expultricem inteſtinorum facultatem proritamus: interdum leniens potio, vel juſculum exhibetur, & maximè ubi ſiccum aſſumptum fuerit medicamentum. *Ad nimiam* medicamentorum operationem temperandam (ὑπερκάθαρσιν vocant) à multis multa ſuadentur, de quibus nihil hoc loco proferemus, ne conſtitutos brevitatis limites egrediamur.

## *DE PURGANDI ratione.*

### CAP. XLVI.

PRo variis Medici ſcopis varia quoque eſt purgantibus medicamentis utendi ratio. Nam ſi fuerint humores à remotis partibus trahendi, forma ſicca medicamentis eſt commodior: hac ſiquidem ratione diutiùs in corpore morantur. Sin autem citò purgandum fuerit, liquida exhibentur medicamenta. Neque verò parvi refert, utrùm purgantia diluas, aut decoquas, vel in ſubſtantia (quod vo-
A cant) exhibeas. Quorundam enim expreſſum magis purgat, alia vires habent in ſubſtantia efficaciores. Ea nimirum, quæ facultate poſſent adſtringendi, magis purgant, ſi diluantur: terrena ſiquidem eorum portio vim retinet adſtringentem purgationi contrariam. Cæterùm id etiam Medico diligenter obſervandum eſt, quâ nimirum quantitate, ſemélne tantùm, an ſæpiùs, & quâ doſi medicamenta ſint exhibenda. Quamobrem ſi materia craſſa tenaxque
B fuerit expurganda, ſæpe purgatio reiterabitur: aut ſi purgandus humor in corporis habitu fuerit, non enim una vice, quæ vel remota, vel contumacia ſunt, expurgantur: quòd ſi vehementius pharmacum exhibeatur, vires *id dejiciat, nec omnem tamen materiam evellat. Hinc fit, ut in morbis à melancholia factis,* purgatio duos aut tres dies continuetur. Quod verò medicamentorum doſes attinet, præſtat, ut ſingula diligentiſſimè perpendantur. Non
C enim res hæc levis eſt momenti, ſed quæ, ſi tantillum medicamenti pondus excedas, grave ſæpenumerò damnum inferat. Quamvis itaque purgantium doſes regulis generalibus ita comprehendi nequeant, ut quâ ſit unumquodque medicamentum menſurâ exhibendum ſatis intelligatur: ex iis tamen medicamentorum differentiis, quas ſuprà deſcripſimus, generalis quædam doctrina conſtitui poteſt, ut purgantium doſes certis etiam ordini-
D bus diſtinguantur. Cùm ergo medicamentorum aliqua leniendo purgent, quædam acrimonia vehementi, nonnulla verò viribus exiſtant inter hæc quodammodò mediis: hoc quoque doſium diſcrimen eſto, ut quæ ſuâ dulcedine laxant, ab ℥ j. ad ℥ j ß. exhibeantur: talia ſunt pruna, ſebeſten, tamarindi, ſive oxyphœnici, mucilago pſyllii, caſſia, manna. Quæ verò ſuâ acrimoniâ non leviter laxant, à gr. ij. ad gr. xij. poni debent, ut diagridium, ſcammo-
E nium, colocynthis, euphorbium & elaterium, &c. Quæ vel adſtringendo, vel quæ ſuâ ſubſtantiâ leviter laxant, ut agaricus, aloë, myrobalani, &c. mediâ quantitate dantur.

FINIS LIBRI SECUNDI.

# ANTIDOTARII GENERALIS LIBER III.

## *DE DEO ET NATURA.*

### *CAPUT I.*

PERACTIS præcedentibus li-
bris materia formaque medica-
mentorum : reſtat, ut eorum
cauſas efficientes hocce libro
brevitate, *qua fieri poterit*, ex-
pediamus. Non equidem du-
bium eſt, quin medicamenta, cujuscunque mo-
dò generis ea ſint, naturaliter prodeant & ge-
nerentur, ut natura medicamentorum efficiens
cauſa meritò dicenda ſit. Veruntamen haud
uſqueadeò ſtupidi, vel excæcata mente ſumus,
ut principium natura prius non agnoſcamus.
Nec eos moramur in Philoſophia gigantes, qui
ſolam (DEO vel non agnito, vel ſpreto nihilo-
minus) naturam amplectuntur. Quàm abſurda
verò ſit eorum ſententia, qui ſatis probè phi-
loſophari videntur, ſi quas à natura, & rerum
qualitatibus rationes excogitare poſſint, hinc
animadvertere licet, quòd ubi naturales cauſas
indagare conantur, qui fiat, ut ſemina cùm
adoleverint, *tam varias formas conſequantur*,
non aliud exponere queant, quàm quod *hæc*
ſit uniuscujusque *ſeminis proprietas*, ut in
hanc, aut illam formam tandem excreſcat. Non
enim vel à primis, vel à ſecundis, aut tertiis re-
rum qualitatibus, rationes tot tamque vario-
rum effectuum reddi poſſint. Hæc itaque re-
rum proprietas, quòd nulla ratione demon-
ſtrari poſſit, apertiſſimum eſt primæ cauſæ ſpe-
culum. Nam ſi, quòd ſato ſinapi ſemine talis
frutex exurgat, cauſam eſſe dicas ſeminis inſi-
tam proprietatem, fruticis cauſam expoſueris:
nondum tamen ejus proprietatis cauſa patet.
Sin porrò dicas, fruticis hanc eſſe naturam, ut
ſemen tali præditum proprietate producat,
circularem & perplexam prodideris inſcitiam.
Ex iis enim alterutrum priùs extitiſſe ſtatuen-
dum eſt, quod alterius quidem cauſa ſit, non
autem ab alio proceſſerit naturaliter, ut lucu-
lenter à Philoſophis aliquibus, fidei Chriſtia-
næ propugnatoribus, eſt demonſtratum. Pri-
mam ergo cauſam admittimus, quæ ſingulas
rerum, adeoque medicamentorum ſpecies ali-
quando fecerit, modò qui naturalis non fuerit,
ut eæ poſtea poſſent propagari naturaliter.
Hæc rerum cauſa efficiens DEUS eſt, cui boni
quicquid eſt, acceptum ferimus, hic ſua bene-
dictione naturam in ſuo curſu conſervat. Cùm
enim vires *haſce* rebus *indiderit*, easdem eis
detrahere poteſt, quandocunque libuerit.

A Quamobrem ut Medicus ſuum in arte ſua fi-
nem aſſequatur, DEO medicamentorum, qui-
bus utitur, authori gratias agat, quòd hæc ei
ſuppeditaverit auxilia, quibus ægrotantibus ſuc-
currere queat, eundemq; precetur, ut ſuam cle-
menter benedictionem largiatur. Hæc nempe
Medici pietas ſæpe plus præſtiterit, quàm ad-
miranda multorum doctrina. DEI namq; beni-
gnitas non intra naturæ limites conſiſtit, ut ea
ſolùm petentibus exhibeat, quæ naturales me-
B dicamentorum vires pollicentur, ſed admiranda
ſæpenumerò ratione ſanitatem ægris reſtituit,
ut DEUS ope ſua, non autem Medicus medica-
mentis curaſſe dicendus ſit. DEUM itaque me-
dicamentorum, & ſanitatis reſtitutæ cauſam
eſſe confitemur, cui laus ſit in perpetuum. Etſi
verò cauſa rerum Deus eſt, non ideò tamen re-
liquas excluſerimus. Natura ſiquidē & arte, quæ
Deus ab initio ſine mediis fecit, propagat &
conſervat, quæ nimirum & medicamentorum, &
C *ipſius adeò ſanitatis cauſæ ſunt. Arte quidem
Pharmacopœi medicamenta variè præparan-
tur*, & *conſervantur*, quæ ſuo *Medicus judicio*
commodè diſpenſat, ut ſuum ad depellendos
morbos Medici prudentia finem aſſequantur.
Priùs autem quàm Medici & Pharmacopœo-
rum officia perſequamur, de natura paucis ali-
quid exponendum eſt, cùm præ cæteris mani-
feſtiſſima ſit efficiens cauſa medicamentorum.
Novit enim unusquisq; naturaliter ea produci,
D quæ certis temporibus, & eadem ut plurimum
ratione generantur. Non ita facilè tamen, quid
natura ſit, quivis expoſuerit, cùm ne Doctorum
quidem hac in re judicium idem exiſtat. Natu-
ram definivit Ariſtoteles, principium & cauſam
eſſe motus & quietis, ejus in quo eſt primò,
per ſe, & non per accidens. Hac autem *ratione*
natura non externa, ſed *interna rei cauſa*, fue-
rit, ut formalis, vel *materialis dicenda ſit* po-
tius, quàm efficiens. Cùm *itaque natura* non in
E eo, quod ſit, aut patitur, ſolùm animadverta-
tur, ſed in eo etiam, quod in aliud agit naturali-
ter, hoc eſt, virtute patienti contraria, princi-
pium certè natura eſt, & cauſa motus, & quie-
tis alterius etiam *ſubjecti*. Quis enim ignem
in ligna naturaliter agere negaverit? Quam-
obrem naturæ nomen omnibus cauſis natu-
ralibus attribui poteſt. Quoniam verò nihil ſit
naturaliter, niſi cauſæ concurrant omnes, cùm
naturam rerum, adeoque medicamentorum

cauſam eſſe dicimus, naturalium cauſarum congreſſus eſt intelligendus. Porrò cœleſtes etiam cauſę ſub naturalibus meritò comprehenduntur, quòd licèt corporibus hiſce terreſtribus contrariæ non ſint, (ſiquidem nihil ab eis viciſſim patiuntur,) in ea tamen contrariis agant qualitatibus. *Aſtrorum* enim viribus tot tempeſtatum mutationes oriuntur, quibus quæ in terra latent, erumpunt. Licèt itaque multas habeant cauſas, quæ naturaliter fiunt, unius tamen nomine continentur, ut naturalium rerum natura efficiens cauſa dici poſſit. Non enim præter naturam aliud eſt extra res, quæ generantur, exiſtens, quod naturalium effectuum cauſa dici poſſit, ut in rebus arte paratis fieri conſuevit: ſiquidem artifex *etſi naturales* profert effectus, naturalis tamen cauſa non eſt. Quòd verò Deum exiſtiment aliqui naturalium actionum directorem eſſe, ut naturales cauſæ, formales & materiales ſolùm exiſtant, Deus autem efficiens cauſa naturalium effectuum dici debeat, abſurdiſſimum eſt. Nihil enim agit *Deus* naturaliter, ut naturalium effectuum cauſa dicendus ſit. Naturam quoque ſuis deſcripſit legibus, ut externo directore non indigeat: quod iis dictum eſto, qui Deum naturalibus cauſis immiſcent, exiſtimantes, naturam niſi divinitùs ſuſtineatur, conſiſtere non poſſe. Verùm hæc Philoſophis diſcutienda relinquimus. Hoc ſaltem ceu certiſſimum propoſuiſſe ſufficiat, naturam medicamentorum efficientem eſſe cauſam. Cæterùm quòd natura non medicamentorum ſolummodò cauſa ſit, ſed ipſius quoque ſanitatis, quam medicamentorum uſu conſequimur, fit, ut ea Medicis alio modo, quàm Phyſicis deſcribatur. Morbus enim & ſanitas corporibus competunt ea ratione, qua ſubjiciuntur alii, quàm naturæ principio: quod tamen (licèt impropriè) natura Medicis appellatur. Naturam itaque ex Galeni ſententia hoc loco nihil aliud eſſe dicimus, quàm vim quandam, ſeu facultatem in his ipſis corporibus, quæ ab ea reguntur, inhabitantem. Cùm autem in corpore noſtro triplex habeatur facultas, animalis videlicet, vitalis & naturalis, natura quoque tribus his facultatibus, ceu formis ſuis conſtabit, quibus illæſis, firmam naturam affirmamus. Firmam autem naturam à facultatum actionibus deprehendere licet: animalibus quidem, ut ſi imaginatio, ratio & memoria, item ſenſus omnes & motus voluntarii non fuerint impediti: vitalibus verò, ſi arteriarum pulſus validi: non debiles & languidi: naturalibus autem, ſi coctio in alvi excrementis, vel urina, vel ſputo, vel ſudore apparuerit. Tunc enim habemus naturam ipſam evacuationi adminiculantem. Conſpicitur namque & ipſa poſt concoctiones & humores diſcernere, & ſuperfluitates expellere, ipſumque denique morbum primaria ratione curare. Verùm cùm perfectè ipſa movet, Medici opera non opus eſt: cùm imbecilliùs agit id, quod deficit, Me-

A dicum ſupplere oportet: ut ab utroque noxii humoris fiat evacuatio, natura quidem expellente, Medico verò per medicamenti vim attrahente. Perfectè autem agit (licèt à Medico concoctio per humorum alterationem accelerari poſſit) in morbis acutis, temperatura, regione & anni tempore calido, ob materiæ tenuitatem evacuationemque aptam. Imperfectè in morbis chronicis, ſeu diuturnis, tempore, regione & complexione frigidioribus, ob materiæ contumaciam,
B expulſionique ineptam, quæ tum medicamento (ut antea dictum) præparanda, ac demùm evacuanda eſt. Cæterùm natura contra morbos jam vigentes (quo tempore natura maximè moleſtatur, concoctione jam apparente) *inſurgit*, & tandem vincit, hominemque evidenter ſanat, aut per ſudorem copioſum profundens, aut per lotium, aut per dejectiones, aut ſanguinis profluvium, aut per vomitum humores exercens.

C

## DE MEDICO EJUSQ. *officio.*

### CAP. II.

DE natura, utpote primaria morborum cicatrice, præcedenti capite diſſeruimus: nunc de Medico, qui ejus eſt miniſter, agendum eſt. Hujus autem ingenium, doctrina,
D mores & officium non ſolùm à bonis animi, verùm etiam corporis & fortunæ deſcribenda ſunt. Itaque quo ad animi bona, inprimis ſit DEI & veritatis amans, pius, & tum Logicæ artis, tum Philoſophiæ naturalis & moralis, tum Medicinæ utriuſque peritus: cujuſmodi erit, qui reminiſcentia fuerit facili, recto judicio, tenaci memoria, ſolers & promptus in remediis inveniendis, qui ſimplicium effectus ſumma cura tenuerit: dexter in ope-
E ribus: comis & affabilis erga ægrotantes: miſericors erga pauperes: *manſuetus* & *facilis* erga ſuæ artis *homines*: audax & animo intrepidus in rebus tutis & neceſſariis: prudens & circumſpectus in præſagiendo. Siquidem quæ bona ſunt auguria, denunciare debet: ſi quid tamen mali minatur infirmitas, amicis, vel aſtantibus tantùm ſignificare fas eſt. Cæterùm Medicus multa experientia exercitatus, in iis præſertim, quæ certa ratione excogita-
F ta ſunt, & frequenti uſu confirmata eſſe debent. Nam peregrina remedia ſemper quærere, & precioſa duntaxat, imprudentis eſt oſtentationis. In curandis ægrotis, non multos ſuſcipiat. Variis enim morbis & mens opprimitur, & corpus fatigatione continua languet. Inſanabiles & deſperatos morbos non curet, ne hominem occidiſſe, qui ſorte ſua interiturus erat, exiſtimetur. In explorandis leproſis ſit diligens & verax. *Ad ægros veniens*, manum non protinùs apprehendet, ſed primùm hilari vultu reſideat, ſermone leni ſolicitudinem



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0725-2
DFG

ſubmoveat. Nam & Medici conſpectus, ac alia multa, facilè pulſuum rationem turbant. Bis die patientes conveniat. Tutè, celeriter, & jucundè curet, citra tamen nimiam feſtinationem & voluptatem. Victus norma & remediis, quoad ejus fieri poterit, pro virili parte, non ad ullam ægrotantium offenſionem injuriámve, ſed ad eorum duntaxat commodum atque ſalutem utatur. Quæ noxia ſunt & lædunt, removeat. Nemini rogatus potionem mortiferam, vel mulieri medicamentum abortum faciens, neque exhibeat, neque etiam manifeſtet. Famoſi namque veneni vires, aut abortiendi modum, vel quæ conceptum inhibeant, indicare, ſcelus eſt. Quæ ad Chirurgi Pharmacopœiq; officium pertinent, non niſi coactus attingat. Officinas bis, vel ſemel ſaltèm in anno, unà cum iis à Magiſtratu *ordinatis*, viſitet, inutilia ſegregando, cæteroſque errores fideliter Magiſtratui indicando. Cum Pharmacopœis pactum, aut contractum ullum in vendendis remediis ne ineat, conſulenteſque cum ſuis receptis, quò velint ire, parandis, permittat. Porrò quod ad Medici corpus attinet, ſit temperans & caſtus: non ebrioſus, non crapulæ deditus, non luxurioſus & libidinoſus. Quoad fortunam, ſit liberalis, pecuniæ non nimis cupidus & avarus. Carnificis namque eſt, vel inter ipſos cruciatus ingens precium expoſcere. Dabit igitur operam Medicus, qui vir bonus eſſe volet, ut & moribus & medicamentorum uſu, quoad ejus fieri poterit, medicinæ dignitatem tueatur.

## *DE MAGISTRATU ejusq; officio.*

### CAP. III.

CUM in curandis ægris non parvi interdum errores à Medicis Pharmacopœisque, quibus ægri in maximum vitæ diſcrimen incurrere ſolent, contingant, neceſſarium eſt, ut Magiſtratus (eum autem nomino, qui poteſtatem gerit, vel qui civitates & provincias regit) non ſolùm magnam ſalutis ſubditorum rationem habeat, verùm etiam pravos errores corrigat, atque in eos, qui perperam medicinam factitant, animadvertat. Quare Medicos peritos & approbatos, Pharmacopœoſque exercitatos atque diligentes ſummo ſtudio habere, ac juramentum ab eis accipere procuret, quò ſuum quisque officium proprium ac meliùs ac fideliùs exequi valeat peragatque. Nulli praxim exercere permittat, niſi Medicus fuerit peritus, graduatus, & approbatus: cæteris verò, ut circulatoribus, hiſtrionibus, erronibus, exorciſtis, tonſoribus, aniculis, & his ſimilibus empiricis imperitis, tanquam carnificibus, & nulla ratione morbos curantibus, omnibus modis prohibere nitatur & interdicat: officinas non plures permittat, quàm pro praxis magnitudine neceſſariæ videbuntur, atq; ut eæ quotannis bis, vel ſaltèm ſemel à Medicis, & ad id or-A dinatis viſitatoribus perluſtrentur, præcipiat, malaque & corrupta, utpote ad humani generis perniciem ſervientia, ſemoveantur, publiceque effundantur, vel igne conſumantur. Medicos eruditos & Pharmacopœos approbatos libertate donare non gravetur, ne communi civium onere gravati, ſuo fungi officio minùs poſſint. Communem medicamentorum taxationem ne Pharmacopœi tranſcendant, animum adhibeant: neque aromatariis, aliisque omnibus B Pharmacopœis exceptis, medicinas componere, neque etiam vendere permittat: & ut omnia ſummatim comprehendam, in omnes eos, quos à recta via aberrare deprehenderit, prudens Magiſtratus animadvertat.

## *DE ASTANTIBUS & ægris.*

### CAP. IV.

C ASTANTES ſeu aſſidentes nominamus, qui ſe præſentes exhibent, & ægris miniſtrant: ægros verò, qui morbo aliquo ſunt correpti. Hos quoque ſuo perfungi munere oportet: niſi enim omnia ritè peragantur, curationem interrumpi contingit. Aſtantes itaque ſeu aſſidentes idoneos eſſe decet: cujusmodi ſunt periti, exercitati diù, prudentes & patientes, ut ſciant occaſionem, & patienter ægro inſerviant, ſciantque recitare ea Medico, quæ circa D ægrum contigerint. Sint præterea diligentes & fideles, ut ea, *quæ de cibi & potus*, vel medicamentorum qualitate & quantitate Medicus mandaverit, poſſint fideliter adminiſtrare, atq; in nullo delinquere. Quod ad ægrotos attinet, debent ii parére Medicis non ſecùs ac ſervi dominis ſuis, & in nullo proprio indulgere voluptati: patienter ferre omnia, quæ fiunt à Medico, nec timere, nec de ſalute deſperare, verùm, ut jam dictum, omnibus mandatis Medici E obtemperare.

## *DE PHARMACOPOEI officio.*

### CAP. V.

IN medicinarum adminiſtratione non exiguam partem Pharmacopœus ſibi vendicat, cùm ſit Medici quaſi dextra manus, *periclitetur*que ipſius culpa ſæpè non ſolùm *ægri* valetudo, F verùm etiam Medici *fama & exiſtimatio*. Quare, ut dextrè ſuum quoque *munus* expleat, eſt neceſſe. Principiò *itaque Latinæ* linguæ tam peritum eſſe oportet, ut non modò Medicorum receptas, ſeu *deſcriptiones*, verùm etiam Dioſcoridem, *Galenum*, Meſuem, reliquosque herbarios *receptos*, rectè legere, & exactè intelligere *poſſit*. Neque etiam Arithmeticæ imperitus *eſſe debet*, ut pondera ſimplicium & proportiones inter ſeſe rectè computare queat: verbi gratià, quando antidoti alicujus tertia, quarta, vel octava pars tantùm requiritur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0726-7 DFG

quiritur, quantum cujusque ſit accipiendum.

Simplicium cognitionem ritè teneat, quarum deſcriptiones ex præſtantiſſimis autoribus petat.

Herbas, flores, fructus, ſemina, radices, & reliqua ſimplicia debito tempore colligat ſelectiſſima, probeq; exiccet, ordine diſponat, ſciatque, quo genere vaſorum & inſtrumentorum unaquæque medicina ſit conſervanda, tractanda, & concoquenda.

Divitias ſaltèm mediocres adeſſe oportet, inprimis autem animum liberalem ab avaritia ſordibusq; alienum. Divitiæ enim hoc præſtare poterunt, ut commode habites, & medicinas, quæ emendæ ſunt, ſuo tempore quàm optimas coëmat. Animus autem liberalis, minimeq; avarus cavebit, ne compendii aut lucri ſui cauſa, deteriores vili precio libentiùs, quàm præſtantiſſimas pauló largiore, comparet.

Officinam habeat ſalubri loco ſitam, quam nec venti perflent, nec Sol permeet, nec fumus, nec teter odor ullus moleſtet: variis præterea reponendis conſervandisque accommodam: nonnulla ſiquidem locis ſubterraneis, pleraque editioribus præparanda & cõſervanda ſunt. Hortum inſuper habeat, ut ſemper in promptu ſint recentes plantæ, quarum ſucco ſubinde indigemus: ut herbæ rariores in eo alantur: & locum aliquem Soli expoſitum, in quo & ſiccare, quæ ſiccanda ſunt, & albedinem etiam quibusdam medicamentis conciliare poſſit: in quo deniq; omnia ea parari poſſint, quæ ex Medicorum præſcripto ad Solem confici debent.

Ministros habeat doctos ſuæ artis, qui uſum non vulgarem componendorum medicamentorum habeant, non errones, hiſtriones, bibulos, ſodalitiis aut aliis rebus inhoneſtis deditos.

Sit vigilans & circumſpectus in medicamentis compoſitis diſpenſandis: nec ſecundùm propriam phantaſiam, aut ex diſpenſatoriis non authenticis conficiat, ſed ex approbatis: diſpenſata Medico perito offerat, ut ſimplicia videat, examinet, & ſi quæ invalidæ fuerint, abjiciat.

Nec temerè conficiat receptas non intellectas, nec ſuppoſititia ſeu quid pro quo accipiat, ſed peritum Medicum conſulat.

Quem etiam omninò in conficiendis opiatis, & ſimilibus præſtantibus, ac magni momenti medicinis, ut præceptorem & judicem adhibebit: cui adjunget, ſi commode fieri poterit, unum & alterum bonum atque doctum virum, vel ſenatorii ordinis, ut eos habeat veluti teſtes ſuæ diligentiæ, induſtriæ, ac fidei. Deinde Medicus approbatus quamque medicinam ſic ritè præparatam, annum, menſem & diem ſupraſcribat, poſtea Pharmacopœus debito ac præſcripto tempore ferventari ſinat, antequam eam in uſum publicum expendat. Medicamenta autem in Medicorum præ-

A ſentia paranda, ſunt omnes confectiones magnæ, omnia electuaria, præſertim ſolutiva, opiatæ, pilulæ. Ex ſyrupis, ſyrupus acetoſitatis citri, violatus cum melle, endiviæ compoſitus, de cichorio compoſitus, de fumo terræ compoſitus: ſyrupus myrtinus compoſitus: de mentha major: de abſynthio: de calamentho: de epithymo: de ſtœchade compoſitus: de eupatorio: de hermodactylis, & miva aromatica. Ex oleis, melinum, maſtichinum, nardinum, B ſampſuchinum, moſchellinum, hyperici, de capparibus, ſcorpionum, caſtorei, de euphorbio, de coſto, &c. Ex unguentis, infrigidans Galeni, unguentum pectorale, ſtomachicum, de artanita, diapompholygos, ſandalinum, Apoſtolorum, Ægyptiacum, Comitiſſæ, dialtheæ cum gummis. *Ex emplaſtris*, de meliloto, emplaſtrum *diaphœniconis. Ex ceroti*s, gratia Dei, oxycroceum, de pelle arietina, &c.

Cæterùm receptas abſque Medici C nomine ſubſcripto non recipiat: iisque neque addat, neque demat, ſed eas purè & præcisè, ſicut ipſe Doctor ordinavit, componat, medicamenti alicujus valentis quantitatem non augeat, ut vacuatione hinc largiore ſecuta, dicatur medicamenta habere præſtantiora.

Syrupos ſingulos debito tempore, aquasque ſtillatitias igne lento, & vitreis organis conficiat.

Pulveres, ex quibus compoſita fieri D debent, non diù ſtare permittat, ſed recenter eos pulverizet ſuo tempore & loco. Medicinas ſolutivas nemini propinet, aut vendat, nec venenoſa, ut arſenicum, Mercurium, &c. ſine conſenſu Doctoris alicujus approbati, vel Magiſtratus.

Narcotica indoctis, empiricis, aut tonſoribus, hiſtrionibus, Monachis, Sacerdotibus, Monialibus, Judæis, ſeplaſiariis, circulatoribus nullo modo vendat, ſive ſimplicia, E ſive compoſita fuerint, niſi Medici approbati juſſu: nec ullo modo vetulis, aut obſtetricibus medicinas abortum, aut menſtrua provocantes, niſi propter neceſſitatem à Doctore aliquo fuerint ordinatæ: nihil vel amore, vel odio, vel metu, vel precio, vel ignorantia peccet. Medicamentorum compoſitorum nimiam quantitatem non conficiat ad evitandum expenſas, & cum hoc ne longo temporis curſu, vetuſtate virtutes amittant.

Ceram & crocum adulteratum non ven- F dat. Medicinas omnes inveteratas oſtendat & manifeſtet, nec quicquam ex his Phyſicum celet: vel ſingulis menſibus, aut ſæpiùs etiam omnia perluſtret, & diligenter conſideret, ut corrupta, putria, mucoſa, exoleta, & quovis modo inutilia, vel inefficacia reddita, rejiciat bona fide, nec in iis quærat lucrum, quibus ægroto crearetur vitæ periculum, ſed ſit animo liberali & magno, cogiteťque parvum illud damnum, fide ſua jam perſpecta, majoris ſibi lucri cauſam fore.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0727-3
DFG

Alium modum, quàm Doctor dederit, ſumendi medicinas hominibus non perſuadeat, ut multi falſi & glorioſi Pharmacopœi faciunt, dicentes, ſumat duplum iſtius medicamenti, aut triplum, quia nimis debile eſt, aut ſumat medietatem, quia fortiſſimum eſt.

De practica nullo modo ſe intromittat, ſed conſulentes ad Medicos approbatos dirigat, vel conducat.

Taxationem communem vel à ſummo ſibi Magiſtratu ordinatam, fideliter obſervet.

Non ſit aleæ aut ſimilibus ludis deditus, ne compotationibus gaudeat, aut alioqui vinoſus, vel ebrioſus, neque fœdis amoribus implicatus teneatur. Alea enim negligentiam parit, ebrietas errores, oblivionem & ſtuporem inducit: turpis verò amor etiam veneficia illi extorquere poſſet. Quare omnino, ſi fieri poteſt, maritus ſit, cui cum uxore rectè conveniat.

Munditiei ſit ſtudioſiſſimus: & bona conſcientia præditus, ut nihil in ſua profeſſione negligenter vel temerè agat, quo Deus, aut homines offendantur: ſit pius, humanus, placidus, affabilis, benignus, alacris, inprimis autem mitis erga pauperes, & commodus erga imperitos: non etiam in eorum ineptias, ſed in neceſſitatem ægroti reſpiciat, ac Deum omnium inſpectorem ac judicem præ oculis habeat, qui rectè agenti longè majora & beatiora præmia largietur, quàm ab ullo mortalium perſolvi poſſint.

## DE CALEFACTIONE.

### CAP. VI.

Medicamenta igne, Sole, & rerum putridarum calore caleſiunt. Quæ humida ſunt, & igne caleſiunt, commodiùs duplici vaſe caleſcunt, quorum alterum, majus ſcilicet, plenum ſit aqua tepida, aut fervida, alterum E
verò plenum ſit medicamento, quod calefaciendum eſt, ea ratione, ut minus vas in aqua majoris conſtituatur: idque à recentioribus balneum Mariæ, à veteribus duplex vas, aut diploma appellatur.

Cæterùm colanda calfactione tenuantur, ut promptiùs permeent: frigida enim velut concreta, non percolantur, niſi ſint multùm aquoſa & liquida: calidiora autem cum ſordibus tota colum penetrant, niſi ſint glutinoſa. F
Talia enim multùm calida colanda. Tepidam damus aquam, ut ſit vomitoria.

Calidas modicè damus potiones medicas, non ſolùm purgatorias, ſed etiam corpus firmaturas, ureticas, menſes aut ſudores moturas, obſtructionem viſcerum aperturas, præſertim cœlo frigido, & ventriculo frigidiore natura, aut ex morbo.

Calefacimus aquam, & alia omnia, quæ aqua fluente, aut nive circumpoſita volumus frigidiora reddere, quòd in humorem
A calore rarefactum frigus ſe altiùs inſinuat, ut ferrum candens aqua frigida & adſtringente temperatur, ut ſit durius.

Calefacimus modicè infundenda, ut vires ſuas promptiùs in humorem, cui infunduntur, transmittant. Calefactus enim humor tenuatur, & infuſa res rareſit: quibus ſit, ut eorum vis calore promptiùs trahatur. Alia prope innumerabilia calefactione egent, ſed admonendi gratia magis, quàm docendi calefactionis meminimus.
B Sylvius.

## DE INSOLATIONE, ET *ea, quæ ſub fimo, vinaceis, & ſanſa ſeu fracibus Olivarum fit, putrefactione.*

### CAP. VII.

Interdum hæ conferunt ad calefacienda
C medicamenta: plerunque ad ea componenda, & ad perfectionem reducenda: inſtar coctionis eſt, veluti olea ſimplicia, quibus flores infunduntur, roſæ, violæ, chamæmelum & ſimilia alia aliquot diebus inſolantur: ſic etiam ad ſaccharum candi perfectè coquendum, juleb ampullis quibusdam inſolatur.

Scillæ ſuccus extrahitur inſolatione: quòd ſi Sol non ſplendeat, igne, aut, quod commodius eſt, duplici vaſe, diu & ex intervallis, &
D interdum bulliendo.

Idem etiam fiet, ſi fimo, aut vinaceis, aut ſauſa olivarum calfactarum obruantur: quemadmodum chalcitis & cadmia, ut fiat pſoricum: & juleb ad ſaccharum candum conficiendum: & pleraque alia medicamentorum genera. Florentini.

## DE REFRIGERATIONE.

### CAP. IIX.

Refrigeramus aëre frigido, aqua fluente, aut nive, aut glacie, aut collocatione in cellam, etiam priùs calefacta, quæ febrium vehementiæ, aut aëris intemperiei calidæ opponimus pocula medicamentoſa. Et quæ à frigido cogi volumus, ut jus carnium glutinoſarum, ingelatiuam vulgò dictam.

Refrigeramus omnia calore præparata, priusquàm reponamus.

Refrigeramus, quæ calore ſoluta frigore volumus concreſcere, & dureſcere, ut electaria ſicca, cerata, emplaſtra. Sylvius.

## DE EXTINCTIONE.

### CAP. IX.

Gemmæ, & quædam metallica ſæpiùs antè quàm urantur, ignita, extinguuntur aqua, vino, oleo, melle, butyro, aut alio aliquo humore, donec refrixerint.

Quæ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0728-9
DFG

QUÆDAM ſemel duntaxat aut ſæpius A extinguuntur.

EXTINGUUNTUR vel uſta, vel ſolùm ignita quædam, non modò ut empyreuma ipſum diſſipetur, ſed etiam ut in corpus uſtione rarefactum vis quædam humoris aut frigoris penetret, ut ferrum candens aqua piloſellæ, vel alia aſtringenti extinctum evadit ſolidiſſimum.

EXTINCTIO fit interdum ad purgationem, ut plumbum liquatum ſucco mercuria- B lis calido ſæpè extinctum & tribulatum, ſtanni puritatem & ſoliditatem aſſequitur.

FIT item extinctio, ut vires humoris, quo extinguitur, in ſe trahat. *Sic* cadmiam vino aminæo ad emplaſtra, aceto ad remedia pſorica extinguit Dioſcorides. *Sic Galenus lapidem* Phrygium extinguit primùm butyro recenti, ſecundò vino Falerno, vel alio ſulvo, odoro, tertiò melle *Attico*, ne medicamentum ſit aridum, ſed viſcoſi cujuſdam particeps. Gallæ ad C ſanguinis ſuppreſſionem carbonibus impoſitæ, donec undique candeant, aceto, aut vino auſtero extinguendæ ſunt.

STIBIUM lacte mulieris marem enixæ extinguitur. limatura chalybis ſæpè ignita aceto extinguitur, & pulveratur.

HIS exemplis medicamenta humore extincta ab illo aliquid virium in ſe trahunt. Interdum autem ignita humore extinguimus, ut humoris naturam mutemus: ut dum lapides, D vel circuli ferrei igniti lacte aliquoties extinguantur, ut ſeroſam & mordacem ejus ſubſtantiam abſumant, ſitq; tunc lac dyſentericis ſalubre.

AQUA chalybem vel aurum ignitum ſæpè extinguimus, ut ipſa minus humectet, ſed ſit terrea magis abſumpta tenuiori ſubſtantia. Argentum vivum etiamſi non ſit ignitum, tamen & ſaliva hominis jejuni, & ſucco ſalviæ, aut limonum extingui dicitur, quòd vis ejus malefica, & omnia ejus exedens, ut à Plinio rectè di- E citur, cum his agitando miteſcit. SYLVIUS.

## *DE HUMECTATIONE.*

### *CAP. X.*

HUMECTANTUR nunc aqua, nunc lacte, nunc aceto, nunc oleo, vel alio humore medicamenta, non modò ſimplicia, ut feliciùs & innocentiùs in compoſitionem, vel uſum veniant, ſed ſæpe etiam compoſita, ut cùm F craſſa humore diluimus, quo faciliùs & jucundiùs devorentur. Fit autem ſuperficialis humectatio merſione, vel inſperſione liquorum prædictorum: eſſentialis verò, maceratione ſive irrigatione.

UTILIS eſt ad condiendos fructus, radices, peregrinoſque cortices odoratos, quos cùm recentes habere non poſſimus, maceramus, donec humiditatem contraxerint. Hordeum præterea & erricus aqua inſperguntur, ut à cortice repurgentur.

HUMECTANTUR autem odorata nonnulla, veluti ambra, moſchus, ſi terenda ſint, ne tenuiores & odoratæ partes exhalent.

QUÆDAM verò herbæ, veluti cotyledon, portulaca, ſempervivum, & ſimiles, quæ paucum ſuccum, eumque glutinoſum ſortitæ ſunt, humore aliquo ſimili humectantur, terendo & ſuperinſpergendo dictum humorem, qui cum dictarum herbarum ſucco (aliàs enim nullum remitterent) exprimendo redditur. SYLVIUS & FLORENT.

## *DE NUTRITIONE.*

### *CAP. XI.*

NUTRITIO humectationi ſimilis eſt, ſed in hoc differt, quòd cum pauciore humore, & ſubitò fiat: quoniam id quod irrigatum eſt, confeſtim Sole ſiccatur, aut igni, deinde idem quintò aut ſextò repetitur: quemadmodum ſarcocolla lacte aſinæ, aut muliebri nutritur, ſed pauco. nam multo lacte operta quieſcit, & lac ipſum priuſquàm ſarcocolla ſiccetur, aceſcit: paucum igitur ex mammis ipſis irrigandum confeſtim Sole ſiccetur, iterum & tertiò, quartò, quintò ſimiliter irroretur, & ſiccetur, & tandem reponatur. Aſpergi etiam capræ, equæ lacte, vel alio poteſt. Semen cari calfactum lacte caprino horas duas quidem nutriunt in vaſe mundo, exemptum ſiccatumque reponunt ad fluorem alvi. Myrobalani oleis, ſero ſaccharato, butyro vaccino, ſucco citoniorum, vel alio humore, dum irrigat, macerat, fricat, frigit. Meſues clementer & his humoribus indutit, vel ad condituram, vel ad noxas earum caſtigandas, ſivæ ſolæ utendæ, ſive in compoſita veniant, ut trypheram Saracenicam, Perſicam, trypheram Galeni, electuarium ſtomachicum Meſuæ, & electuarium Alhari, & ſequens, quodammodo nutrit. Sic & ſpecies omnes electuarii Indi majoris, dum oleo amygdalino confricat idem. Colocynthis quoque ſeminibus ſolis extractis, ſi impletur aquæ cum pauca ſpica & maſtiche, & coquitur in cinere calido ad partis tertiæ conſumptionem, hocque decocto paulatim affuſo, ſagapenum irrigetur, donec pingueſcat, nutriri dicitur ſagapenum: eodem modo & opopanax. Decocto myrobalanorum, vel ſucco enulæ campanæ, aut rutæ, aut fœniculi cum felle pauco avium rapacium, & ſpica, & maſtiche ad dimidium cocto, & colato, idem fieri poteſt.

FOLIA etiam thymelææ aceto nutriuntur in electuario diaphyſſalidon. Eadem in aceto infundit, & ſiccat in pilulis thymelææ, ut eadem ſint, vel ſaltem omnino proxima, infuſio & nutritio. Ambæ enim humore fiunt, & calore blando, qualis ad nutritionem veram eſt aptiſſimus, cum immoderatior urat, imbecillior ſit inefficax.

METALLICA ferè in aëre calido, non tamen ſuper ignem nutriuntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0729-7
DFG

Metallica etiam ſæpè nutriuntur humore aliquo, ut diſſolvantur promptiùs, vel etiam liquentur, vel pingueſcant, & velut aucta tumeſcant.

Scoria ferri in aceto dies quinque in tryphera minore Meſuæ, & tryphera moſchata, tryphera Galeni.

Lithargyros nutritur ex oleo ſic, ut unciæ ejus triti quatuor tandem olei ℔ j. aceti quartaria quinque, ac eo plus ebibant: idque omnino ſine igne, multùm diuque piſtillum per mortarium ducendo. Nam lithargyro etiam ℥ j. corpus dat plurimum, ut etiam ſine cera emplaſtrum perficiat: ſed initiò diù tere primùm cum pauco oleo, poſtea affuſo viciſſim pauco aceto. Nam multò ſic inergitur, ut corpus non aſſequatur. Ubi autem initio paulatim nutrita eſt, & *conſiſtentiam craſſiorem friando* aſſecuta, tum *largiorem* utriusque copiam ebibit. Continenter autem friatur ad horas duas, tres, niſi quòd per initia potes aliquantiſper ceſſare, ut interim velut in otio largiùs combibat. Sic & chalcitis, & ſcoria ferri, & ærugo, & metallica cætera ex oxelæo in unguenti formam diù friando duxi, ſed bibaciſſima eſt lithargyros.

Cuminum inſperſo aceto nutritur, & eadem ratione ſiccatur. Sylvius & Flor.

## *DE INFUSIONE.*

### *Cap. XII.*

*In infuſionibus, quæ ad medicamentorum præparationem conferunt, humor, in quo ſit* infuſio, conſiderandus eſt: & ejus temperamentum, calidúsne ſit an frigidus: & quantitas & tempus, quo in infuſione permanebit.

Infunduntur fructus & radices, quæ humectandæ ſunt ad condituram, & conſervas in aquam calidam copioſam, donec humorem ad ſufficientiam imbiberint, deinde coquuntur.

Sic quæ nutrienda ſunt, pauco humore calido frigidóve maceranda ſunt, idq; non diù.

Quæ coquenda ſunt, præſertim ea, quæ ſicca ſunt, veluti flores, herbæ, radices, ſemina & fructus, (nam facilius ita coquuntur) in juſta humoris calidi frigidive quantitate macerantur, pro præſcriptionis ſcopo, & aliquantulo ſpacio ibi relinquuntur, donec humecta ſint: hinc fit, ut facilis eorum poſtea ſit coctio. Sic & ſemina, quæ ad infundendas mucilagines infunduntur.

Rosæ & violæ ſub veſperam aqua bullita macerantur in proximum diem, deinde exprimuntur, & in eandem aquam aliæ recentes infunduntur, idemq; ſæpiùs in eadem aqua fit ad mel roſatum colatum, aut ſyrupum roſatum ſolutivum, ſyrupum roſatum recentem, ſyrupum violatum ſimplicem, & ſyrupum violatum ſolutivum conficiendum.

Ammoniacum, galbanum, opopanax & ſagapenum aceto infunduntur, ut diſſolutione purgari, & commodiùs miſceri poſſint. Infunduntur medicamenta purgantia in varios humores, & cum variis aliis medicamentis, quæ malam eorum qualitatem corrigant, pro variis Medicorum ſcopis: exempli gratiâ, rhabarbarum plus vel minùs tritum pauco vino albo inſpergitur, donec dolorem emittat, deinde in liquorem à Medico præſcriptum infunditur ea quantitate, ut rhabarbarum tegatur, addita ſpica nardi, aut aliqua alia re convenienti.

Agaricum, cæteraque medicamenta purgantia ſola infunduntur, aut aliis quibusdam adjuncta eodem modo. Flor.

## *DE MOLLITIONE.*

### *Cap. XIII.*

Mollitio liquationi proxima, fit, cùm medicamenta tam ſimplicia, quàm compoſita redduntur molliora, idque vel affuſo humore aliquo, ſed pauco, vel ſolo calore noſtro, Solis, ignis, id vulgò malaxare vocant, verbo detorto ex futuro *μαλάξειν*, verbi *μαλάττω*, id eſt, mollio & ſubigo: quæ duo per malaxare etiam intelligunt. nec eo libenter utuntur alibi, quàm tum in catapotiis cum ſucco, aut ſyrupo, aut humore alio remolliendis & ſubigendis, tum in emplaſtris, oleo, adipe, vel ſimili emolliendis.

Calore molleſcunt cornua, ungulæ, pili, ſucci, liquores, lacrymæ, ut etiam digitis calentibus tantùm *tractatæ ceræ modo ductiles fiant, tanquam à frigido concretæ, non ſolùm ſicco duratæ. Calore modico molleſcit ferrum,* & alia metalla in modico liquantur.

Zitho (qui potus erat Alexandrinorum, noſtræ cerviſiæ ſimilis) ebur molleſcit. Uniones, coralia aceto deſtillato molleſcunt, & ſolvuntur. Sylvius.

## *DE LIQUATIONE.*

### *Cap. XIV.*

Liquatio ſeu fuſio eſt eorum, quæ à frigido concreverunt in liquidiorem & fluxilem conſiſtentiam, à calore *facta reſolutio*. A diſſolutione (ut mox dicetur) differt. Nam liquatio perpetuò fit, ut *ignis calore, aut Solis,* rerúmve putrefactione caleſcentium: *pleraque* verò ſine calore diſſolvuntur. *Præterea, quæ* ſolvuntur, humore aliquo ſemper opus habent: quæ verò liquantur, nullo egent humore, veluti adipes, medullæ, olea concreta frigore: hæc ſiquidem *exiguo igne* liquantur, aut Sole, aut duplici vaſe.

Ambra carabe *appellata*, bitumen Judaicum, pix, pix Græca, cera, gummi, majore calore opus habent: non tamen tanto, ut frigantur.

Aurum, argentum, plumbum, ſtannum, æs, multò majore calore opus habent: ferrum verò ægerrimè liquatur, tametſi raro, aut nunquam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0730-9
DFG

quam contingat Pharmacopœos hujuſmodi liquare, ſed hos duntaxat, qui metallica tractant.

*Uſus.* Porrò liquationis neceſſitas magna eſt ad miſtionem electuariorum, catapotiorum, unguentorum, ceratorum, emplaſtrorum, & reliquorum propè compoſitorum. Sylvius & Florent.

## DE DISSOLUTIONE.
### Cap. XV.

Dissolutio eſt medicamenti vel ſimplicis, vel compoſiti, conſiſtentis craſſioris in humore quopiam idoneo facta reſolutio in conſiſtentiam, vel mediocrem, vel paulò hac craſſiorem, aut liquidiorem, pro medicamenti ſolvendi, & humoris ſoluturi quantitate & conſiſtentia, & aliis Medici ſcopis. Quod enim minùs erat craſſum, & humore perliquido, eodemque largo eſt ſolutum, erit liquidius, contrarium craſſius. *Diſſolutio multorum medica-* C *mentorum præparationi utilis eſt,* ſicuti & infuſio, ut à ſordibus expurgentur, ac commodè aptari poſſint.

Quod ad præparationem attinet: medicamenta variis humoribus, variiſque modis diſſolvuntur pro medicamenti præſcripti ſcopo, & peculiariter lachrymæ, ut galbanum, ammoniacum, opopanax, & ſimiles: nam vino, aut aceto diſſolvuntur, deinde ad focum agitantur, ut colatione purgari poſſint, meliuſque in medi- D camentorum compoſitione permiſceri. Vitriolum, miſy, chalcitis, melanterium & alumen, primùm trita, aqua, vino & aceto diſſolvuntur pro rei exigentia.

Metallica quædam æſtate diſſolvuntur aceto, & ad Solem multos dies agitantur, quemadmodum ærugo, ſquama, flos æris. Lithargyros ſolvitur aqua, vino, oleo & aceto: faciliùs tamen aceto, ut ſuo loco in oxelæo Galeni dicetur. E

Conchæ & ungues diſſolvuntur ſucco limonum.

Opium Thebaicum ſolvitur aqua, aut liquore, aut oleo, aut adipe: nam illorum ſubſtantiæ non permiſcetur.

Cæterùm ſolutio infuſioni proxima eſt, & ab ea ſolùm differt, quòd in diſſolutione minus humoris requiritur, quàm in infuſione: præterea quòd in diſſolutione movendum eſt id, quod ſolvitur, in infuſione nequaquam. Deinde F multa medicamenta ut diſſolvantur, igne egent. Sylvius & Florent.

## DE EXICCATIONE.
### Cap. XVI.

Siccatio eſt conſumptio humiditatis, aut noxiæ, aut excrementoſæ, ob id nauſeabundæ, vel promptè putrentis, vel pulverari prohibentis, vel caliditatem quæſitam obruentis. Abſumitur interdum & naturæ humiditatis aliquid,

A plurimùm autem in aſſatione & uſtione.

Scillæ partes maximè mediæ direptis vivotenus tunicis, fruſtatim confectæ coquuntur, mutata ſæpè aqua, donec ipſa nec amaritudinem, nec acrimoniam habeat, trajectaque lino fruſta illa ſic, ut ſe non contingant, ſiccantur in umbra dies quadraginta. His ſegmentis ad oleum, vinum, acetum ſcillinum, utimur.

Triticum electum negligenter tritum, aqua per noctem maceratum, poſtridie ma- B nibus expreſſum, reddit cremorem: qui dum reſederit, inclinato vaſe, quod ſupernatat, ſenſim effundendum, reliquum bombace, vel Sole æſtivo mox ſiccandum, ne aceſcat: repoſitum operculetur motu vermium: hoc amylum hyeme igne ſiccetur. *Sic ex oryza, & hordeo, & aliis fieri poteſt. Roſæ mediocriter apertæ ſereno cœlo mane lectæ eodem die ut ſunt ſiccentur Sole,* ſi potes, ſæpè vertendo. Nam vix umbra ſiccaverit, quanquam id eſſet optatius: ſiccatas avelle, C & recondę vaſe vitreo operculato, ut odor & color perſeverent. Meliores montanæ campeſtribus, & minùs minuuntur ſiccando, cùm ex harum libris decem ſiccatis libra una ſuperſit quibusdam. Idem de violis.

Herbæ item reliquæ umbra ſiccantur, niſi utendi neceſſitas cogat te quasdam igni, vel Sole ſiccare. Nam in manipulis ligatæ in granario penſæ ſiccantur: ubi ſiccatæ ſunt, ſacculis canabinis ibidem reponuntur.

D Radices herbarum lotæ, à lignoſa matrice ſecretæ, mox inſolentur, nocte in aëre ſicco perflatili ſerventur, iterum Soli reddantur, donec erunt probè ſiccatæ. Quòd ſi cœlum eſt nubilum, ſicca fumo, aut potiùs prope ignem, in calatho ſtramentitio, vel ſaligno: aut ſi vendi celeritas urget, ſartagini calfactæ, & ab igne remotæ ipſas toties impone identidem vertendo, & ſartaginem recalfaciendo, exemptis tunc radicibus, donec abundè erunt ſiccatæ. Sic E radix enulæ, Valerianæ, acori noſtratis ſiccatur. Idem in radicibus quorundam fruticum, ut capparum, tamaricis, & arborum, ut fraxini, mori, faciendum eſt.

Radices jam ſiccatæ, ſi ægrè pulverantur, papyro inſertæ igni ſiccantur, vel calidæ ſartagini imponuntur, & igni exponuntur: igni autem vel in ſartagine, vel papyro, vel furno, vel ſupra, vel intra furnum, a quo panis extractus eſt.

F Radices eædem, & aliæ magnæ recentes, lotæ, radiculis purgatæ, ac per teſſelas inciſæ, filoque transfixæ parvis intervallis, ne ſe tangant, in aëre ventoſo & perflatili ſiccantur, ut radices ireos, ariſtolochiæ rotundæ & longæ, bryoniæ, & ſimilium: quæ tamen etiam citra diviſionem probè ſiccantur, ut radix ari, dracunculi, cyclamini, aſphodeli, uti elignatæ priùs iſtæ, mandragoræ, eryngii, apii, petroſelini, fœniculi, ruſci, turbith, ellebori utriusque, dictamni vulgaris, thapſiæ. Parvæ radices aliæ citra elignationem in umbra quoque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0731-4
DFG

ſiccantur, ut aſari, aſparagi, graminis.

Colocynthis Septembri legitur, dum flaveſcit, maxima, & cum aliis multis producta: inſolatur diu, quia ægrè ſiccatur, & nocte in aëre perflatili reponitur, aut ſi cœlum eſt nubilum, filo transfixa fumo ſiccatur, poſt excorticatur, ut teratur: item quarta parte horæ involuta papyro inſolatur, vel igni, aut fumo admovetur.

Aloe decocto aromatum imbuta ſiccatur, primò in umbra, deinde in Sole. Sic myrobalani tritæ oleo amygdalarum dulcium, æſtate triduo confricatæ, & quoties opus erit, irrigatæ, ſiccantur primùm in umbra, deinde in Sole. Trochiſci tamen facti ex his in umbra tantùm ſiccantur.

Pulmo vulpis ſanæ, *venatu captæ, juvenis,* aqua abluatur, *incidatur ſecundùm arteriam* venoſam, *& magis multò* ſecundùm venam arterioſam, ſanguine purgetur, vino albo odoro modicè calido lavetur, ollæ impoſitus clibano parùm calido ſiccetur: refrigeratus, & foliis abſynthii involutus reponatur.

Amygdalæ & nuclei pinei cortice tenui ablato in pelvi ſuper prunas ignitas per *ſe*, vel potiùs cum furfure ducantur, & ſuccutiantur, donec humiditas rancida, aut excrementoſa conſumatur, alioqui pectori nocent, & tuſſim excitant qualitate rancida. Pruna, ficus, uvæ, zizipha, myxa, pyra, & alii fructus multi Sole fervidiſſimo, aut ejus penuria igne ſiccantur: ſed uva oxycanthæ umbra ſiccatur. D

Fructus *quoque rubi immaturi clibano* ſiccantur ad majorem adſtrictionem, & mora viridia, aut ſubrubentia. Fella *in folliculo* parùm cocta ex aqua calente in umbra ſiccantur. Coagula animantium parùm ſalita inſolatu ſiccata ſervantur. Sylvius.

## *DE DURATIONE.*

### *Cap. XVII.*

Duratio mollitioni contraria nobis interdum eſt in uſu conditis, electuariis, ceratis, emplaſtris, gelatinis, ut vocamus. Ea autem fit nunc miſtis ſiccioribus, nunc multa coctione, nunc frigore coagulante. De ſiccatione autem, calfactione & refrigeratione ſuprà abundè dictum eſt. Idem.

## *DE ASSATIONE, FRIxione, & uſtulatione.*

### *Cap. XIIX.*

Aſſare, eſt medicamenta humore aliquo prædita, veluti carnes, fructus & radices, ſine humore alio externo coquere.

Frigere, eſt illa ipſa medicamenta, aut alia ſicca, *additis* oleis, aut adipibus, aut alio aliquo humore pauca qualitate, coquere.

Uſtulare, eſt medicamenta quædam A tantum humoris non habentia ut coqui poſſint, fruſtulatim ſecando calefacere, illis tegulæ impoſitis, aut laminæ ferreæ calidæ, donec partes externæ ſiccentur, & veluti torreantur: quemadmodum fit in rhabarbaro, myrobalanis, ſemine melanchii, & aliis.

Quæ aſſanda ſunt, veru transfixa ad ignem perpetuò verſantur, ut undique ignem ſentiant: aut in clibano coquuntur, aut in vaſe fictili juxta ignem poſito, & teſta contecto, ſuprapo- B ſitis prunis ardentibus, aut per *ſeſe*: aut maſſâ panis involuta, ut ſcilla: aut malo cydonio impoſita, ut ſcammonium, quod corrigendum eſt: hoc namque malo cydonio concavo exemptis ſeminibus impoſitum coquitur, aut in clibano, aut in olla fictili ad perfectionem, aut ſub cineribus linteo, aut foliis involutum, aut nudum: tametſi hujuſmodi coctionis genere naturales medicamentorum facultates diſſipentur: præſtat igitur aliis modis uti, ut maxi- C mè oportunum videbitur: non enim peculiariter id præſcriptum eſt.

Frixio fit, aut in ſartagine, aut in teſta. Torrefactio, ut ante dictum eſt. In his autem omnibus modus ſervandus eſt: nam neq; cruda eximenda ſunt, quæ aut aſſatione, aut frixione cocta eſſe debent: neque etiam adeò coquenda, ut torreantur, aut urantur, & inutilia ad eum, in quem præſcripta ſunt, ſcopum reddantur. Florentini.

## *DE USTIONE.*

### *Cap. XIX.*

Uſtio aſſationi finitima, ut ratione majoris & minoris tantùm differant: aſſata enim largiùs uruntur, in infra modum uſta, tantùm aſſantur. Uruntur plantarum partes, ac animalium, & animalia tota: metallica item & terrea. E Horum autem medicamentorum urendorum ſcopi Medicis ſunt varii.

Quædam enim uruntur, ut pulverari faciliùs poſſint, ut pili, lana ſuccida, ſericum, teſtæ oſtreorum, buccinorum, purpurarum, ungues aſini, cornua caprarum, & cervorum oſſa, coria, & alia, quæ ob terrenoſam, & duram, & craſſam corporis conſiſtentiam, & concretionem denſatam, vel ob lentorem *immodicum*, vel humiditatem aliquam *pulverari ne-* F queunt.

Alia, ut eſſentiæ craſſitiem *deponant*, & tenuitatem, aliaſque facultates *igneum* calorem ſequentes, induant. *Id quod* quamvis omnibus uſtis accidat, non ob *id* tamen omnia uruntur. Sic metallica *omnia* & terrea urendo tenuiora evadunt, *& quæ acria* erant, mitiora fiunt; quæ non *acria erant*, acrimoniam urendo aſſumunt.

Ex quo patet, uſtione etiam facultates quaſdam *miteſcere*, ut ærugo, chalcitis, *miſy*, *ſory*, *chalcanthum*, melantheria fiunt moderatiora:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0732-0
DFG

deratiora: quaſdam acquiri, ut vim tenuandi A, & ea efficiendi, quæ ſaporem acrem ſequuntur.

ALIA uruntur, ut vis quædam noſtro propoſito aliena, ex profundo in ſuperficiem trahatur, poſtea lotione ſeparetur: ſic lapidem Phrygium uſtum lavat Galenus, & lapidem hæmatitem ad oculorum affectus.

ALIA uruntur, ut colorem novum acquirant ægro gratiorem, vel ad diſſimulanda ſimplicia, quibus conſtat medicamentum: ſic ærugo B uſta, modicè quidem, rufa facit emplaſtra, immodicè verò nigra.

CERUSSA trita, rudicula ferrea mota urendo fit rubra, ut ochra & auripigmentum. Oſſa & teſtæ urendo primùm nigricant, deinde albiſſima evadunt.

QUÆDAM uruntur, ut in aliam tranſeant ſpeciem, ut vipera uſta tranſit in ſalem theriacum, ceruſſa uſta, ut rubeat in ſandyca, thus in fuliginem, *ſulphur in oleum*, cadmia lapis C in cadmiam *fornacariam*, & pompholygem, & ſpodium.

URENDI modus non eſt omnibus unus. Quædam enim humore pingui prædita per ſe uruntur, ut pili, lana ſuccida, ſericum, cornua, ungues, coria, hirundines, motacilla, galerita, & aliæ quædam aviculæ, cicadæ, ſcorpiones, viperæ, lepores, & alia quædam pedeſtria. Hæc verò in olla nova, operculo foraminulento tecta ſunt urenda carbonibus, D vel clibano, præſertim quæ propriè cinefacta diſperire poſſunt. Quæ verò poſt uſtionem integra manent, ut oſſa, ungues, cornua, teſtæ oſtreorum, lapides ad gypſum vel calcem coquendam, & ſimilia, hæc etiam vivis carbonibus obruta, vel ſuperpoſita, aut etiam flammæ luculentæ immiſſa, uri poſſunt: niſi quædam ſint addenda, quæ vim eorum mutent, tunc enim etiam in olla nova uruntur. Sic viperas cum ſubſtratis quibuſdam medicamentis E Galenus urebat ad ſalem theriacum: ſic fictili novo incluſa, vel patellæ ferreæ, aut ſartagini impoſita uruntur, ceruſſa, chalcitis, miſy, ſory, chalcanthum, auripigmentum, ſandaracha, plumbum.

ALIA fictili crudo uruntur, donec id percoctum ſit, ut cadmia, æs.

ALIA etiam olla ænea, aut ferrea, ut plumbum.

ALIA in patina uruntur, ut ærugo, chryſocolla, F lithargyros.

ALIA in olla ex cineribus oſſium (crucibolum vocant) in fornace aurifabrorum, alia in foco, alia in clibano panis, alia in furno figulorum, alia in fornace Chimiſtarum.

QUÆDAM (ut dixi) tam carbonibus obruta, quàm olla vel nova, vel cruda, vel patina excepta per ſe uruntur, nulla addita inflammabili, aut vires mutante materia, ut oſſa, cornua, teſtæ oſtreorum.

ALIA materiam requirunt inflammabilem, ut ſulphur, alumen aliquod, ſalem, hordeum, ut in plumbo uſto & aliis docuit Dioſcorides. Vas item, quo excepta uruntur, ſi fragile eſt, ut vitreum, ex terra bellovaca, & alia lapidea & ſilicea, luto Chimiſtarum priùs totum paulatim oblinimus, & paulatim ſiccamus, quàm igni committamus. Eodem luto vaſi operculum ſæpe agglutinamus, ne inter ipſa hiatus viam faciat carbonibus, aut cineribus illapſuris, aut effluxuræ materiæ. Lutum autem id fit ex terra figulina, aqua macerata cum ſtercore equino, &, ſi vis, pilis animalium multùm diuq; ſubacta, quod & lutum Sapientiæ vocant Chimiſtæ. Ejus loco interdum eſt terra figulina ſola, vel gypſum aqua ſolutum, vel farina albuminibus ſubacta.

*VAS quoque Chimiſtæ operculant* labris ipſius colli per fuſionem coaleſcentibus, dum materiæ ſunt precioſæ, & quas exhalare nolunt. Id autem in matulis tantùm vitreis longo collo efficiunt, ſigillumque Hermetis vocant. In aliis fictile apertum eſſe nihil nocet, ſi clibano urenda ſunt: ſi verò cineribus aut carbonibus obruenda, operculatur vas, ne aliena materia, quod urendum eſt, ut dixi, conſpurcetur, vel ne materia ipſa exiliat, ut in ſale & lapidibus quibuſdam. Operculum autem nunc ſolidum eſt & integrum, nunc multis locis foratum, ut fuliginoſi effluxus exhalent liberiùs: à quibus eſt cavendum, præſertim ſi à vipera, ſcorpionibus, aut ſimiliter venenoſis attollantur: item ſi à metallicis.

URANTUR materiæ carbonibus peruſtis, præſertim precioſæ, & quæ oculis ſunt adhibendæ, ut nihil fumidum habeant, ut Galenus urebat lapidem Phrygium.

CARBONES quoque follibus vel flabellis excitari interdum oportet, ut citiùs uſtio abſolvatur.

QUÆDAM ad idoneam magis uſtionem pulverentur, alia frangantur tantùm in fruſtula magnitudinis nucis juglandis, ut lithargyros: vel nucis avellanæ, ut lateres in oleo Philoſophorum, & *lapis Phrygius* à Galeno in ſuo remedio oculari.

ALIA etiam in Sole æſtivo ex vino, vel aceto, pluribus diebus teruntur, priusquàm urantur: quæ omnia his exemplis ex Dioſcoride, Galeno, Meſue & aliis fient notiora.

FOLIA olivæ ſylveſtris in olla fictili cruda, lutata, furno figulino per coctionem vaſis uſta, lota, ex aqua in Sole ſiccata, albuginem oculorum, & panos potentiùs omni pompholyge delent. *Albucaſi.*

SARMENTA, ligna, cortices, & partes aliæ plantarum uruntur, relicto tamen foramine in operculo, ut fumus exhalet. Abrotani, aſphodeli, ari, ariſari, dracontii uſtorum cinis Gal. paſſim uſurpatur.

BRASSICA non transplantata à terra expurgata, minutim conciſa, in ollam conjecta, foraminulento operculo tecta, clibano

uritur in carbones, qui triti ollæ alteri impoſiti operculati uruntur, donec in album cinerem abeant.

Myrobalani & rhabarbarum uſta valentiùs adſtringunt, quàm aſſata. *Meſue.*

Aloe quibusdam in olla nova ſuper prunas uritur in diamoſcho amaro, ut abſumpta glutinoſa ſubſtantia, alvum ducere deſinat, & magis roboret, ob quam cauſam etiam abluitur. Fæx vini ſiccata uritur igni, donec albeſcat, & linguam multùm mordeat & urat.

Succinum fictili olla clauſum operculatum nocte igni uritur. *Bulcaſi.*

Thus uſtum ſcribitur in iſide cephalica.

Usto thure, fuligo qua ratione colligenda, ſuo dicemus loco.

Lepus vivus jugulatus *cum ſanguine &* pelle, *vaſe fictili novo traditur*, operculatur, in clibano *uritur*, donec pulverari poſſit, ad calculum frangendum. Sic hirundines, ranæ, cicadæ, erinaceus uruntur.

Æschion cancros vivos in patella æris rubri uſſit, donec in pulverem molliſſimum redigi poſſent, contra rabiem.

Testæ oſtreorum, limacum, ovorum excluſis pullis, ſericum, oſſa, cornua, ungulæ, vel prunis ipſis, vel tegulæ aut ollæ impoſita in clibano, vel foco uruntur, donec albeſcant, & pulverabilia ſint. Hæc tamen non urenda, niſi Medicus juſſerit, quia vires uſtione mutant. Poſſunt enim tenuiſſime limari, aut radi ut cornu Rhinocerotis, pudendum tauri, *cervi, & pulverari, vel probe limata propinari. Sericum ſimiliter cordiacis miſcendum, ſi* crudum, minutim *conciſum, cum aliis* pulveratum: uſtum autem medicamentis materias conſumpturis miſcetur, ut diaſenæ Nicolai. Spongia bitumine, vel ejus penuria pice illita uritur.

Lana ſuccida largo vaſi figulino lati oris imponitur, operculatur gypſo vel glutine: vel terra figulari ſubacta cum aqua illinitur, uritur fornace, vel camino. *Scorpiones* vivi olla nova incluſi, & operculati, maza vel luto circumlita uruntur igni ex ſarmentis vitium in clibano, ut ejus pulveris grana ſex cum ſyrupo radicum quinque pota, renum calculum frangant.

Sic uruntur viperæ & colubri, amborumque cinis ex oleo illitus ſcrophulas liquefacit. Lithargyros, chryſitis gravis, pura à plumbo & omni aliena materia, in particulas magnitudinis juglandis confracta, prunis ſuperponitur, & ita follibus accenditur, ut conflagret: ubi refrixit, abſtergitur incidens ſpurcitia, & reconditur: alii ter aceto aut vino reſtinguentes, rurſus urunt & reponunt.

Cadmia uritur carbonibus obruta, donec tranſlucida ſpectetur, & ferreæ ſcoriæ modo bulliat, mox vino extinguitur aminæo, ſi ad emplaſtra paratur: aceto autem, ſi ad pſoricum medicamentum. Sunt, qui ſic uſtam, ex

A vinoque tritam, iterum crudo fictili torrent, donec pumicoſa videatur: iterumque ex vino tritam urunt tertiò, donec prorſus in cinerem redigatur, nihil ſcabriciei retinens.

Plumbi laminæ quàm tenuiſſimæ, aut plumbi limatura & ſulphur alternis vaſis imponuntur, donec plenum ſit, operculatur, ſed relicto exili ſpiraculo ſuccenditur. Dum plumbum ardet, rude ferrea verſabis, donec tantum perfecte in pulverem redigatur. Dum eximes, B obſtrue nares, quòd ejus halitus ſit noxius.

Stibium pinſita farina circumlitum, & carbonibus obrutum torretur, donec ipſa cruſta carbunculetur, exemptumque extinguitur lacte mulieris, quæ marem peperit, aut vetere vino, vel uritur carbonibus ſuccenſis, efflatum quoad ardeat. ſi enim pauló magis cremetur, fit plumbum. Ceruſſa trita in fictili novo, flagrantibus carbonibus aſſidue verſando uritur, donec cinereum colorem traxerit, vel patinis C novis ſuper prunas trita uritur, & ferulacea rude movetur, donec coloris ſit ſandarachæ: ſandyxque tunc appellatur, refrigerata reponitur: ſic trita chryſocolla uritur. Sunt qui urendo acetum affundunt, ut rubeat: ſi flava eſt, Macicot vulgò dicitur.

Æs fit uſtum ex clavis æris ſolutarum navium fictili crudo compoſitis, ſuperſparſo ſulphure cum ſale pari. Quibus viciſſim inſperſis fictile ſemiplenum operculatur, & figulari D creta circumlinitur, fornaci inditur, donec fictile percoquatur. Modos urendi alios docet Dioſcorides.

*Ærugo fracta minutiſſimè in fictili patina flagrantibus prunis ſuperpoſita verſatur,* donec mutata colorem cinereum concipiat: refrigerata reponitur. *Si* cruda olla uratur, eundem prorſus colorem non reddet. Chalcitis fictili novo vivis carbonibus ſuperpoſito uritur, donec bullas excitare deſierit, & perfectè E inaruerit, ſi humidior eſt: ſin alia eſt, dum mutata in floridum, colorem ſanguineum, aut miniatum contraxerit. Eximendo incidens ſpurcitia tergeatur. Vel uritur perflatis carbonibus, donec luteo colore palleſcat. *Sic miſy, ſory,* chalcanthum uruntur. *Chalcanthum* autem urendò ſuapte natura colorem rubeſcentem ſortitur. Dioscorides in ærugine.

Auripigmentum uritur *teſta nova,* vivis carbonibus ſubjectis, aſſiduè *verſando,* F donec igni flagret, & mutet colorem. *fit enim* foris argenteum, *intus* rubrum: *refrigeratum* & tritum reconditur. *Sic* uritur ſandaracha, alumen.

Lapidem Phrygium in particulas magnitudinis avellanæ fractum, ures in olla recenti luto circumlita, *tecta* operculo perforato, vel in ſolo vertice, *vel* (quod melius eſt) in pluribus partibus, *ut fuliginoſi*, fumoſique eorum, quæ uruntur, effluxus facilè per ea efferantur. Deinde peruſtis carbonibus perflatis ure, donec ignitus ſit: cætera ex Galeno repete.

Sic

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0734-1
DFG

Sic cyanus lapis uritur & alii.

Sal uritur fictili, diligenter opertus, ne exiliat, conditusq; prunis, donec effervescat, uritur. Sic nitrum, & ſpuma nitri, ſi inveniuntur, urenda ſunt. Vitrum tritum interſtrata pice uritur, & aqua frigidiſſima extinguitur. Avenzoar tamen friabile non fit. Alia plura ex Dioſcoride, & aliis huc transſcribi potuiſſent, niſi hæc etiam inutilia huic ætati omnia hæc negligenti exiſtimaſſem.

Ustionis terminus in quibusdam eſt, dum ignitum id abunde fuerit, ut in uſtione triplici lapidis Phrygii: in quibusdam dum nihil fumidum amplius expirat, nullaque fuligo præterea emergit. In aliis, dum bullas edere deſinent. In his quæ fictili crudo uruntur, fictilis illius percoctio. In his quæ *farina* *pinſita* circumlinuntur, aut *luto*, *cruſtæ* *uſtio*. Sylvius.

## *DE SALITURA.*

### *Cap. XX.*

Salitura ad medicamentorum præparationem confert, & conditura genus eſt. Quemadmodum carnes viperinæ tanto ſale inſperguntur, quantum ciborum conditura poſtulat. Confert item, ut medicamentis qualitate aliqua imbuas: veluti fit hiſtricibus, echinis terreſtribus, multisque aliis animalibus, quæ in uſum medicum uruntur: ſed his multo ſale opus eſt, ita ut ſale operiantur, & repleantur. Utilis præterea eſt ad medicamentorum conſervationem: veluti ſunt animalium partes, & pleraque animalia, quæ multo ſale indigent. Cæterum ſale condiuntur, ut in ſiccitate conſerventur, & poſtquàm convenienti temporis ſpacio ſale operta fuerint, eximautur, ventoque aut fumo exponantur, donec ſiccata ſint. Aut ſale condiuntur, ut humida permaneant, & ea primum in muriam immittuntur: aut in illa ipſa muria relinquuntur, quæ ex ſale animaliumque humiditate generatur. Florentini.

## *DE COLORATIONE.*

### *Cap. XXI.*

Coloratio quoque multis medicamentis acquiritur ad gratiam magis, & jucunditatem, & terrorem auferendum, & cauſas alias. Sinopidem aliqui, alii ochram cerato Galeni diaeuphorbio miſcuerunt, ut hoc colore fucatum ceratum, unde componitur, lateret: miſceri poteſt floris ſalis aliquid, aut ſimile, quod colorem ejus mutet, neque vim ejus minuat. Quæ Galeni verba diligenter ſunt obſervanda, ne ſcilicet coloris mutandi ratio, vires novas medicamento acquirat, aut priores augeat, vel diminuat, ſive colorem mutare libet nova re miſta, ut in oxycroceo, ſive uno aliquo ſimplici aliter atque aliter præparato, ut ceratum Galeni ex ærugine cruda viride eſt, ac terreus ægros: ex eadem

A uſta eſt melinum. *Sic* ex ceruſſa cruda emplaſtrum eſt album, ex ochra pallidum, ex iiſdem probe uſtis rubrum. Solus quoque motus colorem quæſitum ſæpe medicamento acquirit, ut ex lithargyro nutritum longo piſtilli attritu fit albius.

Penidia quò diutiùs rudicula & manibus tractantur, eò albiora evadunt, etiam ſi ea vili & impuro ſaccharo fiant: ſic pilulæ albæ, diairis ſimplex, diatragacanthum frigidum, ſic B ſaccharum roſatum, & ſaccharata reliqua.

Mel crudum & coctum, in antidotis diù commiſcendo albius evadit, & cætera mellita.

Juleb coctum ad ſuccorum in ſyrupis comprehenſionem, baculo diù verſandum, ut albeſcat, & alia multa ſimilia agitatu albeſcunt *forte, quòd aër multus* in commiſcendo *receptus* *alborem* *conciliat*.

Sic album Rhaſis unguentum, & citrinum, & emplaſtra diachylon & ceratum *Galeni* refrigerans album, de ceruſſa gratia Dei, multùm C diuque ſubigendo, trahendo albeſcunt, & oxycroceum palleſcit.

Oesypus quamvis niger eſt, multa agitatione album facit emplaſtrum, ut glutinoſa alia.

Quædam lotione candida fiunt, ut oleum, & terebinthina: quædam inſolatione, ut cera, & ſapo, in taleolas, aut laminas ſectus: quædam coctione ad Solem, ut multa emplaſtra. Sylvius & Florent.

D

## *DE AROMATIZAtione.*

### *Cap. XXII.*

Aromatizatio nobis vocatur conditura quædam, compoſitis ferè ad odoris ſpiritum animalem ſimul & vitalem, & cor ipſum recreantis gratiam adhibita, miſtis rebus aromaticis.

E Simplicibus, ut moſcho, ambra, caphura, zingibere, cinnamomo, *macis*, croco, calamo aromatico, ſpica, pipere albo, longo, nigro, caryophyllis, maſtiche, xyloaloë, cortice citri, ſandalis: *vel* compoſitis, ut gallia aromatica, gallia ſebellina.

Mesues aromatizat moſcho diaſatyrium aqua roſarum ſoluto, & aliis miſto electarium, ſarbotenus diaſatyrium, ſecundum aromaticum roſarum ſtomachicum.

F Syrupus ex corticibus citri, citonia condita moſcho, & ambra aromatizat.

Caphura autem ſyrupum acidum de pomis trochiſco galliæ ſebellinæ, moſcho, ambra, caphura.

Hydromeli quidam aromatizant ſpeciebus, ut zingibere, croco, cinnamomo, macere, & ſimilibus.

Nodulus ex panno lineo raro, continens croci, cinnamomi, calami aromatici, ſpicæ, zingiberis, piperis nigri, & longi ana gr. ℥j ß. ſyrupo de ſtœchade immittitur, & ſu-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0735-7 DFG

ſpenſus manet ad condiendum, ſeu aromatizandum. Sic miva aromatica nodulo aromatum pleno, in ipſa ſuſpenſo, & ſæpe confricato.

Syrupus de mentha aromatizatur gallia aromatica.

Conditum citri, gallia, moſcho, croco, maſtiche.

Conditum bugloſſi, moſcho, & gallia.

Syrupus ex omphacio, caryophyllis.

Syrupus intybi compoſitus, ſandalis, cinnamomo, xyloaloë, cortice citri.

Sic alia multa præter conſiſtentiæ & saporis gratiam, odoris quoque jucunditatem, ſed etiam caloris requirunt.

Julepos ex ſyrupis, & aquis deſtillatis hodie miſceri ſolitos, apozemata cinnamomo & ſandalis aromatizamus, *immiſſis colo horum drachmis circiter duabus in humoris libras ſingulas, aut pluribus, aut paucioribus*, pro vario Medici ſcopo. Et vinum aromatites, & quod Hippocraticum vocant, & alia multa aromatibus condimus. Sylvius.

## DE CONDITURA.

### Cap. XXIII.

Conditura fere eſt herbarum, florum, fructuum, ſeminum, radicum, interdum & corticum. Fit item fere ſaccharo, vel melle, vel utroque, interdum ſyrupis, julepis, ſale, aqua ſalſa, aceto, & aliis, quæ ſiccando, & humiditatem ſuperfluam abſumendo, aſtringendoque à putredine res vindicant. Condiuntur enim *prædicta fere ad conſervationem* tutiorem, ſæpe tantum ad ſaporis gratiam, ſæpe ad utrunque, ut ſuccus mororum in diamoro melle conditur. Poſſiſque conditura generatim dicta etiam ſyrupos, & antidota plurima, & pilulas, & trochiſcos comprehendere, quòd hæc humore aliquo jucundo comprehenduntur, ut ſint jucundiora, & faciliùs ſumi poſſint: ſic roſæ, violæ & flores alii melle, aut ſaccharo condiuntur, & ſic mel roſatum, violatum.

Conditura fit humore hoc jucundo per totum corpus condiendum inſperſo, ut dum flores & fructus condimus, & corticem citri, & cucurbitæ lactucæ, caules, & alia plurima, ſic myrobalani recentes condiuntur, aut humectatæ priùs, ſi erant ſicciores, ut docuit in ſimplicibus, & conditis Meſues. Interdum tantùm cruſta quadam ſaccharo integimus, magis ad ſaporis gratiam, quàm ad vires vel augendas, vel conſervandas, vel minuendas: ſic ſemen coriandri, papaveris albi, abſynthii marini, aniſi, fœniculi, apii, & nucleos perſicorum, ſtrobilorum, piſtaciorum, amygdalarum dulcium, & ſi libet amararum, ſaccharo integimus, & cortices aranciorum, cinnamomi. Interdum condimus additis quibusdam medicamentis aromaticis, ut emblicas myrobalanos aromatibus conditi Meſues *ſcribit*, & alia etiam compoſita: ſed condiri, tunc aromatizari potiùs ſignificat,

A quanquam & ad ſaporis gratiam id etiam fiat, ut in fartura mox dicemus.

Condienda ſi magna ſunt, ferè in particulas ſecantur, ut condituram promptiùs ubique ſentiant: ſic cydonia, ſic perſica, & radices magnæ ſectæ condiuntur. Tamen fiſtula caſſiæ tenera conditur integra, & nux moſchata cum cortice viridi, qualis noſtrarum nucum integra conditur, & parva citrea aràntia, melones parvi adhuc & teneri. Quanto autem B melle, ſaccharo, vel alia condiente materia ſit opus, & quis modus condiendi, hoc eſt, incruſtandi, præſertim ſemina, & nucleos, libro primo docuimus.

Flores capparis nondum apertos inſperſo ſale condimus: nam ſi Soli reponantur, putreſcunt. Eodem modo & in eoſdem uſus flores geniſtæ, & his odoratiores ſparti flores, quibus tamen pòſt acetum diffundimus, quantum omnia tegere poſſit. Sylvius.

C

## DE FARTURA.

### Cap. XXIV.

Fartura conditura quædam differentia eſt: ſit autem ferè, dum cavitas quædam manifeſta odoramentis, vel aliis ſcopo propoſito idoneis impletur: quomodo & coqui pullos, anſeres, porcellos, & alia quædam herbis noſtratibus aromaticis, & floribus, & lactuca, & appetitis aliis, interdum additis etiam D aromatibus farciunt ventrem totum inferiorem, & ſæpe etiam ſpacia inania inter carnem & cutem vi diducta.

Sic *elignatæ radices eryngii & ſectæ loco* matricis (cor vocant) caryophyllo & cinnamomo humectatis farciuntur à Meſue.

Anserem exenteratum carnibus, felis annoſi, & herbis nervoſis farcimus, ut inde eliquatus adeps ſit medicamentoſior.

Farcitur pileolus ex bombace, aut aliud E epithema cephalicum, vel ſtomachicum aromatibus, & aliis cephalicis, ſtomachicisque.

Præterea ut coqui carnes avium torrendas, caryophyllis & fruſtulis cinnamomi configunt ad odoris & ſaporis gratiam: ſic nuces virides maceratas, & coquendo teneras redditas, & radices ſatyrii, ex ſecundo cicerum decocto, ad juſtam teneritudinem coctas, caryophyllis, & cinnamomi *fruſtulis* configimus, & cydonia in particulas *condienda. Quæ* F res ad farturam, vel unà cum *fartura* ad aromatizationem reduci poteſt. Sylvius.

## DE SECTIONE, *fiſſione fractione, limatura, & raſione.*

### Caput XXV.

Secatur totum in ſuas partes, partes in particulas reciduntur, etiam aliena corrupta, & inutilia ab integris.

Finduntur verò partes duriores, ſicut ligna

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0736-3
DFG

ligna, ut meliùs tundantur: molliores, ut faciliùs ſiccentur, vel ut condiantur.

Quæ dura & tenuia ſunt, quandoque franguntur, ut ramuli arborum, ſtipites herbarum ſiccarum. Quæ fingi aut frangi non poſſunt, limātur, ut nux vomica, lignum guajacum, quò deinde meliùs piſtillo conterantur: quædam, ne diù tundendo in aërem diſſipentur, ut agaricum.

Abraduntur à plantis cortices duriores, vel membranoſi, cultello, aut manu, vel quia tantùm in uſu, vel quia noxii, aut nullius momenti ſunt. Hoc conſilio à nuce vomica abraditur exterior cortex, eodem modo ab agarico crudo. Placotomus.

## DE TUSIONE, *ſive tritura.*

### Cap. XXVI.

Medicamenta teruntur, ut, quia commiſceri propter craſſitiem & duritiem non poſſunt, reducta in pulverem, exactiùs miſceri cum aliis poſſint: craſſiùs autem aut tenuiſſimè teruntur pro Medici vario ſcopo. Terendi autem modus varius eſt, pro ſimplicium natura. Metallica valenter & diù terenda ſunt.

Medicamenta odorata, veluti caſſia ſeu canella, caryophylli, macis & ſimilia, moderatè ſunt tundenda, ne pars tenuior exhalet, & interdum illis aut amygdalæ adduntur, aut aqua roſacea inſpergitur.

Radices odoratæ, ut angelica, valeriana, garyophyllata, aſarum, eodem modo, eademque diligentia terendæ ſunt.

Quæ verò non ſunt odoratæ, ſed craſſæ & ſolidæ, ut gentiana, peucedanum, bryonia, violento ictu & diuturno verberandæ ſunt.

Herbæ odoratæ ſicut calamintha montana, amaracus, ſerpillum, præterea flores, eodem modo teruntur, quo radices odoratæ.

Thus, maſtiche, ſarcocolla, & ſucci, qui humorem & lentorem retinent, tundendo non teruntur, ſed clementer ducto piſtillo per fundum ac latera mortarii.

Gummi & lacrymæ, quale eſt gummi Arabicum, tragacantha, eodem modo terentur.

Rhabarbarum, & quædam aliæ radices aliquo humore præditæ, eodem modo terendæ.

Galbanum ammoniacum, opopanax, bdellium, myrrha, ſuccus glycyrrhizæ, hypociſtidis, cucumeris ſylveſtris, & opium Thebaicum, teruntur affuſa aqua, vino, aceto, aut alio humore.

Moschus, & ambra cum aqua roſacea, ne partes odoriferæ evaneſcant.

Similiter & ſemina quædam, quæ glutinoſum quiddam & pingue habent, ut thlaſpi ſemen. Semen napi & ſinapi, ſola non teruntur, ſed aliis medicamentis ſiccis permiſta

A teruntur, aut cum humore aliquo pro rei neceſſitate.

Fructus recentes & radices recentes, quarum uſus eſt in compoſitis medicamentis, ante & poſt coctionem tunduntur, vel fruſtulatim ſecantur, aut mediocriter tantùm confractæ infunduntur.

Tritura craſſior fit, dum medicamenta craſſiùs duntaxat franguntur, nec in pulverem reducuntur, ut in tritura abſolutè ſumpta. Hæc

B pleriſque medicamentis, quorum talis uſus requiritur, utilis eſt: aliis præterea multis medicamentis, quæ alia præparatione indigent, veluti ſunt herbæ, & radices, quæ coquendæ ſunt, & ea quæ in tenuiſſimum ſunt reducenda pulverem.

Moluntur ſeu teruntur ſemina quędam, veluti triticum, lolium, lupini, ſemen lini: & fœnigræci, quòd commode tundi non poſſint: tum etiam, quòd cortex unà cum farina

C miſceretur.

Teruntur præterea quædam metallica, quæ contuſa in pulverem tenuiſſimum reduci non poſſunt, veluti tuthia.

Sic & lapides precioſi, lapis lazuli, armenius, teruntur in mortario marmoreo lato fundo, cum molula marmorea, inſperſa interdum aqua roſacea, aut alio humore, ne pulvis evolet.

Commodiùs item teruntur in porphyrio

D marmore plano, diu ducta per ipſum marmor molula, donec prioribus digitis confricando medicamenta, nulla ampliùs inæqualitas ſentiatur. Florent.

## DE PURGATIONE.

### Cap. XXVII.

Medicamenta ſimplicia purgare, nihil aliud eſt, quàm quicquid medicamentis inutile ineſt, abjicere, ſeu pars medicamento-

E rum ſint, ſeu illis permiſtæ ſordes: veluti repurgantur, aut eluuntur radices, fructus, ſemina, & cætera ſimilia, quando terra, aut alia re commaculata ſunt, ut in omnibus rebus fit vulgò: aut veluti gummi, & reſinæ, quibus plerunque aut terra admiſta eſt, aut lignum, aliæ've res inutiles: hæc enim liquantur & colantur, deinde purior pars in uſum venit medicum. Medicamenta etiam ab inutilioribus partibus repurgantur, veluti radices

F tum recentes, tum ſiccæ, membrana illa exteriore, quæ terram contingit, cultello abraſa: repurgantur etiam exempta medulla interiore, quæ in multis inutilis eſt, veluti in cucumere agreſti, dauco, paſtinaca, apio, multisque aliis hujusmodi per medium ſectis, corticeque à matrice ſeparato. Siccæ macerantur, deinde mediæ ſecantur, eximiturque pars interior, ut in recentibus.

Floribus eximuntur pediculi, culices, foliaque ſola reſervantur, quemadmodum violæ purpureæ, leucoji lutei: in quibusdam



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0737-8

etiam foliorum pars aliqua demitur: veluti in roſis ea pars, qua calici inhæret, unguis appellata: ut ſi quando in compoſitionibus reperire eſt, ungue detracto, intelligendum eſt, eam particulam ablatam eſſe debere.

Fructus à cortice repurgantur exteriore, & à ſemine ſuo, & ab interiore parte illa lignoſa, ſi ſint recentes, denſi, multæ carnis, & cortice tenero, veluti cydonia, mala perſica: hæc enim cultello depellata ſecantur, interioreque parte lignoſa, qua ſemina continentur, repurgantur. Si verò fructus ſint exigui, veluti ceraſa, pruna, ſimiliaque, cribro transmittuntur, & ſola pulpa, quæ utilis eſt, ſervatur. Illi ipſi fructus, ſi ſicci ſint, macerantur & coquuntur, deinde cribro cernuntur, veluti uvæ paſſæ, pruna, tamarindi, dactyli, & ſimiles.

Fructus *duro cortice præditi*, ut amygdalæ, *ſtrobili*, nuces, piſtacia, primùm confracto putamine eximuntur: poſtea aqua frigida aliquandiu macerantur, tum effervent, aut in ſartagine igni ſiccantur, donec corticem interiorem remittant, & manibus confricantur, aut ſacculo aſpero immiſſi agitantur, donec depellentur.

Semina cortice denſo veſtita, ſicuti fabæ, piſa, cicer, purgantur leviter tundendo, donec confringantur, deinde vanno in aërem contecta, cortices evolant.

Alia ſunt ſemina, quorum admodùm operoſa eſt decorticatio propter corticem illis nimiùm inhærentem, veluti cnici & hordei, *quæ modo ſuprà dicto ſiccantur fricanturque: ſed ea excorticandi ratio ſemina corrumpit.* Præſtat igitur ea ſemina macerare, hordeum præſertim, deinde in mortario magno & amplo concutere piſtillo ligneo, & leviter agitare, ut quod in fundo eſt, ſupernatet: ſeparatur enim paulatim cortex, verùm ſi non ampliùs ſupernatet, ſed cogatur in unum, tùm vale aut vanno exceptum ſurſum conjicitur, ut vento paleæ ſeparentur: deinde iterum atque ſæpiùs idem faciendum eſt, donec mundum ſit: poſtremò aut Sole, aut igni in ſartagine perſiccatum ſervatur in ptiſanæ Græcorum uſum. Eadem eſt cnici decorticandi ratio, ſed operoſior: itaque placuit quibusdam, ut ſemen cum cortice tritum, in aquam, aliúmve humorem immittatur, & per linteum rarum coletur: nam cortice relicto, ſola pulpa cum humore tranſit.

Peponum & cucumerum ſemina eodem modo purgantur, præſertim ſi non ſit ocium ſingula ſingillatim decorticandi: nam operoſum id eſt, & ea quę ante alia repurgata ſunt, facilè inveteraſcunt, & inutilia redduntur.

Adipes liquati colando à membranis repurgantur, aut cultello. Ejusmodi ſunt purgationum differentiæ, quas Pharmacopœum ſcire neceſſe eſt. Sunt præterea & aliæ, ſed illæ ad eos, qui metallica, & *chymiſticam* tractant, magis ſpectare videntur. Florent.

## DE PULSATIONE.

### Cap. XXIIX.

Pulsantur materiæ malleo vel piſtillo, ut partes à ſe mutuò avellantur: ita ut ſemina à plantis, cortices à nucleis, medullæ radicum à reliqua ſubſtantia pulſando ſeparantur.

## DE CONFRICATIONE.

### Cap. XXIX.

Confricatio rerum infuſarum, aut etiam coctarum manibus facta, collationem & expreſſionem adjuvat, ob id ante has ſępè obitur: interdum expreſſionis vice eſt: ſic crocus panno lineo ligatus inter coquendum infricatur in ſyrupo Saporis de pomis, & quibusdam aliis compoſitis.

Manna ſucco intybi macerata fricatur manibus ante colationem in ſyrupo acido ex manna.

Rhabarbarum panno lineo ligatum fricatur, & exprimitur in ſyrupo cichorii compoſito.

Scammonium panno tenui ligatum, ſæpè confricatur in ſyrupo acetato cholagogo.

Elleborus niger nodulo lineo ligatus in oxymelite melanagogo ſæpè confricatur.

Medulla cnici, turbith, zingiberis, panno lineo ligata confricantur ſępè in oxymelite phlegmagogo.

Elleborum *nigrum, agaricum, ſalem Indum fricat Meſues in apozemate epithymi; caſſiam verò manibus fricat ante colaturam in apozemate adianthi*: colocynthis forficibus inciſa in oleo roſato fricatur, ad componendos ex ipſa trochiſcos.

Sic manibus fricantur, & pòſt colantur ſimplicia in electario Hamech. Simplicia in ſuccis macerata fricantur, & colantur in electario diaphyſſalidon. Simplicia pilularum aromaticarum poſt coctionem fricantur & colantur.

Ferè autem hic nodulus in medicamento humido manet. Sic ſcammonium panno lineo raro ligatum ſuſpenditur in ſyrupo fumariæ, & noduli aromata continentes, & compoſitum condientes, in ipſo ſuſpenſi manent. Quam conſuetudinem hodiéà pleriſque ſervari video in ſyrupis purgantibus, præſertim contra morbum longum, aut in hominis delicati gratiam compoſitis.

Aliquando tamen, ubi vis ejus noduli tota in compoſitum confricando eſt expreſſa, abjicitur. *Sic Soranus* cum melle & capitibus papaveris *myrrham*, crocum, hypociſtidem, acaciam nodulo ligata, incoquebat, pòſt ubi vires *ſuas diacodio* impreſſerant, tollebat. Quod exemplum eò adſcripſi, ne id novum putes, & Arabibus acceptum referas. Alia tamen eſt confricatio, quæ ad infundendum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0738-4 DFG

dum, imbuendum, molliendum & humectandum magis pertinet, ut cùm myrobalani omnes butyro vaccino fricantur, cæteræ ſpecies oleo amygdalarum dulcium involvuntur in tryphera Saracenica, & Phenonis easdem: ne partes nutritorias valenti adſtrictione ſua exaſperent, oleo amygdalarum dulcium, vel roſato, vel violato, vel ſeſamino, vel aliis lenientibus tritas mergit, confricat, & lubricas facit. Poſſis tamen non modò manibus fricare, ſed etiam in Sole, aut igni clementiore frigere, cùm alioqui nec ipſæ rareſient, nec butyrum, aut oleum quodvis liquabitur, ut ipſas promptè totas permeet, ac imbuat, ob id in tryphera minore Phenonis myrobalani aſſentur in butyro vaccino, legimus.

Lapis Judaicus & hæmatites, *multiq;* trochiſci, & collyria ad oculorum morbos parata, liquantur confricatione ex aliquo humore ad cotem medicam, qualis etiamnum hodiè ex Naxo inſula adfertur.

Plumbum verò liquatur in hunc modum. Infuſus in plumbum mortarium humor, piſtillo plumbeo verberatur atque agitatur, donec craſſeſcat, *deinde* lavatur, ac plumbum ſubſidere ſinitur, tum aqua effuſa plumbum reponitur. Eodem modo liquatur æs ad chryſocollam conficiendam. Sylvius & Flor.

## *DE LOTIONE.*

### *Cap. XXX.*

Lavantur medicamenta, ſi foris re aliqua ſunt contaminata. Sed hoc lotionis genus præparationi medicamentorum peculiare non eſt, ſed cæteris rebus commune, quæ luto, vel alia re contaminatæ, lavatione opus habent.

Lotionis autem, de qua hic agendum, duplex eſt finis: ut videlicet à medicamentis qualitas aliqua tollatur: aut ut aliam aliquam facultatem acquirant.

Cæterum ex his, quæ ad ſordium ſeparationem abluuntur, calx, & aloë tenuiſſimè terendæ ſunt: deinde affuſa aquæ copia ſatis magna ſimul miſcentur, & quieſcere ad fundum vaſis & ſubſidere ſinuntur: tum effunditur aqua: atque id ſæpiùs repetitur, donec aqua pura remaneat: denique medicamentum ſiccatur, ac reponitur.

Metallica tenuiſſimè lævigata, ac in aquam puram, aut marinam, aut acetum, aut alium humorem immiſſa, in Sole fervidiſſimo totum diem rudicula agitantur, & per noctem reſident, manè aqua effunditur, atque alia injecta rurſus eodem modo agitantur, quoad aqua, quæ effunditur, ſit limpida.

Lapilli minutiſſimè confracti in aquam aliúmve humorem injiciuntur, & manibus confricantur, ac agitantur, deinde ubi ſubſederint, aqua effunditur, idque toties repetitur, donec aqua pura remaneat.

Sic lavantur acacia, & alii ſucci, qui commodè in pulverem redigi non poſſunt, gummi Arabicum, & lacca.

Resinæ, adipes, medullæ, & olea liquantur, agitantur, aqua affunditur toties, ac effunditur, donec pura appareat.

Oleum verò lavando minùs eſt verberandum, ne aquę adeò miſceatur, ut pòſt ægrè poſſit ſeparari.

Quæ in decoctionibus, aut ſuccis lavantur medicamenta, ut de illorum facultate nonnihil acquirant, cum tanta humoris copia lavari non debent, ut prędicta, neq; toties, neq; ea adhibenda eſt diligentia in illis ab humore ſegregandis: quemadmodum ſi aloë ſucco roſarum, aut intybi, aut cum ſpecierum decoctione lavetur ad *pilulas alephanginas:* & turbith lavetur cum agarici, & tithymalorū *decocto*, ut valentiùs purgent. Florentini.

## *DE EXPRESSIONE.*

### *Cap. XXXI.*

Expressio eſt humidæ, & tenuis ſubſtantiæ ſeparatio, à ſicca, & craſſa, duro aliquo, & valido compreſſu facta. Fit autem ſæpè torculari, & eo multiplici, quale vinum ex vinaceis exprimunt, & quale pinxit Meſues in oleo amygdalarum dulcium, quale item uſurpamus in exprimendis oleis, & ſuccis aliis, & decoctis, & carnibus, & ſimilibus: ſive id torcular eſt, ſive prælum librarium. Ferè autem exprimenda ne diffluant, aut diſſiliant, involvimus panno forti, ut canabino, caprino, ſetaceo: vel ſacculo imponimus, qui duobus baculis comprimitur, & cæditur. Eſt quando tantùm caprino, aut lineo involvimus, & manibus, ac digitis prælorum loco utimur, ut dum medicamenta purgantia infuſa exprimimus. Adde, quòd nunc denſo, nunc raro panno exprimimus, interdum clementer, interdum valenter pro ſcopis Medicorum variis: quædam item frigida exprimimus, alia etiam calida: quædam ſolum calida exprimi poſſunt, ut oleum amygdalarum dulcium, & ſimilia, in Meſue.

Sic portulacæ, cotyledonis, ſempervivi, bugloſſi ſuccum exprimimus calentem, aliàs humore aliquo liquidiore affuſo, ut dicemus in ſuccorum extractione.

Expressionis uſus igitur latiſſimè patet in infuſis, apozematibus, & coctionibus propè omnibus, in ſyrupis, in oleis, & id genus aliis: quo autem inſtrumento, & quatenus calidum, aut frigidum unumquodque eſt exprimendum, ex ſpecialibus perdiſcendum. Sylvius.

## *DE COCTIONE.*

### *Cap. XXXII.*

Medicamenta ſimplicia aliquo humorē coquuntur, aut vapore: hoc genus coctionis elixatio appellatur: aut cum ſiccitate,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0739-3

& hoc aſſatio vocatur. Coctio autem fit ad præ- A parationem, & ad compoſitionem. De præparatione nunc dicemus.

Quæ in humidis coquuntur, ex gratia id fit, ut ipſa medicamenta ſic cocta uſui eſſe poſſint: aut ut humoris duntaxat, in quo cocta ſunt, uſus ſit.

Rursus quæ, ut coctis utamur, coquuntur, plus cocturæ requirunt, quàm ea, quorum decoctio in uſu eſt. Sunt tamen certæ quædam notæ, quæ denotant, an hujus, aut B illius rei gratia benè coctæ ſint: ut herbæ, flores, fructus, & radices coctæ ſunt, quando ita tenereſcunt, ut tundi, & per cribrum transmitti poſſint.

Semina quædam, veluti lini, fœnigræci, hordei, cocta cenſentur, ubi crepuerint: alia quædam, veluti aniſi, coriandri, & cumini, quando tenereſcunt.

Fructus peregrini, & ſicci, ut ſunt myrobalani, cortices, ligna, & radices ſiccæ, multam C deſiderant cocturam.

Herbæ, & flores facilè coquuntur, & citò tenereſcunt, tametſi inter ſeſe differant, prout magis tenuium ſunt partium, & illorum facultas in ſuperficie ſita eſt, ut chamæmelum, adianthum, ſerpillum, & ſimilia, quæ quando unà cum aliis coquuntur, primùm immitti debent, cùm illa propemodùm cocta fuerint.

Eadem eſt ratio radicum tenuium par- D tium, aut odoratarum, ut eſt aſarum, Valeriana, ſpicanardi, & alia aromata, quæ ſub finem decoctionis injiciuntur, ſed poſt reliqua medicamenta flores.

Elixationis autem multæ ſunt differentiæ. Primus modus eſt, ut vaſi certam quandam ac præſcriptam humoris quantitatem continenti infundantur, quæ coquenda ſunt, magis, aut minùs, pro medicamentorum ſiccitate, aut recentia: deinde vaſe impoſito E igni, primùm ſatis fortem patientur bullitionem, deinde lentam, ut commodius ad eam, quam optamus, cocturam reducantur, neque medicamenti vires exolvantur. Secundus modus eſt, ut eadem planè ratione in diplomate coquantur. Tertio elixationis modo utitur Galenus in fructibus. Hos ſuſpendit in vaſe aqua fervida ſemipleno, eosque volvit tantiſper, donec æqualiter tenereſcant: ſic enim fit, ut fructus facultas non exhalat, quemad- F modum ſi calore ſicco coqueretur: neque in humorem tranſit, quemadmodum ſi in aqua coqueretur.

Cæterùm vaſa, in quibus coquenda ſunt medicamenta, figulina eſſe poſſunt vitrata, & macerata, vitrea, ærea, ſtannata, cuprea: præſtantiſſima ſunt vitrea in duplici vaſe, aut apud ignẽ, aut in arena, aut cineribus, aut in fornace, cui ſubſit ignis.

Ignis ſtruendus è carbonibus, aut prunis, & lignis ſiccis acapnis. Florentini.

## De Putrefactione.

### Cap. XXXIII.

Putrefactio coctioni ſimillima eſt, præſertim de qua nunc agimus: non enim de abſoluta putrefactione, ſed mutatione aliqua à calore externo, etiam rerum putreſcentium, ut ſimi corticum, facta. Ut oleum in folliculis ulmi inventum, phialæ forti impoſitum cum folliculis ſi operculetur, & dies quindecim ſimo equino multùm, ob putredinem vigentem, calenti obruatur: deinde inſoletur, & quod ejus clarum ſupernatabit, transvaſetur, omnium ulcerum remedium eſt præſtantiſſimum.

Sic ex vino facimus acetum tenuius, & acre magis ac mordax. Facimus autem vel inſolatu, vel immiſſo aceto valentiſſimo, in vinum, vel foliis, ſurculis, & ramentis ſorbi, vel parte acida citri immiſſa. Galen. lib. 2. alimentorum. Sunt, qui linguas lampetiæ noſtratis ea cauſa immittunt.

Ex maza item fermentum, & ex lacte, in primo animalium lacte nutritorum ventriculo corrupto fit coagulum: omnia ob putredinem acria, & caliditatem novam adepta, amiſſa autem naturali.

Sic chalciteos partes duas lithargyri, vel cum Dioſcoride cadmiæ partem unam aceto acerrimo ſolvit Galenus, ac æſtate media, ſeu diebus calidiſſimis, quadraginta in olla nova ſimo obruit, ut fiat pſoricum. *Talis putrefactio in uſu eſt maximo Chymiſtis.*

Sic adeps vetuſtate putris Galeno expetitur ad emplaſtrum diachalciteos, & oleum vetus, ac ita ſemiputre, unde & graveolentiam acquirit: ſic vetuſtate caſeum putrefactum decocto pernæ ſalſæ coquit Galen. ad tophos.

Quid? quòd vinum, & ſucci reliqui, dum ab humiditate excrementoſa fervent, quodammodò putrent, & flores ſaccharati, aut melliti, dum inſolentur, & antidota melle addito cùm fervent.

Acopa item ex ſemine abietis, & floribus populi, dum menſes plures macerando perficit Galenus, etiam putrefacere videtur. Sylvius.

## De Cribratione.

### Cap. XXXIV.

Cribratione purum & minutius ſecernimus, quomodo piſtores ſimilaginem, & farinæ florem puriorem, ac tenuiorem à furfurea & craſſiore ſeparant. Cribrationis ratio eadem eſt, quæ trituræ, ob id quæ tenuiter pulveranda, tenuiore cribro ſunt cernenda: quæ tenuiſſimè, tenuiſſimo, ut pulveres dicti cordiales cribro ſericeo, Tafetum vocat vulgus. Inter manus agitando cribrantur metallica, ad oculos tenuiſſimè terenda, & cribro tenuiſſimo cernenda: ſic urinas moventia

ventia, obſtructiones liberantia. Contra verò, quæ alvum movere, & purgare volumus, craſſius terenda, & cribro craſſiore, ac rariore cribranda ſunt, & quæ per ſe teruntur, ſi cribranda ſint: per ſe cribrantur, ut metallica, quæ aliis miſta citiùs, & ante juſtam pulverationem deſcendunt.

Cribramus autem interdum ad trituram meliorem, frequentiùs ad miſturam aptiorem, rerum jam mole minimarum. Quæ enim cribrum non permeaverunt, trituræ redduntur: quæ craſſiùs terenda ſunt, rariore, ut dixi, cribro cernenda: quæ tenuiùs, denſiore, unde varia cribrorum multitudo fuit neceſſaria.

Quædam enim cortice tiliaceo, anguſto, ſed æquali, cancellatim connexo conſtant, cribrando ſcobe guajaci, vel agarico infectorum, & ſimiliter craſſiuſculè tritis idonea. Vidi & ex ailiculo terebella paſſim pertuſo cribrum, argillæ colandæ idoneum, alia his minùs lata habent foramina, neque ut hæc, quadrata, ſed rotunda, vel oblonga, in pergamena circulo ligneo ſubſuta, quibus triticum, hordeum, & alia cerealia, ſæpe etiam legumina ſeminibus alienis, ſed minutioribus, purgamus. Hæc enim per lata foramina, ob parvitatem, facile deſcendunt: ſemina bona foraminibus majora retinentur.

Alia ſera equina in telæ modum cancellatim contexta conſtant, circulis duobus ligneis utrinque tenſa, quorum inferiore hæc prehenduntur, atteruntur, & impinguntur: ſuperiore verò materiæ cribrandæ continentur. Horum verò cribrorum copia, & differentia magna eſt, & uſus plurimus. Quædam enim ſolùm in medio ligneorum circulorum habent velut telam illam equinam, & his manu tantùm molliter ſuccuſſis, pulvis in ſubjectum catinum ligneum, vel papyrum deſcendit, ſuperna ejus parte interim papyro tecta, ne pulvis evolet. Eoque utimur in pulveribus parùm precioſis. Alia præterea fundum & operculum habent exemptile, ſed utrunque corio vervecino clauſum: illo pulvis per cribrum tranſmiſſus excipitur, & probe, ne exhalet aut evolet, cohibetur: hoc, ne portio cernenda exhalet aut evolet, prohibet. In his verò multæ ſunt in raritate & denſitate differentiæ, quarum ſingularum ſuus eſt uſus, non modò ad medicamentorum terendorum genera, ſed etiam ad componendorum ſpeciem variam conſtituendam.

In his item quædam telæ equinæ loco ſericum habent, (Tafetum vulgus vocat,) & id vel album, pulveribus electuariorum alborum, ut diatragacanthi, diairis, deſtinatum: vel rubrum debitum pulveribus electuariorum rubrorum, ut diarrhodi, triaſandali, diacubebe, diamargaritôn.

Usurpatur itaque id cribrorum genus aliis precioſius ad pulveres etiam precioſos, &, ut vocant, cordiales, neque ut præcedentia ſetacea ligneæ menſæ, aut alteri ſolido corpori violentiùs impinguntur ſuccuſſando, ſed manibus tantùm molliſſimè verſantur, ut ſine violentia pulvis tantùm tenuiſſimus deſcendat.

Est etiam linteum magis, minùs, rarum, denſum, cribri loco, in metallicis præſertim & terreis corporibus. Latius autem id eſt, remque cernendam comprehendit, ac inter pyxidis alicujus ligneæ, vel alterius, ſed grandiuſculæ operculum & corpus concluditur & conſtringitur, deinde una manu fere violentiùs ſuccutitur ſuper abacum pharmacorium, uncia vel ſimili pondere, ſed plumbeo in linteum etiam priùs immiſſo, ut id ſuo motu & pondere res has cerni difficiles acceleret, quem cernendi modum *cicotrinizare* vulgus vocat, voce ex κοσκινίζειν, id eſt, cribrare, corrupta, & in id contorta.

Ut autem radices, herbæ, ſemina, fructus, & alia pleraque cruda & cocta teruntur, etiam cribrantur: ſed fere vi manus aut cochlearis, quomodo caſſiam & tamarindos ſine tritura cernimus: ſic radices eryngii, ſatyriorum, raphani, dracontii coctæ, tritæ, cribrantur in diaſatyrio.

Sed hæc cribratio immoto fit cribro: quæ verò pulverum eſt cribratio, fere fit cribris abaco incuſſis valenter, ſed numerose, ut taratantara audire videaris. Alia cribro manu ſuſpenſa agitato: alia, ut cardiaca, cribro inter manus verſato, non in abacum incuſſo, ne etiam horum partes craſſiuſculæ, ut impactæ per cribrũ permeent. Alia pyxide duro, corpori manu una valenter alliſa.

Cerussa, & amylum, & ceruſſa ſerpentaria cribro affricantur manibus: ſic quæ citra trituram cernuntur.

Quæ autem cribrum non ſuperaverunt ob craſſitiem, teruntur, donec ob tenuitatem tota cernantur: niſi quod dum pauciſſimum ſuperat, idque tenuiſſimo proximum, cæteris jam cretis commiſceri ſolet, aut ſervari, aut aliis ejusdem generis, ut poſtea terendis & cernendis iterum miſceatur.

Lithargyros per telam ſecernitur, ne ſuo pondere cribrum ſtamineum confringat, craſſiorque ſecernatur, quàm opus ſit. Sylvius.

## DE EXTRACTIONE.

### Cap. XXXV.

Succus ex foliis & germinibus per ſe tritis exprimitur, & depuratus ſiccatur aut Sole, aut igni, donec eam conſiſtentiam nanciſcatur, ut in paſtillos formari poſſit, ac ita ſervari. Aut liquidus ſervatur in vaſe anguſti oris, ſuperfuſo oleo digiti craſſitudine.

Sic exprimuntur ſucci ex fructibus, veluti ex uva immatura, malis punicis, ſorbis, me-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0741-0

ſpilis, cydoniis, limonibus & ſimilibus, & interdum ſcarificatione: ſed liquidi ſervantur plerunque eo, quo jam dictum eſt, modo, aut ſale inſperſo, ut omphacium.

Quædam herbæ, quæ pauco humore, eoque lento ſunt præditæ, ut hedera, portulaca, cotyledon, ſempervivum, opus habent admiſta aqua, aut alio liquore illarum facultatibus ſimili inter terendum, ut expreſſione unà cum ipſo humore extrahatur: aut ſi tuſæ calatho imponantur loco frigido, ut paulatim ſuccus in ſubjectum catinum defluat.

Ex radicibus autem & herbis quibuſdam ſiccis, aut pauco humore præditis, ut eſt lentiſcus, abſynthium, glycyrrhiza, centaurium majus, gentiana, & ſimiles, ſuccus hac ratione exprimitur. Quinque diebus in aqua macerantur, deinde in eadem aqua coquuntur, donec craſſeſcat: colata poſtea aqua denuò coquitur, quoad mellis craſſitiem habeat: tum in Sole ſiccatur, ac in paſtillos conformata reponitur.

Ex ebulo, iride, cucumere aſinino ſcarificatis aut tritis, ſuccus expreſſione extrahitur.

E' thapſia autem & peucedano ſcrobe circum radices facta, cortex inciditur, liquorque emanans ſubjectis foliis, aut vaſe aliquo purus excipitur. Thapſiæ ſuccus Sole, peucedani verò umbra ſiccatur. Ex his etiam tritis aut ſcarificatis, expreſſione ſuccus extrahitur: ſed chirothecæ manibus inducendæ, & facies velanda eſt, ne vapores è thapſia exhalantes faciem inflent & exulcerent.

E' tithymalis ſuccus vindemiis exprimitur, inciſis ſummitatibus, & ſuccus effluens vaſe exceptus Sole ſiccatur, aut farinæ orobi permiſcetur, aut fico ſicca quinque aut ſex guttulæ excipiuntur, ficusque reponitur, ut ait Dioscorides.

Hypocistis, quæ ſub Veris finem radicibus ciſti adnaſcitur, teritur, & ſuccus expreſſus Sole ſiccatur.

Ex cucumere agreſti elaterium ſic colligitur. Decerpti cucumeres maturi, qui tacti protinùs exiliunt, impoſito ſupra vas aliquod rariore cribro ſigillatim ſupino cultro ſurſum verſus aciem habente finduntur, atque per cribrum humor in ſubjectum vas exprimitur, ſimulque carnoſum quod hæſit cribro, quò faciliùs excidat, eliditur: coacervata autem in cribro ſegmina dulci aqua perfunduntur, & denuò preſſa abjiciuntur: humor in pelvi agitatur, & linteo opertus duplicato, Soli exponitur, dumq; ſteterit, tota ſupernatans aqua cum ſpuma identidem effunditur, deinde conterendo cogitur in paſtillos, & ſervatur.

Scillæ ſuccum ſic extrahit Galenus. Scilla viginti diebus ante caniculæ exortum evulſa, atq; à corticibus externis purgata, manibus in exiguas diſcerpitur particulas, & in vas conjicitur, à quo recenter exemptum fuerit mel: poſtea bene adapto operculo illud obturans,

A extrinſecusque pelle circundans, & diligenter colligans, in loco meridiem ſpectante, qui à Borealibus non perflatur ventis, Soli exponitur quadraginta diebus, interdum vas vertendo, ut ex omnibus ſimiliter partibus Solem ſentiat: deinde vas aperitur, & is humor, qui ſupernatat, colatur, melle conditum coquitur ac ſervatur. Ex ſcillæ carbonibus fermento quodam involutis ac quaſi coctis, deinde tuſis, & cum melle miſtis fit eclegma ſcilliticum, ſucco
B jam dicto perſimile.

Cucurbita farina piſta involuta & in clibano coacta ad cruſti fermentacei coctionem: aut ſcarificata, deinde expreſſa, ſuccum emittit, cujus uſus eſt.

Muccagines ex ſemine pſyllii, lini, fœnigræci, cydoniorum, & e radicibus quarundam plantarum, ut eſt althæa, malva, acanthus, infuſis in aqua noctem unam extrahuntur, miſcetur deinde dicta aqua, & calefit, do-
C nec bulliat, & ſemina crepent, & muccago craſſior ſupernatet: tum enim mantili ex tela nova forti imponitur, ac colando exprimitur, aut virgis duabus intorquetur ſacculus à ſummo ad imum, ac alio bacillo percutitur, ſuccusque deraditur.

Psyllium item (ut eclegma de pſyllio ſuavius fiat) maceratur aqua recenti per vigintiquatuor horas: deinde rudicula ſæpiùs agitatur, donec muccago ſupernatet: excepta inde mucca-
D go colatur, ac in uſum ſervatur.

Simile eſt mel anacardinum appellatum, quod fit ex recentibus anacardiis exiguis diutius coctis: ex his enim enatat liquor quidam, aut muccago prædictæ ſimilis.

Olea è fructibus, ſeminibus, liquoribus, lacrymis, rebusque omnibus pinguibus, & etiam è metallicis exprimi poſſunt.

E' fructibus, videlicet ex amygdalis dulcibus & amaris, ex ſtrobilis piſtaciis, balano my-
E repſica, nucibus, & nuce moſchata.

E' certis ſeminibus, veluti è ſemine lini, ſeſami, ricini, & aliorum. Exprimuntur autem in hunc modum.

Fructus & ſemina cortice duro prædita purgantur, teruntur, & loco calido, quo ad Solem, aut in duplici vaſe reponuntur, deinde rurſum trita, torculari exprimuntur: aut cum trita ſunt, inſperſa calida aqua, tantiſper agitantur, donec oleum ſupernatet: tum manibus
F aut torculari exprimuntur.

E' fructu oleæ, lauri, juniperi & lentiſci maturo in aqua cocto, oleum ſupernatans aquæ colligitur: aut ex eis tuſis, inſperſaque aqua calida, oleum ut ſuprà exprimitur. Florent.

## De Despumatione.

### Cap. XXXVI.

Despumatio eſt ſpumæ detractio, cujus materia hoc loco eſt non ſolum ſuccus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0742-6
DFG

ſuccus quidam lentus, includens flatum, ut à Galeno in aphoriſmis docetur, ſed ſordes omnis levior, à calore ignis expurgata, vel etiam gravior albuminibus coacta & colligata. Deſpumamus autem nunc ſimplicia, ut ſuccos, ſaccharum, mel: nunc compoſita, ut apozemata, ſyrupos.

Mel cum aqua, aut vino, aut [illegible], aut humore alio, pro variis Medici ſcopis, deſpumatur. Nam per ſe coctum, mox immodicè effervéſcit, & derepente exundat, & flammis conceptis incendii periculum affert. Adhæc cùm ſit dulciſſimum, evaderet amarum, ſi per ſe coqueretur, donec deſpumatum eſſet.

Mel humore æquali hodie quibusdam deſpumatur, aliis duplo. Spuma autem interea dum igni lento coquitur, cochleari pertuſo deraditur. Adhæc cùm ad dimidias eſt coctum, & multùm fervet, adduntur albumina ſingulis libris ſingula. Deinde calidum colatur, pòſt percoquitur per ſe, aut cum condiendis & incoquendis medicamentis. Spuma quoque tunc ſicca emicat curioſe detracta, ſi per ſe ſervandum eſt. Vel in rem præſentem paratur ad pulveres comprehendendos, qualia ſunt antidota omnia, melle excepta, opiata, & ſine opio. Si purius eſt mel, ſufficit aqua æqualis, nec tantum albuminis requiritur. Quòd ſi puriſſimum eſt, nec deſpumandum, nec clarificandum.

Sed hujus regionis mel cùm ſit crudum & impurum, multam reddit ſpumam: ita ut deſpumando & colando ad dimidias minuatur. Quapropter pondus duplum ei, quod compoſitio exigit, initiò tibi immittendum, ſi cum aliis deſpumandum incoquis: ſin minùs, deſpumato utendum. Finis deſpumationis quibusdam eſt tempus horarum circiter duarum cum igni lento. Aliis, rectiùs, cùm ſpumare deſinit. Aliis, donec aqua erit conſumpta, (quæ res bullis cognoſcitur) & mel idoneum lentorem acquiſiverit. Sæpè autem mel per ſe deſpumatur & purgatur, cùm tam longam non ſuſtinet coctionem, quàm aliorum natura, cum quibus mel coquendo deſpumaretur. Interdum cum his deſpumatur, cùm ſcilicet multam coctionem viribus integris ſuſtinere poſſunt, ut in diacydonio mel coquitur cum ſucco cydoniorum, & coquendo frequenter deſpumatur, & aliis paſſim. Frequentiùs tamen per ſe (ut dixi) deſpumatum miſcetur conditis, ſyrupis, antidotis: rariùs crudum, præſertim noſtrate. Quod autem Gallia Narbonenſis thymo paſſim luxurians mittit, eſt præſtantiſſimum: nec Attico aut Hyblæo inferius, cùm regionis temperatura & thymi larga luxuries utrobique conſentiant.

De ſaccharo idem quod de melle dicendum, cùm ſit ipſum mellis ſpecies etiam Dioſcoridi & Galeno.

Impurum enim & nigrum, aut nigricans, in triplo humore deſpumatur, cùm ad dimidias eſt coctum, & valdè fervet, adduntur albumina ſingulis libris ſingula, colatur calidum, poſt percoquitur ſtudioſè: interim etiam deſpumando, ſi ſpuma aliqua appareat.

Si autem purius eſt, ſatis eſt dupla, aut æqualis (ut ferè ſit) aqua, aut pauciora albumina: ſi puriſſimum, nec deſpumandum, nec clarificandum.

Succi *fluxiles* recipiendi in ſyrupos, apozemata, electaria: quædam igni deſpumantur, reſidendo clareſcunt, & in colo laneo terreum excrementum relinquunt, interim verò etiam additis albuminibus, & melle, aut ſaccharo purgantur, quoties in ſyrupos, vel apozemata coquuntur, ut in ſyrupo bizantino, & *aliis, & in electario pſyllii.* Qui verò ſucci in *emplaſtra recipiuntur, vel Sole*, vel igni poſt miſtionem ſiccantur, non deſpumantur. Liquores verò ſolùm colo purgantur, poſt diſſolutionem non etiam deſpumantur: tantum abeſt ut clarificentur. Idem de metallicis, & animalium partibus conſtitue.

Quòd ſi ſimplicia omnia ſunt pura, aut purgata, ſatis eſt horum decocta per colum laneum, aut telalaneum, ſed modicè denſum ſemel aut bis tranſmittere, ſine ulla expreſſione, colo, ſi opus eſt, mutato: deinde ipſum immitte in ſaccharum, ſi impurum erit, clarificatum. Si autem purum eſt, clarificatione non egetur, & percoque, donec humoris, ſeu decoctum eſt ſeu ſuccus, ſeu aliud, unciæ tantùm circiter duæ: aut ſi ſucci ſunt glutinoſi, etiam tres, & quatuor in ſacchari libra ſuperſint. Si ſucci acidi, percocto jam ſaccharo propè toti involvuntur. Sylvius.

## DE CLARIFI-
## *catione.*

### Cap. XXXVII.

Clarificationis obiter in deſpumatione meminimus. De ipſa autem nunc pauca nobis ſunt dicenda, quòd hæc rerum liquidarum decoctis debeatur expurgandis, uti & deſpumatio, & colatio, ut ſorde craſſiori purgata, ſint gratiora palato, & in corpus faciliùs diſtribuantur, & ſalubriùs. Clarificantur autem quædam per ſe, dum quod fæculentum eſt, ſubſidet: ut ſuccus roſarum, limonum, cydoniorum, citrorum, ribes, oxyocanthæ, granatorum, ſive mox reponantur loco frigido, ſive in officina aliquandiù ſerventur. Quædam interveniente coctione à Sole, vel igni, ut ſuccus pomorum dulcium & acidorum, ad dimidias coctus dies duos quieſcere permittitur, donec clareſcat, ut ſyrupus de pomis Meſuæ fiat. Sic ſuccus acidus citri ad partis tertiæ conſumptionem coctus, & colatus, quieſcere permittitur, donec clareſcat, & ſuccus granatorum ad partis tertiæ conſumptionem coctus, biduùm

quieſcere finitur, uſque dum clareſcat in ſyru- A
po ex ſuccis fructuum acidorum. Tamen acidi ſucci hodie in ſyrupos aliter recipiuntur. In his autem coctio ratione optima adhibetur, ut calor homogenea in unum cogat, & ſeparet heterogenea: quomodo urinæ in nobis cœptæ coqui turbidæ ſi reddantur, poſtea tenuantur & clareſcunt, ſubſidente craſſo. Cùm verò calor ignis ſordes in ſuccis exquiſitè ſeparare non poſſit, ut noſter calor nativus aliena coctione perfecta ſegregat, cumque B
metuimus, ne coctione tam longa, ſuccorum facultates corrumpantur, ſatius putaverunt Medici, cœptam ab igne ſordium ſecretionem arte alia juvare, & ea multiplici, nunc quiete ſucci poſt coctionem, ut nuper diximus, nunc aceto ſimul incocto, *nunc agitatis diu albuminibus*: *ut interim deſpumationem* omittam, & colationem à nobis adhiberi ſolitas ad perfectionem ſuccorum, vel decoctorum purgationem. C

De ea autem clarificatione, quæ fit per ſe, & poſt coctionem reſidente, ſatis eſt dictum: de ea, quæ fit per acetum, & albumina, jam nobis dicendum eſt. Decocta, & ſyrupi, ſi acetum recipiant per ſe, vi aceti nonnihil purgantur: meliùs autem, ſi etiam albumina accedant, etiam ſi poſt colaturam acetum recipiant, quando nihilominus continenter eſt deſpumandum, quòd acetum etiam expurgato jam decocto ſpumas & ſpurcitiam quan- D
dam jaculetur.

Ovi *albumen ex aqua frigida ſcopulis agitata, donec in ſpumam abeat, quam particulatim* ſyrupo, vel alteri decocto ferventi *inſpergas*, & ubi nigruerit, cochleari foraminulento deradas, novam inſpergas: id fac, donec ſyrupus erit clarior. Alii ubi ex bullis clarius decoctum vi ignis factum animadvertunt, in id tepidum (nam calidiùs albumen coqueret, in frigidiore minùs promptè, & parcior ſpuma E
elicitur) albumina ſingulis libris ſingula, ſed etiam pluribus pauciora adjiciunt, ſcopulis agitant, ut ſpumeſcat, ſaccharum in particulas confractum conjiciunt, recoquunt: ubi ſpuma ſubſedit, igni aufertur, calidum, ſi craſſum eſt, & vix colabile, colatur: ſi facilè colatur, ſed turbidum, tepidum, vel frigidum, colatur per manicam Hippocratis, meliùs autem per pannum clavis quatuor, angulis quatuor firmatum. Colatur autem ter, quater, ſi non ſatis clarue- F
rit: ſi ne ſic quidem albumen ſeparatim in aqua agitatum, ſcopulis inſpergitur, decocto igni reddito, ſpuma illa uſta, alia injicitur, idque toties, donec bullæ clarum ſatis produnt: tunc colatur, quoties eſt neceſſe.

Quædam his citiùs clarificandis miſcentur, ut ſi uni quartæ vini albi duos lactis digitos miſceas, ante colaturam ipſum mox clariſſimum reddunt.

Sylvius.

## De Colatione.

### Cap. XXXIIX.

Colatio cribrationi perſimilis eſt: ſed hæc ferè ſiccorum eſt, illa humidorum. Hæc corpora grandiora foraminibus cribrorum non admittit, illa ſordem humore craſſiorem tranſitu prohibet.

Differentiæ autem colationis ex eo ſumuntur, quòd quædam calidiſſima colantur, quædam frigida, quædam tepida. Item quod quædã uno, alia duobus, alia tribus colis egent. Item quædam colis lineis, alia canabinis, alia telalaneis, alia ſetaceis, & ſtammeis, ut vocant, alia novis, alia detritis, alia raris, alia denſis: alia bis, ter colanda, donec nobis propoſitam perſpicuitatem ſint aſſequuta.

Quæ craſſa ſunt aut lenta, calidiſſima ſunt colanda, & humore ampliore, vel tum diluenda ſunt, vel initiò coquenda, ut faciliùs tranſmeent. Colo eadem raro & detrito promptius colantur, non tamen purius, ſed frequens colatio coli denſitatem ſupplet, ac raritatis incommodum redimit. Oenomeli colatur panno raro.

Tenuia, ut ſuccus limonum, citri, ſemifrigida, colo denſo, & novo colari poſſunt: aut ſi tribus colis ea vis purgare, ſummum ſit ſtamineum, medium panneum: ſed vetus infimum, panneum & novum vel alter denſum.

Sacchari libra, ſi aquæ tantùm unciis octo ſit ſoluta, cocta, *clarificata*, panno rariore colanda eſt.

Colis *tribus uſi ſunt majores noſtri*, ſummo, minimo, & rariſſimo: infimo, maximo, & denſiſſimo, tertio horum medio magnitudine, raritate, ſitu, ut tamen ab utroque digitorum quatuor intervallo diſtaret.

Magnitudinis autem & texturæ horum ratio erat, ut primùm ſordes tantùm craſſas tranſitu prohiberet, ſecundum etiam mediocres, tertium etiam tenuiſſimas, ut ſcilicet, quod ad hoc tranſmittebatur, eſſet illime, & ſordis omnis expers. Si verò ſolo raro uſi fuiſſent, colata fuiſſent impura, & non colatis ſimilia, ut ſi per linteum colas aliquod decoctum: ſi ſolo denſo, id à craſſis ſordibus ſtatim obſtructum aliis viam negaſſet, ob id vel mutandum, vel ſæpe abluendum fuiſſet. Quod ſi unico voluiſſent medio, rationabiliùs & faciliùs uſi fuiſſent. Minimum verò primum, quia in eo humor incipit latiùs ſpargi, verſus panni ambitum, ut vides non in laneis tantùm, ſed etiam lineis. Gutta enim medio infuſa ſe in vicina ſpargit.

Ex omnibus autem partibus, quam imbuit, ita ut in ſecundum influat latiùs, quàm in primo humor contentus cernitur.

Secundum item latiùs imbuitur, quàm quibus partibus humorem à primo excipit, & pluribus partibus ſtillat in infimum, quàm ſit conta-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0744-7

contactum à defluente ex primo humore. Malè igitur primum ſtatuas maximum, quanquam ex hoc nullum ſequetur incommodum aliud, quàm quód otioſa eſt hæc capacitas. Satis enim eſt, ſi capiendo humori ſit ſatis: quantum intelligi volo, dum minimum requiro. Non enim minimum abſoluté volo, ſed aliis duabus anguſtius: ſi veró infimum ſit minimum, multus humor ab hoc non colatus prope ipſius oras in vas ſubjectum defluet. Nunc unico utimur colo, magnitudine & textura mediocri, ſed ejus actionem ante juvamus clarificatione per albumina omnem ſpurcitiem cogente, adjuvante id frigido. Quæ enim clariora volumus, frigida colamus: aut ſi talia non permeant, tepida: quæ ſi ſemel colata, non ſunt pura ſatis, iterum & tertiò colamus, & rectiùs colum aut lavamus, aut mutamus. Id quod etiam facimus, dum tardiùs humor permeat: ſi autem tardiùs transfluat ob decocti craſſitiem, aut lentorem, vel calidiùs colamus, vel per colum rarius, vel ſi compoſiti natura patitur, liquidius aliquid & tenuius miſcemus: ut dum cremori hordei colando, aut piſorum, aut fabarum, aut ſimilium decoctum ipſum affundimus. In tarda autem hoc colatura cave, rudicula, vel digitis fundum coli ſcalpas, ut colationem celeres. Sic enim turbidum erit colatum: ſed, ut dixi, muta colum aut lava, aut humorem redde liquidiorem, vel igni, vel miſto humore aliquo.

Colamus quoque etiam citra coctionem quædam, ut lac recens mulctum, ut pilos, & ſordes alias foris illapſas ſeparemus, quem uſum ruſticis, & paſtoribus præſtat interdum aperire. Sic hodie vinum cum ſaccharo, & cinnamomo, per cola lanea oblonga pyramidis figura (quæ caligas, & manicas Hippocratis appellant) colamus ter, quater, donec omninò clarum erit, idque Hippocraticum quoque vocamus, tanquam inventore Hippocrate dignum. Aliter etiam cum melle, & cæteris colamus ad claritatem, & œnomeli id, ac melites vocamus claretum.

Modo perſimili gelatinam, quam vocant, colamus. Aliter quoque res turbidæ colantur, aut miſtæ: ſic in Ægypto aquâ Nili turbidâ vaſis figulinis crudis colare docet Galenus, ut tantum quod clariſſimum eſt, per vaſis poros, aut etiam tenerem & mollem ſubſtantiam perfluat. Pariſiis autem Sequanæ aquam, & Romæ Tyberinam, vaſis figulinis coctis probè & ſiliceis præſertim, aliquandiu in cella vinaria deponunt, ut refrigeretur, & ſimul reſidendo ſordem terream in fundum deponat.

Aquam quoque turbidam colabis per arenas puras vaſi immiſſas, infernè pertuſo, foraminibus exiguis aquæ perviis, in viis arenæ.

Vinum quoq; aqua miſtum per ciſſimbium, id eſt, vas hederaceum tenue, citò perfluit: aqua autem in eo retinetur, ſæpè ut ſumus ex Catonis doctrina experti. Sylvius.

## *De Deſtillatione in balneo Mariæ.*

### Cap. XXXIX.

Balneum Mariæ vas duplex eſt: alterum aquam calentem, alterum materiam deſtillandam complectitur. Vas quod ferventem continet aquam, cupreum ſeu æneum eſſe debet, rotundum, vel oblongum, vel triangulare, vel quadratum, amplo canali in medium immiſto, in imo craticulam habente, ut ignem, quo aqua caleſit, contineat, cineresque defluant, vulgus Pigrum Henricum vocat: huic canali imponitur & operculum, cum foramine, per quod fumus exeat. Vas tandem cupreum operculum, foraminibus pervium habeat, ut quodlibet cucurbitæ collum, per quodlibet tranſiret foramen. Horum autem inſtrumentorum formæ inferiùs patebunt.

Alterum vas, quod materiam deſtillandam ſuſtinet, cucurbita, ſeu boccia appellatur: ex bono vitreo eſſe debet, cui aliud roſtratum (alembicum ſeu capitellum vocant) ſuperimponitur, ac luto, ex farina & albuminibus ovorum facto, cucurbitæ conglutinatur, quorum formæ infrà deſcribentur. Hæ, inquam, cucurbitæ, ſive bocciæ, in ſpacium cuprei vaſis, aqua repletum, circumcirca canalem ponuntur cum ſuis capitellis, quorum roſtrum promineat ad vaſa ſuſcipienda recipientia, ut manifeſtabitur.

Cæterum balneum Mariæ ad aquas deſtillandas maximè eſt conveniens, quæ ex ſuccis potiſſimum, herbis, floribus, fructibus, radicibus, & carnibus tritis priùs, ſeu inciſis, ſi recentes fuerint, deſtillantur, ſicca & arida aliquo priùs humore macerantur, ac digeruntur ad Solem, aut fornacem, vel ignem per ſemihoram, per horas etiã plures, noctem totam, etiam diem, biduum, triduum, per menſem, aut plures, pro medicamenti natura, & vario Medici ſcopo & neceſſitate.

Ignis ex carbonibus optimis, non fumidis & ſemiputridis inſtruendus, ita tamen regendus, ne aqua bulliat, materiaque in cucurbita aduratur. Quòd ſi aqua balnei exhalando defecerit, ſubinde alia infundenda, non quidem frigida, (ne vaſa frangantur) ſed calida.

Finita deſtillatione, vaſa vitrea eximenda non ſunt, niſi priùs fuerint refrigerata. Ab aëris enim intemperie ſubita franguntur. Aquæ verò in balneo Mariæ deſtillatæ, inſolari & rectificari debent: nempe in vaſe vitreo (cujus os corio, vel pergameno obligatum ſit) aqua deſtillata repleto, ſic ut tertia pars vacua relinquatur, in arenam ferventem impoſito, per quadraginta dies, ut phlegma omne conſumatur, empyreumaque, quod his ineſt, paulatim expiret. Debet autem tertia pars

vaſis in arena condi. Aquæ verò calidæ facultatis in vino aut aqua ardente prius infuſæ, ne nimio calore homini noceant loco frigido, in arena humida, per menſem, aut amplius, ſi fervidior aqua ſit, relinquantur, ſimiliter tertia parte vaſis in arenam condita: aut duæ vaſis partes (duæ tertiæ) in ipſam cellæ vinariæ terram defodiantur. Quædam, ut aqua ardens, ad ſuam perfectionem, ſeu quintam eſſentiam, in vaſe circulatorio inferiùs deſcribendo, rediguntur. A B

PORRÒ ſunt & aquæ, quæ ejus materiæ, ex aqua deſtillantur, ſaporem non retinent, ut quæ à dulcibus, ſalſis, & amaris, ut ſaccharo, aqua marina, gentianæ radice extrahuntur. Horum etenim ſapores propter terrenam ſubſtantiam non aſcendunt, etiamſi calore vehementiſſimo, alióve inſtrumentorum genere deſtillentur. Dulcis namque ſapor vehementi calore in amarum, amarus verò in acrem convertitur ſaporem, ut ſæpiùs non ſolùm in gentianæ aqua, verùm etiam oleo extrahendo ſum expertus.



*αα Vas balnei Mariæ cupreum, rotundum. ββ Operculum rotundi vaſis, cum quatuor foraminibus, per quæ cucurbitarum colla tranſeunt. γ Canalis cum operculo perforato, & craticula in fundo. δδ Balneum oblongum pro duabus bocciis. εε Balneum triangulare pro tribus bocciis. ζζ Balneum quadratum pro quatuor bocciis. ϑ Foramen, per quod aqua infunditur.*

♀



♀ *Craticula ferrea in ima canalis parte contenta.*

Aliud genus balnei Mariæ, optimum atque commodiſſimum cum lucerna, & abſque carbonibus. Poteſt etiam fieri triangulare pro tribus bocciis. Verùm quilibet angulus canalem ſuum per aquam tranſeuntem contineat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0746-8




*a* *Vas cupreum aqua plenum.*
*b* *Cucurbita vitrea materiam deſtillandam comprehendens.*
*c* *Porta, per quam lucerna imponitur, quæ deinde clauditur.*
*d* *Lucerna ex oleo, & tribus, aut quatuor ellychniis ſub veſica.*
*ee* *Foramina, per quæ aër ingreditur.*
*ff* *Canales duo, per quos fumus egreditur, aquam tranſeuntes.*
*g* *Crux quatuor ellychnia continens in lucerna.*




Inſtrumentum balnei, in quo carnium ſucci, ex quibus gelatinæ fiunt, extrahuntur.

*A* *Cucurbita vitrea, carnes minutim inciſas continens, cujus orificium veſica bubulina optimè ſit clauſum, ne ullo modo expirare poſſit.*
*B* *Vas terreum, ſive olla, vel ahenum cupreum, aqua repletum, in quo cucurbita quatuor funiculis alligata eſt, ſub quo ignis contineatur.*




*A* *Cucurbita vitrea.*
*B* *Alembicum vitreum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0747-4
DFG





C *Cucurbita cum alembico.*
D *Vas cæcum, ſive cucurbita cum alembico ſine roſtro, ad ſuccos carnium extrahendum.*
E *Vas cæcum circulatorium.*
F *Vas cæcum circulatorium aliud.*
G *Vas circulatorium Hermetis.*

## DE DESTILLATIONE *in vapore aquæ calentis.*

### CAP. XL.

DESTILLATA vapore aquæ calentis primum meritò locum habere debent, cùm vires & qualitates plantarum integrius retineant: id quod ex vapore & ſapore apertè dignoſcitur. Fiunt hæc in duplici quoque vaſe. Imponitur enim vas vitreum plantam continens, in aliud vas cupreum aqua ſemiplenum. Hujus autem duo genera delineabimus, quorum primum vaſi balnei Mariæ ſimile eſt, niſi quòd duplo altius, atque aqua ſemiplenum tantum ſit, ita ut cucurbita, ſeu vas vitreum aquam bullientem non attingat, ſed ſuſpenſum ſupra aquam maneat, & ſolo vapore ab ea elevato incaleſcat. Alterum fornacem continet rotundam circiter pedes ſex, vel ulnas duas altàm, cum quatuor ſpiraculis in ſummo, & porta circa medium craticulam habente, qua ignis imponitur: & foramine alio in fundo, per quod cineres eximuntur. Huic, inquam, ahenum cupreum aqua plenum includitur, à latere canalem cum epiſtomio conti-

A nens, per quod aqua infunditur: cui rurſus operculum cupreum tribus gradibus diſtinctum imponitur rite, ne reſpiret, quorum gradus inferior ſeſquipedem altus, unicum verò latus, cum tot januis, quot cucurbitas vitreas capere poſſit. Januas autem eo modo conſtructas eſſe oportet, ut aperiri commodè, & claudi exactè poſſint, cùm vel cucurbitas imponere, vel eximere volumus: præterea in earum medio ſint fabricata foramina, per quæ cucurbitarum colla probè

B emineant. Debent autem funiculis ſuſpendi cucurbitæ; vel ſupra ferrum aliquod transverſum collocari, ita tamen, ut aquam bullientem non attingant. Secundi & tertii gradus altitudo pedem unũ vix excedat. Verum clarioris doctrinæ gratia inſtrumenta deinceps ob oculos ponemus. Quod ad materiam deſtillandam attinet, in his vaſorum generibus percommodè deſtillantur aquæ ex vino, vel aqua ardente, radicibus, herbis, & floribus recentibus, præſertim quæ ca-

C lidioris & ſiccioris ſunt naturæ. Humidiores enim herbæ, & viſcoſiores citò corrumpuntur, atque minimè durant hoc modo deſtillatæ. Quare commodius in balneo ſicco, de quo ſequenti capite agemus, ſublimari poterunt.

Materia

Materia autem prius teri, vel incidi debet: atque parva quantitas pro una vice deſtillari: ſic enim multò melior evadet aqua. Primum inſtrumentum igne ex carbonibus optimis: ſecundum verò ex lignis non fumidis indi-

*Primum inſtrumentum.*




A get, qui autem ſic regendus eſt, ut aqua in vaſe bulliat. Cucurbitæ alembicaque ſint ex vitro optimo, forma & magnitudine, ut capite de balneo Mariæ diximus: eodemque modo perlutentur.

*A* *Spacium aquæ plenum.*
B *Spacium vapores aquæ continens, in quo cucurbitæ ſuſpenſæ hærent.*
C *Operculum quatuor foraminibus, pro quatuor bocciis.*
d *Canalis craticulam in fundo continens, in quo ignis accenditur.*
D D *Vas cupreum, duplo altius, quàm balneum Mariæ.*

*Alterum inſtrumentum ſemiapertum cum fornace, multis bocciis inſerviens.*




*A* B C D *Fornax, cujus altitudo vix ulnas duas excedit.*
E E *Ventilia, ſive ſpiracula.*
F *Porta, per quam ignis imponitur.*
G *Craticula ignem continens.*
H *Foramen, per quod cineres eximuntur.*
I K L *Operculum cupreum tres gradus continens.*
I *Primus gradus altitudinem dimidia ulna non excedens.*
K *Secundus gradus.*
L *Tertius gradus.*
*M* *Canalis cum epiſtomio, per quem aqua in ahenum infunditur.*
N *Porta cum foramine.*
O *Ahenum aquam continens.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0749-8
DFG

## *DE DESTILLATIONE in balneo ſicco.*

### CAP. XLI.

BALNEUM ſiccum (à quibusdam Stuffa ſicca vocatum) tum ad aquas, tum ad olea deſtillanda aptiſſimum eſt inſtrumentum. Hujus quidem fornax ex crudis conſtet lateribus, quadrata ferè, latitudine non minor ſeſquipede, altitudine verò tres pedes non excedat. Canalis porrò ferreus ex altero latere deſcendat, in ſummo operculum cum foramine, in fundo verò craticulam habens, in imo & ad latera perviam, unius palmæ altitudine. Supra verò craticulam, per digitos tres aut quatuor circum canalem, fornax optimè, fornicis modo, claudatur, ut calor ſurſum ferri nequeat, ſed potiùs lateraliter ad veſicæ fundum pertingat, veſicamque circumquaque amplectatur. In ſumma fornacis parte ea, qua veſica regione continetur, duo ſint ventilia, quæ clavibus ſuis claudi & aperiri poſſint. In ima verò parte januam parvam contineat, eximendis cineribus deſtinatam, quæ nunc aperta ignem foveat, nunc clauſa refrænet. Veſica cuprea, ovali forma mediocri magnitudine, intùs ſtanno obducta, fornaci includitur: cujus orificio (poſtquam materia deſtillanda impoſita fuerit) collum cupreum, oblongum, ſtannatum, cum ſuo capitello vitreo exactè inſeritur, lutoque clauditur, ne ullo modo expirare queat: atque ſic deſtillatio per aquam frigidam, vel per alembicum refrigeratorium (quod ante non paucos annos ab Hollando quodam Chymiſta accepimus) inferiùs deſcribendum perficitur. Cæterum aquæ ex herbis humidioribus, & viſcoſis, ut præcedenti capite diximus, deſtillantur: Olea verò ex herbis, ſeminibus & aromatis. Ex herbarum numero ſunt, abſynthium, apium, baſilicum, calamenthum, chamæmelum, hyſſopum, leviſticum, lavendula, mentha, origanum, polium montanum, roriſmarinum, ruta, ſalvia, ſavina, ſerpillum, ſpica Indica, ſtœchas Arabica, thymus, & omnes herbæ calida & ſicca temperatura, ſuaveque olentes. Ex ſeminibus, aniſum, amomum, ammi, anethum, baccæ lauri, juniperi, baccæ ſavinæ, careum, cuminum, daucus, fœniculum, nigella, petroſelinum, ſantonicum, ſiler montanum, & alia odorata. Ex aromatis, angelica, calamus aromaticus, cardamomum, caryophyllum, cinnamomum, coſtus odoratus, cubebæ, cortex citri, arantiorum, cyperus, galanga, grana paradiſi, macis, nux moſchata, piper nigrum, zedoaria, zingiber, & alia ejusmodi. Materia priùs craſſiuſculè conteritur, deinde in cupream veſicam conjicitur, miſtim quidem, cum aliquot aquæ fontanæ menſuris: ut pro duabus libris materiæ, viginti aquæ ejusdem infundantur: poſtea collum oblon-

A gum cum alembico & recipiente arctè imponitur, luto, vel paſta & panniculis obducatur, ne ullo expiret modo. Demùm injectis per canalem carbonibus, ignis fovendus, donec per vapores condenſatos, in tubo cupreo, penetrante dolium, aqua frigida plenum, quicquid liquoris inerit in vaſe cupreo, intra receptorium deducatur: quanquam tamen dum extractæ ſunt ex viginti libris ſeptendecim, vel ad ſummum octodecim libræ, deſiſtere ab opere o-
B portet, ne materia in veſica aduratur, raro ultra ſpacium quinque vel ſex horarum deſtillatio producitur, ſi materia, inquam, ut poſuimus, in pondere conveniat cum aqua vaſis, ſicut duo de viginti. Ex quibus ſatis conſtat, ignem ita temperandum eſſe, ut is quandoque diminuendus ſit, (præſertim poſt deſtillationis initium, ubi omnia nunc incaluerunt:) & quandoque augendus, ut in eodem tenore ſemper maneat ipſa deſtillatio.

C PORRÒ oleum aquæ non ſemper innatat. Nam quandoque in ima, quandoque confusè per univerſam fertur. In ima parte locus illi eſt, ſi gravius id pondere ipſa aqua: confusè per univerſam fertur, ſi accidat, ut frigiditate congeletur in nubes & tenuiſſima vellera. Rurſus in unam partem aquæ commeant olea, quæ craſſam, & valdè compactam ſubſtantiam habent: ut oleum cinnamomi, & caryophyllorum, & aliorum complurium. Quæ verò pro-
D miſcuè dum incraſſantur frigore aquæ, univerſam molem petunt, ſunt oleum aniſi & fœniculi, propter aliquam convenientem qualitatem. Separatur autem ab aqua oleum in hunc modum. Accipiatur infundibulum vitreum, vel vitrum oblongum, in cuſpidem effigiatum, & fiſtula infundibili, vel cuſpis ima exquiſitè cera, ſeu alia quavis materia obſtruatur, & ſic collocetur, ut fiſtula, vel cuſpis verſus ima propendeat, parsq; latior ſuperior ſit, & ſic infun-
E datur totum deſtillatum, eodemque ſitu collocetur, ſeu teneatur aliquandiu, donec perfecta olei ab aqua ſegregatio facta fuerit: tunc ſi oleum imum locum occupat, ablata cera, ex infundibuli foramine, præſtò exibit oleum in admotam phialam, & aqua reſidebit, ſi libeat eam ſervare occludendo foramen. Sin autem ſupremum locum tenet, patefacto rurſum foramine exhaurietur ſenſim tota aqua in vas ſubjectum, & reſervabitur oleum in fundo in-
F fundibuli. At ſi oleum cum aqua vehente in nubes confundatur, percolabitur tota aqua per lineum pannum, in aëre frigido, & deſtillatione refrigerata: tum demùm omne oleum ſic coactum in panno reſidebit, quod poſtmodùm cultello facilè colliges, indeque in phialam conjicies, per quam tandem, ſi opus eſt, in ſubtilem liquorem reſolves, vel minimo calore.

Fornax

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0750-0 DFG

*Fornax balnei ſicci.*




*A* Foramen, per quod cineres eximuntur.
*B B* Fornax ſive ſpacium continens aërem calidiſſimum concluſum undequaque.
*C* Carnalis carbones deferens inferius craticulam, in imo, & ad latera perviam habens, & in ſummitate operculum. *D* Veſica cuprea materiam deſtillandam continens.
*E* Venter hic collo adhaeret, ut commodiùs collum amplo veſicae ori accommodetur.
*F* Collum oblongum, ut minùs citò incaleſcat capitellum, aquaq; virtuoſior tantùm aſcendat.
*G* Capitellum vitreum. *H* Vas aqua frigida plenum. *I* Fornix calorem rectà ſurſum ferri prohibens, ſed ad latera cogens. *n n* Ventilia duo.

*Alterum inſtrumentum cum alembico refrigeratorio.*




*d* Veſica cuprea, ovali forma, materiam deſtillandam continens.
*b* Collum cupreum oblongum, quod veſicae inſeritur.

c *Alembicum vitreum.*
D *Veſica cuprea, ovali figura, ſtanno obducta.*
E *Venter collo adhærens.*
F *Collum oblongum ſtanno obductum.*
G *Capitellum vitreum cum refrigeratorio ex ære coronario facto.*
H *Vas æreum circumdans capitellum, in quod continuè aqua frigida illabitur.*
I *Epiſtomium aquam calefactam educens.*
KL *Infundibulum, quo oleum ab aqua ſeparatur.*

## DE DESTILLATIONE *in cineribus, arena, & ſcoria ferri.*

### Cap. XLII.

BALNEO Mariæ proximum bonitate deſtillationis genus eſt, in cineribus, propter calorem, qui æque ac balnei calor moderari poſſit: id quod in arena & ferri ſcoria fieri nequit. Unde in cineribus aquæ, in arena verò olea & balſama, ut quæ majori indigeant calore, rectiùs meo judicio deſtillantur. Aquæ ex herbis, floribus, fructibus, animalibus, omnibusque iis, quæ ſuprà capite de balneo Mariæ enumeravimus, eliciuntur: olea verò & balſama ex herbis, floribus, ſeminibus, fructibus, radicibus, aromatis, lachrymis, gummis, reſinis, & pinguibus omnibus extorquentur. Verùm omnia hæc uno eodemque inſtrumento minimè perficiuntur. Quæ enim faciliùs & leviore negocio in altum ſublevantur, ut herbæ, flores, ſemina, radices, aromata, & quæcunque in ſicco balneo recenſuimus, in cucurbita ſeu boccia erecta: quæ verò altiùs attolli nequeunt, ut gummi, lachrymæ, reſinæ, & pinguedines omnes, retorta rectiùs ſublimantur. Materia horum inſtrumentorum ex optimo vitro conſtare debet, foris ſapientiæ luto (ut ſequitur) obducta: forma verò inferiùs manifeſtabitur. Quod ad fornacis materiam & formam attinet, hujuſmodi eſſe poterit. In loco aliquo convenienti quadra vel rotunda conſtruatur fornax, ea capacitate, quæ mediocri cucurbitæ aut retortæ imponendæ ſatisfaciat: parietes ex lateribus erigantur crudis, qui luto optimè præparato conglutinandi. Altitudo pedes tres non multùm excedet. Parietes intùs pedis plus minus ſpacio diſtabunt. Constructo jam fundo, oſtium fiet, ubi cineres eximantur, qui à carbonibus à ſuperſtructa ſtatim craticula deciderint. E' directo ſummitatis oſtii, ferream cratem lateribus inſertam conſtitues. Super hanc oſtium aliud, per quod carbones immittantur, ac ſuper oſtii ſummitatem rurſus crucem ferream lateribus & ipſam inſertam collocabis. Cæterùm ſuper hanc crucem lebetem in ſummo ferreum vel terreum impones, eum vel cineribus, vel arena implebis, & luto circumponatur, in fornacis apice quatuor foramina fiant, per quę fumus exeat.

A CÆTERÙM herbæ & flores inciduntur, fructus verò, ſemina & aromata contunduntur, deinde in aquam clariſſimam infunduntur, & per aliquot dies digeruntur: demùm in cucurbitam vitream luto obductam ponuntur, & alembico vitreo, cujus roſtrum in ſtanneam fiſtulam vas aquæ frigidæ pertranſeuntem deſinat, ſuperimpoſito, in cineribus vel arena deſtillantur, donec omne exierit: quod viſu & guſtu facilè dignoſcitur. Nam cùm guſtu deſtillantes guttæ nullam ampliùs reſipient manifeſtam injectæ rei qualitatem, deſiſtendum eſt, ne materia in fundo cucurbitæ adhæreat & exuratur. Verùm hoc monendum videtur, ut ignis lentus ſuccendatur, ne nimiùm inſurgat, & ebulliat in alembicum, quod in cucurbita continetur. Semina enim quædam, ut aniſum, propter raritatem ſubſtantiæ ſuæ, ſimulque viſcoſum, quod habent, largiter ebulliunt: ideoque non ſtatim alembicum imponendum, ſed poſteaquam bullæ excitari, & vapor ſurſum ferri incipit, bacillo immiſſo agitandum, mox alembicum eveſtigiò rurſus imponendum, commiſſuraque luto exactè circumlinenda, & ſic deſtillatio peragenda. Gummi, lachrymæ & reſinæ in retortam lutatam ponuntur: alia cum arena, quædam per ſe, nonnulla aliis permiſcentur rebus: ut in ſpeciali Antidotario videre licet. Retorta autem in capellam arenæ plenam ita imponenda, ne cupellæ fundum attingat, ſed interſit undique arena: id quod etiam de cucurbita erecta ſentiendum eſt. Quod ad lutum attinet, aliud eſt commune, quod extruendis fornacibus inſervit: aliud ſapientiæ dictum, quo vaſa vitrea oblinuntur, ut validiùs validiſſimam ignis vim perferant: aliud verò, quod ruptis etiam & fiſſis vaſis conjungendis & uniendis utile eſt.

LUTUM commune pro fornacibus ex argilla ſeu terra tenaci & viſcoſa, arena trita, filamentis laneis, & equino ſtercore conficitur optimum, additis interdum ſcoria ferri, & tauri ſanguine.

LUTUM vero ad vaſa vitrea illinenda, ne vi ignis diſſiliant, fit ex tegulis, ſcoria ferri, arena, vitro, omnibus tritis, cribratis, & cum luto pingui & tenaci ſubactis, addito lixivio & lana tonſa.

AD vaſa vitrea rupta conglutinanda optimum paratur ex minio, vitro trito & cribrato, cum vernice & pauco olei lini incorporato, ut inſtar pulticulæ fiat, quo panno lineo ſubtili

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0752-1

ſubtili intincto, vaſa conglutinantur, & in Sole ſiccantur. Ad vitra claudenda commodè fit, farina, calce & bolo armeno, in forma paſtæ permiſtis.

AD vapores, ne juncturis exhalent, continendos, optimum conficitur ex vitro & lithargyro auri, tritis & cribratis, & farina tritici, omnibus cum albuminibus ovorum in formam paſtæ fortiter ſubactis, & panno li- A neo humido intincto juncturis accommodatis. Porrò olea ab aquis ſuis ſeparanda, deinde corrigenda ſunt. Quomodo autem ſeparanda, capite præcedenti, ubi de balneo ſicco egimus, docuimus. Quæ autem rectificanda ſunt, in aliam retortam mundam infundenda ſunt, & in cineribus lentiſſimo igne deſtillanda, & ſic erunt puriſſima, penetrantia, & in profundum ingredientia.

*Fornaces pro arena.*




*A* *Cucurbita vitrea materiam deſtillandam continens.*
*B* *Capitellum.*
*C* *Roſtrum capitelli.*
*D* *Canalis ex cupro ſtannato per vas ligneum tranſiens.*
*E* *Vas ligneum aqua frigida perpetuò plenum.*
*FF* *Fornax in ſuprema parte patellam arena repletam continens.*
*G* *Foramen, per quod carbones imponuntur.*
*b* *Via, per quam cineres eximuntur.*




*AAAA Imago univerſa fornacis. BB Foramen inferius, ex quo cineres eruuntur. CC Craticula carbones continens. DD Foramen ſuperius, per quod carbones immittuntur. EE Trabecula ferrea ſuſtinentes cupellam metallicam, vel figulinam, arena contentricem. FF Supereminens cupella pars continens arenam & cucurbitam. G Quatuor foramina fumi. HH Vas aqua frigida plenum.*

*Aliud genus inſtrumenti, cum ſerpente, in quo etiam optimæ olea conficiuntur.*




*AA Fornax.*
B *Cucurbita cuprea materiam deſtillandam continens.*
C *Capitellum ingrediens cucurbitam, ſuperius foramen habens longum, in quod ſerpens ingreditur.*
D *Serpens ex duobus fruſtis, ex ære coronario, &c.*



*Fornax cum retorta.*

*Vaſa deſtillatoria pro arenæ.*




*Alembicum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0754-3
DFG

*Alembicum refrigeratorium.*




*A* *Cucurbita vitrea, luto obducta, cum ſuo alembico vitreo.*
B *Retorta vitrea luto obducta.*
C *Veſica cuprea intùs ſtannata, figura ovali, intùs ſtanno obducta, convenientiſſima ad olea deſtillanda.*
D *Alembicum cupreum, intùs ſtannatum, veſicam jam dictam ingrediens.*
F *Vas ex ære coronario continens aquam frigidam.*
G *Alembicum vitreum cum vaſe refrigeratorio.*

## *DE DESTILLATIONE per ignem.*

### *CAP.* XLIII.

PER ignem olea & aquæ cauſticæ extorquentur, ex metallicis potiſſimum, ut vitriolo, ſale, alumine, nitro, tartaro, ſulphure, gagate, ſuccino, & ſimilibus. Fornacum autem duo genera deſcribemus, quorum primum eſt hujusmodi. Conſtruenda eſt fornax quadrilatera, & in ſummo concameranda modicè. In medio ſummæ fornacis faciendum eſt foramen ſeu infumibulum, ea amplitudine, ut ſingulis horis, vel quoties opus fuerit, carbones per id in fornacem commodè immittantur, cum oblongo batillo ferreo, per quem carbones leniter delabantur circa & infra retortam, ne fortè retorta lædatur. In quatuor angulis etiam ſuperius relinquenda ſunt foramina, ſive ventilla, ſingulis ſingula, & totidem epiſtomia ex luto paranda. Carbonibus jam impoſitis, & igne ardente, foramen fornicis impoſita ſcutella ferrea, aut ipſo batillo claudendum eſt, & foramina angulorum relinquenda ſunt aperta, ut aditus pateat aëri. Retorta in medio fornacis collocari debet ſuper ferro, quod parietibus fornacis utrinque inſertum ſit, in hujus ferri medio concavo imponetur retorta. Os verò retortæ extra fornacem modicè prominere debet per foramen, quod ſtatim luto oppleri, & claudi debet, ut nullus illàc aëri aditus relinquatur. Deinde cum recipientis vaſis vitrei ſatis magni ore, retortæ os committi debet, ut alterum alteri inferatur. Hanc commiſſuram luto optimo cum albumine ovi, & linteis circumdabis diligentiſſimè, ne ſpiritus uſquam exhalent. Præterea debent adhuc duo foramina in duobus fornacis lateribus oppoſitis fieri, (non in illo, per quod retorta prominet, nec illi oppoſito latere, ſed reli-

A quis duobus.) Hæc etiam ſuis epiſtomiis claudenda ſunt, ut calor intùs contineatur. Horum foraminum uſus eſt, ut carbones per ſummum fornicem demiſſi, ferramento per hæc foramina immiſſo, ritè digerantur ac diſponantur, infra, ſupra, & circa retortam, ut illa omninò in medio ignis ſit. Per eadem foramina curabitur, ne craticulæ pavimentum carbonibus, aut cinere nimium obſtruatur, & excludatur aditus aëris, movendo cum ferra-
B mento. Quo facto, mox iterum epiſtomiis ſuis claudenda ſunt foramina. Ab ima etiam fornacis parte oſtiolum relinquendum eſt mediocriter amplum, ut aër infernè adeat, ne ſuffocetur ignis. Paulò ſupra hoc oſtiolum bacilli ferrei transverſi ordine ponendi ſunt, quibus induci oportet ex luto pavimentum pollicis craſſitudine, plurimis & frequentibus foraminibus pervium, ut acceſſus ſit aëri. Foraminum ea capacitas erit, quæ pollicis in am-
C bitu. Altera fornax quadrata quoque extruenda, ejus amplitudinis, ut in ea collocari facilè ſatis magna retorta poſſit. Primò extruatur à terra fornax altitudine pedis, aut circiter, deinde craticulam collocato, ab hac jam dicta altitudine circiter pedem unum cum dimidio diſtantem. Tum per mediam fornacem, ferrum oblongum, & forte, & optimo luto perlutatum, pertingat ab uno fornacis latere ad aliud. Inter craticulam, & ferreum
D baculum, aut ſtylum, adaptato Pigrum Henricum fornaci, ſecundum latus, prout ſequens figura tibi depingit. Sit autem Henricus P. ea magnitudine, ut caput penè ingerere poſſis. Quibus paratis, continuetur fornacis conſtructio ſupra ferreum baculum per pedis unius cum dimidio altitudinem, ac ita apertam relinquito, uſque quò retortam fornaci imponas. Et nota, iſtud latus verſus Henricum P. debere à craticula uſque ad ſummitatem eſſe apertum, quoad retorta fornaci ſit impoſita. Retorta ea parte fornacis, qua aper-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0755-8

ta eſt, ponatur per transverſum ſupra tranſiens ferrum, deorſum collum vertendo, & collum promineat extra fornacem ad dimidii pedis longitudinem, quò recipiens commodius poſtea luto adaptari queat. Quo facto, partem fornacis apertam à craticula ad ſummum uſque claude, retortam ſimul diligenter luto fornaci conjungendo. Ad ſummitatem ubi perveneris, in uno quatuor angulorum facito foramen magnum, ovi magnitudine, cum ſuo operculo, quod admoveri, & removeri poſſit, reliquis tribus angulis itidem fiant ventilia, minora tamen, ut digitum majorem tantùm capere poſſint. Dehinc fornax paulatim eſt contrahenda, & in acutum efformanda, ita, ut in ſummo foramen quoque ea amplitudine *relinquatur*, quæ manum intromiſſam *liberè admittat*, cui operculum quoque fabricandum, quò claudi poſſit aut aperiri. Poſteaquam fornacis extructionem unà cum retorta ei indita ita perfeceris, recipiente ſatis magno opus eſt, idque collo retortæ, quod extra fornacem eſt exertum, accommodandum ita, ut collum alterius ſatis profundè in recipiens ingrediatur, & utrumque ſimul, diligenti ſtudio, & optimo luto conjungatur, ut *moris* eſt. Ubi hæc omnia præparata, caleſiat fornax igne carbonum, & Piger Henricus magnis carbonibus repleatur: operculo impoſito claudatur, & omnia reliqua ventilia, exceptis tribus ſuprà memoratis parvis. Oſtium quoque, quod ſub cratere eſt, unitate *notatum*, ex *parte dimidia*

A claudendum, propter aërem, ad conſervandum ignem. Procedendo itaque primò igne mediocri, deinde paulatim fortificando ignem, donec ad ſummum perveniat, liquorque extillare deſinat.

C Æ T E R Ù M retortæ ex optimo vitro, cujuſmodi eſt Venetum, mediocriter craſſo eſſe debent: atque luto optimè (de quo præcedenti capite egimus) munitæ, ne vi ignis diſſiliant, vel alioqui diffluant, id quod ſæpe-
B numerò contigit. Qua de cauſa retortam duobus fruſtis figulinis, retortæ figura formatis, includere ſoleo, ita tamen, ut retorta à fruſtis nulla ex parte, præter ima (debet enim ſupra fruſtulum luti poſita eſſe) tangatur, ſed quodammodò in medio cavitatis ſita ſit: ſic enim ab igne defenditur, quò minùs rumpi, aut fundi poſſit retorta.

N O T A N D U M etiam hic eſt, recipiens vas refrigerandum eſſe alio vaſe aqua frigi-
C dà pleno, cum epiſtomio, ut ſupra recipiens vas continuè aqua frigida deſtillet: aut impoſito huic vaſi filtro, aqua ſimiliter ſupra recipiens deſtillet, ſicque refrigeretur recipiens, quod vi excedentis caliditatis alioquin diſſiliret. Poſt abſolutam deſtillationem & fornacis retortæque refrigerationem, oleum in balneo Mariæ corrigendum, & aqua, quæ ei permiſta eſt, deſtillando ſeparanda, & remanebit in cucurbita oleum. Fit autem hæc ſe-
D paratio cucurbita vitrea erecta cum capitello & recipiente.

*Primum fornacis genus.*



*Alterum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0756-4
DFG

*Alterum fornacis genus.*




1 *Porta, per quam aër ingrediens ignem fovet.*
2 *Craticula, cui carbones incumbunt.*
3 *Piger Henricus, carbones deferens.*
4 *Locus, quo repoſitum eſt oblongum ferrum, ſuſtinens bocciam.*
5 *Collum bocciæ prominens, deorſum inclinatum.*
6 *Recipiens magnum.*
7 *Ventilia quatuor.*
8 *Foramen magnum in ſummitate fornacis.*

*Tertium.*



## *DE DESTILLATIONE per deſcenſum.*

### CAP. XLIV.

PER deſcenſum quoque olea & aquæ eliciuntur. Aquæ quidem ex floribus roſarum aliiſque ſimilibus: Olea verò ex lignis, ut juniperi, aloës, guajaci, fraxini, piceæ, &c. Ex lapidibus, ut gagate, & marinis, ut ſuccino, aliiſque quæ contumacius oleum reddunt. Ex lignis fit hoc modo: Accipe inverſam bocciam, eam impletam lignis conciſis, luto cum fornace optime conjunge, eâ nimi-

A rum parte, quâ corpus bocciæ fornacem contingit, & impone alteri bocciæ inferiùs ſitæ: tum ſuperiori carbones ſuperimpone circumcirca, & accende per aliquot horas, donec quicquid pingue, & aquoſum eſt, effluxerit. Remota poſtea ſuperiori boccia, inferiorem accipe, & oleum exime, atque ab aquoſitate ſecerne, ut ſuprà docuimus. Ex roſis, aliiſque floribus, per deſcenſum deſtillatur aqua hoc modo: Accipitur mortarium, vel olla vi-
B treata, vel ænea, & tegitur lineo panno, firmiter undiquaque ſuccincto & colligato panno, impone quicquid deſtillare volueris, verbi gratiâ, folia roſarum, deinde patinam prunis im-

pletam immediatè impone roſis: ita deorſum aqua deſtillabit ſatis bona, & fragrans. Tantum cavendum eſt, ne flores adurantur, & aqua aduſtionem reſipiat. Quidam inter materiam & vas ignem continens, chartam mundam interponunt, ita minus facilè illam aduſtum iri credunt. Hæc ratio deſtillandi idiotis & mulierculis familiariſſima eſt, ſed tamen non omnibus rebus idonea. Ad deſtillandum verò oleum ſuccini, aliis inſtrumentis opus eſt. Quantum ad fornacem attinet, ſit ea rotunda, duorum cum dimidio pedum altitudine, latitudo verò ipſius diametralis ſit duarum ſpithamarum. Extruatur autem vel ex lateribus, vel ferro, luto obducto, habens duo foramina rotunda, per quæ (ut pòſt depingemus) canales inſtrumenti exire queant. Porrò alia duo *præparari tibi curato inſtrumenta* ex cupro intùs ſtanno obducta, præſertim inferius: ſuperius habeat figuram cucurbitæ, altitudine ſpithamæ unius & dimidiæ, ex integra lamina compoſitum, & collum ipſius applicetur inferiori inſtrumento, illudque ingrediatur. Paretur etiam ex cupro operculum rotundum, & foraminibus plenum, ut tectum eo ſuccinum, emanare & deſtillare ſuccinum poſſit. Inferius verò inſtrumentum recipiens ſuccinum, ſit rotundum, habens collum, quod recipiat & in ſe contineat collum cucurbitæ, capax trium vel quatuor menſurarum, habens duos canales, quorum unus deſcendat, ſitque inferior, alter verò aſcendat. Poſtquam fornacem & *inſtrumenta tibi omnia paraveris*, accipe inferius *inſtrumentum*, *impone fornaci*, & exerito ambos ipſius canales, atque illud in fornace optimè munito lateribus & luto, ſitque interſeptum ſatis firmum, ne ab extra inſpiciatur, & ignis ipſi incubando nocere poſſit, tantumque ipſi aquæ infunde, donec ex canali effluat. Poſtea poſitis alternatim & ſuccino & lapillis in cucurbitam luto veſtitam, ita, ne ſuccinum, ſed potiùs lapilli operculum attingant, tege cucurbitam, ac operculum *clavis ferreis* ad latera ipſius infixi munito, ne illud vi & impetu caloris excidat, ſed potiùs oneri ſufficere queat, & impone cucurbitam inferiori inſtrumento, ac locum, ubi conjunguntur, obline luto, ne aliquis va-

A por exire poſſit. Similiter & canalem aſcendentem obſtrue ligneo cono, ut extrahere eum poſſis, ſi affundenda eſt aqua calida: quod fiet, ſi parum ipſi inerit, & oleum exire nequiverit. Canali inferiori appone alium canalem ſtanneum, vel ex cupro confectum, tranſeuntem vas aqua frigida repletum, quæ ubi calefacta fuerit, aliam frigidam affunde. Illi verò canali receptaculum adjungito, in quo ſit ℔ j. aquæ frigidæ puriſſimæ, ſatis ma-
B gnum, & capax aquæ cum oleo. Sit autem vel vitreum, vel figulinum munitum vitro, non cupreum, quia facillimè oleum contrahit viredinem ex ærugine, quæ cupro ineſt, omniaque optimè & diligentiſſimè obſtruantur. Hæc ubi facta ſunt omnia, circa cucurbitam prunis ardentibus accende ignem placidum, ſuppeditantem ex omnibus partibus æqualem in principio calorem, & auge eum ſucceſſivè, uſque ad veſperam, (uno enim die
C ea deſtillatio finitur) donec tota cucurbita tegatur & obruatur ignitis carbonibus. Et obſervandum eſt, ubi cucurbita quaſi excandeſcit, abſolutam eſſe deſtillationem, quare ignis removeri poteſt: ſtent tamen ſic per integram noctem ſine igne, ut per ſe frigeſieri poſſint. Poſtea exemptam cucurbitam reperies vacuam à ſuccino, lapillos, qui ipſi adhuc inſunt, nigros quaſi fuligine obductos. In fundo verò inferioris inſtrumenti cernes fæces,
D vel *ſcorias* picem referentes, oleo innatante per canalem cum aqua ad receptaculum delato, *quæ utraque reſervanda ſunt*, *donec rectificetur oleum*. Rectificatur autem hoc modo: *Accipe cucurbitam vitream*, atque in eam infunde aquam cum oleo, ut venter ipſius repleatur, uſque ad collum, & impoſito ipſi alembico ſimiliter vitreo, balneo committe, & omnia optimè communire debes, ne calor eam perfringat, & calida aqua eſt affun-
E denda. Siquidem vitrum calefactum ſubitam frigefactionem perferre nequit, ſed rumpitur. Quibus peractis, applica alembico quoque receptaculum vitreum, & exibit oleum puriſſimum pauca aqua permixtum, quæ ſegreganda eſt ab oleo, ut ſuprà in balneo ſicco diximus.

*Inſtru-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0758-5

*Inſtrumentum, quo olea ex lignis extrahuntur per deſcenſum.*




*A* *Cucurbita continens materiam deſtillandam.*

*B B* *Fornax carbones continens, ita ut ſuperiorem cucurbitam circumdent.*

*C* *Vas recipiens, circulo ſtramineo impoſitum.*

*D* *Lamina foraminulenta, in circumferentia limbum habens ſuprà infráque eminens, ut tam cucurbita, quàm vas recipiens in limbos illos immittantur.*

*Boccia ſuperior cum inferiore conjuncta.*



*Inſtrumentum, quo aquæ ex floribus per deſcenſum deſtillantur.*




*A* *Vas ignem continens.*

*B* *Olla vitreata.*

*Inſtrumenta, quibus ſuccini oleum extrahitur.*




*A* Fornax.

*B* Foramen ſuperius, ad canalem alterum.

*C* Foramen inferius, per quod erit inferior canalis.

*D* Inſtrumentum ſuperius ſeu cucurbita, in quam conjicitur ſuccinum cum ſilicibus.

*E* Inſtrumentum inferius excipiens ſcoriam & oleum.

*F* Canalis ſuperior, per quem ſubinde affunditur aqua calida.

*G* Canalis inferior, per quem oleum unà cum aqua egreditur.




*H* Cucur-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0760-5

H *Cucurbita cum inferiori inſtrumento conjuncta, ſi ſunt utraque impoſita fornaci.*
I *Operculum perforatum, quo obſtruitur cucurbita.*
K *Fornax cum omnibus ad deſtillationem neceſſariis. Fornacis enim ſtructura ad dextram apparet, in cujus ſummitatis medio cucurbita eminet. Habet eadem fornax ad dextram prominentem ſurſum verſus canalem (qui canalis ſuperior dicitur) ligneo cono obſtructum. In eadem ad lævam conſpicuus eſt canalis inferior, cui alius per refrigeratorium tranſiens, attexitur. In medio apparet vas refrigeratorium, cum ſuo canali ad lævam, cum quo ſtatim recipiens committitur.*

## *DE DESTILLATIONE in Sole.*

### CAPUT XLVI.

IN Sole fieri ſolet deſtillatio, locis calore Solis æſtuantibus, poſito ſuper calidam arenam vaſe vitreo, re deſtillanda repleto, unà cum appenſo ſeu conjuncto recipiente. Verùm hic modus noſtris regionibus, frigidioribus ſcilicet, non admodùm uſitatus eſt.

DESTILLANDI rationem per ſolarium radiorum calorem frigidis etiam regionibus utcunq; accommodatum, ut odorem flores varii, cæteraq; deſtillanda, & qualitatem retineant, docet Adamus Lonicerus in nat. hiſtor.

CAVUM, inquit, ignitum ſpeculum, Solis ſplendori obverto, vitrum, cui materia ineſt, in-A ter Solis radios, & ſpeculum collocato, ita ut radii ſolares in ſpeculo ad vitrum, ſecundùm figuram ſubſcriptam, ſe reverberent.

EST & alius quidam modus, Italis præcipuè uſitatus, deſtillandi aquas in Sole, hoc modo: Accipiunt duo vitra, unum vacuum, alterum herbis, aut floribus plenum. Hoc vitrum ita plenum panno lineo claudunt, per quem liquor deſtillare poſſit. Deinde hujus collum, vitri vacui collo ſuperimponunt, ac diligenter aut lu-B to, ſive argilla, aut alia quavis materia obturant omnes meatus, ne quid exhalet, colligãtes utrunque vitrum, atque radiis ſolaribus ea exponentes, ut illud quod herbas, vel flores continet, dependeat, alterum quod vacuum eſt, inferiùs ponatur, ut liquorem, qui in Sole excoquitur, excipiat: ita parant mulieres Bononienſes aquam ex floribus rubi, ad oculos.



## *DE DESTILLATIONE in ſimo.*

### CAPUT XLVII.

IN ſimo equino vel alia re putreſcente deſtillatio fieri ſolet, ſi vel paupertas, vel alia cauſa impediat, quò minùs igne utamur. Verùm ut Chymiſtis in multis ſuerit utilis, Medico tamen non eſt recipienda, propter cauſam in lignis putribus, & ex putredine, vel alia de cauſa graveolentibus, ſi præſertim intra corpus eſt recipienda: nam admovendorum foris minor habetur ratio. EST quoque deſtillationis apud Chymiſtas modus, qui fit in ſimo equino, calore ejus aucto per fumum, ſeu vaporem aquæ ebullientes, ad hunc modum: Extruatur arca lignea ſex ulnarum longitudine, latitudine verò tanta, ut commode & cucurbita-A rum corpora utrinque recipiat, & ſpacium nihilominus relinquatur, quo canalis inter utrunq; bocciarum ordinem penetrare poſſit. Arca repletur ſimo ſicco, permixto ſtramini diſſecto, & imponitur in ſcamnum, ut altior extet. Fimo cucurbitæ indãtur, capitellis extrà eminentibus, ut naſus recipientibus adaptari queat. Inter has medias extendatur canalis æreus, aut plumbeus, aut etiam, ſi placet, ligneus, habens multa foramina exigua ſecundùm totam canalis longitudinem, B extremitas altera ſit incurva, terram verſùs ſpectans. Tum rurſus aliud vas terreum, aut æreum juxtà ponatur, habens collum oblongum, cui adaptetur canalis. Vas inferius aqua replendum, & impoſitum tripodi, igne calefiat, ut aqua ebulliat, & vapores inde aſcendentes per canalem ſimum calefaciant, & ſimul quoque cucurbitas, ut figura ſequens nobis repræſentat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0761-1
DFG



## DE INSTRUMENTIS *craſſiori præparationi inſervientibus: & primò de cultris, limis & malleis.* A

### CAP. XLIIX.

HACTENUS de præparatione tam rudiore, quàm ſubtiliore diſſeruimus: nunc B de inſtrumentis præparationi, & quidem craſſiori famulantibus (de ſubtilioribus enim ſuprà in deſtillandi generibus tractavimus) agemus, à cultris, limis, & malleis initium ſumentes.

Sunt itaque cultri non unius generis: alii enim ſunt vulgares & uſitati, quibus radices, & alia communia ſecantur. Alii ad certos uſus deſtinati, quorum quidam ſunt inciſorii, quibus radices, & aromata inciduntur, C qui in capite affixi ſunt tabulæ alicui certo ferramento, in altera parte anſam ligneam habentes, qua premuntur res, quæ altera manu cultro ſubjiciuntur. Eſt & culter, quo ſaccharum tundendo finditur, brevis, craſſo dorſo, firmus, ne frangatur. Cognata ſunt his ferramenta, quibus flores, herbæ, & alia quædam ad conſervas, aliaque neceſſaria ſecantur. Alia ſunt figura lunari, utrinque ligneis anſis infixa, alia oblonga, lata, quæ ferendo diſſecant.

LIMIS indigemus, propter res, quæ non D facilè tundi terique poſſunt. Lima alia craſſior eſt, alia tenuior. Utraque ſuum uſum habet, & neceſſaria eſt.

QUOD ad malleos attinet, duobus generibus opus eſt, uno ligneo, oblongo, gravi ſatis, quo in findendo ſaccharo utimur: hic cum ſuo cultro in arca ſacchari ſervetur, reliqui ferro conſtant ad varios uſus.

## DE PILIS MORTARIIS, *& piſtillis.*

### CAPUT XLIX.

PILÆ aliæ ſunt lapideæ, vel fictiles, aliæ æneæ, in quibus ſemina, & nuclei teruntur, aliaque diverſi generis ſubiguntur, & miſcentur. Quidam electuaria quædam, ut diaphœnicum, in ejuſmodi ſubaſperis atterere, & miſcere ſolent potiùs quàm in vaſis æneis, aut mortariis propter acetum.

MORTARIA *aut ænea, aut ex orichalco facta, aut lapidea, aut plumbea ſunt:* ſufficit unum plumbeum, unum lapideum. Ænea multa, & varia ſint, unum grande, aut ſi eſt magna officina, duo, in quo duriora, & copioſiora, tundantur: reliqua ordine minora ſint proportione, minimum moſcho, & ambræ terendis deſtinatur: magna mortaria ligneo operculo firmo, in medio perforato, tegantur, ſi quid terendum, aut tundendum offertur, quod facilè in pulverem diſſipatur.

TOTIDEM ſint piſtilla, quot mortaria, & ejuſdem materiæ, quanquam ad omnia ferrea ferè ſunt accommodatiora: fiant autem ex ferro duriſſimo, ne quid terendo vel tundendo decedat, & materiis admiſceatur. Unum etiam ſit ligneum, magnum, longum, quo recentes herbæ tunduntur.

## DE SPATHULIS *& cochlearibus.*

### CAP. L.

SPATHULÆ magnitudine piſtilla æquent, numero verò excedant. Nam opus eſt ſpathulis etiam ad eximenda medicamina è pyxidibus, item ad confectiones, ne iiſdem ad electuaria & unguenta utendum ſit: quod quidam impuri non ſine incommodo negligunt: ut enim materiæ, ita quoque inſtrumenta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0762-7
DFG

inſtrumenta confundi non debent. Ad hæc parum parva ſpathula, multùm majore, contra quorundam morem eximi debet. Ferreæ ad communem uſum ſunt aptiſſimæ: ad decoctiones verò qualeſcunque ligneæ præferuntur, ſi modò ex ſolida materia factæ ſint. Variat etiam figura, extremitas ſit lata, rotunda, oblonga, non nimis magna, ad quoſdam tamen uſus latæ, figura linguæ præſtant.

Cochlearibus variis, & ad varios uſus Pharmacopœus indiget: primùm opus eſt magno ferreo, quo eximantur materiæ in magno mortario tuſæ. Deinde parvis æneis ad pulveres eximendos è pyxidibus. Tertiò magnis ferreis foraminulentis duobus, quibus ſpumæ, aliaque excrementoſa in ſummo natantia, auferuntur ab iis quæ decoquuntur: uno atque altero unum foramen habente ad confectiones.

## *DE CRIBRIS, ET colatoriis.*

## CAP. LI.

Variis cribris opus eſt, partim minoribus, ex corticibus tiliæ, partim ex ſetis equinis confectis. Ex corticibus fiunt magna cribra, & parva quoque, per quæ ſemina & confectiones trajiciuntur. Setaceorum alia ſunt aperta, alia utrinque clauſa. Per aperta metallica, & terræ ſpecies craſſiores ac viliores cribrantur, per reliqua alia. Precioſi lapides per ſericum duabus latæ pyxidis partibus tanquam ſeptum incluſum cribrentur. Non autem uno ad diverſa, nec diverſis ad unum utendum eſt. Hoc ergo pacto diſtinguantur & inſcribantur: ad aromata, ad amara, ad purgantia. Sunt quædam, quæ ſingularia cribra exigunt, ut venena, ærugo, &c.

Colatoria alia ex panno lineo, alia ex laneo, alia ex ſetaceo fiunt: alia ſunt raræ texturæ, alia denſæ. Quidam colaturi decocta duobus vel tribus colis utuntur, ſupra ſe poſitis. Superiore rariore, inferiore denſiore, medio mediocri, non abſque ratione: id enim citius, quod volunt, aſſequuntur. Quædam per ſaccos colantur, &c.

## *DE AHENIS ET VASIS metallicis reliquis, item torcularibus, & fornacibus.*

## CAP. LII.

Ahena varii ſunt generis, & uſus, nec ejuſdem quantitatis: alia ſunt profundiora, alia latiora, alia inter hæc media. Vaſorum reliquorum quædam orichalco conſtant, quibus tonſores uti ſolent: his addantur duæ ferreæ anſæ, ut igni imponi, & in tempore removeri faciliùs poſſint. Horum uſus eſt

A ad decoctiones. Sunt & alia vaſa non magna, rotunda, inſtar medii globi, in una parte plicam habentia, in alia manubrium habent: cui ligneus pediculus inſertus eſt, ne manus uratur. Quibus ad orbiculos fundendos utimur, vocantur vulgò Patellæ.

Torcularibus opus eſt ad ſuccos exprimendos. Duo ſufficiunt. Alterum ad liquores aquoſos: alterum ad olea, aliaque pinguia. Nec debent eodem modo promiſcuè B exprimi. Fornacum aliæ ſunt portatiles, ex ferro factæ, quarum caput eſt pilæ ſimile, in fundo foraminulentum vel craticula ferrea conſtans, per quæ cineres decidant in ſubjectam partem mediam, quæ in latere habet januam parvam, ea clauditur, ſi flamma nimis magna eſt, alioqui aperitur, fundum ſolidum habet. Inſiſtit totum opificium tribus validis pedibus, & bicubitale eſt. Aliæ fornaces ſunt extructæ ſuis locis, illis ſimiles, ſed abſq; C pedibus.

## *DE TABULIS ET menſis.*

## CAP. LIII.

Varias & diverſas tabulas habere oportet, ligneas & lapideas: unam ligneam, in quam nudam cribrentur materiæ, aut chartæ ſubſternantur: aliam, in quam mate- D riæ ad compoſitionem Antidotorum diſponantur. hæc tegmentum habeat, ne vel ſi abeundum, vel expectandum, alioqui materiæ confundantur, aut aliæ res extrinſecùs immiſceantur. Non enim Pharmacopœus miſcere ſimplicia ejuſmodi debet, niſi Medici adſint. Tertia tabula ad materias decoctionum accipiendas. Lapidearum tabularum unà cum lapide manuali ad terendos lapides precioſos deſtinata ſit: altera ad penidia: tertia ad empla- E ſtra, cerata. De menſis non poſſunt tradi præcepta certa: multis enim opus eſt, una in pharmacopolio, in qua materiæ ponderantur: altera, in qua diſpenſantur & reponuntur. hæc debet eſſe libera, ac ſingulis chartis impone aliquod grave, ac diligenter nota ſingula, ne confuſio aliqua fiat, altera verò variis rebus inſtructa ſit. Nam ſupra hanc pendeat inſtrumentum, raſtro non multùm diſſimile, in quo ſuſpendantur lances, vaſcula ex orichalco, F cochlearia parva, item duæ pyxides rotundæ, quibus funiculi altera craſſiore, altera tenuiore dependeant. Item forfices aliquot, una magna & firma, qua herbæ inciduntur, reliquæ minores ad chartas & fila. In menſam collocata ſit arcula, continens pondera minora omnis generis. In menſa ſit foramen, per quod pecunia in ciſtulam ſubjectam demittatur. Sint & aliæ arculæ clauſæ, in quibus res neceſſariæ & precioſæ contineantur. Conſultum etiam eſt, omnia in librum referri, quæ venduntur, ut exacta ſeptimana Pharmacopœus accepta

cum indice conferre poſſit. In laboratorio ſit menſa munda, in quam penidium diſponatur, rotulæ, morſuli, & alia ejusdem generis. Deinde alia menſa ad herbas neceſſaria eſt, nec ſunt in terram projiciendæ, quod quidam faciunt, ne vel pedibus conculcentur, vel à canibus comminguntur. Eſt & menſa opus, ſupra quam herbæ deſtillandæ cultris feriantur. reliquas omitto.

### *DE FORMIS.*

### *CAP. LIV.*

FORMÆ variæ ſunt: aliæ ad animalia ex ſaccharo effingenda, quarum aliæ ſimplices ſunt, aliæ duabus conſtant partibus, quæ impoſita maſſa claudantur, & quod ſupervacaneum eſt, exprimunt: aliæ ad *marcipanes*: aliæ ad trochiſcos ex metallo: aliæ ad ceram ſigillatoriam, &c.

### *DE FINE MEDICAmentorum.*

### *CAP. LV.*

CAUSA efficiente expedita, ad finalem nobis perveniendum eſt. Eſt etenim certus medicamentorum finis, ut conferant vel ad neceſſitatem, vel ad ornatum: ad neceſſitatem quidem, ut ſanitas vel conſtans conſervetur, vel lapſa inſenſibiliter præſervetur, vel ſenſibiliter lapſa reſtituatur. Ad ornatum verò, ut pulchritudo ſcilicet conſtans conſervetur, vel deſtructa reficiatur. Quæ ſanitatem conſervant medicamenta, ejus naturæ ſimilia eſſe debent, quæ conſervanda eſt. Similia autem ſunt temperata; quæ neque temperiem, neque compoſitionem, neque unionem immutant, cujusmodi ſunt, quæ Medicis res non-naturales appellantur. Quæ verò præſervant corpus A medicamenta, ea partim ſimilia, partim contraria eſſe decet. Præſervatur nanque corpus partim conſervando id, quod nondum eſt amiſſum, ſimilibus: partim curando, quod eſt ablatum, contrariis. Verùm cùm noſtrum inſtitutum hoc loco non ſit diſſerere de medicamentis ſanitatem conſervantibus, & præſervantibus, (de his enim in noſtra medicinæ ſyntaxi copioſè tractatum eſt) de iis tantùm, quæ ſanitatem ſenſibiliter lapſam, ſive intemperatura, ſive B mala compoſitio, ſive unitas fuerit ſoluta, reſtituunt, agendum eſt. Sunt itaque, quæ ſanitatem reſtituunt, medicamenta morbo contraria. Contraria enim contrariorum ſunt remedia. Siquidem calida frigidis, frigida calidis, humida ſiccis, ſicca humidis & putridis conferunt morbis. Sic quoque quæ aperiunt medicamenta, obſtructis; quæ denſant, rarefactis; quæ rarefaciunt, denſatis, quæ dilatant, aſtrictis, quæ aſtrin- C gunt, dilatatis auxiliantur: quæ detergunt, ſordidis, quæ replent, cavis: quæ cicatricem inducunt, planis medentur ulceribus: item quæ attenuant, humoribus craſſis, quæ incraſſant, tenuibus, quæ incidunt, lentis, quæ abſtergunt, viſcoſis, quæ evacuant, plenitudini, quę purgant, cacochymiæ ſunt utilia. Quæ verò medicamenta ſint calida, frigida, humida, ſicca: item quæ aperientia, claudentia, aſtringentia, conſolidantia, attenuantia, incraſſantia, incidentia, abſtergentia, & cætera, quæ tertiis agunt qualitatibus, D (inter quæ ornantia quoque comprehendimus) libro ſecũdo ſufficienter dictum eſt, ut pluribus, de his diſſerere ſit ſupervacaneum. Porrò quantum unumquodque horum immutare debeat, & quando, & ubi, indicabit id nobis tum morbi quantitas, tum tempus & locus. Sed cùm hæc ad praxim potiùs quàm ad medicamentorum tractationem pertineant, hîc de medicamentorum cauſis finem faciemus.

*FINIS LIBRI TERTII.*

# ANTIDOTARII GENERALIS LIBER IV.

### *DE MEDICAMENtorum accidentibus.*

### *CAP. I.*

HACTENUS qua fieri potuit brevitate medicamẽtorum cauſas expedivimus, ut jam nihil aliud reſtare videatur, quàm ut eorum accidentia paucis diſcutiamus. Hîc autem acci- E dentia vocantur, non ut in phyſicis, quæcunquè præter ſubjecti corruptionem adeſſe vel abeſſe poſſunt, ſed ea ſolùm, quæ cùm effectus ſint effectus, ſub nullo cauſarum ordine continentur. Ex iis enim, quæ ſuprà deſcripſimus, multa ſunt, quæ ad accidentium claſſes referuntur, cauſarum tamen etiam rationem obtinent. Id in primis & ſecundis medicamentorum qualitatibus animadvertere licet. Quamvis enim ſubſtantiarum, quibus inſunt, effectus exiſtant, cauſæ tamen etiam ſunt aliorum effectuum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0764-8
DFG

effectuum, quos libro ſecundo, quantum tulit ipſa brevitas, expoſuimus. Sunt hæc igitur accidentia, de quibus hoc libro ſumus acturi: ex qualitatibus quidem color, odor, ſapor, & conſiſtentia: ex quantitate pondus & menſura, valor ſeu taxatio, & medicamentorum penuria ſeu defectus, & convenientium ſubſtitutio, quæ ἀντεμβαλλόμενα vocant. Ex loci ſerie, collectio & repoſitio: ex tempore, collectio & duratio: ex ſitu, ordo & diſpoſitio. Cum hæc itaque Medicis negligenda non ſint, de iis aliquid etiam ſcribendum eſt, ne quid huic Antidotario deeſſe videatur. Ad quid autem horum obſervatio conferat, ſatis ex eorum deſcriptione patebit. Rem igitur à coloribus exordiemur.

## DE MEDICAMENTORUM *coloribus.*

### *CAP. II.*

NIHIL equidem ſuapte natura colores efficiunt, quod ad tuendam ſanitatem, aut depellendos morbos conducat. Non enim medicamenta coloribus, ſed tactilibus qualitatibus humanum corpus immutant. Quæ cauſa eſt, ut colores ad medicamentorum accidentia, non autem cauſas, retulerimus. Cùm tamen ægrotantibus non iis ſolùm inſerviendum ſit, quæ ſanitatem pollicentur, ſed eorum etiam deſiderio ſæpè ſatisfaciendum: in hoc certè plurimùm intentos decet eſſe Medicos, ut, quoad ejus fieri poteſt, medicamentis color inducatur, qui gratus ſit ægrotantibus, vel quo ſaltem non offendantur. Fit enim ſæpenumerò, ut vel ſolus color nauſeam moveat, quod omni ratione præcavendum eſt, ne vel ægrotans medicamentum non excipiat, vel non retineat aſſumptum. Variis autem modis medicamenta colore magis grata redduntur. Aut enim lotione ſordes, & ea, quæ colorem magis ingratum efficiunt, abſtergimus: aut aliquorum immixtione color medicamentis inducitur, qui ſit ægrotantibus acceptior. Coctura denique medicamentorum colores immutantur. Quædam enim igne magis albeſcunt, quædam fulva, vel rufa fiunt, tandemque nigerrima, de quibus ſuprà capite de coloratione ſatis actum eſt, ut ea de re non ſit rurſum inſtituenda tractatio. Cæterùm id hoc in loco maximè videtur eſſe diſcutiendum, ut Studioſi colorum differentias, & naturam intelligant. Non enim negligendum eſt, quod à coloribus ſumitur judicium ad dignoſcenda medicamenta, quæ nimirum ſincera ſint, & quæ vel tempore vitiata, vel hominum dolis adulterata eſſe conſpiciantur. Differentias itaque Philoſophi duas coloribus attribuerunt, ut ſimpliciſſimi colores exiſtant albus & niger. Horum enim temperatura varios naſci colores exiſtimarunt. Quòd

A autem Medici ſola medicatione contenti non ſint, ſed quæcunque contemplantur, ad uſum referant, non eſt ut hic ſubtilius colorum cauſas inveſtigemus: id nimirum Medico ſatis fuerit, ſi colores oblatos ipſo viſu diſcernere poſſit: quod certè magis uſu, & conſpectione frequenti, quàm rationis diſcurſu, vel philoſophica diſputatione conſequimur. Non enim qui nunquam oculos aperuerit, quid vel viride ſit, vel cæruleum, intelligit.
B Tanta quoque eſt colorum varietas, ut propriis nominibus deſcribi non poſſint, ſed ab ipſis rebus coloratis ſumendæ ſint denominationes. Herbaceus enim color, aut croceus, nominatur non is ſolùm, qui croco, vel herbis inhæret, ſed quicunque vel crocum, vel *herbas referunt.* Cùm itaque tot tamque varii colores Medicis ſimplicia perquirentibus offerantur, id certè fuerit meritò conſultiſſimum, ut certis ii differentiis diſtinguantur,
C ne quos confuſio pariat errores. Sic ergo colorum genera conſtituere licet, album, nigrum, viridem, flavum, rubrum, & purpureum. Tot enim colores maximè conſpiciuntur, ad quos reliqui omnes reduci poſſint. Etſi verò pallidum, & rufum addunt aliqui: cùm tamen color pallidus ſub albo, rufuſque ſub rubro comprehendi poſſit, non videntur hi ab aliis eſſe diſtinguendi. Quod ad reliquos autem colores attinet, quorum infini-
D tus penè numerus eſt, tales exiſtunt, ut non propriis differentiis à ſe invicem, & modò deſcriptis, ſed ſecundum magis & minus ſolùm diſcrepent, quæ nimirum varietas viſu meliùs diſcernitur, quàm verbis deſcribi poſſit. Porrò non ad dignoſcenda ſolùm ſimplicia, ſed ad eorum præparationem colores à Medicis obſervantur. Coctura ſiquidem (ut ſuprà de medicamentorum coloratione dictum eſt) varios nanciſcuntur medicamenta
E colores. Utrùm verò medicamentorum vires ab ipſis eorum coloribus inveſtigari poſſint, quæſitum eſt à multis. Cum enim color hominum natúras oſtendat, ut qui cæteris nigriores exiſtunt, temperamento ſint eò quoque calidiori: videtur eadem etiam medicamentorum eſſe ratio, ut quæ ſunt alba, refrigerandi vim habeant, nigra verò calefaciendi. Sed cum contrarium in plurimis animadvertatur, non licet in rebus adeò du-
F biis generalia conſtituere præcepta. Fortè tamen hac ratione compoſitorum vires ex coloribus agnoſci poſſunt, ut unguenta lacteo colore ob ceruſſam refrigerandi facultatem habere colligas: viridia verò emplaſtra detergendi, quòd eum ab ærugine colorem maximè recipiant. Verùm (ut dictum eſt) incertum exiſtit de hisce judicium, quòd non una ſit ratio, qua medicamentis colores inducuntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0765-4
DFG

### *DE MEDICAMENTORUM odoribus.*

### CAP. III.

SI colorum in medicamentis habenda ſit ratio, certé nec odores negligendi fuerint. Non enim graviter olentia cerebro ſolùm offenſa ſunt, ſtomachumque ſæpenumeró ſubvertunt, & ſyncopen etiam interdum inferunt, cùm bené olentia ſpiritus animales, & vitales reficiant, naturæ nimirum acceptiſſima. Quæ cauſa eſt, ut non aſſumendis modò, ſed extrinſecùs admovendis ea ſubinde miſceantur, quæ grato prædita ſunt odore, de quibus ſuprà ſatis actum eſt in medicamentorum præparationibus. Cæterùm ut à ſe invicem ſimplicia dignoſcantur, ut etiam quæ proba ſunt, à vitiatis diſcerni poſſint, odores obſervari debent. Sunt enim, quæ cùm eodem colore prædita ſint, non viſu, ſed olfactu dijudicantur. Varia quoque ratione medicamentorum colores ementiuntur, qui nempe fucus odoribus deprehenditur: cùm non ſit perpetuò tutum, ut guſtu medicamenta probentur.

PORRÒ quod ad medicamentorum vires attinet, eæ meliùs olfactu, quàm viſu dignoſcuntur. Naturæ ſiquidem accepta ſunt, quæ gratum ſpirant odorem, ut eadem cerebrum, cor, & ſtomachum roborent. Quæ verò graviter olent, vires habent naturæ contrarias, ut modò dictum eſt: etſi quædam (ut caſtorium) *fœtidiſſima, naturæ non ſunt inimica.* Quòd autem odorum *differentiæ* nec nominibus diſtinctæ ſint, nec commodè verbis deſcribi poſſint, dubium eſt & difficile, quod ab odoribus ſumitur judicium, ad exquirendas medicamentorum facultates. Ab ipſis equidem ſaporibus odorum denominationes mutuantur, ut odores vel acerbi, vel auſteri, vel dulces exiſtant, atque adeò tot ſint odorum, quot ſaporum differentiæ. Nequaquam tamen eadem eſt odorum natura, quæ & ſaporum, ut iiſdem nominibus participare debeant. Quis enim ſalſedinem, quis amarorem unquam odorando perceperit? At ſi tamen id ita intelligendum eſſe velis, ut rerum ſalſarum, acrium, vel amararum odores iis vocibus ideò nuncupentur, non quòd vel ſalſi, vel amari ſint, ſed quòd earum rerum odores exiſtant, nil equidem morer, ſi res ita ſe habet: verùm longè diverſum animadvertere licet, cùm amara ſit majorana, libanotis, hyſſopus, & abſynthium, amara item ſit cicuta, cùm horum tamen odores ſint multò diverſiſſimi. Conſultiſſimum itaque fuerit, ut ſingulorum ſimplicium odores diligenter obſerventur. Hæc autem olfacientibus occurrunt maximè, pueris etiam notiſſima, ut vel grati, vel ingrati ſint odores. An verò vel acutus odor ſit, vel obtuſus, non facilè quivis diſcer-

A nere poſſit. Acutus nimirum odor eſt, qui citò cerebrum ferit, eò facilè tenui ſubſtantia penetrans. Obtuſus veró cerebrum quidem attingit, ſed non id irritat. Frigiditatis hic index eſt, ille verò caloris: intermedii mediam quoque rerum temperaturam indicant, ut quæ ſuavem ſpirant odorem, calore ſint prædita temperato. Non qui tamen gratus eſt odor, idem ob id ſuavis exiſtit, cùm plurima, quæ ſuapte natura benè olent, multis adverſa ſint.
B Multi namque moſchi offenduntur odore, qui tamen inter cæteros meritò cenſetur eſſe gratiſſimus. Cauſa nimirum hæc fuerit, quòd ſubtiliſſimè fragret, ut cerebrum calidius, tenueſque ſpiritus nimis conturbet. Quæ verò grata ſunt olfacientibus, & ita quidem, ut levi quadam dulcedine cerebrum oblectent, nulloque vigoris exceſſu moleſta ſint, hæc apprimè ſuavia nominantur, quòd omnibus arrideant. Talia ſunt roſæ, viola martia, verba-
C ſculum, & ſimilia, quæ nec quantitate, nec diù olfaciendo faſtidium pariunt. A' pinguibus & maximè calefactis odor emanat, quem fortè non abſurdè vocaverit aliquis exhalationem, quòd adeò craſſus aliquando ſit, ut effumare conſpiciatur. Sunt, qui panis recentis olfactu vitam ad aliquos dies protraxerint. Nemo certè nutriendi vim odoribus adſcripſerit, niſi fortè odoris nomine res odoratæ intelligantur, non quidem unde prodit, ſed
D quibus ineſt odor. Cùm enim ſuffitus olfactu percipiantur, fit, ut inter odores numerentur. Odor itaque è pinguibus promanans, etſi *ſuapte natura nec ingratus eſt*, nec *vigoris exceſſu vellicat*, *non ideò tamen ſuavis eſt nominandus, cùm ſolis eſurientibus*, nec iis quidem omnibus arrideat. Hic etiam temperatus eſt, & inter ſuavem & obtuſum continetur. E' putridis rebus, & acidis odores quoque varii prodeunt, qui ſuas pro rebus ſub-
E jectis differentias ſortiuntur. Alia quoque ſunt odorum genera, quorum deſcriptiones ex natura ſaporum deſumendæ ſunt. De his ergo non eſt ut agamus ampliùs, cùm ex ſequenti capite, ſi quid in his deſideretur, ſumi poſſit.

### *DE MEDICAMENTORUM ſaporibus.*

### CAP. IV.

F SAPORES non ad alimentorum gratiam ſolummodò requiruntur, *ſed* Medicis eo quoque nomine diligenter obſervandi ſunt, ut & medicamenta dignoſcantur, & medicamenta, quæ aſſumenda præſcribuntur, gratiora ſint ægrotantibus. Non enim ſatis eſt, ſi medicamentum vires, quas oporteat, habuerit, ſed *in id intentum* eſſe decet, ut id finem ſuum aſſequatur. Cùm itaque multa ſint, quibus medicamentorum actio vel inhibetur, vel adjuvatur, eorum quoque ratio

medi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0766-9

medicinam facturis habenda eſt. Non ejus ergo parvi refert, quo ſint medicamenta ſapore, ſi vel aſſumenda, vel ori admovenda ſint. Ventriculus enim ſi quid aſpernetur, id protinùs evomere contendit: quæ verò grata ſunt, ea ſuo continet amplexu.

Cæterum qua ratione grati ſapores medicamentis inducendi ſint, ſuprà ſuo loco dictum eſt, ut ea tractatio nunc non videatur eſſe repetenda. Quoniam verò ſapores ad dignoſcenda medicamenta, & eorum examen B exequendum, certius præbent judicium, quàm vel colores, vel odores, ob id eorum differentias Medici diligentiâ quoque majori deſcripſerunt, & hoc eò maximè, quòd guſtus reliquis ſenſibus medicamentorum vires maniſeſtiùs edoceat. Cùm itaque ſaporum diſcrimina vel pueris etiam notiſſima ſint, & propriis diſtincta nominibus, non abs re fuerit, ſi paucis ea, quæ notatu digna eſſe videntur, exponamus.

*Saporum gradus.* Tres ergo ſaporum gradus à Medicis C conſtituuntur, quorum primus eos continet ſapores, qui è tenui ſubſtantia promanant: alter eorum eſt, quos craſſa teneraque ſubſtantia producit: tertius odor ſapores comprehendit, quibus natura quodammodò media eſt inter tenuem & craſſum. Saporum tenuiſſimus acer eſt, hinc acidus, cui proximus eſt pinguis. Terreſtrium verò craſſiſſimus eſt acerbus, quem cæteri duo ſubſequuntur, amarus & inſipidus. At ſalſus, auſterus & dulcis, partim craſſi, D partimque tenues eſſe cenſentur. Ut autem ſaporum natura meliùs intelligatur, duo ſunt in iis conſideranda: materia nimirum (quæ Medicis ſubſtantia nominatur) & forma: de quibus aliquid in præſentiarum agemus. Ad formam primæ qualitates, maximè verò calor & frigus referuntur, quarum ratione ſapores etiam à ſe invicem diſtinguuntur, ut paulò pòſt edocebimus. Hæc verò forma in ſubjectis conſiſtit, inter ſe plurimùm quoque diffe- E rentibus. Tres enim (ut modò dictum eſt) materiæ reſpectu ſaporum gradus exiſtunt, & in unoquoque gradu tria quoque ſaporum diſcrimina licet animadvertere. Subſtantiarum itaque reſpectu ſapores ita diſtinguuntur, ut qui in tenui materia conſiſtunt, ignem, aut aërem: qui verò in craſſa, terram & aquam referant: qui medium in hiſce locum obtinent, eorum, qui prima claſſe continentur, ſubtiliſ-

*Acer.* ſimarum partium eſt acer, ut & ſubſtantiæ, & F virium reſpectu (de quibus infrà dicetur) igneus meritò ſit nominandus: eſt enim adeò ſubtili ſubſtantia, ut & linguam quovis ſapore vehementiùs feriat, & in abditiſſimas cor-

*Acidus.* poris partes magna vi penetret. Acidus enim ſapor partium tenuitate linguam pungit, parteſque, quas contigerit, facillimè permeat, nullo tamen caloris adjumento, cùm (ut infrà dicetur) frigida ſint acida, quo nimirum ab

*Pinguis.* acribus differunt. Pinguis autem ſapor tenui quidem ſubſtantia eſt, quæ tamen non ſicca, A ſed humida ſit: quæ videlicet cauſa eſt, ut non æquè, ut acida, penetret, cumque calorem ſequatur temperatum, linguam magis oblinit ac demulcet, quàm aliqua ferat acrimonia.

*Dulcis.* Proximus pingui dulcis eſt, ut qui guſtum non modò non offendat, ſed ſua voluptate potiùs oblectet. In hoc verò differunt, quòd humiditas dulcium ſit aquea, ſed pinguium aërea: quò fit, ut non ſapor pinguis, ſed dulcis ad mediam ſaporum claſſem referatur.

*Auſterus.* Aquea quoque B ſaporibus auſteris humiditas ineſt, nullo contemperata calore: quò fit, ut hi ſapores crudi nominentur, quòd in fructibus immaturis maximè percipiantur. Cæterùm partes etiam terrenas quadantenus obtinent, cùm linguam aſperitate quadam contrahant.

*Salſus.* Salſus autem ſapor aquea ſimul & terrena conſtat ſubſtantia. Linguam enim non caloris acrimonia, ſed ſubſtantiæ aſperitate mordicat, raditque ſiccando: nonnihil C tamen humiditatis obtinet, quæ guſtum quodammodò diffundit, ut ſalſus ſapor inter dulcem & amarum ſubſtantiâ medius exiſtat. Aqueus enim magis quàm amarus eſt, & terrenus magis quàm dulcis: quò fit, ut nec æquè gratus ſit, ut dulcis: nec ingratus adeò, ut amarus.

*Inſipidus.* Inter ſapores inſipidus etiam numeratur, etſi ſaporis privatio magis eſt, quàm ſapor: ob id nimirum, quòd inter ſaporum dif- D ferentias plurimùm occurrat. Neque verò ſimplex eſt ſaporis privatio. Guſtum enim exigua quadam ratione afficit, quæ non adeò tamen evidens eſt, ut aliæ ſaporum differentiæ. Cæterùm quòd ſapor hic non terrenis ſolùm, ſed aqueis etiam maximè rebus inſit, ejus natura non ita facilè deſcribi poteſt. Quibuſdam enim terreſtris eſſe videtur: cùm exiſtiment alii, non terream hanc eſſe vim, ſed aqueam: quod equidem magis eſt rationi con- E ſentaneum. Nihil enim eſt, quod magis quàm aqua ſapores obtundat, & ſi fortè terrena quæpiam ſapore ſint inſipido, non id terrenis, ſed aqueis partibus fuerit adſcribendum: ſiquidem ignis & terra, ut extrema ſunt elementa, vires quoque præ cæteris obtinent magis conſpicuas, & quæ ſenſus noſtros non leviter afficiant. Ne tamen à viris certè graviſſimis conſtitutos ſaporum ordines immutaſſe videremur, ſaporem hunc inter eos re- F duximus, quorum terrena cenſetur eſſe ſubſtantia: licèt id quoque paucis annotaverimus, quod hanc impugnare poſſit opinionem, eo ſolùm nomine, ut ſtudioſi, quam vellent, ſententiam ſequerentur, & vel ad terrenos ſaporem hunc referrent, vel ei ſalſum ſubſtituerent, quem etiam Galenus terrenum vocat: cum videlicet libro 4. de Simplicium medicamentorum facultatibus amaro conferens.

*Amarus.* Amarus autem ſapor citra controverſiam in terrena ſubſtantia conſiſtere creditur. Licèt enim manifeſta polleat incidendi facultate, ut Ga-

lenus amara dulcibus tenuiora cenſuerit eſſe: ſubſtantia tamen, cui vis hæc ineſt, terreſtris exiſtit, quam calor & adusſit & extenuavit: quæ cauſa nimirum eſt, ut amara guſtui ſint adverſiſſima, linguamque non feriant modò, velut acria,

*Acerbus.*

ſed radant etiam, ac mordicent. Acerbi denique ſapores & viribus & ſubſtantia maximè terreſtres exiſtunt. Linguam enim aſperitate quàm moleſtiſſima coarctant & conſtringunt. Hæc ſunt, quæ nobis de materia ſaporum exponenda eſſe videbantur.

*Alia ſaporũ diviſio.*

PORRÒ ſecundùm formam ſapores etiam diſtinguuntur: tribus nimirum gradibus, quorum primus calidos, alter frigidos, tertius eos continet ſapores, qui viribus utriſque quadam temperatura participant. Saporum itaque calidiſſimus acer eſt, hinc amarus, deinde ſalſus. Frigidiſſimus verò eſt acerbus, quem alii duo ſubſequuntur, auſterus & acidus. Dulcis autem, pinguis & inſipidus, calore & frigore quodammodò temperati ſunt, ea tamen ratione, ut ad calorem dulcis & pinguis; ad frigiditatem inſipidus magis deflectat.

*Saporum generatio.*

CÆTERUM quòd ad ſaporum naturam & vires intelligendas, cauſarum expoſitio, qua videlicet ex ſe invicem ratione ſapores generentur, non parum conducat, ea de re paucis aliquid etiam oſtendemus. Quæcunque ſaporem obtinent, ex quatuor elementis compoſita ſunt. Pro varia ergo colorum mixtione, variæ ſaporum differentiæ oriuntur. Poſita itaque materia (quæ terrenum quidpiam exiſtat, *nullo quidem præditum ſapore, ſed quod quosvis ſuſcipere* poſſit) calor, frigus & humiditas ſuas ita vires exerunt, ut frigore citra humiditatem acerbus ſapor naſcatur, quem Galenus ceu reliquorum materiam proponit libro ſuprà citato, ſaporum generationem expoſiturus. Sin verò frigiditas terrenum id elaboret, humiditatis adminiculo, ſaporem profert auſterum, acidum & inſipidum: hoc tamen diſcrimine, ut ſi vincat humiditas, & terrenas partes, & frigiditatem, ſapor naſcatur inſipidus: ſi partes ſint aquæ & terræ portiones, ut frigiditas non obtuſa humore, ſuas in ſubjectam materiam vires exerat, auſterus prodit ſapor, vel acidus: hic quidem, ſi humiditas fuerit aërea; ille verò, ſi craſſa fuerit, & aquea. Calore cruda mateſcunt. At varia eſt caloris operatio. Nam vel coquit, vel ſi modum excedat, etiam adurit. Quamobrem ſi calor materiam offendat, multa fuſam humiditate, dulcem producit ſaporem, aut pinguem: hunc, ſi fuerit humiditas aërea; illum verò, ſi aquea fuerit. At calor, ſi terrenas partes aduſſerit, ſalſum generat, aut amarum. Salſus equidem fit, ſi partes aduſtæ aqueo humore quodammodò temperentur, quod in amaro ſapore non contingit. Denique, ſi calor terrenum id ſubjectum tenui temperatum humiditate non quidem aduſſerit, ſed ita & extenuarit, & calefecerit, ut & ejus tenuiſſima ſit ſubſtantia, & caloris vires in ea ſummæ conſpiciantur, ſapor acris emanat. Hæc itaque dicta ſint de ſaporum cauſis, & eorundem generatione.

*Saporum uſus.*

QUIS verò ſit eorum uſus, nondum ſatis expoſitum eſt, ut id nobis ſit nunc etiam paucis diſcutiendum. Ad dignoſcenda medicamenta, & eorum examen exequendum, ſapores Medicis obſervandos eſſe, jam dictum eſt. Ad gratiam medicamentis conciliandam, varia quoque eſt ſaporum præparatio, de qua non eſt ut quicquam ſcribamus ampliùs. Ut autem medicamentorum vires expiſcemur, hic maximus eſt ſaporum uſus. Hinc enim judicium deſumitur nec difficile, nec incertum, quibus videlicet viribus polleant medicamenta. Cùm enim pro varia primarum qualitatum mixtione, ſaporum differentiæ naſcantur (ut modò ſatis apertè docuimus) rationi certè conſentaneum eſt, certis pollere viribus ſapores unosquosque. Licèt autem hoc libro nobis nequaquam ſit propoſitum, ut medicamentorum vires oſtendamus; (id ſiquidem libro ſecundo ſatis, ut arbitror, apertè diſcuſſum eſt:) hoc ipſum tamen ſaporum tractatio poſcit, ut hic eorum uſus etiam exponatur. Cæterùm quòd ſuperioribus libris medicamentorum cauſas edocuerimus, & liber hic dicatus ſit accidentibus, ea ſolùm de ſaporibus deſcribenda ſunt, quorum reſpectu ſapores non cauſæ ſunt, ſed accidentia. Quamvis itaque de ſaporum viribus *hic* aliqua proponamus, ea tamen ita *ſunt intelligenda*, non quòd ſapores talia quæpiam efficiant, ſed quòd earum virium indices exiſtant. Quamobrem cùm acria & acida tenuium partium eſſe dixerimus, conſtat his ineſſe vires, ut viſcerum obſtructiones ſolvere poſſint. Quòd verò pinguem inter eos retulerimus, quorum tenuis eſt ſubſtantia, vis hæc ei meritò quoque videtur eſſe tribuenda. Verùm quæ pinguia ſunt, adeò non incidere novimus, ut viſcera potiùs offerciant, quàm eorum tollant obſtructiones. Id ergo fuerit hac in parte diligenter obſervandum, quam videlicet ob cauſam pinguis inter tenues, & amarus inter craſſos ſapores reducatur, cùm hoc ad ſolvendas viſcerum obſtructiones etiam utamur; at illo minimè. Cauſa proculdubiò fuerit hæc, quòd licèt pinguis ſapor minùs terrena conſtet ſubſtantia, quàm ſapor amarus, calorem tamen tantum non habeat, ut in abditas corporis partes æquè ac amarus deduci poſſit. Hanc quæſtionem multis utrinque rationibus diſcutere poſſemus, niſi ſervanda brevitas id ipſum hoc in *loco* diſſuaderet. Porrò vires attenuantium ſuprà libro ſecundo deſcripſimus; *proprio* nimirum capite: ſigillatim verò, cùm de iis ageremus, quæ menſes movent; de diureticis item & diſcutientibus.

Contrarias

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0768-1

Contrarias attenuantibus vires habent, quicunque ſapores in craſſa ſubſiſtunt materia. Nam vel incraſſant, vel adſtringunt: indurant auſterus & inſipidus: adſtringunt vehementer quidem acerbus, & leviter ſalſus & auſterus. De incraſſantibus & indurantibus ſuprà propriis actum eſt capitibus. Adſtringentium vires capite repellentibus dicato ſunt expoſitæ. Pinguium vires emplaſticæ ſunt, quas ſuo quoque capite diſcuſſimus. Ad nutriendum verò pinguia maximè conducunt, quæ tamen facultas ad victus rationem refertur, ut ea nobis in hoc Antidotario non fuerit exponenda. Denique cùm laxant & rarefaciant dulcia, ſatis eorum vires ſuprà deſcriptæ ſunt. Alias medicamentorum facultates libro jam aliquoties citato expoſuimus, additis etiam earum notis à ſaporibus deſumptis, ut nunc pluribus de iis agendum non ſit. Hæc ſaltem paucis in hunc locum referre voluimus, ut hic ſaporum uſus Studioſis eſſet manifeſtior. Licet enim ſapores inter accidentia numerentur, nec propriis viribus morbos oppugnent, Medicis tamen in id plurimùm conducunt, quòd (ut modò demonſtravimus) virium in medicamentis exquirendarum indices exiſtant.

## *DE TACTILIBUS qualitatibus.*

### CAP. V.

DE primis, ſecundis & tertiis medicamentorum qualitatibus (quas ob id tactiles appellant, quòd tactu percipiantur) ſuprà libro ſecundo egimus. Eas tamen nunc ita diſcuſſimus, ut de iis agendi copioſiùs nobis nunc occaſio non contemnenda ſuperſit. Cùm enim medicamentorum accidentia, quibus ipſa dignoſcuntur, aut eorum vires exponuntur, hoc libro diſcutienda ſumpſerimus, de his etiam meritò fuerit aliquid hac ipſa ratione tractandum: qua videlicet non cauſæ ſunt, ſed cauſas ſuis utique notis patefaciunt. Siquidem ad agnoſcenda ſimplicia, non coloribus ſolùm, odoribus, aut ſaporibus indicia ſumuntur, ſed ab his etiam qualitatibus, ut ab ipſa quoque forma & figura, de quibus hoc & ſequenti capitibus agere conſtituimus. Qualitates itaque tactiles hæ ſunt, caliditas, frigiditas, ſiccitas, & humiditas: quæ quidem primæ vocantur, quòd ex eis reliquæ prodeant. Pro varia namque primarum qualitatum mixtione, varias quoque corpora differentias naciſcuntur: ut nimirum dura, vel mollia ſint: craſſa, vel tenuia: denſa, vel rara: gravia, vel levia: lenta, vel friabilia: denique vel levia, vel aſpera. tot enim maximè tactilium qualitatum diſcrimina Medicis obſervantur, quæ nobis ſigillatim & brevibus exponenda ſunt. Quod ad frigiditatem & caliditatem

A tem attinet, qualitates certè ſunt effectu potiùs ipſo & experientia, quàm ſubito tactus indicio, dignoſcendæ. Cum enim ceteræ qualitates actu tales exiſtant, ut quamprimùm continguntur, hoc ipſo ſenſu ſemetipſas patefaciant; calor tamen & frigiditas medicamentorum tactu non prius percipiuntur, quàm calore noſtro fuerint in actum reducta. Siquidem poteſtate, non actu medicamentis dicuntur ineſſe, niſi cùm (ut modò dictum eſt) ſuos etiam exe-

B runt effectus. Non poſſunt ergo medicamenta qualitatibus hiſce dignoſci, quod (ſi tactum conſulas) omnia penè ſint eodem modo diſpoſita, pro varia temporum conſtitutione. Siquidem frigida ſunt non ea ſolùm, quibus refrigerandi vis ineſt, ſed quæ calore ſunt etiam vehementiſſimo. Licet autem caliditate medicamenta, vel frigiditate tum demùm dignoſcantur, ubi ſuis ſe viribus exeruerint, non ideò tamen cauſarum indices exiſtunt, cùm eas ſub-

C ſequantur: indicia verò medicamentorum uſum præcedere debeant. Verùm hæc fortè ſubtiliùs quàm res propoſita poſtulaverit. Humiditas itaque & ſiccitas, cùm actu, non ſola poteſtate rebus inſint, ipſo ſtatim tactu medicamentorum differentias exponunt, quibus ea inter ſe dignoſcantur. Fit equidem interdum, ut quæ reverà ſunt humida, ſi congelentur, tactui ſicca videantur. Hoc tamen in medicamentis rariſſimè contingit. Quod ſi quando

D contingat, facilè congelatum à ſicco diſtinguitur. Cæterùm hoc in loco humida vocantur, non (ut ſuprà) quæ vim habent humectandi, ſed quæ proprio termino contineri nequeunt: quò fit, ut vaſculis excipiantur. Siquidem multa poteſtate ſint humida, quæ ſicca tamen ſunt actu. Liquida igitur forſan magis propriè nominentur. Idem quoque de ſiccitate judicium eſto. Multa namque liquida ſunt actu, quibus exiccandi vis ineſt. Sicca ve-

E rò dicuntur, non quæ talia ſunt facultate, ſed quæ proprio termino continentur. Congelata quidem proprio termino contineri videntur, quòd in ſeipſis, non autem extrinſecùs contineantur. Verùm terminus hic eis proprius non eſt: quò fit, ut levi calore diſſolvantur, atque ita quæ ſuapte natura conſiſtere videbantur, ſubitò diffluant. Sunt itaque ſicca (certioris doctrinæ gratiâ) non ea ſolùm, quæ ſi vaſculis exerantur, non diffluunt: hoc tamen

F pulveribus contingit, etiam ſicciſſimis: licet quodammodò tamen conſiſtant; ſed quæ linteaminibus obſperſa madorem eis nullum conciliant. Dura ſunt autem, quæ digitis preſſa, *Durum.*
non cedunt. Pulſa ſiquidem cedunt etiam duriſſima. Quam ob cauſam vox hæc (preſſa) definitioni videtur addenda eſſe, ut res, quid ſit, faciliùs intelligatur.

QUÆ verò cedunt, mollia nominantur. *Molle.*
Verùm nec id ſatis eſſe judicaverim. Siquidem liquida digitis etiam preſſa cedunt, quæ tamen mollia non ſunt: niſi vox ea largiùs,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0769-0
DFG

atque adeò impropriè ſumatur. Dictis ergo id addi poterit, ut molle dicatur, quod digitis preſſum cedit, nec iis amotis denuò coaleſcit. *Craſſum.* Craſſum autem vocant (παχυμερὲς Græcis dictum) quod teri quidem poteſt, verùm difficillimè. *Tenue.* Contrarium huic, quod leviter in pulverem redigitur: (tenue vocant, ſeu λεπτομερὲς.) Hæc quidem deſcriptio duris ſolummodò competit corporibus. Cùm tamen hæ voces liquidis etiam attribuantur, alia quoque ratione craſſum & tenue definienda ſunt. Liquida namque nequaquam conteruntur. Quamobrem liquores craſſi nominentur, quorum guttæ conſiſtunt: tenues verò, quorum guttæ citò diffunduntur. Tenues etiam vocantur, qui partibus conſtant ſubtilibus, ut quamprimùm evaneſcant. *Denſum.* Denſum eſt, quod partes ita contractas habet, ut nullo diſtinctæ ſint interſtitio. Poros nominant, ſeu meatus, ea corporum ſpaciola, quibus eorum partes à ſe invicem ſecernuntur. *Rarum.* Quod itaque poris conſtat magnis, aut exilibus & multis, rarum nominatur: denſum verò, ſiquidem iis deſtituatur. Cæterùm id in hiſce fuerit obſervandum, ut hoc ipſum deſtitui privationem denotet, non ſimplicem negationem: quod diſcrimen è Dialecticis diſcendum eſt, ne res non integrè intellecta confuſionem & homonymiam pariat. Novimus enim aquam poris etiam carere, cùm tamen denſa non ſint appellanda. Poris itaque deſtitui dicuntur, quibus talis *eſt ſubſtantia, ut ſi poros non habeat, poroſa tamen eſſe poſſit. Talia ſunt,* quæ ſolidam habent ſubſtantiam. *Liquida* namque poros admittere non poſſunt, cùm partes eorum conſiſtere nequeant, ſed in ſeipſas ſubitò confluant: quò fit, ut ſpacium inter eas conſtitui non poſſit. Cùm itaque liquida poroſa non ſint, hoc eſt, talia, ut poros ſuſcipere queant, nec ipſa quidem poris propriè deſtitui dicuntur: quò fit, ut nec denſa nominari debeant, niſi quis impropriè vocem hanc eis attribuere velit. Poſſent ad hanc rem utrinque proponi multa, quibus ea vel confirmari ſententia poſſit, vel impugnari, quale hoc eſt, quod in aqua violenter agitata conſpicitur. Cùm enim ſpumam concipit ex aëre, qui aqua immiſcetur, poroſa fortè judicari poſſit: ſed ſubtilis hæc diſputatio movenda quidem hoc loco fuit, non autem expedienda, ne conſtitutos brevitatis limites egrederemur. *Grave.* Grave corpus appellatur, quod exigua moli magni ponderis eſt. *Leve.* Leve, quod vice verſa pondus exhibet exiguum, etſi mole ſit ampliſſima. Phyſicis hæ qualitates alio modo definiuntur. Gravia ſiquidem vocant, quæ deorſum vergunt: levia verò, quæ ſurſum feruntur. Verùm hæ deſcriptiones licèt veriſſimæ ſint, hoc tamen loco nihil juvant. Nullum enim nobis medicamentum offertur, quod ſuapte natura ſurſum tendat, ſed omnia ponderis aliquid habent: quò fit, ut hic levia vocentur, non quæ ſimpliciter talia ſunt, ſed quæ minùs gravia cæteris exiſtunt. Cæterùm de gravitate meritò fortè dubitare liceat, ſit'ne tactilis qualitas, an'non? cùm ſolo viſu diſcerni poſſe videatur; nec contingendo, ſed ſuſtinendo gravitatem percipiamus. Verùm & hoc ea de cauſa, quam modò expoſuimus, dimittere cogimur. *Lenta.* Lenta nominantur, quorum partes adeò glutinoſæ ſunt, & ita ſibi invicem adhæreſcunt, ut nec flexa frangantur, nec preſſa diſſiliant. *Friabile.* Friabilia verò ſunt hiſce contraria, quæ vel digitis etiam leviter compreſſa in pulverem ſtatim diſcerpuntur.

Porrò quibuſdam placet, ut liquida, quæ viſcoſa ſunt, vel digitis, glutinis inſtar, implicentur, aut diducta difficulter diſſolvantur, & in longitudinem extendantur. Placet, inquam, aliquibus, ut talia lenta quoque nuncupentur: quod nec improbaverim, cùm parvi referat, qua voce deſcribatur unumquodque, modò res homonymiâ non involvantur. Lentum tamen friabili contrarium eſſe conſtat, ut unum debeat eſſe genus utriſque, nec poſſit extra id utralibet pars evagari. Cum itaque friabilia ſolidis competant, lenta quoque ſolida ſolummodò propriè videntur eſſe nominanda. Quòd ſi vox hæc adeò late patet, ut viſcoſa quæque complectatur, atque adeò liquidis etiam conveniat: alia voce contrarium fuerit denominandum, *qua videlicet ii liquores exprimantur, qui lenti non ſunt. Duabus itaque vocibus res etiam diverſas deſignantibus unica contrariabitur*: quod inconveniens facile vitabitur, ſi liquida viſcoſa, vel alia quapiam voce, non autem lenta nuncupentur. Sed in his diutiùs fortè moramur, quàm deceat. *Aſperum.* Aſperum denique dicitur, quod tactum ſua lædit inæqualitate, ſeu quod contactas partes quodammodò radit & exulcerat. *Leve.* Quod autem nihil ejusmodi continet, quo tactus offendatur, leve dicitur.

Hæ ſunt ferè tactilium qualitatum differentiæ, quas in medicamentis vel compoſitis, vel ſimplicibus examinandis obſervant Medici. Nunc verò ut ad exquirendas medicamentorum vires, ab hiſce qualitatibus indicia ſumantur, nondum ſatis (ut exiſtimo) liquet. De primis qualitatibus *hoc initio* hujus capitis adnotavimus, *eas nempe* non ſubitò, ſi tactu percipiantur ea quibus inſunt ſubjecta, proferri, quin priùs in actum redigantur. A' primis ergo qualitatibus nil certò colligere licet, an medicamenta vel calefaciendi, vel exiccandi, vel humectandi vires habeant: cùm multa poteſtate contrarias habeant qualitates *iis*, quas actu exhibent. Utplurimùm tamen ad humectandum liquidis, & ad ſiccandum ſiccis utimur, ut quandoque tactus ipſe qualitates etiam has oſtendat.

Quod

Quod ad reliquas autem tactilium qualitatum differentias attinet, nullum omninò, vel certè leviſſimum de medicamentorum viribus judicium ſubminiſtrant. Voces equidem ipſæ rerum, quibus tribuuntur, vires denotare videntur, ut quæ craſſa ſunt, incraſſandi vim habeant, quæ mollia, molliendi, quæ ſunt aſpera, tergendi, & cæteræ pariter tactilium differentiæ. Verùm quàm tuta ſit de hiſce conjectura, ii noverunt, qui hæc diligentiùs examinaverint.

## *DE FORMA ET FIGURA medicamentorum.*

### *CAP. VI.*

HACTENUS eas expedivimus *qualitates*, quæ certis percipiuntur ſenſibus; *viſu* nimirum, olfactu, guſtu & tactu: nunc nobis de figura & forma medicamentorum aliquid eſt exponendum, quæ videlicet qualitates non dictorum ſenſuum aliquo, ſed pluribus percipiuntur. *Viſu* ſiquidem & tactu cognoſcere liceat, quæ figura ſit, vel forma medicamentorum: licèt hæ qualitates propria non ſint horum ſenſuum objecta: per accidens enim, reſpectu nimirum coloris, formæ rerum, & figuræ conſpiciuntur: & corpora non ſunt figurarum, aut formarum reſpectu tangibilia. Cæterùm hic forma non eſt ipſa rei per ſe ſubſiſtens ſubſtantia, quam ſuprà diximus facultatem, & cauſam eorum effectuum eſſe, quos in cauſarum expoſitione ſuprà deſcripſimus: ſed accidens eſt, effectus videlicet formæ ſubſtantialis, & externa quædam ſpecies, non ratione, ſed modò dictis ſenſibus percipienda. Verùm diſcrimen inter formam & figuram hic obſervari decet. Eſt enim utraque ſpecies quædam externa. Differunt hac ergo ratione, veluti ſuperficies à toto corpore differt. Siquidem figura profunditate, non autem forma deſtituitur, ut plures figuræ formam efficiant, veluti totum ſuis conſtituitur partibus. Ad ſimplicium itaque dignotionem, figurarum & formarum diſcrimina ſedulò ſunt expendenda. Quòd autem tot ſint formarum & figurarum differentiæ, ut paucis generibus comprehendi non poſſint, & hæc indiſcreta multitudo meliùs experientia & exercitio frequenti, quàm longa deſcriptione cognoſcatur, non eſt ut in hiſce diutiùs evagemur. Hoc ſaltèm exempli loco dixiſſe ſufficiat: in ſimplicibus exquirendis has maximè figuras animadverti, circularem, oblongam, variè diſſectam, variis item angulis extuberantem, latam, &c. Formæ verò partibus animalium maximè deſcribuntur, ut oculo bovis, auricula muris, canum teſticulis, cauda ſcorpionis, hirci lingua, dente leonis, & ſimilibus. Qui plures habere volet formarum & figurarum differentias, herbarum deſcriptiones conſulat. Hic itaque præcipuus eſt uſus formarum

A & figurarum, ut Medici ſimplicia maximè dignoſcant. In compoſitis enim *rarò* à forma, vel figura judicium ſumitur, quòd pro cujuslibet artificis arbitrio, varias medicamenta formas nanciſcantur, quibus ſuam pharmacopœi probent induſtriam. Sunt autem, qui præter hanc formarum & figurarum utilitatem, aliam excogitare tentaverint, ad vires videlicet medicamentorum inveſtigandas. In herbis enim id uſuvenire contendunt, ut qui foliis conſtent B latioribus, refrigerandi facultate polleant; quæ verò follicula proferant tenuiſſima, calefaciendi; quæ ſpinis & aculeis munita ſint, incidendi: quà fit, ut etiam plebejis carduus benedictus adverſùm lateris dolores valere putetur. De cæteris ſimilia quoq; venditant. Verùm in hiſce *fallacius eſt judicium*, quàm ut generalibus *præceptis* certò comprehendi poſſit.

C

## *DE PONDERIBUS ET menſuris medicamentorum.*

### *CAP. VII.*

ALIA ſeries accidentium, quæ Medicis obſervanda veniunt, eſt quantitas. Hæc enim per ſe nihil agit, quò Medicus vel ſanitatem tueri, vel amiſſam evocare poſſit: quæ cauſa eſt, ut nec inter cauſas numeranda fuerit. Li- D cèt autem, ut ſuum medicamenta finem aſſequantur, certa ſit quantitas conſtituenda, nec quidvis qualibet menſura ſuos exerat effectus; hoc ipſum tamen quantitati non eſt adſcribendum, ſed rebus ipſis, quæ certa quantitate comprehenduntur. Nam ſi rhabarbarum drachmæ unius pondere purget, dubium non eſt, quin duarum menſura magis ſit purgaturum: nequaquam tamen hæc ipſa doſis cauſa purgationis ſtatui debet, ſed inſita E rhabarbaro facultas. Nam ſi duodecim exhibueris uncias, nequaquam operabuntur, niſi res ipſa, quæ tanto pondere menſuratur, eam vim habeat, qua purgari poſſit. Hac eadem ratione refutatur eorum inſcitia, qui venena quædam ſola quantitate lethalia eſſe judicant. Licet enim clarioris doctrinæ gratia phraſim hanc retineri poſſe concedamus, ut alia ſimpliciter, alia verò quantitate mortem inferre ſtatuantur; nequaquam tamen hoc ita fuerit in- F telligendum, atque ſi quantitas ipſa per ſe lethalis exiſtat, ſed quòd idipſum, cui quantitas adſcribitur, majores habeat vires, quàm ſi vel dimidiam, vel decimam ejus partem exhibueris. Ut igitur medicamentorum vires certo fine contineantur, ne vel evagentur ulteriùs, quàm conveniat, vel ſcopum ſibi propoſitum non contingant, pro variis uniuſcujusque viribus certa quantitate, quæ vel pondere, vel menſura circumſcribitur, exhibenda ſunt. Pondera autem, quibus hodie Medici utuntur, hæc ſunt:

GRANUM, σιτάριον, minimum pondus eſt quo utimur. ſumimus autem grana piperis albi, ſi alia pondera deſunt, quorum viginti ſcrupulum, ſexaginta drachmam conſtituunt, atque ejus hæc eſt nota, G.

OBOLUS, ὀβολὸς, pendet grana decem, ſeu ſcrupulum dimidium. Sic autem ſcribitur, ∽.

SCRUPULUS, γράμμα, pendet obolos duos, ſeu grana viginti. Sic notatur ℈.

DRACHMA, δραχμὴ ἢ ὁλκὴ, pendet grana ſexaginta, ſeu ſcrupulos tres: B & eſt octava pars unciæ. Hujus eſt nota ʒ.

Aureus Arabum & denarius Romanus pendet drachmam unam, & inſuper ſeptimam ejus partem, unde ſeptem denarii, vel aurei conſtituunt unciam. Sic notatur X.

UNCIA, οὐγκία, duodecima pars libræ, conſtat drachmis octo, denariis ſeptem: talis eſt nota ℥.

SEMIS, vel ſemiſſis, id eſt, dimidium. ſic ſcribitur ß.

C SESCUNCIA, ſeu ſeſcunx, uncia una & ſemis. ſic notatur ℥ j ß.

SEXTANS, duæ unciæ. ℥ ij.

QUADRANS, tres unciæ. ℥ iij. vel q̄d.

TRIENS, quatuor unciæ, quarta pars aſſis.

QUINCUNX, unciæ quinque.

SEPTUNX, unciæ ſeptem.

BES, vel beſſis, quaſi bis triens, unciæ octo.

DODRANS, unciæ novem.

D DEUNX, unciæ undecim.

AS, vel aſſis, unciæ duodecim, ſeu libra.

LIBRA, λίτρα, *duplex eſt: publica, ſeu civilis, & Medicinalis. Medicinalis, quæ & Romana, & As, duodecim uncias pendet: & hæc* eſt officinis uſitata. Civilis ſeu publica, pendet uncias ſedecim: libræ autem hæc eſt nota ℔.

MARCA continet uncias octo, ſeu ſedecim lotones, & his utuntur aurifabri.

E ANA idem poteſt, quod ſingulorum tantundem, vel partes æquas, cujus nota eſt, ana.

HÆC autem ſunt pondera, quibus Medici & Pharmacopœi hodie communiter utuntur, *quæ his in promptu eſſe debent*, ne deficiente uno quid Pharmacopœum remoretur.

QUOD ad menſuras attinet, ſunt vel liquidorum, vel aridorum, vel herbarum, florum, radicum & leguminum.

F ARIDORUM menſura eſt.

MANIPULUS, qui dicitur faſciculus herbarum, aut ſimilium, qui manu comprehendi poteſt: ſic ſcribitur, M.

PUGILLUS, fit digitis ſimul in extremitate compreſſis: nota ejus eſt, P.

LIQUIDORUM verò menſura eſt.

LIBRA civilis, ſeu publica, quæ pendet uncias ſedecim.

HEMINA Italica, eſt dimidius ſextarius Atticus, & pendet uncias menſurales novem: tantundem quoque pendet cotyla Attica. A Cotyla Italica eſt libra menſuralis, ſeu duodecim unciæ.

SEXTARIUS Atticus continet duas heminas, ſeu uncias decem & octo.

CHŒNIX, ſextarii duo.

CHUS, chœnices duo.

CONGIUS, ſive choa, ſex ſextarios continet.

BICONGIUS, duodecim ſextarios.

TRICONGIUS, octodecim ſextarios.

B SED hæc de ponderibus & menſuris ſufficiant.

## *DE VALORE, SEU taxatione.*

## CAP. IIX.

SÆPENUMERÒ contingere ſolet, ut Pharmacopœi unum idemque medicamentum C variè diſtrahant. Alius enim minori, alius majori precio rem ſuam venditat: unde cives multoties decipiuntur. Interdum etiam accidit, ut in conſcribendis receptis precii rationem non habeant Medici, ægrotantiumque fortunas minimè perpendant, ſed potiùs ſumma egeſtate præditis medicamenta ordinent precioſiora: quæ cùm perſolvere nequeant, negligere tandem cogantur. Quare ut aliquid etiam de medicinarum taxatione, & quidem præcipuarum D fere Germaniæ officinarum, noſtro tempore communi (non enim omnibus in locis obſervari ſolet) in medium afferamus, operæ pre*cium eſſe videtur. Taxationem itaque hoc in loco nihil aliud eſſe dicimus, quàm medicina*rum ſecundum precium æſtimationem. Precium autem eſſe monetam ſeu pecuniam, quæ pro re empta datur. Verùm cùm hæc pro varia dominiorum ratione variet, vulgari noſtra moneta (cujus denarii decem, vulgò Rappen dicti, E bazium Conſtantienſem unum conſtituunt) unumquodque medicamentorum genus æſtimabimus, initio à ſimplicibus ſumpto, quorum taxa ſeu valor ſic ſe habet.

FLORUM noſtratium pugillus denariis duobus, vel ad ſummum tribus plerunque venditur.

HERBARUM noſtratium manipulus denario unico vel duobus æſtimatur: peregrinarum verò pluris emitur.

F FRUCTUS pro varia tum ſpecierum, tum loci differentia varie diſtrahuntur.

SEMINUM uncia dimidia à denario unico ad duos vel tres ſeplaſiariis coëmitur.

RADICUM vulgarium ℥ ß. denariis duobus vel tribus ad ſummum (exceptis peregrinis) comparatur.

QUOD ad compoſitorum taxam attinet, primum locum ſyrupi obtinent, quorum uncia ſemis denariis tribus, vel quatuor ad ſummum emitur, exceptis iis, quibus caſſia, vel manna, *vel precioſorum* laxativorum aliquod ingredi-

ingreditur, & tunc **uncia dimidia denariis ſex**, vel pluris pro ingredientis valore æſtimatur.

AQUARUM deſtillatarum communium uncia una denariis duobus emitur; caponis verò denariis decem: roriſmarini & majoranæ denariis quinque: & aquarum vitæ compoſitarum baziis duobus Conſtantienſibus comparatur.

SUCCORUM medicatorum (Arabibus Rob) uncia dimidia, denariis tribus vel quatuor valet.

ELECTUARIORUM ſolutivorum uncia media, denariis decem emi ſolet.

PILULARUM drachma una, denariis ſex, vel ad ſummum octo conſtat.

OPIATORUM uncia dimidia, denariis octo venditur.

ECLEGMATUM (Arabibus Loch) uncia ſemis, denariis quatuor, vel quinque.

CONSERVARUM uncia una, denariis quinque vel ſex.

ELECTUARIORUM aromaticorum uncia denariis decem.

SPECIERUM confectionum aromaticarum ſcrupulus unus, denariis quatuor vel ſex emitur, exceptis iis, quibus moſchus, vel ambra, vel aurum, vel argentum, vel margaritæ ingrediuntur, quorum ſcrupulus denariis octo vel decem ad ſummum vendi ſolet.

TABULARUM aromat. uncia dimidia denariis quinque; quæ verò moſchum, vel ambram, vel margaritas recipiunt, denariis decem comparatur.

TROCHISCORUM drachma una denariis octo.

OLEORUM uncia dimidia denariis quatuor: olei verò de moſcho denariis decem: olei vitellorum ovorum denariis octo: balſami artificialis, & cæterorum oleorum deſtillatorum baziis tribus venditur.

UNGUENTORUM uncia ſemis denariis quatuor, excepto citrino, aureo fuſco, & Ægyptiaco, quorum ℥ ß. denariis octo conſtat.

EMPLASTRORUM & ceratorum uncia dimidia denariis quatuor, excepto ſtomachali ex oxycroceo, cujus ℥ ß. denariis decem valet: & emplaſtri contra rupturam baziis duobus. Et hęc ferè apud nos eſt generalis **medicamentorum** taxatio.

## DE SUCCEDANEIS, *ſive quid pro quo.*
### CAP. IX.

SUCCEDANEA, *dicuntur medicamenta, quę pro aliis poſita ſimiles vires habere creduntur*: Græcè vocantur ἀντιϐαλλόμενα: quibus ideò opus eſt, quòd quibusdam ſimplicibus hoc tempore in univerſum caremus, ut balſamo, calamo aromatico verò. Quædam adferuntur quidem, ſed plerunque vetuſtate confecta & arefacta, ut myrobalani: vel adulterata, vel alioqui vitiata imbribus, aut vicinia atque contactu rerum noxiarum, pro quibus alia ſupponi neceſſe eſt. Et ut maximè difficile eſt invenire, quæ per omnia aliis reſpondeant, melius tamen eſt integris ſuccedaneis, quàm genuinis corruptis uti. Mediocria tamen genuina quibusvis ſuccedaneis præferantur. Cæterùm hic locus de ſuccedaneis recognitione & repurgatione exactiore opus haberet. Multa enim paſſim apud authores, non Arabes ſolùm, ſed Græcos quoque extant, quæ non ſatis aptè aliis ſubſtitui poſſe videntur. Nam pyrethrum pro zingibere poni, haud idoneum eſt. Illud enim fervidam & igneam naturam habet: rectiùs piperis aliquod genus ſumi videretur. Pro agarico euphorbium ponere periculoſum. Pro cnidii ſemine, vitis ſemen ineptum, & alia ejus generis plurima, viribus diſſimilia. Verùm talia caſtigare non unius hominis, ſed integri collegii Medicorum labor eſt. Quare eorum, quæ ſubjungemus, ſuccedaneorum uſus eſſe poterit, donec tempus meliorem aliquem ordinem proferat, aut Principum vel Magiſtratuum diligentia factum ſit, ut vera ipſa ſimplicia advehantur. Eorum autem talis erit ordo, ut ſuccedanea illis, *in quorum locum* ſupponuntur, *ex adverſo ſcribantur*: quemadmodum pro

| | |
|---|---|
| Acacia | *Succus hypociſtidis*, vel prunorum agreſtium. |
| Acoro | Radix aſari, aut calamus aromaticus officinarum. |
| Ammi | Aniſum, cuminum. |
| Amomo | Aſarum, aut calamus aromaticus officinarum. |
| Amygdalis amaris | Abſinthium, nuclei perſicorum. |
| Adipe vulpis | Urſinus. |
| Adipe cervino | Anſerinus. |
| Alumine | Sal foſſitius. |
| Aſaro | Acorus, vel carpeſium. |
| Aſſa | Aſſa fœtida officinarum vel ſigapenum. |
| Arſenico | Sandaracha. |
| Aqua pluvia | Aqua fontana pura. |
| Aqua marina | Aquæ libra una, in qua ſalis ℥ iv. bullierint, aut muria piſcis. |
| Aſpalato | Lignum aloës officinarum. |
| Balauſtio | Malicorium. |
| Balſami liquore | Terebinthina ſtillatitia, aut oleum caryophyllorum, aut nucis moſchatæ, aut balſamum quod ex India advehitur. |

| | |
|---|---|
| Balſami ſemine | Nux moſchata, vel caryophylli. |
| Been albo } Been rubro } | Radices paſtinacæ ſylveſtris, aut ſatyrii, aut terebinthi ſummitates. |
| Bitumine | Aſphaltum officinarum, quod verum bitumen eſt, vel piſaſphaltum. |
| Buccinorum teſtis | Oſtreorum teſta. |
| Calamo aromatico | Schœnanthos. |
| Chalcitide | Vulgaris coppa roſa, aut vitriolum vetuſtate candidum factum. |
| Cardamomo | Cardamomum majus officinarum, vel naſturtium, vel juniperi, vel cedri baccæ. |
| Charta uſta | Papyrus vulgaris uſta. |
| Carvi | Aniſum, vel daucus. |
| Carpobalſamo | Cubebe, galanga. |
| Carpeſio & } Caſia } | Cinnamomum vulgare electum. |
| Caphura | *Sempervivi ſuccus.* |
| Cinnabari Græcorum | *Lapis lazuli.* |
| Cinnamomo | Cinnamomi vulgaris, canellam vocant duplum. |
| Coſta | Radix angelicæ vel zedoariæ. |
| Chryſocolla minerali | Lapis Armenius, & in medicaminibus chirurgicis adulterata ex Dioſcoride. |
| Ceruſſa | Spodium, pompholix. |
| Calamintha | Mentaſtrum, pulegium. |
| Cubebe | Cinnamomum vulgare ſelectum. |
| Cumino | Semen rutæ, vel agni. |
| Cypero | Juniperus major. |
| Dictamno Cretenſi | Pulegium. |
| Doronico | Galanga, vel caryophylli, vel zedoaria, cum citri cortice. |
| Dauco | Paſtinaca. |
| Diphryge | Marchaſita uſtus, aut æs uſtum. |
| Ebeno | Lignum guajacum. |
| Elaterio | *Succus foliorum cucumeris agreſtis.* |
| Epithymo | *Epithymbra Cretica ſub nomine epithymi.* |
| Eupatorio Meſuæ | *Aſari & abſinthii ana dimidium.* |
| Folio | Nardus Indica, macis, caryophylli. |
| Ferrugine | Squama ferri. |
| Fimo palumbino | Fimus columbæ. |
| Felle ſuillo | Fel perdicis, vel piſcium. |
| Galbano | Sagapenum. |
| Gentiana | Aſari & radicis capparis ana dimidium. |
| Glaucio | Cityſus, aut memita vulgaris. |
| Glycyrrhizæ ſucco | Pulvis radicis. |
| Gnidii cocco | Semen lathyridis. |
| Harmel | Dictamnum album vulgare, aut ſemen rutæ *ſylveſtris.* |
| Hederæ gummi | Gummi Perſici. |
| Hermodactylo | Folium anchuſæ, & dimidium bdellii foris admovetur dolentibus juncturis. |
| Hyſſopo | Hyſſopus vulgaris, aut ſatureja. |
| Iride Illyrica | Helenium odoratum. |
| Lacca | Styrax. |
| Lanariæ radice | Radix veratri nigri. |
| Lapide Armeno | Lapis lazuli. |
| Lapide Phrygio | Marchaſita. |
| Lapide Smiri | Pumex. |
| Lapide ſciſſili & } Lapide ſtellari } | Lapis hæmatites. |
| Lapide aſſio | Gagates. |
| Liguſtico Dioſcor. | Leviſticus vulgaris, aut cuminum. |
| Loto amara | Anagallis. |
| Lycio | Rhamnus ſylveſtris, aut polygoni ſuccus. |
| Macere Dioſcor. | Cupreſſus. |

| | |
|---|---|
| Melantheria | Vitriolum aut coppa roſa dicta. |
| Malobathro | Nardus Indica. |
| Melle | Saccharum. |
| Marrubio | Meliſſophylum. |
| Minio veterum | Cinnabarum vulgare factitium. |
| Molybdæne | Lithargyros. |
| Miſy | Vitriolum vetuſtum uſtum. |
| Myrrha | Smirnium. |
| Myrrha Troglodytica | Calamus odoratus. |
| Naſturtii ſemine | Folia ejus ſicca. |
| Nardo Syriaca | Juncus odoratus,ſeu ſchœnanthum. |
| Nitro | Borax non adulterata,vel ſal foſſile. |
| Nuce moſchata | Spica nardi. |
| Oeſypo | Medulla cervi. |
| Oleo ricinino | Oleum vetus,aut raphaninum. |
| Oleo laurino | Cedrinum,vel ricininum. |
| Oleo omphacino | *Ablutum oleum dulce.* |
| Oleo roſato | *Violatum*,amygdalinum. |
| Omphacio | Succus rhois,vel vinum auſterum. |
| Opio | Meconium. |
| Opopanace | Ammoniacum,galbanum,ſagapenum,bdellium. |
| Opobalſamo | Opocalbaſon , vel myrrha ſtacte , vel oleum caryophyllorum , vel oleum nucis moſchatæ expreſſum. |
| Oryza | Farina hordei. |
| Ozymo caryophyllato | Meliſſa,in affectibus cordis. |
| Phu | Nardus Celtica,aut Valeriana. |
| Phyco | Sandix,hoc eſt,minium vulgare,quæ eſt ceruſſa uſta. |
| Piperelongo | Album. |
| Pipere albo | Nigrum optimum. |
| Petroſelino Macedonico in theriaca | Alterius regionis petroſelinum. |
| Petroſelino | Smirnium,vel cuminum. |
| Piſaſphalto | Aſphaltum officinarum,aut pix cum bitumine mixta. |
| Piſſelæo | Pix oleo mixta. |
| Plumbagine | Lithargyros. |
| Pompholyge | Spodium & antiſpodium. |
| Radice Idea | Sumach. |
| Raphani ſemine | Succus ejus. |
| Rheo pontico | Centaurium majus,aut rhabarbarum. |
| Rhoë coriario | Rhus obſoniorum. |
| Roſis | Flos ipſarum. |
| Rubigine | Scoria ferri. |
| Sale Indo | Sal gemmæ. |
| Sale ammoniaco | Sal gemmæ,aut *factitium.* |
| Scariola | Endivia *ſylveſtris.* |
| Scammonio | Ricinus. |
| Satyrio | Semen erucæ,ſcincus. |
| Sagapeno | Ammoniacum. |
| Sepiæ oſſe | Pumex. |
| Scilla | Pancratium. |
| Secacul | Radix paſtinacæ ſylveſtris, vel ſileris, vel banciæ, *Girhlen.* |
| Seſeli | Maſſilienſe Dioſcor. aut ſiler montanum vulgare , aut peucedani ſemen. |
| Siſone | Daucus. |
| Spodio | Antiſpodium. |
| Spuma nitri | Nitrum,aphronitrum. |
| Stratiote aquatica | Lens paluſtris. |
| Styrace rubra | Styrax. |
| Sulphure vivo | Coctum,vel uſtum. |
| Taraxaco | Cichorium ſylveſtre. |
| Terra Samia | Lapis hæmatites. |
| Terebinthina | Reſina laricea, quæ eſt vulgaris terebinthina. |

| | |
|---|---|
| Thymelææ ſemine | Laureolæ ſemen, lathyridis grana. |
| Thapſiæ ſucco | Cardami, vel erucæ ſemen. |
| Thymo | Thymbra, aut thymum vulgare. |
| Venerea concha | Oſtreorum conchæ. |
| Veratro albo | Nigrum. |
| Vino Falerno | Quodvis fulvum, tenue, perlucens, odorum, vel Creticum. |
| Xylocaſſia | Cinnamomum. |
| Xylobalſamo | Maceris & cyperi ana partes æquales. |
| Zedoaria | Ariſtolochia, &c. |
| Zurumbet | Zedoariæ duplum. |

His itaque ſuccedaneis contentos eſſe Medicos oportet, donec meliorem aliquem tempus ordinem, ut dixi, proferat: licet quivis alia multò plura pro variis locis, & affectibus, & hominum proprietate facere ἀντιβαλλόμενα poſſit. Sed nolim Pharmacopœo licere vel clementiſſimum mutare ſine docti Medici conſilio, ne audaculus fiat etiam in aliis. Sit itaque religioſus, & formidoloſus in his permutationibus, tam Medicus, quàm Pharmacopœus.

## DE LOCO COLLIgendi medicamenta *ſimplicia.*

### CAP. X.

AD ſimplicium collectionem non parum conferre videtur locorum cognitio. Siquidem ſimplicia colligi nequeunt, niſi locus, in quo unaquæque naſcitur planta, ſit manifeſtus, & plane percognitus. Non enim omnibus *in locis plantæ omnes erumpunt. Aliæ* namque hoc, *aliæ illo ſitu*, pro *ſuæ quæque* naturæ ratione lætantur. Quædam enim loco temperato, eoque vel culto, vel inculto enaſcuntur. Quædam intemperatum tractum amant: & vel calidum, ut apricum, æſtivum, & inſolatum: vel frigidum, ut nemoroſum, opacum, & ſepibus vicinum: vel humidum, ut paludoſum, aquoſum, maritimum, & uliginoſum: vel ſiccum & aridum, ut ſaxoſum, montoſum, clivoſum, locum prope ſemitas, vias, rudera, parietes & muros. In temperatis locis, & quidem cultis, ut hortenſibus, feliciter naſcuntur, betonica, pulegium, calamenthum, origanum, majorana, parthenium, ſtœchas, hyſſopus, mentha, ſalvia, ſatureja, thymus, chamæpitys, centaurium majus, abſinthium, apium, eupatorium Meſuæ, oluſatrum, violaria, ſmyrnium, lactuca, intybus, portulaca, borrago, bugloſſa, fumaria, malva, ſolanum, ſpinachia, beta, braſſica, cucumis, melo, cucurbita, &c. Culta deinde campeſtria virent coriandro, hyacintho, hypecoo, ornithagolo, elatine, chamæciſſo, ægilope, oſyride, aphaca, orobanche, melanthio, buphthalmo, anthemide, ſylveſtri papavere, xyphio, hyperico, cyano, &c. Inculta verò virent pſyllio, hieracio, cardui omni genere, atractyli, ferulis, ſylveſtri fœniculo, gramine, bunio, &c. *In locis calidis plantæ calidæ* valentiores colliguntur. *Frigida loca, ut ſylvæ*

A planæ, ephemerum, hippogloſſum & filicem amant: montanæ verò leviachantam, & inibi prærupta loca petroſelinum, & Rhodiam radicem. In opacis ſimul & aridis naſcuntur helenium, chryſocome, aſarum, viola purpurea, aſtragalus & cyclaminus: in humidis verò opacis, clematis altera, quæ & ſecus aggeres invenitur, item phyllitis. Agrorum & pratorum ſepibus hærent, aſparagus, ruſcus, rhamnus, rubus, rubia & liguſtrum. In humidis & paluſtribus locis, ac ſecus magnarum ſcrobium B aggeres feliciter erumpunt plantago, coronopus, ranunculus, ſcordium, eleoſelinum, ſpondylium, lyſimachia, aliſma, chelidonium minus, pentaphyllum, equiſetum, limonium, heliotropium parvum, tuſſilago, verbenaca, hydropiper, conyza tertii generis. Et magis paluſtribus gaudent, cyperus, typha, ſparganium, juncus. At tam lacunoſis, quàm admodum paluſtribus innatant nymphæa, potamogetum, C lotus Ægyptia, colocaſia foliis in aquis conditis, & extrà eminentibus. Malabathrum ſimiliter in Indiæ paludibus naſcitur, atque in Italia oryza, *hippolapathon*, ac *millefolium Stratiotes. Tribulus* æque in lacubus, paludibus, fluminibus naſcitur, atque in mari: quorum litoribus ac ripis familiare ſpectatur nerium. Adianthum, itemque trichomanes uliginoſis ſpecubus gaudent, prætertim ſi ſecundum amnes exiſtant: aut aſperginoſas ſequuntur ripas, quæ præruptis locis inhærent. Vitex deinde, D elichryſon, bubonium, botryx, rha, fluminum ripas accolunt. Crithamum verò, braſſica marina, chamæleo niger, androſaces, papaver corniculatum, dorychnium, ſolanum ſomniferum, glaux hippophanes, hippophæſtum, tragium, tithymalus paralius, peplis, alypon, abſinthium ſeriphum in maritimis tum litoribus, tum ſcopulis, tum etiam collibus emergunt. Tripolium etiam in maritimis exurgit, E ubi ſcilicet allidit unda, iterumque *recedit* modò in mari, modò in ſicco degens. *Non niſi* aquis proveniunt bryon, thalaſſion & alga. At in riguis fontium, præſertim *quæ hyeme* tepeſcunt, ſion, atque aquaticum *ſiſymbrium* unà innatant, ut quaſi invicem *fraternam* videantur iniiſſe amicitiam. *Pratis* lætantur trifolium, lotus ſylveſtris, *anonis*, daucus, carum, oxylapathum, *centaurium* minus, hemerocallis, colchicum, *betonica*, &c. Sicca, arida & ſiticuloſa loca petunt, eryngium, ſatureja, lithoſpermon, *lycium*, ſalvia, ſtachys, onoſma, lonchitis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0776-5

tis, cynogloſſa, echium, bugloſſum, chamæpitys, veratrum nigrum. Aridiſſimis & ſaxoſis exurgunt capparis, paronychia, aſplenum, clinopodium, circæa, lichen, libanotis, ſymphytum petræum, ſaxifragum, helxine, hemionitis, ſedi utrunq; genus, cotyledon, cymbalion, polytrichon, ita ut harum pleræque ſæpius in ædificiorum ruinis, ac ſaxoſis admodum locis vireſcant. Montes adamant nardum, tam Indicum & Syriacum, quàm Celticum & montanum, centaurium majus, mandragora, haſtula regia, ſatyrium, gentiana, liguſticum, alyſſon, ſmyrnium, veratrum album, ruta ſylveſtris, polemonia, polygonatum, tithymalus, characias, polium, ptarmica, thymelæa, chameleæ, glycyrrhiza, aſclepias, narciſſus, thapſia, pæonia, æthiopis, clymenum, onagra, cacalia, aconitum, daphnoides, hyſſopum agreſte, peucedanum, chamædaphne. *Collium amœnitate capiuntur*, nepeta, ſpartium, cuminum ſylveſtre, chamædrys, phalangium, thymum, &c. Tam intra quàm extra oppida & urbes, ut plateis, monumentis, parietinis, ruderibus, propter muros & hortorum ſepimenta viſuntur, verbaſcum, blattaria, thlaſpi, iberis, malva, chelidonium majus, urtica, ebulus, ſambucus, eryſimum, ariſtolochia longa, marrubium, chryſanthemum, galiopſis, ſenecio, tribulus terreſtris, ſideritis, eupatorium, hyoſcyamus, cicuta, perſonata, xanthium, ſylveſtris cucumis. Sunt præterea, quæ arboribus innaſci velint, in quibus reſident, atq; ab iisdem ſuſcipiunt alimentum, ut agaricum, viſcum, polypodium, lichen, ſphagnos, dryopteris. Aliæ quidem in arboribus conſpiciuntur, aliæ verò priùs è terra exortæ, per arbores repunt, quemadmodum labruſca, vitis nigra, bryonia, hedera, clematis altera, ſmilax, lupulus, convolvulus, periclymenum. Non deſunt etiam herbæ, quæ ſine radicibus in aliis herbis proſiliant, neque alibi, quàm in illis reperiantur, ut caſſutha, epithymum, epithymbrum & epiſtœbe. Quare cùm ſimplicia, ſeu plantæ ignorato loco colligi nequeant, loca diligenter Medicinæ ſtudioſis ſunt perſcrutanda, ut ſciant, quibus in locis unaquæque naſcatur planta, licèt ſuos unaquæque ſequatur ſitus: nihil tamen obſtat, quin eædem modò in montibus, modò in planis, nunc in collibus, ſæpè in vallibus, nonnunquam in agris & pratis, ac etiam in aliis variis locis nullo diſcrimine inveniri poſſint.

## DE DOMO, SEU AEDIFICIO & *officina Pharmacopæi.*

### CAP. XI.

HACTENUS de loco colligendi ſimplicia diſſeruimus: nunc de loco conſervandi, ſeu reponendi medicamenta agendum eſt. Cùm autem medicamenta non ſolùm ſpeciatim in A vaſis, verùm etiam generatim in domo & officina reponantur, primò Pharmacopœi domum ſeu ædificium, & officinam, deinde particularia vaſa exequemur. Sit itaque Pharmacopœi ædificium in foro ſitum, aut in aliqua celebri platea, in capite ejus loci, cujus exterior & libera pars ad orientem, altera ad ſeptentrionem ſpectet. Janua juxta murum qui in occidentem vergit, collocetur. Ad ſiniſtram ubi introitur, ſit pharmacopolium ſatis magnum, B quadratum, lucidum, feneſtris amplis, non nimis altum, ut tituli pyxidum ſupremarum legi poſſint. Non procul à muro ſeptentrionali in domo ſit feneſtra, quæ emptoribus ſemper pateat. Neque enim commodum eſt, ut quivis admittatur: ſicut inhumanum, emptores in domum non admittere. Pharmacopolium habeat duas januas, altera qua introitur, altera per quam in culinam (ut ita dicam) exeatur: pharmacopolio continuum ſit hypocauſtum, C tribus aut quatuor gradibus altius, ſed multò minus, in quo ſaccharum & confectiones ſiccæ ſerventur, & hyberno tempore miniſtri veſperi conveniant. Habeat tres feneſtras, unam magnam ad plateam, per quam lumen recipiat. Duas parvas, quarum altera in pharmacopolium tendat, altera in culinam in ipſa, vel juxta januam. Oportet enim Pharmacopœum valdè oculatum eſſe, & non Janum bifrontem, ſed Argum centoculum agere: proxima D eſt culina, vulgò laboratorium dictum, in qua coquatur, conficiatur, & aquæ deſtillentur: ſequatur mox conclave, in quo materiæ, peregrinæ præſertim, ſerventur, ſub quo ſit cella, in qua olea, pinguedines, radices glycyrrhizæ recentes, & ſimilia reponantur: ſupra culinam ſint conclavia duo, alterum ad vitra, ollas, pyxides, arculas, & ſimilia reponenda, alterum ad plantas indigenas reponendas: in hoc ſint longæ ciſtæ, diſtinctæ ſuis interſeptis, in quas E plantarum partes diſtinctæ ordine alphabetico condantur. Supra hæc ſint duo palatia ad plantas exiccandas. *In ſumma*, tota officina à reliqua domo & œconomia ſit diſtincta & ſeparata.

## DE HYPOCAUSTO.

### CAP. XII.

F IN ſuprema hypocauſti parte ſacchari coni collocentur: deinde confectiones in repoſitorium variis arculis conſtans: ſupra fornacem ſit ſtructura quædam lignea, cui cribra impleta recentibus confectionibus imponuntur, ut meliùs exiccentur. Deinde ſit aliud repoſitorium diſtinctum, in quod fragmenta crudi ſacchari imponuntur. Non procul ab hac reponatur in locum aptum pulvinar cum cultro longo, lato, tenui, quo folia auri & argenti dividuntur, affixum tabulæ, quæ volumen auri & argenti contineat. Eodem loco & formæ ad ſaccharum ſerventur.

### *DE PYXIDIBUS, ARculis, vitris, ſaccis, ollis, & cæteris locis reponendi medicamenta.*

### CAP. XIII.

PYXIDIBUS variis opus eſt, videlicet ligneis, ſtanneis, plumbeis, æneis, ad medicamenta ocularia, lapideis, fictilibus: inprimis verò una, in qua butyrum ad pilularum confectiones continetur; deinde alia, in quam conjiciuntur. Hæc eſt rotunda, plana inſtar orbis: utraque pars continet tres rotundos pedes, & in altera parte margine lata circundatur, ut claudi poſſit.

ARCULIS majoribus ad herbas opus eſt: alii ſcatulis (ut vocant) utuntur minoribus, ad ſemina, & alia.

VITRA alia ad liquores, alia ad antidotos uſurpantur, in quibus rectiſſimè pleraque ſervarentur, niſi in fragilitate periculum eſſet.

QUOD ad ſaccos attinet, alii ſunt uſitata forma, in quibus materiæ adportantur, & ſuſpenſæ ſervantur. Quidam enim herbas omnes in ſaccis ſuſpendunt. Alii ſunt, per quos materiæ colantur & exprimuntur. Alii verò figura longa acuminata, ex quibus mucagines mulgentur. Talibus etiam utimur ad decocta, liquores, & in vina factitia colanda.

OLLÆ & URCEI *omnis generis in certis* quibusdam arcis ſerventur *in pharmacopolio*, ut ſemper in promptu ſint, ne ſi quid ejusmodi vaſculis excipiendum, aliunde primùm ſit petendum.

CÆTERÙM herbæ probè ſaccis lineis, vel, quod melius eſt, arculis ligneis reſervantur, ne à pulvere offendantur.

FLORES arculis tiliaceis reponuntur.

FRUCTUS armariis, pyxidibus, vel ſportis aſſervantur.

SEMINA vaſculis vitratis, aut ſacculis ritè cuſtodiuntur, aut charta aptè involvuntur.

RADICES integræ filo trajecto ſuſpenſæ ſervantur, loco umbroſo.

CORTICES autem arculis ligneis reconduntur.

SUCCI liquidi in phialis anguſti oris adſervantur, ſuperfuſo aliquantulo oleo: ſicci verò, vaſculis vitratis aut pyxidibus reponuntur.

GUMMI lachrymæ ſicco loco cuſtodiuntur: quemadmodum etiam animalia, & eorundem partes.

AQUÆ ſtillatitiæ vaſis vitreis, loco temperato commodè foventur.

SYRUPI quoque vaſis vitreis aut figulinis retinentur.

OLEA expreſſa & macerata vaſis vitreis, aut figulinis vitratis ritè *reponuntur: deſtil-*

A lata verò, vaſis vitreis ore anguſto, benè obturata ſervantur.

SPECIES aromaticæ ſacculis coriaceis benè conſutis, aut vaſis vitreis, vel ſtanneis, vel pyxidibus optimè clauſis retinentur.

ELECTUARIA, Opiata, & Conſervę vaſis figulinis vitratis, aut ſtanneis benè obturatis, reponuntur.

CONDITA pyxidibus, aut aliis vaſis obturatis aſſervantur.

B LOCH & Extracta figulinis vaſis vitratis cuſtodiuntur.

LINIMENTA & UNGUENTA vaſis figulinis, vitratis, vel pyxidibus ſtanneis reponuntur.

EMPLASTRA & CERATA chartis oleo inunctis involvuntur, vel pyxidibus ſervantur.

TABULÆ, Orbiculi, arculis tiliaceis loco calido reſervantur.

C TROCHISCI papyro involuti, pyxidibus ligneis reponuntur commodè.

PILULÆ veſica, vel corio, vel, quod melius eſt, papyro ceræ liquatæ intincta involvuntur, & pyxidibus ſtanneis ſicciore loco adſervantur.

COLLYRIA arida, chartis involuta, pyxidibus reponuntur.

CONFECTA loco calido conſtituuntur.

D

### *DE TEMPORE COLligendi ſimplicia.*

### CAP. XIV.

EXPEDITIO tum colligendorum, tum reponendorum medicamentorum loco, de colligendi quoque tempore, licèt ſuprà in primo libro ſparſim, hoc tamen capite conjun-E ctim, cùm non minus ac locus obſervatione ſit dignum, nobis tractandum eſt. Niſi enim certo colligantur ſimplicia tempore, ſingularem & propriam virtutem habere nequeunt, maxime ſi aut immatura, aut jam vetuſta & conſumpta recipiantur. Colligenda itaque certo tempore ſunt ſimplicia, eoque cùm propriam jam virtutem ſunt adepta. Propriam autem virtutem habere dicuntur, cùm maximè F vigent, ſeu matura ſunt. Habet namque *quælibet* planta, & pars ejus, ſuam maturitatem, *quæ* non tempore tantùm anni, & dierum *numero*, ſed magis ex ipſius rei natura æſtimatur. Quæ enim perfecta ſunt, ea eligenda: *quæ* ultrà citráque exiſtunt, ad medicamentorum uſum parum ſunt idonea. In peregrinis tempus collectionis ſciri non poteſt: ideò tantùm ex ſpecie, odore, ſapore, *colore*, & aliis accidentibus judicium fieri oportet. Tempus autem collectionis in genere ſic ſe habet.

FLORES vigore ſuæ maturitatis jam apertì (exceptis roſis) antè quàm marceſcant, *Flores.*

aut

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0778-6
DFG

aut cadant, quod Vere plerunque fit, colliguntur.

Herbæ jam florentes, & ſemen quodammodò conficientes, colligi debent tempore meridiano, cœlo ſereno, nullis per aliquot antè dies decidentibus pluviis, nec etiam rore nimiùm madentes, nimióve Solis calore retorridæ: id quod plerunque fieri poterit Vere, vel prima Æſtate. Herbæ autem, quæ in hortis per totum annum virent, & non reponuntur, quovis tempore colligi poſſunt.

Semina, cùm maturuerunt, & incipiunt exiccari, antè quàm decidant, recipiuntur: videlicet Æſtate, ut Junio, vel Julio menſibus.

Fructus dum maturuerunt, & boni ſunt, antè quàm marceſcant, deponuntur.

Radices, fructu jam deperdito & incipiente foliorum defluvio, (quod plerunque Autumno fieri contingit) cœlo ſereno effodiendæ ſunt.

Succi plantarum, dum virent, & folia earum adhuc ſint tenera, exprimendi ſunt.

## *DE MEDICAMENtorum duratione.*

### Cap. XV.

De collectionis tempore hactenus egimus: nunc de tempore durationis diſſerendum eſt. Alia enim medicamenta longiori, alia minori tempore durant. Quæ namque ſubſtantiam habent raram, citiùs viribus deſtituuntur: quæ verò craſſam, diutiùs vires retinent. Præterea non omnia medicamenta recentia in uſum veniunt. Quædam enim ſi ante ſex menſes (ut opiata) exhibeantur, non mediocre ægris periculum inferunt. Quare ut Medici ritè, & bona cum conſcientia, medicamenta exhibere queant, eorum tempus, & non ſolùm anni, verùm etiam menſis & diei, quo ſcilicet ſint collecta, vel confecta, diligenter obſervandum eſt. Tempus autem durationis in hunc modum ſe habet.

Flores quandiu coloris & odoris gratiam retinent, tandiu adſervari poſſunt, quod in paucis ultra annum non contingit. Quare ſingulis annis renovandi ſunt.

Herbæ licet diutiùs quàm flores conſervari poſſint, tutius tamen eſt, ut ſingulis annis renoventur.

Semina biennium durant, præter minuta ſemina frigida, quæ quolibet anno ſunt renovanda.

Fructus quotannis mutantur.

Radices ſubtiles, exiguæ & raræ ſubſtantiæ, quolibet mutantur anno: quæ craſſæ, majores ac denſæ, per duos & tres annos ſervantur.

Cortices in annum perdurant.

Succi liquidi mutantur quotannis. Sicci verò, & apud nos expreſſi, aut ſingulis annis, aut ad ſummum biennio.

Gummi & reſinæ diu perdurant, modò non in loco humido putridoque collocentur.

Pauca animalia integra ſervantur. Ficciores, ut cantharides, non difficulter, ubi ſemel probè exiccata fuerint, cuſtodiuntur: humidiora verò & pinguiora facilè corrumpuntur, putreſcunt, & vermes generant: unde abſynthium & ſimilia putredinem arcentia illis adduntur. Partes verò animalium molles aliæ aliis diutiùs durant, nec certus terminus præfiniri poteſt. Pleraque annum durant: quædam vel propter cœli intemperiem, vel propter malam aſſervationem citiùs corrumpuntur. Quotannis autem uſitatè mutantur, interdum conſultò quædam diutiùs anno ſervantur. Quoniam verò diligentia præparandi & reponendi multùm ad durabilitatem facit, bonitas earum non ætate ſola, ſed ex qualitatibus æſtimari debet. Valent ergo, & efficaces ſunt, quandiu non corrumpuntur. Corruptionem fœtor, rancidus ſapor, ſitus & coloris mutatio indicat. Eadem in aliis quoque obſervanda. Omnia enim ſimplicia quandiu nativos colores, ſapores & odores retinent, efficacia ſunt, ac nequaquam rejicienda.

Aquæ deſtillatæ quotannis mutantur.

Syrupi longi & aquoſi paucis diebus conſervantur: ad juſtam verò conſiſtentiam cocti, ſimplices in ſua bonitate annum ſervantur, compoſiti biennium.

Decocta per dies quatuor, vel quinque ſervantur.

Rob ſingulis annis commutantur.

Electuaria aromatica, & quidem grata per annum, ingrata & amara per duos ſervantur: ſolutiva verò annum durant.

Opiata uſque ad annos ſex, vel in decennium, in ſua bonitate permanere poſſunt.

Conservæ annum unum durant. Condita fructuum annos duos, corticum verò diutiùs ſervantur.

Loch, ſive Eclegmata ſimplicia in ſua perfectione annum ſervantur: compoſita biennium: exceptis, quæ amygdalas, pineas & piſtachias recipiunt.

Trochisci & Sief, ſive Collyria durant annum unum, & qui opium recipiunt, duos, tres, vel plures annos. Qui foris applicandi ſunt, cùm ex medicamentis conſtent, quæ non facilè reſolvuntur, ſervari poſſunt in annum unum, vel duos.

Species aromaticæ ſingulis annis utplurimùm renovari debent.

Pilulæ purgantes annum unum ſervari poſſunt: quæ verò opium acceperunt, duos, tres, vel plures annos.

Unguenta, Emplaſtra & Cerota, ad annum utplurimùm conſervantur.

Olea temperata, ut amygdalarum & ſeſaminum, vix per menſem: frigida per annum:

calida verò per duos vel tres annos ſervantur. Quæ ex fructibus odoratis, ut nuce moſchata, exprimuntur, ſemeſtri ſervari poſſunt: quæ verò ex liquoribus, ſeminibus & lignis deſtillantur, diù durare poſſunt.

## DE COLLOCATIONE *medicamentorum in formulis, ſive receptis præſcribendorum.*

### CAP. XVI.

EXPLICATIS medicamentorum accidentibus ferè omnibus, de ordine quoque in præſcriptis, ſeu receptis faciendis, aliquid dicendum videtur: præſertim cùm maxima Medicorum pars, alioqui etiam doctorum, non parva cum ægrotantum jactura, ordinem hactenus prorſus neglexerit. A' quibus autem rationibus hujuſmodi ordo ſit perdiſcendus, quinque regulis generalibus demonſtrabimus, quarum prima talis exiſtit.
*Regula prima.* Quæ longiori egent præparatione, ea prius ſcribantur: quæ verò breviori, poſtea: hoc eſt, ſi quid difficiliùs trituretur, vel infundatur, vel coquatur, vel miſceatur, priùs: ſi quid verò breviori trituratur, vel infuſione, vel coctione egeat, deinceps ſcribatur, ut omnia ritè & perfectè præparentur. Sæpenumerò namq; Pharmacopœi tanto cum ſcelere omnia perturbant, ut eorum, quæ minus coquenda ſunt, nimia coctione ſæpe vis prorſus deperdatur: contrà, ea quæ longiſſima coctione egent, cùm eorum vis à mediocri etiam erui non poſſit, quanta neceſſaria eſt, non extrahatur. Quod idem in aliis præparandi formis evenit. Quam rationem hodie à quamplurimis empiricis negligi apparet, qui infundunt ſimul, & decoquunt guajacum, ſandalos, cinnamomum, ſenam, & alia multa, quorum vel ea, quæ ſunt odorata & purgantia, vim ſuam amittunt, vel alia non ſatis decoquuntur, vel utrunque contingit. Quare optimum obſervare ordinem videntur ii, qui radices craſſiores, duriores & crudiores (quæ longiori decoctione & trituratione indigent) primo ordine collocant, tum ligna non odorata & cortices: deinde herbas: tertio loco fructus: quarto ſemina: ultimo flores & quæcunque ſunt odorata, vel purgantia, &c.
*Secunda.* Altera regula in ordinandis formulis hæc eſt: Si ſint aliqua coquenda, vel infundenda, ſimulque ſint aliqua trituranda, priùs illa ſcribentur, ut non ſolùm quæ longiori præparatione egent, priùs præparentur, verùm etiam dum coquuntur illa, vel macerantur, hæc teri poſſint, ſicque nulla fiat temporis jactura.
*Tertia.* Tertia regula: In iis, quæ eadem indigent præparatione, ea præponantur, quorum major requiritur quantitas. Hunc ordinem antiqui in componendis medicamentis diligentiſſimè ſunt ſecuti, ut videre licet in pilulis Sabellinis, in quibus ſpica nardi ob majorem quantitatem in prima ſede ponitur: item in aromatico roſato majore, ex deſcriptione Gabrielis, roſæ propter majorem quantitatem primo loco ponuntur. Eodem modo ſe habet Philonis antidotum apud Meſuem, ubi ob majorem quantitatem piper album & hyoſcyamus prima acie ponuntur: in qua compoſitione manifeſtè apparet, medicamentorum ordinem, ſecundum majorem & minorem quantitatem eſſe ſervandum, ita ut maxima quantitas prima ſede ponatur; minima verò poſtremò.
*Quarta.* Quarta regula hujuſmodi eſt: In iis, quorum eadem eſt præparatio, eademque quantitas, ea præferantur, quæ commoditate, aut nobilitate aliqua præſtant: quam regulam etiam non minùs quàm modò dictam majores noſtri ſunt ſecuti, ut clarè in deſcriptione tum pilularum de hermodactylis apud Meſuem, tum Sabellinarum, videre licet. In hac enim ſpica nardi, in illa hermodactyli ob nobilitatem primo ordine ponuntur.
*Quinta.* Quinta & ultima: Poſtremo loco ſcribantur ea, quæ materiæ rationem obtinent: ut cera in unguentis: aloë in pilulis: mel in magnis confectionibus. Id quod veteres etiam animadverterunt, ut in theriaca & pilulis de hermodactylis deprehendere licet. In illa namque mel, in his aloë in fine, materiæ vice, ponitur. His itaque quinque regulis, videlicet medicamenti proprietate, quantitate & nobilitate, percognitis, *facilè quivis manum formulis admovens perſpicere poterit, num ab hoc, vel illo ſit ordiendum.*

## DE COLLOCATIONE *medicamentorum in officinis.*

### CAP. XVII.

LICET pharmacopolium non ſolùm multis & variis ſimplicibus, verùm etiam tot & tantis compoſitis, quibus Medicus illius regionis frequentiùs uti novit, ornatum eſſe deceat, ita tamen omnia diſpoſita eſſe debent, ut omnia, cùm opus fuerit, in promptu, & ad manum habeantur: hoc eſt, ſciatur, quibus ex locis quæque ſint depromenda. Quare officina in certas claſſes dividenda eſt: *id* quod commodè fiet, ſi ea tribus partibus in ſex, vel ſeptem ordines, tabulis inter *ſe* diſtinctos, diſtribuatur: ſuperioribusque tabulis ea, quibus minùs frequenter utimur, cujuſmodi ſunt metalla, lapides, terræ, ligna, extracta, opiata, trochiſci & condita, reponentur: mediis verò, & quæ inde ſequuntur, quæ nobis frequentiùs ſunt in uſu, ut cortices, ſemina, radices, eclegmata, ſyrupi, electuaria, tam aromatica, quàm ſolutiva, pilulæ, conſervæ, ſpecies aromaticæ, olea, unguenta, emplaſtra & cerota. Ve-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0780-7
DFG

ta. Verùm hæc omnia ordine ita diſponenda ve-
niunt, ut ſimplicia ex una parte, compoſita verò
reliquis duabus partibus contineantur: item ca-
lida & frigida minime confundantur, verùm ſin-
gula ſeorſùm ponantur. Cæterum arculæ quam-
plurimæ inferiori parte fabricandæ ſunt, qui-
bus herbæ, flores & fructus uſitatiores imponan-
tur. Nequaquam tamen has arculas uſqueadeò
demiſſas eſſe oportet, ut pavimẽtum attingant,
ne cùm verritur pharmacopolium, vel alia ratio-
ne madeſcit, humore vitiata medicamenta, iis
arculis contenta, ſitum contrahant, vel etiam pu-
treſiant. Præterea medicamenta ſingula propriis
ſuis vaſis (ut ſuprà ſuo loco docuimus) recondi
debent, ſingulaq; vaſa ſuo loco obſignari, ut no-
bis, quid in eo repoſitum ſit, ſignificet, ne diù nos
anxios per officinam errare contingat. Eandem
ob cauſam id etiam obſervandum fuerit in com-
poſitis medicamentis, & maximè purgantibus &
opiatis, ut eorum author & anni tempus, menſis,
adeoq; dies, qua paratæ ſunt compoſitiones, va-
ſculorum operculis adſcribãtur. Multa ſiquidem
alias tempore vires acquirunt, ut quę opium con-
tinent: multa etiam temporis diuturnitate pe-
nitùs elanguent. Hæc itaque bona fide Medicis
A exponet Pharmacopœus. Succos liquidos & a-
quas ſtillatitias, propter aëris intemperiem, in of-
ficina commode reponere non licet. Siquidem
hyeme ob frigus facile congelantur, æſtate verò
citò corrumpuntur: quare temperato potius lo-
co conſervanda ſunt. Tabulæ, confecta, ſaccha-
rum, aliaq; ſolida ex ſaccharo parata, calido loco,
ut hypocauſto, probe parte ſuperiore reponun-
tur. Porrò ut ſingularum officinarum omnia me-
dicamenta exteris quoq; Medicis ſint manifeſta,
B catalogum, cui medicamenta omnia ordine ſint
inſcripta, additis etiam (ut modò meminimus in
vaſorum operculis) compoſitorum medicamen-
torũ authoribus, & confectionis tempore quem-
que Pharmacopœum in officina ſua affixum ha-
bere decet, ut exteri in conficiendis formulis
melius ſeſe accommodare valeant. Sed hæc de
medicamentorum ordine nobis ſufficiant. Hac-
tenus in genere, quàm breviſſimè potuimus, de
C medicamentorum cauſis & accidentibus, qua-
tuor libris diſſeruimus, hoc potiſſimum nomi-
ne, ut non ſolùm Medicis & Pharmacopœis pro-
deſſemus, verùm etiam communi utilitati ſervi-
remus. Quare DEUM Opt. Max. precamur, ut is
noſter labor quamplurimis uſui eſſe poſſit.

*ANTIDOTARII GENERALIS LIBRI IV. ET ULTIMI FINIS.*

## Uni DEO & TRINO Gloria.

IN

# ANTIDOTARIUM GENERALE INDEX.


A.

AEgrorum officium 112
Ahena præparationi craſſiori inſervientia 185
Animalia, eorumq́; partes, quibus in vaſis reponenda 10
Animalium electio ibid.
Animalium, eorund. mq́; partium dignotio ibid. doſis ibid.
Animalium partium duratio 10
Apophlegmatiſmus quid 43
Apophlegmatiſmorum compoſitio ibid. doſis ibid. uſus ibid.
Apophlegmatiſmis quando utendum ibid.
Aqua deſtillatitia ex quibus 13
Aqua ſtillatitia quibus in vaſis conſervanda ibid.
Aquarum deſtillatarum doſis ibid. duratio ibid. electio ibid. taxatio ibid.
Arcula medicamentorum 215
Aromatizatio quomodo fiat 130
Aſperum quid 200
Aſſatio quomodo fiat 123
Aſtantium officium 112

B.

BAlneum quid 22
Balnei ex lacte uſus 23. ex oleo uſus ibid. ex vino uſus ibid.
Balnea artificialia 22. ex quibus conſtent ibid. naturalia ibid.
Balneorum ingredientium doſis 22. naturalium uſus 23
Balneis quandiu utendum ibid. quo tempore utendum ibid.

C.

CAlefactio quomodo fiat 115
Catharctica ex quibus 28
Catharctica quibus vaſis reponenda 29. quo tempore utenda ibid.
Catharcticorum doſis 29. duratio ibid. taxatio ibid. uſus ibid.
Caputpurgia quæ 19. ex quibus parentur ibid.
Cataplaſmata 35
Cataplaſmatis quando utendũ 36
Cataplaſmatum ingredietium doſis ibid. uſus ibid.
Ceratum quid ibid.
Cerata ex quibus ibid.
Cerata quibus partibus applicanda ibid.
Ceratorum ingredientium doſis ibid.
Ceratis quando utendum ibid.
Cerealium doſis 7
Clarificatio ut fiat 146
Clyſter quid 17
Clyſteres quandiu retinendi 18. quo tempore injiciendi ibid.
Clyſterum compoſitio 17
Cochlearia præparationi craſſiori inſervientia 184
Coctio ut fiat 138
Colatio quando fiat 148
Coloratio quomodo fiat 129
Collyria quæ 42. liquida ibid. quibus vaſis ſervanda ibid.
Collyriorum compoſitio ibid. doſis ibid. duratio ibid. uſus ibid.
Condita compoſita ibid. ex quibus fiant 30. quibus vaſis ſervanda 31
Conditorum duratio ibid. uſus ibid.
Conditura corticum 31. florum 30. fructuum ibid.
Conditura quomodo fiat 131. radicum 31
Confecta quæ 44. quomodo coloranda ibid.
Confectio aromatum 44. corticum ibid. fructuum ibid. ſeminum ibid.
Confectiones ſolidæ 38
Confricatio quomodo fiat 136
Conſerva 30
Conſervæ quibus vaſis conſervandæ ibid. quo tempore utendæ ibid.
Conſervarum doſis: duratio ibid. ingredientium doſis ibid. taxatio, ſeu valor ibid. uſus ibid.
Cornuum doſis 11
Cortices quo tempore colligendi 9. quibus in locis colligendi ibid.
Corticum doſis ibid. duratio ibid. electio ibid.
Craſſum quid 199
Cribra & colatoria craſſiori præparationi inſervientia 185
Cribratio ut fiat 140
Cultrorum craſſiori præparationi inſervientium diviſio 183

D.

DEcocta quibus vaſis conſervanda 16
Decoctorũ doſis ibid. duratio ibid.
Decoctorum & ſyruporum differentia 15
Decoctorum compoſitio 15. purgantium componendi ratio 16
Deſpumatio quomodo fiat 144
Deſtillatio in balneo ſicco 159. in balneo Mariæ quomodo fiat 150. in cineribus & arena quomodo fiat 163. in fimo 181. in Sole ibid.
Deſtillatio in vapore aquæ ut fiat 155
Deſtillatio per deſcenſum 173. per ignem 169
Dignotio animalium 10. fructuum 4. florum 3. herbarum peregrinarum ibid. radicum 8. ſeminum 6
Diſſolutio quomodo fiat 121
Doſis animalium, eorumq́; partiũ 11. aquarum deſtillatarum 62. catharcticorum 29. cerealium 7. collyriorum 42. conſervarum 30. corticum 9. decocti in clyſteribus 17. electuariorum 28. extractorum 33. farinæ 7. florum 3. fructuum 4. gargariſmatum 18. gemmarum 12. herbarum 2. ſalis in clyſteribus 18
Doſis infuſionum 17
Doſis ingredientium in balneis 22. in cataplaſmatis 25. in caputpurgiis 19. in ceratis 36
Doſis in glandibus 46. in decoctis 15. in electuariis 28. in embrochis 21. in emplaſtris 35. in epithematis 20. in fomentis 21. in inſeſſionibus ibid. in lotionibus 23. in ſinapiſmo 37. in tragematis 27. in unguentis 35
Doſis ingredientium tabularum, orbiculorum 38
Doſis lapidum 12. leguminum 7. lignorum 9. liquorum 10. metallorum 11. olei communis 25. olei in clyſteribus 18. olei in unguentis, in ceratis, in metallicis 25. opiatorum 29. pilularum 41. 42. pulpa-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0782-8

42. pulparum 5. pulverum 27. purgantium in clyſteribus 18. purgantium in infuſionibus 17. radicum 8. ſeminum 7. ſyruporum 14. terræ 12. trochiſcorum 41
Dropax quid 36. ex quibus ibid.
Dropacum forma ibid. uſus 37.
Duratio catharticorum 29. collyriorum 42. corticum 9. conſervarum 30. decoctorum 16. electuariorum 28. emplaſtrorum 35. extractorum 32. florum 3. gargariſmatum 18. herbarum 2. infuſionum 17. liquorum 10. orbiculorum 40. partium animalium 11. pulverum 26. quomodo fiat 123. radicum 8. ſuccorum 9. ſyruporum 14. tabularum 40. trochiſcorum 41. unguentorum 34

E.

Eclegmata 31
Electio animalium, eorumq; partium 10. aquarum deſtillatarum 13. corticum 9. florum 3. fructuum 4. gummi 10
Electio herbarum domeſticarum 1. peregrinarum 3. lignorum 8. liquorum 10. metallorum 12. radicum 8. ſeminum 6. ſuccorum 9
Electuaria 28. ex quibus ibid. quo tempore uſurpanda 29. quibus vaſis ſervanda ibid.
Electuariorum doſis, taxatio, uſus ibid. duratio ibid.
Electuariorum ingredientium doſis 28
Embrocha quid 21. ex quib. componatur ibid. quibus partibus applicetur ibid.
Embrocharum ingredientium doſis 21
Emplaſtrum quid 34
Emplaſtra ex quibus ibid.
Emplaſtra impropriè quæ 35. quibus vaſis conſervanda ibid.
Emplaſtrorum compoſitio 34. duratio 35. ingredientium doſis ibid. taxatio ibid. uſus ibid.
Epithemata quæ 20. quo tempore applicanda ibid. quibus partibus applicentur ibid.
Epithematum compoſitio 20. doſis ibid. uſus ibid.
Errhina quæ 19. 43
Errhinorum compoſitio 43. doſis 19. tria genera ibid.
Errhinis quando utendum 45
Excrementorum doſis 11
Exiccatio quomodo fiat 121
Expreſſio quomodo fiat 138
Extinctio quomodo fiat 116
Extracta quæ 32. ex quibus parentur ibid. quo tempore utenda 33. quibus vaſis conſervanda 32
Extractorum doſis ibid. duratio ibid. uſus 33
Extractio quomodo fiat 142

F.

Farina doſis 7
Fartura quomodo fiat 132
Fellium doſis 11
Fiſſio & fractio quomodo fiant 132
Flores quo tempore decerpendi 3. quibus in locis colligendi ibid.
Florum dignotio ibid. doſis ibid. duratio ibid. electio ibid. taxatio 4
Fomenta ex quibus fiant 20. quibus partibus applicentur ibid. unde dicta ibid.
Fomentorum doſis ibid. uſus ibid.
Formæ variæ 187
Fornaces præparationi craſſiori inſervientes 185
Friabilia quæ 200
Frixio quomodo fiat 123
Fructus qui 4. quibus in locis colligendi ibid. quo tempore colligendi ibid.
Fructuum dignotio 4. doſis ibid. electio ibid. taxatio 6

G.

Gargariſmata quo tempore uſurpanda 19
Gargariſmatum compoſitio 18. duratio 19. ingredientium doſis 18. uſus 19
Gemmarum doſis 2
Glandes quæ 45. quo tempore ſubjicienda 46
Glandium compoſitio 45. ingredientium doſis 46. uſus ibid.
Globuli ibid.
Grave quid 199

H.

Hepatum doſis 11
Herba peregrina 3
Herba quæ 1. quibus in locis colligenda ibid. quibus vaſis reponenda, ſeu conſervanda 2
Herbarum domeſticarum electio 1
Herbarum duratio & doſis 2. peregrinarum dignotio 3. taxatio ibid.
Humectatio quomodo fiat 117

I.

Infuſio quid 16. quomodo fiat 119. quotuplex 16
Infuſiones quo tempore aſſumendæ 17
Infuſionum duratio ibid. quantitas ibid.
Inſeſſus ex quibus componatur 21
Inſeſſus quid ibid. quo tempore utendi ibid.
in Inſeſſu quandiu morandum 22
Inſeſſuum uſus ibid.
Inſolatio quomodo fiat 116
Inſtrumenta craſſiori præparationi inſervientia: ut ſunt cultri, limæ, mallei &c. 183. 184
Inteſtinorum doſis 11
Julapium quid 14

L.

Lachryma quid 10
Laconicum quid 22. ejus uſus 23
Læve quid 200
Lapidum doſis 12
Leguminum doſis 7
Lenta quæ 200
Leve quid 199
Lignorum doſis 9. electio 8. locus colligendi ibid. tempus 9
Limarum craſſiori præparationi inſervientium uſus 184. earundem diviſio ibid.
Limatura quomodo fiat 132
Linctus 31. ex quibus 32
Linctus quibus vaſis conſervandi ibid. quo tempore utendi ibid.
Linctuum duratio ibid. valor ibid. uſus ibid.
Linimenta quæ 33. ex quibus conſtent ibid. quibus vaſis conſervanda ibid.
Linimentorum doſis ibid. uſus ibid.
Linimentis quando utendum ibid.
Liquatio quomodo fiat 120
Liquor quomodo à ſucco differat 10
Liquores & gummi quo tempore colligenda ibid.
Liquores quibus in locis colligendi ibid. quibus vaſis reponendi ibid.
Liquorum doſis ibid. duratio ibid.
Liquorum, lachrymarum, & gummi electio ibid.
Locus colligendi cortices 9. flores 3. fructus 4. herbas 1. ligna 9. liquores 10. radices 8. ſemina 6
Locus reponendi aquas ſtillatitias 13. cathartica 29. collyria 42. conſervas 30. decocta 14.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0783-4

electuaria 29. emplaſtra 35. herbas 2. linctus 32. linimenta 33. liquores 10. opiata 29. pilulas 41. pulveres 26. radices 8. ſuccos 10. ſyrupos 14. tabulas, orbiculos 40. trochiſcos ibid. unguenta 34
Lotio quomodo fiat 137
Lotiones ex quibus componantur 23
Lotionum ingredientium doſis ibid.
Lotionum uſus ibid.

M.

Magiſtratus ejusq; officium 111
Malleorum craſſiori præparationi inſervientium genera 183
Medicamenta adurentia 67
Medicamenta alterantia qualitate manifeſta 49. qualitate occulta quæ 85
Medicamenta arthritica 99. attenuantia quæ 63. attrahentia 64
Medicamenta carnem generantia 77. cephalica quæ 88
Medicamenta certis corporis partibus addicta 87. cicatricem inducentia 79. cordialia quæ 93. diſcutientia 65 dolorem ſedantia quæ 76. emollientia quæ 56. emplaſtica quæ 69. condenſantia quæ 55. extergentia quæ 68. glutinantia quæ 78
Medicamenta gradu ſecundo, tertio & quarto calefacientia 53. hepatica 75. humectantia quæ ibid. hyſterica quæ 98. indurantia quæ 8. lac generantia & minuentia 73. menſes moventia 71
Medicamenta ora vaſorũ aperientia quæ 62. ordine primo excalfacientia 51. ornantia quæ 82. pectoralia quæ 92. purgantia quæ 130. pus moventia 69
Medicamenta quot modis calefiant 111
Medicamenta rarefacientia & denſantia quæ 6 . refrigerantia quæ 54
Medicamenta renum & veſicæ quæ 97. repellentia 66. ſemen generantia & minuentia 4
Medicamenta ſicca quomodo & quandiu macerand 16.17
Medicamenta ſimplicia colligendi locus 211. eadem conſervandi, ſeu reponendi locus 213.214
Medicamenta ſimplicia colligendi tempus 211
Medicamenta ſtomachica quæ 94. ſuccedanea quæ 205. temperata quæ 50. tendentia & laxantia quæ 60. urinam cientia 71
Medicamentorum accidentia 187. coloris 189. duratio 117. finis 187. forma & figura 192
Medicamentorum in formulis, ſive receptis præſcribendorum collocatio 217. pondera & menſura 202
Medicamentorum purgantium correctio 104. electio 102. odores 191. ſapores 192
Medicamentorum valor, ſeu taxatio 204
Medicus quis 110
Medici officium ibid.
Menſæ craſſiori præparationi inſervientes 186
Menſura, ſeu doſis herbarum 2
Metallorum doſis 12. electio ibid.
Metallica quæ ibid.
Mineralia quæ ibid.
Modus decoquendi decocta 16. parandi unguenta 34
Molle quid 198
Mollities quomodo fiat 120
Mora in balneis 22. in inſeſſu ibid.
Morſelli ex quibus 38
Mortaria craſſiori præparationi inſervientia 134

N.

Natura quid 180
Noduli 46
Nutritio quid 180. quomodo fiat 188

O.

Odoramenta quæ 48
Oleum quid 24
Olei communis doſis 25
Olea per deſtillationem parandi modus 24
Olea per expreſſionem parandi modus ibid.
Olea per macerationem parandi dus ibid.
Olea ex quibus parentur ibid.
Olea quibus in vaſis ſervanda ibid. quo tempore ex fructibus elicienda 25
Olea ſimplicia compoſita 24
Oleorum quantitas, ſeu menſura 25. taxatio ibid. uſus 26
Opiata quid 29. quibus vaſis conſervanda ibid.
Opiatorum doſis 29. duratio ibid.
Opiatorum valor, ſeu taxatio 29. uſus 30
Opiatis quomodo utendum 29
Orbiculi 38. quibus vaſis ſervandi 40
Orbiculorum compoſitio 38. ingredientium doſis ibid.
Ordo in coctura qualis ſervandus 15

P.

Perlarum doſis 12.27
Peſſus quid 47
Peſſorum compoſitio ibid. differentia ibid. uſus 48
Peſſis quomodo utendum ibid.
Pharmacopœi domus, ſeu ædificiũ & officina 213. hypocauſtum 214
Pharmacopœi officium 112
Pila & piſtilla craſſiori præparationi inſervientia 184
Pilulæ 41. quibus vaſis conſervandæ ibid.
Pilularum compoſitio ibid. doſis 27.42. duratio 41. valor 42. uſus ibid.
Pilulis quo tempore utendum ibid.
Pulmonum doſis 11
Pulſatio quomodo fiat 136
Pulveres 26
Pulveris & ſpecies quomodo differant ibid. ex quibus componantur ibid. quo tempore utendi ibid. quibus vaſis conſervandi ibid.
Pulverum duratio ibid.
Purgandi ratio 105
Purgantia quandiu irriganda, & quomodo exprimenda 7
Purgantia medicamentorum 134
Purgantium terminus 103
Putrefactio quomodo fiat 140
Pyxides medicamentorum 215

Q.

Qualitates tactiles 197

R.

Radices quo loco colligendæ 8. item quo tempore ibid. quibus vaſis conſervandæ ibid.
Radicum curatio ibid. dignotio ibid.
Radicum doſis in apozematis, in balneis ibid.
Radicum electio ibid. valor, ſeu taxatio ibid.
Rarum quid 199
Raſa quomodo fiat 132
Refrigeratio quomodo fiat 116
Rob quid 15

Sacci

S.

*Sacci medicamentorum* 215
*Sacculi 47. quibus partibus adhibeantur* ibid.
*Sacculorum compoſitio* 47
*Salitura quomodo fiat* 129
*Sapa quid* 15
*Saporum gradus 193. generatio & uſus* 195
*Sectio quomodo fiat* 132
*Semen quid* 6
*Semina quo tempore decerpenda ibid. quibus in locis colligenda ibid.*
*Seminum dignotio ibid. doſis 7. electio 6. valor, ſeu taxatio* 7
*Sinapiſmus quid* 37
*Sinapiſmi ingredientium doſis* ibid.
*Sinapiſmi parandi ratio* ibid.
*uſus* ibid.
*Solium quid* 22
*Solii uſus* ibid.
*Spathulæ preparationi craſſiori inſervientes* 184
*Species aromaticæ* 26
*Species & pulveres quomodo differant* ibid.
*Sternutamentum* 43
*Succedanea medicamenta quæ* 205
*Succi 9. quo tempore colligendi ibid. quibus vaſis reponendi* 10
*Succorum duratio ibid. electio* 9
*Suffimenta quæ* 48
*Suffituum compoſitio, & uſus* ibid.
*Suppoſitoria* 45
*Syrupus quid* 13
*Syrupi compoſiti ex quibus* 14. *quibus vaſis conſervandi* ibid.
*Syrupi ſimplices ex quibus* 13
*Syruporum doſis 4. duratio* ibid.
*Syruporum & decoctorum differentia* 15
*Syruporum taxatio 14. uſus* ibid.

T.

*Tabulæ 38. preparationi craſſiori inſervientes* 186
*Tabulæ quibus vaſis ſervandæ* 40
*Tabularum duratio ibid. ingredientium doſis 38. parandarum modus* 39
*Taxatio aquarum deſtillatarũ* 13
*Taxatio, ſeu valor catharcticorum* 29
*Taxatio conſervarum* 30
*Taxatio, ſeu valor electuariorũ* 29
*Taxatio emplaſtrorum* 35. *fructuum 6. herbarum* 3. *florum 4. linctuum* 32. *oleorum 25. opiatorum* 29. *pilularum 42. pulverum* 27. *radicum 8. ſeminum 7. tabularum 40. unguentorum* 34. *ſyruporum* 14
*Tempus applicãdi epithemata* 20. *aſſumendi infuſiones* 17. *balneandi* 22
*Tempus colligendi cortices* 9. *flores 3. fructus 4. herbas* 1. *ligna 8. liquores 9. radices* 8. *ſemina 6. ſuccos* 9
*Tempus detinendi clyſteres* 18
*exhibendi decocta* 16.
*ſyrupos* 14
*Tempus injiciendi clyſteres* 18. *inſidendi 21. lavandi caput* 23
*Tempus & modus utendi linctus 32. tabulas* 40
*Tempus purgationis* 103
*uſurpandi caputpurgia* 19.
*gargariſmata* ibid.
*Tempus utendi apophlegmatiſmis 43. cataplaſmatis 36. catharticis 29. ceratis 36. conſervis 30. emplaſtris 35. errhinis* 43. *extractis 3.. glandibus* 45
*Tempus utendi linimentis* 33. *opiatis 19. pilulis* 41. *pulveribus* 26
*Tempus utendi tragematis* 27
*Tenue quid* 199
*Terræ doſis* 12
*Teſtarum doſis* 11
*Torcularia preparationi craſſiori inſervientia* 185
*Tragemata 27. ex quibus* ibid.
*Tragematum doſis* ibid.
*Tragea rubra* ibid.
*Trochiſcus quid* 40
*Trochiſci quibus vaſis conſervandi* 41
*Trochiſcorum compoſitio* 40. *doſis* 41
*Trochiſcorum duratio* ibid.
*uſus* ibid.
*Tuſio, ſive tritura quomodo fiat* 133

V.

*Vaſorum metallicorum preparationi craſſiori inſervientium genera & uſus* 185
*Vitra medicamentorum* 215
*Unguentum quid* 33
*Unguenta ex quibus* ibid.
*Unguẽta quibus vaſis conſervanda* 34
*Unguentorum duratio* ibid.
*Unguentorum ingredientium doſis* 33
*Unguentorum parandi modus* 34
*Unguentorum taxatio* ibid.
*Unguentis quando utendum* ibid.
*Uſtulatio & Uſtio quomodo fiat* 123. 124
*Uſus apophlegmatiſmorum* 43
*Uſus balneorum* 23
*Uſus cataplaſmatum 36. collyriorum 22. conſervarum* 30
*Uſus epithematum 20. electuariorum 29. emplaſtrorum 35. errhinorum 19. 43. extractorum* 32
*Uſus fomentorum* 21
*Uſus gargariſmatum* 19.
*glandium* 46
*Uſus inceſſuum* 21
*Uſus linctuum 32. linimentorum 33. lotionum* 23
*Uſus oleorum 26. opiatorum* 30
*Uſus peſſorum 18. pilularum* 42
*Uſus ſinapiſmi 37. ſuffituum* 49. *ſyruporum* 15
*Uſus trochiſcorum* 41

INDICIS ANTIDOTARII GENERALIS FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0786-1

Cerati seu unguenti santalini descriptio

℞ rosar. rubear. ʒ ij ß santal. rub. ʒ +.
albi citrin. ana ʒ vj bolarmen. ʒ vij
spodii ʒ iv camph. ʒ ij olei rosat. libram unam
cerae albae ʒ vj vel quantum sufficit.
conficiatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0787-6

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0788-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0789-1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0790-6

160.-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0792-7

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-26524-p0793-3
DFG